2Hb

Digitized by Google

R. P.

EMMANVELIS SA

D. T. SOCIET. IESV,

NOTATIONES

IN

Totam Scripturam ſacram,

QVIBVS OMNIA FERE LOCA DIFFICILIA BREVISSIME EXPLICANTVR; TVM VARIÆ EX Hebræo, Chaldæo, & Græco lectiones indicantur.

OPVS OMNIBVS SCRIPTVRÆ STVDIOSIS VTILISſimum, certe à plurimis diu multumque deſideratum.

NVNC DEMVM A QVODAM EIVSDEM SOCIETATIS, ſecundum Biblia vulgatæ editionis, Sixti V. & Clem. VIII. recognitum & emendatum: nec non ſacer textus characterum varietate diſtinctus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



LVGDVNI,
Sumptib. LAVRENTII ANISSON.

M. DC. LI.
CVM PERMISSV.

Digitized by Google

ORATIO AVCTORIS AD LECTOREM.

SCcis, Domine, solere Librorum Auctores dicare eos Principibus. Ego verò te nec maiorem, nec meliorem Principem quemquam scio Tibi igitur, Domine IESV, librum hunc dico, cui me à puero in tui nominis religione ante annos ferme quinquaginta sub Romano Pontifice, Vicario tuo, per gratiam tuam dedicaui. Suscipe, obsecro Domine munusculum serui tui, & fac, vt tuæ, cuius causa est elaboratum, Ecclesiæ prosit. Quod si quid in eo est, te indignum, ignosce imperitiæ meæ Si qua vero (vt spero esse multa) digna sunt, laudent te, qui sciunt nihil posse boni fieri sine te. Amen.

AVCTOR LECTORI.

OPERÆ ne pretium fecerim colligendis hisce Notationibus, nescio. Id scio, voluisse me plurimorum vtilitati consulere, quod an sim assecutus, censebunt doctior es. Spero equidem boni consulturos, si qua minus, quàm vellent, explicaui. Difficilem suscepi prouinciam, quo magis ignoscendum, si quid errarim, addent alii quæ desunt. Mihi abunde fuerit dedisse occasionem sapientibus. Digna quidem res, in qua operam suam ponant, & de thesauris suis ad incepti huius perfectionem proferant noua & vetera. Vale.

NOTATIONVM HARVM COMMODA.

1. BReuissime Scripturam totam sic explicant, secundum sensum litteralem, vt à nemine (quod sciam) adhuc præstitum. Ingentia enim quisque in Scripturæ singulos libros volumina edit, nos aliam longè rationem (vt vides) secuti.

2. Afferunt varias lectiones ex Heb. Chal. & 70. quod etiam nouum, & nostram editionem magnopere illustrans.

3. Possunt excudi separato libello, adeoque exiguo volumine, vt nos scripsimus. Quis enim est, qui apud se Biblia sacra non habeat, quæ statim possit consulere, vel potius cum ea leget, has Notationes adhibere?

4. Possunt & cum Bibliis imprimi instar earum, quas fecit Vatablus, quæque sunt plausu magno à plerisque receptæ, cum tamen textum nostrum non explicent, sed editionem nescio quam ex Hebræo.

5. Additæ sunt à nobis ad finem libri, phrasium omnium, quibus editio vulgata vtitur, explicationes, quæ magnam Scripturæ totius intelligentiæ lucem afferant.

6. Addidimus & Indicem, copiosum simul & breuem, more nostro, vbi ferè, quisque facile reperiat quæcunque volet.

7. Attexuimus & & alterum Indicem, Alphabeti ordine, selectarum Scripturæ sententiarum, qui possit esse concordantiæ vice. Fere enim continet quæcunque vsui esse possunt in Concionibus, Scriptionibus, & Meditationibus.

RESPONSIO AD OBIECTIONES.

1. AT sunt nimis concisæ, & ieiunæ. R si fortè indocti dicant, qui vellent fusiores. Sed spero & doctos probaturos tantam breuitatem nec futuram ingratam indoctis, vbi assueuerint. quin etiam boni consulturos tantam temporis iacturam euoluendis prolixis commentariis, fuisse à nobis hac breuitate ademptam.

2. Interdum obscuræ. R. facit id breuitas necessariò, sed compensatur hoc tam multis supra recensitis vtilitatibus.

3. Non certa semper interpretatio phrasis Hebr. Chald. & Græc. R. & quis vnquam ita est interpretatus, vt nihil desideraretur? Equidem sum secutus Doctorum potius, quã meam sententiam: nec enim magnam linguarum peritiam mihi arrogo, tantum iis operæ dedi, quantum satisfuerit ad hanc prouinciam, quam suscepi, s. fideliter referendi quæ legeram apud peritiores, quamquam de meo non nihil interdum addiderim.

4. Quædam relicta intacta R. fateor, sed vel quia facilia, vel adeo difficilia, vt maluerim fateri imperitiam, quam impudentiam, præferre, aut temeritatem.

5. Hebraicè & Græcè plura fuerant scribenda, R. fecissem sic maius volumen, quod vitare institueram. Adde, quòd defuit copia librarij, qui posset fideliter describere, Denique deprehendimus tam sæpe errari in iis à Typographis, præsertim absente libri auctore, vt vel hæc pauca Heb. & Græcè scripta possint multa videri. Apposuimus autem Latinis litteris, eadem præsertim Hebræa in gratiam imperitorum. Interdum etiam & Græca.

Optarim quidem quæcunque hic desunt, addi à viris doctis, & corrigi etiam, si qua sunt emẽdatione digna, totumque id Opus à nobis rudius datum, ab iis perfectum reddi. Fecerint certè mihi rem gratissimam, tantum abest, vt ægrè sim laturus: quid enim malim, quam studiosis optimè consultum? vtinam edantur aliquando hæc quam probatissima, nos autem (vt cum Paulo loquar) reprobi simus.

ORDO LIBRORVM
Veteris Testamenti.

GENESIS

GENESIS
Id est,
GENERATIO,
Q. D. LIBER
DE MVNDI CREATIONE.

TITVLVS HIC, ET QVATVOR SEquentium librorum à Lxx. additi sunt.

CAPVT I.

N *principio*, id est, ante omnia. Latini dicerent, Primum omnium.

Deus. Heb. & hîc, & alibi sæpe Elohim. אלהים id est, Dij, quod quidam ad personarum diuinarum numerũ referunt. *Cælum & terram.* Per hæc duo etiam quæ in medio sunt, elementa reliqua intelliguntur. Creationis vero ordo hic fuit 1. die creati cæli, & elementa, sed nec perfecta omnia, nec distincta, aut ornata, vt postea. Itemque lux addita Solis, seu sol potius cælis additus. 2. Perfectum firmamentum, id est cæli, in quibus stellæ, & planetæ. 3. Separatæ aquæ à terra, productique terræ fructus. 5. Facti planetæ, & stellæ, perfectusque sol. 5. Facti pisces, & aues 6. Bestiæ, & Homo. Hæc mihi in tanta opinionum varietate planior visa, & expeditior.

2. *Inanis & vacua* 70. inuisibilis, & incomposita, Cal. Deserta, & vacua, scilicet nec habitata, nec culta id quod nostra etiam lectio significat. *Super faciem abyssi*, id est, super aquas *Spiritus Domini*, scilicet Spiritus sanctus Hier. in qq. Heb. Potest verò intelligi spiritus id est aër, vel Angelus, secundum Aug. de Gen. ad lit. c 4. *Ferebatur*, scilicet, vt voluntas artificis scilicet perfertur rei subiectæ ad operandum, secundum August. de Gen. ad lit. c. 4. Quidam verbum Hebræum מרחפת merachepheth vertunt, volitabat, seu incubabat, scilicet vt solet auis super oua. *Super aquas*, id est, materiam illam informem secundum August. è qua, id est, perfectius cuncta erant condenda.

3. *Dixit* id est, iussit Hebr. *Fiat*, Hebr. sit *lux*, vel corporea, vel incorporea, sc. Angeli, Aug. No. secundum Dio. lucem hanc fuisse solis primo die creati, & quarto perfecti, *& facta est.* Hebr. & fuit.

4. *Bona.* verbum Hebr. significat etiam iucundam, & vtilem Aug. interpretatur vidisse, quod esset bona id est, placuisse ei.

5. *Appellauit*, id est appellari fecit, sic dicitur domum ædificasse, qui fecit ædificari, Aug. *vespere, & mane*, id est, transacto die artificiali, & nocte, quasi dicat, à mane vsque ad alterum mane. *Dies* scilicet naturalis 24. horarum. *Vnus*, id est, primus. Hebr.

7. *Super firmamentum.* Quæ istæ sint aquæ, incertum. Quidam putant esse cælum crystallinum. Alij nubium aquas, quod mihi non probatur.

11. *Lignum.* id est, Arborem Hebr.

14. *Signa*, scilicet serenitatis, tempestatis, &c. *Tempora* scilicet, Veris, æstatis, &c.

20. *Aquæ.* Nomine aquæ etiam aer crassior intelligitur August. 14. de Genes. addit. *Anima viuentis*, pro viuens. *Super*, Hebr. volet super.

21. *Animam*, pro animal, sic infra *Motabilem*, id est, natantem.

22. *Benedixit*, id est, dedit fœcunditatem. Hebræus *Crescite*, id est, fructificate. *Replete terram.* Id præceptum, iam repleta terra, non obligat. Tertullianus libr. de monog. Cyprian. lib. de hab. virg. Hieron. 1. contr. Iouinian. August. de S. Virg. cap. 9.

24. *Bestias terræ*, id est feras.

26. *Ad imaginem*, & similitudinem, id est, valde similem. Hebr. quidam tamen imaginem intelligunt secundum substantiam; similitudinem, secundum gratiam, & virtutes.

29. *Ecce*, id est, sane, vtique Hebr.

Qui me putabit pauca notando dicere, cogitet, rogo, instituti mei rationem, qui non commentaria prolixa, sed notationes, easque breues promiserim.

CAPVT II.

1. ORnatus, scilicet stellæ.

2. *Septimo*, scilicet, exclusiuè 70. sexto scilicet inclusiuè.

Requieuit, id est, cessauit à nouarum rerum conditione. August.

3. *Et sanctificauit*, pro, id est, sanctificauit, scilicet ad sui cultum dedicauit. Hic apparet, iam inde à principio sabbatum celebratum, quod etiam indicatur Hebr. 4. Quidam tamen id per occupationem dictum volunt, solum enim data lege sanctum fuisse. Vide Exodi 16. Quæ creauit, vt faceret, pro, quæ creando fecit, 70. quæ fecit.

4. *Generationes*, id est, ortus. *Die*, id est, tempore.

5. *Homo non erat*, id est Nullus erat. Hebr.

6. *Sed fons*, pro, Fons autem, quidam vaporem intelligunt. August. 5. de Gen. c. 10. ait, forte fontem, pro fontibus positum.

7. *De limo terræ*, scilicet Puluis erat humectus August. 3. ciu. Not. quod Hebr. legitur puluerem de terra, i. ex puluere terræ. 70. Puluerem accipiens è terra, *Spiraculum vitæ*. id est, animam dantem vitam. Cypr. interpretatur, spiritum immortalem, & viuificum, *In animam viuentem*, quasi dicat, cœpit viuere.

8. *Plantauerat*, scilicet die tertio. *Paradisum*, id est, Hortum, Italicè Giardino *voluptatis à principio*, Hebr. in Eden ad Orientem. vide Isai. 37. Ezech. 27.

11. *Phison*, scilicet Ganges, Hier. in Genes. *Heuilat*, sic dicta ab Heuila filio Iectan, filij Heber.

12. *Bdelium*, lapis est. Vide Num. 11.

13. *Gehon*, scilicet Nilus.

14. *Contra Assyrios*, id est ad Orientalem Assyriæ plagam.

15. *Operaretur*, scilicet agricultura, deliciosa, non laboriosa, *Vt custodiret*, scilicet ne quid faceret, quod mereretur expelli, vel vt Deus hominem operaretur, & custodiret, scilicet iuuando, perficiendo, &c. August. lib. 8. de Gen. Not. quod hanc secundam interpretationem Hebraica non admitttunt, in quibus vox (illum) ad Paradisum plane refertur.

17. *Comederis* &c. 70. Comederis ex eo, morte moriemini. *Morieris*, pro, mortalis eris, seu morti obnoxius. Not. quod illo peccato mortuus est Adam quantum ad animam, & meruit mortem corporis; itemque æternam corporis, & animæ Vide August. 13. de ciu. cap. 12.

18. *Dixit quoque*, pro, dixerat quoque, scilicet die sexto. *Bonum*, id est, conueniens.

19. *De humo*, id coniungendum cum animantibus solum, non cum volatilibus. *Quid*, id est quomodo, seu quibus nominibus.

20. *Adæ non inueniebatur*, pro, Adam, seu homo non inueniebat.

21. *Soporem*, id est, profundum somnum. 70. Ecstasim id est, mentis excessum, vt interpretatur Hieronym. in Genes.

23. *Virago*, Hebr. Issa אשה q. vira ab isc. איש id est, viro.

24. *In carne vna*, id est, velut caro vna, seu vnum corpus.

CAPVT III.

1. SErpens, pro, serpens quidam, loquitur enim de certo quodam serpente, vt apparet ex Hebr. articulo *callidior*, scilicet propter diabolum, qui per illum agebat August. lib. 11. de Gen. *de omni*, pro, de vllo, Hebr. *Ligno*, id est, arbore, quasi dicat ex fructu arboris.

2. *Vescimur*, id est vesci possumus.

4. *Morte moriemini*, id est certissime moriemini, Hebr.

5. *Oculi*, scilicet mentis. *Dij*, id est, Deus, vel Angeli.

7. *Aperti oculi*, scilicet ad inuicem concupiscendum. August. 11. de Genes. Ad discernendum inter bonum, quod amiserant; & malum, in quod ceciderant. August. 14. de ciu. cap. 17. *Oculi*, non corporis, sed mentis, Chrysostom. in Gen. homil. 161. *Perizomata*. id est, cingula.

8. *Deambulantis*, scilicet in forma hominis, sic enim eis apparere solebat, vt quidam volunt. *Ad auram*, id est, quo tempore solet ventus spirare. *Ligni*, pro lignorum, id est arborum.

14. *Inter omnia*, id est, præ omnibus. *Animantia*. id est iumenta. *Bestias*, id est, feras. *Super pectus*, &c. id est, omnes gressus tui, nequitiæ erunt & fraudes, Hieron. *& semen*, pro, id est inter semen. Chal. Inter filium tuum, & filium eius, Not. quod mali dicuntur filij diaboli. vnde Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis.

15. *Ipsa*, Hieron. in Genes. legit, ipsum scilicet semen, & quidem si legas ipse, idem est sensus, nam semen Hebr. masculinum est. Solet autem interpres sequi Hebræorum nominum genera. Vide Sap. 1. Matth. 20. Not. quod quædam Hebr. habent הוא seu היא quod idem est; scilicet, Ipsa & quidem multi antiqui legunt ipsa, vide Chrys. homil. 17. in Genes. August. 2. de Genes. contra Man. cap. 18. & 11. de Genes. ad litt. cap. 36. Ambros. de fuga seculi. cap. 7.

16. *Ærumnas & conceptus*, pro dolores conceptuum, scilicet gestando fœtum, & pariendo. *Potestate*, scilicet etiam nolens, alioqui ante peccatum sub potestate erat, sed volens: nunc autem quam multæ nollent viris subesse, & oportet tamen?

17. *Maledicta*, scilicet, sterilitate, vt contra, fertilitas dicitur benedictio vide Hebr. 6. *in opere tuo*, id est, propter tuum peccatum. Hebr. & Chal. propter te.

20. *Heua*, id est, viua, seu viuens, Hebr. chauah *mater esset*, scilicet futura.

22. *Ecce Adam*, &c. Ironia est.

24. *Cherubim*, id est, Angelos humana forma.

CAPVT IV.

COgnouit, &c. sic solet scriptura copulam carnalem honestè significare. *Possedi*, Cain interpretatur possessio, seu possessus. *Per Deum*, id est, Dei dono, Chald. coram Domino.

4. *Respexit*, scilicet, ignem cœlitus mittendo qui sacrificium consumeret. Cyrill. 2. in Genes. Hieron. in Genes.

5. *Ad Cain*, scilicet ob odium in fratrem, Irenæus lib. 4. cap. 34.

6. *Concidit*, Demissus vultus tristitiæ signum.

7. *Nonne*, &c. 70. Nonne si rectè obtuleris, non autem rectè diuiseris, peccasti? *recipies*, scilicet mercedem.

Peccatum tuum, id est, pœna peccati tui. *Erit*, pro,

pro, fit, Hebr. Sic in præceptis Decalogi futura pro imperatiuis, *eius*, scilicet peccati. *Dominaberis*, scilicet, si velis, cum Dei gratia, vel futurum, pro imperatiuo.

8. *Egrediamur foras*, id ex 70. sumptum (qui verterunt, egrediamur in agrum) Hebr. deest, sed subintelligitur.

12. *Vagus* & profugus, 70. gemens & tremens.

13. *Merear*, possim impetrare.

14. *Omnis* qui, quasi dicat, quisquis hominum futurorum, quamquam nihil prohibet etiam tum fuisse homines aliquot, scilicet, Cain filios & fratres, & horum etiam filios. Vide Aug. 15. ciu. c. 15.

15. *Septuplum*, id est, grauissime, *omnis*, pro vllus Hebr.

16. *Eden*, scilicet, Paradisi.

20. *Pater habitantium*, &c. id est, Primus inuentor artis habitandi in tabernaculis ad gregem pascendum.

21. *Pater canentium*. &c. i. Musicæ inuentor.

23. *In vulnus meum*, pro vulnere à me inflicto.

23 *Septuagies septies*, id est, multo grauior, id vero dixit vxoribus timentibus, ne ob homicidium à se patratum occideretur, vt essent bono animo. Audiui doctum sane & pium virum ita interpretantem, cum male audiret Lamech, quod duas vxores duxisset, & illæ timerent, ne ei mali aliquid ea causa accideret, dixit: Numquid hominem aliquem occidi; vt vitæ meæ timere debeatis? si Caini occisor grauiter puniendus est, quanto magis qui me occiderit?

26. *Inuocare*, i. palàm colere, seu excellentiùs, quam vulgus soleret.

CAPVT V.

1. *LIber generationis*, i. enumeratio posteritatis eius, scilicet, per quam Christus descendit. *Dei*, pro suam, Hebr.

2. *Benedixit*, i. fœcundos reddidit, *eorum*, pro, eius, 70. eius *Adam*, pro, hominem, quasi dicat, vtrumque hominem vocauit.

4. *Filios & filias*. Horum non fit mentio, quia non ab eis Christus.

22. *Ambulauit cum Deo*, i. sanctè vixit Hebr.

24. *Tulit*, forte in paradisum terrestrem. Augustin. de Gen. addit.

27. *Mortuus est*, scilicet, anno, quo cœpit diluuium, Hieron.

29. *Noë*, i. requiem, seu quietem, *consolabitur*, forte, quia inuenit agriculturæ instrumenta, & artem.

32. *Genuit*, &c. sensus est post annum ætatis 500. generare cœpisse, habuisse vero hos tres filios, scilicet, diuerso tempore.

CAPVT VI.

1. *FIlij Dei*, i. Dei cultores, scil. Posteri Seth. Chrysost. in Gen. homil. 22. *Filias hominum*, scil. impiorum ex posteris Cain, Chrysost.

3. *Spiritus meus*, i. vita, seu anima, quam ei, dedi. *Caro*, i. carnalis, seu voluptatibus deditus. *Dies illius*, i. Tempus ei ad pœnitendum datum ante diluuium: amputati autem 20. anni, quia pœnitentiam agere contempserunt, secundum Hieron. in Gen. Puto ego nihil fuisse amputatum, sed id Deum dixisse annis 120. ante diluuium, adeóque antequam Noë esset 500. annorum, etsi scriptura more suo postea narret, non enim ordinem seruat.

4. *Potentes*, id est, robusti. *famosi*, id est, celebres.

7. *Inquit*, pro, cogitauit, vel dixit, sc. Angelis vel Noë.

8. *Inuenit gratiam*, i. fuit gratus. Hebr.

9. *In generationibus* suis, id est, inter homines sui sæculi cum Deo ambulauit, vide caput 5.

10. *Iaphet*, hunc quidam putant primogenitum, & Cham secundogenitum.

11. *Corrupta*, scil. flagitiis. *Terra*, i. homines Notat Chrysost. hom. 24. Terram vocari, quod eorum opera terrena, vt aliquando carnem: quia carnalia.

12. *Caro*, i. homines.

13. *Venit coram me*, pro, statui perdere. *A facie illorum*, i. coram illis, pro, per eos, seu per illorum opera, Hebr.

14. *Leuigatis*, i. leuissimis, Hebr. Gophor, quod est lignum leuissimum. Chald. cedrum vertit: 70. vero, quadrata. Deorsum, cœnacula tristega, pro inferiora, secunda & tertia, scil. tabulata; vel deorsum, coniunge cum latere; cœnacula & tristega, pro cœnacula, quæ sint tripilcia, seu veluti tria tecta, nempe, infima, media, suprema.

15. *Cubitorum*, Cubitum Geometricum quidam intelligunt, qui continet sex cubitos vulgares.

17. *Ecce ego*, pro, ego vero. *Aquas diluij*, id est, aquarum diluuium.

19. *Carnis*, non enim pisces.

20. *Ingredientur tecum*. Hebræus venient ad te; scilicet, De iussu, & Angelorum ministerio.

CAPVT VII.

1. *IN generatione hac*, i. inter homines huius temporis.

2. *Mundis*, Quæ munda essent, reuelauerat Deus, vel ea tali numero venerunt. Septena, vnum erat postea immolandum, relinqueuda sex ad prolem, & sacrificia. Nota, quod quidam putant fuisse ex immundis duo tantum, scil. marem, & fœminam; ex mundis autem septem vt proxime dictum. Alij putant fuisse 14. scil. septem mares & totidem fœminas. Iustinus quidem q. 43. ita sentit, seu quisquis est ille auctor. Itemque ex immundis fuisse 4. scil. duos mares, & duas fœminas, quia dicitur, bina & bina, septena, & septena: quæ mihi opinio non probatur.

4. *Dies septem*, scil. ab ingressu, vel à præcepto de ingrediendo. *Substantiam*, i. animalia. *De superficie terræ*. Non enim pisces qui in mari.

11. *Mense secundo*, i. Aprili, *Septimodecimo*, 70. vicesimoseptimo.

Abyssi magnæ, i. aquarum, quæ sub terra *cataractæ*, id est, nubes, vnde veluti è fenestris apertis imber descendit.

12. *Quadraginta*, scil. vt possent agere pœnitentiam, Chrysost. hom. 24.

13. *In articulo diei illius*, pro, illo ipso die, scil. decimoseptimo, seu potius, quo Deus præceperat: nam post eum dicuntur transisse 7. dies deinde 17. die ruptos fontes, &c.

16. *Deforis*, scilicet, claudens ostium; aliter enim claudi non poterat, vel (vt quidam volunt) bitumine extrinsecus contra aquas muniens.

17. *Diebus*, scil. naturalibus.

CAPVT VIII.

1. *Spiritum*, id eſt, ventum, ſcilicet, deſiccantem.

3. *Euntes, & redeuntes*, pro, eundo, redeuntes, ſeu ſubinde decreſcentes. Itaque infra dicitur, ibant & decreſcebant. *redeuntes*, ſcilicet, ad mare per occultas venas. Hieronym. in Gen.

4. *Vigeſimo ſeptimo.* ſic 70. At Hebr. & Chald. decimo ſeptimo.

7. *Egrediebatur, & non reuertebatur*, ſcilicet, in arcam. Hebr. ibat, & non redibat, ſcilicet, vltro citroque volitans circa arcam. Nota, quod noſtra lectio ex 70. ſumpta eſt.

8. *Ceſſaſſent*, id eſt, eſſent imminutæ.

13. *Primo*, ſcilicet, Niſan, qui reſpondet Martio. *Imminuta*, id eſt, exiccatæ.

21. *Odoratus*, eſt, &c. id eſt, Acceptauit tanquam rem ſuauem. Chald. ſuſcepit Dominus cum beneplacito.

22. *Cũctis diebus terræ*, pro, quamdiu terra erit. *Requieſcent*, id eſt, ceſſabunt, ſ. vt tempore diluuij.

CAPVT IX.

1. *Benedixit*, ſcilicet, dans fœcunditatem.

2. *Quaſi olera*, quaſi dicat, vt olim olera tradideram. Nota, Tertullianus libro de cib. Iud. conceſſum nunc carnis vſum ad maiores vires propter culturam.

3. *Cũ ſanguine*, id eſt, niſi effuſo prius ſanguine.

5. *Sanguinem enim*, &c. quaſi dicat, Nec vero putetis licere hominem occidere, ſanguinem enim, &c. Vel eſt ordo inuerſus, & redditur ratio eius, quod proxime ſequitur, ſcilicet, quicumque effuderit, &c. quamquam, ſi, enim, pro autem, ſcripturæ more poſitum eſt, facilis eſt ſenſus loci alioqui difficilis. *Animarum*, id eſt, quo animæ in corpore viuunt. *Requiram*, ſcilicet, vlciſcens. *Beſtiarum* vide Exod. 21. Num. 28. 29. *Fratris*, quaſi dicat, etiamſi frater ſit. *Hominis*, ſcilicet, occiſi à ſupradictis.

6. *Fundetur*, ſcilicet, per iudicem. Chald. Fundetur ex ſententia Iudicis.

11. *Terram*, id eſt, terræ habitatores.

12. *Sempiternas*, id eſt, omnes.

15. *Terram*, id eſt, terram inhabitantia.

16. *Eritque*, erat quidem etiam antea, ſed non in id ſignum, in quod nunc deſtinatur à Deo. *Sempiterni*, id eſt, perpetuo à me ſeruandi.

23. *Retrorſum*, id eſt, gradu retrogrado, ſcilicet, auerſa facie.

25. *Chanaan*, pro, Cham, ſecundum quoſdam at Chryſoſt. homil. 29. ait, non maledixiſſe patrem, quod à Deo fuiſſet benedictus, ſed filium, vnde pater cruciaretur.

26. *Seruus ſeruorum*, id eſt, omnino ſeruus, vel infimus ſeruus.

27. *Habitet in tabernaculis Sem.* videtur prædicere conuerſionem gentilium, qui à Iaphet, nam Iudæi à Sem.

29. *Nongentorum.* vixit vſque ad 58. annum Abrahæ, ſecundum Hebræos, at ſecundum Euſeb. vſque ad 69.

CAPVT X.

1. *HÆ generatione*, pro hi, quos genuerunt. *Natique* pro nati enim.

2. Gomer. Nota, à Gomer. Galatas ortos; à *Magog* Scythas; à *Madai* Medos; à *Iauan* Iones, ſeu Græcos, *à Tubal* Iberos, *à Moſoch* Cappadoces, *à Thiras* Thraces.

3. *Aſcenez*, ab hoc Rhegini, à *Riphath* Paphlagones, à *Thogorma* Phryges.

4. *Eliſa*, ab hoc Æolides; à *Tharſis* Cilices; à *Cetim* Citij, ſeu Cyprij; à *Dodanim* Rhodij. vide Hieron. in Geneſ.

5. *Diuiſæ Inſulæ*, id eſt, Nati, qui varias tenuerunt inſulas, ſcilicet maris mediterranei.

6. *Chus*, ab eo Æthiopes; à *Meſraim* Ægyptij; à *Phut* Lybij; à *Chanaan* Chananæi.

7. *Saba*, ab hoc Sabæi; ab *Heuila* Getuli; à *Sabatha* Sabatheni, qui & Aſtabari; à *Saba* Arabes. Nota, hunc Saba per ש ſcribi ſuperiorem per ס. à *Dadan* Æthiopiæ populi. Vide Hier.

8. *Potens*, id eſt, fortis, vel tyrannus.

9. *Venator*, id eſt, oppreſſor innocentum, vt quidam interpretãtur. *Coram Domino*, q. d. Deo inſpiciente, & ferente, vel Deo iudice, q. d. vere.

10. *Arach*, quæ Edeſſa, *Achad*, quæ Niſibis, *Chalane*, quæ Seleucia, vel Cteſiphon. Hieron. Senaar, id eſt, Babylonis,

11. *Illa*, ſc. Babylonis. *Aſſur*, ſc. filius Sem. Quidam tamen Ninum intelligunt, qui dicatur Aſſur, quod Aſſyriis imperauerit, vel etiam Aſſur vocabatur. *Ciuitatis*, ſcilicet, Niniue Hier.

12. Hæc, ſcilicet, Niniue.

14. *Caphtorim*, id eſt, Cappadoces.

19. *Laſa*, quæ nunc Callirhoe Hier.

20. *Filij*, id eſt, poſteri. *Cogitationibus*, id eſt, familiis *linguis*, id eſt, idiomatis, ſc. variis. *Generationibus*, id non eſt Hebr. nec Chald. nec apud 70.

21. *Filiorum*, Hebr. id eſt, Hebræorum. Ab hoc quidam putant Hebræos dictos. Alij ab Abraham, qui primus dictus eſt Hebræus, id eſt, Tranſitor, quod, ſcilicet, Euphratem tranſiſſet, cum venit in terram Chanaan. videntur enim Chananæi ita illum cœpiſſe vocare ob cauſam dictam, ſicuti nũc dicimus Germanos, & Gallos Trãſmontanos.

22. *Filij*, id eſt, poſteri *Ælam*, à quo Ælamitæ in Perſide, *Arphaxad*, à quo Chaldæi; *Lud*, à quo Lydii; *Aram*, à quo Syri, quorum metropolis Damaſcus. Hieronym.

23. *Vs* à quo condita Trachonitis, & Damaſcus, quam regionem 70. in Iob Auſitidem vocant, quaſi Huſitidem. *Hul*, à quo Armeni; *Gether*, à quo Carii; *Mes*, à quo Mæones Hieronym.

29. *Diuiſa ſit terra*, id eſt, variis linguis vſi terræ habitatores.

CAPVT XI.

1. *Labij* vnius, ſcilicet, omnes. Hebræa lingua loquebantur.

2. *Oriente*, ſcil. Armenia vbi arca ſubſtiterat.

3. *Venite*, pro, agite dum.

5. *Filij Adam*, id eſt, homines, ſic filius hominis, id eſt, homo Adam autẽ poſitum pro hominũ.

7. *Venite* Angelis dictum, per quos Deus deſcendebat, & operabatur Aug. 16. ciu. cap. 5.

9. *Babel*, id eſt, confuſio, vel venit confuſio.

10. *Generationes*, id eſt, qui originem duxerunt, ſeu poſteri.

11. *Filios, & filias*, non nominantur, quia Chriſtus non ex iis naſciturus.

12. *Genuit Sale.* Nota, quod 70. inter Arphaxat, & Sale ponunt Cainam, magnumque annorum numerum. Vide Luc. 3. Itaque cogimur dicere, deeſſe aliquid in noſtra editione: quod mirum non eſt, cum Matthæus in Chriſti genealogia aliquos omiſerit, quamquam dici poteſt Hieronymum, cuius eſt noſtra editio, ſecutum Hebræas quæ hic diminuta, vt alibi etiam. Vide Exodi 12.

23. *Ant*

28. *Ante*, id est, coram scilicet, adhuc Thare viuente. *Vr*, ita dicta, quia in valle posita. Vr enim vallis, vide Isai. 20.

29. *Duxerunt* pro, duxerant, *Iescha*, scilicet, sororis Melcha. Hieron. ait Sarai dictam esse Iescham, scilicet fuisse binominem. Nota, oportere secundum hanc opinionem dicere Aran fuisse maiorem natu quam Abraham.

31. *Haran.* Hebr. Charan à fluuio Syriæ sic dicta.

CAPVT XII.

1. Dixit, pro, iam vero dixerat. Vide Actor. 7.
2. *Benedicam tibi*, id est, cumulabo te bonis. Hebr. *benedictus*, id est, fortunatus, Hebr. benedictio.

3. *Maledicam*, id est, puniam. *In te*, id est, propter te, scilicet, propter semen tuum, Christum. Vide cap. 48. *Cognationes*, id est, familiæ.

4. *Egressus est*, scilicet, multo antequam pater moreretur, August. 16. ciuit. cap. 15. Nota, quod ex Vr dicitur exisse anno ætatis 52. ex Haran autem 75. viuo patre, quem subinde inuisebat, vixit enim pater postea 60. annis, quo mortuo nunquam rediit in Haran.

5. *Possederant.* Alij vertunt, acquisierant, & id significat verbum Hebræum. Animas. i. homines. *Quas fecerant*, scilicet, gignendo, vel emendo seruos. Chald. quas legi subiecerant.

6. *Conuallem illustrem*, scilicet, Mambre secundum quosdam. Alij vertunt, querceetum, seu planiciem Moreh, scilicet, sic dictam à Moreh Chananæo. 70. quercum excelsam. Chald. planiciem Moreh.

6. *Chananeus*, erat, pro, Chananæi erant.

7. *Apparuit*, ab hoc anno, quo Abraham cœpit peregrinari in Ægyptum, vsque ad exitum ex Ægypto, anni sunt 430. de quibus Exodi 12. Actor. 7.

8. *Contra Orientem*, id est, ad Orientem: *Inuocauit*: scilicet, precando:

10. *In terra*, scilicet Palæstinæ.

12. *Reseruabunt*, scilicet viuam:

13. *Soror.* Vide infra cap. 20. num. 12.

16. *Bene vsi*, pro, benefecerunt.

19. *Coniux tua*, scilicet, intacta. Chrys.

CAPVT XIII.

1. *Australem*, scilicet, respectu Palæstinæ. 3. A meridie coniunge cum reuersusque.

6. *Communiter.* i. simul.

9. *Coram te*, id est, in tua electione. Vide c. 34. *Sinistram*, scilicet, eunti ad Orientem.

10. *Venientibus in Segor*, id est, qualis est Ægyptus ea parte, qua itur in Segor, vel potius (sic enim coniungendum) vniuersa vsque ad Segor irrigabatur sicut Paradisus Domini, & sicut Ægyptus, Chald. ad introitum Segor. 70. donec veniatur in Segor.

11. *Alterutrum à fratre suo*, id est, alter ab altero. Hebr.

13. *Coram Domino*, id est, Deo iudice, adeóque verè, seu Deo inspectante, & interim ferente.

16. *Sicut puluerem*, scilicet multitudine.

18. *Mambre*, sic dicta à viro Mambre, *Domino*, id est, in honorem Domini.

CAPVT XIV.

1. *Amraphel*, scilicet, Nembrod. secundum quosdam. *Senaar*. i. Babylonis. *Ponti*. Hebræus Chald. & 70.
Ellasar. Forte Hieronymi tempore Pontus dicebatur. Elamitarum scilicet, Persarum, *Gentium*, Hebr. Goim, forte Prouinciæ nomen, etsi alioqui Gentes significet.

3. *Syluestrem* Hebr. desertam, seu vastatam.

4. *Recesserunt*, scilicet, tributum negauerant.

5. *Raphaim*, scilicet, Gigantes. *Carnaim*, iunge cum Astaroth: est autem locus in Arabia. *Cum eis*. Hebr. in Ham. & sic vertit Hieronym. in Gen. vbi *Zuzim*, & *Emim* interpretatur terribiles, & horrendos. *In Saue*. Alij vertunt in planitie.

7. *Ad fontem*. Alij vertunt, vt est Hebr. ad Hen.
Misphat, id est, iudicij, scilicet, prope petram, vbi Deus populum iudicauit: dicitur enim id per anticipationem. Hier.
Asasonthamar, id est, vrbe palmarum, nunc dicitur, Engaddi, vbi balsamum, & palmæ. Hieron.

10. *Ceciderunt*, scilicet, sese coniecerunt in puteos; nam postea fit mentio Regis Sodomorum, nisi intelligatur nouus alius creatus.

14. *Numerauit*. Alij armauit, vel duxit in prœlium. *expeditos*, id est, instructos, & assuetos militiæ. *Dan*, est vnus è fontibus Iordanis, alter enim Ior, non longe distans, vnde Iordanis dictus Hier.

15. *Sociis*. Alij copiis.

18. *Melchisedech*. Hunc Hebræi dicunt esse Sem, filium Noe, & vixisse vsque ad Isaac. Hier. in Genes. *Salem*, id est, Hierusalem, quæ prius Salem dicta Hier. in Gen. Non Ierusalem sed Salem de qua Genes. 33. Hieronym. epistola 126. *Erat enim*, quasi dicat, protulit, vt offerret in sacrificium Deo tanquam eius sacerdos.

19. *Deo*, id est, à Deo, vel apud Deum, Chald. coram Deo.

20. *Dedit*, scilicet, Abraham ipsi Melchisedec. *omnibus*, scilicet, hostium spoliis.

21. *Animas*, id est, homines Hebr.

22. *Leuo*, &c. id est, iuro per Dominum.

23. *Caligæ*, id est, calceamenti.

24. *Iuuenes*, id est, serui mei. *Accipient*, scilicet, si volent.

CAPVT XV.

1. *Factus est sermo Domini*, id est, locutus est Dominus Hebr. *Magna*, scilicet, erit.

2. *Filius procuratoris*, &c. quidam vertunt filius procurationis, seu dispensationis, id est, dispensator domus meæ. Chal. Filius domus meæ, 70. Filius Masech vernaculæ meæ. Theodotio vertit, teste Hieron. vt nos legimus. *Eliezer*, scilicet, meus erit. Ab hoc quidam dicunt conditam Damascum, eius nomine appellatam. Vide tamen supra cap. 10.

3. *Semen*, id est, filios.

5. *Stellas*, scilicet, noctu fuerat facta visio. *Sic erit*, scilicet, innumerabile.

9. *Et columbam*, Hebræus & pullum columbarum.

10. *Altrinsecus*, id est, hinc inde, scilicet, ex opposito.

13. *Scito prænoscens*, Hebr. sciendo scias, id est certò scias Hebr. *quadringentis*, scilicet computandis à quinto anno Isaac, quo domo pulsus est Ismaël.

14. *Iudicabo*, id est puniam.

16. *Generatione quarta*, scilicet ab ingressu in Ægyptum. Est quidem Naasson quartus à Phares, qui cum patre Iuda ingressus est.

17. *Inter diuisiones*, scilicet loco Dei, more fœderis, transibant enim, fœdus facientes inter diuisiones hostiæ, quasi dicerent, ita secemur, si pactum violabimus. Vide Ierem. 34.

18. *Fluuio Ægypti*, scilicet, qui Ægyptum separat à terra Chanaam, & prope Rhinocoluram vrbem in mare influit. Vide Isai. 27.

CAPVT XVI.

1. *Conclusit*, id est, sterilem fecit. No. quod tunc erat 76. annorum.

6. *Manu*, id est, potestate.

7. *Sur*, id est, qua itur in Sur, & inde in Ægyptum, quo illa nempe Ægyptia, festinabat. Hieron.

8. *A facie Sarai*, id est, propter Sarai, Hebræus.

11. *Afflictionem*, id est, orationem in afflictione factam.

12. *Manu eius*, &c. significat posteros eius, scilicet, Saracenos incertis sedibus vagos, impugnaturos omnes, & ab omnibus impugnandos, Hieron. è regione, quasi dicat, neminem timens.

13. *Vocauit*, pro, inuocauit, Chald. orauit in nomine Domini. *Tu* subaudi dicens. *Qui vidisti me.* Alij, qui vides me. Chald. videns omnia. *posteriora*, id est, tergum: scilicet recedentis.

14. *Appellauit*, scilicet Angelus, vel Abraham, vel aliquis alius. est enim Hebr. verbum masculinum.

CAPVT XVII.

1. *Ambula* coram me, id est, da operam, vt mihi placeas. sic Psalm. 114. Placebo Domino, vbi Hebr. Ambulabo coram Domino.

5. *Abraham*. Ab אב pater rab רב multum Hamon המון multitudo.

7. *Generationibus suis*, id est, temporibus suis, seu ætate sua. *Vt sim Deus*, &c. Id erat pactum, scilicet, vt colerent tanquam Deum, Deusque illis benefaceret, seu, quod eodem recidit, ipse illorum esset Deus, & illi eius populus.

14. *Delebitur*, quasi dicat, non censebitur de populo, vel dignus est morte. Vide Numer. 19. August. con. Pelag. & Celest. interpretatur, peribit ob peccatum originale morte æterna. *pactum*, scilicet ligni prohibitione in Paradiso. August. 2. de nupt. *Irritum fecit*, id est, neglexit, Augustin. 16. ciuit. cap. 17. ait, quando in Adam peccauit, irritum fecisse.

15. *Sarai*, id est, principem meam, seu dominam meam. *Saram*, id est, principem, seu dominam.

16. *Ex eo*, scilicet, filio, vel pro, ex ea, scilicet, Sara, Hebr. & Chald. *ex ea*, 70. ex eo.

17. *Putasne*. Id dixit ex incredulitate, Hieron. 13. contra Pelag. Alij ex admiratione dictum putant. Vide caput 18.

18. *Coram te*, id est, te illius vitam approbante.

19. *Isaac*, id est, risum, quia risit Abraham Hieron. dicerem potius, quia parentibus lætitiam attulit eius natiuitas. *Pactum*, scilicet, de Circumcisione, vel potius de Christo ex eo nasciturо: quanquam id etiam per circumcisionem significabatur, vel illud, de quo supra num. 7. in cuius signum data circumcisio.

21. *Ad Isaac*, quasi dicat nascetur Christus ex Isaac, non ex Ismaele.

22. *Ascendit Deus*, id est, Angelus discessit, scilic et, in cœlum vnde venerat.

CAPVT XVIII.

1. *Feruore diei*, id est, cum scilicet peregrini ad hospitia solent diuertere.

2. *Adorauit in terram*, id est, se demissa in terram facie incuruauit, reuerentiæ causa, more Orientalium.

3. *Domine*, vel singulare pro plurali, vel mysterium Trinitatis indicatur, quam illi repræsentabant, vel vnum ex illis alloquitur.

4. *Arbore*, scilicet, quæ erat ante tabernaculum.

9. *Dixerunt*, pro, dixit vnus illorum.

10. *Vita comite*, quasi dicat, viuente te, & vxore. Chald. quo vos eritis viui. Vide 4. Reg. 4. num. 16.

11. *Muliebria*, id est, menstrua.

14. *Conditum*, quasi dicat, vt prædixi, seu promisi, *Eodem tempore* scilicet, sequentis anni.

15. *Sed risisti*. Redarguit Dominus risum Saræ, quia dubitationis fuit; non Abrahæ, quia admirationis, & lætitiæ August.

16. *Deducens eos*, remansit vnus Angelus cum Abraham, duo Sodomam missi, August. in Genes. quæst. 33. No. quod qui mansit, Deus erat, secundum Iustinum in Tryphon. & Epiphan. in Ancor. scilicet, Deum repræsentabat.

18. *In illo*, id est, per semen illius, scilicet, Christum.

19. *Faciant, iudicium & iustitiam*, id est, recte & iuste viuant. Hebr. *Propter Abraham*. Hebr. super Abraham.

21. *Sciam*, scilicet, quomodo res se habeat, vel qua pœna puniendi sint. No. quod loquitur Deus humano more, nam ab æterno omnia scit.

27. *Et cinis*, id addidit, quia nomen terræ honestum quodammodo videbatur Chrysost.

33. *Abiit Dominus*, id est, ille Angelus, qui loquebatur cum Abraham (alij enim duo Sodomam abierant) Deumque repræsentabat. Ideóque etiam supra Dominus dictus.

CAPVT XIX.

2. *Pueri*, id est, serui.

8. *Educam*. Putauit oblatione hac furorem populi placandum, nec illum acceptururum quod offerebatur. Chrysost. hom. 43.

11. *Qui foris erant*, Hebr. qui erant ad ostium. *Cæcitate*. 70. ἀορασίᾳ, quasi dicat, auidentia, qua, scilicet, aliqua videntur, alia non videntur. Sic qui percussi ab Elisæo, & discipuli. Lucæ 24. August. in Genes. quæst. 43.

14. *Ludens*, quasi dicat, non serio.

15. *Scelere*, id est, sceleris punitione.

16. *Dissimulante*, Hebr. tardante. *Parceret*, id est, vellet eripere,

17. *Respicere post tergum*, id Lucæ, 9. pro pœnitere accipitur; at hic propriè accipitur. *Circa regione*. Hebr. planitie.

19. *Magnificasti misericordiam*, id est maxima vsus es erga me misericordia. Nec possum, &c. turbatione timoris. Deo non credit, sic & filias voluit prostituere. August. in Gen. quæst. 44.

22. *Segor*, id est, parua. Hebr. Tsohar. צער

24. *Pluit Dominus* à Domino, id est, filius à patre August. locut. Genes. cap. 50. & in Genes. quæst. 59

quæst. 59. *A Domino*, id est, à se, Heb. Hæc subuersio dicitur à quibusdam facta anno 51. à confusione linguarum.

26. *Post se*, id est, post tergum. Heb. post eum, id est, auersa à tergo viri, quem sequebatur, Chal. post se, 70. retrorsum. *Salis*, scilicet, metallici, qui est durissimus. Est quidem sal sapientiæ symbolum, & hic positus ad insipientium admonitionem.

27. *Steterat*, scilicet, sæpe interrogans Deum.

28. *Fauillam*, alij vaporem vel fumum vertunt.

35. *Concubuerit*, Heb. accubuerit, scilicet, filia, vt supra.

38. *Ammon*, Heb. Ben Ammi, בן עמי id est, filius populi mei.

CAPVT XX.

1. *INde*, scilicet, à conualle Mambre.

2. Dixitq; scilicet, interrogantibus quæ esset.

3. *Morieris*, scilicet, nisi reddideris vxorem, vt infra declaratur.

5. *Simplicitate*, scil. non putans me malefacere.

6. *Custodiui*, id est, prohibui.

8. *De nocte*, id est, summo mane.

12. *Filia patris*, id est, neptis, scilicet, erat filia Aram, qui natus ex alia, non matre Abraham. Quidam putant filiam Thare ex alia vxore. 70. Soror ex patre, & non ex matre. Vide Hier. cont. Helui. & sup. c. 11.

13. *Misericordiam*, id est, beneficium, seu gratiam, 70. iustitiam. Vide etiam cap. sequent. num. 23.

15. *Coram vobis*, id est, in vestra electione, quasi dicat, videtis terram, eligite quod placet.

16. *Velamen oculorum*, id est, defensionem pudoris, quod, scilicet, te intactam viro tuo reddiderim, dicuntur quidem oculi pudoris sedes *deprehensam*, scilicet in errore.

18. *Concluserat*, id est, sterilem reddiderat.

CAPVT XXI.

6. *RIsum*, id est, gaudium seu lætitiam. *Corridebit*, id est, congaudebit, congratulabitur.

7. *Abraham*, scilicet, dicenti, vel pro, de Abraham.

9. *Ludentem*, id est, irridentem. Quidam vertunt lasciuientem. Hier. interpretatur, super primogenitura contendentem.

12. *In Isaac*, &c. quasi dicat, per Isaac habebis posteritatem promissam, eaque te patrem dicet.

14. *Eius*, scilicet, Agar, *puerum*, scilicet 18. annorum, Isaac enim tunc erat 5. annorum, natus autem fuerat in Geraris, cum Ismael esset 13. Hier. in Gen.

17. *Quid agis?* Heb. Quid tibi est?

23. *Misericordiam*, 70. iustitiam. Vide supra c. 20. n. 13.

31. *Bersabee*, id est, Puteus iuramenti, vel puteus septem. *Iurauit*, sub. & propter septem aquas; vtrumque enim eo nomine significatur, vt proxime dictum. Vide infra cap. 26.

34. *Colonus*, id est, incola.

CAPVT XXII.

1. *TEntauit*, id est, probauit. August. in Gen. q. 57. *Adsum*, Heb. ecce ego, id est, eccum me.

2. *Visionis*, Heb. Moriah, locus est, vbi templum à Salomone extructum, 70. excelsam, Chal. diuini cultus, est autem Moriah, myrrha Domini.

3. *De nocte*, id est, summo mane. *Præceperat* Hebr. dixerat.

4. *Tertio*, à Geraris ad montem Moriah, iter est dierum trium, Hier. in Gen.

9. *Ostenderat*, Hebr. dixerat.

12. *Cognoui*, id est, feci, vt cognosceres sic 1. Cor. 2. non iudicaui me scire inter vos, &c. Aug. 1. Tri. & 4. de Gen.

13. *Tergum*, scilicet, suum.

14. *Videt*, Hebr. videbit, id est, prouidebit. *Videbit*, Heb. videbitur, id est, apparebit, scilicet, Christus, 70. visus est, forte præteritum pro futuro.

17. *Stellas cæli*, id propter pauciores, firmiores, & clariores dictum est. At arenā maris propter multitudinē infirmorum, & carnalium, quę tranquillo tempore quieta, aliquando tentationum & tribulationum fluctibus operta est, & turbata, Aug. *Portas*, id est, propugnacula. hæc enim solent esse in vrbium portis.

18. *In semine*, id est, propter semen, scilicet, Christum.

21. *Hus*, de huius stirpe Iob descendit, non de Esau. Hier. in Gen. *Buz*, ex huius genere secundum Hebræos fuit Balaam, qui in Iob dicitur Eliu, & primò erat sanctus, & Dei Propheta Hier.

22. *Chased*. à quo Chasdim, id est, Chaldæi Hier.

24. *Roma*, Heb. Reumah.

CAPVT XXIII.

2. *ARbee*, id est, quatuor, scilicet, Adam, Abraham, Isaac, & Iacob, ibi sepultorum. Hier. in Gen.

4. *Ius*, Heb. hæreditatem, seu possessionem mortuum, quasi dicat, funus.

6. *Princeps Dei*, id est, magnus princeps. Sic cedri Dei montes Dei. *electis*, id est, selectis, vel quasi dicat, in eo, quod tibi elegeris. *Prohibere poterit*. Heb. prohibebit.

7. *Adorauit*. scilicet, gratias agens se coram populo incuruauit.

10. *In medio filiorum Heth*. inter Hethæos.

15. *Siclos*. Siclus drachmas duas continet, adeoque pretium erat scutorum 80. quamquam erat & siclus drachmarum quatuor. Vide cap. seq. quantum est hoc? quasi dicat, tam vili vendo propter te.

CAPVT XXIV.

2. *SVbter femur*. Sic olim iurabatur. Vide c. 47. Hier. 1. cont. Iouin. Adiurasse ait in femore, id est, in Christo de eius semine nascituro. Vide etiam Hier. in Gen. & epist. 140. Crediderim ego fuisse eo ritu significatam subiectionem eius, qui sic manum ponebat. Itaque solitum fieri à seruis, & filiis. Vide inf. c. 47.

3. *Adiurem*, id est, faciam iurare.

10. *Nachor*. id est, in qua Nachor habitabat.

12. *Occurre*, id est, exaudi me, vel fac occurrere quod opto.

16. *Et incognita*, pro, id est, incognita, vel nempe incognita.

18. *Vlnam*, Heb. manum.

21. *Contemplabatur eam* Hebr. obstupebat in ea.

21. *Siclos duos*, pro drachmas duas, vt patet ex 70. & Heb. nempe ficlum vnum communem, nam ficlus fanctuarij drachmæ 4. *Siclorum decem*. Heb. & 70. decem aureorum.

23. *Cuius es filia?* Id antea interrogauerat, vt patet inf.

27. *Misericordiam*, 70. iustitiam. Vide sup. cap. 20. & 21. *Veritatem*, scilicet, promissi, quasi dicat, fideliter egit.

32. *Destrauit*, id est, clitellas detraxit. Pedes camelorum Heb. pedes suos, quod potest etiam ad camelos referri.

33. *Panis*. id est, cibus.

40. *In cuius conspectu ambulo*. id est, cui studeo placere.

41. *Innocens eris à maledictione*. Heb. mundus eris à iuramento, id est, absolutus: quamquam etiam verti potest, maledictione.

49. *Veritatem*, id est, fideliter.

50. *Sermo*, id est, res hæc. quasi dicat, à Domino factum est istud: seu hæc est voluntas Domini. Nota quod vtuntur nomine Iehoua. id enim erat proprium Dei Hebræorum, etsi eum non colerent.

51. *Locutus*, id est, voluit, seu vult.

60. *Portas*. Vide cap. 22.

62. *Australi*, scilicet, Geraris.

63. *Meditandum*. Chal. orandum.

65. *Pallium*. Alij operimentũ, vel peplũ vertũt.

CAPVT XXV.

1. *CEthuram*. Hebræi putant esse Agar, de concubina factam vxorem, Hier.

3. *Assurim*, &c. Nomina sunt populorum.

6. *Concubinarum*, id est, vxorum minus principalium, scilicet, ductarũ sine ceremoniis, quarum filiis non dabatur hæreditas, sed munera.

8. *Plenus dierum*, id est, qui satis diu vixerat. Hier. tamen interpretatur omne tempus vitæ eius diem fuisse, non noctem.

13. *Eius*, scilicet, Ismaelis.

16. *Per castella & oppida*. Chal. in villis, & ciuitatibus, 70. in mansionibus, & tabernaculis, quasi dicat, ita apud suos vocabantur.

18. *Introeuntibus*, id est, qua itur ad. *Fratribus*, id est, filiis, Hier. in Gen.

21. *Exaudiuit*. scilicet, post annos 20. Chrys.

22. *Perrexit*, scilicet, ad sacerdotem. Chrys.

23. *Seruiet minori*. Tempore Dauid Idumæi subiecti Iudæis.

26. *Appellauit*, scilicet, pater, vel qui nomen imposuit.

31. *Primogenita*. scilicet, successionem in principatu, velut patris in reliquos fratres, & sacerdotio, & duabus bonorum partibus.

CAPVT XXVI.

1. *TErram*, scilicet, vbi Isaac habitabat, acciderat, &c. Vide sup. c. 12.

3. *Peregrinare in ea*. Heb. in terra hac.

4. *In semine*, id est propter semen.

5. *Ceremonias*. Heb. statuta.

9. *Mentitus*. Heb. dixisti.

10. *Potuit coire*. Heb. parũ abfuit, quin dormiret.

11. *Hominis huius*. Heb. virum hunc, & eius.

12. *Centuplum*. scilicet, quam seminauerat.

17. *Torrentem*. Alij vallem.

18. *Fodit*, scilicet, in Torrente, seu valle Geraræ.

19. *Foderuntque*. scilicet, serui Isaac.

20. *Calumniam*. Alij contentionem. 70. iniustitiam.

21. *Inimicitias*. Sic etiam 70. Alij odium.

33. *Abundantiam*. 70. & alij. Iuramentum, scilicet, legerunt per ש. At Hier. per ש & quidem verius, quid enim ad aquæ copiam iuramentum? nisi dicas, duabus de causis Bersabee vocatam, & ob iuramentum, & ob aquæ abundantiam, scilicet, vnius litteræ pronuntiatione mutata.

35. *Offenderant*, scilicet, contendendo cum vtroque vt indicant 70. vel non obediendo, vt Chal. indicat. Heb. irritabat.

CAPVT XXVII.

2. *VIdes*, quod senuerim. Heb. Ecce ego senui, & ignoro, &c.

4. *Pulmentum*, id est, cibos.

7. *Coram Domino*, id est, Domino approbante, & fauente.

8. *Acquiesce*, &c. Heb. Audi vocem meam in eo, quod præcipio tibi.

11. *Pilosus*. Heb. Sair שעיר vnde mons Seir.

12. *Inducat*. Heb. *inducam*.

13. *Ista maledictio*. Heb. Maledictio tua.

16. *Nuda*. Heb. leuitatem, seu læuorem.

17. *Coxerat*, Heb parauerat.

19. *Primogenitus*, scilicet quantum ad ius successionis, quod emerat.

23. *Benedicens*, i. cum vellet benedicere.

27. *Cui benedixit Dominus*, i. qui à Domino refertus est variis floribus.

28. *Rore*, Videtur etiam pluuia intelligenda, & reliqua quibus terra è cœlo fœcundatur. *Pinguedine*, fertilitate. Et olei non est Heb.

30. *Vix Isaac*, Hebr. iam Isaac. *Et egresso*, Heb. simulac egressus.

34. *Irrugiit*, Heb. clamauit. *Consternatus*, Hebr. vehementer amaro.

35 *Fraudulenter*, Fraus quidem videbatur, sed re vera mysterium fuit, Deo rem totam disponente.

39. *Benedictio tua*, Heb. Chal & 70. habitatio tua.

40. *Viues in gladio*, id est, eris vir bellicosus. *Excutias*. Id factum sub Ioram Rege Iuda Vide 4. Reg. 8.

41. *Luctus*, pro mortis, in qua lugeri solet.

CAPVT XXVIII.

2. *VAde*, Heb. Surge.

3. *Et crescere*, pro, id est, crescere. *Sic in turbas populorum*, id habeas copiosam posteritatem.

4. *Pollicitus est*, Heb. Chal. & 70. dedit. *Aui tuo*, Hebr. Chal. & 70. Abrahæ.

8. *Probans*, id intelligens. *Non libenter aspiceret*, id displiceret, Heb. quod malæ essent in oculis patris sui, &c.

9. *Nabaioth*, scilicet primogeniti Ismaelis. vide sup. cap. 25.

11. *Qui iacebant*, Heb illius loci.

12. *Scalam*, significabat hæc Christum, cuius summum & imum, diuinitas & humanitas. Angelos, vide Ioan. 1.

14. *Et in semine*, pro, id est, in semine.

18. *In titulum*. i. instar metæ, seu columnæ. *Desuper*, Heb. super eius caput, id summitatem.

21. *Erit mihi*, & cap. i. colam Dominum vt verum Deum.

22. *Lapis*, id. locus in quo lapis. *Cunctarum* Si hic

hic pecunia etiam intelligitur, offerret res quæ tantum valerent, quantum pecuniæ decima *Offeram*, scilicet in sacrificium.

CAPVT XXIX.

12. *INdicauit*, pro iam indicauerat.

14. *Os meum*, &c. id est, consanguineus meus es Hebr.

17. *Lippis*, 70. infirmis Alij debilibus.

20. *Pauci*, scilicet leuis eorum labor, alioqui etiam breue tempus longum videtur amantibus Aug. in Gen. q. 88.

22. *Vocatis multis amicorum turbis*, Hebr. congregauit omnes viros loci.

25. *Quid est quod facere voluisti?* Hebr. cur hoc mihi fecisti?

31. *Aperuit vuluam*, id est fœcundam reddidit.

32. *Ruben*, id est videns filium. *Humilitatem*, id est afflictionem.

33 *Simeon*, id est audiens, seu exauditio.

34. *Leui*, id est copulatus.

35. *Confitebor*, id est laudabo, seu gratias agam. *Iudam*, id est confessionem.

CAPVT XXX.

2. *PRo Deo*, id est Deus.

3. *Super genua*, q. d. quod vbi pepererit, in gremio ponam.

6. *Iudicauit mihi*, causam meam egit. *Dan*, id est iudicans seu iudicium.

8. *Et inualui*, pro, imo inualui, id est præualui. *Nephtali*, id est comparationem, seu æquiparationem.

9. *Tradidit*, Heb dedit in vxorem.

11. *Gad*, felix.

13. *Omnes mulieres*, Heb. filiæ. *Aser*, id est beatitudo.

14. *Mandragoras*. Sunt herbæ poma, magnitudine auellanæ, flaua, & pulchra, radix forma humana. Vide Cant. 7.

18. *Issachar*, id est merces.

20. *Dotauit dote*, pro, donauit dono. *Zabulon* id est, habitans, seu habitaculum.

22. *Aperuit vuluam*, id est, fœcundam reddidit.

23. *Opprobrium*, scilicet, opprobrio olim erat sterilitas.

24. *Ioseph*, id est, augmentum.

27. *Inueniam gratiam*, quasi dicat, si tibi charus sum, mane apud me, & constitue, &c.

28. *Constitue*, &c. quasi dicat. Dic quam velis, mercedem.

30. *Iustum est*, &c. Heb. & nunc quando faciam & ego pro domo mea?

32. *Gyra, & separa*, Heb. Transibo separando. *Sparso vellere*, id est, sparsis in vellere maculis. *Furuum*, id est, subnigrum. Alij fuluum legunt.

33. *Respondebit*, &c. quasi dicat, apparebo iustus, nec fraude vlla vsus. *Cras*, id est, postero, seu futuro tempore. *Placiti*, scilicet, iuxta conuentionem soluendi.

37. *Platanis*, alij, castaneis.

38. *Conciperent*. Apparet hic quanta sit imaginationis vis.

41. *Primo tempore*, scilicet, Martio.

42. *Serotina*, scilicet, Septembri, cum debilior fœtus.

CAPVT XXXI.

1. *HEri & nudiustertius*, id est, antea, scilicet fuerat.

7. *Decem*, id est, multis.

13. *Sum Deus* Nota Angelum se Deum vocare, scilicet, loquitur Dei nomine.

15. *Pretium nostrum*, id est, quod nobis debebatur, pro viri nostri laboribus.

16. *Præcepit*, Heb. dixit.

20. *Confiteri*, pro indicare.

21. *Amne*, scilicet, Euphrate, qui Mesopotamiam à Syria diuidit. *Galaad*, sic postea dictus locus.

24. *Viditque*, id est, sensit, vel audiuit. Nam Heb. solum dicitur, Deus ei locutus in somno.

34. *Abscondit*, pro, absconderat, scilicet, antea.

35. *Consuetudinem fœminarum*, quasi dicat, patior menstrua. *Sic delusa*, &c. Heb. & scrutatus est, & non inuenit idola.

36. *Tumensque*, &c. Hebr. nihil de tumore dicitur, sed solum quod sit iratus, & iurgatus.

37. *Pone hic*, id est profer in medium.

38. *Idcirco*. Hebr. Iam, vel, ecce. *Steriles non fuerunt*, Hebr. non fuerunt abortæ, seu abortum passæ.

40. *Æstu* iungendum cum die. *Gelu*, iungendum cum noctuque.

41. *Decem* id est, multis.

42. *Timor*, id est, Deus, quem timebat, seu colebat. *Heri*, id est, hesterna nocte.

43. *Filiæ*, scilicet, istæ.

45. *Titulum*, id est, statuam, seu monumentum.

46. *Fratribus*, id est, affinibus, qui venerant cum Laban. Vide sup. n. 23.

47. *Vterque iuxta*, &c. Id additum ab interprete, vt significaret alterum Syriacè, alterum Hebraicè locum appellasse tumulum testis.

48. *Galaad*, id Hebræum est, nam Syriacè Iegàr Sahadutha. Et adiecit. *Laban*, Hebr. & Miespha, id est, speculam, scilicet, vocauit, quia dixit.

49. *Dominus*. Vide Iud. 17. n. 5.

50. *Testis est*, scilicet, nobis separatis. Aug. in Gen. q. 99. nullus, inquit, extraneorum, vel nullus Dei testimonio iungendus, Hebr. non est quisquam nobiscum, en Deus *testis inter me, & te*. quasi dicat, vt omnes absint, Deus certe semper testis erit.

52. *Si aut ego*, &c. Hebr. quod nec ego illum, transibo ad te, nec tu illum, transibis ad me, ad malum.

55. *De nocte*, Heb. mane, seu diluculo, scilicet, summo mane.

CAPVT XXXII.

4. *FRater tuus*, Heb. Chal. & 70. seruus tuus.

5. *Inueniam gratiam*, id est, gratus sum.

10. *Minor*, id est, inferior, quasi dicat, indignus tot beneficiis in me tuis *& veritate*, id est, fide promissorum. *In baculo*, id est, nihil habens præter baculum, quasi dicat, cum solo baculo.

15. *Fœtas*. Alij lactantes. *Tauros viginti*, ita 70. sed Heb. & Chal. Tauros decem.

20. *Dixit*, scilicet, apud se. Sunt autem verba Mosis, non autem ipsorum nuntiorum.

21. *Castris*, scilicet, loco, quem Castra vocauit. Vide sup.

22. *Mature*, Heb. Chal. & 70. nocte.

25. *Neruum*, Heb. curuaturam, 70. latitudinem. *Emarcuit*, Heb. mota loco suo, seu luxata, scilicet coxendix, id est, os fœmoris, quod in ischium inseritur, id est, in curuaturam, seu cauitatem ossis, superioris, in qua & vertitur.

26. *Ascendit*

26. *Ascendit*, pro oritur, seu orta est. *Benedixeris*, id est, aliquid boni impertieris.

28. *Appellabitur*, sub. tantum. *Israel*, id est, princeps cum Deo. Non est autem nunc impositum, sed prædicitur imponendum, scilicet, infra c. 35. Hier. *Contra Deum*, id est, in lucta cum Angelo, Deum repræsentante.

30. *Hbanuel*, id est, facies Dei. *Facie ad faciem*, id est, clare. *Salua facta*, quasi dicat, nec tamen mortuus sum.

31. *Neruum femoris*, id est, contrahentem, & mouentem femur. *Obstuperit*. Alij contractus fuerit.

CAPVT XXXIII.

4. STringensque, Hebr. & Chald. ceciditque super. *Fleuit*, Heb. fleuerunt.

10. *Dei*, id est, Angeli.

11. *Benedictionem*, id est, munus. *Omnia*, scilicet, mihi, quasi dicat, qui me locupletauit.

14. *Vestigia eius*, Heb. vestigia familiæ, seu gregis.

18. *Salem*, Ioan. 4 dicitur Sichar. Hic secundum Hier. tradunt Hebr. Sanatum femur Iacob. Dicebatur hæc ciuitas tempore Hieronymi Neapolis.

19. *Agnis*, alij, nummis, seu denariis. Vide Ios. vlt.

CAPVT XXXIV.

1. MVlieres, Heb. filias.

3. *Conglutinata*, quasi dicat, vehementer amauit.

Tristemque, Hebr. puellamque, 70. virginemque.

10. *In potestate vestra*, Heb. coram vobis. *Exercete*, Hebr. habitate.

19. *Inclytus*, id est, honoratissimus, seu præcipuus.

21. *Cultoribus indiget*. Id non est Heb.

22. *Vnum est, quod differtur*, &c. Hebr. verum in hoc consentient nobis viri ad habitandum nobiscum, &c.

25. *Simeon, & Leui*. Hi principes, & auctores, sed cum illis alij plurimi. Augustin. in Genes. quæst. 108.

28. *Vastantes*, Hebr. Chald. & 70. accipientes, seu rapientes.

CAPVT XXXV.

1. VEstimenta, scilicet, acceptis vestibus mundis.

4. *Ea*, scilicet, simul cum idolis. *Terebinthum*, alij quercum.

7. *Domus Dei*, Hebr. El Bethel, id est, Deus Bethel.

8. *Debora*, quæ, scilicet, mortua Rebecca se ad Iacob contulerat. *Radices*, scilicet, est Bethel in monte sita.

10. *Iacob*, sub. tantum. Vide sup. c. 32.

11. *Cresce*, scilicet, posteritate. *Et multiplicare*, explicatio præcedentis. *Et populi*, pro, id est, populi.

12. *Dedi*, id est, promisi.

15. *Vocans*, pro, iam vero vocauerat vel iterum vocauit, sicut & Deus bis ipsum vocauit Israel, scilicet, c. 32. & 35.

16. *Venit verno tempore*, &c. Heb. erat adhuc quasi miliare terræ ad veniendum Ephrata, & peperit, &c. Chald. Cum adhuc esset spatium terræ, vt ingrederetur Ephratam, &c. Vide 4. Reg. 5. vbi idem verbum Hebraicum vertit Hier. electo terræ tempore, 70. Septuaginta vtrobique Hebraicum verbum posuerunt, quasi nomen proprium, scilicet, χαβραθα chabratha, quamquam Hebr. est chibrat.

19. *Mortua*, scilicet, cum esset 36. annorum secundum Heb. Iacob vero obiit cum esset 97. annorum.

20. *Titulum*, id est, statuam, seu columnam. Super, id est, iuxta.

22. *Concubina*, id est, vxore minus principali. Vide sup. c. 25. & Iud. 19. 1. Paral. 1.

26. *Nati in Mesopotamia*, scilicet, fere omnes. Aug. in Gen. q. 117.

27. *Arbee*, scilicet, id erat nomen ciuitatis. Vide sup. c. 23.

29. *Consumptus*, pro, consummatus, id est, perfectus, vel, quasi dicat, deficiens præ senio.

CAPVT XXXVI.

2. ADa, hæc sup. c. 26. dicitur Besemath. *Oolibama*, c. 26 dicitur Iudith. *Filia*, Hebr. & Chal filiæ, at 70. filij.

3. *Basemath*, c. 28. dicitur Maheleth. *Eliphaz*, de quo in Iob. Hier.

6. *Habere poterat*, Heb. acquisierat.

9. *Edom*, id est, Idumæorum.

16. *Filij Eliphaz*, Heb. Chald. & 70. Duces Eliphaz.

20. *Filij Seir*, scilicet, qui ante Esau principes erant. Hier.

24. *Aquas calidas*, Alij, mulos, scilicet, iunctis equo, & asina forte legendum, equas.

31. *Regnauerunt*, scilicet, post duces.

33. *Iobab*. Hunc quidam putant Iob. At Hebr. dicunt, Iob esse de stirpe Nachor Hier.

40. *Hæc ergo*, Heb & Chald. & hæc, 70. hæc. *Esau*, scilicet, filiorum.

CAPVT XXXVII.

2. SExdecim, Hebr. Chald. & 70. septemdecim, dicitur autem Isaac tunc fuisse 167. annorum. Iacob autem 107. *Accusauit*, &c. Hebr. detulit ad patrem infamiam eorum malam.

3. *Polymitam*, id est, variis liciis, seu filis, adeoque diuersorum colorum.

10. *Num ego, & mater*, &c. Id in Christo impletum Aug. in Gen. q. 123.

20. *Cisternam veterem*, Hebr. Chal. & 70. vnam cisternam. *Quid illi prosint*, Heb. quid erunt, vel, fuerint.

22. *Veterem*, Heb. & Chald. hanc.

23. *Talari*, Hebr. sua.

24. *Veterem*, Heb. vacuam.

25. *Stacten*, id est, myrrhæ liquorem.

27. *Melius est, vt venundetur*, Hebr. venite, & vendamus eum. *Polluantur*, Hebr. sint in eum.

28. *Viginti argenteis*, scilicet, siclis, 70. viginti aureis.

34. *Cilicio*, Hebr. sacco.

35. *Infernum*, id est, inferos, vbi olim patres, secundum Hier. epist. 26. Nunc limbus dicitur, quidam tamen sepulchrum intelligunt sed repugnat quod dicit, ad filium meum.

36. *Eunucho*, id est, principi, seu cubiculario. Vide c. 39.

Militum, Hebr. coquorum, scilicet, sic vocat. Scriptura milites, quod more coquorum homines

mines mactent. Alij carnifices putant significari.

CAPVT XXXVIII.

2. *SVa*, nomen est Chananæi illius, & non filiæ.
3. *Vocauit*, scilicet, Iudas.
4. *Vocauit*, scilicet, mater, vt ex Hebræo constat.
5. *Appellauit*, id est, illa. *Quo nato parere*, &c. Hebr. Chald. & 70. & erat quando peperit in Chezib. videtur esse nomen loci. Quidam dicunt esse vrbem Palæstinæ.
9. *Non nasci*, quasi dicat, si nascerentur, non suo, sed fratris nomine vocandos.
12. *Opilio gregis*. Hebr. eius amicus, seu socius est autem is, de quo in principio capitis huius.
14. *Theristrum*, vestis genus, quidam peplum vertunt, seu lineum velum, aut amictum.
17. *Patiar quod vis si dederis*, Heb. Si dabis, id est, num dabis?
18. *Armillam*, alij pallium. Alij fasciam, & quidem armilla humerorum est ornamentum. *Ad vnum igitur coitum*, Hebræi ingressus est ad eam, &
20. *Pastorem*, Hebr. amicum, seu socium suum.
23. *Certe mendacij*, &c. Heb. ne forte simus in contemptum. scilicet, si res euulgetur.
24. *Et videtur vterus*, &c. Heb. & ecce grauida est ex fornicatione.
29. *Maceria*, scilicet, membrana, qua obuoluitur fœtus in vtero, quaque perrupta egreditur. Secundæ vocantur, quod nascentem infantem sequantur, quasi dicat, cur prior egressus es? *Phares*, id est, diuisio.
30. *Zara*, id est, Oriens.

CAPVT XXXIX.

1. *EVnuchus*. Alij Princeps, seu regius minister. Tales enim eunuchi vocabantur, quod fere omnes essent eunuchi.
3. *Dirigi*, id est, prosperari. *Illius*, scilicet, Ioseph.
6. *Aliud nouerat*, &c. quasi dicat, nulla de re solicitus erat, nisi de edendo, & bibendo, reiecta cætera cura in Ioseph.
7. *Post multos dies*, Heb. post hæc.
9. *Malum*, Heb. malum grande.
13. *Et se esse contemptam*, Heb. & quod fugisset foras.
15. *Quod tenebat*, Heb. apud me, sic & infra.
16. *In argumentum ergo fidei*, id non est Hebr.
19. *Nimium credulus*, nec id est Heb.
22. *In manu*, id est, curæ, seu in custodiam.
23. *Nec nouerat*, &c. quasi dicat, nullam ab eo rationem exigebat. *Dirigebat*, id est, secundabat.

CAPVT XL.

1. *DOmino suo*, i. in Dominum suum.
4. *Custos carceris*, Heb. princeps militum.
Tradidit, sc. in curam.
5. *Iuxta interpretationem suam*, q. d. ita vt postea vtrique euenit, infra vertit præsagium futurorum.
8. *Nunquid non Dei*? &c. q. d. potest Deus per aliquem interpretari.
16. *Farinæ*, Heb. alba.
19. *Caput tuum*, i. te. *In cruce*, Heb. in ligno.
22. *Vt coniecturis veritas probaretur*, Heb. sicut fuerat eis interpretatus Ioseph.

CAPVT XLI.

1. *FLuuium*, sc. Nilum.
2. *Locis palustribus*, alij, prato.
5. *Culmo*, i. frumenti calamo.
6. *Vredine*, Heb. Euro.
12. *Puer*, i. iuuenis. Vide Ioan. 21.
15. *Sapientissime coniicere*, Hebr. posse interpretari.
16. *Absque me*, &c. q. d. non ego, sed Deus.
39. *Sapientiorem*, Heb. sapientem vt te.
43. *Secundum*, i. quo secundus à Rege vir, vehi solebat.
45. *Saluatorem mundi*. Alij, Absconditi Reuelatorem. *Putipharis*, non est is, de quo supra c. 39. (etsi Hier. eundem putat) aliter enim Hebraice scribitur.
46. *Triginta*. anno præcedente mortuus fuerat Isaac 180. annorum, cum Iacob esset 120.
50. *Sacerdotis*, Chal. principis.
51. *Manasse*, i. obliuisci faciens.
52. *Ephraim*, i. fructificationes. *Paupertatis*, Heb. afflictionis.
57. *Vt malum inopiæ temperarent*, Hebr. quia inualuerat fames in omni terra.

CAPVT XLII.

9. *EXploratores estis*, i. habemini, sic Reg. 18. ipse sit Deus, i. habeatur. August. in Genes. q. 139.
15. *Egredimini*, s. omnes, vnum enim retinuit. Vide infra.
25. *In via*, pro, in viam.
38. *Quid aduersi*, Chald. & alij, mors, 70. ægritudo.

CAPVT XLIII.

5. *NOn videbitis faciem meam*, i. me. q. d. nullus ad me vobis aditus patebit.
6. *In meam*, Heb. cur in meam.
9. *Suscipio puerum*, Heb. spondeo pro illo. *De manu mea*, i. à me.
12. *Et illam*, pro, nempe etiam illam.
14. *Ero*. scilicet interim.
16. *Victimas*. Sic vocantur animalia, cum occiduntur. etiam non causa sacrificij.
21. *Aperuimus*, vnus aperuerat. Vide sup.
22. *Non est in conscientia nostra*, Heb. nescimus. *Marsupijs*, id saccis.
23. *Pax vobiscum*, id est, estote bono animo. nihil est periculi. *Probatam ego habeo*, Heb. venit ad me.
25. *Panem*, abundat more Hebræo, ponitur autem pro cibo.
31. *Panes*, id est, cibos.
32. *Prophanum*, Heb. abomninabile.
33. *Iuxta ætatem*, scilicet vltimus sedit.
34. *Inebriati*, id est, satiati. Sic Psal. 64. Visitasti terram, & inebriasti eam. Augustin. in Genes. quæst. 144.

CAPVT

CAPVT XLIV.

7. **V**T*serui tui*, Heb Absit vt serui tui. 9.*Domini nostri*, id est tui.

10. *Sententiam*, scilicet paulum moderatam. mutauit enim mortem in seruitutem, eamque vnius solum.

16. *Iniquitatem*, scilicet vendendo fratrem, vel, q.d. peccata, seu, vnde puniat.

20. *Ipsum solum* &c. q.d. is solus est ex illa matre relictus. Heb. ipse solus remansit matri suæ.

21. *Et ponam*, pro, vt ponam, q.d. vt illum videam, vel ei benefaciam.

28. *Et dixistis* Sic 70. Heb.verò, & dixi.

29. *Deducetis canos*, &c. id est eritis mihi causa mortis, seu efficietis, vt præ mœrore animi moriar.

CAPVT XLV.

4. **C**Lementer, id additum ab interprete, vt solet interdum, quædam ad maiorem sententiæ expressionem.

5. *Pauere*, Hebr. dolere, seu mœrore affici. *Durum*, Heb. ira, seu indignatione dignum, q.d. ne indignemini, seu conturbemini. aut cruciemini.

7. *Patrem*, id est instructorem, doctorem.

9. *Hæc mandat*, Heb. sic dixit.

12. *Quod os meum*, &c. q.d. me, qui loquor, Iosephum esse, vel me loqui materna lingua, vel sine interprete.

18. *Medullam*, Heb. pinguedinem.

22. *Binas stolas*, Heb. vestes mutatorias, seu mutationes vestium. nempe, cuique duas optimis. Heb. mutatorijs. Vide 4. Reg. 5. Zach. 3. vbi mutatoriæ pretiosas vestes significant, scilicet quæ solent mutando indui, i. depositis vilioribus. quod si dicas, cur ergo proxime mutatoriæ binas significabant? Respódeo quia numerus pluralis saltem duo requirit & quidem 70. binas intellexerunt. Chal. tamen singulas. *Argenteos*, scilicet siclos.

23. *In itinere*, Heb. pro patre suo ad iter.

24. *Irascamini*, pro, contendatis.

26. *Quasi de graui*, &c. Heb. dissolutum, seu debilitatum est cor eius, seu (vt 70. vertunt) obstupuit, & non credebat eis.

28. *Et videbo*, pro, vt videam.

CAPVT XLVI.

4. **T**E, id est posteritatem tuam, vel, ossa tua. *Super oculos*, q.d. claudet tibi morienti oculos.

7. *Filiæ*, Heb. filiæ eius & filiæ filiorum eius.

27. *Animæ duæ*, his adde Iacob & Ioseph. Sic fient 70. vt statim dicitur. *Septuaginta*, 70. septuaginta quinque, scilicet numerant etiam filios Ephraim, & Manasse.

28. *Gessen*. Hæc postea secundum Hebræos dicta Tebais.

29. *Fleuit*, scilicet diu, vel multum, vt Heb. indicatur. & 70. verterunt.

34. *Detestantur pastores*, scilicet quia mactant animalia, quæ ipsi colunt.

CAPVT XLVII.

2. **E**Xtremos, i. abiectiori aspectu, scilicet ne Pharao milites faceret. *Esse*, i. habitare.

7. *Benedicens*, id est, salutem imprecatus.

9. *Parui*, id est pauci. *Mali*, id pleni malis, seu ærumnis.

10. *Benedicto Rege*, id est actis Regi gratijs, vel dicto vale, scilicet, vbi ei bene fuisset precatus.

13 *Orbe*, Heb. terra *Maxime*, id non est Heb.

19. *Pereunte cultore* Heb pereamus &c.

21. *Populos eius*, Hebr & Chal. indicatur, populum mutatum ab vna ciuitate in aliam, scilicet in signum, quod nihil iam proprium haberent.

25. *Salus nostra*, &c. Heb. viuificasti nos.

29. *Sub femore* Vide cap. 24. Misericordiam, & veritatem, q d. gratiam seu beneficium, certum seu bona fide.

31 *Conuersus ad lectuli caput*, Heb. ad seu super caput lecti. 70. Super summitatem virgæ eius, seu suæ

CAPVT XLVIII.

1. **C**Onfortatus, id est resumptis viribus.

5. *Mei erunt*, id est succedent mihi in terra promissa, Hier. *Reputabuntur*, scilicet vterque constituet suam familiam. Hier.

6 *Nomine fratrum*, q. dicat. in diuisione terræ, comprehendentur sub Ephraim, & Manasse.

7. *Eratque vernum*, &c. Hebr. erat miliare vsque ad Ephratam Vide sup. cap. 35.

11. *Non sum fraudatus*, &c. Heb. Non putabam me visurum faciem tuam.

16. *Benedicat*, id est det felicitatem.

19. *Maior*, scilicet ex illo Iosue, & primi Reges Israel.

20. *Benedicetur, atque dicetur*, Heb. benedicet dicendo, q.d. cum populus Israel fausta precabitur, dicet.

22. *Partem vnam*. scilicet Sichem, quæ ob stuprum Dinæ acquisita Iacob, vel agrum illic emptum. *In arcu, & gladio*, id est iure belli, seu pecunia multo labore parta.

CAPVT XLIX.

1. **N**Ouissimis, i. futuris post hanc ætatem, seu postea, id enim significat phrasis hæc in scriptura. Itaque quod Ioel. 2. dicitur post hæc Act. 2. vertitur, in nouissimis diebus. Vide 1. Tim. 4. & 2. Tim. 3. Isa. 9.

3. *Doloris*, q. d. præcipua causa dolendi, sc. ob peccatum tuum, Hebr. & Chal. roboris, quasi dicat virtutis generatiuæ primus fructus, 70. principium filiorum meorum. *Prior*, sc. iure primogenituræ, sed id amisit, i. duas partes hæreditatis, quæ datæ Ioseph, & sacerdotium, quod Leui, & Regnum, quod Iudæ datum. Vide Deut 21. Chal. Tu acceptururus eras tres partes, sc. primogenituram, sacerdotium, & regnum, sed non accipies, &c.

4. *Effusus*, sc. dissolutione peccati. *Sicut aqua*. q.d. totus profusus in libidinem *Crescas*, pro, cresces, i. excelles.

5 *Fratres*, i. socij, sc. in scelere. *Vasa*, i. instrumenta, seu arma.

6. *Gloria*, i. anima. Sic Psalm. 56. Exurge gloria mea.

Furore, i. ira. *Virum*, pro, viros, sc. Sichimitas. *In voluntate sua*, i. suos affectus secuti *Suffoderunt*, i. euerterunt, seu vastarunt, *murum*, i. vrbem Sichem.

7. *Diuidam*, sc. sparsi viuebant Leuitæ, & Simeonitæ, qui fere Scribæ.

8. *In ceruicibus*, q.d. superabis, seu subiicies hostes.

Te,

Ve,sc.vt Regem, vel Christus hic intelligitur, qui de tribu Iuda.

9. *Catulus*,pro,vt catulus. *Ad prædam*, Hebr.à præda.

10. *Donec veniat*, sensus est, non regnaturum alienigenam ante Christi natiuitatem; regnauit quidem Herodes antea, sed non legitime, nisi secundo Christiano, quo illum Iudæi in Regem suum volentes susceperunt. Vide Philo. lib. 2. de tempore,& Ioseph. 17.antiq.c.3.

Qui mittendus est,sc.Messias. *Expectatio*,sc.expectabunt eius secundum aduentum. Iust.orat. ad Anton.August.18.ciu c.47.

11. *Ligans*,&c.Fertilitatem indicat fortis Iudæ, q.d.abundabit magnis viribus adeo vt possint ad eas Asini alligari, eritque maxima copia vini, & lactis. *In vino*,i.in sanguine Tertul.con.Marc.lib.4. Iust.or.ad Anton.

Stolam,i.corpus, secundum Tertul. vel fideles, secundum Iustin.

12. *Pulchriores*, pro, pulchri,seu rubicundi. id enim significat verbum Heb. *Vino*, i. ob vini copiam. *Lacte*,i.ob lactis,quo vescitur copiam.

14. *Inter terminos*, quasi dicat, in medio aliorum.

15. *Portandum*,sc.tributorum onus, id mallens, quam bellis fatigari.

16. *Iudicabit*, q.d. erunt iudices ex tribu Dan, id in Samsone impletum.

17. *Fiat*, pro,fiet,seu erit. *Coluber*, i.vt coluber, q.d.erit in bello astutus. Quidam ad Antichristum referunt ex tribu Dan futurum. Alij ad Samsonem.

18. *Expectabo*,sc.ex alia tribu.

19. *Præliabitur*,sc. hostium exercitus. *Ipse*, sc. Gad.

Accingetur,q.d.strenue pugnabit. *Retrorsum*,sc. hostes in fugam vertens.

20. *Regibus*, i. quibus etiam Reges delectari possint,seu esse contenti.

21. *Ceruus emissus*,q.d.velox. *Pulchritudinis*, i. pulchra,q.d.erit fœcundus.

22. *Discurrent*,q.d. confluent puellæ ad videndam eius pulchritudinem.

23. *Exasperauerunt*,sc.hostes, q.d.habebit multos hostes, vel de fratribus loquitur, à quibus est venditus.Iacula autem vocat arma iniquitatis,quibus in eum vsi.

24. *Sedit in forti*,i.permansit validus, seu victor euasit. *Vincula*, sc.è carcere ereptus est. *Potentis*,i. Dei.

Pastor, pauit patrem,& fratres. *Lapis*, i.firmamentum,sc.sustentans in fame.

25. *Abyssi*,i.aquæ q.d.solo irriguo.*Et vulua*,q.d. filiorum.

26. *Confortata*,i.ampliores,q.d.maior est benedictio,qua te benedico, quam ea, qua sum à patribus meis benedictus, sc. me felicior eris. *Veniret*, pro,veniat,q.d.duret vsque ad Christum desideratum à sanctis.*Fiant*,i.*maneant*,siue impleantur, sc. benedictiones.*Nazarei*,i.separati, sc. cum venditus est.

27. *Lupus*, pro velut lupus. *Spolia*, sc.hostium quos superabit, vt solet lupus oues. Significat autem vt lupus mane, & vesperi prædari solet,ita Beniamin sæpe victoriam reportaturum de hostibus.

28. *Omnes hi*,sc.capita sunt.

29. *Populum*,sc.qui in limbo.

CAPVT L.

3. Transierunt,sc.dum conditetur, tamdiu enim durabat ille apparatus.

5. *Adiurauerit*,i.iurare fecerit.

10. *Trans Iordanem*, sc.inter Iordanem, & Iericho,qui locus postea dictus Ios.15.Bethagla,Hier. Magno, non longis lacrymis, sed funeris ornatu, Hier.epist.25.

15. *Memor sit iniuriæ*,quam passus est.Heb.odio nos habeat.

17. *Obliuiscaris*,Heb.parcas, seu remittas. *Nos quoque*,sc.subsecuti fuerant nuntium, vt paulo post dicitur,vel id etiam per nuntium dixerunt,& postea venerunt.

19. *Dei possumus resistere voluntati*, Heb. pro Deo ego sum?

20. *Saluos faceret*,Heb.viuificaret.

23. *In genibus*,sc.positi post natiuitatem.

25. *Adiurasset*,i.fecisset iurare.

26. *Centum decem*,sc.regnauit. 80. annis. Vide cap.41.

EXODVS,

Id est,

EXITVS,

Scilicet ex Ægypto.

CAPVT I.

2. DOMIBVS i.familiis.

3. *Beniamin*, Præponitur aliis, quod filij essent ancillarum.

5. *Septuaginta*,sc.connumerando etiam ipsum Iacob, 70. septuaginta quinque. Vide Gen.46.

6. *Cognatione illa*,sc.proxima.Heb. Chal.& 70. generatione illa,i.hominibus illius ætatis.

7. *Germinantes*, sc. in maxima copia, more piscium,vt indicat verb.Heb.*Terram*, sc. in qua habitabant.

8. *Ioseph*,i.beneficia à Ioseph in Ægyptum collata.

10. *Expugnatisque nobis*, Hebr.pugnetque contra nos.

11. *Magistros operum*, Heb.principes tributorum

rum.70.præfectos operum. *Ramesses*, 70. addunt, & On, quæ est Heliopolis. *Tabernaculorum*, i. repositoriorum, sc. vbi reponebatur oleum, vinum, triticum, &c. Chald. thesaurorum.

13. Illudentes, id non est Heb.

14. *Terra*, i. agrorum, vt patet, ex Heb. Chal. & 70.

15. *Sephora*, &c. Hæ duæ præcipuæ, & velut cæterarum præfectæ erant, Aug. lib. con. mend cap. 16. putat obstetrices illas fuisse Hebræas, cui fauet textus Heb.

21. *Ædificauit eis domos*, i. dedit prolem numerosam Heb.

CAPVT II.

1. *Vir*, sc. Amram. *Vxorem*, sc. Iocabed sororem patris sui filiam patrui sui. Vide c. 6.

3. *Crepidinem aluei*, i. fluuij littus. *Papyrione*, i. carecto.

10. *Adultum*, i. grandiusculum. *Moses*, i. extractus, seu extractio Not. fuisse vocatum nomine Ægyptiaco, quod Heb. redditur Moses, vt Iesus. Latine Saluator. Fuit autem Ægyptiacum Monios secundum Hebræos.

11. *Fratres*, i. cognatos, sc. Hebræos.

12. *Sabulo*, i. fluuij arena.

14. *Verbum istud*, i. res hæc, Heb.

16. *Sacerdoti*, Chal. principi. Vide inf. c. 18. & 2. Reg. 20.

21. *Iurauit*, Heb. consensit, seu voluit.

22. *Gersan*, Heb. Gersom, i. aduena, seu peregrinus.

Eliezer, i. Dei adiutorium.

23. *Operibus*, i. seruitute, q. d. quo clamabant ob duram seruitutem.

CAPVT III.

1. *Montem Dei.* Sic postea est appellatus ob præsentiam, seu apparitionem Dei illic aut ob legem à Deo illic datam.

2. *Dominus*, Hebr. Chald. & 70. Angelus Domini.

4. *Dominus*, vel in Angelo Dominus, vel Christus ipse, qui est magni consilij Angelus, Aug. in Exo. q. 3.

8. *Fluit lacte, & melle*, i. fertilissima est, & amœnissima,

12. *Immolabis*, Heb. seruietis, seu, coletis.

15. *Memoriale*, i. per quod homines recordentur mei.

In generatione, &c. i. in omnia sæcula.

19. *Validam*, sc. coactus.

20. *In cunctis mirabilibus*, i. faciens opera mirabilia.

CAPVT IV.

2. *Virga*, i. baculus.

5. *Vt credant*, sc. facies id signum coram eis.

9. *His signis*, sc. cum ea edideris coram illis.

10. *Ab heri*, &c. q. d. nunquam eloquens fui. *Et ex quo*, pro, etiam ex quo. *Impeditioris*, Heb. quia grauis oris, id est, impediti sermonis, 70. gracili voce.

12. *Ero in ore tuo*, i. te facundum reddam.

13. *Quem missurus es*, q. d. alium magis idoneum, qualem par est à te mitti.

16. *Quæ ad Deum pertinent*, q. d. consules pro eo Deum, Heb. tu eris ei pro Deo.

18. *Iethro vocabatur*, (vt quidam aiunt) Iethro, Raguel, Hebal, Cinæus, Heber, Phutiel, Iether.

19. *Dixit*, pro dixerat. *Quærebant animam tuam*, i. volebant te occidere.

20. *Asinum*, pro, asinos.

21. *Reuertens in Ægyptum*, Heb. cum reuersus fueris in Ægyptum. *Indurabo*, sc. subtrahendo gratiam, Greg. 11. Mor. c. 5. Indurat Deus dum cor obdurari permittit, non emolliendo per gratiam.

24. *Dominus*, Chal. & 70. Angelus Domini. *Occidere*, sc. ob omissam circumcisionem. *Tetigitque*, q. d. proiecit præputium ad pedes Mosis. *Sanguinum*, q. d. causa mihi es fundendi sanguinis.

26. *Dimisit eum*, sc. Angelus, vel morbus, quo fuerat correptus, 70. abiit ab eo Angelus. Ego ad Sephoram referrem, diceremque, tunc à Mose discessisse ad patrem suum, nisi verbum esset masculinum, quamquam id interdum in scriptura pro fœmino vsurpatur, vt Eccl. 2.

CAPVT V.

1. *Sacrificet*, Heb. & 70. festum celebret, Chald. sacrificet.

4. *Solicitatis*, Heb. cessare facitis.

17. *Vacatis otio*, Heb. vacatis, vacatis.

21. *Fœtere fecisti*, &c. i. reddidisti nos abominabiles.

22. *Cur afflixisti*: Non indignatur, sed inquirit, & orat. August.

CAPVT VI.

3. *In Deo omnipotente*, i. me Deum omnipotentem demonstrans. *Adonai*, Heb. Iehoua. seu Ieheue, vt quidam malunt, q. d. eum, qui est, ab Hauah הוה, seu Haiah היה, i. fuit, q. d. non tam perfectè me ostendi eis, qui sim, quam tibi 70. vertunt κύριος, i. Dominus.

6. *Ergastulo*, q. d. oppressione, Hebr. oneribus, Chal. tribulatione seruitutis. 70. seruitute. *Seruitute*, 70. potentia. *Iudiciis*, i. signis, vel suppliciis.

8. *Leuaui*, &c. i. sublata manu iuraui.

9. *Opus durissimum*, Heb. duram seruitutem.

12. *Incircumcisus labiis*, i. lingua impedita, seu rudis in loquendo.

14. *Ruben*, &c. Tres tantum Iacob filios enumerat, quia solum ad tertium, sc. Leui vult peruenire, ex quo Moses & Aaron.

15. *Per cognationes suas*, i. à quibus ortæ multæ familiæ.

20. *Patruelem*, i. amitam, sc. filiam Leui, & sororem Caath patris sui, secundum quosdam, 70. filiam sororis patris sui.

26. *Iste est Aaron*, Not. interdum præponi, quia maior natu, interdum postponi, vt inf. quia inferior dignitate.

29. *Et locutus est*, pro, sic locutus est.

CAPVT VII.

1. *Deum*, i. Dei vice, sc. qui meo nomine præcipias, mineris, & punias. *Propheta*, i. interpres.

3. *Indurabo*, i. quam durum sit, demonstrabo, August. in Exo. q. 18. Vide sup. c. 4.

5. *Qui extenderim*, Heb. cum extendero.

10. *Tulitque*, Heb. proiecitque.

11. *Et maleficos*, pro, i. maleficos, sc. incantatores.

12. *Virga*, i. coluber, in quem virga conuersa. Not. sic Corpus Christi dici panem in Eucharistia, quia in ipsum panis conuersus, vel potius, quia Christus ipse panis est viuus, vt ipse ait Ioan. 6. *Virgas*, i. dracones, in quos eorum virgæ conuersæ.

13 *Præceperat*,

13. *Preceperat*, Heb. locutus fuerat.

18. *Computrescent*, Hebr. fœtebunt. Sic etiam inf. quamquam etiam verti poteſt, vt vertit noſter Interpres.

Bibentes, Heb. vt bibant, q.d. non poterunt bibere, vt poſtea declarat, vel ægre bibent.

22. *Hraceperat*, Heb. locutus fuerat.

25. *Septem dies*, &c. q.d. ſeptem dies ſanguis durauit.

CAPVT VIII.

1. SAcrificet, Heb. ſeruiat.

3. *Reliquias ciborum*, i. cibos, ſeu loca, vbi ciborum reliquiæ aſſeruantur, Chald. panaria, 70. maſſas.

12. *Condixerat*, i. promiſerat.

13. *Iuxta verbum*, i. vt petebat.

14. *In immenſos aggeres*, Heb. aceruos, i. aceruatim.

16. *Ciniphes*, Heb. verbum quidam pediculos interpretantur.

18. *Feceruntque*, i. conati ſunt facere.

19. *Digitus*, i. virtus.

20. *Sacrificet*, Heb. ſeruiat.

21. *Omne genus*, i. miſturam, ſeu miſcellaneam.

Quidam putant fuiſſe varia ſerpentum, & ferarum genera, Heb. ſolum legitur, miſtionem, nulla muſcarum facta mentione, ſc. varia erant animalia noxia. Chal. miſtionem beſtiarum 70. Cynomyiam, κυνόμυιαν, i. muſcam caninam, & ſic inf.

24. *Dominus*, ſc. non Moſes aut Aaron. *Grauiſſima*, i. valde noxia, vel (vt vertunt 70.) plurima.

26. *Non poſt*, Heb. non eſt rectum, q.d. non conuenit.

Abominationes. Sic Scriptura vocat Deos gentium. Moſes tamen apud Pharaonem non ſic dixit, ſed Deos, ſeu quæ colunt. Ægyptij arietem colebant inter cætera. *Ea qua colunt*, Heb. abominationem. Chal. hic & ſup. vertit, animal quod colunt Ægyptij.

29. *Muſca*, Heb. miſtio, vt ſupra.

CAPVT IX.

1. SAcrificet, Heb. ſeruiat.

3. *Et ſuper*, pro, i. ſuper.

4. *Poſſeſſiones*, Chal. pecora, 70. iumenta.

6. *Animantia*, ſc. pecora, quæ erant in agris.

8. *Cineris*, alij, fauillæ.

14. *Hac vice*, &c. q.d. tandem abſoluam, teque & tuos plagis conſumam.

15. *Peſte*, ſc. interfectis primogenitis.

16. *Poſui te*, ſc. in mundo, vel in Regno.

23. *Diſcurrentia fulgura*, Heb. Chald. & 70. diſcurrentem ignem.

28. *Dei*, i. magna, vel à Deo miſſa.

32. *Serotina erant*, i. nondum in calamum aſſurrexerant.

34. *Auxit peccatum*, Heb. addidit ad peccandum, i. peccare perrexit.

35. *Sraceperat*, Heb. locutus fuerat. *Per manum Moſis*, i. per Moſen Heb.

CAPVT X.

2. NArres, pro, narret quiſque veſtrum.

3. *Pubiscí mihi*, Hebr. humiliari coram me.

Sacrificat, Heb. Chal. & 70. ſeruiat.

4. *Scandalum*, i. damnum, ſeu perniciem.

9. *Dei noſtri*, id à 70. additum Heb. nobis.

13. *Vrentem*, Hebr. & Chald. Orientalem, 70. Auſtrum.

14. *Innumerabiles*, Heb. valde graues 70. valde multæ.

15. *Vaſtantes omnia*, Heb. & Chal. & obſcurata eſt terra. 70. corrupta eſt terra.

22. *Horribiles*, Heb. caliginoſæ. Chald. & 70. obſcuræ, q. d. denſiſſimæ, vt ſolent quæ fiunt caligine.

24. *Sacrificate*, Heb. ſeruite.

29. *Non videbo*, ſc. niſi me acceſſieris.

CAPVT XI.

1. AIt, i. dixit, ſc. Pharaoni, antequam expelleretur, vel ab eo iterum vocatus.

5. *Sedet*, i. ſeſſurus erat.

7. *Mutiet*, q.d. nullus clamor, aut perturbatio erit in hominibus, aut pecoribus.

9. *Vt multa*, i. vt ea occaſione multa.

CAPVT XII.

2. MEnſis, ſc. Niſan, qui plerunque reſpondet Martio, atque hinc incipit annus Hebræis, quantum ad feſta (nam quantum ad alia à Septembri, ſeu Octobri. Vide infra cap. 23.) ſecundus dicitur Iiar 3. Siuan, 4. Tammuz, 5. Ab, 6. Elul. 7. Thiſri, 8. Marcheſuan, 9. Caſleu, 10. Tebeth, 11. Sebath. 12. Adar. & quidem hos intelligit Scriptura, cum dicit menſe primo, ſecundo, tertio, &c. Sunt autem illa nomina Chaldæa, quæ in captiuitate cœpta vſurpari. Alioqui aliis ante nominibus vtebantur, vt Abibexo 13. Deu. 16. qui primus, nos illic legimus, Menſis nouarum frugum. At Heb. menſis Abib, & Zio, qui ſecundus, & Bul qui vndecimus, 3. Reg. 6. & Ethanim qui ſeptimus, 3. Reg. 8. Notandum vero, Hebræis annos lunares fuiſſe, ſc. ſecundum lunæ curſum, qui conficitur diebus 29. & horis 12. tantum enim intercedit ab vna lunæ apparitione vſque ad alteram, 12. autem horæ additæ ſecundo menſi faciebant eum 30. dierum. Ita Hebræis ſemper alter menſis erat 29. dierum, alter 30. & quia deerant dies aliquot ad annum ſolarem, addebant ſpatio 19. annorum ſepties menſem vnum anno ſcil. 3. 6. 8. 11. 14. 17. & 19. Ita anni lunares fiebant ſolaribus æquales. Incipiebat autem annus ſemper à luna propinquiore æquinoctio vernali, fereque conſtabat primus menſis parte Martij & Aprilis.

3. *Decima*, &c. Id præceptum ſolum ad illud primum Paſcha pertinebat, vt quidam aiunt. Itemque quod infra dicitur de ſuperliminari & poſtibus tingendis ſanguine.

Et domos, pro, i. domos.

5. *Macula*, i. vitio, q. d. integer, cui nihil adſit. Heb. perfectus.

Anniculus, id eſt, vnius anni, ſcilicet, non maior.

Et hœdum, quaſi dicat, accipite, vel agnum, vel hœdum, Hebr. ex ouibus, aut capris accipietis.

6. *Ad veſperam*, Heb. inter duas veſperas, i. inter occaſum Solis, & obſcuram noctem. Vide Exo. 30. Deut. 16.

8. *Cum lactucis agreſtibus*, cichoriam quidam putant, alij endiuiam. Hebr. cum amaritudinibus, id eſt, cum herbis amaris, vt vertit Chal. & 70.

9. *Crudum*,i.non plene assum. *Pedibus*,sic 70. At Heb.& Chal.cruribus.*Intestinis*,sc. prius lotis, & abiectis fæcibus.

10. *Vsque mane*. Hic 70.addunt, & os non confringetis (seu comminuetis) ex eo, quod citatur Ioan.19. *Residuum*,sc.ossa. Aug.in Exod.q.41.Hebr. si quid residuum fuerit vsque mane.

11. *Festinantes*,sc.ad cælestem patriam anhelandum.Greg. *Phase*, Hebr.Pesach. Chald. Pascha,id quod Ecclesiæ vsu retentum. *Domini*,sc.percutientis per Angelum Ægyptios,vt inf.dicitur.

12. *Et transibo*,pro,qua transibo, sc.in Angelo. *Diis*,sc.deiiciens.Dicuntur quidem illa nocte omnia deorum simulacra corruisse.

13. *Vobis*,i.in vestram vtilitatem.*Signum*,sc.Angelo percutiente.

14. *Monimentum*, sc.tanti beneficij. *Generationibus*,i. ætatibus,sc.posteritate. *Cultu*,Heb. Statuto.*Sempiterno*,sc.quandiu lex durauerit.

15. *Peribit*,vide Num.19.

16. *Ac solemnis*, Heb.conuocatio, sc.solebat in solemnitatibus populus conuocari. *Exceptis*, &c. q.d.licebit tamen cibum parare.

17. *Azyma*,sc.in signum liberationis ab amaritudine spiritus.

21. *Animal*,Heb.pecus.*Phase*, i. victimam Paschalem.

22. *Hyssopi*,vulgo,origanum.*In limine*, Heb. in pelui, Chal.in vase,70.ad Ianuam. *Vsque mane*, sc. sponte ob aliquam incidentem causam,coacti quidem postea sunt ab Ægyptiis noctu abire.

23. *Percussorem*,sc.Angelum malum, vt indicatur Ps.77.

24. *Legitimum*,i.ex lege seruandum.Heb.statutum.

25. *Ceremonias*,i.ritum, Heb.seruitium seu cultum.

29. *Sedebat*,pro,sessurus erat.*Captiue*.Sic etiam Chal.& 70.Alij,captiui.

30. *Dominus*,sc.vbi esset primogenitus, vel hyperbole est,pro,fere domus.

32. *Benedicite mihi*,i.orate pro me.

34. *Conspersam*,sc.aqua,q.d.massam.

36. *Spoliauerunt*, sc. pro mercede eis debita ob operas.Tertul.4 con Marc.

37. *Soccoth*,i.tabernacula, quod ibi primum tabernacula tetendissent.Hier.ep.127.

39. *Nec pulmentum*, &c. Heb.nec sibi cibos parauerant.

40. *In Ægypto*,70.in Ægypto & in terra Chanaan 430.annorum,sc. computandorum a tempore,quo Abraham cœpit in Ægypto peregrinari.

41. *Eadem die*,i.ipsa die,de qua sup.

42. *Domini*,Heb.Domino,q. d.festa in Domini honorem.

43. *Religio*,Heb.lex seu statutum, Chal.ritus,70. lex.

45. *Aduena & mercenarius*, i. alienigena qui apud vos diuersatur,aut operas suas locat.

CAPVT XIII.

1. *Sanctifica* i.consecra. *Omnia*, sc.primogenita.

5. *Introduxerit*, &c.scil.ante id tempus lex hæc illos non obligabat.

8. *Hoc est*,Heb.ob hoc.

10. *A diebus in dies*,i.quotannis,vel semper.

12. *Separabis*, sic etiam 70. At Hebr. Adduces.

13. *Oue*, sc.immolanda pro asino, qui erat immundus.

Pretio redimes, sc.nisi esset Leuita, redimebatur autem quinque siclis, vt dicitur Num.3.

14. *Cras*,i.futuro tempore.

16. *Appensum quid*,Heb.frontale,q.d.fronti appositum.

21. *In columna*, &c. Erat instar columnæ & nubes,& ignis.

CAPVT XIV.

2. *Reuersi*,i.reflectentes. *Quæ est inter*,Heb.inter.*Contra*,id est,ante,seu è regione.Sic inf. num.9.

3. *Coarctati*,Heb.conclusi,vel perplexi, 70. errant.

4. *Glorificabor*,i.gloriosus apparebo.

6. *Currum*, scil. suum, olim è curribus pugnabant.

8. *Excelsa*, q.d.cum magna Dei potentia, animique audacia,& alacritate.

9. *Vestigia precedentium*,Heb.post eos.*Erant in*, pro,accesserunt prope.

12. *Recede à nobis*,sic etiam Chal.At 70.dimitte nos.

13. *Magnalia quæ*,Heb.salutem,quam.*Videbitis*. sc.viuos.

15. *Dixitque*,pro,dixerat antea, sc. oranti.*Clamas*,sc.corde clamabat.

19. *Post tergum*,sc.sequens; vel iunge cum, *dimittent*,sc.recedendo.

20. *Tenebrosa*, sc. Ægyptiis. *Illuminans*, sc. Iudæos.

21. *Vrenti*,Heb.& Chal.Orientali,70.Austro.

24. *Interfecit*, Heb. contriuit, seu conturbauit, Chal.& 70.conturbauit.

26. *Et ait*,pro,& dixerat.

27. *Ad priorem locum*, Hebr. ad fortitudinem suam,Chald.ad vigorem suum, sc. recuperauit obruendi vim ante impeditam.

31. *Manum*,i.potentiam.

CAPVT XV.

1. *Cantemus*, sic etiam Chald. & 70.At Hebr. cantabo. *Domino*,i.ad Domini laudem. *Magnificatus est*, i. magnum se ostendit. Hebr.magnificando magnificatus est, seu gloriosè glorificatus est.

3. *Omnipotens*, Heb. Iehoua, quod Dominus solet verti,cum potius significet illum,qui est. Vide sup.c.5 70.Dominus.

6. *Magnificata in fortitudine*, i. ex fortiter actis ostensa magna.

7. *Deposuisti*,alij diruisti,Chal.confregisti.

8. *Spiritu furoris*,i.furore, vel vento à furore, i. ira vehementi emisso.

Congregata,sc.contra Ægyptios.

Stetit,&c.Heb.steterunt aquæ,sicut aceruus.

9. *Implebitur*,sc.voluptate,q.d.capiam ex eorum nece voluptatem.

10. *Spiritus tuus*,i.ventus à te missus.

11. *In fortibus*,70.& alij,in diis. *Atque laudabilis*,Heb.laudibus.

12. *Terra*, sc.demersi in profundum. August.tamen in Exo.q.54. *Terram*, i. aquam interpretatur: diuiditur enim (inquit)mundus in cælum, & terram, sic & Deus dicitur cælum & terram fecisse.

13. *Portasti*,pro portabis, i.deduces. *Habitaculum*,sc.tabernaculum,vel templum.

14. *Ascenderunt*, &c. præterita pro futuris, q.d. tentabunt resistere. Heb. audierunt, pro, audient. *Irati*,i.indignati.

17. *Firma*

17. *Firmauerunt*, pro, firmabunt, Chal. & 70. parauerunt.

18. *In æternum, & vltra*, i. per totum sæculum præsens, & per futurum, Heb. in sæculum, & in æternum.

19. *Eques*, legendum equus, i. equitatus, seu equi.

21. *In mare*, intellige cantasse etiam reliqua cantici.

25. *Lignum*, i. arboris ramum, Aug. in Exo. q. 57. ait, forte lignum fuisse, quod posset naturaliter facere dulcem aquam. *Iudicia*, sc. statuta, ritus, mores.

26. *Cunctum languorem*, &c. i. nullum languorem, seu plagam inducam ex iis, quibus Ægyptum afflixi.

CAPVT XVI.

1. *SVper*, i. iuxta, *Ollas carnium*: Desiderabant alias carnes, quam pecorum, quæ habebant. Ideoque Dominus dedit coturnices, Aug. in Exod. q. 62.

4. *Tentem*, i. probem. *Ambulet*, sc. colligendo solum, quantum diei sufficiat.

5. *Inferant*, sc. in tabernacula.

14. *Et quasi pilo tusum*. Heb. rotundum. 70. quasi coriandrum album. Chal. quasi decorticatum, i. album, vt ligna decorticata.

15. *Man*, pro Mah, quamquam etiam Man, quid, interdum significat in Scriptura. Sed Syriacum est.

16. *Sermo*, i. res, seu præceptum.

18. *Reperit*, vel miraculo factum est, vt quisque tantum reperiret quod satis esset, vel quisque eo solo contentus erat, etiam si plus collegisset. *Congregauerunt*, vel miraculo, vt proximè dixi, vel tantum cuique permissum sumere ex collectis solum, quantum sufficeret.

22. *Narrauerunt*, sc. collectum esse duplicem cibum.

23. *Domino*, i. ad Domini honorem. *Quodcunque operandum est, facite*: Id non est Heb. *Reliquum*, sc. ex cibis. *Reponite*, sc. edendum postridie.

30. *Sabbatizauit*, i. quieuit.

31. *Coriandri*, sc. figura, non colore.

32. *Futuras retro*, Heb. vestras, q. d. posteros vestros.

33. *Sume*, &c. Hæc per anticipationem dicta, facta enim post extructum tabernaculum. *Coram Domino*, i. in arca testimonij.

CAPVT XVII.

10. *HVr*, Hic dicitur fuisse Mariæ sororis Mosis vir.

11. *Remisisset*, i. demisisset.

13. *Fugauit*, Heb. debilitauit, vel contriuit, Chal. contriuit. 70. fugauit. *Populum*, sc. qui ei auxilio venerat, & non erat Amalecites, vel q. d. & duces, & milites omnes fugauit. *Ore*, i. acie.

14. *Trade*, i. commenda, inculca.

16. *Solij*, Heb. super solium, q. d. iurauit Dominus per solium suum, futurum bellum, &c. *A generatione*, &c. i. per omnes ætates, seu semper.

CAPVT XVIII.

1. *SAcerdos*, Chal. Princeps. *Madian*, ciuitas erat Amalechitarum *Cognatus*, Heb. socer: & sic vertit Chal. & 70. sic & inf.

2. *Remiserat*, sc. Moses in domum soceri ex Ægypto, vel ex itinere: Vide sup. c. 4.

5. *Montem Dei*, sic dictus, quod ibi Deus Mosi apparuisset in rubo, vel legem dedisset.

6. *Mandauit*, sc. nuntiari.

7. *Pacificis*, q. d. interrogantes inuicem de pace, dicendo more illo antiquo, Paxne tibi? Valesne prospere?

11. *Egerint*, sc. Ægyptij *Illos*, sc. Hebr.

12. *Coram Deo*, i. prope locum, vbi Deus consulebatur, Aug tamen q. 66. in Exo. interpretatur ad honorem Dei.

13. *Iudicaret*, i. ius redderet.

14. *Præstolatur*, Heb. stat iuxta te.

15. *Sententiam*, Chal. instructionem. *Dei*, i. secundum Dei voluntatem, vel oraculum.

18. *Stulto*, Heb. nimio, 70. intolerabili.

19. *Erit Dominus tecum*, q. d. consilium meum sequendo, bene tibi succedet, Deo iuuante. *In his, quæ ad Deum pertinent*. Hebr. coram Deo, q. d. age causam populi apud Deum.

20. *Ceremonias & ritum colendi*, Heb. statuta & leges.

21. *Potentes*, i. strenuos, magnanimos, patientes laboris. *Tribunos*, Heb. qui mille præsint.

CAPVT XIX.

1. *HÆc*, sc. prima mensis, vel tertia potius: dixerat n. mense tertio, vel quasi dicat, eadem, qua profecti ex Raphidim, fuit quidem 47. dies egressionis ex Ægypto: nam post tres dies data lex, sc. die 50.

2. *Loco*, q. d. in ipso deserto.

3. *Vocauit*, pro vocauerat.

4. *Super alas*, i. vt solet Aquila pullos super alas. Chal. & 70. quasi super alas. *Assumpserim mihi*. Heb. ad me adduxerim.

5. *Peculium*, i. Thesaurum, q. d. vnice dilecti Heb. Segullah, סגלה i. res chara. *Mea est*, q. d. quamquam omnes populi mei sunt, tamen vos electi præ cæteris.

6. *Regnum sacerdotale*, i. in quo Dei cultus vigeat sc. in quibus Deus regnet, & à quibus colatur 70. Regale sacerdotiũ, Chal. Reges & sacerdotes.

9. *Nuntiauit*, pro nuntiauerat.

10. *Sanctifica*, i. præpara. Chal. præparabis.

13. *Non tangent*, 70. non tanget, q. d. nemo eum conetur à supplicio liberare, vel non consueto genere mortis puniatur, sc. contactu manus, sed, &c. *Opprimetur*, sc. à Deo, vel populo. *Cœperit clangere*. Heb. prolixum sonum, ediderit. Chal. & 70. fecerit finem sonandi.

15. *Estote parati*, id dictum tertij mensis die quarto, sexto autem data lex, adeoque 51. die ab exitu ex Ægypto, duo enim menses lunares faciunt dies 59. quibus adde 6. tertij mensis, fientque 65. à quibus demendi 15. nam 15. egressi, ita relinquentur 50. qui sunt dies Pentecostes numerandi à 2. die azymorum, vt dicitur Leuit. 23. & Deut. 16.

17. *Radices*, Huc poterant accedere post tubæ sonum, sed non ascendere in montem.

18. *Terribilis*, Heb. & Chal. contremiscens.

19. *Respondebat ei*, Heb. respondebat ei in voce i. clara, & exaudibili voce.

21. *Accedunt*, i. accessuri sunt postea. *Sanctificentur*, i. operam dent sanctimoniæ.

23. *Sanctifica illum*, q. d. constitue terminos, ne, vtpote res sancta, contingatur.

CAPVT XX.

3. *HAbebis*, Fut. pro imperatiuo. Sic & in seq. *Deos*, sc. quos colas. *Alienos coram me*, Chal. & 70. Alios præter me.

4. *Sculptile*, ſc.ad colendum pro Deo,vt poſtea dicitur, ſeu deorum Sculptile, pertinet enim id ad primum præceptum, ſc.de non colendo deos alienos. *Omnem*, pro,aliquam,q.d.nec vllam imaginem cæleſtium,aut terreſtrium,pro Deo colendam.

5. *Zelotes*,i.Zelotypus,ſc.qui ferre non poſſum, vt cultus vni mihi debitus,alij tribuatur.

Viſitans, i. puniens. Punit Deus interdum patrem in filiis, hos occidendo, nec id iniuſtum eſt, quippe dominus eſt vitæ,& mortis,& alioqui mortem quiſque debet ob peccatum originale. *Tertiam*. Vide Num.14.

6. *Millia his*,pro, mille horum generationes, mille autem,pro, plurimas. Dixerat de punitione, in tertiam & quartam, ſc. ſuperexaltat miſericordia iudicium.

7. *Aſſumes*,ſc.iurando. *In vanum*,i.temere,ſc.peierando. *Fruſtra*,i.in vanum. Vide ſup.proximè. *Inſontem*,i.pro innocente,q.d.puniet.

8. *Sanctifices*,i.ſanctè colas.

10. *Sabbatum Domini*, q.d. quieſcendum à corporalibus,vt attendatur diuinis. *Omne*,pro,vllum. Hebr.

Portas,ſc.vrbis.

11. *Sanctificauit*, i. ſanctè celebrandum inſtituit.

12. *Honora*,ſc.neceſſaria miniſtrando.Hier.

18. *Videbat*,i.audiebat.

20. *Probaret*,Heb.& 70.tentaret.Sed Dei tentatio probatio eſt.

22. *Cælo*,i.aëre.

24. *De terra*,ſc. terra implebatur altare æneum. *Pacifica*,ſc.quæ pro pace, & incolumitate offeruntur. *Benedicam*,i. bonis cumulabo.

25. *Cultrum*, i.ferreum inſtrumentum,ſc.ad poliendum lapides. *Polluetur*,ſc.altare,i.contaminabitur,adeoque non mihi placebit,quod in eo offeres. Nota quod nolebat Deus, imitarentur gentiles altaribus poliendis. Nota etiam pollutum haberi apud Deum quicquid fit ſecus quam ipſe vult.

CAPVT XXI.

1. IVdicia,i.præcepta iudicialia.

3. *Cum quali veſte*,&c.Heb. Si cum corpore ſuo ingreſſus fuerit, cum corpore ſuo egredietur, quod Chal.& 70.verterunt. Si ſolus intrauerit, ſolus egredietur, ſequitur enim ſi habens vxorem,&c.

4. *Veſtitu*,Heb.corpore,q.d.ſolus.

6. *Diis*,i. Iudicibus, vel ante Deum. *Et poſtes*, pro, i. poſtes, ſc. portæ vrbis. *Seculum*,i.perpetuo, ſc. vſque ad Iubilæum. Nota æternum accipi pro longo tempore; vox enim Hebræa hic æternum ſignificat,ſeu perpetuo.

7. *Conſueuerunt*, ſc. ſine mercede, cum libertate donantur.

8. *Cui tradita fuerat*,ſc.in ſponſam,vel famulam, Chald.& 70. Qui ſibi eam deſponderat. *Alieno*, i. gentili. *Spreuerit*,ſc.violando.

9. *Iuxta morem*,ſc.dotando eam.Glo.Interl.

10. *Ei*,ſc.filio. *Nuptias*,Heb.cibum,ſeu alimentum.

Pretium pudicitiæ,Chal. & 70.concubitum,q.d. filius illam tractabit per omnia vt vxorem, etiam ſi alteram habeat.

11. *Tria iſta*,ſc.proxima dicta. *Egredietur*,pro,ſaltem egredietur.

12. *Volens occidere*, Hebr. Chald. & 70.& occiderit.

13. *Tradidit*,ſc.ſolus, nam cum volens occidit, & Deus, & ipſe facit, Deus iuſtè, ipſe iniqua voluntate. Auguſt.in Exod.q.79.

16. *Noxa*,i.illius criminis.

19. *Innocens*,i.non cenſebitur homicida.

21. *Pecunia illius*,i.emptus illius pecunia.

22. *Abortiuum*, ſc. viuo fœtu,vt Heb.indicatur. Arbitri,i.iudices.

23. *Reddet animam pro anima*,i.occidetur, quia occidit.

24. *Oculum*, pro,ſimiliter oculum.

28. *Si bos*,&c.Idem in aliis animalibus,quæ nocent intelligendum,Aug.in Exo.q.81.82.

29. *Ab heri & nudiuſtertius*,i.antea,Heb. *Occidens*,ſc.ex Iudicis ſententia.

31. *Filium*,ſc.cuiuſquam.

33. *Et foderit*,Heb.Chal.& 70. vel foderit.

CAPVT XXII.

3. HAbuerit,ſc.fur,de quo ſup.

5. *Et dimiſerit*,pro,dimittendo.

6. *Reddet*,ſc.fur.

8. *Deos*,i.Iudices.

9. *Ad perpetrandam*,&c.i.ad nocendum, vel q. d. In quauis lite de fraude facta in re aliqua inter duos.

15. *Maxime*,id non eſt Heb. *Operis ſui*,q. d.ſeruitij ipſius animalis.

24. *Indignabitur furor meus*,i. valde iraſcar.

25. *Exactor*,Heb.vſurarius.

28. *Diis*,i.iudicibus,qui ſunt Dei loco.

29. *Primitias*, Deo tanquam omnium rerum principio hæc offerebantur

31. *Viri ſancti*,&c.q.d.ſtudete ſanctitati, ſi mihi placere vultis. *Prægustata*, Hebr. & Chald. lacerata.

CAPVT XXIII.

1. SVſcipias,ſc.loquendo contra proximum. *Manum*,ſc.cum impio,vt illum adiuues.

3. *Miſereberis*,ſc.fauendo ei iniuſtè,ſubaudi,multoque minus diuitis.

6. *Pauperis*,ſc. inique fauendo, quod pauper ſit, aut nocendo. Heb.non peruertes iudicium pauperis in eius lite.

7. *Mendacium*,i.falſum iudicium,ſc. ô Iudex. *Auerſor impium*,Heb.non iuſtifico impium, q.d.punio talem impietatem, 70.non iuſtificabis impium cauſa munerum.

8. *Verba*,i.negotia,cauſas.

9. *Aduenarum animas*, i. quid ſit eſſet aduenam.

11. *Comedant*,ſc.ſponte nata.

12. *Refrigeretur*,Heb.reſpiret,i.quieſcat.

13. *Non iurabitis*,Heb.non memorabitis. Chal. non recordabimini, q.d. non nominabitis Deos alienos.

Audietur,ſc.eorum mentio.

15. *Nouorum*, ſc.fructuum. *Quando egreſſus es*, Heb.in illo enim egreſſus es. *Vacuus*, i. ſine oblatione,ſc.in feſto Paſchæ, Pentecoſtes, & Tabernaculorum.

16. *Meſſis*,ſc.in Pentecoſte,ſub.cuſtodies. *Quæcunque*,i.eorum,quæ. *Solemnitatem*,ſc.tabernaculorum feſtum, *Exitu anni*,ſc.Septembri, tūc enim deſinit & incipit annus Hebræis, etſi quantum ad feſta in Martio incipit,ſeu Niſan.

17. *Coram Domino*, ſc. in templo vbi Dominus colebatur.

18. *Super fermento*, q.d. aufer de domo fermentatum, priuſquam Agnum Paſchalem immoles. *Solemnitatis meæ*, i. victimarum, quæ mihi in ſolemnitatibus

lemnitatibus offeruntur. *Vsque mane*, i. in alterum diem.

19. *In lacte*, i. cum lacte ipso in olla, vel dum lactat, vel vna cum ipsa matre. Clem.2. Stro.sic interpretatur, ne fiat interempti condimentum, quod est viuentis nutrimentum.

20. *Angelum*, August. 15. cont. Iust. cap. 19. Iosue interpretatur, in quo nomen Iesu. At ex sequentibus apparet de Angelo loqui, qui populum ducebat. *Contemnendum putes*, Hebr. exacerbes eum.

21. *Nomen meum in illo*, i. sustinet personam meam seu nomine meo agit. Potest id ad Prælatos accommodari, qui Dei nomine gubernant.

25. *Panibus*, &c. i. cibo & potui, quasi dicat, alam te abundanter.

26. *Infœcunda*, Hebr. abortiens. *Implebo*, quasi dicat, dabo vitam vsque ad senectutem.

27. *In præcursum tuum*, Hebr. ante te.

28. *Crabrones*. Forte est figurata locutio, pro aculeos timoris, quo cedant. Augustin. in Exod. quæst. 93.

29. *Bestiæ*, i. cupiditates bestiales, quæ solent de repentino successu terræ felicitatis existere. August. in Iud. quæst. 17. Ego ad litteram intellexerim, & hic feras, & supra crabrones; i. vespas, vel muscas venenatas.

30. *Augearis*, sc. numero & viribus. *Fluuium*. scil. Euphratem. Vide Psal. 71.

CAPVT XXIV.

2. *AScendet*, Hebr. Chald. & 70. accedet.

4. *Titulos*, i. columnas.

7. *Volumen fœderis*, i. Librum legis seruandæ ex fœdere, vel fœdus continentem.

8. *Sanguis fœderis*, Figura hæc sanguinis Christi, quo testamentum nouum confirmatum.

10. *Opus*, forte thronum, quidam mensam interpretantur.

11. *Recesserant*, sc. seniores à populo, propius ad Deum accedentes, de filiis vero, pro, à filiis Hebr. nec ad separatos (sc. Principes) filiorum Israël, misit manum suam, Chald. Principibus autem filiorum Israel nullum incommodum fuit.

16. *Caliginis*, sc. vbi Deus. Cuius incomprehensibilitas per caliginem significatur, alioqui lux est.

17. *In conspectu*, &c. sc. Mosi aliter Deus apparebat.

CAPVT XXV.

2. *PRimitias*, Hebr. oblationem. Chald. & 70. primitias.

4. *Hyacinthum*, sc. sericum, seu pannos aut lanam coloris cærulæi. *Coccum*, sc. lanam vel sericum cocco tinctum.

Pilos, sc. pannos ex pilis.

5. *Ianthinas*, i. Taxorum, vel hyacinthinas, i. violaceas. Sic & supra. *Setim*. Cedri est genus quoddam.

6. *Vnguentum*, Hebr. oleum vnctionis, scil. quo vngendi sacerdotes. *Thymiamata*, sc. suffitum.

9. *Ostendam*, Hebr. & Chald. & 70. ostendo

10. *Cubitos*, scil. vulgares, continet autem cubitus palmos duos, palmus autem digitos duodecim.

11. *Coronam*, i. limbum, seu labium. Vulgo dicitur, cornice.

12. *Latere*, scil. secundum latitudinem. Vide Num. 19.

16. *Testificationem*, i. legem, quæ Dei voluntatem testatur, sc. Decalogi tabulas.

17. *Propitiatorium* erat id velut cœlum arcam tegens, vt solet fieri rebus pretiosis, vel, vt quidam volunt, ipsum arcæ operculum. Dictum verò propitiatorium, quod ibi se Deus propitium exhiberet, dicitur & oraculum, quod ibi responsa daret.

18. *Productiles*, i. ex auro ductili, vt est Hebr. *Oraculi*, Hebr. Propitiatorij.

19. *Cherub*, August. quæst. 105. in Exod. Erant, inquit, Cherubim specie animalium. Quidam dicunt fuisse figura pueri. Vide Ezech. 1. *Latere*, Hebr. extremo.

20. *Tegam*, Hebr. indicatur, debere ab extremitatibus propitiatorij surgere, seu extare, & ipsum alis tegere.

22. *Præcipiam*. Hebr. conueniam te, seu testificabor tibi, 70. Agnoscar tibi.

24. *Labium*, Hebræus coronam. Vide supra num. 11.

25. *Ipsi labio*, pro, in ipso labio, sc. vtrimque & supra, & infra, nempe indicat, primo faciendum labium, seu limbum, deinde in eo ex vtraque parte, sc. superiori, & inferiori ponendam *coronam interrasilem*, i. sculpturis ornatam, atque ad hunc sensum lectio nostra reducenda est: quod autem dicitur *altam*, intellige profundam, s. ex parte inferiori erat 4. digitorum, & totidem ex superiori.

29. *Acetabula*, i. scutellas, seu vasa concaua in quibus ponendi panes. *Phialas*. sc. ad libamina, vel secundum quosdam ad thus. Vide Apocalypsis 5.

30. *Propositionis*, id est, propositi semper ante Dominum.

31. *Ductile*, sc. malleo factum. Not. quod constabat hastili seu trunco recto, tum calamis sex curuis è trunco ductis hinc inde, sub quorum paria singula erat vna sphærula; deinde tres in vnoquoque calamo scyphi, supráque sphærula vna, & postremo lilium sub lucerna. Erat & in ipso sub sphærula inferiori scyphus. Quidam tamē putant super vnumquemque scyphum fuisse suam sphærulam, & lilium, quod non est improbabile. Puto ego hic magnum latere mysterium: esse. enim *Candelabrum* Ecclesiæ figuram; *Scyphum, & Sphærulam*. Eucharistiæ, sc. calicis, & hostiæ; *Lilium* autem humanitatis Christi & lumen diuinitatis. Iam septenarius numerus perfectionem significat. Potest & Candelabrum Christum significare.

33. *Nucis*, sc. amygdalinæ per medium diuisæ. *Calamos*, intellige sex curuos, non calamum hastilis rectum, in quo scyphi quatuor vt infra dicitur.

34. *Candelabro*, i. hastili, seu trunco.

35. *Sub duobus*, q. d. sub vtroque pari calamorum, sc. infra vtrumque.

37. *Ex aduerso*, i. versus eam partem, ad quam versum candelabrum, secundum latitudinem, sc. in apertum aërem, non in se inuicem. Vide Numer. 8.

39. *Talentum*. Vulgare, seu profanum lib. 60. sacrum vero 120. Libra autem quæ & Mina, & pondo vnciæ 12. Ita quidam. Alij verò, Talentum constare minis centum, minam verò drachmis ducentis quadraginta: quod magis probo. Vide. Ezech. 45. & 2. Paral. 15.

CAPVT XXVI.

Vide cap. 36. & sequenti.

1. RE*torta*, scil. filis fuso retortis, vt fit: quidam tamen filum duplicatum intelligunt. *Varietas*, Hebr. Cherubin, q. d. sparsas imaginibus alatis, Chald. Figuras Cherubim. *Plumario*, i. vt solent quæ fiunt ex variis plumis, Phrygionicum quidam vocant, vulgo Ricamatura, sc. erant sparsæ alatis Cherubinis.

4. *Summitatibus*, i. extremitatibus. Not. quod cortinæ quinque consutæ, cum aliis quinque itidem consutis, per ansulas, seu laqueolos centum ad 50. aureos circulos coniungebantur.

6. *Circulos*, sc. alligandos vtrimque ansulis, seu laqueolis cortinarum.

7. *Saga*, sc. cortinas *Cilicina*, sc. de pilis caprarum, vulgo Ciambellotto. *Operiendum*, sc. super cortinas primas, omnes enim cortinæ tecti vice operiebant, & etiam latera tegebant Tabernaculi fere vsque ad terram. Ligabantur autem inter se secundum latitudinem, erat vero spatium longitudinis tabernaculi cubiti 30. altitudinis 10. itemque latitudinis. Itaque quod supererat cortinarum, pendebat. Tegebant autem longitudinem tabernaculi secundum latitudinem suam, latitudinem vero, secundum longitudinem.

9. *Fronte*, scil. ad anteriorem partem Tabernaculi.

Duplices, i. extremitatem pendentem reducas in tectum, vertendo vt solent, quæ duplicantur. Vide infra.

12. *Vnum Sagum*, sc. vndecimum. *Ex medietate*, Not. ad huius loci totius intelligentiam, quod cùm saga hæc vndecim essent, excedebant cortinas de quibus supra, latitudine, itemque longitudine, quia 30. cubitorum, ex quatuor ergo cubitis latitudinis quibus excedebat, duo duplicati tegebant pendentes anteriorem partem tabernaculi, & duo posteriorem. Item duorum cubitorum, quibus longitudo excedebat, alter pendebat ex vno latere tabernaculi: alter ex altero.

26. *Quinque*, scil. quinque ordines vectium à summo ad imum.

28. *A summo ad summum*, i. ab vna extremitate ad alteram.

31. *Pulchra varietate*, Hebr. Cherubim, sc. figuris alatis, quæ puerulos referrent.

33. *Sanctuarium*, &c. Hebr. sanctitas, & sanctitas sanctitatum, quasi dicat, sanctum, & Sanctum sanctorum.

CAPVT XXVII.

1. ALtare, scil. holocaustorum, quod extra Tabernaculi tectum subdio erat.

3. *Fuscinulas*, instrumenta erant cum dentibus ad extrahendas ex olla carnes.

5. *Quos pones subter arulam altaris*, Heb. quam pones subter ambitum altaris Chald. & pones eam sub circulo altaris.

Medium, sc. intra, secundum quosdam, vt ligna sustineret. At infra cap. 38. indicatur, fuisse extra in ambitu altaris ab infima altaris parte vsque ad eius medium, id quod etiam confirmat quod hic de vectibus dicitur.

8. *Inane*. Erat autem vsque ad medium plenum terra, secundum quosdam, secundum alios, lapidibus. Vide 1. Machab. 4.

9. *Atrium*, scilicet, intra quod erat tabernaculum.

18. *Quinque*, sc. vt populus posset vndique tabernaculum videre, non impeditus atrij altitudine.

19. *Paxillos*, sc. quibus terræ infixis cortinæ funibus alligabantur, ne agitarentur.

20. *Lucerna*, pro, lucernæ, sc. candelabri.

Semper, i. per totam noctem: nam interdiu erat extincta, vt proxime indicatur, & 1. Reg. 3.

21. *Testimony*: Alij vertunt conuentus, quod eo Deus conueniret. Vide cap. 25. & Num. 17. vel fœderis, quod illic Dei lex esset, & fœdus, quæ testimonij nomine significantur. Vide infra c. 33. *Testimonio*, i. coram arca testimonij. Chald. ante testamentum.

Collocabunt, Hebr. disponent, seu apparabunt. Chald. ordinabunt, 70. incedent. *Cultus* Hebr. statutum, q. d. mos, seu ritus.

Successiones, Hebr. generationes.

CAPVT XXVIII.

2. VEstem, Hebr. & Chald. vestes, 70. vestem. *Gloriam, & decorem*, i. splendorem, & ornamentum.

3. *Sapientibus corde*, i. peritis artificibus.

Prudentia, Hebr. Chald. & 70. sapientiæ, q. d. arte. *Sanctificatus*, i. consecratus.

4. *Rationale*. Hebr. pectorale, 70. λόγιον, seu λογεῖον, quæ duo, Dei oracula seu responsa indicant. Atque huc referendum est verbum Rationale, seu Rationale Iudicij: Dei enim cuncta plena ratione & iudicio. Adde quod in eo erat doctrina & veritas quæ ad rationem pertinent.

Superhumerale. Hebr. Ephod, carebat id manicis, secundum quosdam, quod alij negant. *Tunicam*, Hebr. & Chald, pallium.

Lineam, sc. tunicam: erat vero secundum Iosephum ex bysso, talaris, & strictis etiam manicis.

Strictam, Hebr. ocellatam seu occultam, sc. oculis erat contexta opere Phrygionico, vt quidam aiunt. Alij enim negant. Nam Hier. recte vertit strictam, vt & 70.

Cidarim, i. Tiaram pileoli rotundi forma.

6. *Polymito*, sc. vario, vt solent tapeta, supra vertit plumario.

7. *Summitatum*, id est, extremitatum, scil. sub brachiis.

In vnum redeant, id est, coniungantur, vt est Hebr.

8. *Textura*, scil. balthei, vt indicatur Hebr. & Chald.

9. *Onychinos*, 70. Smaragdos. *Filiorum*, dicunt quidam & hic, & in lapidibus rationalis, non Leui fuisse scriptum, sed Ephraim & Manasse qui cum reliquis faciunt 12. tribus, sed aliter sentit Chald. vt infra dicetur.

10. *Natiuitatis*, sc. vt prius nati, priori sint loco, & indextro humero priores sex.

11. *Gemmarij*, i. artificis gemmas sculpentis.

12. *Latere*, sc. super humeros. *Memoriale*, i. in memoriam, sc. Deo, vel Aaroni.

13. *Vncini*. Hi erant in summitate superhumeralis quibus alligandæ catenæ, vt dicitur infra vers. 25.

14. *Cohærentes*, q. d. opere intorto more funium, vt indicant Hebr. & sic etiam inf.

15. *Iudicij*, sc. quia sine illo nunquam ius dicebat in re graui, vel quia continebat Vrim, & Thummim, vnde etiam & Rationale dictum.

16. *Quadrangulum*, i. quadrum æquilaterum, *Duplex*, i. duplicatum. *Palmi*, sc. 12. digitorum seu semicubiti, vt ex Hebr. & 70. apparet.

17. *Sardius*,

17. *Sardius*,&c. Nota quod Chald. Cant.5. alt, scriptos fuisse in *sardio*, Ruben; in *Topazio* Simeonem; in *Saphiro* Leui;in *Carbunculo* Iudam; in *Smaragdo*, Issachar; in *Iaspide* Zabulon; in *Berillo* Dan; in *Achate* Nepthalim; in *Amethysto* Gad; in *Chrysolito* Aser; in *Onychino* Ioseph; in *Ligurio*. Beniamin. Nempe aliter lapides enumerat,quam noster textus.

20. *Chrysolytus*,Hebr.Tharsis,sc.à colore maris, quod si quietum,cæruleum est;aureum vero,si So radiis percussum. Symm hyacinthum vertit vt etiam Hier.Cant.5.nempe ob colorem hyacinthi, qui cæruleus est, adeoque etiam maris.

Per ordines suos. Hebr. in repletionibus suis, id est, palis quas replent, Chald. in cælaturis suis.

21. *Nomina*, scil. insculpta.

22. *Coherentes*. Vide supra num. 14. Et nota, quod hæ videntur esse catenulæ, de quibus suprà.

23. *Summitate*, id est, extremitates, scil. angulis superioribus.

26. *Summitatibus*, i. extremitatibus, sc.angulis inferioribus.

Posteriora, i.inferiorem partem.

27. *Iunctura*, scil. Rationalis, vbi alij duo annuli.

30. *Doctrinam*, *& veritatem*. Forte litteris descriptæ erant; August.in Exod.quæst.117.Cyril.in expo. Symboli Nicæni ait, ista duo fuisse scripta in medio lapidum, & figurasse Christum in medio duodecim Apostolorum,Heb. Vrim,& Thummim, id est, illuminationes, & perfectiones, scil. iis oportet præditum esse Pontificem. Pluralis v. numerus solet in scriptura adhiberi ad copiam seu perfectionem, & excellentiam significandam 70. Dilosin, & Alithiam, δήλωσιν καὶ ἀλήθειαν, id est, doctrinam, seu manifestationem, & veritatem,vt Vrim אורים sit è Iarah ירה, id est,docuit Thummim תומים ab Aman, אמן, id est, credidit.

Iudicium,i.Rationale iudicij,vel curam,& solicitudinem per illud significatas.

31. *Superhumeralis*,i.cui immediate supponitur superhumerale. Hæc sup. dicta est Tunica.

33. *Tintinnabulis*. Iust. in Triph. ait fuisse 12. in figuram 12. Apostolorum, quorum sonus in omnem terram erat exiturus. Alij multo plures fuisse putant. Vide Eccli.45.Hier.epist.ad Fabiolam Ioseph lib. 3.Antiq.c.8.

35. *Moriatur*, scilicet, me puniente, si aliter faciat.

30. *Sanctum Domino*. Alij sanctitas Domino, quasi dicat, sanctus est Dominus, sancteque colendus.

37. *Tiaram*, scil. hyacinthinam, secundum Iosephum.

38. *Quæ obtulerunt*, q. d. commissas, dum non rite offerunt seque sanctificant, vt debent;vel eorum, pro quibus ipsi Deo sacrificia obtulerunt. *Portat* autem,sc.pro iis Deo supplicaturus, & satisfacturus, in Christi figuram,sit eis, q. d. vt populum Domino reconciliet.

39. *Stringes tunicam*, &c.i.facies strictam tunicam ex bysso, vel cinges eam byssina zona. Erat hæc vestis omnium prima, & plena, secundum quosdam, vt supra dixi.oculis factis opere Phrygionico, seu Ricamatura, vt volgo dicitur. *Balteum*, sc.ad cingendum Ephod.

Plumarij, sc. variorum colorum,

41. *Consecrabis*,Hebr. implebis, sc.dans in manus quod offerant. Id n.fiebat in sacerdotum consecratione. Itaque in scriptura implere manum significat consecrare in sacerdotem. Sensus ergo hic est. Consecrabis eos in sacerdotes sanctificabisque, &c. explicatio præcedentis.

42. *Linea*, sc.ex bysso, vt ait Iosephus. *Femora*, sc.tota tegebant vsque ad genua.

43. *Rei* sc. ista omittendo *Legitimum*,q.d.ritus, Hebr. Statutum.

CAPVT XXIX.

1 IN *sacerdotio*, i. in sacerdotij functionem. Chal. ad ministrandum coram me. *Immolatos*, id est, integros, & quibus nihil desit.

2. *Crustulam*, i. placentulas.

5. *Linea*, & tunica, i. tunica stricta, & altera laxiori, quæ supra dicta est, tunica superhumeralis.

7. *Caput*, sc. deposita Tiara.

9. *Religione*, Hebr. statuto, q.d.ritu.

Initiaueris, i. consecraueris, Hebr. impleueris. Vide supra cap.28. num.41.

13. *Offeres incensum*, id est, incendes ea, vt ait Chald.

14. *Extra castra*, figura Christi.

Pro peccato, Hebr. peccatum, i.sacrificium pro peccato. Sic 2. Corinth.5. Not. vero Deum velle illa comburi, quæ concupiscentiam fouent, sc.renes, adipem,epar,&c.

17. *Pedes*, id est, crura.

18. *Oblatio*, i. holocaustum, Hebr.dicitur Holah עלה quod ascendat, sc. in fumum conuersum Græce ὁλόκαυστον. Holocaustum, q. d. totum combustum.

22. *Et aruinam*, pro, id est, aruinam, scilicet adipem.

24. *Super manus*. Hinc consecratio sacerdotis dicitur impletio manus, & consecrare manum implere.

Eleuans, sc. oblationem. Sic & Eucharistia eleuatur in Missæ sacrificio. Not.quod oblationem eleuantes manibus, mouebant ab Oriente in Occidentem, & à Septentrione in Meridiem, quo significabatur Deum esse totius orbis Dominus, Fit & quiddam simile in Missis Pontificalium. vt videre est Romæ in Sacello Papæ.

26. *Sanctificabisque*, i. tanquam sanctum separabis, vel consecrabis eleuando,&c.

27. *Et pectusculum*, &c. q.d. non solum pectusculum, de cuius consecratione proxime dictum est, sed etiam armum,&c.*Separasti*,Hebr. eleuasti.

28. *Cedentque*, scil. talia in sacrificiis populi. *Primitiua*,q.d.debita sicut primitiæ.*Initia*,i.partes quædam consecratæ.

29. *In ea*, pro,cum ea,sc.ea induti.

30. *Septem*, sc. continuis quibus durabat ritus consecrationis.*Vtetur*,sc.cum dedicatur August.in Exod.quæst.129.

33. *Vt sit placabile*, &c. Sensus esset secundum Hebr. Quod sit sacrificium, per quod expiatio facta sit, & manuum sacerdotum consecratio *Sancti sunt*, pro, sancta sunt,i.sanctificata, sc. carnes, & panes.

34. *Sanctificata*, adeoque eodem die comedenda.

36. *Mundabis*, i. expiabis, scil. oblato vitulo. *In sanctificationem*, i. vt sit consecratum.

37. *Sanctum sanctorum*,i. est sanctissimum. *Omnis qui*, pro, omne quod, sc. oblata super illud sanctificabantur, vt à solis sacerdotibus edi possent. Vide c.30.

39. *Vespere*, Heb. inter duas vesperas. Vide supra cap. 12.

40.*Decimam*,

40. *Decimam*, sc. ephi, nempe Gomor. Habet Ephi sata tria. Gomor autem quantum 43. oua, at Chomer, seu, seu Corus 10. Ephi, sc. 4300. oua. *Tuso*, i. tundendo expresso. *Hin*, continet 12. Logim. Log vero quantum 6. oua, diciturque ab Hieronym. sextarius. Est autem Hin mensura Ægyptiaca.

42. *Sacrificium est*, sc. holocaustum. *Constituam*, i. conueniam, seu adero.

43. *Sanctificabitur altare*, Hebr. sanctificabitur, scil. locus ad Dei præsentiam, Chald. & 70. sanctificabor.

In gloria, in gloriam, seu ob gloriosam meam præsentiam.

45. *Habitabo*, i. præsens ero, & protegens, fauensque, &c.

CAPVT XXX.

2. EX *ipso*, scil. non affixa, sed eodem ligno, quo altare constat producta: erant autem cornua hæc, velut radii quidam ex angulis in altum sublati, vt quidam putant.

3. *Craticulam*, Hebr. & Chald. tectum. *Aureolam*, pro auream, scilicet, limbum, qui vulgo cornice.

6. *Contra velum*, scil. è regione, sed extra sancta sanctorum, quotidie enim adolebatur. Vide cap. 40. *Testimonij*, ita dicta, quod in ea tabulæ legis, quæ est quædam voluntatis Dei testificatio. *Testimonium*, i. arca testimonij.

7. *Aaron*, sub. vel filij, vt infra. Id enim, & quod sequitur, erat enim aliorum sacerdotum. *Componet*, scil. repurgando.

8. *Collocabit*, sc. incendendo. *Ad vesperum*, Hebr. inter duas vesperas. Vide sup. c. 12. *Sempiternum*, i. perpetuo ritu, vel semper in altari tenendum.

9. *Alterius* scil. quam eius de qua in fine cap. *Nec oblationem*, &c. sc. hæc facienda super altare holocaustorum.

10. *Deprecabitur*, Hebr. expiabit, Chad. & 70. propitiabitur. *In sanguine*, pro, cum sanguine. *Quod oblatum*, pro, qui oblatus.

Placabit. Hebr. expiabit, *Super eo*, sc. altari. *Sanctum sanctorum*, id est, sanctissimum, q.d. res sanctissima.

12. *Iuxta numerum*, pro eorum, qui numerandi sunt, sc. 20. annorum, & supra. *Pretium*, sc. ad redimendam animam, i. vitam, ne sc. alioqui interficiantur, Hebr. expiationem, seu redemptionem. *Plaga*, sc. vt fuit tempore Dauid. 2. Reg. 24.

13. *Ad numerum*, i. qui numeratur. *Templi*, sc. siclus sacer 4. drachmarum, at vulgaris 2. sic Talentum templi, seu sacrum libræ 120. vulgare autem 60. Vide tamen sup. finem cap. 25.

14. *Habetur in numero*, i. qui numeratur. *Pretium*, Hebr. & 70. oblationem.

16. *Monimentum*, scil. vt Deus recordetur, & placetur.

18. *Labium*, scil. concham.

19. *In eo*, pro, ex eo. *Pedes*, scil. nudis pedibus ministrabant.

21. *Successiones*. Hebr. generationes.

23. *Primæ*, i. præcipuæ, seu puræ. *Calami*, sc. aromatici.

24. *Sanctuarij*, vide supra num. 13. *Hin*. vide Ezech 4.

29. *Sanctificabitur*, quasi dicat, vt qui rem sanctissimam tetigerit, abstinebit à profanis, & quidquid ipsa tetigerit, cedet in vsus sacros, vel q.d. antequam ea quisquam tangat, sanctificetur. scil. solis sacerdotibus, qui sanctificati, seu consecrati erant, licebit ea tangere. Nunc hæretici quibusuis permittunt sacrorum non solum contactum, sed functionem: quamquam quid apud illos sacrum.

31. *Sanctum erit mihi*, q. d. in vsus solum sanctos ad mei cultum assumetur. Chal. Sanctum erit coram me. 70. sanctum erit vobis, sc. explicarunt phrasim Hebraicam, vbi sæpe abundat, mihi, dicunt enim, Ito mihi, pro, ito. sic Isaiæ 6. Quis ibit nobis? pro quis ibit? Ita hic sanctum mihi erit pro, sanctum erit, sc. vobis, seu apud vos.

32. *Caro*, i. pars aliqua corporis. *Hominis*, sc. non sacerdotis. Quidam etiam reges excipiunt, cum in reges vngebantur.

33. *Alieno*, i. non sacerdoti. *Exterminabitur*, &c. q.d. interficietur.

34. *Onycham*, i. vnguem aromaticum. sc. leue quiddam, & pellicidum est instar vnguis. *Ponderis*, Hebræi dicunt accepisse Mosem cuiusque 70. libras.

35. *Thymiama*, i. aromaticum suffimentum.

Sanctificatione dignissimum, i. ob sanctitatem pretiosissimum, Hebr. & 70. sanctum, Chald. in sanctificationem.

36. *Sanctum sanctorum*, i. sanctissimum.

CAPVT XXXI.

2. EX *nomine*, id est, præ aliis, seu nominatim.

3. *Dei*, i. diuino, seu excellenti, *Opere*, i. arte mechanica.

5. *Marmore & gemmis*, Chald. lapidibus pretiosis. Hebr. in fabrefactione lapidis, scilicet, pretiosi.

6. *Omnis eruditi*, q.d. etiam aliorum, qui possint illos duos iuuare. Vide cap. 36.

7. *Vasa*, i. instrumenta.

13. *Sabbatum*, Hebr. sabbata, q.d. nolo tamen illa, quæ præcepi, fieri diebus festis. *Generationibus*, i. ætatibus, q.d. quamdiu vixeritis.

Vt sciatis, &c. q.d. vt sic testemini vos esse populum meum, à me sanctificatum, meoque cultui dicatum.

14. *Sanctum*, id est, sanctè colendum. *Morietur*, scil. iudicis decreto. *Qui fecerit*, &c. explicatio præcedentis.

16. *Celebrent*, Hebr. faciant. *Sempiternum*, i. de re duratura toto statu veteris legis, itaque dicitur in generationibus vestris.

17. *Cessauit*, Hebr. quieuit, & recreatus est, seu refocillatus, sc. loquitur sæpè scriptura de Deo humano more, quod metaphoricè intelligendum est. neque enim humana in Deo.

18. *Testimonij*, id est, legis, Dei voluntatem testantis.

Digito, id est, opera

CAPVT XXXII.

1. PRæcedant, scil. per desertum ducentes.

4. *Vitulum*, scil. volebant adorare Apim Ægyptium, seu Serapim, qui Bos erat. *Dixerunt*, scil. populus.

5. *Domini*, non dicit vituli, sc. sperabat Mosen prius rediturum.

6. *Ludere*, scil. choreis, & cantu more idololatrarum.

7. *Tuus*. non dixit, meus, quia ab ipso defecerant idoli cultu.

8. *Ostendisti*, Hebr. & 70. præcepi. Chald. præcepisti.

10. *Dimitte*

10. *Dimitte me*, q. d. desine diligere, dilectio enim tua impedit, ne deleam.dicit vero id, non præcipiendo, sed monendo, & exprimendo,quid illum à supplicio reuocet. August. in Exod.q.149. Et deleam eos, &c. pertinet id ad abiectionem Israelis, & assumptionem Gentium, Hieron.epist. 129. *In gentem*, i. præfectum genti, vel patrem gentis. q.d. dabo tibi magni populi præfecturam, vel copiosam posteritatem.

11. *Esto placabilis super nequitia*, Hebr. pœniteat te super malo, id est, punitione. Vide infra.

14. *Placatusque est Dominus*, Hebr. pœnituitque Dominum.

18. *Adhortantium*, &c. Chal. victorum, nec eorum, qui vincuntur: atque id indicant etiam Hebr.

20. *Comminuit*. Vidi ego Mediolani aurum igni in puluerem redigi, in eius artis officina.

Potum, scil. vt disceret populus contemnere quod in secessum proiici videbat. Hieronym. epist. 128.

21. *Induceres*, quasi dicat, faceres peccare.

23. *Mosi*, Hebr. Mosi viro.

24. *Egressus*, i.factus, seu formatus.

25. *Nudatus*,scil.apparuerat, quo animo essent, vel nudatus Dei protectione *Spoliauerat*, sc. &auro,& Dei gratia,*Propter ignominiam sordis*, i.idoli causa,valde enim sordidum factum illud, & ignominiosum. 70. in ludibrium hostibus suis.

Nudum,scilicet, Dei gratia, immo & Deo ipso quem reliquerat.

26. *Domini*, i. pro Domino, seu ex parte Domini, q. d. Dei cultor, & gloriæ eius defensor. *Omnes filij*. Non significat omnes Leuitas congregatos, sed omnes congregatos, Leuitas fuisse.

28. *Triginta tria*.Hebr.Chald.& 70.tria.

30. *Deprecari*, Hebr. expiare scilicet, precando Deum.Chald.placare.

32. *Dele*, August. in Exod quæst. 147. securus dicit, vt concludatur ratiocinatio,quasi dicat non me delebis, remitte ergo. Quidam hyperbolem dicunt, sc. expressionem affectus maximi ad populum, non autem deliberati animi, sic Rachel Genes. 30. Da mihi liberos, alioquin moriar.

Libro, sc.prædestinatorum, vel q.d.de numero tuorum. Sequitur enim, *delebo eum*, &c. nemo autem de libro prædestinatorum deletur.

34. *Die vltionis*, i. tempore punitionis peccatorum.

35. *Percussit*, sc. per Mosen tunc vel postea suo tempore,q.d.non impune tulerunt, sed sunt postea pro illo peccato puniti.

CAPVT XXXIII.

1. TVus, non dixit meus, iram ostendens Augustinus.

3. *Ascendam*, i. ducam ascendentem in Palæstinam, quæ altior Ægypto.

Pessimum, id est, iræ plenum, seu acerbum *Cultu*, i. ornatu.

5. *Dixitque*, pro dixerat enim. *Ascendam*, pro accedam, more hominis loquitur, qui ascendere dicitur in mediam turbam. *Depone*, sc.in signum pœnitentiæ.

6. *A monte*, pro, ad montem.

7. *Fœderis*. ita dictum, quod in eo tabulæ, in quibus Dei lex fœdus continens, Hebr. conuentus,70.testimonij.

8. *Tentorium*, i. Tabernaculi atrium.

10. *Per fores*,i. ad fores.

11. *Facie ad faciem*, i. familiarissimè. *Puer*,i.iuuenis. *Tabernaculo*, i. Tentorio.

12. *Ex nomine*,i.præ cæteris, seu vt electum inter multos. *Inuenisti gratiam*, i. mihi es gratus.

13. *Faciem*, Hebr. viam, scil. per quam populum ducam, Chald.viam bonitatis tuæ, 70. teipsum aperte.

Respice, &c. Hebr. vide,quod populus tuus sit gens hæc,q.d.(vt interpretatur Chal.)scis hunc tuum esse populum.

14. *Facies mea*, i. ego ipse.

15. *Vt glorificemur ab omnibus populis*, Hebr. & 70. & glorificemus præ omnibus populis.

18. *Gloriam*,i.maiestatem,q.d.te, quantus sis.

19. *Omne bonum*,i.me.*vocabo*,i. clamabo.*In nomine Domini*,i.nomen Domini,sc.dicens, Dominus adest.70.Dominus coram te.sc.id erat Dominus, seu Angelus clamaturus. *Miserebor*,&c. Repetitio significat firmitatem misericordiæ, vel gentes, & Iudæos August.in Exod.quæst.154.

20. *Videre faciem meam*, sc. in vita, quæ agatur mortalibus sensibus.Augustin. ibidem. *Et viuet*, sc. opus est abstrahi à sensibus, & velut mentem à vita.Aug epist.112.

21. *Locus*, sc. vbi soleo tecum loqui Aug. per locum intelligit Ecclesiam.

22. *Foramine*. Apparet Mosen ex antro per foramen aspexisse Dominum transeuntem, forma aliqua, forte humana.

Protegam,i.tegam.Hebr.operiam,scil. ne possis videre anteriora mea.

23. *Tollamque*, sc. vt possis videre. *Posteriora*,i. tergum abeuntis. August.2.de Trin.carnem interpretatur postremis temporibus susceptam.*Faciem*, i. diuinitatem.

Non poteris.Vide sup.vers.10.

CAPVT XXXIV.

2. VT *ascendas statim*,Hebr.& ascendas mane.

3. *E contra*,i.è regione,sc. prope.

4. *De nocte*,sc.diluculo, vt est Hebr.

5. *Stetit Moses*&c. Hebr. & Chald. indicatur, stetisse Deum, & clamasse *in nomine Domini*, i. nomen suum,sc.dicendo Dominus est, i. adest, vt supr.promiserat. Vide Num. 14.

6. *Ait Dominator*,&c.Hebr. clamauit,dominator Dominus Deus,&c. sc. vt sint Dei verba, non Mosis iuxta dicta ca.superiore.Chald. tamen indicat, esse Mosis.

7. *In millia*,Vide supr.cap. 20. *Nullúsque apud te per se est innocens*, Hebr.non habebit pro innocente eum, qui nocens est,q. d.puniet reos, *Reddis*,i.punis.*Tertiam*.Vide Num.14.

9. *Possideas*, sc.vt tuos,seu vt hæreditatem.

10. *Videntibus cunctis*, Hebr. coram omni populo tuo.

11. *Ante faciem tuam*, sustinet hic Moses personam populi.

14. *Æmulator* i. zelotes.repetitio. Vide supr. cap.20.5.

15. *Fornicati*,i.spiritualiter per idololatriam, vt statim explicatur.

18. *Nouorum*,&c. Vide supra cap.23. vbi hæc fere omnia.

19. *Meum erit*, i. mihi offeretur.

20. *Asini*, quia immundus. Idemque intelligit de cæteris animalibus immundis. *Pretio*, sc.ouis. *Vacuus*.vide supra cap.23.

21. *Arare*,&c.q.d.Nolo sabbatum violari arandi aut metendi necessitate.

22. *Hebdomadarum*

22. *Hebdomadarum*, sc. Pentecostes. *Redeunte*, sc. æquinoctio Autumnali.

23. *Omnipotentis*, Hebr. Dominatoris.

25. *Mane*, Hebr. vsque mane.

28. *Panem, & aquam*, i. cibum & potum. Aug. in Exod. q. 165. *Scripsit*, sc. Deus.

29. *Cornuta*, i. radios emittens, Hebr. radians. 70. glorificata, i. splendida.

33. *Impletisque*, i. dum impleret, seu loqueretur, vel post illos sermones, cum aliis locutus, q. d. etiam post illa verba, quoties loquendum ei cum hominibus velabat faciem.

CAPVT XXXV.

3. IGnem, sc. ad lucrum in fornace, aut furno, aut ad coquendos cibos, nam ad illuminandum, aut calefaciendum licebat.

5. *Prono*, i. prompto seu liberali.

11. *Paxillos*, Hebr. & Chal. columnas.

19. *Vsus*, scil. ad inuoluendas res Tabernaculi in profectione.

21. *Primitias*, Hebr. oblationem.

22. *Dextralia*, i. brachiorum ormenta, vt indicat vox Hebr. *Vas aureum*. Apparet etiam omnia vasa aurea obtulisse, vt explicat Chald. & 70.

30. *Ex nomine*, i. nominatim.

35. *Abietarij*, i. fabrilia. *Plumarij*, i. Phrygia, *Noua quoque*, id est, pulchra & ingeniosa, vt indicant Hebr.

CAPVT XXXVI.

Vide cap. 26. & seq.

3. VOta, i. spontaneas oblationes, vt est Hebr.
4. *Venite*, sc. ad Mosen.

6. *Cantari*, pro euulgari.

8. *Opere vario*, Hebr. Cherubim. Vide supra cap. 26.

Polymita, sc. Phrygionica.

13. *Circulos*. Alij fibulas, seu vncinos. *Morderent*, i. prehenderent.

20. *Stantes*, i. erectas.

33. *Alium*, Hebr. medium, scil. qui intra tabulas induceretur, erat vero iste vnus è quinque, non sextus. *Medias Tabulas*, scilicet, alij vectes exterius per annulos, seu armillas inducebantur, duo ex parte superiori tabularum, duo ex inferiori. iste vero per ipsas tabulas in medio.

35. *Velum*, sc. ante sancta sanctorum. *Varium*, atque distinctum, Hebr. Cherubim. Chald. Figuras Cherubim.

37. *Tentorium*, i. aliud velum exterius, *Plumarij*, Hebr. Roqem רקם q. d. Recamatoris.

38. *Quas & operuit auro*, id non est Hebr. Chal nec apud. 70.

CAPVT XXXVII.

1. DVos semis, pro, duos, & semis.
8. *Summitate*, i. extremitate.
14. *Contra*, i. è regione, scil. subtus.

17. *Lilia*, sic Chal. & 70. Alij flores.

19. *Æquum*, i. æquale, vel simile.

20. *Vecte*, id est, stipite, Hebr. Chald. & 70. candelabro.

26. *Craticula*. Sic 70. At Hebr. & Chald. tecto.

29. *Ad sanctificationis vnguentum*, 70. Vnctionis sanctum, Chald. sanctæ vnctionis. atque hæc magis indicant. Hebr.

CAPVT XXXVIII.

1. QVadrum, scil. par erat longitudo, & latitudo.

4. *Et subter eam in altaris medio arulam*. Hebræus Chald. subter ambitum eius (scil. altaris) ab infra vsque ad medium.

5. *Summitates*, i. extremitates.

8. *Labrum*, id est, concham. *Speculis*. sc. æreis. *Excubabant*, scil. vigilantes in oratione relicta vanitate, & ornatu.

21. *Ceremonias*, i. ministerium, vt est Hebr. Chald. & apud 70. ipsi enim transportabant, & seruabant.

Per manum, i. opera.

23. *Plumarius*, Hebr. Roqem, i. Recamator (vt ita dicam) seu acupictor.

26. *Armatorum*, i. aptorum ad arma ferenda, seu ad bellum.

27. *Centum talenta*. Hebr. centum talenta, & mille, & septingenti, & septuaginta & quinque sicli. Not. quod talentum vulgare libræ 60. (sacrum vero 120.) Libri sicli 25. siclus vulgaris drachmæ 2. facet vero, seu sanctuarij 4. Vide tamen supr. cap. 25.

29. *Duo millia*, &c. Id quidem coniungunt cum sicli. leguntque duo millia quadringinti sicli. quam lectionem Chald. sequi videtur. Potest etiam legi, Talenta duo millia, & septingenta, & sicli quadringenti, 70. legunt, Talenta trecenta septuaginta, & duo mille, & quadringenti sicli.

CAPVT XXXIX.

1. SAnctis, i. sanctuario.
3. *Torqueri*, sub, & texi. *Colorum*, i. filorum dicti coloris.

4. *Summitatum*, i. extremitatum.

9. *Quadrangulum*, i. quadratum. *Duplex*, i. duplicatum.

10. *Versu*, i. ordine.

15. *Cohærentes*, i. complicatas.

16. *Vtroque latere*, Hebr. duabus extremitatibus.

18. *Ante & retro*, i. in principio, & fine; vel à rationali, quod in pectore ad superhumerale, quod velut retro erat. Vide sup. cap. 28.

21. *Contra medium*, Hebr. in medio.

28. *Coronulis*, i. ornamento circum. seu byssinæ vittæ gyris quibusdam, vt ait Iosephus.

30. *Sacra venerationis*, Hebr. coronæ sanctæ, seu coronam sanctitatis, vt vertit Chald.

32. *Et tecti*, pro, id est, tecti, sc. tentorij.

38. *Vnguentum*, i. oleum vnctionis. *Tentorium*, id est, velum.

40. *Tectum*, i. Tentorium.

42. *Obtulerunt*, Hebr. attulerunt ad Mosen.

CAPVT XL.

2. PRimò, scil. anni secundi ab egressu ex Ægypto.

3. *Pones super eam, quæ ritè præcepta sunt*, Hebr. ordinabis ordinationem eius, q. d. dispones eam, vt ego disponi iussi.

11. *Vt sint*, Hebr. Chald. & 70. & erit altare, sc. quod sequitur. *Sancta sanctorum*, Hebr. Sanctitas sanctitatum, i. sanctissimum.

12. *Lotos aqua*. De hoc dictum est supra per anticipationem.

13. *Proficiat*, Hebr. sit Not. hic ab interprete dictum

ictum breuissimè, & concisè. quod Hebr. fusè, & distinct. sc. lauandos, induendos, & vngendos Aaron. & filios, &c.

20. *Testimonium*, i. Decalogi tabulas.

32. *Tectum*, id tentorium, seu tabernaculum, sic supra ver.26.

34. *Gloria*, scil. nubes; vt statim dicitur, vt claritas seu splendor.

35. *Maiestate Domini coruscante*, Hebr. gloria Domini tabernaculum implente.

38. *Mansiones*, Hebr. profectiones, id est, quoties proficiscebatur.

LEVITICVS,

Scilicet, de Leuitarum officio.

CAPVT I.

1. P*Ecoribus*, Hebr. animalibus.
2. *Ouibus*. Hebræa vox etiam Capras significat. Itaque quidam verterunt, Pecore, seu pecudibus, vt infra vertit interpres noster.

3. *Holocaustum*, totum comburebatur, quod nomen ipsum indicat, q. ὅλον καυστόν. *Armento*. Hebr. Bobus. *immaculatum*, i. sine vllo vitio, sc. perfectum.

Tabernaculi, i. tentorij, seu atrij. sic Num.4.

4. *Manus*. Sic significans se sponte offerre, vel pœnam suis peccatis debitam velut illi imponens. Vide infra cap.16.

5. *Immolabitque*, scilicet, opera sacerdotis; vel Leuitæ mactabit.

Domino, i. Domini altari, vel q. d. ante tabernaculum Domini.

6. *Concident*, sc. sacerdotes, vel Leuitæ.

7. *Ignem*, conseruabatur is perpetuo in medio altaris, erat. n. id cauum. Vide infra c.6.

9. *Pedibus*, i. cruribus, vt ex Hebr. *Holocaustum, & suauem odorem*. Chald. holocaustum gratissimum. Sic infra.

10. *Oblatio*, sc. in holocaustum.

11. *Immolabit*, i. mactabit, scil. Sacerdos, aut Leuita.

13. *Adolebit*, i. incendet.

14. *Auibus*, erat id pauperum. Vide infra cap. 12.

Pullis. In columbis pulli meliores ad cibum, in *turturibus*, grandiores. Sunt autem Deo meliora offerenda.

Eam, scil. oblationem.

15. *Rupto*, scil. vngue vt ex Hebr. patet. *Crepidinem*, i. extremitatem, scil. circa parietem, vt est Hebr. & Chald. ita, scil. vt ad basim perueniat, vt est apud 70.

16. *Vesicam*, id est, sinum illum, in quem aues cibos prius immittunt, quam in stomachum, soletque habere frumenti grana, quæ Chald. vocat stercora, ait enim proiiciendam cum stercoribus. 70. πρόλοβον prolouon, vocant. Solent. Postea extra castra efferendi, vt dicitur infra cap. 6.

17. *Ascellas*, pro axillas, i. alas.

CAPVT II.

1. A*Nima*, id est, homo, *Sacrificij*, scilicet, cibarij. Fiebat id ex rebus inanimatis, vt pane, thure, farina, oleo, &c. Hebr. מנחה Minchah, i. munus.

2. *Pugillum*, id est, quantum pugillus capere posset.

Super altare, sc. incendendum.

3. *Sanctum sanctorum*, id est, sacrosanctum, adeoque à solis sacerdotibus comedendum.

4. *Pane*. Alij placentas. *Conspersos*. Alij commistos, vel tinctos, scilicet, adhibebatur oleum pastæ, vel ante coctionem seu frixionem, vel in ipsa, vel post ipsam.

9. *Memoriale*, sc. partem, quæ velut Deo reducat in mentem ipsum offerentem.

10. *Sanctum sanctorum*, i. sacrosanctum, q. d. Deo dicatum, & oblatum.

Offertur, scilicet, adolenda, vt statim dicitur.

11. *Absque fermento*, scilicet, synceritatem Deus requirit.

Mellis, scilicet, Deo non placent corporales delitiæ.

12. *Ac munera*. Hebr. Chald. & 70. Domino.

Ponentur, scilicet, vt incendantur, cedebant enim in vsum sacerdotis. Vide inf. cap.7. & 23. de oblatione fermentati.

13. *Sacrificij*, sc. cibarij, vt Hebr. indicatur. At Chald. & 70. ad omne sacrificium extendunt. Id quod conformius Mar.9. vbi dicitur, omnis victima sale salietur.

14. *Virentibus*, q. d. recentibus, & teneris, *Confringes*, sc. tundendo.

15. *Quia oblatio*, &c. q. d. sic enim sibi Dominus offerri vult.

16 *In memoriam*, pro, memoriale. q. d. eam partem oblationis, quæ Deo offertur, vt offerentis meminerit. Vide supr.

CAPVT III.

1. P*Acificorum*, scil. pro pace, i. prosperitate aliqua impetrata à Deo, vel impetranda. Vide infra cap. 7.

2. *Tabernaculi* sc. atrij sacerdotum.

3. *Intrinsecus*, sc. intra vitalia, seu intestina.

4. *Ilia*, Hebr. quo teguntur ipsi, qui est iuxta ilia. Vide infr. *Renunculis*, i. renibus.

8. *Tabernaculi*, i. atrij. Vide infr. c.4. vbi intelligitur id intra atrium vbi altare.

16 *Omnis adeps*, &c. q. d. omnis sacrificij adeps incendetur ad honorem Domini.

17. *Adipem*, scilicet sacrificij. Quidam tamen ad omnem referunt, sicut & sanguinem. Vide infra cap.7.

CAPVT IV.

2. I*Gnorantiam*, i. errorem, seu incogitantiam. *Fecerit*, sc. committendo, vel omittendo.

3. *Sacerdos*, scilicet, summus, & explicat Chald. & 70.

Qui vnctus est , q. d. postquam vnctus est. *Delinquere faciens populum*, scilicet, suo exemplo. Hebr. ad delictum populi, id est, (vt quidam interpretantur) peccato, quo populus peccare solet.

4. *Tabernaculi*, i. atrij. *Immolabit*, i. mactabit ipse.

6. *Sanctuario*, scil. quod dicitur Sancta sanctorum.

7. *Gratissimi*, Hebr. & Chald. Aromatum, 70. compositionis. *Domino*. Hebr. Chald. & 70. coram Domino. In introitu, pro, quod est in introitu, vt est Hebr. & Chald.

8. *Vitalia*: i. præcordia, *omnia*, pro qui operit omnia.

Intrinsecus, scil. visceribus inclusus, vel viscera tegens.

20. *Rogante*. Hebr. expiante Chald. & 70. propitiante.

Propitius erit eis Dominus, Hebr. & Chald. dimittetur eis sc. peccatum vt explicant 70.

22. *Princeps*, sc. prælatus quis, vel dignitate eminens.

Vnum è pluribus, pro, aliquid.

24. *Immolauerit*, sc. sacerdos.

25. *Tangens*, sc. sanguine.

26. *Rogabitque pro eo*, Hebr. expiabit eum, Chald. & 70. propitiabit pro eo.

27. *De populo terræ*, q. d. aliquis e plebe.

35. *Arietis*, Hebr. agni, seu ouis. *Rogabitque*, &c. Hebr. expiabit eum sacerdos peccato, seu propitiabit pro peccato, vt vertunt Chal. & 70. sic & c. sequenti.

CAPVT V.

1. *ANima*, i. homo sic infra. *Et audierit*, i. cum audierit, vel, q. d. si quis peccet, & alter audierit.

Adiurantis, sc. iudicis, vt dicat veritatem. *Testisque*, sc. vocatus, vt rem prodat. *Portabit iniquitatem*, i. à Deo punietur.

2. *Reptile*, scilicet, immundum, seu mortuum. Not. quod Hebr. multo aliter, scilicet, anima, quæ tetigerit aliquid immundum, vel cadauer bestiæ immundæ, aut iumenti immundi, aut reptilis immundi.

Oblita, Hebr. ignara sic & infra.

3. *De immunditia hominis*, pro, hominis immundi. *Solet*, scil. homo, q. d. quomodocunque immundus sit ille qui tactus est. *Subiacebit*, sc. vt rea, nisi se purget.

4. *Et protulerit*, pro, nempe protulerit. *Male*, scilicet, se affligere ieiunio, aut alia re; vel male se quid facturam, vel est Hebraismus, pro, quidquam, seu quid magnum, aut paruum. Vide similem phrasim Genes. 31. Num. 29. vbi enim legimus quidquam durius, Hebr. bonum, vel malum, quasi dicat, aliquid. *Oblita*, scilicet, contra iuramentum fecerit, Hebr. ignara, seu inscia.

5. *Agat pœnitentiam pro peccato*. Heb. & Chal. confitebitur peccatum.

8. *Ad pennulas*, scilicet, colli, Hebr. contra ceruicem.

11. *Oleum*, sc. id lætitiam significat pro peccato autem dolendum. *Thuris*, sc. peccatoris oratio, dum in peccato est, non est Deo grata.

12. *Monimentum*, i. memoriam, q. d. vt Deus recordetur eius.

13. *In munere*, i. vt solet in sacrificio cibario, quod munus vocatur.

15. *Ceremonias*, id additum ab interprete.

Per errorem, verbi gratia, nesciens rem esse consecratam. *Peccauerit*, sc. non debitè tractando, vel furando aliquid de consecratis Deo, vel non dando primitias. aut decimas.

17. *Per ignorantiam*, de hoc dictum etiam c. 4.

18. *Iuxta mensuram*, &c. id est eo meliorem arietem, quo grauius fuerit peccatum.

19. *Dominum*, Hebr. Domino.

CAPVT VI.

2. *COntempto* Domino 70. contemptis Domini præceptis, Hebræus. præuaricata in Dominum.

3. *Peccare*, sc. auferendo aliena.

4. *Conuicta*, q. d. vbi iudicio sacerdotis cui deteget, constiterit fuisse peccatum.

6. *Iuxta æstimationem*. Vide sup. c. 5.

7. *Pro singulis*, i. vnumquodque eorum.

11. *Prioribus*, i. quibus erat indutus.

13. *Iste*, sc. qui diuinitus accensus fuit.

14. *Sacrificij*, & *libamentorum*, Hebr. sacrificij quod dicitur munus. Not. quod libamen fiebat ex farina, oleo, & vino, & cum sacrificio comburebatur.

16. *Sanctuarij*, i. atrij, in quo sanctuarium, Hebr. sancto, in atrio, & sic legit Complut.

17. *Incensum*, i. incendendo.

18. *Legitimum*, Hebr. statutum, atque ita intellige infra in similibus, ne sit opus sæpe repetere. *Omnis*. Alij, quidquid. *Sanctificabitur*, scil. ita vt comedi nisi a sacerdotibus non possit, quod si legas, omnis, intellige neminem illa tangere debere, nisi prius sanctificatum, seu consecratum.

20. *Sempiterno*, sc. quoties vngendi erunt, scil. summi sacerdotes. nam, Hebr. & 70. in die quo vngetur ipse (scil. summus sacerdos) vbi nos legimus in die vnctionis suæ.

21. *Calidam*, Hebr. coctam, seu frictam, & in frusta diuisam.

23. *Sacrificium*, sc cibarium, quod munus dicitur, & inf. c. 7. Interpres vocat sacrificium similæ, sc. ex farina præcipuè fiebat.

25. *Peccato*, sc. Principis vel plebis. Nam hostia peccato populi totius aut sacerdotum tota cremabatur, de quo vide sup. c. 4. & 6. *Sanctum sanctorum*; i. valde sancta.

29. *Vescetur*, i. vesci poterit.

30. *Tabernaculum*, scilicet; vt eius sanguine tangatur altare incensi. Alioqui de aliis Hostiis pro peccato edebant sacerdotes Augustin. in Leu. quæst. 18.

CAPVT VII.

1. *DElicto*, i. peccatis minoribus vel omissionis, vel per imprudentiam commissis. *Sancta sanctorum*, i. sacrosancta, seu sanctissima, ideoque à solis sacerdotibus comedenda.

Sicut pro peccato. quasi dicat, idem ritus in sacrificio pro peccato, & pro delicto. Aug. in Leuit. q. 20. peccatum (inquit) faciendo malum; delictum deserendo bonum; vel illud scienter factum, id ignoranter.

10. *Mensura aqua*, sc, quisque habebat suum diem ad ministrandum, eiusque diei oblationibus vtendum. Ita quidam explicant. At Hebr. indicant, cocta quidem pertinere ad sacerdotem offerentem; non cocta vero diuidenda inter sacerdotes. Vide supra cap. 2.

11. *Panes*, Hebræus placentas. Sic etiam infra.

Conspersos.

Conspersos. Notant quidam. Quod dicitur oleo conspersum, intelligi factum ex farina & oleo. Nam cum iam facta oleum aspergebatur, dici oleo litum vel vnctum. *Coctamque*, pro, nempe coctam, est enim repetitio. Alij, frictam, vertunt, *Collyridas*, i. placentas.

13. *Gratiarum*, pro gratiarum actionis. *Pro pacificis*. i. in gratiarum actionem.

14. *Vnus*. alter cedebat in vsum offerentis.

18. *Irrita*. fiet, Hebr. non erit accepta.

19. *Ex ea*, sc. hostia pacifica, q. d. non solus sacerdos poterit ex ea edere, sed alij etiam modo sint mundi.

20. *Peribit*, i. eiicietur, vel q. d. digna est morte.

24. *Vsus*. sc. præterquam in cibum.

25. *In incensum*, &c. q. d. crematus in honorem Domini.

29. *Offerat simul & sacrificium*, id est, libamenta eius, Hebr. Chald. & 70. aliter, sc. offerendum Domino, i. adipem incendendum, & dandam quandam partem sacerdoti, (vt statim explicatur) vbi Deo fuerit oblata.

34. *Eleuationis*, sc. eleuabatur, & agitabatur à dextra in sinistram quo significabatur, Deum omnium, quæ in orbe sunt, Dominum esse. Hebr. dicitur, pectusculum agitationis, & armus eleuationis, sc. is sursum eleuabatur; illud à dextra in sinistram agitabatur. Ita quidam; Alij tamen vtrumque verbum, sc. Tenuphah, & Terumah, eleuationem, & exaltationem interpretantur. Chald. vertit, vt noster interpres, sc. pectusculum eleuationis, & armum separationis.

35. *Vnctio*, i. velut merces, & stipendium ob vnctionem à Domino institutum *In caremoniis*, Hebr. Chald. & 70. de oblationibus. *In die*, pro à die.

37. *Consecratione*, sc. sacerdotum.

38. *Mandauit*, iungendum cum, in deserto Sinai.

CAPVT VIII.

5. *Tabernaculi*, i. atrij.

8. *Doctrina, & veritas*, Hebr. Vrim. & Thummim. Vide Exod. 28.

9. *Consecratam in sanctificatione*, q. d. in qua scriptum sanctitas Domino. Hebr. & Chald. coronam sanctitatis, 70. consecratam sanctam.

11. *Sanctificans*, sc. proxime dicta, vt indicant, Hebr. Chald. & 70. *Aspersisset*, sc. oleo illo. *Altare*, sc. holocaustorum.

15. *Fundamenta*, i. basim.

26. *Panem*, Hebr. placentam. *Collyridam*, i. placentam.

28. *Sacrificij*, sc. igniti, vt est Hebr.

30. *Vnguentum*, Hebr. vnctionis oleum.

31. *In vestitu suo*, Hebr. Chald. & 70. & vestes eorum.

Tabernaculi, i. atrij, sic infra.

34. *Vt ritus sacrificij compleretur*, Hebr. Chal. & 70. ad propitiandum pro vobis.

35. *In tabernaculo*, i. ad ostium tentorij, scil. ex parte interiori, Hebr. Chald. & 70. addunt septem diebus.

Custodias Domini, id est, quæ Dominus custodiri iussit, Chaldæus custodiam verbi Domini.

CAPVT IX.

1. *Octauo*. sc. Martij, anno secundo ab egressu ex Ægypto.

2. *Tolle*. sc. pro peccato offerendum.

3. *Tollite*, sc. pro peccatis vestris offerendum.

5. *Tabernaculi*, i. atrij. *Astaret*, sc. coram Domino, vt additur Hebr.

7. *Pro peccato*, &c. q. d. offer pro te, & sacrificium pro peccato, & holocaustum. *Deprecare*. Hebr. expia, seu propitiare, Chald. & 70. propitiare, q. d. placa Deum, seu propitium redde per sacrificium. *Ora* Hebr. & Chald. & 70. fac propitiationem seu expiationem, vt supra proxime.

10. *Quæ sunt pro peccato*, Hebr. de peccato, i. hostia pro peccato. *Adoleuit*, i. adolenda posuit. nam postea descendit ignis.

13. *Cremauit*, i. cremanda posuit.

14. *Pedibus*. i. cruribus.

15. *Expiatoque altari*, Hebr. expiauitque illum, sc. populum, idque (vt Chald. addit) in sanguine, 70. purificauit illum.

17. *Absque caremoniis holocausti*. Hebr. absque holocausto, q. d. præter matutinum holocaustum, id etiam oblatum est.

20. *Cremati*, id posteà factum.

21. *Benedixit*, i. bene precatus est.

Completis, id est paratis vel id per anticipationem dicitur. *Descendit*. scilicet, erat altare loco editiori.

24. *Egressus*, id est, missus, vel fortè è sanctuario prodiit.

Ignis: Quidam dicunt durasse vsque ad captiuitatem Babylonicam, alij negant. *Ruentes*, sc. ex timore, vel adorando.

CAPVT X.

1. *Alienum*, i. non è cœlo missum.

2. *A Domino*, i. à Tabernaculo, vbi Dominus colebatur.

3. *Sanctificabor*, i. me sanctum ostendam, & sanctitatis amantem, dum punio sanctitatem violantes.

Appropinquant, scilicet per sacrum ministerium. *Glorificabor*, i. apparebo gloriosus.

6. *Nudare*, scil. lugentium more. forte prohibet radi; Vide c. 21. *Indignatio*, sc. Domini. *Incendium*, i. mortuos incendio.

9. *Omne*, quod inebriare potest. Sic etiam Chald. At Hebr. & 70. Siceram, vnde apparet Siceram, seu Sechar significare quidquid inebriare potest, *Intrabitis*, scilicet, ad administrandum. *Tabernaculum*, i. atrium sacerdotum.

10. *Scientiam*, quasi dicat, ne per vinum impediamini,

11. *Per manum*, i. opera.

14. *Mundissimo*, scil. ab iis, quæ solent polluere tangentes.

Salutaribus, i. pacificis, ex iis poterant edere etiam fœminæ, non autem ex hostia pro peccato.

15. *Eleuauerunt*, i. eleuando per sacerdotem obtulerunt. *Pertinent*, sc. armus, & pectus.

17. *Porteris*, i. auferatis, sc. per sacrificia, & orationes, vt statim explicatur. *Portetis* Heb. expietis.

18. *Præsertim cum de sanguine*, &c. Hebr. & Chald. ecce non est sanguis, &c. 70. Non enim est sanguis, &c.

Illatum, sc. quod fit in holocausto.

19. *Quomodo potui*, &c. Hebr. nunquid Domino placuisset, si eam comedissem?

CAPVT XI.

3. *PEcoribus*, Hebr. Chald. & 70. animalibus.
5. *Cherogryllus*: Alij, cuniculus.

13. *Haliaetum*,i.marinam aquilam, ἁλιῶνο, Halieno, Piscor, Ætos, ἀετὸς, Aquila.

21. *Quidquid autem*,sc.reliquum.

22. *Attacus*. Alij, scarabæus. *Ophiamachus* locustæ genus, serpentibus (vt nomen indicat) inimicum.

25. *Portet*,sc.extra castra.

26. *Illud*,sc.cadauera illorum. Vide paulo post.

27. *Super manus*, scilicet, vt lupus, simia, vrsus, canis, &c.

28. *Immundus erit*, sc. non poterit versari cum aliis, nec ingredi atrium, nec oblatis vesci.

32. *Cilicia* i.sacci. *Fit opus*,q.d.quodcunque vas, seu instrumentum.

33. *Polluetur*, scilicet, & vas, & quod intus est, vt est Hebr.

34. *Aqua*, scilicet, polluta, seu quæ in vase polluto. *Liquens*, sc.contactum illa aqua, aut morticino, aut quod est in vase immundo. Hebr. & Chald.& 70. potus.

35. *Et quidquid super illud*, pro, omne, super quod.

Chytropodes: i. ollarum sustentacula.

36. *Eorum*,sc.quæ dicta sunt,vel q.d.in cisternis illis, aut fontibus mortuum animal.

42. *Graditur*, de reptilibus loquitur. *Sine per humum trahitur*, q.d.omne denique reptile.

CAPVT XII.

1. *SI suscepto semine*. pro, si concipiens. Chald.si conceperit,& *Iuxta dies*, &c. q. d. eo modo, quo cum menstrua patitur. Not. quod istis septem diebus nulli licebat cum illa versari at 30. sequentibus licebat quidem, sed non cum ea rem habere.

4. *Manebit*, scil. velut immunda. *In sanguine*, &c. i. ob fluxum sanguinis, de quo purificanda est. *Omne sanctum*,pro,vllum sanctum. v.g. decimas,sacrificia,&c.

Ingredietur, i.accedet,scil. ad ostium atrij.

6. *Deferet*, iunge cum sequentibus, non enim pro fœtu, sed pro matre fiebat oblatio, etsi quidam aliter putant. *Tabernaculi*, i.atrij.

7. *Rogabit pro ea*. Hebr. expiabit eam Chald. & 70. propitiabit pro ea q. d. Deum placabit, scil. per sacrificium, sic & infra.

8. *Nec potuerit*. explicatio præcedentis phrasis Hebraicæ.

CAPVT XIII.

2. *DIuersus color*,&c.Alij,tumor,vel scabies serpens, vel candida macula. *Plaga lepræ*: id quod videtur esse plaga lepræ.

3. *Arbitrium*: i. iudicium, de consilio tamen medicorum, vt quidam dicunt. *Separabitur*, sc.vt immundus.

6. *Mundabit*: i. mundum declarabit.

8. *Condemnabitur*,scil. re diligenter à sacerdote examinata vt est Hebr.

10. *Color albus*. Chald.alba macula.70.cicatrix alba.

Aspectum, i.colorem, scil.in album, vt est Hebr. *Viua*,scil.in macula, seu cicatrice.

11. *Contaminabit*, i. contaminatum iudicabit.

13. *Mundissima*, q. d. videtur quidem lepra, sed re vera non est.

14. *Viuens*, pro viua. *In eo*, scilicet, in lepra, rupta cute.

15. *Soluetur*, i. immundus habebitur: *Si lepra aspergitur*. Hebr. Leprosa est.q.d. illa carnis viuacitas lepram indicat.

16. *Immutatus*, scilicet, in albedinem, vt est Hebr.

18. *Mundabitur*, i. munda iudicabitur.

31. *Nigrum*. Hebr. & Chal. non nigrum.

32. *Sui coloris*. Chald. & 70.non flauus.

34. *Mundabit*,i.mundum iudicabit.

42. *Caluitio*, siue recaluatione, scilicet, caluo, vel recaluastro, illud in occipitio, id in fronte dicitur.

45. *Dissuta*, signum id luctus, sicut & vestis *Veste*, scil. reiecta in labrum superius. *Clamabit*, scil. dicens,cauete à me immundo.

49. *Alba*,Hebr.& 70.viridis. Chal.pallida.

54. *Præcipiet, & lauabunt*, pro præcipiet lauari.

55. *Faciem*, i. colorem. *In superficie*, &c. Hebr. eodem sensu dicitur, in caluitio, vel recaluatione. q.d. parte posteriori, aut anteriori.

57. *Volatilis, & vaga*.70.florens.Chal.multiplicata. Alij, repullulascens.

CAPVT XIV.

4. *PAsseres*. 70. auiculas. *Vermiculum*. Alij,coccum bis tinctum.Chald.coccinum.70. coccinum retortum sic infra vbi interpres nunc vermiculum vertit, nunc coccum.

5. *Viuentes* q. d. in quo vase sit aqua viua scilicet, fontana, vel fluuialis.

6. *Sanguine*,sc.misto aqua vasis.Vide infr.

10. *Decimas*. scil. ephi,nempe tria Gomer: est enim Gomer decima pars Ephi.

17. *Super sanguinem*, i. vltra sanguinem, qui, scilicet in eisdem locis antea fuerat effusus, vel supra illum sanguinem. 70. super loco sanguinis, vide infra.

19. *Rogabitque*.Hebr.expiabitque Chald.& 70. propitiabitque, quod potest ad sacrificium referri. Inpres ad orationem retulit.

21. *Vt roget pro eo sacerdos*, Hebr. in eleuationem ad expiandum pro eo, eo, seu propitiandum pro eo, vt vertit Chald.

23. *Tabernaculi*, i.atrij.

34. *Si fuerit plaga*. Hebr.Chald.& 70.Si dedero plagam.Nempe à Deo sunt talia flagella.

37. *Valliculas*,i.foueas,seu fossas.

46. *Clausa*, scil. à sacerdote.

48. *Purificabit*, i. mundam declarabit. *Reddita sanitate*. Hebr. qui sanata est.

54. *Percussura*. Alij maculæ nigræ. Chald. lepræ capitis.

CAPVT XV.

3. *CVm per singula*, &c. Hebr. & Chald. cum fluxerit, aut carni adhæserit, &c. nec est vlla mentio de momentis.

8. *Saliuam*, q. d. si talis alium conspuat.

9. *Stagma*, i.iumenti stratum. Alij, iumentum. Chald. equitatura.70. stragulum asini, pro, cuiuscumque iumenti.

13. *Viuentibus*. Chald. fontis.

15. *Faciet*, i. offeret, seu sacrificabit. *Rogabitque*. Hebr.expiabitque. *Emundetur*, i.mundus declaretur.

16. *Egreditur*. sc.aliquando. *Coitus*,i. quale solet in coitu.

17. *Quam*

17. *Quam habuerit*. Hebr. super quam semen effusum fuerit.

19. *Separabitur*, sc. à consortio aliorum in cibo, & lecto.

20. *Locus*. Hebr. omne.

22. *Vas*, i. instrumentum.

25. *In tempore*, scil. solito. q. d. præter solitum tempus.

30. *Rogabitque*. Hebr. expiabitque.

32. *Coitu*. Hebr. seminis effusione.

33. *Sanguine*. Hic Hebr. Chald. & 70. addunt, & fluentis. (scilicet, seminis) fluxu, siue maris, siue fœminæ.

CAPVT XVI.

1. SAnctuarium, id est, Sancta sanctorum *Nube*, forte illa quæ fiebat ex thymiamate, de quo infra.

3. *Fecerit*, scilicet, semel in anno. mens. Septembri.

4. *Tunica*, &c. His solis vestibus induebatur, non reliquis pontificalibus, quod esset mœroris dies, & afflictionis, quod ad expiationis officium attinebat, alioqui eodem die suis induebatur, vt infra dicitur.

6. *Obtulerit*, sc. Deo postea immolandum. *Orauerit*, Hebr. expiauerit.

7. *Tabernaculi*, i. atrij.

8. *Emissario*, pro, emittendo, sc. postea.

10. *Fundat preces*, Hebr. expiet itidem intellige infra in locis similibus, ne sit opus sæpe repetere.

12. *Altaris*, scilicet, holocaustorum secundum quosdam, secundum alios, thymiamatis.

13. *Testimonium*, id est, Arcam testimonij. *Moriatur*, sc. ita faciendo. q. d. aliter faciens morietur.

14. *Ad Orientem*, ad illam eius partem, quæ respicit Orientem, sc. priorem.

16. *Immunditiis*, id est, peccatis, quibus quodammodo pollui videtur. *Tabernaculo*, i. tentorio, seu atrio.

Sordium, i. impuritatum.

17. *Tabernaculo*, i. atrio, vel ea parte tabernaculi, quæ vocatur sancta.

18. *Altare*, sc. thymiamatis.

20. *Offerat*, sc. domino.

22. *Portauerit* planè Christi figura: hircus. n. quomodo portare poterat?

29. *Affligetis*, sc. ieiunando. *Animas*, i. vitas, seu corpora.

31. *Sabbathum quietis*. q. d. quies quietis. i. summa quies, scil. corporis, & animæ, 70. Sabbata Sabbatorum.

32. *Perpetua*, i. perpetuo obseruanda.

CAPVT XVII.

3. OCciderit, scil. causa sacrificij.

4. *Obtulerit* scilicet, per sacerdotes immolanda.

Sanguinem, sc. humanam. *Peribit*, i. occidetur à me, vt dicitur infra vel dignus est morte.

5. *Occidunt*, pro occidere solent, vel q. d. quas alioqui occiderent, nec enim in agro occisas offerri vult.

10. *Obfirmabo*, &c. i. irascar valde.

11. *Anima*, i. vita. Aug. in Leuit. q. 57. *In sanguine est*, i. præcipue è sanguine pendet, sine ipso enim perit animal.

16. *Portabit* iniquitatem, i. punietur.

CAPVT XVIII.

3. LEgitimis, id est, ritibus. Hebr. statutis. 70. legibus.

4. *Et præcepta*, explicatio præcedentis. Dicuntur autem Dei præcepta, iudicia, quasi decreta, summoque facta iudicio, quamquam iudicia quidam intelligunt iudicialia præcepta; præcepta vero, quæ ad mores pertinent, seu moralia. *Ego*. sc. qui præcipio q. d. puniam, nisi obediatis.

5. *Viuet*, sc. æterna vita, si faciet, vt par est. nempe cum fide, & charitate.

6. *Turpitudinem*. Alij, nuditatem. Alij verenda, quæ per antiphrasim nuditas dicuntur, quod nudari non debeant. Turpitudo autem, quod ea nudari turpe sit.

7. *Et turpitudinem* pro, id est, turpitudinem. *Discooperies*, sc. rem habendo, etiam matrimonij prætextu, scil. prohibitum cum iis etiam matrimonium.

8. *Vxoris*, scil. nouercæ tuæ. *Patris*, i. ad patrem pertinet, scil. discooperire, quia vxor est.

10. *Tua est*, quasi dicat, quia tibi consanguinea est.

12. *Caro est*, i. propinqua est, seu consanguinea vt verterunt Chald. & 70. sic & inf.

14. *Nec accedes* explicatio est præcedentis.

16. *Fratris tui*, sc. liberos relinquentis.

17. *Ignominiam*, Hebr. nuditatem, seu turpitudinem.

Incestus est, nephas, seu scelus est. 70. impietas est.

18. *In pellicatum*, q. d. vt sit pellex eius Chald ad tribulationem eius. Alij, ad æmulationem, seu afflictionem eius.

20. *Nec seminis*, &c. explicatio præcedentis.

21. *Consecretur*, scil. combustione. *Moloch*. Saturnum quidam putant.

23. *Nec miscebitur*: explicatio præcedentis. *Scelus*, Hebr. confusio. Alij, abominatio.

25. *Visitabo*, i. puniam. *Euomat*, id est, à se eiiciat, sc. per mortem.

28. *Euomuit*, pro euomet.

29. *Peribit*, i. dignus est morte per Iudicem inferenda, vel à me occidetur.

CAPVT XIX.

5. VT sit placabilis, Hebr. ad voluntatem vestram immolabitis illam, i. voluntariè, vt Chald. interpretatur, vel ad beneplacitum vestrum, vt alij. Noster accepit quasi dictum esset, ad vestri acceptionem à Deo.

7. *Prophanus erit*, i. rem prophanam fecerit, vt Hebr. indicant, Chald. abominatio erit. *Impietatis reus*, Hebr. Chald. & 70. non erit acceptum.

8. *Iniquitatem*, i. pœnā iniquitatis. *Polluit*, Chal. & 70. prophanauit. *Peribit*, i. interficietur, vel, non habebitur à Deo tanquam Israelita.

9. *Solum*, Hebr. angulum. q. d. relinques pauperibus aliquot spicas.

10. *Racemos*, scilicet, relictos à vindemiatoribus.

11. *Mentiemini*, sic & 70. At Hebr. & Chald negabitis, sc. depositum.

12. *Pollues*, sc. falsum iurando.

13. *Facies calumniam* 70. lædes, Hebr. vim inferes.

Vi opprimes, scil. rapiendo, vt est, Hebr. Chald. & apud 70.

Non morabitur, &c. q. d. solues operarum mercedem.

Mane,i.diem sequentem.

15. *Nec iniustè*,explicatio est præcedentis. *Non consideres*, &c. q.d. nullius respectu iniustè iudices.

16. *Contra sanguinem*,q.d.ne sis causa,quod occidatur.

17. *Super illo*,i.causas illius,sc.odiendo.

18. *Memor*,sc.cum odio, aut ira, vt indicant Chald.& 70.

Amicum, Heb.Chal.& 70.proximum.

19. *Iumentum tuum*, &c.Glos. ordin. negat hæc ad litteram intelligenda. Ego id non ausim dicere.

Ex duobus,sc.lana,& lino, vt interpretatur Chal. Vide Deut.22. Videtur autem per hæc indicari, vitandam rerum confusionem.

20. *Etiam nobilis*,Heb.& Chal. & viro desponsata.

Donata.Tunc enim esset lapidanda.

21. *Pro delicto*, Not.aliud esse iustitiæ publicæ satisfacere,aliud Deo.

23. *Præputia*, &c. q.d.primos fructus trium annorum quasi immundos proiicietis, id enim indicant Heb.Chal.& 70.

24. *Sanctificabitur*,&c.i.consecrabitur Domino ad eius laudem, Chal.erit sanctificatus, sc.à solis sanctificatis,seu Deo consecratis edi poterit, nempe sacerdotibus & Leuitis.

25. *Congregantes*,Heb.vt augeantur, sc.Dei beneficio,si prædicta obseruaueritis. idque etiam indicant Chal.& 70.

26. *Cum sanguine*, scilicet, prius effundendus erat.

Somnia,70. tempora, sc.prohibet prædictiones vanas futurorum, vel superstitiones gentilitias in delectu temporum ad aliquid agendum.

27. *Rotundum*,i.gyrum,sc.more sacerdotum Ægypti,qui sic idola colebant, itemque rasa barba, forte radi prohibet.Vide c.21.

28. *Super mortuo*, i. propter mortuum,scil. more Ægyptiorum.

30. *Metuite*,i.reueremini.

31. *Magos*,Hebr. Pythones,70.ventriloquos & sic etiam c.seq.

33. *Exprobretis*.Alij,vim inferatis,70.affligatis, Chald.decipiatis.

35. *Regula*, Glos.Interl. putat esse id genus sequentium mensurarum. Alij volunt intelligi mensuram longitudinis rerum, vt vlnam aut cubitum, atque id Heb.indicant.

36. *Modius & sextarius*, Chald.mensura,& modius,Hebr. Epha, & Hin,70. mensura, & sextarius.

37. *Indicia*,i.leges.

CAPVT XX.

2. DEderit de semine, i. filium obtulerit. Vide supr. n.1.

3. *Ponam faciem*,i.irascar.

7. *Ego*,sub.quem imitari debetis.

8. *Sanctifico vos*,sub.Id quod impeditis non seruando mea præcepta.

9. *Matrique*,pro,aut matri.

Sanguis eius, &c. q. d.reus mortis, vel interficiatur.

14. *Cum eis*,i.cum ea, quam post alteram duxit, quamquam Heb. Chald. & 70. dicunt, ipsas etiam comburendas,sc.vtramque,quod intellige, si simul ductæ sceleris consciæ.vel ipsas,i.illam ex eis,quæ alteri superducta.

15. *Pecus*,ne sc.flagitij memoriam refricet Aug.

17. *Iniquitatem*,i.iniquitatis pœnam.Aug.

18. *Aperuerit*,&c.q.d.pudenda detexerit, vnde sanguis ille fluit.

20. *Ignominiam cognationis*.Heb. nuditatem patrui sui.

21. *Fratris sui*, sc. qui filios reliquit. *Illicitam*, Hebr. fœdam, seu abominandam, 70. immundam.

22. *Euomat*,i.eiiciat,sc.è vita per mortem.

26. *Mihi*,Chal.coram me.

27. *Sit super illos*,i.interficiantur.

CAPVT XXI.

1. IN mortibus,sc.tangendo cadauer,aut curando funus.

4. *Nec in principe*,&c. Heb. indicant,nec Principem debere contaminari in funere popularium, atque ita Chal.interpretatur.

5. *Radent*,sc.super mortuo,vt addit Chal.

Incisuras, sc. lacerando faciem vnguibus more gentilium,in alicuius funere.

6. *Deo*,Chal.coram Deo.

7. *Scortum*,&c.q.d.nec publicam, nec priuatam meretricem.

8. *Offert*, sc.singulis sabbatis, erat id minorum sacerdotum.

10. *Caput suum*, &c.q.d.ne faciant quæ solent, qui mortuos lugent.

11. *Mortuum*, i. domum, vbi sit cadauer. *Super patre*,i.ne super patre quidem.

12. *Egreditur*,sc.ea causa.*Sanctis*,Heb.sanctuario,sc.tabernaculo,aut atrio. *Polluat*, sc.ex mortuo rediens.

14. *Sordidam*,i.secretam meretricem.

Meretricem,sc.publicam.*Puellam*,Heb. Chal.& 70.virginem.

15. *Vulgo*, scil.vilem, vel quam non debet ducere.

17. *Maculam*, scil. conspicuum corporis vitium.

18. *Paruo*.Alij,depresso.

20. *Herniosus*,Heb.& Chal.compressis,seu contusis testiculis,70.vnius testiculi.

22. *Panibus*,sc.propositionis,vel q.d.de cibis oblatis in tentorio.

23. *Velum*, sc.primum, vel si de secundo loquitur, significat non posse fieri Pontificem summum.

CAPVT XXII.

2. CAueant, sc quando sunt impuri. *His, quæ consecrata sunt*,i.oblationibus. *Nomen sanctificatorum*,i.sanctificata.

3. *Et ad posteros*, q. d. id quod etiam ad posteros pertinet.

Immunditia,sc.aliqua ex sequentibus. *Peribit*,i. occidetur,vel dignus fiet morte.

9. *Sanctuario*,i.causa sanctuarij,sc.ob prophanatum sanctuarium,

10. *Alienigena*,id est,qui non sit de gente sacerdotali. Vide Num. 3.& 16. vel qui non sit Israelita.

11. *Ex populo*,i.non sacerdotali genere.Est enim Heb.idem verbum,quod proximè vertit, alienigenam,i.extraneum.

19. *Vt offeratur per vos*,Heb.potius significatur, vt acceptum sit,sc.Deo & sic explicat Chal.

22. *Papulas*,i.verrucas,seu pustulas.

23. *Aure, aut cauda amputatis*. Chald.superfluum, vel diminutum. Alij, enormibus membris,

membris, aut nimis paruis.

24. *Contritis*, i. confractis.

25. *Alienigena*, i. gentilis, seu infidelis. *Panes*, i. sacrificium. erat enim velut Dei cibus, præsertim holocaustum. intellige vero non posse offerri in propria specie, nam ex pecunia à gentili data poterat emi quod offerretur.

30. *Non remanebit*. Vide sup. c. 7.

32. *Polluatis*, sc. faciendo, vt male propter vos audiat.

CAPVT XXIII.

2. FEriæ Domini, i. festi dies Domini cultui dicati.

Vocabitis sanctas, i. sanctè celebrabitis. Not. Festa quædam vno die celebrari, sc. quæ instituta in memoriam rei vno die gestæ, alia vero pluribus diebus, quod essent in memoriam rerum pluribus diebus gestarum.

3. *Opus*, scilicet, etiam ciborum præparationem, quæ in sabbatho prohibita, non in aliis festis.

5. *Ad vesperam*, Heb. inter duas vesperas, sc. inter occasum solis, & noctem. Vide Exo. 12. 70. inter vespertina.

7. *Seruile*. Hic non includuntur ciborum præparationes.

8. *Igne*, sc. holocaustum. Vide Num. 28. *Celebrior*, sc. intermedijs, non autem primo, vel pro, celeberrimus, sc. vt primus.

10. *Segetem*, scil. hordeaceam de triticea. Vide Exod. 34.

11. *Eleuabit*, scilicet, offerendo. *Altero die sabbati*, i. postridie Paschæ, sc. 16. Luna. nam Pascha 15.

13. *Liba*, i. libamen, seu libatio.

14. *Polentam*, scilicet, ex frumento tosto, aut frixo, Chald. grana torrefacta, 70. farra tosta.

15. *Ab altero*, sc. inclusiue. Putant autem quidam, cum 17. erat sabbatum, vt tempore passionis Christi, solitum numerari à 17. quia sabbato non poterant colligi manipuli, & siccari, &c. (quamquam alij aliam causam reddant.) Itaque Pentecosten Iudæorum, tunc, & nostrum in eundem diem incidisse.

Hebdomadas. Heb. sabbata. Sic Luc. 18. In sabbato, i. hebdomada. *Plenas*, i. integras.

16. *Alteram*, quia, scil. septem hebdomadæ faciunt dies 49. tantum.

Expletionis, i. post expletas. *Nouum*, i. ex nouo frumento.

21. *Celeberrimum*. Celebratur in memoriam datæ legis in monte Sinai.

22. *Ad solum*, Hebr. ad angelum, quasi dicat, aliquid relinquite pauperibus. Vide sup. c. 19.

19. *Facietis*, id est, offeretis, seu sacrificabitis.

24. *Sabbatum*, i. quies, cessatio, q. d. dies festus.

Memoriale, sc. in memoriam liberati Isaac ab immolatione secundum Hebræos, cæso pro illo, ariete.

Clangentibus, scil. ad præparationem Scenopegia.

Sanctum, q. d. erit celebre, seu sanctè celebrabitur.

27. *Expiationum*. Celebrabatur id festum in memoriam veniæ datæ à Deo, ad preces Mosis, pro adoratione vituli. Expiabaturque populus per ieiunium & sacrificia.

Affligetis, sc. ieiunando.

30. *Operis quippiam*. Quidam dicunt nec cibos licuisse parare, vt nec in sabbato.

32. *Nono*, sc. apparente nocte, 70. à die nono, sc. incipiendo ieiunare.

Sabbata, i. festa. Intellige autem vesperam post solis occasum. Vide Exo. 12.

36. *Collecta*, sc. populi ad celebritatem collecti, Heb. retentionis, sc. retinebatur populus.

38. *Exceptis sabbatis*, i. præterea, quæ in sabbatis offeruntur.

40. *Pulcherrimæ*, scil. citri, secundum Hebræos, & ita vertit Chal.

Spatulas, i. frondes, seu ramos.

Densarum, sc. myrti secundum quosdam vide 2. Esdr. 8.

41. *Festa*, sc. dicta.

CAPVT XXIV.

3. POnet, i. accendet. Vsque in mane. Apparet solum nocte fuisse accensas.

5. *Decimas*, s. vnius Ephi, q. d. duo Gomor.

6. *Altrinsecus*, i. ex altera parte, seu è regione aliorum sex.

7. *Thus lucidissimum*, 70. thus purum, & salem.

Vt sit panis, coniunge sic, panis oblationis Domini in monumentum, vt patet ex Chal.

9. *Comedant*, sabbato edebantur, & thus illud adolebatur.

14. *Ponant manus*, sc. testantes se audiuisse blasphemantem.

15. *Portabit peccatum*, id est, pro peccato punietur.

16. *Et qui blasphemauerit*, explicatio est præcedentis.

17. *Et occiderit*, id ab interprete additum, explicationis causa, 70. qui percusserit hominem, & mortuus fuerit, Chal. qui occiderit hominem. Sic & inf. ex quo apparet percutere hic, Heb. pro occidere sumi.

19. *Maculam*, i. vulnus, seu plagam.

20. *Pro factura*, sc. sustineat.

21. *Qui percusserit*, &c. repetuntur supra dicta.

Punietur, Heb. moriatur, i. interficiatur, Chald. occidatur.

22. *Æquum*, Heb. Chal. & 70. vnum.

CAPVT XXV.

2. SAbbatizes, Heb. 70. & Chal. sabbatizet, sc. quiescat septimo quoque anno.

Domino, i. in honorem Domini.

5. *Primitiarum*, Heb. separationum, q. d. quas tibi solebas separare more primitiarum, Chal. quas tibi reliquisti, quasi dicat, vuas vineæ à te derelictæ, & non cultæ, seu à te derelictas. Sic & infra intellige.

6. *Tibi*, q. d. poteris quidem tu etiam edere, sed vt ceteri solum partem, non totum tibi colligere.

8. *Numerabis*, sc. incipiendo à Septembri.

Hebdomadas, Heb. sabbata. Vide sup. c. 23.

9. *Propitiationis*, Chald. expiationis. *Tempore*, Heb. Chal. & 70. die.

10. *Sanctificabis*, i. declarabis esse Deo dicatum, vel populum ad illum præparabis. *Vocabis*, i. denunciabis.

Remissionem, Heb. & Chal. libertatem.

Iubilæus, q. d. remissionis, & libertatis. Not. quod Iobel significat arietem, secundum quosdam, & eius

eius cornu, sumiturque, pro cornu, seu buccina, qua ille annus annunciabatur, itemque pro anno illo. Alij dicunt significare libertatem seu remissionem, nec arietis cornu solitum annunciari annum illum, sed cornea tuba. Vide Iof.6.

Ad familiam, sc. donatus libertate, si seruus erat. Vide inf.

11. *Primitias*. Vide sup.

12. *Statim ablata*, Heb. de agro, q.d. vt solent qui transeunt, edere, quæ decerpunt ex agris.

14. *Ciui*, Heb. proximo.

Contristes, Heb. decipias, seu opprimas. 70. affligas, Chal. decipias.

15. *Frugum*, i. prouentus.

16. *Tempus frugum*. q.d. non agrum vendit, sed fructus. Hebr. Chald. & 70. numerum prouentuum ipse vendit tibi.

17. *Affligere contribules*, Hebr. decipere, seu opprimere proximos.

25. *Attenuatus*, i. inopia pressus.

34. *Suburbana*, sc. agros, vbi pecora pascebantur. *Sempiterna*, i. perpetuo retinenda.

44. *Nationibus*, i. gentibus.

45. *Famulos*, i. seruos.

47. *Inualuerit*, sc. opibus.

50. *Supputatis*, &c. sc. detrahebatur de pretio, quantum eius operæ, & seruitus valebant, tantoque plus, aut minus reddebatur pretij, quo plures, aut pauciores restabant anni vsque ad Iubilæum.

CAPVT XXVI.

1. Titulos, id est, statuas, vel columnas sustentantes.

Idola, aut idolorum aras.

Insignem, sc. effigiatum in speciem idoli, Hebr. depictum, seu figuratum, Chal. adorationis.

5. *Apprehendet*, q.d. durabit vsque ad vindemiam *Sementem*, q. d. durabit vsque ad tempus seminandi. Chal. pullulationem sementis.

6. *Gladius*, i. bellum.

8. *Quinque*, &c. q.d. pauci plurimos.

10. *Vetustissima veterum*, i. vetera diutissimè seruata.

11. *Anima*, i. voluntas. Aug. in Leu. q. 93.

13. *Erecti*, i. liberi seruitutis iugo.

16. *Visitabo*, i. puniam. *Egestate, & ardore*. Alij, phthisi, & ardore ossium. Alij, tumore corporis, & febri tabifica. Alij, tabe, & ardenti febri. 70. egestate, & scabie, Chal. vt noster interpres.

17. *Faciem*, i. iram, quæ vultu ostenditur.

18. *Correptiones*, i. pœnas. *Septuplum*, i. multipliciter.

19. *Duritia*. Alij, fortitudinis, 70. arrogantiæ, Chald. Gloriam fortitudinis, q.d. vires, quibus gloriamini.

Sicut ferrum, q.d. non dabit pluuiam. *Æneam*, i. non ferentem fructum.

21. *Germen*, i. fructum.

22. *Deserta*, sc. ob paucitatem hominum, & metum ferarum.

23. *Recipere disciplinam*, i. emendari.

24. *Septies*, i. sæpe, seu multipliciter.

25. *Fœderis*, sc. à vobis violati.

26. *Baculum*, i. sustentaculum.

28. *Septem*, i. multis.

29. *Filiorum*, factum id in obsidione Ierusalem sub Tito.

31. *Suauissimum*, i. quo placari solebam.

32. *Disperdam*, Heb. Chal. & 70. desolatam, seu desertam reddam.

34. *Placebuntque*. q. d. fruetur. *Sabbatizabit*, i. quiescet, seu cessabit.

35. *Sabbathis*, i. quietibus, seu cessationibus.

36. *Volantis*, Heb. impulsi. Chal. decidentis. *Quasi gladium*, sc. fugerent.

37. *Bella*, Heb gladios.

41. *Incircumcisa*, i improba.

43. *Complacebit*. Vide sup.

CAPVT XXVII.

2. Animam suam, i. personam suam, vel ad se pertinentem, vel animam, i. vitam, est enim sermo de votis seruiendi Deo perpetuo, vel in templo (quod solis Leuitis licebat) vel in re aliqua alia, vt ieiuniis, orationibus, & eiusmodi.

Æstimatione, sc. tua vt est Heb. Alloquitur enim sacerdotes.

Pretium, sc. cum volet votum redimere, seu permutare.

7. *Sexagenarius*. Not. talem haberi velut puerum vsque ad 20. annum. Itaque non male existimant, qui à ieiunio excusant.

12. *Bonum*, sc. ad offerendum vel dignum multo pretio.

Malum, sc. ad offerendum ob maculam, vel vilis pretij.

13. *Dare*, sc. pro illo pretium, potius quam vt alteri vendatur à sacerdote.

Quintam, sc. quia non redibat ad sacerdotes anno Iubilæi, redibat autem, si alteri vendidisset.

16. *Modiis*, i. satis, sc. vno Chomor seu coro. *Venundetur*, Heb. æstimabitur.

21. Ad ius pertinet, sc. rediens in Iubilæo.

27. *Suam*, i. animalis. q.d. iuxta id, quo fuerit æstimatum, vel suam, i. sacerdotis, Heb. tuam, sc. ô sacerdos.

29. *Consecratio*, Heb. Chal. & 70. anathema.

32. *Pastoris virga*. q.d. quæ à Pastoribus reguntur seu potius numerantur, cum danda est decima.

33. *Eligetur*, sc. à decimam dante, quasi dicat, dabit quod sorte obtigerit, dum sub virga numerat.

NVMERI.

Scilicet, de numero populi & mansionum.

CAPVT I.

Sinai, i. quod est prope montem Sinai. *Secundi*, sc. Aprilis.

2. *Domos suas*, Heb. & Chal. domos patrum suorum, vt sit explicatio præcedentis, 70 per domos familiarum suarum.

3. *Fortium*, Hebr. Chald. & 70. egredientium ad bellum, sc. qui essent ad militiam apti. *Per turmas suas*, Hebr. & Chal. per vexilla sua, seu cum vexillis suis.

5. Filiu

5. *Filius Sedeur*, Hebr.loco cognominis addunt filij nomini,nomen patris.

16. *Eos*,i.multitudinem, seu populum. *Domos.* Heb.domos patrum suorum.

20. *Generationes*,i.cognationes. *Procedentium*,i. qui procedere poterant.Vide inf.

32. *Filiorum*,i.posterorum.

50. *Vasa*,i.instrumenta, sc.suppellectilem. *Ad ceremonias pertinet*, Hebr.in eo est, Chald.ad illud pertinet.

51. *Externorum*,sc.qui non sit de tribu Leui. *Occidetur*,sc.iudicum sententia.

52. *Cuneos*,Heb.vexilla.

CAPVT II.

2. PEr gyrum, i. distantia vnius miliarij à tabernaculo secundum Hebræos.

3. *Iudas*, dicunt Hebræi in vexillo Iudæ fuisse leonem,Ruben,hominem, Ephraim,Bouem,Dan, Aquilam.

5. *Castrametati sunt*, pro,castrametabuntur.Heb. castrametantes sic & inf.

9. *Castris Iudæ*, scil. & duorum, qui prope sic inf.

14. *Duel.* Hebr. Rehuel, Chald. Dehuel, 70. Rahuel.

17. *Leuabitur*,sc.post castra Ruben. Not. quod tabernaculum ferebatur in medio quatuor vexillorum primariorum, nam minora plurima. Vide inf.c.10. *Per officia Leuitarum*,&c.Hebr. Chald.& 70. significant debere Leuitas proficisci in medio castrorum,& quemque proficisci debere, vt est castrametatus, sc. sub vexillis suis in ordine suo, nostra editio indicat quo ordine portantur res tabernaculi,eodem reponendas à Leuitis.

CAPVT III.

3. REpletæ,sc.muneribus,quæ offerrent.

7. *Multitudinis*,q.d.vt pro populo ministrent.

10. *Externus*,sc.non sacerdos. *Morietur*,Chal.occidetur,sc.Iudicum sententia. Sic inf.

13. *Sanctificaui*, i. retinui mihi tanquam rem sanctam.

26. *Tecti*,pro,Tabernaculi.

28. *Excubias*,q.d.vigilabunt in custodia.

31. *Altaria*,sc.incensi,& holocausta.

32. *Principum*,sc.de quibus sup.vel q.d.summus Princeps.

38. *Accesserit*,sc.ad ministrandum in iis, quæ ad Leuitas pertinent.

40. *Habebis*, Hebr. Tolle, seu accipe, vt vertit Chald.& 70.

46. *In pretio*,pro in pretium, sc. redemptionis, Heb.pro redemptione.

49. *A Leuitis*,i.ne essent inter Leuitas, vel in ea commutatione Leuitarum pro primogenitis.

CAPVT IV.

4. CVltus, i. officium, seu ministerium, Hebr. opus, seu seruitium sic & inf. *Tabernaculum*,&c.pro,in Tabernaculo fœderis, & sancto sanctorum, vt indicant Hebr. Chald. & 70.

5. *Ante fores*,pro ante sancta sanctorum, nullæ aliæ fores præter velum,& quidem Hebr.Chald.& apud 70.non est ante fores.

7. *Mortariola*, Exod.25. vertit, acetabula.Alij cochlearia. Vide inf.c.7. *Semper*,figura id Eucharistiæ,quæ semper in Ecclesia.

13. *Altare*,sc.holocausti.

16. *Super quos erit*,Heb.præfectura,seu functio, sc.erit,quæ sequitur,70.Episcopus.

18. *Perdere*,scilicet, relinquendo prædicta retecta, vel permittendo, vt nuda tangant, aut videant.

19. *Si tetigerint sancta sanctorum*, Hebr.cum accesserint ad sancta sanctorum,i.res sanctas, sc.portandas.

20. *Alij nulla*,,&c.Heb.ipsi autem non intrent, vt videant sancta,cum inuoluuntur,&c.

26. *Tabernaculum*,i.atrium.

28. *Manu*,i.imperio,seu potestate.

30. *Fœderis testimonij*,Heb.Chal.& 70.tabernaculi testimonij.

37. *Intrant tabernaculum*,Heb.Chal. & 70.ministrant in tabernaculo. *Per manum Mosi*,i.per Mosen.

46. *Ad nomen*,i.nominatim.

CAPVT V.

3. CVm habitauerint vobiscum, Hebr. & 70.in quorum medio ego habito.Chald.quia maiestas mea habitat inter eos.

6. *Per negligentiam*,70.per contemptum, Hebr. Chal.neutrum est.

7. *Ipsum caput*,i.sortem principalem (vt aiunt) sc.totum damnum.Vide L.u.6.

8. *Dabunt Domino.* Not.hic incerta esse Domini,adeoque pauperum,vel Ecclesiæ. *Excepto ariete*,i.præter arietem. *Vt sit placabilis hostia*,Heb.Chal.& 70.quo ipse expiatur.

9. *Ad sacerdotem*, sc.cui dant, offerendas Domino.

10. *Ipsius erit.* Not.quod offertur Ecclesiæ, esse sacerdotis.

12. *Maritumque contemnens*, Hebr.& Chald.in maritum præuaricata.

15. *Sati.*Heb.& 70. Ephi Chald.trium satorum quod idem est. Ephi enim sata tria. *Hordeacea*, Chrys.orat.4.in Iudæos,non triticeæ, vt forma sacrificij calamitatem exprimeret. *Inuestigans adulterium*,Hebr.Chald.& 70.commemorans iniquitatem, q. d. reducens in memoriam adulterium.

17. *Sanctam*,sc.acceptam ex labro sancto, quod erat ante altare holocausti. *Terra*, sic etiam 70. At Hebr.& Chal.pulueris.

18. *Recordationis*,i. reducens in memoriam iniquitatem adulterij. *Amarissimas*,sc. postea tales fiebant. *In quibus cum execratione*,&c.Heb.Chald.& 70. maledictas, sc. facientes adulteram maledictam, i. infelicem,sic etiam inf.

21. *In maledictionem*, i. faciat te infelicem vel talem,vt imprecantes malum, dicant, ita tibi contingat,vt illi mulieri. *Femur*,i pudenda Not. quod Chald.vertit vt noster. At 70.de ventre quidem dicunt hic, & infra rumpi: de femore autem cadere, Hebr.de vtero intumescere;de femore cadere.

22. *Amen*,i.ita mihi contingat.

23. *Delebit*, alij, deletas, seu rasas mittet in aquas,&c.

25. *Imponetque*, Hebr. Chald. & 70. offeretque.

31. *Recipiet iniquitatem*, id est dabit pœnas.

CAPVT

Qui vnctus est, q. d. postquam vnctus est. *Delinquere faciens populum*, scilicet, suo exemplo. Hebr. ad delictum populi, id est, (vt quidam interpretantur) peccato, quo populus peccare solet.

4. *Tabernaculi*. i. atrij. *Immolabit*, i. mactabit ipse.

6. *Sanctuario*, scil. quod dicitur Sancta sanctorum.

7. *Gratissimi*, Hebr. & Chald. Aromatum, 70. compositionis. *Domino*. Hebr. Chald. & 70. coram Domino. In introitu, pro, quod est in introitu, vt est Hebr. & Chald.

8. *Vitalia*: i. præcordia, *omnia*, pro qui operit omnia.

Intrinsecus, scil. visceribus inclusus, vel viscera tegens.

20. *Rogante*. Hebr. expiante Chald. & 70. propitiante.

Propitius erit eis Dominus, Hebr. & Chald. dimittetur eis sc. peccatum vt explicant 70.

22. *Princeps*, sc. prælatus quis, vel dignitate eminens.

Vnum è pluribus, pro, aliquid.

24. *Immolauerit*, sc. sacerdos.

25. *Tangens*, sc. sanguine.

26. *Rogabitque pro eo*, Hebr. expiabit eum, Chald. & 70. propitiabit pro eo.

27. *De populo terræ*? q. d. aliquis è plebe.

35. *Arietis*, Hebr. agni, seu ouis. *Rogabitque*, &c. Hebr. expiabit eum sacerdos peccato, seu propitiabit pro peccato, vt vertunt Chal. & 70. sic & c. sequenti.

CAPVT V.

1. *ANima*, i. homo sic infra. *Et audierit*, i. cum audierit, vel, q. d. si quis peccet, & alter audierit.

Adiurantis, sc. iudicis, vt dicat veritatem. *Testisque*, sc. vocatus, vt rem prodat. *Portabit iniquitatem*, i. à Deo punietur.

2. *Reptile*, scilicet, immundum, seu mortuum. Not. quod Hebr. multo aliter, scilicet, anima, quæ tetigerit aliquid immundum, vel cadauer bestiæ immundæ, aut iumenti immundi, aut reptilis immundi.

Oblita, Hebr. ignara sic & infra.

3. *De immunditia hominis*, pro, hominis immundi. *Solet*, scil. homo, q. d. quomodocunque immundus sit ille qui tactus est. *Subiacebit*, sc. vt rea, nisi se purget.

4. *Et protulerit*, pro, nempe protulerit. *Male*, scilicet, se affligere ieiunio, aut alia re; vel male se quid facturam, vel est Hebraismus, pro, quidquam, seu quid magnum, aut paruum. Vide similem phrasim Genes. 31. Num. 29. vbi enim legimus quidquam durius, Hebr. bonum, vel malum, quasi dicat, aliquid. *Oblita*, scilicet, contra iuramentum fecerit, Hebr. ignara, seu inscia.

5. *Agat pœnitentiam pro peccato*. Heb. & Chal. confitebitur peccatum.

8. *Ad pennulas*, scilicet, colli, Hebr. contra ceruicem.

11. *Oleum*, sc. id lætitiam significat pro peccato autem dolendum. *Thuris*, sc. peccatoris oratio, dum in peccato est, non est Deo grata.

12. *Monimentum*, i. memoriam, q. d. vt Deus recordetur eius.

13. *In munere*, i. vt solet in sacrificio cibario, quod munus vocatur.

15. *Ceremonias*, id additum ab interprete.

Per errorem, verbi gratia, nesciens rem esse consecratam. *Peccauerit*, sc. non debitè tractando, vel furando aliquid de consecratis Deo, vel non dando primitias. aut decimas.

17. *Per ignorantiam*, de hoc dictum etiam c. 4.

18. *Iuxta mensuram*, &c. id est eo meliorem arietem, quo grauius fuerit peccatum.

19. *Dominum*, Hebr. Domino.

CAPVT VI.

2. *COntempto* Domino 70. contemptis Domini præceptis, Hebræus. præuaricata in Dominum.

3. *Peccare*, sc. auferendo aliena.

4. *Conuicta*, q. d. vbi iudicio sacerdotis cui detegetur, constiterit fuisse peccatum.

6. *Iuxta æstimationem*. Vide sup. c. 5.

7. *Pro singulis*, i. vnumquodque eorum.

11. *Prioribus*, i. quibus erat indutus.

13. *Iste*, sc. qui diuinitus accensus fuit.

14. *Sacrificij, & libamentorum*, Hebr. sacrificij quod dicitur munus. Not. quod libamen fiebat ex farina, oleo, & vino, & cum sacrificio comburebatur.

16. *Sanctuarij*, i. atrij, in quo sanctuarium, Hebr. sancto, in atrio, & sic legit Complut.

17. *Incensum*, i. incendendo.

18. *Legitimum*, Hebr. statutum, atque ita intellige infra in similibus, ne sit opus sæpe repetere. *Omnis*. Alij, quidquid. *Sanctificabitur*, scil. ita vt comedi nisi a sacerdotibus non possit, quod si legas, omnis, intellige neminem illa tangere debere, nisi prius sanctificatum, seu consecratum.

20. *Sempiterno*, sc. quoties vngendi erunt, scil. summi sacerdotes. nam, Hebr. & 70. in die quo vngetur ipse (scil. summus sacerdos) vbi nos legimus in die vnctionis suæ.

21. *Calidam*, Hebr. coctam, seu frictam, & in frusta diuisam.

23. *Sacrificium*, sc cibarium, quod munus dicitur, & inf. c. 7. Interpres vocat sacrificium similæ, sc. ex farina præcipuè fiebat.

25. *Peccato*, sc. Principis vel plebis. Nam hostia peccato populi totius aut sacerdotum tota cremabatur, de quo vide supr. c. 4. & 6. *Sanctum sanctorum*; i. valde sancta.

29. *Vescetur*, i. vesci poterit.

30. *Tabernaculum*, scilicet, vt eius sanguine tangatur altare incensi. Alioqui de aliis Hostiis pro peccato edebant sacerdotes Augustin. in Leu. quæst. 18.

CAPVT VII.

1. *DElicto*, i. peccatis minoribus vel omissionis, vel per imprudentiam commissis. *Sancta sanctorum*, i. sacrosancta, seu sanctissima, ideoque à solis sacerdotibus comedenda.

Sicut pro peccato. quasi dicat, idem ritus in sacrificio pro peccato, & pro delicto, Aug. in Leuit. q. 20. peccatum (inquit) faciendo malum; delictum deserendo bonum; vel illud scienter factum, id ignoranter.

10. *Mensura æqua*, sc, quisque habebat suum diem ad ministrandum, eiusque diei oblationibus vtendum. Ita quidam explicant. At Hebr. indicant, cocta quidem pertinere ad sacerdotem offerentem; non cocta vero diuidenda inter sacerdotes. Vide supra cap. 2.

11. *Panes*, Hebræus placentas. Sic etiam infra.

Conspersos.

Conspersos. Notant quidam. Quod dicitur oleo conspersum, intelligi factum ex farina & oleo. Nam cum iam facta oleum aspergebatur, dici oleo litum vel vnctum. *Coctamque*, pro, nempe coctam, est enim repetitio. Alij, frictam, vertunt, *Collyridas*, i. placentas.

13. *Gratiarum*, pro gratiarum actionis. *Pro pacificis*. i. in gratiarum actionem.

14. *Vnus.* alter cedebat in vsum offerentis.

18. *Irrita.* fiet, Hebr. non erit accepta.

19. *Ex ea*, sc. hostia pacifica, q. d. non solus sacerdos poterit ex ea edere, sed alij etiam modo sint mundi.

20. *Peribit*, i. eiicietur, vel q. d. digna est morte.

24. *Vsus.* sc. præterquam in cibum.

25. *In incensum*, &c. q. d. crematus in honorem Domini.

29. *Offerat simul & sacrificium*, id est, libamenta eius, Hebr. Chald. & 70. aliter, sc. offerendum Domino, i. adipem incendendum, & dandam quandam partem sacerdoti, (vt statim explicatur) vbi Deo fuerit oblata.

34. *Elenationis*, sc. eleuabatur, & agitabatur à dextra in sinistram quo significabatur, Deum omnium, quæ in orbe sunt, Dominum esse. Hebr. dicitur, pectusculum agitationis, & armus eleuationis, sc. is sursum eleuabatur; illud à dextra in sinistram agitabatur. Ita quidam; Alij tamen vtrumque verbum, sc. Tenuphah, & Terumah, eleuationem, & exaltationem interpretantur. Chald. vertit, vt noster interpres, sc. pectusculum eleuationis, & armum separationis.

35. *Vnctio*, i. velut merces, & stipendium ob vnctionem à Domino institutum *In caremoniis*, Hebr. Chald. & 70. de oblationibus. *In die*, pro à die.

37. *Consecratione*, sc. sacerdotum.

38. *Mandauit*, iungendum cum, in deserto Sinai.

CAPVT VIII.

5. *Tabernaculi*, i. atrij.

8. *Doctrina, & veritas*, Hebr. Vrim. & Thummim. Vide Exod. 28.

9. *Consecratam in sanctificatione*, q. d. in qua scriptum sanctitas Domino. Hebr. & Chald. coronam sanctitatis, 70. consecratam sanctam.

11. *Sanctificans*, sc. proxime dicta, vt indicant, Hebr. Chald. & 70. *Aspersisset*, sc. oleo illo. *Altare*, sc. holocaustorum.

15. *Fundamenta*, i. basim.

26. *Panem*, Hebr. placentam. *Collyridam*, i. placentam.

28. *Sacrificij*, sc. igniti, vt est Hebr.

30. *Vnguentum*, Hebr. vnctionis oleum.

31. *In vestitu suo*, Hebr. Chald. & 70. & vestes eorum.

Tabernaculi, i. atrij, sic infra.

34. *Vt ritus sacrificij compleretur*, Hebr. Chal. & 70. ad propitiandum pro vobis.

35. *In tabernaculo*, i. ad ostium tentorij, scil. ex parte interiori, Hebr. Chald. & 70. addunt septem diebus.

Custodias Domini. id est, quæ Dominus custodiri iussit, Chaldæus custodiam verbi Domini.

CAPVT IX.

1. *Octauo*. sc. Martij, anno secundo ab egressu ex Ægypto.

2. *Tolle*. sc. pro peccato offerendum.

3. *Tollite*, sc. pro peccatis vestris offerendum.

5. *Tabernaculi*, i. atrij. *Astaret*, sc. coram Domino, vt additur Hebr.

7. *Pro peccato*, &c. q. d. offer pro te, & sacrificium pro peccato, & holocaustum. *Deprecare.* Hebr. expia, seu propitiare, Chald. & 70. propitiare, q. d. placa Deum, seu propitium redde per sacrificium. *Ora* Hebr. & Chald. & 70. fac propitiationem seu expiationem, vt supra proxime.

10. *Quæ sunt pro peccato*, Hebr. de peccato, i. hostia pro peccato. *Adoleuit*, i. adolenda posuit. nam postea descendit ignis.

13. *Cremauit*, i. cremanda posuit.

14. *Pedibus*. i. cruribus.

15. *Expiatoque altari*, Hebr. expiauitque illum, sc. populum, idque (vt Chald. addit) in sanguine, 70. purificauit illum.

17. *Absque caremoniis holocausti*. Hebr. absque holocausto, q. d. præter matutinum holocaustum, id etiam oblatum est.

20. *Cremati*, id posteà factum.

21. *Benedixit*, i. bene precatus est.

Completis, id est paratis vel id per anticipationem dicitur. *Descendit*. scilicet, erat altare loco editiori.

24. *Egressus*, id est, missus, vel fortè è sanctuario prodiit.

Ignis: Quidam dicunt durasse vsque ad captiuitatem Babylonicam, alij negant. *Ruentes*, sc. ex timore, vel adorando.

CAPVT X.

1. *Alienum*, i. non è cœlo missum.

2. *A Domino*, i. à Tabernaculo, vbi Dominus colebatur.

3. *Sanctificabor*, i. me sanctum ostendam, & sanctitatis amantem, dum punio sanctitatem violantes.

Appropinquant, scilicet per sacrum ministerium. *Glorificabor*, i. apparebo gloriosus.

6. *Nudare*, scil. lugentium more. forte prohibet radi; Vide c. 21. *Indignatio*, sc. Domini. *Incendium*. i. mortuos incendio.

9. *Omne*, quod inebriare potest. Sic etiam Chald. At Hebr. & 70. Siceram, vnde apparet Siceram, seu Sechar significare quidquid inebriare potest, *Intrabitis*, scilicet, ad administrandum. *Tabernaculum*, i. atrium sacerdotum.

10. *Scientiam*, quasi dicat, ne per vinum impediamini,

11. *Per manum*, i. opera.

14. *Mundissimo*, scil. ab iis, quæ solent polluere tangentes.

Salutaribus, i. pacificis, ex iis poterant edere etiam fœminæ, non autem ex hostia pro peccato.

15. *Eleuauerunt*, i. eleuando per sacerdotem obtulerunt. *Pertinent*, sc. armus, & pectus.

17. *Portetis*, i. auferatis, sc. per sacrificia, & orationes, vt statim explicatur. *Portetis* Heb. expietis.

18. *Præsertim cum de sanguine*, &c. Hebr. & Chald. ecce non est sanguis, &c. 70. Non enim est sanguis, &c.

Illatum, sc. quod fit in holocausto.

19. *Quomodo potui*, &c. Hebr. nunquid Domino placuisset, si eam comedissem?

CAPVT XI.

3. **P**Ecoribus, Hebr. Chald. & 70. animalibus.
5. *Cherogryllus*: Alij, cuniculus.

13. *Haliaetum*, i. marinam aquilam, ἁλιεύω, Halieno, Piscor, Ætos, ἀετὸς, Aquila.

21. *Quidquid autem*, sc. reliquum.

22. *Attacus.* Alij, scarabæus. *Ophiomachus* locustæ genus, serpentibus (vt nomen indicat) inimicum.

25. *Portet*, sc. extra castra.

26. *Illud*, sc. cadauera illorum. Vide paulo post.

27. *Super manus*, scilicet, vt lupus, simia, vrsus, canis, &c.

28. *Immundus erit*, sc. non poterit versari cum aliis, nec ingredi atrium, nec oblatis vesci.

32. *Cilicia* i. sacci. *Fit opus*, q.d. quodcunque vas, seu instrumentum.

33. *Polluetur*, scilicet, & vas, & quod intus est, vt est Hebr.

34. *Aqua*, scilicet, polluta, seu quæ in vase polluto. *Liquens*, sc. contactum illa aqua, aut morticino, aut quod est in vase immundo. Hebr. & Chald. & 70. potus.

35. *Et quidquid super illud*, pro, omne, super quod.

Chytropodes: i. ollarum sustentacula.

36. *Eorum*, sc. quæ dicta sunt, vel q.d. in cisternis illis, aut fontibus mortuum animal.

42. *Graditur*, de reptilibus loquitur. *Sine per humum trahitur*, q. d. omne denique reptile.

CAPVT XII.

1. **S**I *suscepto semine*. pro, si concipiens. Chald. si conceperit, & *Iuxta dies*, &c. q. d. eo modo, quo cum menstrua patitur. Not. quod istis septem diebus nulli licebat cum illa versari at 30. sequentibus licebat quidem, sed non cum ea rem habere.

4. *Manebit*, scil. velut immunda. *In sanguine*, &c. i. ob fluxum sanguinis, de quo purificanda est. *Omne sanctum*, pro, vllum sanctum. v. g. decimas, sacrificia, &c.

Ingredietur, i. accedet, scil. ad ostium atrij.

6. *Deferet*, iunge cum sequentibus, non enim pro fœtu, sed pro matre fiebat oblatio, etsi quidam aliter putant. *Tabernaculi*, i. atrij.

7. *Rogabit pro ea.* Hebr. expiabit eam Chald. & 70. propitiabit pro ea q. d. Deum placabit, scil. per sacrificium, sic & infra.

8. *Nec potuerit*. explicatio præcedentis phrasis Hebraicæ.

CAPVT XIII.

2. **D**I*uersus color*, &c. Alij, tumor, vel scabies serpens, vel candida macula. *Plaga lepra*: id quod videtur esse plaga lepræ.

3. *Arbitrium*: i. iudicium, de consilio tamen medicorum, vt quidam dicunt. *Separabitur*, sc. vt immundus.

6. *Mundabit*: i. mundum declarabit.

8. *Condemnabitur*, scil. re diligenter à sacerdote examinata vt est Hebr.

10. *Color albus.* Chald. alba macula. 70. cicatrix alba.

Aspectum, i. colorem, scil. in album, vt est Hebr. *Viua*, scil. in macula, seu cicatrice.

11. *Contaminabit*, i. contaminatum iudicabit.

13. *Mundissima*, q. d. videtur quidem lepra, sed re vera non est.

14. *Viuens*, pro viua. *In eo*, scilicet, in lepra, rupta cute.

15. *Soluetur*, i. immundus habebitur: *Si lepra aspergitur.* Hebr. Leprosa est q.d. illa carnis viuacitas lepram indicat.

16. *Immutatus*, scilicet, in albedinem, vt est Hebr.

18. *Mundabitur*, i. munda iudicabitur.

31. *Nigrum.* Hebr. & Chal. non nigrum.

32. *Sui coloris.* Chald. & 70. non flauus.

34. *Mundabit*, i. mundum iudicabit.

42. *Caluitio*, siue recaluatione, scilicet, caluo, vel recaluastro, illud in occipitio, id in fronte dicitur.

45. *Dissuta*, signum id luctus, sicut & vestis *Veste*, scil. reiecta in labrum superius. *Clamabit*, scil. dicens, cauete à me immundo.

49. *Alba*, Hebr. & 70. viridis. Chal. pallida.

54. *Præcipiet, & lauabunt*, pro præcipiet lauari.

55. *Faciem*, i. colorem. *In superficie*, &c. Hebr. eodem sensu dicitur, in caluitio, vel recaluatione. q.d. parte posteriori, aut anteriori.

57. *Volatilis, & vaga.* 70. florens. Chal. multiplicata. Alij, repullulascens.

CAPVT XIV.

4. **P**A*sseres.* 70. auiculas. *Vermiculum.* Alij, coccum bis tinctum. Chald. coccinum, 70. coccinum retortum sic infra vbi interpres nunc vermiculum vertit, nunc coccum.

5. *Viuentes* q. d. in quo vase sit aqua viua scilicet, fontana, vel fluuialis.

6. *Sanguine*, sc. misto aqua vasis. Vide infr.

10. *Decimas.* scil. ephi, nempe tria Gomer: est enim Gomer decima pars Ephi.

17. *Super sanguinem*, i. vltra sanguinem, qui, scilicet in eisdem locis antea fuerat effusus, vel supra illum sanguinem. 70. super loco sanguinis, vide infra.

19. *Rogabitque.* Hebr. expiabitque Chald. & 70. propitiabitque, quod potest ad sacrificium referri. Inpres ad orationem retulit.

21. *Vt roget pro eo sacerdos*, Hebr. in eleuationem ad expiandum pro eo, eo, seu propitiandum pro eo, vt vertit Chald.

23. *Tabernaculi*, i. atrij.

34. *Si fuerit plaga.* Hebr. Chald. & 70. Si dedero plagam. Nempe à Deo sunt talia flagella.

37. *Valliculas*, i. foueas, seu fossas.

46. *Clausa*, scil. à sacerdote.

48. *Purificabit*, i. mundam declarabit. *Reddita sanitate.* Hebr. qui sanata est.

54. *Percussura.* Alij maculæ nigræ. Chald. lepræ capitis.

CAPVT XV.

3. **C**V*m per singula*, &c. Hebr. & Chald. cum fluxerit, aut carni adhæserit, &c. nec est vlla mentio de momentis.

8. *Saliuam*, q. d. si talis alium conspuat.

9. *Stagma*, i. iumenti stratum. Alij, iumentum. Chald. equitatura. 70. stragulum asini, pro, cuiuscumque iumenti.

13. *Viuentibus.* Chald. fontis.

15. *Faciet*, i. offeret, seu sacrificabit. *Rogabitque.* Hebr. expiabitque. *Emundetur*, i. mundus declaretur.

16. *Egreditur.* sc. aliquando. *Coitus*, i. quale solet in coitu.

17. *Quam*

17. *Quam habuerit*. Hebr. super quam semen effusum fuerit.

19. *Separabitur*, sc. à consortio aliorum in cibo, & lecto.

20. *Locus*. Hebr. omne.

22. *Vas*, i. instrumentum.

25. *In tempore*, scil. solito. q. d. præter solitum tempus.

30. *Rogabitque*. Hebr. expiabitque.

32. *Coitu*. Hebr. seminis effusione.

33. *Sanguine*. Hic Hebr. Chald. & 70. addunt, & fluentis. (scilicet, seminis) fluxu, siue maris, siue fœminæ.

CAPVT XVI.

1. SAnctuarium, id est, Sancta sanctorum *Nube*, forte illa quæ fiebat ex thymiamate, de quo infra.

3. *Fecerit*, scilicet, semel in anno. mens. Septembri.

4. *Tunica*, &c. His solis vestibus induebatur, non reliquis pontificalibus, quod esset mœroris dies, & afflictionis, quod ad expiationis officium attinebat, alioqui eodem die suis induebatur, vt infra dicitur.

6. *Obtulerit*, sc. Deo postea immolandum. *Orauerit*, Hebr. expiauerit.

7. *Tabernaculi*, i. atrij.

8. *Emissario*, pro, emittendo, sc. postea.

10. *Fundat preces*, Hebr. expiet itidem intellige infra in locis similibus, ne sit opus sæpe repetere.

12. *Altaris*, scilicet, holocaustorum secundum quosdam, secundum alios, thymiamatis.

13. *Testimonium*, id est, Arcam testimonij. *Moriatur*, sc. ita faciendo. q. d. aliter faciens morietur.

14. *Ad Orientem*, ad illam eius partem, quæ respicit Orientem, sc. priorem.

16. *Immunditiis*, id est, peccatis, quibus quodammodo pollui videtur. *Tabernaculo*, i. tentorio, seu atrio.

Sordium, i. impuritatum.

17. *Tabernaculo*, i. atrio, vel ea parte tabernaculi, quæ vocatur sancta.

18. *Altare*, sc. thymiamatis.

20. *Offerat*, sc. domino.

22. *Portauerit* planè Christi figura: hircus. n. quomodo portare poterat?

29. *Affligetis*, sc. ieiunando. *Animas*, i. vitas, seu corpora.

31. *Sabbathum quietis*. q. d. quies quietis. i. summa quies, scil. corporis, & animæ, 70. Sabbata Sabbatorum.

32. *Perpetua*, i. perpetuo obseruanda.

CAPVT XVII.

3. OCciderit, scil. causa sacrificij.
4. *Obtulerit* scilicet, per sacerdotes immolanda.

Sanguinem, sc. humanam. *Peribit*, i. occidetur à me, vt dicitur infra vel dignus est morte.

5. *Occidunt*, pro occidere solent, vel q. d. quas alioqui occiderent, nec enim in agro occisas offerri vult.

10. *Obfirmabo*, &c. i. irascar valde.

11. *Anima*, i. vita. Aug. in Leuit. q. 57. *In sanguine est*, i. præcipue è sanguine pendet, sine ipso enim perit animal.

16. *Portabit* iniquitatem, i. punietur.

CAPVT XVIII.

3. LEgitimis, id est, ritibus. Hebr. statutis. 70. legibus.

4. *Et præcepta*, explicatio præcedentis. Dicuntur autem Dei præcepta, iudicia, quasi decreta, summoque facta iudicio, quamquam iudicia quidam intelligunt iudicialia præcepta; præcepta vero, quæ ad mores pertinent, seu moralia. *Ego*. sc. qui præcipio q. d. puniam, nisi obediatis.

5. *Viuet*, sc. æterna vita, si faciet, vt par est. nempe cum fide, & charitate.

6. *Turpitudinem*. Alij, nuditatem. Alij verenda, quæ per antiphrasim nuditas dicuntur, quod nudari non debeant. Turpitudo autem, quod ea nudari turpe sit.

7. *Et turpitudinem* pro, id est, turpitudinem. *Discooperies*, sc. rem habendo, etiam matrimonij prætextu, scil. prohibitum cum iis etiam matrimonium.

8. *Vxoris*, scil. nouercæ tuæ. *Patris*, i. ad patrem pertinet, scil. discooperire, quia vxor est.

10. *Tua est*, quasi dicat, quia tibi consanguinea est.

12. *Caro est*, i. propinqua est, seu consanguinea vt verterunt Chald. & 70. sic & inf.

14. *Nec accedes* explicatio est præcedentis.

16. *Fratris tui*, sc. liberos relinquentis.

17. *Ignominiam*, Hebr. nuditatem, seu turpitudinem.

Incestus est, nephas, seu scelus est. 70. impietas est.

18. *In pellicatum*, q. d. vt sit pellex eius Chald ad tribulationem eius. Alij, ad æmulationem, seu afflictionem eius.

20. *Nec seminis*, &c. explicatio præcedentis.

21. *Consecretur*, scil. combustione. *Moloch*. Saturnum quidam putant.

23. *Nec miscebitur*: explicatio præcedentis. *Scelus*, Hebr. confusio. Alij, abominatio.

25. *Visitabo*, i. puniam. *Euomat*, id est, à se eiiciat, sc. per mortem.

28. *Euomuit*, pro euomet.

29. *Peribit*, i. dignus est morte per Iudicem inferenda, vel à me occidetur.

CAPVT XIX.

5. VT sit placabilis, Hebr. ad voluntatem vestram immolabitis illam, i. voluntariè, vt Chald. interpretatur, vel ad beneplacitum vestrum, vt alij. Noster accepit quasi dictum esset, ad vestri acceptionem à Deo.

7. *Prophanus erit*, i. rem prophanam fecerit, vt Hebr. indicant, Chald. abominatio erit. *Impietatis reus*, Hebr. Chald. & 70. non erit acceptum.

8. *Iniquitatem*, i. pœnā iniquitatis. *Polluit*, Chal. & 70. prophanauit. *Peribit*, i. interficietur, vel, non habebitur à Deo tanquam Israelita.

9. *Solum*, Hebr. angulum. q. d. relinques pauperibus aliquot spicas.

10. *Racemos*, scilicet, relictos à vindemiatoribus.

11. *Mentiemini*, sic & 70. At Hebr. & Chald negabitis, sc. depositum.

12. *Polluet*, sc. falsum iurando.

13. *Facies calumniam* 70. lædes, Hebr. vim inferes.

Vi opprimes, scil. rapiendo, vt est, Hebr. Chald. & apud 70.

Non morabitur, &c. q. d. solues operarum mercedem.

Mane, i. diem sequentem.

15. *Nec iniustè*, explicatio est præcedentis. *Non consideres*, &c. q.d. nullius respectu iniustè iudices.

16. *Contra sanguinem*, q.d. ne sis causa, quod occidatur.

17. *Super illo*, i. causas illius, sc. odiendo.

18. *Memor*, sc. cum odio, aut ira, vt indicant Chald. & 70.

Amicum, Heb. Chal. & 70. proximum.

19. *Iumentum tuum*, &c. Glos. ordin. negat hæc ad litteram intelligenda. Ego id non ausim dicere.

Ex duobus, sc. lana, & lino, vt interpretatur Chal. Vide Deut. 22. Videtur autem per hæc indicari, vitandam rerum confusionem.

20. *Etiam nobilis*, Heb. & Chal. & viro desponsata.

Donata. Tunc enim esset lapidanda.

21. *Pro delicto*, Not. aliud esse iustitiæ publicæ satisfacere, aliud Deo.

23. *Præputia*, &c. q.d. primos fructus trium annorum quasi immundos proiicietis, id enim indicant Heb. Chal. & 70.

24. *Sanctificabitur*, &c. i. consecrabitur Domino ad eius laudem, Chal. erit sanctificatus, sc. à solis sanctificatis, seu Deo consecratis edi poterit, nempe sacerdotibus & Leuitis.

25. *Congregantes*, Heb. vt augeantur, sc. Dei beneficio, si prædicta obseruaueritis. idque etiam indicant Chal. & 70.

26. *Cum sanguine*, scilicet, prius effundendus erat.

Somnia, 70. tempora, sc. prohibet prædictiones vanas futurorum, vel superstitiones gentilitias in delectu temporum ad aliquid agendum.

27. *Rotundum*, i. gyrum, sc. more sacerdotum Ægypti, qui sic idola colebant, itemque rasa barba, forte radi prohibet. Vide c. 21.

28. *Super mortuo*, i. propter mortuum, scil. more Ægyptiorum.

30. *Metuite*, i. reueremini.

31. *Magos*, Hebr. Pythones, 70. ventriloquos & sic etiam c. seq.

33. *Exprobretis*. Alij, vim inferatis, 70. affligatis, Chald. decipiatis.

35. *Regula*, Glos. interl. putat esse id genus sequentium mensurarum. Alij volunt intelligi mensuram longitudinis rerum, vt vlnam aut cubitum, atque id Heb. indicant.

36. *Modius & sextarius*, Chald. mensura, & modius, Hebr. Epha, & Hin, 70. mensura, & sextarius.

37. *Iudicia*, i. leges.

CAPVT XX.

2. *DEderit de semine*, i. filium obtulerit. Vide supr. n. 1.

3. *Ponam faciem*, i. irascar.

7. *Ego*, sub. quem imitari debetis.

8. *Sanctifico vos*, sub. Id quod impeditis non seruando mea præcepta.

9. *Matrique*, pro, aut matri.

Sanguis eius, &c. q. d. reus mortis, vel interficiatur.

14. *Cum eis*, i. cum ea, quam post alteram duxit, quamquam Heb. Chald. & 70. dicunt, ipsas etiam comburendas, sc. vtramque, quod intellige, si simul ductæ sceleris consciæ. vel ipsas, i. illam ex eis, quæ alteri superducta.

15. *Pecus*, ne sc. flagitij memoriam refricet Aug.

17. *Iniquitatem*, i. iniquitatis pœnam. Aug.

18. *Aperuerit*, &c. q.d. pudenda detexerit, vnde sanguis ille fluit.

20. *Ignominiam cognationis*. Heb. nuditatem patrui sui.

21. *Fratris sui*, sc. qui filios reliquit. *Illicitam*, Hebr. fœdam, seu abominandam, 70. immundam.

22. *Euomat*, i. eiiciat, sc. è vita per mortem.

26. *Mihi*, Chal. coram me.

27. *Sit super illos*, i. interficiantur.

CAPVT XXI.

1. *IN mortibus*, sc. tangendo cadáuer, aut curando funus.

4. *Nec in principe*, &c. Heb. indicant, nec Principem debere contaminari in funere popularium, atque ita Chal. interpretatur.

5. *Radent*, sc. super mortuo, vt addit Chal.

Incisuras, sc. lacerando faciem vnguibus more gentilium, in alicuius funere.

6. *Deo*, Chal. coram Deo.

7. *Scortum*, &c. q.d. nec publicam, nec priuatam meretricem.

8. *Offert*, sc. singulis sabbatis, erat id minorum sacerdotum.

10. *Caput suum*, &c. q.d. ne faciant quæ solent, qui mortuos lugent.

11. *Mortuum*, i. domum, vbi sit cadauer. *Super patre*, i. ne super patre quidem.

12. *Egredietur*, sc. ea causa. *Sanctis*, Heb. sanctuario, sc. tabernaculo, aut atrio. *Polluat*, sc. ex mortuo rediens.

14. *Sordidam*, i. secretam meretricem.

Meretricem, sc. publicam. *Puellam*, Heb. Chal. & 70. virginem.

15. *Vulgo*, scil. vilem, vel quam non debet ducere.

17. *Maculam*, scil. conspicuum corporis vitium.

18. *Paruo*. Alij, depresso.

20. *Herniosus*, Heb. & Chal. compressis, seu contusis testiculis, 70. vnius testiculi.

21. *Panibus*, sc. propositionis, vel q.d. de cibis oblatis in tentorio.

23. *Velum*, sc. primum, vel si de secundo loquitur, significat non posse fieri Pontificem summum.

CAPVT XXII.

2. *CAueant*, sc quando sunt impuri. *His, quæ consecrata sunt*, i. oblationibus. *Nomen sanctificatorum*, i. sanctificata.

3. *Et ad posteros*, q. d. id quod etiam ad posteros pertinet.

Immunditia, sc. aliqua ex sequentibus. *Peribit*, i. occidetur, vel dignus fiet morte.

9. *Sanctuario*, i. causa sanctuarij, sc. ob prophanatum sanctuarium.

10. *Alienigena*, id est, qui non sit de gente sacerdotali. Vide Num. 3. & 16. vel qui non sit Israelita.

12. *Ex populo*, i. non sacerdotali genere. Est enim Heb. idem verbum, quod proximè vertit, alienigenam, i. extraneum.

19. *Vt offeratur per vos*, Heb. potius significatur, vt acceptum sit, sc. Deo & sic explicat Chal.

22. *Papulas*, i. verrucas, seu pustulas.

23. *Aure, aut cauda amputatis*. Chald. superfluum, vel diminutum. Alij, enormibus membris,

membris, aut nimis paruis.

24. *Contritis*, i. confractis.

25. *Alienigena*, i. gentilis, seu infidelis. *Panes*, i. sacrificium. erat enim velut Dei cibus, præsertim holocaustum. Intellige vero non posse offerri in propria specie, nam ex pecunia à gentili data poterat emi quod offerretur.

30. *Non remanebit*. Vide sup. c. 7.

32. *Polluatis*, sc. faciendo, vt male propter vos audiat.

CAPVT XXIII.

2. FEria Domini, i. festi dies Domini cultui dicati,

Vocabitis sanctas, i. sanctè celebrabitis. Not. Festa quædam vno die celebrari, sc. quæ instituta in memoriam rei vno die gestæ, alia vero pluribus diebus, quod essent in memoriam rerum pluribus diebus gestarum.

3. *Opus*, scilicet, etiam ciborum præparationem, quæ in sabbatho prohibita, non in aliis festis.

5. *Ad vesperam*, Heb. inter duas vesperas, sc. inter occasum solis, & noctem. Vide Exo. 12. 70. inter vespertina.

7. *Seruile*. Hic non includuntur ciborum præparationes.

8. *Igne*, sc. holocaustum. Vide Num. 28. *Celebrior*, sc. intermediis, non autem primo, vel pro, celeberrimus, sc. vt primus.

10. *Segetem*, scil. hordeaceam de triticea. Vide Exod. 34.

11. *Eleuabit*, scilicet, offerendo. *Altero die sabbati*, i. postridie Paschæ, sc. 16. Luna. nam Pascha 15.

13. *Liba*, i. libamen, seu libatio.

14. *Polentam*, scilicet, ex frumento tosto, aut frixo, Chald. grana torrefacta, 70. farra tosta.

15. *Ab altero*, sc. inclusiue. Putant autem quidam, cum 17. erat sabbatum, vt tempore passionis Christi, solitum numerari à 17. quia sabbato non poterant colligi manipuli, & siccari, &c. (quamquam alij aliam causam reddant.) Itaque Pentecosten Iudæorum, tunc, & nostrum in eundem diem incidisse.

Hebdomadas. Heb. sabbata. Sic Luc. 18. In sabbato, i. hebdomada. *Plenas*, i. integras.

16. *Alteram*, quia, scil. septem hebdomadæ faciunt dies 49. tantum.

Expletionis, i. post expletas. *Nouum*, i. ex nouo frumento.

21. *Celeberrimum*. Celebratur in memoriam datæ legis in monte Sinai.

22. *Ad solum*, Hebr. ad angelum, quasi dicat, aliquid relinquite pauperibus. Vide sup. c. 19.

19. *Facietis*, id est, offeretis, seu sacrificabitis.

24. *Sabbatum*, i. quies, cessatio, q. d. dies festus.

Memoriale, sc. in memoriam liberati Isaac ab immolatione secundum Hebræos, cæso pro illo, ariete.

Clangentibus, scil. ad præparationem Scenopegia.

Sanctum, q. d. erit celebre, seu sanctè celebrabitur.

27. *Expiationum*. Celebrabatur id festum in memoriam veniæ datæ à Deo, ad preces Mosis, pro adoratione vituli. Expiabaturque populus per ieiunium & sacrificia.

Affligetis, sc. ieiunando.

30. *Operis quippiam*. Quidam dicunt nec cibos licuisse parare, vt nec in sabbato.

32. *Nono*, sc. apparente nocte, 70. à die nono, sc. incipiendo ieiunare.

Sabbatu, i. festa Intellige autem vesperam, post solis occasum. Vide Exo. 12.

36. *Collectæ*, sc. populi ad celebritatem collecti, Heb. retentionis, sc. retinebatur populus.

38. *Exceptis sabbatis*, i. præterea, quæ in sabbatis offeruntur.

40. *Pulcherrima*, scil. citri, secundum Hebræos, & ita vertit Chal.

Spatulas, i. frondes, seu ramos.

Densarum, sc. myrti secundum quosdam vide 2. Esdr. 8.

41. *Festa*, sc. dicta.

CAPVT XXIV.

3. POnet, i. accendet. Vsque in mane. Apparet solum nocte fuisse accensas.

5. *Decimas*, i. vnius Ephi, q. d. duo Gomor.

6. *Altrinsecus*, i. ex altera parte, seu è regione aliorum sex.

7. *Thus lucidissimum*, 70. thus purum, & salem.

Vt sit panis, coniunge sic, panis oblationis Domini in monumentum, vt patet ex Chal.

9. *Comedant*, sabbato edebantur, & thus illud adolebatur.

14. *Ponant manus*, sc. testantes se audiuisse blasphemantem.

15. *Portabit peccatum*, id est, pro peccato punietur.

16. *Et qui blasphemauerit*, explicatio est præcedentis.

17. *Et occiderit*, id ab interprete additum, explicationis causa, 70. qui percusserit hominem, & mortuus fuerit, Chal. qui occiderit hominem. Sic & inf. ex quo apparet percutere hic, Heb. pro occidere sumi.

19. *Maculam*, i. vulnus, seu plagam.

20. *Pro factura*, sc. sustineat.

21. *Qui percusserit*, &c. repetuntur supra dicta.

Punietur, Heb. moriatur, i. interficiatur, Chald. occidatur.

22. *Æquum*, Heb. Chal. & 70. vnum.

CAPVT XXV.

2. SAbbatizes, Heb. 70. & Chal. sabbatizet, sc. quiescat septimo quoque anno.

Domino, i. in honorem Domini.

5. *Primitiarum*, Heb. separationum, q. d. quas tibi solebas separare more primitiarum, Chal. quas tibi reliquisti, quasi dicat, vuas vineæ à te derelictæ, & non cultæ, seu à te derelictas. Sic & infra intellige.

6. *Tibi*, q. d. poteris quidem tu etiam edere, sed vt ceteri solum partem, non totum tibi colligere.

8. *Numerabis*, sc. incipiendo à Septembri.

Hebdomadas, Heb. sabbata. Vide sup. c. 23.

9. *Propitiationis*, Chald. expiationis. *Tempore*, Heb. Chal. & 70. die.

10. *Sanctificabis*, i. declarabis esse Deo dicatum, vel populum ad illum præparabis. *Vocabis*, i. denunciabis.

Remissionem, Heb. & Chal. libertatem.

Iubilæus, q. d. remissionis, & libertatis. Not. quod Iobel significat arietem, secundum quosdam, & eius

5. *Filius Sedeur*, Hebr.loco cognominis addunt filij nomini,nomen patris.
16. *Eos*,i.multitudinem, seu populum. *Domos*. Heb.domos patrum suorum.
20. *Generationes*,i.cognationes. *Procedentium*,i. qui procedere poterant.Vide inf.
32. *Filiorum*,i.posterorum.
50. *Vasa*,i.instrumenta, sc.suppellectilem. *Ad ceremonias pertinet*, Hebr.in eo est, Chald.ad illud pertinet.
51. *Externorum*,sc.qui non sit de tribu Leui. *Occidetur*,sc.iudicum sententia.
52. *Cuneos*,Heb.vexilla.

CAPVT II.

2. PEr gyrum, i. distantia vnius miliarij à tabernaculo secundum Hebræos.
3. *Iudas*, dicunt Hebræi in vexillo Iudæ fuisse leonem,Ruben,hominem, Ephraim,Bouem,Dan, Aquilam.
5. *Castrametati sunt*, pro,castrametabuntur.Heb. castrametantes sic & inf.
9. *Castris Iuda*, scil. & duorum, qui prope sic inf.
14. *Duel*. Hebr. Rehuel, Chald. Dehuel, 70. Rahuel.
17. *Leuabitur*,sc.post castra Ruben. Not. quod tabernaculum ferebatur in medio quatuor vexillorum primariorum, nam minora plurima. Vide inf.c.10.*Per officia Leuitarum*,&c.Hebr. Chald.& 70. significant debere Leuitas proficisci in medio castrorum,& quemque proficisci debere, vt est castrametatus, sc. sub vexillis suis in ordine suo, nostra editio indicat quo ordine portantur res tabernaculi,eodem reponendas à Leuitis.

CAPVT III.

3. R*Epleta*,sc.muneribus,quæ offerrent.
7. *Multitudinis*,q.d.vt pro populo ministrent.
10. *Externus*,sc.non sacerdos.
Morietur,Chal.occidetur,sc.Iudicum sententia. Sic inf.
13. *Sanctificaui*, i. retinui mihi tanquam rem sanctam.
26. *Tecti*,pro,Tabernaculi.
28. *Excubias*,q.d.vigilabunt in custodia.
31. *Altaria*,sc.incensi,& holocausta.
32. *Principum*,sc.de quibus sup.vel q.d.summus Princeps.
38. *Accesserit*,sc.ad ministrandum in iis, quæ ad Leuitas pertinent.
40. *Habebis*, Hebr. Tolle, seu accipe, vt vertit Chald.& 70.
46. *In pretio*,pro in pretium, sc. redemptionis, Heb.pro redemptione.
49. *A Leuitis*,i.ne essent inter Leuitas, vel in ea commutatione Leuitarum pro primogenitis.

CAPVT IV.

4. C*Vltus*, i. officium, seu ministerium, Hebr. opus, seu seruitium sic & inf.
Tabernaculum,&c.pro,in Tabernaculo fœderis, & sancto sanctorum, vt indicant Hebr. Chald. & 70.
5. *Ante fores*,pro ante sancta sanctorum, nullæ aliæ fores præter velum,& quidem Hebr.Chald.& apud 70.non est ante fores.
7. *Mortariola*, Exod.25. vertit, acetabula.Alij cochlearia. Vide inf.c.7. *Semper*,figura id Eucharistiæ,quæ semper in Ecclesia.
13. *Altare*,sc.holocausti.
16. *Super quos erit*,Heb.præfectura,seu functio, sc.erit,quæ sequitur,70.Episcopus.
18. *Perdere*,scilicet, relinquendo prædicta retecta, vel permittendo, vt nuda tangant, aut videant.
19. *Si tetigerint sancta sanctorum*, Hebr.cum accesserint ad sancta sanctorum,i.res sanctas, sc.portandas.
20. *Alij nulla*,,&c.Heb.ipsi autem non intrent, vt videant sancta,cum inuoluuntur,&c.
26. *Tabernaculum*,i.atrium.
28. *Manu*,i.imperio,seu potestate.
30. *Fœderis testimonij*,Heb.Chal.& 70.tabernaculi testimonij.
37. *Intrant tabernaculum*,Heb.Chal. & 70.ministrant in tabernaculo.
Per manum Mosi,i.per Mosen.
46. *Ad nomen*,i.nominatim.

CAPVT V.

3. C*Vm habitauerint vobiscum*, Hebr. & 70.in quorum medio ego habito.Chald.quia maiestas mea habitat inter eos.
6. *Per negligentiam*,70.per contemptum, Hebr. Chal.neutrum est.
7. *Ipsum caput*,i.sortem principalem (vt aiunt) sc.totum damnum.Vide L.u.6.
8. *Dabunt Domino*. Not.hic incerta esse Domini,adeoque pauperum,vel Ecclesiæ.
Excepto ariete,i.præter arietem.
Vt sit placabilis hostia,Heb.Chal.& 70.quo ipse expiatur.
9. *Ad sacerdotem*, sc.cui dant, offerendas Domino.
10. *Ipsius erit*.Not.quod offertur Ecclesiæ, esse sacerdotis.
12. *Maritumque contemnens*, Hebr.& Chald.in maritum præuaricata.
15. *Sati*.Heb.& 70. Ephi Chald.trium satorum quod idem est. Ephi enim sata tria. *Hordeacea*, Chrys.orat.4.in Iudæos,non triticeæ, vt forma sacrificij calamitatem exprimeret.
Inuestigans adulterium,Hebr.Chald.& 70.commemorans iniquitatem, q. d. reducens in memoriam adulterium.
17. *Sanctam*,sc.acceptam ex labro sancto, quod erat ante altare holocausti. *Terra*, sic etiam 70. At Hebr.& Chal.pulueris.
18. *Recordationis*,i. reducens in memoriam iniquitatem adulterij. *Amarissimas*,sc.postea tales fiebant.
In quibus cum execratione,&c.Heb.Chald.& 70. maledictas, sc. facientes adulteram maledictam, i. infelicem,sic etiam inf.
21. *In maledictionem*, i. faciat te infelicem vel talem,vt imprecantes malum, dicant, ita tibi contingat,vt illi mulieri.
Femur,i pudenda Not. quod Chald.vertit vt noster. At 70.de ventre quidem dicunt hic, & infra rumpi: de femore autem cadere, Hebr.de vtero intumescere;de femore cadere.
22. *Amen*,i.ita mihi contingat.
23. *Delebit*, alij, deletas, seu rasas mittet in aquas,&c.
25. *Imponetque*, Hebr. Chald. & 70. offeretque.
31. *Recipiet iniquitatem*, id est dabit pœnas.

CAPVT

CAPVT VI.

1. VOtum,sc.Nazaræatus, i. separationis, sc.à communi viuendi ratione;vt nunc faciunt Religiosi.

3. *Potione*,scil.simili, seu quæ possit inebriare. Heb.sicera.

4. *Ab vna passa vsque ad acinum*, Heb. Chald.& 70.ab acino vsque ad corticem,i.à granis vsque ad folliculos.

5. *Transibit*,sc.radendo. *Diem*,i.tempus.

6. *Super*, pro, ad.quasi d. non intererit funeri alicui.

7. *Quia consecratio*, &c. quasi dicat,quia Nazaræus est.

9. *Coram eo*,Heb.iuxta eum.

10. *Fœderis*,pro,tabernaculi,i.atrij.sic inf.

11. *Deprecabitur pro eo*, Hebr. expiabit eum, Chal.& 70.propitiabit pro eo.

Peccauit,&c.i.contaminatus est,mortui hominis præsentia.

12. *Dies separationis*, scil. inde illos computando.

Irriti fiant,i.non computentur.

13. *Consecrationis*,Heb.& Chal.Nazaræi.

15. *Panum*,Heb.placentarum.

18. *Consecrationis suæ*, id est, quam gestauit tempore Nazaræatus, quo fuit Deo consecratus.

20. *Pectusculum*,&c.Heb.pectus eleuationis,& armus eleuationis.

21. *Tempore consecrationis suæ*, Heb. pro Nazaræatu suo,70.pro voto suo,Chal.pro consecratione sua.

24. *Benedicat*,i.cumulet bonis.

25. *Ostendat tibi*,Heb.& 70. Illuminet super te, seu faciat lucere,q.d.respiciat te vultu hilari,Chal. maiestatem suam ostendat tibi Dominus, quem sensum reddidit interpres noster. & videtur verior.Hoc enim facit beatum.

26. *Conuertat*,Heb.& 70.eleuet, Chal. auferet iram suam à te. *Pacem*, i. tranquillitatem,seu prosperitatem.

27. *Inuocabuntque*, sc. modo dicto, Hebr.& 70. ponentque.

Nomen meum,Chald. benedictionem nominis mei.

CAPVT VII.

3. TEcta,sc.in modum lecticarum, seu rhedarum,quæ vulgo Carrozze.

7. *Necessarium*,sc.ad suum ministerium.

11. *Dixitque*,pro,dixerat enim.

13. *Acetabulum*, verbum Hebræum significat scutellam magnam,& latam 70.discum.

Phiala,vas erat libatorium.*Sacrificium*, sc.cibarium Heb. Minchah.

20. *Mortariolum*.Alij cochlear,sc.vas paruum in modum cochlearis, ad thus, vel eiusmodi aliud continendum, id enim significat vox Hebræa.

27. *Bouem*,Heb.Chal.& 70.vitulum,seu iuuencum,sic etiam inf.

89 *Vt consuleret oraculum*,Heb.Chal.& 70. ad loquendum cum eo,sc.Domino.

CAPVT VIII.

2. COntra Boream,pro,ad Boream.

Respicit,sc.secundum latitudinem respiciebat mensam,atque in eam partē lumen proiiciebat,secundum longitudinem vero respiciebat Sancta sanctorum.

7. *Lustrationis*, id est, expiationis,de qua infra cap.10.

8. *Bouem*, Hebr. Chald. & 70. vitulum, & sic inf.

10. *Manus suas*, sc.velut suo testimonio approbantes.

11. *Manus*,i.oblationem.

12. *Depreceris*,Heb.ad expiandum,Chal.& 70. ad propitiandum.

15. *Tabernaculum*,i.atrium.

17. *Sanctificaui*,i.consecraui.

19. *Et orent*,Heb.ad expiandum,Chal. & 70. ad propitiandum, scil. ad reddendum illis placatum Deum.

Sanctuarium,id est,tabernaculum, scil.vt ministrent.

21. *Eleuauit*,i.obtulit,solebant enim eleuari oblata Domino.

26. *Eruntque*,pro,sed erunt.

Fratrum suorum,Heb.Chal,& 70.cum fratribus suis.

Custodiant,sc.vasa Mysticè vero animas, quæ à senibus præcipuè custodiendæ.

Opera,sc.quæ antea solebant. *Custodiis*, i. functione,seu iis quæ obseruare debent.

CAPVT IX.

3. AD vesperam,Hebr.inter duas vesperas.Vide Exo.12.sic & inf. *Iustificationes*,i.ritus,Heb. iudicia,i.mores,seu normas,sic & inf.

5. *Tempore suo*,Heb.in primo,sc.mense, Chald. in mense Nisan. In monte Heb. Chal.& 70.in deserto.

6. *Anima*,id est,cadauere,sc. quia funeri interfuerat.

7. *Fraudamur*,Chal.prohibemur.

8. *Consulam*,Heb.Chal.& 70.audiam.

11. *Lactucis agrestibus*, Hebr.amaritudinibus, i. herbis amaris,vt vertit Chal.& 70.

13. *Exterminabitur*,i.digna est morte.

Portabit peccatum,i.dabit pœnas peccati.

14. *Idem*,sc.obseruandum,q.d. idem ritus,Heb. statutum vnum, Chald.præceptum vnum, 70. lex vna.

15. *Tentorium*,sc.eam partem,vbi erat Tabernaculum.

19. *Erant in excubiis Domini*, Hebr. & Chald. & 70. custodiebant custodiam Domini, i. mandata.

21. *Diem & noctem*, i. integrum diem, dixerat enim per noctem,Heb.indicatur, si die,vel nocte se tollebat nubes, eos eadem hora proficisci idque etiam videntur 70. significare.At Chal. vt noster.

23. *Manum Mosi*,i.Mosen.

CAPVT X.

3. TVbis,sc.vtraque. *Tabernaculi*,sc.atrii.

4. *Semel*,i.cum vna sola,vt est Heb.Chal. & apud 70.

5. *Prolixior atque concisus*. Alij, iubilatione, Chal.vlulatione.

9. *Erit recordatio*, &c. i. recordabitur Deus vestri,&c.

10. *Epulum*,Heb.lætitiam.

Calendas, Hebr.in initiis mensium. 70. in neomæniis,i.nouiluniis,sc.principiis mensium. *Recordationem*,sc.qua Deus recordetur vestri.

11. *Secundo*,sc,ab exitu ex Ægypto.

17. *Depositum est*, pro, iam depositum fuerat, scil.

scil.antequam inciperent proficisci.

21. *Sanctuarium*, i. res sanctuarij.

29. *Hobab*. i. Iethro. Forte redierat ad Mosen, vel est recapitulatio. Vide Exo. 18. vel iste est filius Iethro. Vide Exo. 2. vbi Iethro vocatur Raguel. *Cognato*, Chal. & 70. socero.

30. *In qua natus sum*, Heb. Chal. & 70. ad cognationem meam.

31. *Ponere debeamus*. Hebr. potest intelligi, posuerimus, quod etiam Chald. & 70. magis indicant.

Eris ductor, Heb. fuisti pro oculis. Sed præteritum pro futuro Chal. vidisti magnalia facta nobis oculis tuis.

33. *Per dies tres*, q. d. toto illo itinere trium dierum.

Prouidens, sc. vbi arca subsistebat, ibi castrametabantur.

35. *Eleuaretur*, Heb. proficisceretur. Chal. & 70. eleuaretur.

36. *Deponeretur*, Heb. Chal. & 70. quiesceret.

CAPVT XI.

1. PRo labore, id additum ab Interprete.

Contra Dominum, Heb. in auribus Domini, Chal. & 70. Coram Domino. *Domini*, i. à Domino missus.

2. *Absorptus*, i. extinctus.

3. *Vocauit*, sc. qui nomen indidit.

4. *Vulgus quippe*, pro, vulgus verò. Aliud enim videtur id à superiori. Heb. & vulgus.

Qui ascenderat, Heb. qui inter illos. *Et ait*, pro, & dixerunt, sc. vtrique.

6. *Arida*, i. non contenta.

7. *Bdellij*, gemma est alba, Perlam quidam esse volunt.

8. *Frangebat*, poterat tamen comedi infractum & crudum.

Turtulas, i. placentas. *Oleati*, sc. cum melle. Vide Exod. 16.

10. *Intoleranda res visa est*, Heb. Chal. & 70. displicuit.

14. *Grauis mihi*, Heb. grauis præ me, i. supra vires meas.

15. *Sin aliter tibi videtur*, Heb. Chald. & 70. si sic tu facis mihi.

16. *Magistri*, Heb. Principes, seu Primates, Chal. Præfecti, 70. Scribæ.

17. *Auferam*. pro, accipiam, neque enim à Mose ablaturus erat, aut ab aliquo.

Spiritu tuo, i. Spiritu sancto, quem dedi tibi. August. 5. de Trin. *Tuo*, Hebr. qui est super te, id est, in te.

18. *Sanctificamini*. i. attendite puritati, seu præparamini, vt vertit Chal.

Cras, Heb. Chal. & 70. in crastinum, coniungitur enim cum sanctificamini.

Vt det vobis, &c. Heb. Chal. & 70. & dabit vobis Dominus carnes, & comedetis.

20. *Dierum*, i. integrum. Nauseam, i. fastidium. Alij, abominationem, 70. choleram.

22. *Nunquid*, &c. Non dubitat de Dei potentia, sed modum quærit. Aug. in Num. q. 19.

23. *Manus*, i. potentia.

25. *Cessauerunt*, sc. tota illa die, vel quoties opus fuit prophetare, i. loqui mysteria.

26. *Remanserant*, sc. ex humilitate, dum se honore indignos arbitrantur. Hier. ep. 127.

28. *Electus è pluribus*, scil. ad ministrandum ei, Heb. ex electis eius.

29. *Æmularis*, i. zelaris, seu zelo commoueris.

31. *A Domino*, i. iussu Domini.

Ex omni parte, scil. in omnem partem erat spatium vnius diei, vt indicant Heb. quæ habent iter diei huc, & iter diei illuc. Itemque Chald. & 70.

Volabantque in aëre. Id non est Heb. aut Chald. aut in 70. aperte, sed ita; vt possit intelligi vel de volatu, vel de altitudine cumuli iacentium.

32. *Siccauerunt*, Heb. & Chal. extenderunt, 70. siccauerunt.

33. *Defecerat*, i. in dentibus desierat esse. Repetitio præcedentis, vel q. d. nondum mansus erat, seu confectus dentibus. Heb. nec dum concisus, seu contritus, sc. dentibus.

CAPVT XII.

1. ÆThiopissam, Madian vicina erat Æthiopiæ orientali, vel q. d. nigram Aug. in Nu. q. 20. ait Madianitas dictos etiam Æthiopes, vt patet 2. Par. 14. Not. quod indigne ferebant duxisse alienigenam.

2. *Per solum*, quasi dicat, Num solus Moses Propheta?

3. *Erat enim*, Hebr. erat autem, q. d. Moses etsi resciverat, tamen tacebat, vt qui esset mansuetissimus.

4. *Tabernaculum*, scilicet, ostium atrij. Sic etiam infr.

6. *Visione*, sc. ecstasi.

7. *Domo*, sc. populo.

8. *Ore ad os*, i. familiariter.

Palam, i. clare. Heb. in visione, 70. in specie, q. d. multo clarius quam cæteri.

Ænigmata, q. d. obscure.

9. *Abiit*, scil. Angelus per quem Deus loquebatur.

10. *Tabernaculum*, i. ostium tabernaculi.

11. *Imponas*, &c. id est, imputes in peccatum, q. d. ignosce.

14. *Spuisset*, q. d. quanto magis cum ego lepra velut sputo perfuderim. *Rubore suffundi*, q. d. præ rubore non comparere.

CAPVT XIII.

9. NVn, 70. Naue.

12. *Sceptri*, Heb. & Chal. ex tribu.

20. *Bona*, 70. pulchra.

21. *Præcoque*, i. præcoces.

22. *Intrantibus*, q. d. prope Emath, vel vbi est via in Emath, 70. ad introitum Emath. Vide Ios. 13. & inf. c. 34.

23. *Enac*, i. Gigantum. *Tanim*, sic Chald. & 70. at Heb. Sohan seu Zoan צען, scilicet, binominis est.

24. *Vua sua*, Heb. Chal. & 70. botro vno.

27. *Cades*, Ios. 14. dicitur Cades Barne. *Locutique*, Heb. Chal. & 70. referentesque rem, sc. quod viderant.

33. *Deuorat*, q. d. est insalubris, seu occidit.

CAPVT XIV.

1. NOcte, sc. sequenti.

3. *Et in hac*, &c. Heb. Chal. & 70. aut in hac solitudine, & ad quid nos Dominus facit venire in terram hanc, vt cadamus gladio, &c.

9. *Præsidium*, Heb. vmbra.

10. *Gloria*, sc. nubes, vel splenor. *Tectum*, Hebr. Chal. & 70. Tabernaculum.

11. *Detrahet mihi*. Alij, blasphemabit, vel, spernet me, Heb. Chal. 70. irritabit me, sic & inf.

In

In omnibus signis, quasi d. cum tot signa fecerim.

13. *Vt audiant*, Heb. Chal. & 70. & audient.

14. *Facie ad faciem*, id est clare, seu familiariter.

15. *Quasi vnum*, i. ad vnum, sc. nullo relicto. *Dicant*, Heb. Chal. & 70. dicent.

17. *Magnificetur*, i. appareat magna esse.

18. *Innoxium*, i. impunitum, sc. cum pœnam mereatur.

Visitas, i. punis. *Tertiam*, i. nepotes, qui tertij à patre, vel potius pronepotes, qui tertij in posteris. Vide 4. Reg. 15.

20. *Dimisi*, q. d. non puniam, vt dixeram. *Iuxta verbum tuum*, i. vt petisti.

21. *Gloria mea*, scilicet, impletis iis, quæ sequuntur.

22. *Attamen*, Heb. Chald. & 70. quia, vt sit explicatio proximè dicti.

Maiestatem, Heb. Chal. & 70. gloriam.

Decem, i. multis, q. d. sæpe.

24. *Alio*, sc. meliori.

25. *Vallibus*, scil. vbi delitescunt vobis insidiantes.

33. *Portabunt fornicationem vestram*, i. dabunt pœnas vestræ infidelitatis, qua à Deo defecistis.

37. *Mortui sunt*, sc. vel tunc, vel postea.

43. *Acquiescere Domino*, Heb. sequi Dominum, 70. obedire Domino, Chal. colere Dominum.

44. *Contenebrati ascenderant*, Hebr. conati sunt ascendere, 70. vim facientes ascenderunt, Chald. impiè egerunt, vt ascenderent.

CAPVT XV.

3. *OVibus*, Hebr. pecudibus, Chald. & 70. ouibus.

6. *Et arietes*, i. per singulos arietes.

16. *Iudicium*, i. ritus, seu consuetudo.

20. *De cibis*, scil. partem, Heb. de conspersionibus, id est, pastis, sc. placentas.

De areis, sc. soletis. *De pulmentis*. repetitio eius quod supra de cibis, q. d. placentam vnam, Hebr. & 70. de conspersionibus.

22. *Per ignorantiam*. Vide Leuit. 4.

24. *Liba*, i. libamina.

25. *Rogabit*, Heb. expiabit, Chal. & 70. propitiabit, sic & inf.

Non sponte, Hebr. per errorem seu ignorantiam 70. inuoluntariè.

Nihilominus offerentes, pro, & tamen offerent.

Incensum, pro, sacrificium, quod incenditur, sup. in principio capitis vertit oblationem, itemque paulo post.

30. *Peribit*, i. digna est morte, vel interficietur, sc. iudicis sententia.

31. *Portabit iniquitatem*, i. dabit pœnas iniquitatis.

38. *Vittas*. Not. quod ipsæ vittæ, sc. fila serica intorta erant fimbriæ, quod si fimbria intelligatur extremitas vestis, ex fimbriis pendebant vittæ.

39. *Fornicantes*, scil. deserto Deo, q. d. peccantes.

CAPVT XVI.

2. *QVi tempore consilij*, &c. 70. Senatores consilij, & viri nominati, Chald. & noster Heb. vtrumque sensum admittunt.

3. *Sufficiat vobis*, sc. sors vestra. Heb. multum vobis, q. d. deberet vobis sufficere. *Sanctorum*, pro, sancta.

5. *Notum faciet*, &c. 70. cognouit Dominus, qui sunt eius, & sanctos adduxit ad se, & quos non elegit sibi non adduxit ad se: quem locum citat Paulus 2. Tim. 2.

Sanctos, quasi dicat, quos velit esse sacerdotes.

7. *Sanctus*, i. addictus sanctis ministeriis, sc. sacerdotalibus.

Multum erigimini, Hebr. multum vobis, sc. sumitis.

11. *Globus*, i. cœtus.

14. *Reuera*, &c. Si sine interrogatione legatur, ironia est.

19. *Multitudinem*, sc. suorum, vt interpretantur 70. nempe Core ipse coaceruauerat, vt dicunt Heb. Chal. & 70.

26. *Inuoluamini*, Heb. & 70. pereatis, Chald. percutiamini.

27. *Frequentia*, Hebr. & Chal. familia, 70. supellectili.

29. *Visitauerit*, i. punierit.

30. *Nouam*, i. inusitatam, & mirabilem. *Viui*. Intellige tamen fuisse mortuos antequam peruenirent. Vide Apoc. 19. *Infernum*, scil. damnatorum. Epip. in Ancor. Hier. eph. 4.

Blasphemauerint, Hebr. Chald. & 70. irritauerint.

35. *A Domino*. Fortè ab altari.

37. *Sanctificata*. scil. ob incensum oblatum Domino.

38. *In mortibus*, i. licet eis vsi sint peccatores, qui interfecti. Vide paulo post: vel q. d. sancta sunt, quippe in Dei vltione quodammodo cooperata, Hebr. Chald. & 70. aliter, sc. Thuribula, inquam, horum peccatorum, qui ob peccata sua mortui sunt.

38. *Producat*. pro, produci curet, per aliquem artificem.

39. *Altari*, i. holocausti 43. *Fugerunt*, Hebr. & Chal. respexerunt.

Ingressi, Heb. Chald. & 70. solum dicunt venisse ante tabernaculum.

45. *Nunc*, Hebr. in momento, seu subito, 70. semel.

Iacerent in terra, Heb. Chal. & 70. cecidissent in facies suas.

46. *Reges*, Heb. expies, 70. propitiis.

CAPVT XVII.

2. *COgnationes suas*, Hebr. & Chald. domos patrum, 70. domos familiarum, scil. per tribus erant accipiendæ.

3. *Eorum familias*, scil. cuiusque principis tribum.

4. *Testimonio*, i. arca testimonij. *Loquar*, i. loqui soleo.

6. *Absque virga Aaron*, Heb. Chal. & 70. & virga Aaron in medio virgarum eorum. Putant autem Hebræi fuisse vnam ex 12. sc. tunc numeratam vnam tribum Ioseph solum. At secundum lectionem nostram erant. 13.

13. *Accedit ad*. 70. tangit. videtur autem esse quædam istorum exaggeratio, vel significant eos, qui sibi vsurpant, ministerium in tabernaculo, cum non sint de Tribu Leui, perire, quod in hæreticos quadrat sanè quam verissimè.

CAPVT XVIII.

1. *AD Aaron*, sc. per Mosen, vel fortè illum per se allocutus.

Portabitis

Portabitis iniquitatem,&c. id est, dabitis pœnas si quid peccabitur in cæremoniis, 70. accipietis peccata sanctorum, & peccata sacerdotij vestri. Peccata autem interpretatur August. sacrificia pro peccatis, Chald. propitiabitis super delicta sanctuarij, & super peccata sacerdotij vestri, vide infr.

Et tu,&c.explicatio præcedentis.

2. *Sceptro*,i.virga,sc.tribu.

3. *Vasa*,sc.vtenda, alioqui enim portabant, sed tecta.

Altare,sc.sacrificaturi.

4. *Alienigena*,i.qui de alia Tribu.

5. *Indignatio*, scilicet, Dei, si illi velint ministrare.

6. *Donum*,i.donatos.

7. *Velum*,sc.Tabernaculi. *Externus*,i non sacerdos.

8. *Custodiam*, q.d.in tuam potestatem. Sanctificantur,i.offeruntur. *Legitima sempiterna*,i.iure perpetuo.

9. *In sancta sanctorum*, i. cedit in tabernaculi sancti vsum,q.d.Deo offertur.

10. *Sanctuario*,i.atrio.

Quia consecratum est tibi,i.in tuum vsum,Hebr. Chald.& 70.sanctum erit tibi, i.vesceris,vt re sanctificata.

11. *Primitias*, Hæ erant non minus 60 parte fructuum, non plus 40. dabat vero populus inter vtrumque quod vellet. Vide Hier. Ezech.45.

12. *Medullam*,i.quod optimum.

13. *Initia*,i.primitiæ.

14. *Omne*, excepto cane qui interficiebatur,& asino qui oue redimebatur, vt dicitur Exod. 13. Ita quidam. Ego putarim, excepto cane cætera animalia immunda ad modum asini fuisse oue redimenda, vel ouis pretio. Vide Exod. 43. Deut.24.

16. *Vnum mensem*,sc.ætatis primogeniti hominis.

17. *Super altare*,sc.ad basim altaris.

18. *Pectusculum*,sc.hostiæ pacificæ.

19. *Salis*, i. incorruptum, firmum, & immutabile.

22. *Mortiferum*,Heb.& moriantur,Chal.ad mortem.

23. *Portantibus peccata populi*,quasi dicat, ministrantibus in rebus,per quas expiantur peccata populi,vel puniendis si populum eo admittant,quamquam Hebr.Chald.& 70. non habent populi, sed eorum, quod potest de suis intelligi, quasi dicat, sua, scilicet, si quid erretur in ministerio. Vide sup.

26. *Domino*,Dabantur sacerdotibus.Vide Ioseph. 4.Antiq.4.

27. *Tam de areis*, &c. quasi dicat, perinde ac si offerretis ex propriis areis, &c vt Heb.Chald.& 70.indicant.Vide etiam paulo inferius.

28. *Vniuersis*,pro,de vniuersis.

Accipitis, sub.decimas,vt habent Hebr. Chald. & 70. nam primitias, cum, offerte, coniungengendum.

Aaron, scil. diuidenda inter sacerdotes. Vide Hier.Ezech.45.

30. *Quasi*.&c.Vide sup.

31. *Eas*,sc.decimas vobis datas.

32. *Oblationes*, sc. non faciendo de eis quod dictum est.

CAPVT XIX.

2. *Religio*, victimæ, scil.cæremonia, seu ritus, Heb.Chal.& 70. statutum legis. *Integra*,i. perfectæ.

3. *Immolabit*,i.mactandam curabit.

4. *Tabernaculi*,i.atrij.

5. *Combureique*, scil.sacerdos, cui id fuerit commissum.

9. *Effundet*,Heb.Chald.& 70.ponet, seu reponet.

In custodiam, quasi dicat, vt seruentur diligenter. *Aspersionis*,sic etiam Chald.& 70. Alij,separationis,vel expiationis.

Quia pro peccato vacca combusta est, sub. adeoque ea aqua expiat à peccatis Heb. quia peccatum est,q.d.quia aqua est ad peccatum expiandum, 70. quia purificatio est.Chal.quia pro peccato est.Not. Nullam legis veteris cæremoniam, nullum sacramentum, aut sacrificium peccata expiandi virtutem habuisse,solum enim erant signa, & protestationes Christi mysteriorum, per cuius fidem, & deuotionem tunc peccata remittebantur, propter quas scriptura illis cæremoniis expiationem tribuit,scil.vt dixi,non propter se, sed propter Christum, quem figurabant, cuius meritis, & virtute constat omnis peccati remissio. De nostris vero sacramentis longè alia ratio est. Habent enim suam quandam virtutem,à Christo tamen,peccata remittendi,vt inf.suis locis indicabitur.

10. *Sanctum iure perpetuo*, Heb. statutum perpetuum.Chal.ritum perpetuum, 70. legitimum sempiternum.

13. *Peribit*, q.d.dignus est morte, vel eiicietur, more excommunicatorum. Vide Gen.17.vbi idem verbum vertit delebitur. Significat vero exscindi, seu præscindi.

14. *In tabernaculo*,q.d.domi, vt verterunt 70.

17. *Combustionis,atque peccati*,id est,ad expiationem peccati.Heb.combustionis peccati, i. victimæ pro peccato, sc.vaccæ. Chald.combustionis hostiæ pro peccato, 70. de cinere combusto purificationis.

18. *Homo*,sc.qui sit sacerdos.

22. *Quippiam*,sc.tactum ab immundo.

CAPVT XX.

1. *Venerunt*, scil.è deserto Pharan.*Sin* per ש, non per ס, *Primo*,sc.anni 40.ab exitu ex Ægypto.

4. *Ecclesiam*,Heb.congregationem,70. Synagogam.

6. *Clamaueruntque*, &c. Hæc verba vsque ad murmurationem eorum, non habentur Heb. aut Chald.aut apud. 70.

10. *Num*, &c. Hic Moses dubitauit de Dei potentia,Aug.in Num.q.19.

12. *Sanctificaretis*,i.glorificaretis.

13. *Contradictionis*,sic etiam 70. At Heb.& Chal. iurgij.

Sanctificatus,i.glorificatus,sc.eis suam gloriam, seu potentiam ostendit.

17. *Non bibemus*,sc.gratis,Aug.

20. *Infinita multitudine*, Hebr. populo graui,i. multo,Chal.exercitu multo.

24. *Pergat*,Heb.& Chal.colligatur, 70.apponatur.

Incredulus fuerit,Heb.& Chal.rebelles fueritis, 70.irritastis me.

26. *Colligetur*, sc. ad populum suum. *Et morietur*, pro, i. morietur.

29. *Fleuit*: Non lacrymæ significantur, sed exequiarum celebritas. Hier. ep. 25.

CAPVT XXI.

3. *HOrma*, Hebr. chormah, i. euersio, seu destructio, atque in hanc significationem accipiendum hic anathema.

5. *Nauseat*, Chal. fatigata est, 70. grauata est. *Leuissimo*, sc facilè concoquebatur. 70. vacuo.

6. *Ignitos*, Heb. Seraphim, i. ignitos, seu vrentes, sc. qui mordebantur, vri videbantur.

8. *Æneum*, Heb. & Chal. ignitum, sc. qui ignitum serpentem repræsentet, quod facit æneus. *Pro signo*, i. edito loco, velut vexillum, Heb. super vexillum, seu perticam, sc. super hasta vexillari. Chald. & 70. pro signo.

11. *Ieabarim*, i. aceruis transeuntium, Chal. vado transeuntium. *Contra*, i. versus, seu ad.

13. *Prominet in finibus*, i. extenditur in fines, seu egreditur à finibus, vt indicant Hebr. Chald. & 70.

14. *Dicitur*, Heb. dicetur, pro dicitur: carent enim præsenti, 70. dicitur.

Libro, quis hic liber incertum.

Fecit, sc. victoriam. *Faciet*: Alij, fecit, quod indicant Heb. Chal. & 70.

15. *Scopuli*, &c. quasi dicat, ex scopulis fluens. *Torrens*, transit per Arnon vsque in fines Moab, nempe scopuli torrentium, pro torrentes scopulorum, Chal. effusio torrentium.

16. *Apparuit puteus*, q. d. inde venerunt in locum putei, vel eo loco datus puteus. Chal. inde datus eis puteus.

18. *In datore*, i. cum datore, sc. Mose. *Baculis*, sc. terram aperientes.

20. *Vertice*, i. capite, seu principio, aut extremitate.

27. *In prouerbio*, Hebr. à parabolizantibus, i. iis, qui parabolis vtuntur, 70. ab ænigmatistis. Chald. in prouerbiis.

29. *Chamos*, idolum erat Moabitarum, vide 3. Reg. 11.

30. *Iugum*, i. imperium Chal. Regnum. *Lassi peruenerunt*, Hebr. desolare fecimus, seu vastauimus, Chal. vastauerunt.

32. *Possederunt*, Heb. Chal. & 70. expulerunt.

CAPVT XXII.

3. *ET impetum*, pro vt qui impetum.

5. *Ariolum*, Heb. in Pethorah Chal. in Pethor, Syriæ, sc. vrbis est nomen. 70. Phatyra. *Flumen*, Chal. Euphratem.

Ammon, Heb. Chal. & 70. populi sui.

7. *Pretium*, scilicet, quod daret pro diuinatione.

9. *Deus*, i. Dei Angelus.

17. *Volueris, dabo tibi*, Hebr. Chald. & 70. dixeris mihi, faciam.

18. *Immutare*, Heb. Chal. & 70. transgredi. *Plus vel minus loquar*, Hebr. paruum, vel magnum faciam.

21. *Iratus*, sc. quia malo animo ibat.

25. *Attriuit*, Hebr. Chald. & 70. compressit, seu astrinxit.

29. *Percuterem*, Heb. & Chal. occiderem.

30. *Animal*, Heb. Chal. & 70. Asina.

31. *Pronus in terram*, Heb. Chald. & 70. incuruatus super faciem.

32. *Peruersa*, sc. animo peruerso ibat.

33. *Vineret*, sc. mortua erat.

35. *Pracepero*, Hebr. Chald. & 70. locutus fuero.

36. *Oppido*, Heb. Chal. & 70. ciuitate.

37. *Mercedem aduentui*, Heb. Chal. & 70. honorem tibi.

39. *In vrbem*, &c. Heb. solum est, in vrbem Churfoth, id est, platearum, Chald. in vrbem prouinciæ suæ, 70. in vrbes diuersoriorum, seu stabulorum.

CAPVT XXIII.

1. *SImul*, i. Balac, & Balaam, vt patet ex Hebr. & Chald.

3. *Imperauerit*, Heb. Chald. & 70. ostenderit, seu indicauerit.

4. *Velociter*, Heb. & Chal. solus, 70. recta. Alij in locum editiorem. Alij, sublatus, sc. se inde velociter submouens.

7. *Parabola*, i. prophetia. Sunt enim in Prophetiis parabolæ: sic inf. *Aram*, i. Syria, 70. Mesopotamia.

8. *Quomodo*, Heb. Chal. & 70. quid, i. cur.

9. *Solus*, scil. à gentibus segregatus ob religionem.

Reputabitur, i. connumerabitur, seu miscebitur.

10. *Puluerem*, Chal. paruulos domus Iacob, de quibus dictum est, quod multiplicabantur sicut puluis terræ.

Anima, i. vita, vel q. d. moriar ego.

11. *Iusserit*, Hebr. Chald. & 70. posuerit in ore meo.

14. *Locum sublimem*, Heb. agrum speculatorum, 70. speculam agri Chal. agrum speculæ.

15. *Obuius*, sc. Deo, 70. ego autem ibo interrogare Deum.

19. *Mutetur*, Heb. pœniteat.

21. *Idolum*, &c. Hebr. pro idolo & simulacro, habent, iniquitatem, & laborem, seu præuaricationem, 70. laborem, & dolorem. Chald. idolum, & falsitatem.

Clangor victoria, Chal. maiestas, 70. gloria. Alij, triumphus, vel amicitia.

23. *Iacob*, *& Israel*, pro, de Iacob, & Israel.

24. *Leana*, sic Chald. At Heb. Leo grandis natu, 70. catulus leonis.

CAPVT XXIV.

1. *VT ante*. Apparet illum etiam antea quæsisse auguria, sed Deum ante vertisse.

2. *Irruente*, i. veniente, Heb. fuit super eum Spiritus Dei, Chal. quieuit super eum spiritus prophetiæ.

3. *Cuius obturatus est oculus*, scilicet, cum videt visiones. Alij, pro obturato, vertunt apertum, Chald. qui pulchrè videt 70. verax, & videns.

4. *Cadit*, scilicet, corpore per somnium, vel ecstasim.

Oculi, sc. mentis.

6. *Valles nemorosæ*. Alij, torrentes extensi, Chald. torrentes defluentes, 70. valles vmbrosæ.

Fluuios, Hebræus fluuium, Chald. Euphratem.

7. De

7. *De Situla*, q. d. non ei posteritas deerit, 70. exibit homo de semine eius. Chald. crescet homo, qui vngetur de filiis suis.

Erit in aquas, i. populos, 70. dominabitur gentibus multis. Chald. dominabitur populis multis.

Tolletur, i. eleuabitur, vt est Heb. & apud 70. At Chal. Roborabitur.

Propter Agag, Heb. & Chald. plusquam Agag. est autem sermo de Saul, qui vicit Agag, vel de Dauid. *Rex*, sc. Saul. *Auferetur*, Heb. & Chal. eleuabitur, 70. augebitur.

8. *Deuorabunt*, Hebr. comedent, i. consument, scil. solent consumi quæ comeduntur. *Illius*, pro, suos.

9. *In maledictione*, i. tanquam maledictus.

10. *Complosis*, sc. vt solent irati.

14. *Consulam*, Chal. indicabo, *Populus tuus*, populo huic. Hebr. Chal. & 70. Populus hic populo tuo.

Extremo tempore, q. d. tandem.

15. *Obturatus*, Vide sup.

16. *Oculos*, sc. mentis.

17. *Eum*, sc. Christum.

Orietur stella, &c. Chal. consurget Rex de domo Iacob, & vngetur Christus de domo Israel. *Stella*, sc. de qua Matt. 2. secundum Hier. in Matth. 2. dicerem potius Christum nomine & stellæ, & virgæ intelligi: nec enim illa stella ex Iacob orta est.

Virga, 70. homo.

Vastabitque omnes filios Seth, Chal. dominabitur omnium filiorum hominum. *Filios Seth*, sc. mundum.

19. *Ciuitatis*, i. mundi.

20. *Principium gentium*, i. primi inter gentes, sc. præliati contra Israel, vt Chald. interpretatur. *Cuius extrema*, &c. i. qui tandem aliquando peribit.

21. *Si*, pro, etiamsi, *Nidum*, i. habitationem.

24. *Trieribus*, i. triremibus. Hebr. & Chald. nauibus.

Italia, Chal. Romanis. *Ipsi*, sc. Romani.

CAPVT XXV.

3. INitiatus, Hebr. coniunctus, 70. sacrificauit, Chal. coniunctus cultoribus Beelphegor.

Beelphegor, id est, idolo, quod colebatur in monte Phegor, q. d. se ei consecrarunt eius ritus seruantes.

4. *Contra Solem*, i. coram Sole, sc. publicè. Hebr. Domino, coram Sole. Chald. iudica, occide illum, qui reus fuerit mortis, coram Domino contra Solem.

6. *Madianitidem*, sc. adductam in castra, vt dicitur Heb.

7. *Pugione*, Hebr. Chald. & 70. hasta, seu lancea.

8. *Genitalibus*, scil. Mulieris, vt dicunt Hebr. & Chal. At 70. per ventrem. *Plaga*, sc. qua à Deo percussi, Chal. pestis.

9. *Occisi*, sc. à Deo, peste.

12. *Pacem*, q. d. omnino fruetur mea promissione, nemine impediente.

Pacem fœderis mei: Sic etiam Chal. At Heb. & pactum meum pacis.

13. *Expiauit*, &c. Chald. & 70. placauit pro filiis Israel.

18. *Sororem*, q. d. popularem, seu ciuem suam.

CAPVT XXVI.

1. POstquam, &c. Hebr. & 70. post plagam dixit, Chald. post pestem dixit.

3. *Super Iordanem*, id est, prope Iordanem, sic & inf.

10. *Et factum est*, &c. Heb. Chald. & 70. & fuerunt in signum. Core autem filij non sunt mortui, in signum autem, id est, in exemplum, scil. cæteris.

51. *Recensiti*, scil. secundo. Nam qui primo, scil. sup. cap. 1. non sunt ingressi terram promissam. Vide inf.

53. *Vocabulorum*, i. familiarum, quæ vocabulis distinguuntur.

54. *Pluribus*, i. maiori tribui.

55. *Sors*, scil. pro maiori portione inter maiores tribus, & familias sors mittebatur, & pro minori inter minores. Ita simul & ratione, & sorte agebatur.

58. *Hæ sunt*, q. d. etiam hæ familiæ ex Leui ortæ.

59. *Filiam*, i. neptem Not. fuisse eodem nomine, sc. Iochabed appellatam, & filiam Leui & neptem secundum quosdam.

CAPVT XXVII.

3. IN peccato, i. ob peccatum, scil. murmurationes contra Dominum.

11. *Sanctum*, pro, sancitum, Heb. statutum. *Lege perpetua*, Heb. Chal. & 70. iudicij, sc. quod iudices seruare debeant.

14. *Sanctificare*, i. glorificare. *Super*, i. ad.

16. *Spirituum*, i. animarum.

Omnis carnis, i. omnium hominum, q. d. qui nosti corda.

17. *Exire, & intrare*, i. regere. *Educere*, sc. ad bellum.

Introducere, sc. in vrbem, vel terram promissam, vel q. d. qui domum reducat.

20. *Gloria*, i. auctoritatis, vel secundum Aug. q. d. facies eum socium gloriæ tuæ.

21. *Consulet Dominum*, Hebr. petet iudicium. Vrim coram Domino. Chal. consulet pro eo in iudicio illuminationis coram Domino. Not. quod sacerdos summus, cum Deum consulebat, adhibebat Pectorale, seu Rationale, vbi Vrim & Thumim. itaque 1. Reg. 23. Applica, inquit, ephod.

Eius, scilicet, Domini, vel Eleazari consulto Domino.

CAPVT XXVIII.

2. IN censum, i. victimas, quæ incenduntur, seu cremantur.

Per tempora sua, i. statis temporibus.

3. *Anniculos*, i. non maiores anno vno, scil. intra annum ætatis, sed post octauum diem.

4. *Ad vesperum*, Hebr. inter duas vesperas. Vide Exo. 12.

5. *Habeat*, sc. olei.

6. *Incensi*, scil. holocausti Hebr. ignitionis, sic inf.

7. *Libabitis*, id est, effundetis, scil. ad Dei honorem.

9. *Duos*, sc. præterea, alterum quidem mane, alterum autem vesperi, vltra illos duos quotidie offerendos in holocaustum.

11. *Calendis*, celebrabatur id festum ob beneficium gubernationis secundum D. Thom. vt sabbatum ob creationem, vel secundum alios, vt tem-

porum initia velut primitiæ offerrentur, licebant autem opera seruilia in hoc festo. Ideo in Leui. Inter alia festa non connumeratur quibus ea opera non licebant.

13. *Decima*, i. ephi, quæ est decima pars Cori Hebr. & 70. decimam, quasi dicat, vnam decimam per singulos: sic inf. Vide c.29. Chal. singulas decimas.

15. *In holocaustum*, Heb. & Chal. vltra holocaustum.

18. *Venerabilis & sancta*, pro celebritas sancta, quasi dicat, solemnissima, seu celeberrima, sic & inf.

19. *Incensum holocaustum*, pro, sacrificium holocausti ignitum, Chald. oblationem holocausti.

24. *Fomitem ignis*, q.d. holocaustum.

Qui surget, &c. Heb. & Chal. vltra holocaustum iuge, & eius libamen.

26. *Primitiuorum*, sc. nouarum frugum. *Hebdomadibus*, sc. septem.

28. *Per arietes duas*, i. per singulos arietes decimas duas. Vide supra.

CAPVT XXIX.

4. *QVi simul sunt agni septem*, Chal. sic fiet omnibus septem, sic sup. & inf. in similibus locis Hebr. Sensus est, per vnumquemque ex septem.

7. *Affligetis*, sc. ieiunio.

14. *Id est simul*, pro, ex, q.d. vnicuique ex duobus, vt Heb. & Chal. indicatur.

17. *Altero*, i. secundo.

35. *Celeberrimus*, Heb. retentio, sc. populi. Chald. collecta, alij, cœtus, seu congregatio, scilicet, populi.

CAPVT XXX.

4. *ET se*, pro, aut se, vel est repetitio, & sumitur iuramentum pro voto. Vide inf. proximè.

Et iuramentum, pro, aut iuramentum, vel est repetitio, sumiturque iuramentum pro voto. Vide sup. proximè.

Voti rea, i. obligata voto.

7. *Et semel*, pro, aut semel, vt apparet ex Heb.

11. *Domo viri*, nam sup. de coniugata, sed nondum domum ducta. Aug. ait supra dictum de votis ante coniugium, nunc de factis in domo viri: quidam dicunt esse sermonem de viduæ voto, facto tempore, quo erat cum viro.

Et iuramento, pro, aut iuramento, sic inf.

15. *Et in alteram diem*, &c. Heb. sensus est, si tacuerit de die in diem, sc. nihil dicendo, rata habebit vota, quod si postea contradixerit, ipsa quidem non tenebitur, sed ipse peccati reus erit. Idemque indicant Chal. & 70.

16. *Contradixerit*, sc. non statim, vt resciuit, sed postea vbi diu dissimulasset.

Portabit ipse, &c. q.d. ipse à Deo punietur, non illa, quia impedita à viro, non potest præstare.

17. *Vel quæ*, pro, seu quæ: est enim explicatio.

CAPVT XXXI.

6. *ET tubas*, pro, id est tubas, vel per vasa intelligitur Arca fœderis cum suis instrumentis.

8. *Principes gentis*, Heb. Chal. & 70. reges Madian.

Balaam, sc. vel redierat ad Balac, vel non recesserat nisi in locum suũ, i. hospitium, Aug. in Nu. q. 61.

12. *Autem*, pro, etiam, vt apparet ex Heb. Chald. & 70. vel indicatur, sibi ea retinuisse.

16. *Peccato Phegor*, i. cultu idoli Phegor.

21. *Præceptum*, Hebr. & Chald. statutum, seu decretum.

23. *Sanctificabitur*, i. purgabitur, seu purificabitur, vt patet ex Heb. Chald. & 70. & Not. quod Hebraicè etiam igni purgata iubentur aqua expiatoria mundari.

29. *Primitiæ*, Heb. oblatio.

30. *Ex media*, &c. scilicet, ex iis, qui ad bellum non ierant, quibusque data media pars prædæ.

Quinquagesimum caput, id est, vnum ex quinquaginta.

50. *Vt depreceris Dominum*, Heb. ad expiandum coram Domino, Chald. & 70. ad propitiandum coram Domino.

53. *Vnusquisque*, &c. q.d. illa fuit oblatio ducum: nam sibi milites retinuerunt quæ rapuerant in bello, vel q. d. illud oblatum fuit de iis, quæ sibi in bello ceperant: ceperat enim sibi quisque quod potuit.

53. *In monimentum*, &c. q. d. vt Deus filiorum Israel recordaretur.

CAPVT XXXII.

9. *FInes*, quos Hebr. Chald. & 70. terram quam.

12. *Cenezæum*, videtur ita dictus à patre Cenez. Vide Ios. 5.

14. *Incrementa & alumni*. Hebr. multiplicatio, 70.

Alumni, Chal. discipuli.

15. *Necis*, Hebr. perditionis, seu corruptionis Chal. damni.

17. *Accincti*, i. prompti, Heb. festinantes Chal. expediti. *Ante filios*, 70. priores in antecustodia filiorum, &c. vulgo Vanguardia.

20. *Domino*, i. arca Domini.

23. *Apprehendet vos*, i. pro eo puniemini.

38. *Versis*, &c. q.d. aliis nominibus eas appellantes.

CAPVT XXXIII.

1. *MAnsiones*, sic etiam Chald. & 70. Alij, profectiones.

In manu, id est, ducibus, seu ducentibus.

Altera, i. postea, *Phase*, i. diei, quo Phase immolarunt, seu diei Paschæ. *Manu excelsa*. sc. diuina virtute.

4. *Nam*, abundat, nec est Hebr. Chald. aut in 70.

Diis. Dicunt Hebræi, illa nocte, qua est egressus populus, omnia Ægypti templa corruisse. Hier. epist. 127.

Vltionem, Heb. iudicia.

5. *Ethan*, nomen loci, vnde dictum desertum Ethan.

7. *Contra*, i. prope, vt appareat ex Heb. & 70. Vide inf.

Respicit, Heb. Chal. & 70. est ante.

10. *Super*, i. prope.

11. *Sin* per ס, s.

36. *Sin* per צ, ts.

48. *Supra*, i. prope, vel vltra.

Contra, i. è regione.

49. *Planioribus locis*. Hebr. & Chald. campestribus.

52. *Titulos*, i. aras, vel columnas, vel delubra. Chald. templa.

53. *Mundametis*, &c. Heb. expelletis habitatores terræ, & habitabitis in ea 70. perdetis habitatores terræ, & habitabitis in ea. Chald. possidebitis terram, & habitabitis in ea.

54. *Pluribus* &c. Vide sup. c. 26.

55. *Interficere*, Hebr. & Chal. expellere, 70. perdere.

Quasi claui, &c. quasi d. molestissimi. Alij vertunt, cultros, seu gladios. Chal. sument arma contra vos.

56. *Facere*, sc. si mihi obediretis.

CAPVT XXXIV.

2. *His finibus terminabitur*, Hier. ep. 129. Non acceperunt, inquit, Iudæi tam multa, quia præcepta Dei non obseruarunt.

3. *Sin* per צ tſ. *Salsissimum*, sc. mortuum.

4. *Circuibunt*, sc. termini. *Senna*, pro Sin.

5. *Torrentem*, scilicet, Rhinocoluram. Vide Genes. 15.

7. *Altissimum*, Heb. & Chal. Hor. est autem alius ab illo, in quo mortuus Aaron.

8. *Emath*, quidam Antiochiam putant. At Hier. epist. 129. epiphaniam Syriæ.

11. *Rebla*, Hier. putat esse Antiochiam.

Contra fontem Daphnim, Hebr. Chald. & 70. ab oriente Hain i. fontis

Ceneteth, sc. ad lacum Genesareth.

15. *Semis tribus*, pro tribus, & semis, i. dimidia, q. d. duæ tribus, & dimidia.

CAPVT XXXV.

3. *Suburbana*, i. prædia prope vrbes.

4. *Mille*, 70. bis mille passuum, Heb. Chal. & 70. cubitorum. Not. quod erant, vt statim dicitur, duo millia, vndique, sed in prioribus mille, non licebat plantare aut ædificare, vel spatium illud duorum millium passuum incipiebat post milliare à ciuitate, vel passus continebat duos cubitos. Hebr. tamen eadem vox est, quam interpres vertit passum, & cubitum. Fortè verior est sententia, quod dictum est prius mille, explicari postea, vt intelligatur mille bis. sc. duo millia, q. d. spatium per mille passus extendetur, nempe bis mille in omnem partem.

6. *Auxilia*, i. refugium.

Fuderit, sc. hominem occidendo.

8. *Mensuram*, i. proportionem, seu quantitatem.

11. *Nolente*, sic 70. At Heb. & Chal. per ignorantiam, seu, errorem: sic etiam inf.

19. *Interficiet*, i. data sententia à Iudice, poterit interficere: sic inf. Vide Deut. 19. & August. q. 65. in Num. Chal. & hic, & inf. addit, quando fuerit condemnatus in iudicio.

21. *Iugulabit*, Heb. interficiet.

24. *Ventilata*, i. discussa, seu examinata.

26. *Extra fines*, scil. egressus, vt patet ex Heb. Chald. & 70. & sequentibus.

29. *Sempiterna*, Heb. & Chal. statuta, seu decreta in generationibus vestris.

30. *Punietur*, Heb. occidetur.

34. *Emundabitur*, Heb. non polluetur.

CAPVT XXXVI.

7. *Vxores*, sc. quæ succedunt in hæreditate paterna, q. d. tales non ducentur nisi ab iis, qui fuerint ex eadem tribu.

8. *Fœmina*, scilicet, succedentes in paterna hæreditate.

13. *Supra*, i. prope, vt vertit Chald.

DEVTERONOMIVM.

Scilicet, de secunda Legis promulgatione.

CAPVT I.

1. *Trans*, sc. respectu Palæstinæ.

Contra, i. è regione.

Vbi auri est plurimum, Hebr. & Dizahab, 70. & Aurifodinas. Chal. vbi dixit: Correptos Iudæos trans Iordanem de peccatis commissis in deserto, & in campestribus, & in Pharan, & in Hasaroth, addit hic & de eo, quod fecerunt vitulum aureum.

2. *Vndecim diebus*, sc. itur, Chald. & 70. iter est vndecim dierum, quod fortè additum à Mose, quia sequenti cap. docturus erat viam, deinde breuiorem vix potuisse ab illis 38. annis confici: tanti refert Deum fautorem habeas an vltorem.

7. *Reuertimini*, Heb. vertite vos. *Maris*, sc. magni.

8. *Fratres*, i. cognatos. *Filios*, i. posteros.

15. *Nobiles*, Hebr. notos, i. spectatæ probitatis.

Qui docerent vos singula. Heb. præfectos tribubus vestris, seu in tribubus vestris, vt vertit Chal.

17. *Accipietis*, Heb. & Chal. timebitis.

Dei iudicium, scilicet, sustinet Iudex personam Dei.

28. *Enacim*, id est, Gigantum, quasi dicat, Gigantes. Sic Homerus filios Achiuorum, pro Achiuos, & Scriptura, filium hominis pro hominem. Anac nomen proprium gigantis.

33. *Metatus est*, id est, designauit, explorauit.

36. *Robora*, q. d. iube esse bono animo.

45. *Audiuit*, scil. volentes ingredi terram promissam.

CAPVT II.

1. *Solitudinem*, sc. Sin.

3. *Sufficis circuire*, i. satis circuistis.

4. *Videte*, i. cauete.

7. *Benedixit*, i. benefecit.

8. *Moab*, est id vrbis, & prouinciæ nomen in finibus Arabiæ.

11. *Emim*, i. terribiles seu horrendos.

12. *Possessioni*, i. quam postea possedit.

14. *Congregatio*, 70. generatio.

15. *Manus*, i. potentia.

20. *Zamzummim*, i. flagitiosos, sceleratos.

25. *Sub omni cœlo*, i. vbique.

28. *Tantum*, i. satis.

29. *Fecerunt*: Apparet fecisse postea quod antea negauerant, saltem fecisse aliquos, scil. prope quos transibant.

CAPVT III.

1. B*Asan*. Hæc est Traconitis regio.
2. *Traditus est*, Heb. eum tradidi, pro tradã.
11. *Restiterat*, i. remanserat.

Virilis manus, q.d communis, seu vulgaris: mensuratur enim cubitus palmo.

14. *Filius*, i. nepos.

17. *Cenereth*, id est, maris, seu lacus Genesareth.

Salsissimum, scil. mare mortuum. *Contra*, pro, ad.

25. *Egregium*, sc. in quo templum ædificandum, Deusque colendus, vel montem.

Libanum, intelligit, vt quod sequitur, sit explicatio.

Libanum, sc. montem, vel locum, vbi templum ex cedris Libani ædificandum, 70. Ante Libanum, Chald. Domum sanctuarij. Notant quidam dictum Libanum, id est, album ob perpetuas niues, vel quia thure abundat, quod Hebraicè Lebanon dicitur.

26. *Sufficit*, scilicet, quod à me hactenus accepisti.

28. *Præcedet*, i. ducet. *Visurus es*, pro vidisti, vt verterunt 70.

29. *Phanum*, i. templum.

CAPVT IV.

2. L*Oquor*, Heb. Chal. & 70. præcipio.
3. *Cultores*, sc. Madianitas.

7. *Grandis*, i. eximia, seu excellens. *Deos*, Chal. & 70. Deum.

Appropinquantes, i. fauentes.

8. *Ceremonias*, Heb. & Chal. statuta: sic & inf. *Et vniuersam legem*, Heb. Chal. & 70. vt vniuersa lex, sc. est.

Proponam, Heb. Chal. & 70. Do, i. pono.

9. *Et animam*, pro, i. animam.

Verborum, i. rerum.

11. *Cælum*, Heb. cæli cor, i. medium.

19. *Creauit*, Heb. & 70. diuisit, seu distribuit, Chal. præparauit. Alij impertiuit.

20. *Fornace ferrea*, i. seruitute durissima. *Hæreditarium*, i. qui sit velut hæreditas eius. *Est*, i. apparet.

21. *Propter sermones vestros*, i. vestri causa.

23. *Sculptam similitudinem*, pro, sculpturam aut similitudinem, vt Heb. indicant. Chal. simulacrum, aut similitudinem.

24. *Ignis*, pro, velut ignis. *Æmulator*, i. zelotes. sc. qui non patitur alium pro Deo coli, sed vult solus coli.

26. *Cælum & terram*, id est, cælestes & terrestres.

27. *In nationibus*, i. inter gentes.

29. *Tota tribulatione animæ tuæ*, Heb. Chal. & 70. tota anima tua, in tribulatione tua.

30. *Reuerteris*, pro, si reuerteris.

32. *A summo*, i. extremo, q. d. quære ab Oriente ad Occidentem.

33. *Vexisti*, sic etiam 70. At Hebr. & Chald. vexit, seu vexerit.

34. *Horribiles visiones*, Chal. & 70. visiones magnas. Alij tortores magnos. Vide Sap. 17. & 18.

38. *Deleret*, Hebr. & Chald. expelleret, 70. perderet.

42. *Nolens*, Hebr. Chald. & 70. per errorem, seu ignorantiam.

44. *Ista*, sc. de qua seq. cap.

48. *Sion* per ש scribitur. *Sion* autem, qui in Ierusalem per צ.

CAPVT V.

1. I*N auribus vestris*, i. vobis audientibus.
3. *Non*, pro, non solum, sic Gen. 32. Non vocabitur, sc. solum, vel q.d. non cum illis, qui in Ægypto mortui, vel *iniit*, pro, init, q.d, Nunc vero iterum init, seu renouat nobiscum, &c.

4. *Facie ad faciem*, Chal. verbum verbo, q.d. per manifesta verba. *Nobis*, Hebr. Chal. & 70. nobiscum.

7. *Non habebis*, &c. futura pro imperatiuis.

9. *Tertiam*, i. nepotes, vel pronepotes. Vide Num. c. 14.

11. *Frustra*, Heb. & 70. in vanum.

Super te vana, i. vane, sc. falso. vanum enim quod veritate vacuum. Hebr. eadem vox, quam supra vertit frustra, & infra num. 20. vertit falsum.

12. *Sanctifices*, i. sanctè colas.

14. *Sabbati*, pro sabbathum. *Id est requies*. Id additum ab interprete. *Domini*, i. ad honorem Domini.

15. *Obseruares*, Hebr. faceres, i. celebrares, scil. in memoriam illius beneficij.

22. *Magna*, i. clara, exaudibili, *addens*, q.d. semel tantum locutus.

25. *Caro*, i, homo.

26. *Quid est omnis*, &c. potest etiam ex Hebr. sic verti. Quis vnquam audiuit viuentis Dei vocem, qui de medio, &c. & vixit: in quem sensum videntur 70. vertisse At Chal. vt noster.

29. *Quis det*, pro, vtinam, q. d. vellem, seu opto.

31. *Ceremonias*, Hebr. statuta, Chal. pacta, 70. iustificationes, & sic fere solent vbicunque nos ceremonias legimus.

33. *Protelentur*, i. prorogentur.

CAPVT VI.

3. A*Mplius*, Heb. Chal. & 70. valde.
7. *Narrabis*, Hebr. repetes, id est, inculcabis.

Dormiens, i. accumbens, vt dormias.

8. *Mouebuntur*, Hebr. erunt vt frontalia, vide cap. 11.

9. *Et ostiis*, pro, i. ostiis, sc. postibus.

11. *Extruxisti*, Hebr. Chald. & 70. impleuisti.

13. *Iurabis*, non iubet iurare, sed prohibet per alium nomen iurare, Aug. in Deut. 12.

15. *Æmulator*, i. qui consortem in amore non patitur, scil. vult se solum, vt Deum coli, & summe amari, vt par est.

16. *Tentationis*. Vide Exod. 17.

18. *Placitum*, Heb. & Chal. rectum.

20. *Cras*, i. posteris temporibus.

24. *Legitima*, Hebr. statuta, Chald. præcepta, 70. iustificationes. *Vita nostra*, Heb. & Chald. vt viuificet nos, 70. vt viuamus. *Est*, i. apparet.

25. *Nostri misericors*, Heb. iustitia nobis, i. misericordia, 70. misericordia nobis, Chald. præmium nobis.

Coram Domino, i. sic, vt ei placeamus.

CAPVT VII.

6. De cunctis, Chal. & 70. præ cunctis.
7. *Vobis iunctus est*, i. vos est complexus, & valde, Chald. complacuit in vobis, 70. assumpsit vos.
8. *Custodiuit*, i. seruauit.
9. *Mille*, i. plurimos.
10. *Reddens*, sc. pœnam.
14. *Inter omnes*, Hebr. Chal. & 70. super omnes.
15. *Nouisti*, i. vidisti, sc. quibus plagis Ægyptum percusserim.
16. *Deuorabis*, Chal. consumes. *Omnes populos*, 70. omnia spolia gentium.
19. *Plagas*, Hebr. & 70. tentationes, Chal. mirabilia.
20. *Crabrones*, sc. muscas venenatas. *Latere potueris*, Heb. Chal. & 70. latuerint.
22. *Pariter*, Heb. Chald. & 70. cito, i. subito. *Bestia terra*, i. feræ.
25. *Offendas*, Heb. illaqueeris.
26. *Anathema*, q.d. ne fias Deo abominationi, & ab eo destruaris.
Anathema est, i. debet prorsus destrui.

CAPVT VIII.

1. Caue, pro, vide.
2. *Nota fierent*, non vt ipse cognosceret, inquit Aug. q. 13. in Deut. Heb. vt sciret, i. scire faceret, Chal. vt sciretur: & sic etiam potest verti ex Heb. 70. verterunt vt noster.
3. *Penuria*, Heb. Chal. & 70. fame. *Verbo*, i. re, q. d. in eo, quod Deus voluerit. *Ore*, i. voluntate, seu imperio, sc. quod voluerit, seu iusserit.
4. *Subtritus*, sc. deficientibus calceis, q.d. nec calcei vetustate consumpti. Vide inf. c. 29. Chal. calceamenta tua non sunt contrita, 70. pedes tui non occalluerunt. Hebr. pes tuus non tumuit, seu non fuit discalceatus.
5. *Vt recogites*, Heb. & recogitabis, seu recogita. Chal. & 70. & scies, seu cognosces.
9. *Lapides ferrum*, q.d. vbi fodinæ ferreæ.
15. *Dipsas*, serpens est, qui morsu inducit sitim maximam, vnde & nomen accepit Heb. & Chald. locus siticulosus, q.d. aridus, seu sine aqua, vt statim explicatur, 70. δίψα, *dipsa*, i. sitis.
20. *Deleuit*, pro, delebit, vel loquitur de iam deletis.

CAPVT IX.

1. Hodie, i. hoc tempore, seu paulo post.
2. *Enacim*, i. gigantum. Vide sup. c. 1.
Vidisti, Hebr. nosti, q.d. de quibus per auditum nosti, quod nemo eis possit resistere, in quam etiam sententiam vertunt Chal. & 70.
4. *Deleta sint*, scil. illo tempore, vel pro, delendæ.
5. *Æquitatem*, Heb. & Chal. rectitudinem. *Delete*, pro, delendæ.
12. *Demonstrasti*, Heb. præcepi, Chal. & 70. præcepisti.
17. *Proieci*, vide Exod. 32. *Torrentem*, i. aquam torrentis, quam, sc. eis dedit potandam.
22. *Intendo*, vide Num. 11.
Tentatione, vide Exod. 17. *Concupiscentiæ*, vide Num. 11.
25. *Iacui*, &c. Redit ad id, quod supra dixerat, nisi fortè bis id factum fuerit, terque fuerit in monte per 40. dies, & 40. noctes.

CAPVT X.

6. Beroth, dicitur etiam Cades. Vide Numer. 20.
Mosera, dicitur etiam Hor. vide Num. 20.
Mortuus, scilicet, 40. anno postquam peccauit Exod. 32.
7. *Gadgad*, dicitur etiam Oboth. Num. 20.
8. *Separauit*, Heb. Chald. & 70. separauit Dominus.
Benediceret, id est, benè precaretur populo. Vide Num. 6.
10. *Steti*, videtur redire ad id, quod dixit in fine c. 9.
14. *Cœlum cœli*, Heb. cæli cælorum, i. cæli altissimi, vel q.d. & cæli, qui apparent, & qui supra illos sunt.
15. *Et tamen*, Heb. tantummodo. *Et amauit*, explicatio præcedentis.
16. *Circumcidite præputium*, i. auferte impedimenta.
17. *Munera*, sc. vt iudicet iniustè, vel propter illa.
20. *In nomine illius*, sc. & non per Idola.
21. *Laus tua*, i. de quo gloriari debes, vel quem semper laudare.

CAPVT XI.

1. Præcepta, Heb. obseruationem, i. quæ obseruari vult, sc. quæ sequuntur, cæremonias, &c.
2. *Cognoscite*, i. cogitate, recordamini. *Disciplinam*, sc. qua vos Dominus erudiuit.
10. *Ducuntur*, sc. per sulcos.
12. *Inuisit*, 70. visitat, Heb. quærit, Chal. requirit, q.d. curat.
14. *Dabit*, sic 70. At Heb. & Chal. dabo. *Temporaneam*, sc. Autumno iacta semente. *Serotinam*, sc. Vere, quando seges grandior.
18. *Collocate*, Heb. sint in frontalia.
19. *Illa meditentur*, Heb. de illis loquantur. *Accubueris*, sc. vt dormias.
20. *Super postes*, Hyperbolica commendatio. Aug. in Deut.
21. *Quamdiu cœlum imminet terræ*, Heb. Chal. & 70. sicut dies cæli super terram.
23. *Eas*, i. earum bona.
24. *A deserto*, sc. Meridie. *Libano*, scil. Septentrione.
Euphrate, sc. Oriente, ex parte. Not. id accidisse tempore Salomonis.
26. *Benedictionem*, & maledictionem, i. felicitatem, & infelicitatem.
28. *Ostendo*, Heb. Chal. & 70. præcipio.
Ignoratis, scil. esse Deos: solum enim verum Deum nostis esse Deum, vel q.d. antea vobis ignotos.
29. *Garizim*, Vide inf. 27. c. & Iosu. 8.
30. *Contra*, i. è regione. *Quæ est iuxta*, &c. pro iis omnibus, Hebr. est solum, iuxta Elone, i. querceta Moreth (qui locus secundum quosdam est iuxta Sichem. At Hier. in locis Heb. ait Garizim, & Hebal esse prope Iericho, & non prope Sichem. At Iud. 9. apparet Garizim esse prope Sichem. Sed diceren esse alium eodem nomine) Chald. in latere planitiei Moreh, 70. prope excelsam quercum.
31. *Ponam*, Hebr. & 70. do i. propono, Chald. pono.

CAPVT XII.

4. ITa, scilicet, vt gentes quouis loco sacrificantes, &c.

6. *Manuum*, i. manibus oblatas, vel manuum labore prouenientes.

7. *Lætabimini*, i. prosperabimini.

11. *Quicquid præcipuum*, &c. Hebr. omnem electionem votorum vestrorum, i. quidquid ex animi electione voueritis. Chald. omnia optima votorum vestrorum, 70. omne electum donorum vestrorum, &c.

12. *Epulabimini*, Hebr. Chald. & 70. lætabimini.

15. *Benedictum*, i. opes. *Siue immundum*, &c. Chald. & 72. tam immundus, quàm mundus comedet eam, sicut capream, &c. & sic noster vertit infra locum similem.

Capream, & ceruum, quæ, scilicet, animalia munda, quibus vesci licet, etsi non offerre.

16. *Quasi aquam*, id est, totum, vt nec gutta remaneat.

17. *Decimam*, Vide infra cap. 14 quam liceret comedi.

19. *Derelinquas*, i. deseras.

23. *Pro anima est*, q. d. eo vita alitur, & conseruatur.

30. *Ceremonias*, Hebr. Chald. & 70. deos.

32. *Tantum facito*, i. ne quid aliter facias addendo, aut minuendo, vt statim dicitur. Alioqui non esset locus Christi præceptis legi additis, quæ tamen non sunt contraria iis, quæ hic præcipiuntur.

CAPVT XIII.

1. PRophetes, i. qui se Prophetam dicat

3. *Palam fiat*, Chald. sciatur.

9. *Interficies*, scil. per sententiam Iudicis prius condemnatum, illi enim prius denuntiandus, vt 70 indicant.

13. *Belial*, i. sine iugo, q. d. impij, peruersi. Hieron. 4. Ephes. ait diabolum etiam dictum Belial, quod à se Dei iugum abiecerit.

16. *Domino*, i. in Domini honorem. *Tumulus*, i. aceruus lapidum.

17. *Anathemate*, i. rebus illis, quæ debent prorsus destrui.

18. *Audieris*, i. obedieris.

CAPVT XIV.

1. EStote, sic etiam 70. At Hebr. & Chald. estis. *Incidatis*, scil. cultris, aut vnguibus more Gentilium.

Caluitium, scil. tonsa capitis parte anteriori. Hebr. Caluitium inter oculos vestros. *Super mortuo*, i. ob aliquem defunctum.

2. *De cunctis*, Chald. præ cunctis.

5. *Bubalum*, i. bouem syluestrem. *Tragelaphum*, id est, Hircoceruum. Alij Hircum syluestrem. *Pygardum*, species est Aquilæ. Alij, Damam. Alij, vnicornum, scil. incerta significatio est nominum Hebræorum, præsertim propriorum animalium, herbarum, lapidum, &c. eoque tanta varietas interpretum.

7. *Cheregryllum*, Chald. cuniculum.

10. *Et squamis*, pro, aut squamis.

12. *Haliaetum*, i. marinam Aquilam.

13. *Ixion*, vulturis genus est.

18. *Onocrotalum*: Alij ciconiam.

19. *Reptat* sc. quatuor pedibus, vt dicitur Leu. 11.

21. *Hædum*. Vide Exod. 23.

23. *Comedes*, scil. de parte eius decimæ, quæ dabatur Leuitis Ierosolymitanis. Vide Num. 18. Quidam tamen aiunt significari hic secundam decimam, & paulo inferius tertiam.

Primogenita. Hæc dabantur sacerdotibus, vt dicitur. Numer. 18. sed, vt hic indicatur, etiam ex ipsis edebant offerentes. Vide cap. sequenti & Ioann. 2.

28. *Tertio*, scilicet, in fine, vt indicant Hebr. Chald. & 70.

Aliam, scil. præter eam, quæ quotannis debebatur.

CAPVT XV.

1. SEptimo, scilicet, in fine, vt indicant Hebr. & 70.

3. *Peregrino*, i. non Iudæo, à Iudæo, qui non erat soluendo, repeti non poterat.

4. *Mendicus*, q. d. ne patiare Iudæum mendicare, sed subueni. Vide paulò inferius, vbi ait, non defuturos pauperes, vel significat tantam fore bonorum abundantiam, si Dei legem seruent, vt nemo cogatur mendicare: alioqui non defuturos pauperes.

6. *Fœnerabis*, i. mutuum dabis.

9. *Fiat tibi in peccatum*, i. Fias reus peccati, vel pro peccato puniaris.

11. *Pauperes*, scil. priuati, nam publici mendici non erant, vt quidam volunt. At videtur contradicere Luc. c. 16. Vide supr.

12. *Venditus*, sc. se ipse vendiderit. Not. quod tales non dimittebantur, nisi post septem annos, etiam si interueniret annus remissionis.

14. *Viaticum*, Hebr. quod portet onustus, q. d. abundanter.

17. *Similiter facies*, sc. donando libertate, non autem perforando aurem.

18. *Non auertas*, &c. Hebr. Chald. & 70. Ne tibi durum videatur, quod eum liberum dimiseris. *Iuxta mercedem*, q. d. illud seruitium est meritum libertatis, tanquam mercedis, Hebr. & Chald. duplici mercede mercenarij, i. duplici tempore quam solet mercenarius. Hic enim apud Hebræos per tres annos solum operas locabat.

19. *Sanctificabis*, i. offeres, vt rem sanctam, seu dedicatam Deo.

20. *Comedes*, scilicet, partem datam à sacerdotibus.

23. *Quasi aquam*, scilicet, ita vt nihil remaneat.

CAPVT XVI.

1. FAcies Phase, id est, immolabis Agnum Paschalem, vel victimas in Pascha offerri solitas. Vide Ioann. 18.

2. *Et de bobus*, sc. victimam aliam, Chald. & victimam sanctificatam de bobus.

3. *Afflictionis*, sc. Ægyptiacæ monumentum. *Pauore*, sc tanto, vt non potueris panem fermentare. Hebr. Chald. & 70 festinatione.

6. *Occasum*. Hinc apparet, quid sit inter duas vesperas. Vide Exod. 12. *Quando*, sc. illa nocte egressi, vt supra dictum est. 7. *Consurgens*, sic etiam Chald. At Hebr. & 70. vertens te, q. d. reuerteris.

Coques, i. parabis, sc. assando.

8. *Collecta*, i. solemnitas, sc. collecto populo. *Opus*, sc. seruile. Vide Leuit. 23.

9. *Ab ea die*, &c. id est, ab ea die quo est oblatus

tus manipulus primitiarum, qui primum metitur, vt interpretatur Chald.

10. *Iuxta benedictionem*, &c. i. pro facultatibus tibi à Deo datis.

11. *Epulaberis*. Hebr. Chal.& Septuaginta, lætaberis, sic & infra.

Habitet nomen eius, i. colatur ipse.

18. *Magistros*, sc. viros sapientes, Hebr. & Chald. Præfectos. 70. magistros.

19. *Non accipies*, &c. alloquitur Iudices. *Personam*, q.d. ne habeas respectum, seu rationem dignitatis litigantis. *Mutant*, Hebr. & Chald peruertunt. *Verba iustorum*, i. causas iustas. Chald. verba recta.

20. *Iuste quod iustum*. Sic etiam 70. At Hebr. iustitiam, iustitiam, i. ipsam iustitiam, seu nihil aliud nisi quod iustum est. Chald. quod iustum est, & verum.

22. *Quæ odit*, q.d. ritu gentilico, seu modo quo solent idololatræ.

CAPVT XVII.

1. *AVt quidpiam*, pro, id est, quidpiam.

2. *Portarum*, i. vrbium.

3. *Omnem militiam cæli*, i. aliquam ex cœli stellis. 70. aliquid ex ornatu cœli.

7. *Malum*, id est, auctorem mali. Chald. facientem quod malum est. Id est imitatus Paulus 1. Corinth. 5.

8. *Sanguinem, & sanguinem*, &c. q. d. in causa sanguinis, litis & lepræ, scil. condemnandus ne sit aliquis, an non. *Lepram, & lepram*, Hebr. plagam, & plagam, i. lepram, & lepram, vt verterunt etiam Chald. & 70.

9. *Iudicem*, sc. supremum.

10. *Facies*, id est, iudicabis, seu exequeris.

11. *Iuxta legem*. Hebr. iuxta sermonem legis, quem te docuerint, q. d. iuxta interpretationem legis quam dederint.

Sequerisque sententiam eorum, Hebr. Chald. & 70. & iuxta iudicium, quod dixerint tibi, facies. Atque huc videtur respexisse Christus, cum dixit Matth. 23. Quæcunque dixerint vobis seruate & facite: quæ duo loca sufficere deberent Hæreticis ad resipiscendum, & obediendum Romano Pontifici, & Catholicis Episcopis.

12. *Sacerdotis*, scil. summi. *Et decreto Iudicis*. Hebr. & Chald. vel Iudicis, 70. vel iudicis qui fuerit diebus illis: videtur autem esse explicatio præcedentis, sicut sup. cum dixit, & ad iudicem, vel q. d. sacerdotis summi, aut eius, qui sub illo habet iudicandi in ea causa potestatem, vt solent inferiores iudices Ecclesiastici sub Romano Pontifice.

Malum, id est, perniciosum hominem. Tales sunt hæretici, ideoque merito puniuntur.

17. *Plurimas*, scil. paucas habere poterat, vt Dauid; non multas, vt Salomon. August. q. 27. in Deuter. *Quæ illiciant*. &c. Hebr. ne declinet cor eius Chald. ne decipiatur cor eius. 70. ne alienetur cor eius. Euenit quidem id Salomoni.

18. *Deuteronomium*, id est, exemplum: vulgo Transsumtum, Hebr. duplum, seu duplicationem, Chald. exemplum. 70. Deuteronomium. *Legis huius*, 70. hoc.

CAPVT XVIII.

1. *DOminus enim*, Chald. munera eis data à Domino.

3. *Iudicium*, i. ius seu ritus, Chald. pertinens ad sacerdotes, q.d. debitum sacerdotibus. *Armum*. Hebr. Chald.& 70. armum & maxillas.

5. *Nominis Domini*, i. Domino.

7. *Stabunt*, i. ministrabunt. *Excepto eo*, i. vltra id. Not. hinc & ex cap. 14. & Num. 18. apparere non datas decimas, nisi Leuitis in templo seruientibus. Aliis verò dabantur tertio quoque anno solum.

10. *Lustret*, i. expiet. *Qui ariolos sciscitetur, & obseruet somnia atque auguria*, Hebr. diuinator aut augur, Chald. diuinans, aut horas obseruans. aut auguria.

13. *Cum Domino*, i. coram Domino.

15. *Prophetam*, sc. Iosue in typo, & Christum in veritate.

Sicut me, sc. legislatorem.

21. *Eum*, i. eius prophetias.

CAPVT XIX.

3. *VIam*, scil. ad illas.

4. *Heri & nudiustertius*, i. antea.

6. *Proximus*, i. cognatus.

11. *Surgensque*, i. insurgens in illum.

13. *Innoxium sanguinem*, i. innocentis occisorem. Complut. legit noxium. At Hebr. innoxium, 70. purgabis sanguinem innoxium, Chald. auferes effundentem sanguinem innocentem.

15. *Stabit*, i. admittetur. *Stabit omne*, pro confirmabitur omne.

Verbum, q. d. accusatio.

21. *Pro anima*, sc. exiges. q.d. eo supplicio afficietur, quo accusatus, si verum fuisset crimen, erat afficiendus.

CAPVT XX.

5. *DEdicauit*, id est, initiauit, scilicet, habitando.

6. *Communem*, i. prophanatam scil. vtendo fructibus, qui per quatuor annos primos erant intacti, 70. & non est lætatus ex ea.

De qua vesci omnibus liceat. Id ab interprete additum explicationis gratia.

7. *Accepit*, sc. in domum.

8. *Reliqua*, id est, verbum additum ab interprete.

9. *Cuneos præparabit*, i. aciem instruet.

14. *Exercitui diuides*, Hebr. Chald. & 70. prædaberis tibi.

CAPVT XXI.

5. *BEnedicant*, sc. populo. *Quidquid mundum, vel immundum est*. Hebr. omnis plaga, 70. omnis lepra. Chald. omnis plaga lepræ.

8. *Innocentem*, id est, hominis innocentis interfecti, quasi dicat, ne imputes nobis homicidium.

9. *Tu*, sc. ô popule.

13. *Patrem, & matrem*, id est, patris & matris absentiam.

Vxor tua, sc. ad fidem conuersa.

14. *Opprimere per potentiam*, Hebr. vti eius seruitio, sc. ancillæ, vel (vt alij interpretantur) distrahendo eam ad lucrum, v.g. commutando, aut oppignerando. *Humiliasti*, i. violasti.

17. *Liberorum*, Hebr. virtutis, seu fortitudinis, q.d. virtutis generatiuæ, seu fœcunditatis sic Genes. 49. vbi nos legimus principium doloris mei, Hebr. principium roboris mei. *Primogenita*, i. ius primogenituræ.

19. *Iudicij*,

19. *Iudicij*, Hebr. & 70. loci illius, Chald. domus iudicij loci sui.

20. *Comessationibus*, &c. Hebr. & Chald. solum habent, vorator, & potator, 70. pro, potator vertit inebriatur.

23. *Permanebit*, Hebr. & 70. pernoctabit, Chal. permanebit.

Maledictus, i. execrabilis. August. con. Adim. Maledicta mors, quam Christus in ligno euacuauit est enim à peccato.

A Deo, odit enim Deus peccatum, & mortem ideo ad eam suscipiendam, & delendam misit filium suum. August. 14. cont. Faust. Not. quod Chal. loco omnium horum, quia maledictus, &c. vertunt, quia pro eo, quod peccauit coram Domino, suspensus est.

Pendet, Not. quod soli apud Iudæos suspendebantur blasphemi, & idololatræ quod supplicij genus etiam apud Romanos fuit, & Ægyptios, & Persas. Vide Esther. 7. Gen. 40. Cicer in Verrem orat. 7. *Contaminabis*, sc. relinquendo noctu in patibulo.

CAPVT XXII.

2. PRopinquus, i. prope, q. d. etiam si longe habitet, Chald. etsi non est prope, 70. si autem non appropinquet ad te.

8. *Tecti*, nam in Palæstina tecta plana.

9. *Altero semine*, i. diuersis seminibus.

Sanctificentur, i. polluantur, vt vertit Chald. q. d. pereant, dum alia impediunt. Antiphrasis est, vt benedicere pro maledicere.

10. *Et asino*, sc. quia impares sunt viribus. Clement. 2. Strom. non communicabis, inquit, ex æquo culturam verbi mundo, & immundo, fideli, & infideli.

11. *Contextum*, sc. displicet Deo confusio.

12. *Funiculos in fimbriis*, q. d. loco fimbriarum, vel fimbrias ex funiculis. Vide Num. 15. Hebr. funiculos, seu fimbrias.

Angulos, scilicet, vbi vestis ante, & retro scissa est.

Pallij, i. vestis superioris.

14. *Nomen pessimum*, id est, aliquid, vnde infametur.

17. *Vestimentum*, sc. sindonem, vel indusium, quo vsa prima nocte, quoque exceptus sanguis, Chald. sindonem.

21. *Malum*, i. occasionem peccati, seu malefacientem, vt vertit Chald. sic & infra.

26. *Latro*, Hebr. Chald. & 70. vir. Animam, vitam.

27. *Clamauit*, id est, præsumendum est clamasse.

28. *Res ad iudicium venerit*, Chald. & 70. inuenti fuerint, i. deprehensi.

CAPVT XXIII.

1. ECclesiam, i. congregationem, sc. ducta vxore, inepti enim ad generandum.

2. *Ad decimam*, Hebr. etiam in decima, q. d. nullus vnquam ex illis ducet Israelitidem; vel q. d. non ipsi post decimam generationem, quem sensum videtur secutus noster Interpres.

3. *Intrabunt*, scil. ducendo Israelitidem, fœminæ tamen poterant nubere, vt Ruth.

4. *Mesopotamia Syriæ*, sic etiam 70. At Hebr. de Pethor Syriæ fluuiorum, scil. Mesopotamiæ, Chald. de Pethor Syriæ, quæ iuxta Euphratem.

11. *Aqua*, sc. expiatoria ad id præparata.

15. *Domino*, sc. Gentili. *Confugerit*, sc. vt fiat Proselytus Aug. q. 35. in Deuter.

18. *Prostibuli*, Hebr. Chald. & 70. meretricis. *Canis*, sc. venditi, vel permutati, est enim animal palam lasciuiens. *Quidquid illud*, &c. q. d. in quocunque voto.

20. *Alieno*. Apparet id Iudæis licuisse, sc. ad punitionem Gentilium, quidam tamen negant fuisse licitum, sed permissum solum.

24. *Ingressus*, sc. ad vindemiandum mercede conductus.

25. *Intraueris*, sc. mercede conductus ad metendum.

CAPVT XXIV.

1. HAbuerit, 70. cohabitauerit, Chald. concubuerit.

Scribet, &c. non dicit licere, sed iubet, ne dimittatur sine libello, quanquam fore licebat.

4. *Polluta*, sc. concubitu secundi viri. Hinc videtur non licuisse secundo nubere.

Et abominabilis facta, Hebr. Chald. & 70. quia id abominatio est, sc. illam recipere.

7. *Animam suam opposuit*, i. vitam pro pignore dedit, vt est Hebr. & apud 70. At Chald. quia cum ipsis fit esca omni animæ, q. d. quia necessariæ sunt ad parandum cibum.

7. *Sollicitans*, Hebr. Chald. & 70. furatus.

8. *Incuras*, scil. per peccatum, vt Maria soror Mosis.

Facies, sc. vbi incurreris. Figura hæc sacramenti Confessionis.

13. *Ante solis occasum*, Hebr. & Chald. ad solis occasum, 70. Circa solis occasum.

Iustitiam, quasi dicat, iustus habeberis coram Domino in ea re.

16. *Morietur*, id est, occidetur, scil. iudicis sententia.

CAPVT XXV.

2. MOdus, sc. lege definitus.

3. *Abeat*, scil. e vita, vel ex eo loco quidam legunt obeat, Hebr. vilescat. Chald. ignominiam patiatur.

5. *Accipiet eam frater*. Poterat accipere, etiam si aliam vxorem haberet. Instin. q. 132.

6. *Appellabitur*, q. d. habebitur prioris filius, eiusque hæres erit.

7. *Portam*, sc. vbi ius dicebatur.

9. *Fiet*, i. æquum est fieri.

11. *Miserebitque*, Hebr. Chal. & 70. accesserit, & miserit.

12. *Abscindes*, sc. ô Iudex.

14. *Modius* Hebr. Epha.

15. *Iustum, & verum*, Hebr. perfectum & iustum.

Æqualis, & verus, Hebr. perfectus & iustus.

18. *Fame, & labore*, Hebr. & Chald. lassitudine, & fatigatione.

19. *Nomen eius*, scilicet, vt detur obliuioni, quasi nunquam fuisset, Hebr. & Chald. memoriam eius.

CAPVT XXVI.

2. CArtallo, i. canistro seu sporta.

5. *Syrus*, scil. Laban. *Persequebatur*, Chald. quæsiuit perdere.

Patrem, scil. Iacob.

7. *Humilitatem*, i. afflictionem.

10. *Dominu*

10. *Dominus dedit*. Hebr. Chald. & 70. Tu Domine dedisti.

12. *Compleueris decimam*, i.satis feceris debito soluendi decimas debitas Leuitis in templo, seu tabernaculo seruientibus. Vide supr. cap. 14. & Numer. 18. Decimarum, scil. quæ dabantur Leuitis reliquis, & pauperibus tertio quoque anno. *Tuas*, i. vrbis tuæ.

13. *Sanctificatum*, Chald. decimas sanctificatas.

14. *Luctu*, i. egestate, q.d. non defraudaui decimis eos, quibus debebantur, ob egestatem meam.

Immunditia. q.d. ad vsum prophanum. *Funebri*, i. in exequiis.

15. *Sanctuario*, Hebr. Chal. & 70. sancto habitaculo.

Et de, pro, id est, de.

16. *Hodie*, i. hoc tempore, vel significatur quotidie id cogitandum, renouandamque mentem ea cogitatione.

19. *Nomen*. sc. celebre. *Sanctus*, i. dicatus.

CAPVT XXVII.

2. LEuigabis, scilicet, dealbando, Hebr. linies sic & infra.

3. *Legi huius*, sc. Decalogi, vel omnium præceptorum, quæ hoc libro scribuntur. *Iurauit*, Augustinus Deum iurare est inconcussa veritate firmare.

4. *Præcipio*, sc. erigendos.

8. *Plane, & lucide*, i. litteris claris, & legibilibus.

9. *Hodie*, &c. q.d. cogita te hodie factum Dei populum, & incipe nouam viam.

12. *Benedicendum*, i. precandum bona; vel respondendum Amen, ad benedictiones.

Ioseph, i. Ephraim & Manasse.

13. *Maledicendum*, i. imprecandum mala, vel respondendum Amen, ad maledictiones.

14. *Leuitæ*. Hi erant secundum quosdam in medio Montium.

15. *Maledictus*. Not. quod benedictiones hic omittuntur, vel hæ maledictiones addebantur post benedictiones, & maledictiones, quæ hic tacentur, & forte sunt illæ de quibus cap. sequenti.

Abominationem Domini, quasi dicat, quod Dominus maxime detestatur. *Amen*, id est, ita fit.

16. *Non honorat*. Hebr. vilipendit.

17. *Terminos*, i. limites agri.

20. *Operimentum lectuli eius*, Hebr. oram patris sui, sc. operimentum vxoris patris, Chald. & 70. operimentum patris sui.

21. *Omni*, i. quouis.

25. *Percutiat animam*, i. vitam auferat. *Sanguinis*, i. hominis.

26. *Nec eos opere*, &c. explicatio præcedentis.

CAPVT XXVIII.

2. BEnedictiones, id est, bona, scilicet, quæ sequuntur.

3. *Benedictus*, i. felix.

5. *Reliquiæ*, i. fructus, qui reponuntur, seu asseruantur, Chal. panaria.

6. *Ingrediens*, & egrediens, i. in actionibus tuis.

9. *Suscitabit*, i. eriget, Hebr. statuet, Chald. constituet.

10. *Inuocatum sit*, q. d. te Dei populum dici, & esse.

12. *Fœnerabis*, i. mutuum dabis sic infra. *Fænus*, i. mutuum.

13. *In caput*; &c. q. d. Faciet te primum, & non vltimum.

14. *Ad dexteram, nec ad sinistram*, i. nec amore felicitatis, nec timore infelicitatis. August. q. 48. in Deut.

20. *Famem, & esuriem*, 70. egestatem, & esuriem. Alij, maledictionem, & turbationem. *Increpationem*, id est, internecionem, 70. consumptionem.

Adinuentiones tuas pessimas, Hebr. & Chald. malitiam operum tuorum.

21. *Adiungat*. pro, adiunget sic & in seq. vt patet ex Hebr.

22. *Egestate*, alij tumore, vel phthisi. *Frigore*, sic 70. sed deest, Hebr. & Chal. Not. quod Hebr. Chal. & 70. additur etiam, gladio. *Rubigine*, sc. segetes consumente.

23. *Æneum*, sc. non dans pluuiam. *Ferrea*, sc. non dans fructum.

24. *Imbrem*, i. pro imbre.

27. *Partem corporis*, &c. sc. hæmorroidibus, vt est Hebr. & Chald.

28. *Furore*, Hebr. Stupore, Chald. conturbatione, 70. ecstasi.

29. *Dirigas*, i. prosperes. *Calumniam*, 70. iniuriam. sic & inf.

31. *Immoletur*, i. occidatur.

32. *Ad conspectum*, id est, aspiciendo non reuertantur.

35. *Suris*, i. tibiis, Hebr. & Chald. coxis.

40. *Defluent*, i. in nihilum abibunt.

47. *Abundantiam*, q. d. cum te Deus faceret abundare omnibus rebus.

50. *Procacissimam* i. impudentissimam, inhumanissimam.

53. *Vastitate*, Hebræus coarctione, 70. afflictione.

54. *Delicatus & luxuriosus*, Hebr. Chald. & 70. tenet, & deliciosus seu delicatus, vt infra vertit interpres de fœmina. *inuidebit*, *ne det*, i. præ tenacitate non dabit.

56. *Inuidebit super carnibus*. id est, negabit carnes.

57. *Illuuie secundinarum*, Chald. filiis paruulis, 70. intestinis. *Et super*, pro, id est, super, est enim explicatio præcedentis.

Tuas, i. vrbis tuæ.

64. *Summitate*. i. extremitate.

65. *Deficientes*, sc. præ expectatione.

66. *Credes*, i. fides, q. d. desperabis de vita Not. quod hunc locum ad Christum crucifixum cui Iudæi non crediderunt, referunt Iren. Athan. Tertul. Cypr. August.

68. *Classibus* sc. post captiuitatem Romanam.

Per viam, 70. & per viam.

Dixit, Hebr. Chald. & 70. dixi.

CAPVT XXIX.

3. TEntationes, sc. per illa Pharaonis animus explorabatur.

4. *Oculos & aures*, &c. i. intelligere & obtemperare, id vero ob illorum culpam. August. in Deut. q. 50. *Possint audire*, Heb. Chald. & 70. audientes seu ad audiendum.

5. *Adduxit*, sic etiam 70. At Hebr. & Chald. duxi.

6. *Panem*, &c. cito consumpserant allatum ex

ex Ægypto. Augustin. quæst. 51. in Deuteron. *Ego sum*, 70. ipse est. *Dominus*, scil. qui curam vestri habeo.

9. *Intelligatis vniuersa*, pro prudenter agatis in omnibus. *Facitis*, Hebr. facturi estis.

10. *Coram Domino*, id est, coram arca fœderis Domini, vel, coram Deo, qui vbique est. *Vestri, & Tribus*, 70. vestrarum Tribuum quo etiam modo possunt verti Hebr.

Doctores, Hebr. & Chald. Præfecti.

11. *Exceptis*, i. præter. q. d. etiam cæsores lignorum.

12. *Fœdere*, quasi dicat, vt fœdus ineas cum Domino.

13. *Suscitet*, i. erigat, Hebr. & 70. statuat.

15. *Absentibus*, i. futuris, sc. posteris.

18. *Fel*, i. peccata grauia.

19. *Benedicat sibi*, id est, sibi promittat prosperitatem.

Et ambulabo, pro, etiamsi ambulauero. *Prauitate*, Hebr. obstinatione, Chald. cogitatione, 70. errore.

Absumat ebria sitientem, i. faciat animus quod optat, & sitim suam explens inebrietur, quasi dicat, succedat sibi ebrietas, id est, cupiditati satietas, Hebr. vt addat ebriam sitienti, id est, cupiditati, Chald. vt addantur peccatis ignorantiæ peccata superbiæ. Quidam ita interpretantur, & pereat impius doctor cum discipulo.

20. *Zelus*, id est, indignatio. *Omnia maledicta*, i. ex omnibus aliqua, omnia enim vni non possunt euenire. August. q. 12. in Deut.

23. *In exemplum*, i. instar.

24. *Immensa*, Hebr. Chald. & 70. magna.

26. *Attributi*, i. dedicati, Hebr. qui nihil illis tribuerant, i. à quibus nulla acceperant beneficia, Chald. qui non possunt eis benefacere.

28. *Maxima*, Hebr. & Chald. magna, 70. magna valde.

29. *Abscondita*, sc. reseruantur punienda. *Nobis*, q. d. ad nos pertinet punire peccata manifesta. vel, q. d. quæ apud Deum erat occulta, nobis manifestauit, Chald. quæ occulta sunt, sint coram Domino, quæ autem manifesta sunt, nobis, & filiis, &c.

CAPVT XXX.

4. *Cardines cœli*, i. extrema orbis, scilicet, vbi cœlum videtur terræ coniungi.

6. *Circumcidet*, i. purgabit.

8. *Reuerteris*, pro, si reuerteris, vel reuertere ergo.

9. *Reuertetur*, Chald. conuertetur, scilicet, ab ira.

11. *Mandatum*, i. præcepta Decalogi. *Te*, id est, captum tuum. *Procul positum*. q. d. ignotum, aut difficile cognitu, vt te proinde excuses.

12. *Quis nostrum*, Hebr. & Chald quis nobis, seu, pro nobis sic & infr.

13. *Ex nobis*, i. pro, nobis.

14. *In ore*, scil. sæpe à Leuitis docebatur, & inculcabatur.

Corde, scilicet, sæpe audiebant, adeoque cogitabant.

15. *Vitam, & bonam*, & 70. vitam, & mortem, bonum & malum.

16. *Vt diligas*, Hebr. Chald. & 70. præcipiens, vt diligas.

CAPVT XXXI.

2. *Egredi*, & ingredi, id est, fungi Ducis munere.

3. *Eas*, i. earum terram.

7. *Robustus*, i. forti animo. *Diuides sorte*, sic 70. at Hebr. & Chald. facies illos hæreditare, seu possidere.

9. *Scripsit itaque*, pro, iam vero scripserat Hebr. Chald. & 70 & scripsit. *Legem hanc*, sc. Deuteromium. *Portabunt*, sc. humeris, cum castra mouebantur.

10. *Post 7. annos*, &c. anno, pro, septimo anno, qui est.

14. *Tabernaculo*, i. atrio Tabernaculi. *Præcipiam*, i. dem præcepta aliqua.

19. *Canticum*, scil. de quo infra. *Inter filios*, Chald. contra filios.

20. *Detrahent*, i. spernent, Hebr. Chald. & 70. irritabunt me.

21. *Respondebit pro testimonio*, i. testificabitur contra illos. *Factus sit*, Hebr. Chald. & 70. faciat etiam.

Pollicitus sum, Hebr. Chald. & 70. iuraui sic etiam inf.

26. *In latere*, prope latus, sed extra. *In testimonium*, sc. legebatur omnibus septimo quoque anno in festo tabernaculorum à summo sacerdote secundum Iosephum. Vide lib. 4. Antiq. c. 6.

27. *Contentionem*, Hebr. rebellionem, Chald. contumaciam. *Durissimam*, i. impatientem iugi, seu imperij. *Contentiose egistis*, Hebr. & Chald. rebelles fuistis, 70. ad iram prouocantes, seu irritantes.

28. *Doctores*, Hebr. & Chald. præfectos.

29. *Cito*, id additum ab interprete.

30. *Carminis*, Hebr. Chald. & 70. cantici.

CAPVT XXXII.

1. *Audite*, sc. vt testes sitis. *Cœli*, i. cœli incolæ. *Terra*, i. homines.

2. *Vt pluuia*, i. more pluuiæ, q. d. corda auditorum irriget, & fœcundet, Hebr. Stillabit, vt pluuia, 70. expectetur vt pluuia, Chal. Suauis sit, vt pluuia. *Ros*, scilicet, qui terram fœcundare solet.

3. *Magnificentiam*, i. gloriam.

4. *Iudicia*, i. iustitiæ. *Fidelis*, id est, verax in promissis.

5. *Non filij*, non se gerentes, vt filios decebat. *In sordibus*, sc. se contaminantes, 70. vituperabiles, Chald. seruierunt idolis.

6. *Possedit*. sc. vt peculium. *Fecit*, sc. corpus. *Creauit*, sc. animam.

7. *Dicent*, sc. Dei opera, & beneficia.

8. *Separabat*, sc. in varias Regiones. *Adam*, i. hominis, Chald. hominum. *Populorum*, sc. habitantium terram promissionis.

Iuxta numerum, &c. q. d. quantum sufficeret Hebræis. tantum illis dedit habitandum. *Filiorum Israel*, 70. Angelorum Dei.

9. *Funiculus*, i. portio, funibus enim diuidebatur hæreditas.

11. *Eum*, pro eos. sc. pullos, de Aquila enim loquitur.

In humeris, Hebr. super alas, Chald. in fortitudine pennarum.

12. *Solus dux eius fuit*, Chald. Collocabit eos seorsum in seculo illo, quod ipse renouaturus est.

13. *Excelsam*, i. montosam, seu excellentem fertilitate soli, & amœnitate, Chal. fortem.

Petra,

Petra, i. saxosis locis, q. d. etiam rupes abundant melle, & oleo.

14. *Filiorum Basan*, i. pinguium, vt quos alit ait Basan Regio fertilissima.

15. *Dilectus*, forte, directus. Nam Hebr. rectus, Chald. Israel. *Salutari*, 70. saluatore, Chal Redemptore.

16. *Prouocauerunt*, sc. ad indignationem.

Abominationibus, i. idolis.

17. *Deo*, sc. vero, q. d. iis, qui non sunt veri Dij *Venerunt*, i. exorti sunt, vel reperti ad colendum.

18. *Dereliquisti*, sic etiam 70. At Hebr. oblitus es.

20. *Faciem*, Chald. Maiestatem *Nouissima*, q. d. quid eis tandem sim facturus, Chald. notum est coram me, quid erit in nouissimis eorum.

21. *Prouocabo*, &c. q. d. faciam, vt gentium felicitate conspecta, inuideant, vel indignentur.

22. *Succensus est*, pro succendetur. *Inferni*, Hyperbole, q. d. omnia consumet.

Nouissima, i. inferiora, Hebr. & Chald. vsque ad infernum inferiorem, vt plane hic videatur significari inferni ignis, quo damnati cruciantur.

23. *Sagittas*, Chal. plagas. *Complebo*, i. consumam, q. d. omnes in eos mittam.

24. *Morsu amarissimo*, 70. morsu immedicabili, Chald. vexatione spirituum malignorum. *Cum furore trahentium*, Hebr. cum veneno serpentium terræ, seu in terra.

25. *Vastabit*, Heb. Chal. & 70. filiis orbabit. *Intus*, i. intrà domum.

26. *Vbi nam sunt*, Hebr. exterminabo eos, Chald. consummabo eos, i. perdam, 70. dispergam eos.

30. *Mille*, i. multos. *Decem millia*, i. multo plures.

31. *Indices*, q. d. satis aduertunt Deum nostrum esse potentiorem suis diis.

32. *Suburbanis*, sc. agris. *Fellis*, Hebr. veneni sic inf. proxime.

34. *Condita*, i. reposita, q. d. parata illis mala. *Thesauris*, i. occultis dispositionibus. August. con. Aduers. leg.

35. *Tempora*, i. perditionis eorum.

36. *Iudicabit*, i. puniet, sc. impios.

Miserebitur, 70. consolabitur, Chald. seruorum suorum vltionem vlciscetur, q. d. cum ad iudicandum steterit, tum vlciscetur suorum hostes.

Manus, i. potentia, sc. hostium vel impiorum.

Clausi, i. arcium, vel vrbium custodes, aut qui se in tuta loca incluserant.

37. *Eorum*, sc. hostium, vel impiorum Iudæorum.

39. *Solus*, sc. verus Deus, Hebr. & Chald. quod ego, ego sum, sc. solus Deus.

40. *Leuabo*, sc. iurans.

41. *Arripuerit*, &c. q. d. si cœpero facere iudicium.

42. *De cruore*, sc. inebriabo, *Captiuitate*, i. captiuis, q. d. sumens de captis hostibus pœnas, qui nudo capite abduci solent, & etiam radi, Chald. auferam coronas de capite hostium.

43. *Laudate*, &c 70. Lætamini cœli cum ipso, & adorent eum omnes Angeli Dei, Lætamini gentes cum populo eius (quod citatur Rom. 15.) & roborentur in ipso omnes filij Dei. *Eius*, sc. Dei.

49. *Nebo*, pars est montis Abarim. *Contra*, i. è regione.

52. *E contra*, i. è regione.

CAPVT XXXIII.

1. HOmo *Dei*, i. seruus Dei vel Propheta.

2. *De*, pro, in. *Venit*, sc. cum legem dedit.

De, pro, in *Seir*, est in finibus Idumæorum. Vide. Num.

21. *Nobis* Hebr. eis. *Pharan*. Vide Num. 11.

Sanctorum, sc. Angelorum, vt explicant 70. *Millia*, Hebr. decem millia, i. plurimi.

Ignea, i. cum igne data, vel quia præcipuè charitatem docet.

3. *Pedibus*, sc. supplices.

4. *Hæreditatem*, pro, velut hæreditatem ad posteros transituram.

5. *Apud rectissimum*, sc. Deum, q. d. fuit Moses loco Dei, populi Princeps, Chald. in Israel, q. d. Israelis Rex, i. Princeps, & Dux.

6. *Viuat Ruben*, &c. Chald. viuat Ruben in vita æterna, & non moriatur morte secunda, & accipiant filij eius hæreditatem suam iuxta numerum eorum.

Et sit, pro, & non sit. repetitur enim negatio præcedens more scripturæ, q. d. sit eius posteritas innumerabilis, 70. & Simeon sit multus in numero.

7. *Vocem*, i. deprecationem. *Ad populum*, i. simul cum populo sc. ad terram promissionis; vel ad populum reduc ipsum ex bello redeuntem, vt interpretatur Chald.

Eo, sc. Iuda, vel populo. *Erit*, Hebr. Chald. & 70. *eris*, sc. ô Deus.

8. *Perfectio*, &c. q. d. Tu Domine dedisti Aaroni vestem in qua Vrim, & Thummim, sc. sacerdotalem dignitatem. est n. hic Hebr. pro, *perfectio & doctrina*. Thummim & Vrim, viro, sc. Aaroni.

Iudicasti, Chal. probasti.

9. *Qui dixit patri*, &c. q. d. propter te reliquit omnes cognatos, vel pro nullo cognato peruertit iudicium.

10. *Iudicia tua*, &c Hebr. Chald. & 70. docebunt iudicia tua Iacob, & legem tuam Israelem, quamquam potest eodem sensu accipi, q. d. te ô Iacob docebunt iudicia, &c.

In furore tuo, i. ad te placandum loquitur de Mose, & Aaron, & præterita pro futuris. Heb. in naribus tuis, Chald. & 70. coram te. Not. quod omittitur Simeon, forte quia cum Leui intelligitur, nam cum eo simul à Iacob benedictus. quamquam, 70. Simeonis etiam meminerunt. Vide sup.

12. *Confidenter*, i. secure, seu in pace.

In eo, id est, apud Dominum, vel in Beniamin Dominus: id est, in templo, quod in sorte Beniamin.

Quasi in thalamo, Hebr. Chald & 70. protegente se, scilicet, Deo. *Inter humeros*, id est, in medio, scilicet, in medio tribus Beniamin templum ædificatum.

13. *Terra*, scilicet, fœcundata. *Pomis cœli*, id est, fructibus è cœli virtute prouenientibus.

Abysso, id est, Aquis.

14. *Solis, & Lunæ*. Luna fructus humectat, sol coquit.

15. *Æternorum*, id est, à mundi, adeoque temporis vniuersi principio.

16. *Nazaræi*, id est, separati, fuit enim solus in Ægypto diu, Chald. dedicati, scilicet Deo 70. glorificati.

17. *Cornua illius*, cornu pro robore, q. d, fortis, vt Rhinoceros.

18. *Exitu*, scilicet, in bellum, quasi dicat, victor eris.

19. *Populos*, id est, alias tribus. *Vocabunt*, scil. aliæ tribus, quasi dicat, inuitabunt, vt se comitentur. *Montem*, sc. vbi templum. *Iustitia*, id est, debitas secundum legem.

Inundationem maris, id est, opes per mare aduectas, Hebræus affluentiam maris, 70. diuitias maris. *Arenarum*, i. fodinarum, 70. habitantium prope mare,

20. *In altitudine*, id est, amplitudine, quasi dicat, maxime.

Brachium, & verticem, sc. hostium, q, d. fortes, & principes.

21. *Parte sua*, scilicet terra sibi data.

Doctor, scil. Leuita, qui legem doceret. Leuitæ enim distributi per omnes tribus, Chald. quod in hæreditate sua Moses scriba magnus & princeps sepultus esset.

Iustitias, id est, præcepta, scil. de comitando reliquas Tribus in terram promissam, quod si de Mose intelligatur, iustitias quidem, id est, mandata Dei fecit.

Iudicium, i. quod æquum erat.

22. *Catulus*, pro, vt catulus.

Fluet largiter, id est, fortiter progredietur, Hebræus, & 70. saltabit, Chaldæus terra eius irrigatur torrentibus fluentibus ex Basan.

De Basan, id est, vt solent leones ex Basan.

23. *Mare*, i. occidentem.

24. *Sit placens*, pro, erit placens, id est, gratus.

Tingat, pro, tinget, q. d. tanto abundabit oleo, vt possit eo pedes lauare.

25. *Calceamentum*, quasi dicat, calcabit terram, vbi metella ferri, & æris.

Senectus, scilicet, felix, quasi dicat, dum viues, felix eris, seu fortis.

26. *Rectissimi*, id est, Israelis, scil. populi Israelitici, Chald. Israel 70. dilecti.

Ascensor, id est, habitator, seu sedens.

27. *Brachia*, i. vires. *Sempiterna*, id est, infatigabilia.

28. *Solus*, id est, non admistus aliis gentibus, *Oculus*, id est, fons, quasi dicat, qui à Iacob vt fonte originem ducunt, 70. fons, Chald. iuxta benedictionem, quia benedixit eis Iacob.

Caligabunt, quasi dicat copia roris, velut caligine obducentur.

29. *In Domino*, i. Domini virtute.

Scutum, scilicet, est Dominus.

Negabunt te, sc. detrectantes tuum imperium Hebr. & Chald. mentientur tibi.

CAPVT XXXIV.

1. *Phasga*, i. qui dicitur Phasga.

Contra, id est, è regione.

5. *Mortuus*, &c. Hæc vsque ad finem cap. addita secundum quosdam à Iosue, vel Esdra.

Iubente Domino. Hebræus iuxta verbum Domini.

6. *Sepeliuit*, scilicet, Deus, vel Angelus.

Contra Phogor, id est, ea parte, qua respicit phanum Idoli Mobitarum.

7. *Dentes moti sunt*, Hebræus fugit vigor, 70. corrupta sunt labia, Chaldæus mutatus est splendor vultus.

8. *Fleuerunt*, non lachrymis, sed pompa funeris. Hieron. epist. 25.

10. *Surrexit*, id est, natus est, seu inter homines extitit.

Facie ad faciem, i. familiarissime.

11. *Quæ per*, Hebr. & 70. ad quæ.



IOSVE,

Scilicet, de Iosue gestis.

Auctor libri incertus, quibusdam Iosue, aliis Samuel, vel Esdras.

CAPVT I.

4. *Deserto*, id est, quod est ad meridiem.

Libano. est à Septentrione. *Euphrate*, partim est à Septentrione, partim ab Oriente. *Hethæorum*, per hos reliqui populi intelliguntur.

7. *Quæ agis*, pro, quæ agere debeas, quasi dicat, prudenter dispones actiones tuas, Chaldæus vt prosperetis in omni loco ad quem ieris.

8. *Diriges*, i. prosperabis.

11. *Tertium*, quasi dicat, post paucos dies. Aug. in Iosue quæst. 2. *Fuit*, inquit, hæc dispositio quædam humana, postea Dei prouidentia mutata. videtur potius esse anticipatio. Nam id dictum post missos exploratores.

13. *Omnem terram*, Heb. Chal. & 70. terrã hanc.

14. *Ante*, sc. præcedentes eos.

15. *Contra*, pro, ad.

CAPVT II.

1. *Misit itaque*, pro, miserat autem.

Sittim, locus est in campestribus Moab prope Iordanem.

In abscondito, id est clam populo.

Meretricis, Chald. cauponariæ.

Quieuerunt, id est, manserunt, Hebr. & Chal. cubuerunt.

4. *Tollensque*, id prius fecerat quàm nuncij à Rege venissent.

5. *Porta*, sc. vrbis.

6. *Fecit*, pro, fecerat.

Solarium, id est, tectum, scilicet planum erat, more Palæstinæ.

Stipula, id est, calamis, seu culmis.

9. *Elanguerunt*, Hebr. liquefacti sunt, Chald. fracti sunt.

11. *Elanguit*, Hebræus & Chaldæus liquefactum est.

12. *Misericordiam*,

12. *Misericordiam*, i. beneficium, Chald. bonitatem.

Verum, sic etiam 70. At Hebr. & Chald. veritatis, i. verum.

14. *In mortem*, quasi dicat, pereamus, nisi fecerimus.

Veritatem, sc. promissum implentes.

16. *Reuertentes*, Hebr. Chald. & 70. persequentes, seu qui vos sunt persecuti vt infra vertit Interpres.

17. *Innoxij*, sc. quia seruabimus.

19. *Sanguis ipsius erit in caput eius*, i. erit sibi ipsi causa mortis, 70. reus sibi ipsi erit, Chald. culpa necis eius in caput ipsius. *Alieni*, sc. à culpa, Hebr. Chald. & 70. innoxij. *Redundabit*, quasi dicat, nos erimus rei homicidij, 70. nos rei erimus, Chaldæus culpa necis eius in caput nostrum.

20. *Mundi*. i. immunes, q. d. non tenebimur iuramento.

CAPVT III.

1. DE *nocte* Hebræus & 70. mane, Chaldæus in aurora.

Monit, sc. die 27. Martij.

2. *Praecones*, Hebr. & Chald. præfecti, 70. scribæ.

3. *Clamare cœperunt*, Hebr. Chald. & 70. præceperunt populo, dicentes.

4. *Inter vos*, &c. August. q. 3. in Ios. Iam illos nubes deseruerat.

5. *Sanctificamini*, i. parate vos per sanctitatem, seu sanctè.

7. *Dixitque*, pro, dixerat vero.

11. *Parate*, &c. imperfecta sententia cap. seq. perficienda.

13. *Domini Dei*, Hebr. & Chald. Domini dominatoris.

15. *Tempore messis*, Hebr. omnibus diebus messis. Chald. omnibus diebus ætatis, 70. vt in diebus messis.

16. *Vsque ad locum*, Hebr. quæ est ex latere, Chald. quæ iuxta. Not quod noster indicat sic fuisse altas, vt ex vrbe Adam conspici possent, 70. vero vsque ad Adam recessisse, Chald. autem dilatatas fuisse vsque ad Adam vrbem.

Quod nunc vocatur mortuum, Hebr. Chald. & 70. mare salis.

17. *Accincti*, q. d. parati, seu expediti.

CAPVT IV.

1. DIxit, pro, dixerat verò. Not. quod hæc vsque ad *vocauitque* per parenthesim legenda. *Vocauitque*, pro, tunc vocauit.

6. *Signum*, sc. rei factæ hoc loco. *Cras*, i. futuro tempore, sic inf.

9. *In medio*, i. intra, sic infr.

10. *Moses*, sc. vt populum instrueret.

13. *Quadraginta*, sc. ex iis, qui proxime dicti sunt.

19. *Mensis*, sc. Nisan, qui respondet nostro Martio, quamquam interdum etiam Aprili. *Contra*, pro, ad.

CAPVT V.

2. LApideos, Chald. acutos. *Secundo*, sc. post factam in Ægypto Aug. q. 6. in Ios. ait, secundo respectu populi, in quo multi non circumcisi.

5. *Colle praputiorum*, sic dictus est locus postea ob hac circumcisionem.

9. *Opprobrium*, scilicet, præputium, vel opprobrium, quod dicebant, Deum eductos ex Ægypto non posse introducere in terram promissam.

Galgala, id est, ablatio, scilicet, quia dictum Abstuli, &c.

11. *Altero*, id est, postridie Paschæ, scilicet, postquam obtulissent primitias Domino. *Polentas*, id est, grana tosta.

Eiusdem anni, Hebræus Chaldæus & 70. eodem die.

14. *Loquitur*, i. loqui vult.

15. *Sanctus*, scilicet, ob meam præsentiam.

CAPVT VI.

4. BVccinas, scil. ex cornibus arietis, vt est Hebr. & Chald.

5. *Longior, atque concisior*. Hebr. & Chald. solum est, longior, seu protractior verum id, quando fit subinde conciditur sonus, seu interrumpitur.

Funditus, Hebr. subtus se, scilicet, absorpti à terra.

6. *Iubilaeorum*, Hebr. & Chald. arietinas, scilicet ex cornibus arietum factas, sic & infra. Quidam tamen corneas concedunt, arietinas fuisse negant, nec id Hebræum verbum significare.

8. *Clangerent*, id postea factum.

9. *Buccinis*, sc. sacerdotum.

11. *De nocte*, Hebr. Chald, & 72. mane.

13. *Personabat*, scilicet, via, vel campus quotidie.

17. *Anathema*, quasi dicat, prorsus deleatur. *Domino*, id est, ad honorem Domini, vel quasi dicat, consecretur Domino, Chald. ante Dominum.

20. *Vociferante*, scil. postquam audita vox, præcipiens, de qua sup. & sonitus buccinarum, vt statim dicitur.

Corruerunt, scil. absorpti in terram, secundum Hebr. & Chald.

24. *Ferro*, pro ferreis.

25. *Viuere*, i. seruari.

26. *Primogenito*, sc. mortuo.

Nouissimo, scilicet mortuo, quasi dicat, moriantur ei filij omnes antequam absoluat. Vide 3. Reg. 16.

CAPVT VII.

1. ANathemate, id est, quod destruendum erat in Dei honorem, aut ei consecrandum.

2. *Hai*. Hæc erat Amorrhæorum, altera autem fuit Ammonitarum.

5. *Sabarim*, id est, confractiones, scilicet, quia ibi confractus exercitus, Chaldæus & 70. vsque dum contererent, seu confringerent eos.

7. *Heu*, Heb. Ah ah. *Vtinam*, &c. Chal. & 70. vtinam mansissemus, & habitassemus trans Iordanem.

9. *Nomini tuo*, q. d. consule famæ tuæ. Dicent enim gentes, te non seruare promissa, nec esse potentem.

11. *Vasa*, q. d. cum supellectili sua.

12. *Eum*, qui huius sceleris reus est, Hebr. Chal. & 70. anathemà, sic & infr.

13. *Sanctifica*, id est, præpara. *Anathema*, id est, aliquid de anathemate, seu qui violati anathematis reus est. Talem enim scriptura vocat

anathema, vt patet supra & infra, atque hinc sumptum videtur quod in vsu est Ecclesiæ, vt excommunicatus anathema dicatur, quasi excisus, seu dignus excindi.

16. *Applicuit*, id est, accedere fecit ante arcam fœderis.

19. *Gloriam*, sc. confitendo, vel q.d. ad gloriam Dei dic veritatem.

20. *Domino*, i. contra Dominum, sic Psal. 50. Tibi soli peccaui.

21. *Coccineum*, Hebr. & Chald. Babylonicum varium.

Regulam, i. laminam, seu virgulam, Hebr. Chal. & 70. linguam.

Contra medium, i. in medio.

23. *Dominum*, i. arcam Domini.

24. *Achor*, id est, turbationis, scilicet, de qua statim.

25. *Consumpta*, scilicet, post lapidationem. Hieron. 1. contra Pelag. ait, cum eo combusta etiam pecora, & liberos, & quidem, Hebr. id indicant, scilicet, omnia lapidata, & consumpta.

CAPVT VIII.

5. ANte fecimus, Hebr. Chald. & 70. Ante, seu, prius, vbi potest intelligi, fecimus, vel fecerunt.

12. *Quinque*, &c. scilicet præter illos, de quibus supra, erant enim duplices insidiæ, vel ex illis 30. millibus isti soli erant positi in insidiis.

Bethel, postea dicta Bethauen,, id est, domus iniquitatis seu idoli, ob vitulos ibi positos à Ieroboam.

13. *Nouissimi multitudinis*, Hebr. & Chald. insidiæ.

Occidentalem, scilicet, vbi erant illa quinque millia, quæ se coniunxerant exercitui ne putarentur superesse aliæ insidiæ, vel reliquum exercitum vocat partem illam ex triginta millibus, quæ non erat in insidiis, scil. 25. millia.

18. *Leua*, scilicet, vt signum detur insidiis.

Clypeum, sic & 70. at Hebr. & Chald. hastam & sic infra.

21. *Contra suos*, id est, versus suos, seu obuiam suis.

32. *Deuteronomium*, scilicet decalogum, qui habetur in Deuteronomio. Hebr. duplicationem, seu, duplicatum, quasi dicat, exemplum. Vide Deut. 17. *Digesserat*, Hebr. scripserat.

34. *Legit*. id est, curauit legenda, per sacerdotes.

35. *Intactum*, id est non lectum, vt apparet ex Hebr. & Chald. & 70. *Morabantur*, sc. ad fidem conuersi.

CAPVT IX.

1. TRans Iordanem, scilicet, respectu terræ Moab.

In maritimis, id non est Hebr. Chald. nec apud 70.

5. *Pittaciis*, id est, frustis corij. *In frusta comminuti*, Hebr. punctati, scilicet, mucidi seu corrosi, 70. comesti. sic infra.

6. *Ad eos*, Hebr. Hiuæo, sc. erant Gabaonitæ Hiuæi in sorte Beniamin.

9. *In nomine*, i. ob famam.

14. *De cibariis*, scilicet, comedentes in signum fœderis.

Os, id est, sententiam.

16. *Futuri essent*, Hebr. Chald. & 70. habitarent.

18. *In nomine Domini Dei*, Hebr. per Dominum Deum, sic & infr.

23. *Sub maledictione*, Hebr. Chald. & 70. maledicti, i. execrati.

26. *Vt dixerat*, Hebr. Chald. & 70. sic, id quod sequitur.

CAPVT X.

4. QVare, pro, quod, seu quia.

Tradidi, pro, tradam.

10. *A facie*, i. coram,

12. *Locutus*, scilicet, orando, ne Sol moueretur, &c. *Sol*, id qua diei hora dictum, incertum.

Contra, id est, è regione, quasi dicat, expecta in Gabaon.

13. *Libro iustorum*. Quis hic liber fuerit, incertum.

Medio cœli, pro cælo ipso.

14. *Tam longa*. Iustin. in Tripho, ait fuisse 36. horarum, Chald. 1. Cant. ait, stetisse solem 36. horis, scilicet, durasse illum diem 36. horis, sic enim intelligo. *Obediente voci*, Hebr. Chald. & 70. audiente, seu exaudiente vocem.

15. *Reuersusque*. postea id factum vide finem c.

20. *In Israel*, pro ab Israel.

37. *Cuncta*, sc. Habitatores.

40. *Asedoth*, i. decliuia. Ita quidem, at videtur nomen Regionis proprium.

42. *Impetu*, i. bello, sc. continuato.

CAPVT XI.

2 CEneroth, i. maris Genesareth.

6. *Vurnerandos*, 70. vulneratos, Chald. occisos.

Subneruabis, scilicet, nolebat eum equis vti in bello, sed Deo fidere. ideoque illis neruos incidere.

8. *Aquas Maserephot*, Chald. salinas aquarum. Alij combustiones aquarum sic infra.

13. *Vnam*, sc. ex sitis in collibus.

15. *Verbum* pro re, more Hebr.

16. *Occidentalem plagam* sic etiam 70. Alij, loca campestria. *Israel*, i. earum Tribuum, quæ postea dictæ Israel, in diuisione Regni.

19. *Ciuitas*, sc. ex iis, quas oppugnauit, vel in Regionibus quarum meminit August. in Ios. q. 17. *Se non traderet*, Hebr. & Chald. pacem faceret, 70. quam non traderet, sc. Deus.

20. *Mererentur*, Hebr. Chald. & 70. obtinerent.

21. *Enacim*, id est, Gigantes. *Montanis*, scilicet locis.

CAPVT XII.

1. TRans, scilicet respectu castrorum Iosue. Omnem *Orientalem*, &c. loco horum omnium solum est, Hebraicè omnem planitiem Orientalem.

2. *Mediæ partis*, scil. Dominus erat.

3. *Ceneroth*, i. Genesareth.

4. *Terminus*, sc. fuit subditione Israel. *Astaroth*. Hic dicitur Iob habitasse.

22. *Carmeli*, i. quæ iuxta Carmelum.

23. *Gentium*, Hebr. Goim. Fortè est nomen proprium.

Galgal, i. in Gagal, vel iuxta Galgal.

CAPVT

CAPVT XIII.

1. Latissima, Hebr. Chald. & 70. multa valde. *Quæ necdum sorte diuisa est*, Hebr. Chal. & 70. possidenda.

2. *Galilæa*, Hebr. Chald. & 70. terminus, sc. confinia, seu limites, quasi dicat, Regio, seu Prouincia.

3. *Turbido*, sc. riuulo, qui influit in mare Pelusiacum ad Rhinocoluram. *Irrigat*, Hebr. est contra, seu, è regione, quidam tamen Nilum intelligunt. At est Nili riuus secundum Hieronym. Amos 6. *Contra*, i. ad.

5. *Eiusque confinia*, Hebr. Chald. & 70. & terra Gibli, seu Giblæorum. *Emath.* Antiochiam quidam putant.

8. *Domini*, pro mei.

12. *Raphaim*, i. Gigantum.

14. *Illi*, sc. Mosi seu tribu Leui, sic infr.

15. *Iuxta cognationes*, q. d. singulis pro rata parte.

25. *Filiorum Ammon*, sc. olim, sed captam à Rege Sehon.

27. *Reliquam*, pro, & reliquam. *Ceneretb*, i. Genesareth Lacus est longitudine (secundum Ioseph lib. 3. bel. Iud. cap. 18.) centum stadiorum, latitudine vero 40.

31. *Filiis*, i. nepotibus.

CAPVT XIV.

2. In manu Moysi, i. per Mosen.

6. *Cenezæus*, id est, filius Cenez. Vide infra cap. 15.

10. *Quadraginta & quinque.* Hinc quidam colligunt 7. annis diuisam terram à Iosue, quod Caleb quadragesimo missus sit cum exploratoribus, deinde annis 38. vagati sint in deserto, secundo enim anno ab egressu ex Ægypto missus est.

12. *Enacim*, i. Gigantes.

13. *Benedixit*, id est, laudauit, vel bene est precatus.

Hebron, scil. agrum, & subiecta ei castella. Nam Hebron fuit Leuitarum. Vide infra c. 21.

15. *Adam maximus*, &c. quasi dicat, ille Arbe fuit maximus, id est, clarissimus inter Gigantes, ibique sepultus, vnde vrbi nomen, quamquam nec Hebr. nec Chald. nec apud 70. sunt illa verba (ibi situs est) Chald. homo magnus in fortibus, ipse scil. Arbe, Hebr. Homo magnus inter Gigantes ipse, 70. Metropolis ciuitatum Enacim, ipsa.

CAPVT XV.

1. Sin, per ש tsſ.

2. *Summitate*, i. extremitate. *Lingua*, i. Promontorio, vel longiori excursu maris instar linguæ, vel littore, Chald. littore.

3. *Egreditur*, i. excurrit.

Scorpionis, scilicet, scorpioni similem.

Sina, id est, vrbem Sin, vnde nomen deserto.

4. *Torrentem*, scilicet, Rhinocoluram. Vide Genes. 15.

5. *Vsque ad extrema*, i. in extremis. *Lingua*, Chald. *littore maris*, sc. salsi.

6. *Beth Hagla.* Hæc Genes. 50. dicitur Area Atad, distat ab Iericho 3. milliaribus, sita inter ipsam, & mare salsum, seu mortuum.

7. *Rogel*, i. fullonis.

8. *Ierusalem*, est in Tribu Beniamin.

13. *Enac*, id est, Gigantum, quasi dicat, celeberrimi inter Gigantes, Chald. illorum fortium forte. *Enac* nomen filij, vnde postea Gigantes dicti Enacim. vide infra.

14. *Deleuit*, scilicet, post mortem Iosue. Vide Iud. 1.

15. *Ciuitas litterarum*, q. d. Academia. Forte ibi studia litterarum.

17. *Cenez.* Apparet patrem Caleb fuisse hominem, vel Aui id nomen, & filius pro nepote positum.

Frater, Alij, fratris.

18. *Pergerent*, scilicet, deducebatur in domum sponsi.

Agrum, scilicet, fertilem.

Vt sedebat in. Chald. demittens se ex. forte, vt se ad patris pedes supplex iactaret, 70. tamen, vt noster.

19. *Benedictionem*, id est, munus. *Irriguam*, Hebr. fontes, seu, volutiones, 70. fontem, Chald. irrigationes.

Superius, & inferius, q. d. ex parte agri superiori, & inferiori.

62. *Salis*, sc. erat iuxta mare salsum.

63. *Iebusæum*, pro Iebusæos, ita dictos à Iebus Philistæo.

CAPVT XVI.

1. Et aquas, scilicet, qua parte, id est, rigatur aquis. *Luzam*, Chald. & 70. in Luzam, scil. valde est prope, vt vnum interdum reputentur, vel est appositio Pro, scil. Luzan. Vide inf. cap. 28.

3. *Magno*, additum id ab Interprete, explicationis causa.

8. *Salsissimum*, & id similiter additum. Quidam mare Mediterraneum intelligunt.

CAPVT XVII.

1. Machir primogenito, pro, posteris Machir primogeniti. *Galaad*, id est, Galaaditarum.

2. *Reliquis*, quasi dicat dimidiæ tribui.

4. *Fratrum*, i. cognatorum.

5. *Funiculi*, i. portiones.

9. *Vallis*, pro, ad vallem, seu torrentem, 70. vallem, Chald. ad fluuium.

10. *Mare*, sc. magnum.

11. *Bethsan.* Hæc postea dicta Scythopolis, quod à Scythis habitata est prope mare Galilææ. *Et tertia pars vrbis Nophet.* Hebr. & Chald. tres regiones, seu climata, scilicet, ipsius Dor, 70. & tertia pars Nophet, & vici eius.

13. *Tributarios*, sc. contra præceptum Domini, sed iam Dux illorum non erat Iosue præ senectute. Augu. q. 20. in Ios.

16. *Non poterimus*, &c. Chald. & 70. Non sufficit nobis Mons, planitiem autem impediunt currus ferrei, &c.

Ferreis, id est, falcatis, scilicet, falcibus instructis.

CAPVT XVIII.

1. Silo, est ad Septentrionem Bethel. Quidam putant esse Galgala. *Testimonij*, sc. vbi Dei testimonia, i. præcepta.

7. *Sacerdotium Domini*, i. quæ dantur pro ministerio quo seruiunt Domino.

13. *Meridiem*, scil. respectu Luzæ, quæ ad

 Septentrionem

Septentrionem respectu Beniaminicæ sortis. *Est Bethel*, sup.c 16.distinguuntur.

14. *Mare*, sc salsum, seu, mortuum. *Aphricum*, i. partem meridionalem.

15. *Ex parte*, i. extremitate, vt est Hebr. Chald. vertit à finibus.

19. *Linguam*, Chal. littus, 70. collem, sc. promontorium. Vide sup. c. 15.

Ab Aquilone, q.d. linguam respicientem Aquilonem.

Australem plagam, sc. Iordanis, ad eam enim partem influit in mare.

20. *Qui*, sc. Iordanis.

22. *Bethel*, altera quæ & Luza, de qua sup. est in Tribu Ephraim. Vide Iud. 1.

28. *Ierusalem*, dicitur pars quædam eius esse in Tribu Iuda.

Cariath. De hac dicitur fuisse Zacharias Propheta occisus inter templum, & altare de quo Matth. 23.

CAPVT XIX.

9. **M***Aior erat*, sc. quam vt eum funiculum solus Iudas possidere deberet.

12. *Fines*, i. limites.

13. *Gethepher*, ciuitas Ionæ prophetæ.

15. *Bethleem*, Altera est in tribu Iuda.

22. *Thabor*, non longè est à Nazareth.

35. *Cenereth*, ab hac dictum mare Genesareth.

47. *Et ipso fine concluditur*, Heb. & Chal. & exiit terminus filiorum Dan ab eis, q. d. defuit eis possessio, seu habitatio.

47. *Lesen*: Hæc postea Cæsarea Philippi dicta, sita ad radices Libani.

49. *Sui*, i. ipsorum, q.d. inter ipsos.

51. *Sacerdos*, sc. summus.

Partitique sunt, Hebr. & Chald. finem fecerunt diuidendi.

CAPVT XX.

1. **M***Anum Mosis*, 70. Mosen.

3. *Animam*, i. hominem, seu aliquem viuentem.

Nescius, i. per errorem, & sic inf.

5. *Ante biduum, triduumue*, Hebr. ab heri, & nudiustertius, i. antea.

7. *Decreueruntque*, Chal. constitueruntque Heb. & sanctificauerunt, i. parauerunt, seu dedicauerunt, 70. & distinxerunt, quo verbo vti solent pro constituere sic illud, & distinxit in labiis suis, & illud, quæ distinxerunt labia mea.

CAPVT XXI.

1. **C***Ognationum*, i. familiarum. *Per singulas*, i. in singulis.

5. *Reliquis*, scilicet, qui non erant de familia Aaron.

11. *Patris Enac.* Vide sup. c. 15.

18. *Anatoth*, patria Ieremiæ, 3. milliaribus ab Ierusalem.

25. *Geth Remmon*, duplex erat, sic multæ ciuitates eodem nomine in Terra sancta.

26. *Inferioris gradus*, sc. non erant sacerdotes. Heb. Chal. & 70. reliquis, sic & inf.

43. *Omnem*, at non secundum omnem partem, vel dedit postea. August. q. 21. in Ios. ait, datam omnem partim in possessionem, partim in exercitationem, sc. belli.

44. *Nullusque*, pro, fere nullus, vel nullus duce Iosue secundum Aug. q. 22.

45. *Rebus*, i. reipsa.

CAPVT XXII.

6. **B***Enedixit*, i. bene est precatus.

8. *In multa substantia, atque diuitiis.* Hebr. Chal. & 70. cum multis opibus, & iumentis, seu pecoribus multis.

10. *Tumulos*, i. fines, seu oras, scil. vbi solent esse tumuli congestæ arenæ. Hebr. limites, seu confinia.

In terram, pro, in terra. Apparet ex parte Iericho factum altare. *Infinita*, Hebr. Chald. & 70. maximæ

11. *Contra filios*, Chald. ad latus filiorum, Hebr. in transitu filiorum, scil. vbi Iordanem transierant venientes ex Ægypto.

16. *Sacrilegum*, additum id ab interprete.

17. *In Beelphegor*, i. colendo Idolum Moabitarum.

18. *Hodie*, i. nunc, seu hoc tempore. *Cras*, i. in posterum.

20. *Vnus homo*, q.d. solus peccauerat.

Atque vtinam, &c. Heb. Chal. & 70 & non periit solus, &c.

22. *Fortissimus Deus Dominus*, Heb. bis ponitur id, & in Complut. 70. Deus, Deus Dominus, idque bis, Chal. Deus Deorum Dominus.

24. *Tractatu*, Hebr. solicitudine, seu timore.

27. *Non est vobis pars*, &c. q.d. nihil vobis cum Domino, sc. non est Deus vester.

31. *Liberastis*, &c. q.d. fecistis ne peccarent suscepto contra vos bello.

33. *Laudauerunt*, Heb. benedixerunt.

34. *Vocaueruntque*, &c. Not. quod nomen impositum, fuit testimonium, ratio vero fuit, quæ hic additur, sc. testimonium nostrum, &c.

CAPVT XXIII.

2. **D***Vces*, Heb. Chal. & 70. iudices vt etiam cap. seq.

Magistros, Heb. præfectos, Chal. exactores 70. Scribas, i. Doctores, sic etiam inf. c. seq. *Progressioris*, pro, prouectioris.

4. *Diuisit*, Heb. & Chal. diuisi.

7. *Futuræ sunt*, pro, adhuc sunt. Vide inf. Hebr. Chal. & 70. relictæ sunt.

13. *In foueam*, &c. pro, velut in foueam, &c.

14. *Terræ*, pro, hominum, quibus, scil. statutum mori.

Toto animo, i. omnino, seu certissimè.

CAPVT XXIV.

1. **S***Ichem*, quo, scil. fuerat, iam Arca ad tempus translata, dicta hæc postea Neapolis, distat à Samaria 3. milliaribus. Ab Iericho vero 23. *In conspectu Dei*, i. ante Arcam.

2. *Fluuium*, sc. Euphratem.

3. *Mesopotamiæ finibus*, Hebr. Chald. & 70. trans fluuium, sc. Euphratem.

11. *Pugnaueruntque*, scil. post casum Murorum. Aug. q. 26. in Ios. ait: Pugnare, fuisse claudere portas contra hostem.

Amorrhæus, pro, itemque Amorrhæus. Quidam tamen putant, ex omnibus his populis fuisse aliquos in Iericho, cum oppugnaretur.

12. *Crabrones*, sc. muscas venenatas. August. q. 27. ait:

ait:Multa facta,quæ non sunt scripta,vel esse locutionem metaphoricam.

14. *Perfecto corde atque verissimo.* Hebr.in perfectione,& veritate. Chal.in simplicitate,& veritate.70.in rectitudine,& iustitia.

In Mesopotamia,Heb.Chal.& 70.trans fluuium, sic & inf.

19. *Non poteritis*,scil.simul cum idolis. *Æmulator*,i.zelotes,sc.qui non patitur socium in amore, & cultu sui.

20. *Conuertet se*,sc.à benefaciendo vobis, vel q. d.rursum, id enim significat phrasis Hebr. vt alibi notauimus.

23. *Deo*,i.Idola capta in bello.

26. *Scripsit*,sc.addens.

Volumine,sc.quod erat in arca.*Sanctuario*,i.loco, quo erat arca.

27. *Audierit*, Aug.q.30. Non lapis audit, sed Christus significatur.

Negare,sc.initum fœdus.

29. *Et post hæc*,&c. Hæc ad finem vsque capitis creduntur ab Esdra addita.

32. *Ouibus.* Quidam putant fuisse in nummis ouis imaginem impressam Heb.Chald.&70.agnis. Vide Gen.33.

33. *Gabaath Phinees*, totum est nomen vrbis.

Filij,genitiuus est.

IVDICES,

Id est, de Iudicum gestis.

Auctor Samuel secundum Hebræos.

CAPVT I.

2. IVdas, i.tribus Iuda.

3. *Sortem meam*,i.partem,quæ mihi sorte obtigit,sc. ab hostibus recuperandam.

5. *Adoni Bezech*, id est. Dominus Bezech.

6. *Summitatibus*,sic etiam 70.Alij pollicibus.

7. *Reges*,regulos intellige.

8. *Oppugnantes*,id factum narratur Ios.15. Fortè per anticipationem.

12. *Dixitque*,&c.id factum post mortem Iosue, etsi supra per prolepsim narratur. Aug. quæst. 3.in Iud.

13. *Frater Caleb minor.* Alij,fratris Caleb minoris:sic etiam inf. cap. 3. vbi 70. apertè dicunt Cenez fuisse fratrem Caleb, non ipsum Othonielem.

14. *Sedens in asino*:Sic etiam 70. At Heb.& Chal. delapsa, seu se demittens ex asino,sc.vt se ad patris pedes supplex abiiceret.Vide Ios.15.

15. *Benedictionem*,i.munus,seu donum.

16. *Filij*,i.nepotis.*Cinæi*,i.Iethro.

Cognati,Heb.Chal.& 70.soceri.

Palmarum,sc.Iericho,vbi habitauerant.

19. *Vallis*,pro,vallium,i.campestrium.

20. *Filios Enac*,i.Gigantes.Vide Ios.15.

21. *Iebusæum*, pertinebat ad Tribum Iuda, & Beniamin.Aug.q.7. *Deleuerunt*,scil. Arx mansit vsque ad Dauid.

22. *Bethel*, altera est in tribu Beniamin. Vide Ios.18.

23. *Obsiderent*,sic etiam 70.At Hebr. & Chald. explorarent.

28. *Confortatus est*,i.præualuit.

35. *Habitauitque*,sc Amorrhæus.

Aggrauata est,i.præualuit.

Tributarius,sc.Amorrhæus.

36. *Petra*,vrbs est Arabiæ, Heb. Chal.& 70.à Petra.

CAPVT II.

1. ANgelus, i. nuncius, forte Propheta aliquis aut spiritus Angelicus.

Eduxi, loquitur in persona Domini quem repræsentat.

3. *In ruinam*, id est, ruinæ occasio, 70.scandalum.

6. *Dimisit*, pro, dimiserat vero, sc.multo ante Not.scripturam non seruare ordinem.Nam c.1.dixerat Iosue mortuum.

10. *Non nouerunt*,ignorare dicuntur Dominum, qui ei non obediunt.

11. *Baalim*,i.idolis.

13. *Astaroth*,i. simulacra effigie ouium, secundum quosdam.

14. *Vendiderunt*,Heb.& 70.vendidit, Chal.tradidit,sc more vendentium dedit.

22. *Experiar*,Heb. Chald.& 70.tentem,i.faciam periculum,sic c.seq.

23. *Dimisit ergo*, &c. q. d. Dominus qui futura prouidebat, noluit statim delere illas nationes,&c.

CAPVT III.

1. ERudiret in eis,Hebr.Chald.& 70.tentaret per eas.

Bella,sc.superiora.

2. *Eorum*,Heb.Chal.& 70.Israel.

Satrapas,i.perfectos seu principes. Vox est Persica.

7. *Astaroth*,Heb.Aseroth,i.lucis,70.lucis.

8. *Tradidit*,Heb.vendidit.Vide sup.c.2.

13. *Palmarum*,sc.Iericho.

15. *Filij Iemini*,i.de tribu Beniamin, Chald.Filij tribus Beniamin.

Vtraque manu,sic etiam 70. At Heb.& Chal.dicunt,illum vsum sola sinistra.

16. *Palmæ manus*,70.palmi.Hebr.& Chald.cubiti,sc.tantus erat gladius.Nam de capulo nulla mentio,Chald.Heb.aut in 70.

19. *Galgalis*,,sc.vbi socios dimiserat.

Idola,Chal.& 70.sculptilia. Alij,lapicidinæ.*Silentium*,

lentium,q. l.rex iussit ipsum tacere, donec recederent qui aderant.

20. *Æstiuo*,sc.causa refrigerationis.

22. *Per secreta naturæ*,id non est Heb. Chald.aut in 70.

28. *Transire*,sc.erant tunc Moabitæ in Iericho, vbi etiam videtur occisus Eglon.

29. *Robustos*,Heb.pingues, Chald.terribiles,70. bellatores.

31. *Vomere*,Heb.& Chal.stimulo boum.

CAPVT IV.

2. *Regnauit*,videtur recuperasse regnum maiorum amissum tempore Iosue.

4. *Prophetis*, i. docta in lege, vel quæ habebat spiritum interdum prophetandi. *Lapidoth.* Hunc quidam putant Barac.

5. *Vocabatur*,sc.postea vocata est Palma Deboræ, Heb.Habitabat sub palma Deboræ: *In omne iudicium*,i.ad dirimendas lites.

7. *Ego*,verba sunt Domini. *Cison*,oritur ex Thabor.

11. *Cinæo.* Dicebantur hi Cinæi à Cinæo socero Mosis,vide sup c.1.

Filiis,i.nepotibus. *Hobab*,sc.Iethro,qui sic etiam vocabatur.

Cognati,Heb.& Chal.soceri.

15. *Perterruitque*, Hebr.& contriuit, Chald.& fregit.

21. *Clauum tabernaculi*, quasi dicat, vnum ex clauis seu paxillis, quibus tabernaculum figebatur.

Qui soporem morti socians defecit.Heb.qui sopore erat oppressus & lassus, 70. & ipse cecidit palpitans inter pedes eius,& expirauit.

24. *Opprimebant*,forte pro,oppresserant.

CAPVT V.

4. *Distillauerunt*,sc.præ timore sudantes,q.d.totus orbis tremebat.

5. *Fluxerunt*, repetitio, videtur autem per montes,& cælos Principes intelligere.

6. *Iahel*,de qua sup.c.4.& inf.

Quieuerunt,&c.q.d.qui iter faciebat, non audebat præ timore ire via Regia.

7. *Cessauerunt*, Chald. desolatæ sunt, 70.defecerunt.

Fortes, Hebr. Pagi, Chald.vrbes, 70.habitantes.

8. *Noua bella* &c.q.d.inusitata & mirabilia,Heb. cum elegit (sc.Israel) deos nouos, tunc bellum in portis,sc.habuit.

Si apparuerunt, quasi dicat,nemo audebat arma sumere.

10. *Nitentes*,Heb.candidas.

Supra in iudicio, Chal.super iudicium,70.in iudicio, q.d. qui præestis iudiciis, vel qui equitatis commode.

Ambulatis,i.iter facitis.

11. *Ad portas*,q. d.ad egrediendum ex vrbibus intrepide. *In fortibus*,i,in exercitu fortium Israelitarum.

14. *In Amalech*,i.Amalechitas. *Ex Beniamin*, sc.fuit etiam victoria.

15. *Ruben*,scil. dum vult ipse etiam opem ferre, orta est discordia.

16. *Terminos*,sc.inde hostium,hinc Israelitarum. Alij,caulas.

Sibilos,q.d.vt inter pecora maneas, nec adiuues fratres tuos in bello.

20. *Stellæ*,pro,cæleste auxilium,seu Angeli.

21. *Cadumim*,quasi dicat,antiquissimus. Quidam tamen putant nomen esse proprium alterius torrentis.

23. *Angelus*,sc.loquens per me.

25. *Principum*, quasi dicat, pulchra. *Butyrum*, pro lac.

31. *Pereant*,sc.vt Sisara. *Splendet*, sc.& subinde fit lucidior.

CAPVT VI.

4. *Apud eos*,Heb.& 70.contra eos.

Sicut erant in herbis,Hebr. & Chald.fructus terræ. *Ad vitam pertinent.* q. d. victum.

8. *Prophetam*, idest, Phineam filium Eleazari secundum Hebræos.

11. *Torcuları*,i.loco vbi erat torcular.

14. *Dominus*,i. Angelus Domini. *Scito*, q. d.ne dubita,vel tunc scies, te à Deo mitti. Hebr. sensus est,ego te mitto.

15. *Familia mea*, Hebr. millenarium meum, seu chilias mea:sic sc. vocant familiam ob multitudinem. Id quod Not. ad illud Mich. 5. In millibus Iuda.

16. *Quasi vnum*,i.ac si vnus esset solus, vel omnes ad vnum.

17. *Sis*,sc.Dei Angelus.vel Propheta.

18. *Tibi*.Hebr.Chald.& 70.coram te Aug.notat, non dixisse tibi. Vide q. 36. in Iud. vbi etiam notat obtulisse sacrificium extra Tabernaculum de consilio Angeli, quem Prophetam putabat. A.vide sup.

19. *Medio*,Heb.Epha. *Et obtulit ei*, Heb.Chal.ad eum,& obtulit.

21. *Euanuit*,Heb.abiit seu discessit.

22. *Heu mi*, q. d.actum est de me. Hebr.ah,ah quod aliàs vertit,a.aa.

23. *Dominus*, id est,Angelus Domini,sc.discedens.

24. *Pax*, sc.est,q.d.est auctor pacis, seu salutis. Alij vertunt.Dominus pacis.

Cumque adhuc,&c. Heb.& Chal. adhuc est illud altare in Ephra,&c.

25. *Taurum patris*, scilicet, erat paratus ad sacrificium idolorum. Iubet ergo Deus ex eo loco tolli.

31 *Qui aduersarius*,&c.verba sunt illorum.Heb. & Chal.qui litigauerit pro eo,sc.Baal.q.d.eius causa,seu contra eum, vel in eius defensionem vt sint verba Ioas.

32. *Ierobaal*,i.impugnans Baal, seu litigans cum Baal.Not.quod in hoc versu nulla est mentio Gedeonis,aut Ioas,Heb.Chal.aut in 70.

34. *Abiezer*,sc.cognatos suos.

38. *De nocte*,Heb.& 70.mane,seu diluculo.

Concham,Chal.lagenam. Alij,phialam.

CAPVT VII.

1. *De nocte*,Heb.& 70.mane. Excelsi,Heb. Moreh,videtur esse nomen proprium.

5. *Lingua*,Heb.Chal.& in 70. solum est, lingua, sed manus etiam intelligitur,vt patet ex sequent.& quidem Aug.legit apud 70.etiam,manu.

9. *Nocte*,sc.sequente illum diem.

10. *Puer*,i.famulus.

11. *Vigiliæ*,Heb.& Chal.vltimi.

13. *Tabernaculum*,sc.ducis.

15. *Adorauit*,sc.Deum gratias agens.

16. *Lampades*,sc.ardentes tædas.

18. *Domino,& Gedeoni*,sc.victoria. Alij,Domini, &

& Gedeonis, sc. gladius est, vt inf. Chald. vtrobique gladius Domini, & victoria Gedeonis.

19. *Trecenti*, Hebr. Chald. & 70. centum. *Noctis mediæ*, Heb. Chal. & 70. mediis.

20. *Gladius*, sc. vincet.

23. *Crepidinem*, i. limitem, Chald. latus. *Conclamantes*, Heb. acciti, seu congregati. Chal. congregati, sic inf. in verbo *Clamauitque*, scil. congregatusque

25. *Viros*, Heb. Chal. & 70. Principes.

CAPVT VIII.

1. FAcere voluisti, Heb. Chal. & 70. fecisti.

2. *Quid enim*, &c. Heb. Chald. & 70. quid feci nunc, sicut vos.

Abiezer, q. d. familiæ meæ. Chal. Meliores debiles Ephraim quam fortes Abiezer.

11. *Eorum qui*, &c. Chal. Arabum.

13. *Solis ortum*, scilicet, vna nocte bellum totum confecerat. Alij vertunt, occasum Chal. Solis introitum.

16. *Contriuit*, sc. nudos.

18. *Vnus*, pro, vnusquisque.

19. *Filij matris*, i. fratres ex parte matris.

21. *Ornamenta*, Heb. & Chal. lunulas, sc. erant figura lunæ.

26. *Monilibus*, Chal. coronis.

27. *Fecitque*, sc. in fine vitæ, forte autem à parte totum intelligendum, i. omnia ad Dei cultum pertinentia, Aug. q. 42. in Iud.

Fornicatus, sc. per idololatriam. *In ruinam*, sc. occasio idololatriæ.

CAPVT IX.

1. FRatres matris, id est, cognatos ex parte matris.

4. *Pondo*, i. siclos, Hebr. Chald. & 70. argenteos, sc. siclos.

Baalberith. Not. quod Chananæi omnes deos vocabant. *Baal*, i. Dominum: distinguebant autem additione, v. g. Berith Zebub, Peor, &c.

Inopes, Heb. Chald. & 70. vacuos, q. d. vanos, seu otiosos.

7. *Septuaginta*, scil. fere, non enim se, nec Ioatham.

6. *Mello*, propinqua erat Sichem. Quidam dicunt non fuisse vrbem, & quidem Hebr. Chald. & 70. solum dicunt domum *Mello*, i. familiam, Mello, sic & inf.

7. *Ita vt*, pro, ita, q. d. sic Dominus vos exaudiat.

9. *Dij*, sc. in Templis.

Inter, Heb. super, Chal. & 70. vt imperem arboribus.

13. *Deum*, sc. in libaminibus.

14. *Rhamnum*, genus est rubi, diciturque habere vim producendi ignem, vnde inf. egrediatur ignis, &c. significatur verò hic Abimelech, vt in superioribus eius fratres.

15. *Vere*, Hebr. Chald. & 70. in veritate, q. d. bona fide.

Requiescite, Heb. & 70. confidite, Chald. habitate.

16. *Recte & absque peccato*, Hebr. Chald. & 70. in veritate, & perfectione.

23. *Misitque Deus*, &c. vel permittendo, vel potestatem dando ad pacem perturbandam, Aug. q. 45.

24. *Adiuuerant*, sc. in cæde, vel regno.

27. *Vastanteſ*. Heb. Chal. & 70. vindemiantes, sc. quod antea facere non audebant.

Calcantes, sc. in torculari, seu lacu, vt vinum exprimerent.

31. *Oppugnat*, pro, occupat.

33. *Oriente Sole*, i. eius fulgore diluculo apparente, sic in Euangelio, orto Sole, i. ad ortum veniente, & fulgorem suum iactante, August. quæst. 46. Heb. Chald. & 70. circa ortum Solis, seu, oriente Sole.

37. *Vmbilico*, i. editiore loco, vel medio.

Quæ respicit quercum, Hebr. & Chald. quercus Mehonanim, 70. quercus aspicientium. Alij, querceti Augurum, seu ariolorum.

41. *Socios*, Heb. Chal. & 70. fratres.

42. *In campum*, sc. ad sua negotia.

45. *Sal*, scil. ne illic aliquid nasceretur, sed esset sterile solum.

46. *Berith*, id nomen phani, seu idoli, à fœdere.

51. *Excelsa*, Heb. Chal. & 70. fortis.

54. *Percute*, Heb. Chal. & 70. interfice.

57. *Maledictio*, i. imprecatio.

CAPVT X.

1. PAtrui, Abimelech, Hebr. filij Dodo, quod videtur esse nomen proprium, nullaq. fit mentio Abimelech.

Montis, Heb. Chal. & 70. in monte.

4. *Sedentes*, i. solitos equitare. *Pullos*, sc. mulos, seu mulas.

8. *Amorrhæi*, sc. olim.

11. *Locutus*, sc. per Angelum, vel Prophetam aliquem.

12. *Chanaan*, sic etiam 70. At Heb. & Chald. Mahon, sc. Mahonitæ.

16. *Doluit*, i. compassus est.

17. *Conclamantes*, Heb. & Chal. congregati.

CAPVT XI.

2. ALtera, Chald. alterius tribus, 70. meretrice.

3. *Inopes & latrocinantes*. Heb. & Chal. vacui, i. otiosi, 70. inopes.

11. *Locutus est*, quasi dicat, repetiuit illud pactum.

Coram Domino, i. coram arca Domini, vel q. d. velut præsente Domino, qui vbique est.

12. *Quid mihi & tibi?* q. d. quid tibi est negotij mecum.

20. *Infinita multitudine*, Heb. Chald. & 70. omni populo suo.

Fortiter resistebat, Hebr. Chald. & 70. pugnauit cum Israel.

24. *Possedit*, Heb. & Chal. possidere fecit.

26. *Habitauit*, sc. Israel.

Iordanem, sic etiam 70. At Heb. Chal. & Complut. Arnon.

Trecentos, non ait scriptura, id, sed tantum refert quid Iephte dixerit.

27. *Huius diei*, Heb. hodie.

35. *Decepisti*, q. d. magno errore mihi obuiam venisti, magnoque meo incommodo. Heb. depressisti, seu, humiliasti. *Decepta es*, Heb. & Chal. turbasti me.

Aperui, sc. vouendo.

37. *Virginitatem*, q. d. quod cogar innupta mori.

39. *Fecit ei*, &c. Hiero. in 7. Iere. non placuit Deo sacrificium, sed animus offerentis.

CAPVT XII.

3. POsui in manibus,i.exposui periculo.

4. *Fugitiuus*,q.d.vilis,respectu Ephraim,vt solent qui fugiunt, vel quasi dicat, apostata, qui nos olim deseruit manens vltra Iordanem. *In medio*,sc.duarum tribuum.

6. *Scibboleth*,scilicet per ש sc. Quod interpretatur spica, id additum ab interprete. Alij,aquarum decursum, seu alueum interpretantur, & quidem vtrumque significat.

Sibboleth,sc.per ס s.

8. *Abesan*,Hic quibusdam est Booz.

CAPVT XIII.

5. NOuacula,70.ferrum.

Non tanget, q.d.cauendum ei, ne finat tangere.Vide inf.

6. *Vir Dei*,i.Propheta.

Quem cum interrogassem,&c.Heb.& Chald.nec ego interrogaui, vnde esset, nec ipse mihi suum nomen indicauit.70.interrogaui vnde esset, & ipse nomen suum non indicauit mihi.

15. *Faciamus*, i. offeramus edendum, vel mactemus.

Tibi,Heb.Chal.& 70.coram te.

16. *Si me cogis*, pro, etiamsi me cogas. Hebr.& Chal.si me detinebis,q.d.etiam si hic expectem,id enim fuerat,rogatus, nam quod sup. vt acquiescas precibus meis,Heb.detinebimus te, 70.si me coegeris. *Panes*,i.cibos.

17. *Si sermo*,Heb.& 70.cum sermo.

19. *Qui facit mirabilia*,sic 70.at Heb. & Chald. & fecit mirabile quiddam,sc. Angelus,nempe quod sequitur.

20. *Flamma*, scil.ab Angelo excitata, vt quidam volunt, sed videtur potius excitata ab igne, quem sacrificans parauerat.

24. *Vocauit*,sc.mater.

25. *Cœpitque*, &c.q.d. cœpit esse fortis Dei dono.

Castris Dan, est nomen loci proprium. Vide inf c.18.

CAPVT XIV.

1. THamnata,ciuitas est in monte Ephraim: Vide sup.

4. *Quæreret*,sc.Samson.

6. *Irruit*,Heb.prospere egit.Chal. mansit,70 direxit,sic inf.& c.seq.

Patri & matri, scilicet, à quibus ipse diuerterat.

7. *Locutus*,sc.coram parentibus puellæ *Quæ placuerat*,Heb.Chald.& 70.& placuit,scil. mulier illa Samsoni.

8. *In ore*,sic etiam 70.At Hebr. & Chald.in Cadauere.

10. *Filio suo*, Hebr.Chald.& 70.ibi. *Iuuenes*,sc. cum ducerent vxores.

12. *Problema*,i. ænigma, seu propositionem, vt inf.

Sindones, forte indusia intelliguntur. *Tunicas*, Heb.vestes mutatorias,i.pretiosas, seu nouas,quibus veteres commutantur.

15. *Adesset*,i.prope esset, 70. quidam factum id aiunt die quarto.

17. *Septem*, i. reliquis ex septem, vel factum id per omnes septem, sed scriptura non seruat ordinem.

18. *Arassetis*, q. d. nisi meæ vxoris opera vsi essetis.

20. *Pronubis*,id est, sodalibus illis conuiuij nuptialis.

CAPVT XV.

4. FAces,sc.titiones.

5. *Comportatas*,sc.ex agris in aceruos.

8. *Ita vt stupentes, suram femori imponerent*, 70. in tibia circa femur,Chal. equites super pedites,q.d.pedites,& equites, Heb. coxam super femur,seu crura,& femora.

16. *Pulli asinarum*,Heb.Chal.& 70.Asini.

17. *Eleuatio*:Alij,proiectio.

19. *Molarem dentem*,id est,illam maxillæ concauitatem,vbi dens molaris inclusus.

Inuocantis,sc.Deum.

De maxilla,Heb.& Chal.qui est in Lechi, q.d. adhuc est eo loco.

CAPVT XVI.

3. ET inde,Heb.Chal.& 70.& media nocte.

4. *Argenteos*,sc.siclos.

7. *Neruiceis funibus*, sc. factis ex neruis boum. Alij, viminibus humidis, vel virgis viridibus, Chal.funibus recentibus,70. humidis funibus, seu neruis.

15. *Septem*,i.illos multos, qui simul conglobati, vel,q.d.multitudinem capillorum meorum, vel septem partes, in quas diuisi capilli more funium contorti,vel magnam partem capillorum, septem enim multa significant.

Licio,i.ligno, quo tela à texente inuoluitur, vel fila telæ intelligit.

Plexueris,i.implicaueris,seu ligaueris.

17. *Ferrum*,Heb.& Chal.& 70.nouacula.

19. *Cœpit abigere*,&c.Hebr.& Chald.cœpit affligere eum,& discessit ab eo fortitudo, 70.cœpitque humiliari,& discessit,&c.

26. *Dimitte*,pro duc.

27. *Et solario*,explicatio præcedentis, addita ab Interprete.

CAPVT XVII.

1. EO tempore,sc.mortuo Samsone, vel tempore Othonielis, quamquam hæc duo verba ab interprete sunt addita.

2. *Argenteos*,sc.siclos.

Quos separaueras tibi,Heb. & Chal.acceptos tibi,sc.furto.

Iuraueras,sc.te dedicasse Domino, vt inf. Alij, maledixeras,sc.imprecata malum furi.

Habeo, quasi dicat, ego accepi. *Domino*, pro,à Domino,sc.fis.

3. *Domino*.Not.Dei nomen proprium, idolo tribui.Vide etiam Exo.32.1. Reg.29.3.Reg.22.Gen. 31.sc.putabant illi, idola esse veros Deos.*Sculptile*, sc. simulacrum.

Conflatile,i.fusile.

4. *Reddidit*,sc.iterum.

5. *Theraphim*,imagines erant specie humana. Hic vero quidam putant accipi pro instrumentis illius superstitionis,noster idola est interpretatus.

Impleuit manum,i.consecrauit,scil.dando in manum quod offerret.

6. *Rex*,i.gubernator,sc.iudex.

7. *Eius*,sc.Iuda,q.d.qui habitabat cum tribu,seu familia Iuda, vel quæ Bethleem ad Iudæ familiam seu tribum pertinebat.

10. Argenteos

10. *Argenteos*, sc. ſiclos.
Duplicem, sc. æſtiuam, & hybernam.
12. *Impleuitque*, vide ſup. *Puerum*, i. adoleſcentem.

CAPVT XVIII.

1. *SOrtem*, ſc. totam. Vide Ioſue 19.
2. *Requieuerunt*, ſic etiam 70. At Hebr. & Chal. pernoctarunt.
3. *Quam ob cauſam*, &c. Hebr. Chald. & 70. quid tibi eſt hic? ſc. negotij.
6. *Reſpicit*, id eſt, fauet, ſeu dirigit, Chald. ſtabiliuit.
7. *Lais*: Hæc poſtea dicta Paneas, à fonte Paneade, & Cæſarea Philippi, eſt ad radices Libani, vbi Ior, & Dan fontes iuncti Iordanem faciunt.
14. *Noſtis*, Hebr. & Chald. nunquid noſtis?
18. *Idola*, Heb. & 70. Teraphim, Chal. ſimilitudines, ſc. imagines erant, ſeu figuræ, ſic & inf.
19. *Digitum*, Heb. Chal. & 70. manum.
20. *Acquieuit ſermonibus eorum*, Hebr. Chald. & 70. lætatus eſt corde.
22. *Conclamantes*, Hebr. & Chald. congregati.
24. *Omnia quæ habeo*, Hebr. Quid mihi vltra? id eſt, reliquum?
30. *Moyſi*, Hebr. Manaſſe: ſed Hebræi legunt Moyſi, eius enim Nepos erat. Chald. & 70. Manaſſe.
Captiuitatis, ſc. captæ arcæ tempore Heli.
31. *In diebus illis*, &c. hic incipit cap. 19. ſecundum Hebræos.

CAPVT XIX.

1. *FVit*, id quidam putant accidiſſe poſt mortem Ioſue, antequam iudicaret Othoniel. Alij, tempore Aiod.
2. *Reliquit eum*, Hebr. fornicata eſt apud eum, Chal. contempſit eum, 70. irata eſt illi.
5. *De nocte*, Heb. mane, Chal. in aurora 70. diluculo.
8. *Vt paululum*, &c. Heb. conforta cor tuum, moratique ſunt, donec dies declinaret, & comederunt ambo. Chal. & 70. magis, vt noſter.
10. *Contra*, i. è regione.
Onuſtos, Chal. & 70. ſtratos.
16. *Filij Iemini*, i. de tribu Beniamin.
17. *Sedentem*, Heb. facientem iter, i. viatorem, vt vertunt Chal. & 70.
18. *Domum Dei*, ſcilicet, erat in Silo in monte Ephraim, 70. domum meam, Chal. domum ſanctuarij Domini.
20. *Pax tecum ſit*, Hebr. pax tibi, q. d. eſto bono animo.
22. *Abſque iugo*, Chal. impij 70. iniqui.
Abutamur eo, Hebr. Chald. & 70. cognoſcamus eum.
23. *Stultitia*, ſic etiam 70. Alij, turpitudine, Chal. ignominia.
24. *Scelus hoc contra naturam*, Heb. & Chal. rem hanc ignominioſam, 70. rem hanc ſtultam.
29. *Duodecim*, ſc. duas partes miſit duabus dimidiis Manaſſe tribubus.

CAPVT XX.

1. *QVaſi vir vnus*, i. omnes ad vnum.
2. *Anguli*, i. capita, ſeu primates.
Quadringenta, ita Hebr. Chald. & 70. & Complut.
5. *Occidere*, ſc. libidine præpoſtera.
6. *Veſtra*, Heb. Chal. & 70. Iſrael.
7. *Quia nunquam*, &c. Heb. quia fecerunt ſcelus, & fœditatem in Iſrael.
8. *Vnius hominis*. quaſi dicat, vnanimi conſenſu.
9. *In commune*, Hebr. Chald. & 70. per ſortem.
15. *Vigintiquinque*, ſic etiam 70. at Heb. & Chal. viginti ſex.
16. *Ita ſiniſtra*, &c. ſic etiam 70. at Heb. & Chald. qui ſola ſiniſtra vtebantur.
18. *Domum Dei*, Hebr. Chald. & 70. Bethel, & hic, & infr. & c. ſeq. nulla de Silo facta mentione.
25. *Proſternerent*. Not. quod iſti ob ſua peccata puniebantur, præſertim Idololatriam, quam in tribu Dan permittebant.
27. *Ibi*, ſc. in Silo.
33. *Baalthamar*, Chald. in planiciebus Iericho.
34. *Ab Occidentali*, ſic etiam 70. At Chald. ex planicie. Alij, ex gramineto, ſc. herboſo loco.
39. *Putauerunt*, &c. redit ad id, quod ſupra dixerat.

CAPVT XXI.

3. *IN populo tuo*, Hebræus Chald. & 70. in Iſrael.
7. *In commune*, Heb per Dominum, 70. Domino Chal. in verbo Domini.
9. *Eſſent in Silo*, Hebr. Chald. & 70. numeraretur popul.
10. *Decem*, Heb. Chal. & 70. duodecim.
13. *Præceperunt eis*, vt eas ſuſciperent, Heb. Chal. & 70. vocauerunt eos.
19. *Quæ ſita eſt*, pro, in ea parte, quæ ſita eſt.
22. *Peccatum eſt*, ſcilicet, non bene cuſtodiendo filias veſtras. Not. quod iurarant iſti non dare filias ſuas, dederunt autem alienas, facto conſilio, inſciis illarum parentibus. Eſt autem Hebr. & Chald. totius periodi ſenſus. Ignoſcite illis, cum enim captæ in bello vxores non ſufficerent eis, nec vos ei dare voluiſtis, ne forte peccaretis.

RVTH

RVTH,

Scilicet, Historia.

Auctor creditur Samuel, vel Esdras.

CAPVT I.

1. VNius, quis iste, incertũ, Heb. Chal. & 70. in diebus quibus iudicabant Iudices. *Terra*, sc. Iuda.

2. *Ephratei*, i. ex Ephrata, Chal. Magnates.

De Bethleem, explicatio præcedentis.

13. *Si eos expectare*, &c. Hebr. Chald. & 70. nunquid tamdiu expectabitis innuptæ, donec crescant? *Quia vestra angustia*, &c. Heb. & Chal. sensus est: Maior est mea angustia, quàm vestra. *Et egressa*, pro, etenim egressa.

CAPVT II.

2. SI *iubes*, additum id ab interprete.

13. *Puellarum*, Hebr. & Chald. ancillarum.

14. *In aceto*, Chald. in pulmento cocto aceto.

Congessit polentam sibi, i. far tostum. Hebr porrexit ei, (sc. ipse Booz, vt dicunt 70.) tostum sc. far.

Tulit reliquias. Heb. Chald. & 70. reliquit, q. d. & superfuit etiam, sc. quod secum ferret.

15. *Vobiscum metere voluerit*, Hebr. Chald. & 70. inter manipulos collegerit.

17. *Modios*, i. sata.

20. *Gratiam*, Hebr. & 70. misericordiam, Chald. bonitatem.

CAPVT III.

1. *Requiem*, sc. nuptias.

9. *Expande pallium*: q. d. suscipe me in tutelam tuam, seu in vxorem vt vertit Chal. *Propinquus*. scilicet, qui debeas suscitare semen cognato defuncto.

10. *Misericordiam*, Chald. bonitatem. *Iuuenes*, sc. *inhoneste*, vt solent puellæ.

15. *Modios*, i. sata, Chald. sata Hebr. tantum dicitur, & hic & inf. *sex*, vnde quidam verterunt, epha sex.

18. *Compleuerit*, Heb. compleuerit hodie.

CAPVT IV.

1. AD *portam*, sc. vrbis, vbi olim iudicia fiebant, Chal. ad portam domus iudicij, qui locus Sanhedrim, i. concilij, seu consessus Iudicum. Vsurpatum enim id verbum Hebræis à Græco, vt apparet συνέδριον, Synedrion. *Vocans eum nomine suo*. Heb. Peloni. Almoni, quæ voces ponuntur loco nominis proprij, vt Hispanis Iulano Zutano, q. d. sede hic ô talis: vide simile quiddam 1. Reg. 21. & 4. Reg. 6. & Dan. 8.

3. *Vendet*, Chal. & 70. vendit, Heb. vendidit, pro vendet, i. vult vendere.

8. *Dixit ergo propinquo*, &c. Heb. Chal. & 70. dixit ad Booz propinquus, acquire tu, seu, posside, & detraxit calceamentum, & ait Booz maioribus, &c.

15. *Melior*, sc. ipsa nurus.

19. *Aram*, Heb. & Chal. Ram.



I. REGVM.

i. de Regum gestis. Hebr. Primus Samuelis.

Auctores Primi, & Secundi, Samuel, Nathan, Gad. Tertij, & Quarti, Esdras, vel Ieremias, ita quidam. At quarti non esse hos, patet ex Cap. 13. vers. 23.

CAPVT I.

1. RAmathaim, q. d. ex duarum Ramath illa quæ Sophim, dicitur, dicitur & Aramathæa, distatque ab Ierusalem 20. milliaribus. Vide Bed. 1. Reg.

Elcana, erat ex filiis Core de tribu Leui: vide 1. Paral. 6.

Ephrataus, i. in monte, seu tribu Ephraim habitans, vel q. d. oriundus ex Ephrata, id est, Bethleem.

3. *Ascendebat*, sc. ter quotannis, de quo Deut. 16. semel autem cum tota familia.

Statutis diebus, Hebr. à diebus in dies, i. quotannis.

Exercituum, sc. cælestium, & terrestrium.

5. *Tristis*, Chald. electam Hebr. facierum, id est, honorificam, vel iratum, q. d. cum tristitia.

6. *Æmula*, Hebræos inimica, seu, angustiatrix.

9. *Domus*, id est, atrij. Dicunt quidam in ipso atrio nec sacerdotibus sedere licuisse, aut edere.

11. *Domino*, scilicet, vt ei seruiat, dum vixerit.

Nouacula,

Nouacula, quaſi dicat, viuet ſemper more Nazaræorum.

15. *Infelix nimis*, Heb.ægro,ſeu, afflicto animo, Chal.tribulata ſpiritu.

Omne,quod inebriare poteſt,Heb.ſiceram.

Effudi,q.d.expoſui animum meum totum. Vide Pſal.51.

16. *Filiabus Belial*, q. d. improbam, ſeu impiam.

Doloris,Heb.& 70.meditationis.

18.*Gratiam*, ſcil.vt pro me ores. *Mutati*,q.d.non fuit amplius mœſta.

20. *Dierum*, q.d.euolutis aliquot diebus. *Poſtulaſſet* à Saul שאל poſtulauit.

21. *Solemne*, ſc.vt quotannis ſolebat. Hebr.dierum,i.anniuerſariam.

23. *Verbum ſuum*, quaſi dicat, quod per Heli promiſit.

24.*In vitulis*,pro,cum vitulis. *Modis*,i.ſatis, vt patet ex Heb.& 70.vbi legitur, & epha,quæ conſtat tribus ſatis.

28. *Fuerit accommodatus*, q. d. dum vixerit, erit donatus Deo,Chal. dum vixerit miniſtrabit coram Domino.

CAPVT II.

1. IN *Domino*,i.Domini beneficio.*Cornu*,i.robur, ſeu gloria.

Dilatatum,&c.q.d.habeo iam quod reſpondeam exprobrantibus ſterilitatem. *Salutari tuo*,i.ſalute à te data.

3. *Sublimia*,i.ſuperba.

Deus ſcientiarum, atque ideo arbiter conſcientiarum. Auguſt. 17.de ciu. Chald.Deus nouit omnia.

Ipſi præparantur, &c.q.d. quidquid cogitauit facere,exequitur, vel ab ipſo hominum cogitationes diriguntur, 70. Deus præparat adinuentiones ſuas, Hebr. ipſi directa ſunt opera, quaſi dicat, cogitata ſua, & opera præparat, & dirigit ſapientiſſimè.

5.*Donec ſterilis*,&c.pro, adeo, vt ſterilis pepererit,&c.

Plurimos, Heb.ſeptem,i. multos. *Infirmata*,i.liberis orbata.

6.*Inferos*, id eſt,ſepulcrum, repetitio præcedentis.

8.*Stercore*,i.ſtatu ſordido.*Pauperem*,i. Chriſtum de perſecutoribus Iudæis,Auguſt.17.de ciuit. *Teneat*.Hic 70.addunt,præbens votum oranti.i. orantem exaudiens(dato,ſc.eo quod optat) & benedixit (pro benedicens)annos iuſti Dominus ſanctus, & non glorietur prudens in prudentia ſua, & non glorietur potens in potentia ſua, & non glorietur diues in diuitiis ſuis, ſed in hoc glorietur qui gloriatur intelligere & ſcire Dominum, & facere iudicium & iuſtitiam in medio terræ. Dominus aſcendit in cælos, &c.& non habent illud, Domini enim ſunt cardines, &c.

Cardines,columnæ,ſeu ſuſtentacula,ſc. terra ipſa quæ eſt velut mundi fundamentum, vel ipſius terræ fundamenta(vt vocat ſcriptura) ſc. partes in medio ſolidiores,quibus reliquæ nituntur,& fortè ſaxeæ.

9.*Pedes ſanctorum*, &c. Chald. corpus ſeruorum ſuorum iuſtorum cuſtodiuit à Gehenna, & impij Transgreſſores verbi ſui in Gehennam in tenebris iudicabuntur,ad oſtendendum, quod in nemine ſit fortitudo puritatis ad diem Iudicij.

Conticeſcent, ſcil. ceſſabunt à prauis huius vitæ operibus.

10.*In cælis*,pro,de cælis,q.d.è cælo interimet.*Fines terræ*,pro,etiam fines terræ,q.d.omnem terram: Aug. 17.de ciu.cap. 4. Vnumquemque ita iudicabit,vt in fine vitæ inuentus fuerit. *Imperium*,Heb. Chal.& 70.fortitudinem.*Regi*,ſcil.Meſſiæ. *Cornu*,i. gloriam.Chal.Regnum. *Chriſti ſui*,Hebr.& Chald. Meſſiæ ſui.

11. *Ante faciem Eli*, q.d.ſub diſciplina, & imperio Eli.

12. *Filij Belial*, Chald. improbi. 70. peſtilentes.

Neſcientes Dominum, i. non parentes Domino, vt ſolent,qui ſuperiorem non agnoſcunt.

13.*Puer*,i.famulus,vel filius.

14. *Tollebat*, ſcil. cum ſibi de hoſtia deberetur tantum armus,& pectus.Vide Leu.7.

15.*Adipem*,ſc.hoſtiæ pacificæ.

16.*Tolle*,ſc. ſolebat offerens dare ſacerdoti carnem elixam.

17.*Detrahebant*,Heb. Chald. & 70. contemnebant, ſcil. nolebant offerre ob ſacerdotum auaritiam.

19.*Tunicam*,ſc.veſtem pro ratione ætatis. *Statutis diebus*,Heb.à diebus in dies,i.annuatim. *Solemnem*,Heb.& 70.dierum,ſc.anniuerſariam, Chal.ſolemnitatum, ſcil.qualis diebus ſolemnibus offerri ſolebat.

20.*Benedixit*,i.bene precatus eſt.*Fœnore*,i.commodato,70 mutuo.

Commodaſti,Heb.commodauit,ſcil.vterque veſtrum.

21.*Magnificatus*,i.magnus factus.

22. *Obſeruabant*. Alij, excubabant, ſc. orantes. Chald.veniebant ad orandum,70.Aſtabant. *Tabernaculi*,i atrij.

25. *Placari ei poteſt Deus*, 70. orabunt pro ipſo Dominum,Chal.ante Iudices cauſa tractabitur, q. d.erit locus defenſioni, at apud Deum offenſum quis poſſit defendere?

27.*Vir Dei*,i.quidam Propheta. Quidam putant accidiſſe id ante natum Samuelem.Scriptura enim ordinem non ſeruat. *Reuelatus ſum*, i. innotui, ſeu me manifeſtaui.

28. *Omnia de ſacrificiis*,i.de omnibus ſacrificiis partem.

29.*Calce*,pro,quaſi calce,q.d.contempſiſtis, 70. deſpexiſtis.*Templo*, Chald.domo ſanctuarij. Hebr. habitaculo,i.tabernaculo.

Comederitis primitias, Hebr. impinguaretis vos primitiis.

30.*Locutus ſum*,i.decreueram, ſeu ſtatueram.

Erunt ignobiles,i.contemptibiles.Heb. Chald.& 70.contemnentur.

31.*Brachium*,i.robur,q. d.dignitatem ſummi ſacerdotij.

Senex,i.ſummus Sacerdos.Hier.1.Reg.

32.*Æmulum in templo*, i. inimicum in tabernaculo,Heb.anguſtiatorem in habitaculo,ſc.Domini. Not.id factum fuiſſe,3.Reg.2.deiecto Abiathar de ſacerdotio, qui erat ex genere Heli & Ithamar filij Aaronis, & admiſſo Sadoch, qui erat ex genere Eleazar fratris Ithamar. Not.etiam dictum, videbis, cum ille tamen non eſſet viſurus, ſed poſteri.

33. *Deficiant*, ſcil. præ mœrore, videndo alium fungi officio Pontificis.*Tabeſcat*,Hebr.dolore afficiatur,Chal.contriſtetur.

35. *Sacerdotem*, ſcil. Sadoch, abiecto Abiathar, Aug. 17.de ciuit. Chriſtum intelligit. *Ædificabo*, &c. q.d. dabo ei ſtabilem familiam, ſeu poſteritatem.*Chriſto*,i.vncto,ſc.Rege, qui tunc erit. Reges inungebantur,cum creabantur.

36. *Oretur pro eo*, Heb. se incuruet ei. Chald. se humiliet ei. 70. adoret eum.

Et offerat, Heb. & Chal. vt accipiat. *Buccellam*, sc. partam ministerio sacerdotali.

CAPVT III.

1. *PRetiosus*, i. rarus, q. d. rari tunc Prophetæ, Chal. absconditus.

Visio, Chal. prophetia.

Manifesta, i. publicè nota.

2. *Die*, pro tempore.

3. *Extingueretur*, sc. mane. nam tota n. lucebat, q. d. adeo cæcus, vt nec lucernam noctu posset videre. Quidam ita coniungunt: Antequam lucerna Dei extingueretur, Samuel dormiebat, &c Chal. & lucerna domus sanctuarij Domini nec dum extinguebatur, & Samuel cubans, &c. *Templo*, i. atrio, sc. prope tabernaculum.

4. *Ecce ego*, i. eccum me, adsum.

7. *Sciebat Dominum*, i. assuetus erat audire loquentem sibi, vt statim dicitur. *Sermo Domini*, Chal. verbum prophetiæ Domini.

9. *Loco suo*, sc. atrio, Chal. in atrio Leuitarum, sc. parte remotiori à tabernaculo, nam in parte propinquiori erant sacerdotes.

10. *Stetit*, i. astitit, sc. aliqua apparenti forma. *Secundo*, Heb. aliis vicibus, q. d. vt aliàs fecerat, vel, q. d. vocauit illum bis, repetito, scilicet, nomine, vt sequitur, 70 sicut semel, & sen el, id est, vt aliis vicibus.

11. *Verbum*, i. rem. *Tinnient*, sc. præ terrore.

12. *Suscitabo*, i. exequar.

13. *Iudicaturus*, i. pœnas sumpturus.

Corripuerit, sc. vt oportebat, Heb. & Chal. prohibuerit.

14. *Muneribus*, i. oblationibus.

17. *Hæc faciat*, &c. q. d. male tibi contingat, vel puniat te Deus. Ita solebant Hebræi sibi, aut aliis imprecari mala, vt & vulgo dicitur: Tale mihi accidat, i. insigne aliquod infortunium.

19. *Non cecidit*, &c. q. d nihil dixit inane, seu nihil prædixit, quod non euenirет.

20. *Dan*, prius Lais dicta, postea Cæsarea Philippi.

21. *Quoniam reuelatus*, &c. q. d. ibi enim se Samueli manifestare cœpit. *Domini*, pro, suum, q. d. loquendo illi. *Et euenit*, Heb. & fuit, Chal. & notus fuit. Not. quod Heb. hic incipit c. 4. & significatur, Samuelem dixisse populo quod sequitur, sc. de eundo obuiam Philisthæis.

CAPVT IV.

1. *ET factum*, &c. Hæc vsque ad pugnam, non sunt, Hebr, nec in Complut. est tamen pars posterior in 70. *Adiutorij*: id nomen postea impositum.

3. *Percussit nos*, sub. cum ipse per Samuelem monuerit vt egrederemur ad bellum contra Philisthæos.

5. *Vociferatus est*, sc. clamore iubilationis, vt indicant Heb. & Chal. *Clamore*, Chal. iubilatione, & sic inf.

7. *Deus*, sc. Iudæorum. *Tanta exultatio*, Heb. Chal. & 70. simile quid.

8. *Sublimium*, Hebr. fortium, seu illustrium. *In deserto*, i. in mari rubro, quod est prope desertum, 70. & in deserto, Chal. & fecit populo suo mirabilia in deserto.

13. *Expectans*, forte *spectans* legendum, Hebr. & 70. speculans, Chal. prospiciens.

18. *Mortuus est*, scil. quia filios suos delinquentes non abiecerat Hier. 1. con. Ioui. & 1. con. Pelag.

21. *Ichabod*, i. vbi gloria? vel væ gloriæ.

Pro viro suo, Chald. & 70. addunt quia mortui sunt.

22. *Et ait*, pro, dixit inquam. *Eo quod*, &c. verba sunt Auctoris libri.

CAPVT V.

3. *PRonus*, sc. super faciem, vt dicitur inf.

5. *Truncus*, sc. ea pars sola, quæ piscem referebat, (dictus autem Dagon à Dag. i. pisce) vel q. d. reliquum corpus sine capite & manibus.

6. *Et ebullierunt*, &c. Hæc vsque ad finem versus non sunt Heb. nec in 70. nec in Complut.

9. *Manus*, i. percussio, seu plaga. *Extales*, i. partes ani, quæ extant cum procidunt, vt solet in hæmorroidibus.

11. *Pauor*, Heb. contritio, Chald. conturbatio, 70. confusio.

12. *In cælum*, Hyperbole est.

CAPVT VI.

2. *SAcerdotes*, sc. Dagon.

3. *Quod debetis*, Heb. hostiam, seu oblationem, 70. dona, Chald. oblationem expiationis.

5. *Prouinciarum*, Hebr. Satraparum, seu Principum.

Satrapis, i. Præfectis, seu Principibus vox est Persica.

7. *Fœtas*, Heb. & Chal. lactantes.

12. *Itinere*, i. via. *Mugientes*, scil. ob vitulos relictos.

18. *Ab vrbe*, &c. q. d. omnes contribuerunt ad illa donaria. *Abel*, i. luctum. sic dictus locus ob luctum illic editum, de quo paulo post, Chal. tamen, & 70. lapidem interpretantur, Hebr. quidem est Abel, quod luctum significat sed, si l, positum sit pro n, & legatur Aben, seu Eben, lapidem significat, idque secutus videtur Interpres noster. quidam vtrunque coniungentes, interpretantur lapidem luctus magnum. Est autem sensus, contribuisse villas, quæ erant Philisthinorum, etiam proximas illi lapidi, super quem posita est arca. *Quæ erat vsque in illum diem*, Heb. Chal. & 70. vsque ad hanc diem, sc. est seu visitur ille lapis, seu locus.

19. *Arcam*, Hebr. in arca, q. d. quæ intra arcam erant.

De populo, Heb. in populo, Chald. de populi senibus.

Plebis, Hebræus & 70. virorum, Chaldæus virorum in vniuersitate, quasi dicat, popularium. videtur autem totius loci sensus esse, percussisse Deum in eo populo quinquaginta millia, & 70. viros. quamquam Hebræi putant sensum esse 70. quidem solos fuisse interfectos, sed adeo excellentes, vt pro 50. millibus computari possent. potest & sensus esse in eo populo, in quo 50. millia hominum erant, percussos fuisse 70. atque id forte voluit indicare Chald. addens in vniuersitate, q. d. cum omnis populus 50. millibus hominum constaret.

20. *Et ad quem*, &c. q. d. quò arcam, hanc transferemus?

CAPVT

CAPVT VII.

1. GAbaa, collis erat vrbis Cariathiarim. *Sanctificauerunt*, i. consecrarant, seu deputarunt, Chal. præfecerunt.

2. *Multiplicati*, &c. q. d. multis illic diebus mansit sc. per 20. annos. *Requieuit*, Hebr. luxit, i. pœnitentiam egit, 70. reuersa est. Chal. quieta fuit. *Post Dominum*, i. sequendo Dominum.

3. *Baalim, & Astaroth*, q. d. deos, & deas. est enim masculinum nomen, & fœmininum.

6. *Effuderunt*, sc. in signum effusi cordis, & ante Deum prostrati, vel q. d. ita pereamus, vt aqua è vase fusa, si pactum cum Deo violauerimus. *Indicauit*, sc. lites, & controuersias dirimens.

7. *Ad Israel*, i. contra Israel.

9. *Obtulit*, sc. per sacerdotem aliquem. Quidam tamen dicunt, Samuelem officio sacerdotis functum post Eli mortem vide Aug. 17. de ciu. c. 5. & 2. Ret. c. 55. Cypr. lib. 2. epist. 9.

14. *Et terminos suos*, pro cum terminis eorum, Hebr. & Chald. & terminos earum liberauit Israel, &c.

Amorrhæum, i. Philistæos, seu Palæstinos.

CAPVT VIII.

1. IVdices, sc. qui ius dicerent.

9. *Contestare*, q. d. testans prius Deum & homines. *Ius.* Hinc quidam colligunt licere Regibus quæ sequuntur, vel ius hic, non quod iustum est, sed consuetudinem, seu morem significat, Heb. iudicium, Chal. statutum.

11. *Ponet*, sc. aurigas.

13. *Focarias*, i. coquinarias.

18. *A facie Regis*, i. propter iniurias à Rege factas.

CAPVT IX.

IEmini, i. de tribu Beniamin, Chald. ex tribu domus Beniamin.

2. *Electus*, Chal. iuuenis, 70. procera statura. *Bonus*, i. pulcher, vel probus, Chald. pulcher. *Melior*, Chal. pulchrior.

3. *Pueris*, i. famulis.

4. *Salisa*, Hæc Gen. 14. dicitur Bale, & Segor. Vide Hier. in Gen.

5. *Terram Suph*, scil. in qua erat Ramath Sophim.

6. *Nobilis*, Heb. & Chal. honorabilis, 70. gloriosus, seu illustris. *Sine ambiguitate*, i. certissimè. *De via*, i. de causa viæ.

7. *Sitarciis*, Hebr. Chald. & 70. vasis. *Sportulam*, i. munus.

8. *Inuenta est*, pro est. *Stateris*, Hebr. & 70. sicli.

12. *Sacrificium*, sc. hostiæ pacificæ. *Excelso*. sc. vrbis loco.

13. *Statim*, Heb. Chal. & 70. sic, q. d. statim. *Benedicit, hostiis*, Chald. benedicit super cibum. *Hodie.* Alij vertunt, hac hora.

15. *Reuelauerat auriculam*, i. indicauerat.

18. *Porta*, sc. vrbis.

21. *Filius Iemini*, Chald. filius tribus Beniamin.

Nouissima, Heb. minima, Chald. infirmissima, 70. paucissima.

22. *Triclinium*, i. cœnaculum.

25. *Solario*, i. tecto. *Strauitque*, &c. Hæc non sunt Heb. nec in Complut. sed in 70.

27. *Transeat*, Hebr. & Chald. transiuit. *Paulisper*, Heb. hac hora, seu nunc. est eadem vox quam supra vertit, hodie.

CAPVT X.

1. LEnticulam, i. vasculum, seu phialam.

Olei, i. vnguenti aromatici, sc. balsami.

Et liberabis, &c. Hæc vsque ad finem versus, non sunt Hebr. nec Chald. nec in 70. nec in Complut.

2. *In meridie*, i. ad Austrum, Heb. & Chal. in Selsach. quod videtur esse nomen proprium.

Quid faciam, &c. q. d. timeo ne ei quicquam mali acciderit.

3. *Ad Deum*, sc. adorandum.

5. *Collem Dei*, Chald. collem, vbi Arca Domini.

Statio, i. præsidium, Chald. Duces, Heb. Præsides, seu Præfecti, sc. erant Hebræi subiecti Philistæis. *Prophetantes*, i. Deum laudantes canticis.

7. *Inueneris manus*, i. iudicaueris facienda, aut res postulabit.

8. *Offeras, & immoles*, Hebr. Chald. & 70. ad offerendum, & immolandum.

12. *Alius ad alterum*, Heb. & Chal. inde quidam, 70. quidam ex eis.

Eorum, scil. Prophetarum, q. d. An non prophetant filij non Prophetarum? vel Nonne Deus est, qui Prophetas facit?

13. *Excelsum*, sc. illius vrbis locum, vbi Prophetas reperit.

14. *Patruus*, sc. postquam domum rediit, vel forte erat in Cariathiarim.

17. *Masphat*, erat in tribu Beniamin prope Gabaon.

19. *Coram Domino*, forte erat illic Arca, vel id dicitur, quia vbique Deus.

Familias, Hebr. Chald. & 70. millia vestra. Vide Iud. 6. n. 15.

22. *Domi*, Heb. Chal. & 70. inter vasa, i. suppellectilem domesticam.

25. *Legem*, i. ius Regi seruandum. *Libro*, periit iste liber.

Coram Domino, id est, prope Arcam testamenti.

26. *Tetigerat*, id est, mouerat, vt sequerentur.

27. *Filij Belial*, i. improbi. *Munera*, sc. solita Regi offerri. *Dissimulabat se audire*, Hebr. fuit velut surdus. Vide Psal. 37.

CAPVT XI.

2. FActum est quasi post mensem. Hæc non sunt Heb. nec Chal. nec in 70. aut Complut.

3. *Dies*, sc. induciarum.

6. *Spiritus*, sc. fortitudinis.

7. *Vtrumque bouem*, Hebr. Chald. & 70. par boum.

Quasi vir vnus, i. vnanimi consensu, vel omnes ad vnum.

10. *Dixerunt*, sc. Ammonitis.

11. *Constituit*, pro, constituerat ante, vel constituit noctu. *Matutina*, sc. vltima.

15. *Domino*, i. altari Domini.

CAPVT XII.

2. VObiscum sunt, q. d. possunt, si quid opus erit, pro me vobis seruire.

3. *Præsto sum*, sc. vt de me rationem reddam.

Christo, i. Rege. *Calumniatus sum*, i. per calumniam rebus suis priuaui. *Et contemnam illud hodie*, Heb. & super eo dissimulaui, sc. ne punirem peccantem, Chal. & inclinaui ab eo oculos meos in iudicio, q. d. non ius dixi, vt debui, 70. vel calceamentum, dicite contra me.

6. *Dominus*, sc. testis est. *Moysen, & Aaron*, Chal. fortitudines per manus Mosis, & Aaron.

7. *Iudicio contendam aduersus vos*, Heb. vobiscum diiudicabor, i. disceptabo Chal. disceptabo vobiscum, 70. iudicabo vos. *Misericordiis*, Hebr. & Chal. & 70. iustitiis, sc. accipitur iustitia pro misericordia interdum, vt Matth. 6. 1. *Baden*. 70. Barac, Heb. Bedan: quo nomine intelligatur Samson fortè, quia de tribu Dan, q. Ben Dan: atque huc pertinere videtur illa adiectio, & Samson & Barac, quæ in textum irrepsit ex margine, nempe voluit aliquis exponere, quid nomine Badan significaretur, & quid pro eo apud 70. legeretur.

14. *Non exasperaueritis os*, Chal. non rebellaueritis super verbo. *Sequentes*, sc. feliciter, q. d. omnia vobis prospere euenient Deo iuuante.

15. *Et super*, pro, vt super, sc. olim fuit.

17. *Voces*, i. tonitrua. *Vobis*, pro, vos. vel, q. d. in vestram perniciem.

19. *Tuum*, non dicunt nostrum, quia offenderant.

21. *Vana*, i. deos vanos.

22. *Nomen*, i. famam, honorem. *Iurauit*, Chald. voluit, 70. suscepit.

CAPVT XIII.

1. FIlius vnius anni, i. purus, more infantis, Chal. sicut filius anni, in quo non sunt culpæ. *Duobus annis*, sc. in illa puritate, & innocentia.

3. *Stationem*, i. præsidium, Chal. ducem, Heb. præsidium.

Gabaa, i. colle, sc. Cariathiarim. Vide sup. cap. 10. 70. colle. Quidam tamen putant esse nomen proprium.

Audissent, scil. turbati sunt, seu perterriti. *Audiant*, sc. quod sequitur.

4. *Percussit*, sc. opera Ionathæ. *Erexit se*, Chald. concitatus est, 70. contempsit. *Clamauit*, pro, conuenit, sc. clamore vocatus.

5. *Curruum*, sc. falcatorum. *Bethauen*, sic dicta, vt putant quidam, Bethel ob idolorum cultum. significat autem domum vanitatis, seu iniquitatis. Id quod alibi verum puto, sed hic ipsam intelligo Bethauen diuersam à Bethel.

6. *Afflictus*, Chald. oppressus. *Abditis*, Hebr. & Chald. munitionibus. *Petris*, Chal. foraminibus petrarum.

Antris, Heb. turribus, Chald speluncis rupium, 70. foueis.

Cisternis, Chal. foueis.

7. *Hebræi autem*, sc. aliqui, Chald. & Iudæi, 70. & transeuntes. *Adhuc*, sc. à tempore innouati Regni.

8. *Placitum*, i. præscriptum tempus, seu conuentionem, i. vt conuentum fuerat, sic inf. Vide Genes. 30. n. 33.

10. *Salutaret eum*, Hebr. & 70. benediceret ei.

12. *Placaui*, Chald. & 70. oraui, q. d. Dominum non consului.

Necessitate compulsus, Heb. vim mihi feci. Chal. roboratus sum, 70. confortatus sum, q. d. feci reclamante conscientia, vincens animum dictantem non faciendum.

13. *Præparasset*, sic etiam 70. at Hebr. & Chald. firmasset seu stabilisset. sic etiam, 70. at Hebr. & Chal. firmasset, seu stabilisset.

Sempiternum, i. longum tempus alioqui enim tribui Iuda debebatur.

14. *Consurget*, Hebr. & 70. stabit Chald. firmabitur.

Iuxta cor suum. Hinc illud Act. 13. sumptum est Inueni virum secundum cor meum.

15. *Eos*, sc. Philistæos, & tunc, venientes, coniungendum est cum, ascenderunt, vel *eos*, i. Iudæos, vt illud populo, sc. Philistæorum intelligatur, quamquam tota hæc periodus non est Heb. Chald. nec in 70. aut Complut.

17. *Ephras*, Hebr. Chald. & 70. *Ophra*, seu Gophra.

Sual, Chal. australem.

18. *Imminentis vallis*, Heb. Chal. & 70. spectantis, seu prospicientis ad vallem.

21. *Corrigendum*, id est, acuendum, seu reficiendum.

23. *Vt transcenderet in Machmas*. est ad Orientem Bethauen, 9. milliaribus ab Ierusalem, 70. vltra Machmas, Chal. ad vadum Machmas, Heb. ad transitum Machmas.

CAPVT XIV.

3. AChias, hic inf. c. 21. Vocatur Achimelech. Vide c. 22.

12. *Rem*, i. aliquid, q. d. est quod vobis indicemus.

13. *Cadebant*, sc. cæsi.

14. *Media part*, &c. quasi dicat, quanta est media pars sulci, quem faciunt boues duo arantes, Chald. spatio dimidiæ ambulationis iugi boum in agro.

15. *Miraculum*, Heb. pauor, Chald. conturbatio, 70. stupor sic inf. *Stationis*, i. præsidij. scil. Philistinorum.

16. *Prostrata*, Chald. confracta, 70. scil. conturbata.

18. *Arcam*, pro, ad Arcam, q. d. consule Deum, 70. Ephod, q. d. indue Ephod, vt Deum consulas coram arca. Vide inf. c. 23.

19. *Contrahe*, &c. q. d. omitte Ephod. nec enim tempus immorandi,

20. *Conclamauit*, Chal. congregatus est, 70. ascendit.

24. *Sociati sunt sibi*, Heb. & Chal. angustiati sunt, seu afflicti, sc. fame. *Adiurauit*, i. interposito iuramento constrinxit, 70. magna laborans ignorantia maledixit.

25. *Saltum*, i. syluam.

27. *Illuminati*, sc. caligabant ante præ inedia.

29. *Terram*, Chald. populum terræ. *Vidistis ipsi*, Heb. & Chal. vide, seu, ecce.

32. *Cum sanguine*, sc. præ fame non expectabat dum flueret, sed cum sanguine assabat.

34. *Bouem*, sc. & reliqua animalia. *Vsque ad noctem*, Heb. Chal. & 70. nocte.

35. *Cœpit*, q. d. id fuit primum altare, quod ædificauit.

38. *Angulos*, i. Principes, seu capita, sc. sunt velut anguli in domo eam continentes, & firmantes.

39. *Factum est*, sc. peccatum.

41. *Indicium*, Hebr. perfectionem, seu integritatem, 70. manifestationes, Chald. venire in veritate, q. d. deprehendi qui peccauit. *Sanctitatem*, q. d. ostende nos innocentes, quamquam tota fere hæc periodus deest Hebr. Chald. & in 70. & Complut. *Exiuit*, i. fuit absolutus à sortibus.

43. *Morier*

43. *Morior*, quasi dicat, itane ea causa moriar.

45. *Hoc nefas est*, Hebr.& Chal.absit.*Cum Deo*, i.Deo iuuante.

49. *Iessui*, alias dicitur Aminadab. Vide inf.c.31. *Mechisua*, omissus est Isboseth velut bello ineptus.

50. *Patruelis*, Heb.& Chal patrui.

CAPVT XV.

2. Recensui, Chald.recordatus sum,70.vlciscar, Heb.visitaui,pro,visitabo,i.vlciscar.

4. *Præcepit populo*, Heb.& Chal. congregauit populum,70.nunciauit populo. *Quasi agnos*, Hebr.in Telaim,70.in Galgalis.

6. *Cineo*, i.posteris Iethro soceri Mosi. *Tu*, pro, maiores tui,sc.Iethro. *Recessit*, scil. translatis tabernaculis,vbi habitabat.

9. *Vestibus, & arietibus*, Heb.pinguibus, & agnis, seu,arietibus, Chal.crassis, & saginatis,70.edulius, & vineis.

Reprobum, i.contemptibile.

11. *De nocte*, i.diluculo. *Eo quod*, pro,quod.

Fornicem triumphalem, sc.arcum, Heb.& 70.manum, i. locum,Chald. locum ad diuidendum prædam.

13. *Domino*, i.apud Dominum.

16. *Sine me*, sc.loqui q.d.audi me.

17. *In oculis tuis*, i.tuo iudicio.

18. *In viam*, q.d.ire iussit.

21. *Eorum*, quæ cæsa sunt, Heb.& 70.anathematis,i.eorum,quæ perdenda erant, Chald.antequam excinderentur,seu perderentur.

23. *Acquiescere*, i.obedire,sc.Deo.

25. *Porta*, i.ferro,vel tolle,i.remitte, Chal.remitte,seu ignosce.

27. *Summitatem*, i.extremitatem.

29. *Triumphator*, i.qui victoriam dat,Heb.victoria,id est,victoriæ auctor, Chal. Dominus victoriarum.

Parcet, Heb.mentietur, 70. reuerteretur,Chald. reuertetur ab eo quod dixit.

32. *Pinguissimus tremens*, Heb.& Chald. delitiosus,seu,delicatus,70.tremens. *Siccine*, &c.verti potest,vere amara mors.

33. *In frusta concidit*, Hebr. dissecuit, seu fecit secari, 70. mactauit,seu, trucidauit, Chald.discerpsit.

35. *Quoniam*, Heb.Chal. & 70.& pro, quia,more Hebraico.

36. *Vidit*, i.inuisit.

CAPVT XVI.

1. Oleo, i.vnguento aromatico,forte,balsamo.

2. *Vitulum*, Heb.& 70.vitulam.

5. *Pacificus*, sc.timebant,ne aliquem vellet punire.

Sanctificamini, Chal.præparamini. *Sanctificauit*, i.præparari iussit,Chal.inuitauit. *Sacrificium*, Chal. oblationem intellige inuitatos etiam ad conuiuium,quod fiebat ex victima.

6. *Ait*, sc.apud se,velut consulens Deum.

7. *Abieci eum*, q.d.non hunc elegi,vel,eiusmodi res non curo. *Iuxta intuitum*, i.more. *Iudico*, Heb.& 70.video. *Parent*, i.apparent,sc.oculis.

11. *Paruulus*, i.omnium minimus natu.

13. *Directus est*, i.apparuit dirigens, Chal. mansit,Heb.prosperauit.

14. *Exagitabat*, Heb.turbabat,seu,terrebat, Chal. terrebat,70.suffocabat.

A Domino, sc.immissus,seu permissus.

15. *Dei*, pro,à Deo,sc.creatus,seu missus,aut permissus.

16. *Leuius feras*, Heb.Chal.& 70. bene tibi erit, i.bene habebis sic inf.

17. *Psallentem*, i.ad citharam canentem.

18. *Pueris*, i.famulis.

20. *Plenum*, Chal.onustum.

CAPVT XVII.

2. Terebinthi, Chal.& 70.quercus,& sic inf.

4. *Spurius*, 70.potens,Chald.de medio illorum sic & inf.

5. *Squamata*, i.æreis squamis operta.

10. *Exprobraui*, sc.ignauiam, & timiditatem, vel probris affeci.

12. *De quo supra dictum est*. Id additum ab Interprete,Heb.huius.70.hic,sc.de quo supra.

17. *Polenta*, i.frumenti tosti.

18 *Cum quibus ordinati sunt*, sc.militibus,q.d.sub quo duce militent,Heb. & pignus eorum tolle,sc. si quam forte pecuniam mutuo accepissent sub pignore,70.& quibus indigeant,cognosces, Chal.& bonitatem eorum afferes, q.d.referes ad me quam bene habeant.

20. *Locum Magala*, Hebr.Magalah, i.rotunditatem, 70. rotunditatem, scil.castrorum, seu vallum, Chal.castra.

22. *Vasa*, sc.sarcinas. *Attulerat*, sc.ipse portauerat suis humeris. *Custodis ad sarcinas*, i.custodientis militum impedimenta. *Interrogabat*, &c. Hebr.& Chal.rogauit fratres suos, seu fratribus suis,ad pacem, i.pacifice salutauit, 70. interrogauit fratres suos quæ ad pacem,q.d.quæsiuit, an rectè valerent, seu salutauit pacem precatus. nam Hebræorum salutatio, pax tibi, interrogatio vero de recta valetudine,Num pax?

25. *Absque tributo*, Heb.& 70.liberam,Chal.nobilem seu illustrem.

28. *Quare dereliquisti*, Heb.Chal.& 70.cui reliquisti.

29. *Nunquid non verbum est*, q.d. quid aliud, quam locutus sum?Chal.nonne verbum fuit, quod dixi?

32. *In eo*, i.propter eum,scil. Goliath, vel q.d.in seipso.

33. *Puer*, i.adolescens.

40. *Limpidissimos*, i.politos,non asperos.

43. *In diis suis*, dicendo, sc.Deus Dagon te perdat.

46. *Cadauera*, &c.q.d.cadauer tuum. *In Israel*, Heb.Israeli,sc.qui illum possit defendere.

47. *Ecclesia*, i.congregatio. *Ipsius enim*, &c. q.d. dat victoriam cui vult.

48. *Surrexisset*, i.se accinxisset.

54. *Tabernaculo*, id est, domo sua Bethleemitica.

55. *De qua stirpe descendit*, Heb.Chal. & 70.cuius filius est,sic inf.Mirum vero est,quærere id Saulem, qui eum domi aliquandiu habuerit psallentem, vt dictum est cap.præcedenti, sed fortè scriptura more suo non seruat ordinem, narrauitque prius quod postea factum.

Viuit anima tua, q. d. per vitam tuam. *Si*, pro, non.

CAPVT XVIII.

3. Nam, pro,&.

4. *Tunica*, Heb. Chal.& 70.pallio.

5. *Maximeque*, Heb.Chal.& etiam, 70.&.

 6. *Lætitia*,

6. *Lætitia*, Heb.Chald.70.& lætitia.

Sistris, Chald.& 70.cymbalis, Hebr. Salisim, scil. instrumentum est, quod Hispani vocant, Pandero. circulus est latus ex ligno interpositis æreis laminis rotundis in circuli latitudine, dicuntur etiam, vt ego existimo, Tsoltselum, צלצלים lib. 2.c.6.vbi Hier.cymbala vertit ex Psal. 150. quæ agitatæ sonum plurimum reddunt.

Sistra vocat Interpres præcinebant autem mulierum aliæ, aliæ respondebant.

7. *Mille*, i.multos. *Decem millia*, id est, multo plures.

10. *Prophetabat*, scilicet, more insanorum absurda loquebatur, & ridicula, cum tamen præferret prophetantis personam, vt solent interdum insani concionatores imitari, Chald. insaniebat.

11. *Misit*, i.iaculatus est. *Secundo*, Heb.Chald. & 70.bis.

13. *Egrediebatur & intrabat*, i.populum ad bellum educebat, & reducebat.

15. *Cauere*, Heb Chal.& 70 timere.

20. *Dauid Michol filia*, Heb.Chald.& 70.Dauidem Michol filia.

21. *Scandalum*, i.ruinæ occasionem.

Duabus, sc.morte Goliath, & centum præputiis, Chal.vno de duobus, scil.dote, vel præputiis, quorum posterius postea elegit Saul.

23. *Tenuis*, q.d.non habeo dona, quæ possim dare sponsæ, solebat enim id tunc (vt ex seq. patet) à sponsis fieri, Hebr.despectus, Chald.idiota, 70.non honorabilis.

25. *Non habet Rex sponsalia necesse*, Heb.& Chal. non vult Rex dotem, 70. non vult Rex dona sponsalia.

Præputia, i.membra genitalia cum præputiis, vt appareat esse Gentilium.

27. *Annumnerauit*, Heb.& Chald. adimpleuit, i. omnia tradidit. Chal.tradidit.

30. *Egressi*, sc.ad bellum contra Israelitas.

Prudentius agebat, 70. magis intelligit, Chald. magis prospere agebat.

CAPVT XIX.

1. OBserua, i.custodi, q.d.caue tibi, Chal.cautus esto.

3. *Stabo iuxta patrem*. Legendum id per parenthesim, quasi dicat, vbi stetero iuxta patrem, & intellexero eius animum, egressus in agrum, tibi indicabo.

5. *Posuit animam suam in manu sua*, i. periculo se exposuit.

Sanguine, i.homine.

11. *Satellites*, Heb.Chal.& 70.nuntios.

13. *Statuam*, Heb.Teraphim, Chal.& 70.simulacrum. sic etiam inf.

Ad caput, sc.loco ceruicalis, vt ait Chald.fortè loco capitis.

14. *Apparitores*, Heb.Chal.& 70.nuntios.

18. *Naioth*, Chal.domo doctrinæ.

20. *Lictores*, Heb.Chal.& 70.nuntios.

Stantem super eos, i. præfectum illis. *Prophetare*, i.Deum laudare.

24. *Vestimentis*, sc.regiis. *Coram Samuele*, qui tamen illum nec inuisit tunc, nec est allocutus. *Cecidit*, sc.in terram extra se factus.

Nudus, i.spoliatus, vt supra dictum est. *Prouerbium*, sc.cum quis significare vellet rem præter opinionem euenientem.

CAPVT XX.

2. HVnc ergo, &c. Chald. & 70. & cur pater meus id me celaret? *Nequaquam erit istud*, i.non morieris, 70.non est hoc, sc.quod putas, Heb. non hoc, scil. est, vel, scil. faceret pater meus, vt me quidquam celaret.

3. *Et ille*, abundat (ille.) *Vno tantum gradu*, &c. q.d.parum abest, quin interficiat, Hebr.& Chald. vno passu, 70.in hanc sententiam vertunt, omnino decreuit me occidere Pater tuus.

5. *Calendæ*, Heb.Chald.& 70. initium mensis. sic etiam iam inf.

7. *Victimæ*, Heb.& 70.sacrificium, Chald. appositum oblationis sanctæ, q.d. conuiuium ex victima.

Contribulibus, Heb.& Chal.Familiæ, seu cognationi, 70. Tribui.

7. *Completa*, &c. q.d decreuit omnino me perdere.

8. *Domini*, i.coram Domino, vel Domini voluntate.

13. *Reuelabo aurem tuam*, id est, indicabo tibi.

15. *Auferat Ionathan*, q.d.me Deus perdat velut inimicum Dauid, si fœdus violauero quamquam id vsque ad finem versus non est Heb. nec Chald.nec in Complut.sed est in 70.in seq. versu. loco illius, pepigit ergo Ionathas fœdus cum domo Dauid.

16. *Et requisiuit*, pro, & dixit, requiret, 70. & requirat.

De manu, &c. q.d.de me velut inimico Dauid, sc.si fœdus violem.

17. *Deierare*, id est, iuramento firmare ipsi Dauid, vel adiurare ipsum Dauid, Hebr.Chal.& 70.iurare.

19. *Perendie*, Heb.indicant, coniungendum cum descendes, q. d.tres dies lætabis, & tertio descendes, &c.

22. *Intra*, i.citra.

23. *Sit Dominus*, sc.testis.

25. *Surrexit*, pro, assurrexit, scilicet, Abner venienti.

27. *Secunda*, i.altera, sc.sequenti.

29. *De fratribus*, scil. minores fratres parebant maioribus.

30. *Vltro rapientis*, &c.q.d. adulteræ, Hebr.peruersæ, & rebellis, Chal.coutumacis, & rebellis, 70. transfugæ.

Ignominiosæ, Chald.ignominiæ, Hebr.nuditatis, seu turpitudinis, seu ignominiæ, 70. Reuelationis, i.nuditatis.

31. *Filius mortis*, i.dignus morte.

34. *Confudisset*, i. pudefecisset, seu contumelia affecisset.

Eum, sc. Ionatham, vel Dauid. 70. quod deliberasset pater suus occidere eum, sc.Dauid.

35. *Placitum Dauid*, i. tempus à Dauid constitutum.

41. *Ad austrum*, sc. Ionathas ad Septentrionem iaculatus fuerat, ne puer in Dauid incideret. *Tertio*, pro, ter.

42. *Iurauimus*, sub.memento, vel firma sint. *Dominus*, sc.testis sit.

CAPVT XXI.

1. OBstupuit, Heb.timuit, Chald.admiratus est, 70.obstupuit.

Achimelech. aderat etiam Abiathar filius eius, vt indicatur Mar.2.

2. *Sermonem*,

2. *Sermonem*, i. rem, seu negotium. *Condixi*, pro ire iussi, Chal. misi.

Illum, & illum, Heb. Peloni Alomoni. q. d. ad talem, & talem, seu certum quendam. Vide Ruth. 4. Miror vero vertisse 70. Phelanm Almoni, scil. Hebræas voces reliquisse, & non explicasse Hebraicam phrasim, suspicor potius vitiatum esse locum ab aliquo, vt sunt pleraque in 70. nec enim adducor, vt credam viros tam doctos ignorasse Hebræam phrasim. illud magis mirum, quod Chald. vertit, ad locum absconditum, & custoditum, nec enim est dicere, etiam hic vitiatum locum.

3. *Habes*, sc. quod edamus.

Quinque. Apparet fuisse cum Dauid famulos quatuor.

4 *Laicos*, Heb. & 70. prophanos, i. quibus omnibus licet vesci.

Pueri, modeste locutus etiam Dauidem intelligebat.

5. *Egrediebamur*, sc. domo. *Vasa*, i. corpora. *Sed & ipsa*, &c. q. d. sed siquid per viam (vt fit) maculæ est contractum, purificabitur. *Vasis*, i. corporibus.

6. *Sanctificatum*, pro, sanctum, seu Deo dicatum, sc. propositionis. vt vertunt 70.

7. *Tabernaculo*, id est, tentorio. *Idumæus*, sc. origine.

8. *Sermo*, i. mandatum, seu negotium.

9. *Terebinthi.* Alij, quercus. *Pallio*, id est, tegumento.

Ephod, i. locum, vbi repositum Ephod.

Absque eo, id est, præter eum. *Similis*, q. d. tam præclarus.

11. *Terra*, sc. Iudææ.

13. *Os*, i. vultum, vel sermonem. *Collabebatur*, Heb. finxit se insanum, Chald. Stupidus factus est, i. stupiditatem simulauit. 70. ferebatur.

Inter manus eorum, 70. in manibus suis, scil. propriis.

Impingebat, 70. cadebat, Heb. Designabat, Chald. Lineabat, sc. more eorum, qui manibus delineant aliquid.

15. *An desunt*, &c. Chal. & 70. num indigeo ego insanis? *Ingrediatur.* Complut. dimittite illum hinc, ne ingrediatur, q. d. abigite, non enim dignus, qui Regiam ingrediatur, Heb. & Chal. num. hic ingredietur? 70. non hic ingredietur.

CAPVT XXII.

4. Reliquit, Hebr. duxit, scil. vt illic manerent Chal. manere fecit.

Præsidio, scil. arce aliqua, seu militum munitione, aut loci alicuius tuti, & sic intelligi inferius.

7. *Filij Iemini*, id est, de tribu Beniamin, 70. filij Beniamin, Chald. Filij tribus filiorum Beniamin.

9. *Assistebat, & erat primus*, i. tanquam primus, seu præcipuus præerat, Heb. & Chal. præfectus erat. *Inter seruos*, 70. super mulos.

17. *Emissariis*, i. satellitibus.

18. *Vestitos*, pro, indui solitos.

20. *Ad Dauid*, sc. manentem in Ceilam, vt dicit c. seq.

22. *Sum reus*, Heb. causam præbui, Chal. Occasio fui, 70. sum causa.

23. *Siquis quæsierit*, &c. q. d. communem habes mecum hostem, 70. vbi quæsiero animæ meæ locum, quæram & tuæ, q. d. vt me ipsum, sic te seruabo.

CAPVT XXIII.

1. Ceilam, ciuitas est in tribu Iuda.

3. *In Iudæa*, q. d. in media Iudæa, seu tribu Iuda.

5. *Iumenta*, sc. pecora, quæ adduxerant ad alendos milites, Heb. & Chal. pecora.

7. *Sera*, i. vectes.

9. *Applica*, quasi dicat, indue vt Dominum consulas.

11. *Descendet*, sc. si hic manseris.

13. *Dissimulauit*, Heb. & 70 cessauit.

14. *Firmissimis*, i. munitissimis.

16. *Confortauit*, &c. q. d. iussit esse bono animo, vt qui Deum haberet fautorem.

18. *Coram Domino*, i. Deo teste, seu Deum testatus.

22. *Recogitat enim*, &c. Heb. videntur facere hunc sensum, dictum est enim mihi illum esse callidissimum, Chald. tamen videtur secutus sensum nostri Interpretis.

23. *Ad rem certam*, i. re bene comperta, Chald. in veritate.

26. *Desperabat se posse.* Heb. festinabat.

CAPVT XXIV.

3. Ibi cibus, i. capris syluestribus.

4. *Viantis*, i. iter facienti, seu per viam ambulanti.

Interiore parte, Heb. lateribus, Chald. foraminibus, 70. vt noster interpres.

5. *Sicut placuerit.* Aug. poterat, inquit, eum impune occidere Domino sic permittente. Fortè potest hinc illud confirmari, quod quidam Doctores affirmant, posse illum quem inimicus quærit occidere, hunc interficere: esse enim id se defendere.

6. *Percussit Dauid*, i. Dauidem reprehendit, vulgo diceretur, remordit eum conscientia.

7. *Propitius sit mihi Dominus*, Heb. Absit mihi à Domino, q. d. prohibeat Dominus, seu non permittat, vt faciam.

8. *Confregit*, i. repressit, 70. persuasit, Chald. quietos reddidit,

11. *Cogitaui*, Hebr. dixit. scil. quispiam. q. d. non defuit qui diceret. Chald. dixerunt alij. 70. non volui.

16. *Eruat*, sic etiam Chal. at Heb. iudicet.

20. *In via bona*, id est, saluum, & incolumem.

Vicissitudinem hanc, Hebr. Chald. & 70. bonum.

22. *In Domino*, i. per Dominum.

23. *Tutiora loca*, Heb. arcem, seu, præsidium. Chal. præsidia.

CAPVT XXV.

1. Domo, id est, familia, q. d. in suorum sepulcro.

2. *Carmelo*, locus ad Austrum, non longè ab Hebron.

3. *Pessimus & malitiosus*, & Chald. & 70. malus studiis, seu, operibus.

5. *Ex nomine meo*, Hebr. Chald. & 70. in nomine meo, vulgo dicitur, ex parte mea, quod Not. ad similes Scripturæ phrases.

6. *Fratribus meis*, Hebr. ad vitam, i. quamdiu vixeris. Chal. per vitam tuam.

8. *Bona*, i. hilari, & qua solet liberalitas exerceri.

Inuenerit manus, i. in promptu fuerit.

14. *Benedicerent*, i. salutarent bene precantes.

15. *Satis*, Hebr. valde.

17. *Aduersum*, q. d. in eius perniciem. Filius Belial, i. improbus.

18. *Coctos*, Heb. factos, i. paratos, sc. coctos quod Not. ad illud Ioan. 13. & cœna facta. *Polenta*, i. farris tosti.

Ligaturas, i. fasciculos. *Passæ*. sc. siccæ. *Massas*, Chal. portiones, intellige coniunctas subtili arundine, vt fit, & pressas inter se caricas, forma laterum.

21. *Ait*, sc ante susceptum iter, vel inter eundum.

22. *Inimicis Dauid*, dicendum erat, mihi : sed sic dixit ex animi turbatione, vel vt imprecationem mitigaret. *Mingentem ad parietem*, i. canem. q. d. ne canibus quidem parcam, Chal. cognoscentem cognitionem q. d. ad pueros qui modo ratione vtuntur.

23. *Super terram*, id est, in terram vsque se inclinans.

24. *In me*, &c. q. d. mihi imputa hoc peccatum. sed me tamen audi, quamquam Hebraica sic verti possent : Obsecro Domine, iniquitas loquatur, &c. vt sint verba turbati præ timore animi. q. d. obsecro Domine, etsi inique tecum actum est, audi me tamen, &c.

25. *Secundum nomen*. Nabal enim Heb. stultum significat.

27. *In sanguinem*, sc. effundendo, q. d. ne esses homicida.

28. *Aufer*, Chal. ignosce. *Domum fidelem*, sc. familiam stabilem, Chald. regnum firmum. *Inuenia-tur*, 70 inuenietur.

29. *Fasciculo*, q. d. loco tuto, Chal. thesauro *Viuentium* Chal. & 70. vitæ. *Rotabitur*, sc. inquietudine, vel à vita expulsa, Chal. volabit.

31. *In singultum*, & scrupulum, i. causa dolendi, & flendi, Chal. in anxietatem, & pondus. 70. abominatio, & scandalum.

35. *Honoraui*, Heb. & Chal. suscepi 70. reueritus sum.

36. *Mane*, i. sequentem diem.

37. *Verba hæc*, i. ea quæ acciderant.

39. *Iudicauit*, sc. vindicans.

42. *Cum ea pedissequa eius*, Chal. iuxta eam, Heb. ad pedes eius. q. d. comitantes.

CAPVT XXVI.

1. *GAbaa*, sc. quæ in tribu Beniamin.

6. *Saruia*, sc. sororis Dauid vide 1. Par. 6. Not. quod u. in voce Saruia vocalis est, non consonans, vt patet ex Hebr.

11. *Propitius sit mihi Dominus*, Heb. absit mihi à Domino, quasi dicat, auertat Dominus. Vide suprà cap. 24.

12. *Tulit igitur*, sc. anteuertit Dauid, timens, ne Abisai Saulem interficeret *Sopor Domini*, i. grauissimus, seu maximus. sic cedri Dei dicuntur, & montes Dei, i. maximi ; vel à Deo immissus.

15. *Vir*, sc. clarus, & insignis, ironicè.

16. *Filij mortis*, i. digni morte.

19. *Odoretur sacrificium*, q. d. acceptum ei sit quod agis, metaphora à sacrificiis Deo gratis. *Hereditate*, sc. terra sancta. *Dicentes*, pro, tantum non dicentes, vel, quasi dicant.

20. *Persequitur*, i. persecutionem patitur.

21. *Pretiosa*, i. magni facta, sc. qui peperceris. *Ignorauerint multa*, Hebr. errauerim multum, Chal. insanierim valde.

23. *Fidem*, i. fidelitatem.

25. *Benedictus*, i. laude dignus. *Faciens facies*, &c. q. d. omnino perficies quæ optas, & præualebis.

CAPVT XXVII.

2. *MAoch*. Quidam dicunt esse nomen matris, patrem enim fuisse Achis, de quo sup. cap. 21. ego non video, quid prohibeat eundem esse hunc, & illum de quo sup. nunc enim accepta prius fide, ad eum se contulit Dauid.

7. *Quatuor mensium*, Hebr. & Chal. dies, & quatuor menses q. d. dies aliquot, nempe quatuor mensium.

8. *Hi enim pagi*, pro, horum enim pagi, Heb. & Chal. hi enim, scilicet, populi.

Habitabantur, Hebræus, Chaldæus, & Complut. habitabant. Nota quod hi non erant sub ditione Achis.

11. *Viuificabat*, i. Viuentem relinquebat. Fecit, sc. contra nos.

CAPVT XXVIII.

6. *SAcerdotes*, Hebr. Vrim, q. d. summum sacerdotem gestantem Ephod, in quo erat Vrim, & Thummim.

7. *Pythonum*, i. diuinandi spiritum.

10. *In Domino*, i. per Dominum.

13. *Deos*, pro, Deum, i. diuinum quendam virum, Chal. Angelum Domini.

14. *Samuelem*, fuisse verum Samuelem, grauissimi viri sentiunt, vt Iustin. Bas. Amb. Hier. August. Vide etiam Eccl. cap. 46. Alij dæmonem putant specie Samuelis.

15. Inquietasti, Hebr. & Chal. commouisti. 70. conturbasti, q. d. mihi negotium exhibuisti.

16. *Æmulum*, i. cui inuides, vel quem pro hoste habes, sc. Dauidem Heb. & Chal. hostem, seu, inimicum.

19. *Mecum eritis*, i. mortui vt ego, vel in altera vita.

20. *Panem*, i. cibum.

21. *Manu mea*, i. summo periculo.

24. *Pascualem*, Heb. & Chal. pinguem, seu, saginatum, 70. lactantem.

CAPVT XXIX.

1. *IN centuriis*, &c. id est cum exercitu diuiso per Centurias & Chiliades.

3. *Nunquid ignoratis*, Heb. Cal. & 70. nonne iste est. *Vel annis*, pro, immo verò annis, q. d. notus mihi multis iam annis, 70. iam secundus est annus, Heb. & Chal. his diebus, vel his annis.

4. *In capitibus nostris*, i. nobis interfectis.

6. *Exitus & introitus*, i. conuersatio. *Mecum est*, pro, mihi gratus est.

10. *De nocte*, sc. diluculo, Heb. mane, Chald. in aurora.

11. *De nocte*, i. diluculo.

CAPVT XXX.

2. *MVliebres*, sc. viri erant cum Dauid.

4. *Lacryma*, Hebr Chald. & 70. robur ad plorandum.

6. *Contristatus*, Heb. angustiatus, seu, anxius.

Amara, i. exacerbata.

7. *Applica*, i. profer, vel indue, sc. ad consulendum Dominum.

8. *Latrunculos hos*, Heb. Chald. & 70. exercitum hunc

hunc. sic etiam inf. *Excuties*, i. recuperabis.
12. *Fragmen*, i. frustum.
14. *Erupimus*, pro, irrupimus, 70. irruimus.
15. *Cuneum*, Heb. Chal. & 70. exercitum.
20. *Minauit*, i. duxit. *Suam*, i. illarum rerum, quas, captas ex Siceleg, reduxit, nempe quæ Amalecitæ alibi ceperant, præcedebant. Quæ vero ex Siceleg, sequebantur. hunc sensum indicant Heb. Chal. & 70.
26. *Proximis*, id est, amicis, seu sodalibus. *Benedictionem*, id est, munus.
30. *Arama*, Heb. Chorma. *Lacu*, Heb. & Chal. Bor. videtur esse nomen proprium.

CAPVT XXXI.

1. GElboe, distat à Thabor duobus milliaribus, estque in campo magno Esdrelon.
3. *Vulneratus est*, Chal. timuit.
9. *Annuncietur*, sc. victoria.
11. *Iabes*, scil. quos in principio Regni sui liberauerat Saul.
12. *Combusserunt*, scilicet, putrida erant, & plena vermibus.
13. *In nemore*, Chald. sub arbore. *Ieiunauerunt* sc. in signum mœstitiæ.

II. REGVM,

Hebræus, Secundus Samuelis.

CAPVT I.



4. VErbum, id est, res.
6. *Incumbebat*, Hebr. Chald. & 70. innitebatur. *Appropinquabant ei*, sc. persequentes, Hebr. persequebantur eum, seu assequebantur, vt vertit Chald.
9. *Sta super me*, i. accede propius.
10. *Post ruinam*, i. postquam in gladium incubuerat, Heb. Chald. & 70. postquam cecidit.
13. *Aduenæ*, sc. proselyti ad fidem conuersi.
16. *Sanguis tuus*, i. peccatum tuum effusi sanguinis.
Caput tuum, sc. reuertitur, q. d. dabis pœnas pro eo.
18. *Arcum*, i. artem militarem, q. d. hortatus es, ne desponderent animum, sed se ad futura bella instituerent, Chald. iacere arcu *Iustorum*, Hebr. & 70. recti, Chald. legis. Quis liber hic, incertum, nec enim est ex iis, qui extant. *Considera*, &c. Hæc vsque ad finem versus, non sunt Heb. nec Chald. nec in Complut. sed sunt ex parte sumpta ex 70.
20. *Filiæ*, i. fœminæ, quæ solent cantare victorias.
21. *Agri*, sc. apud vos. *Primitiarum*, i. frugum, è quibus possint offerri primitiæ.
22. *Rediit*, sc. inanis. coniungendum cum præcedentibus proxime, q. d. infigebatur, & interimebat fortes.
23. *Decori*, Chald. amati, 70. pulchri. *Velociores*, sc. in persequendo hostes.
24. *In deliciis*, pro, ad delicias.
26. *Decori*, 70. pulcher. *Mulierum*, i. quo mulieres diligere solent, seu diligi.
27. *Arma bellica*, q. d. periit cum illis gloria bellica.

CAPVT II.

1. HEbron, distat ab Ierusalem 22. milliaribus, ad meridiem.
3. *Domo*, id est, familia.
5. *Benedicti*, &c. digni, quibus Dominus benefaciat, vel chari Domino.
6. *Retribuet*, pro, tribuet, Heb. & Chald. faciet. 70. faciat. *Vobis*, Hebr. Chald. & 70. vobiscum. *Veritatem*, pro, veram, vel, q. d. iuxta fidem, quam dedit, se remuneraturum benefacientes. veritas enim, fidem, i. promissionem interdum significat. *Verbum istud*, i. rem istam.
8. *Circumduxit*, &c. Alij, duxit in Machanaim. vt sit nomen proprium loci, de quo Gen. 32.
9. *Gessuri*, Heb. Asuri, 70. Aseri, Chal. tribum Aser.
Vniuersum, sc. excepta tribu Iudæ.
10. *Duobus annis*, apparet vel non statim electum in Regem post mortem patris, vel non statim Dauid regnasse super totum Israelem mortuo Isboset.
13. *In vnum*, i. simul.
14. *Ludant*, sc. singulari certamine.
22. *Leuare faciem*, i. aspicere.
23. *Auersa*, Heb. & 70. parte posteriori *Inguine*. Hebr. quinta costa, Chal. latere fœmoris.
24. *Aquaductus*, Heb. Chal. & 70. Ammah, sc. est nomen proprium. *Vallis*, Heb. Chal. & 70. Grach, sc. nomen est proprium. *Itineris*, i. per viam, seu in via.
26. *Periculosa desperatio*, Heb. Chald. & 70. amara nouissima, sc. belli.
27. *Si locutus*, Heb. Chal. & 70. nisi locutus, sc. illud, ludant pueri, &c. q. d. nisi tu prouocasses.
29. *Castra*, sc. vbi erat Isboseth, & hic Hebr. & Chald. Machanaim, vt supra.

CAPVT III.

3. CHeleab, 1. Par. 3. vocatur Daniel, scil. erat binominis.
8. *Caput canis*, q. d. vilissimus quem sic audeas reprehendere? *Aduersum Iudam*, &c. cum sequentibus iungenda hæc.
12. *Cuius est terra?* q. d. nonne ad te, vt Regem pertinet?
13. *Optime*, Hebr. & Chald. bonum, sc. mihi, id est 70. bene, q. d. placet.
21. *Deduxisset*, i. dimisisset.
22. *Cæsis latronibus*, Hebræus & Chaldæus è castris.
25. *Exitum, & introitum*, i. conuersationem, seu vitæ rationem.
26. *Sira*, nomen proprium cisternæ illius.
27. *In dolo*, Chal. quiete. Alij, blande *Inguine*, Heb. quinta costa. Chald. latere fœmoris. sic inf. cap. seq.

29. *Fusum*,

19. *Fusum*, quasi dicat, filans ob paupertatem, Hebr. baculum, scilicet, cui innitatur ob pedum morbum.

34. *Ligata*, quasi dicat, poterat se defendere.

Aggrauati, id est, impediti, quasi dicat, poterat fugere, sed dolo interiit.

Congeminans, i. repetens planctum.

35. *Cibum capere*, Hebr. & Chald. vt faceret Dauid cibum capere, 70. vt Dauidi cœnam daret.

39. *Delicatus*, pro, tenellus, q. d. recens factus Rex, & necdum viribus confirmatus, vt possim istos punire, Hebræus tener, Chaldæus humilis.

Duri mihi, Hebr. Chald. & 70. duriores me (id est, fortiores) seu, præ me, id est, quam vt ferre possim.

CAPVT IV.

1. *Dissoluta*, &c. quasi dicat, despondit animum.

2. *Latronum*, i. militum mercenariorum, qui solent latrocinari, Hebr. copiarum, seu agminum, 70. turmarum, Chald. duorum exercituum.

3. *Fugerunt*, scil. metu Philistinorum, audita morte Saul.

4. *Festinaret*, sc. illa. *Cecidit*, sc. puer ex brachiis nutricis.

6. *Spicas*, sc. specie mercatorum volentium emere frumentum, vel tanquam Regi oblaturi primitias honoris causa, Chald. pro assumentes spicas tritici, verterunt, vt emptores tritici, Hebr. accipientes frumenta, seu accipientium frumenta, i. mercatorum, subaudi, specie, seu habitu, 70. loco huius versus, sic habent: & ecce ostiaria domus purgabat triticum, & dormitauit, & dormiuit, & Rechab, & Baana frater eius latuerunt. *Inguine*. vide sup. cap. 3.

10. *Oportebat*, sc. ipsius iudicio, vel etiam aliorum, Chald. qui cogitabat, me sibi daturum donum pro nuncio.

CAPVT V.

1. *Os tuum, & caro tua*, id est, cognati tui, seu propinqui.

2. *Educens*, sc. ad bellum.

3. *Venerunt*, pro, venerant, scilicet, ante populum.

Domino, id est, Arcæ Domini, vel quasi dicat, teste Domino.

6. *Cæcos, & claudos*. Irrisio est, q. d. vel cæci, & claudi arcem defendent, Chald. peccatores, & culpatos, & sic infrà.

8. *Præmium*, de quo 1. Paral. 11. *Domatum fistulas*, i. tectorum canales.

Odientes. sic etiam 70. *Templum*, sc. vna cum Dauid, Hebr. & Chald. domum, 70. domum Domini.

9. *Mello*. id est, aggere, seu fossa secundum quosdam. Vide lib. 3. cap. 9. numer. 15. Chald. obstructione.

10. *Ingrediebatur*, pro ibat.

11. *Nuntios*, scilicet congratulaturos de Regno.

12. *Super*, Hebr. propter.

17. *Quærerent*, scilicet, & caperent, seu occiderent.

Præsidium, 70. locum munitum.

18. *Raphaim*, 70. Gigantum, Chaldæus fortium, dicitur esse locus prope Ierusalem ad Austrum.

20. *Baal Pharasim*, Chald. planitiem fortium. *Diuisit*, Chald. fregit.

Diuiduntur aquæ, Chald. frangitur vas testaceum plenum aqua.

Baal Pharasim, id est, planitiem, seu vallem rupturarum.

23. *Ex aduerso*, id est, è regione. *Pyrorum*, alij, mororum Chald. arborum.

24. *Dominus*, i. Angelus Domini.

25. *Dum venias*, Chald. ad introitum. *Gabaa*, vrbs in tribu Beniamin.

Gezer, autem in tribu Ephraim, vt dicitur Ios. 16. & 18. Quamquam ego istam Gazer aliam puto in tribu Iuda, in qua & Gabaa altera, quam ego etiam hic puto significari.

Gezer vrbs in tribu Beniamin, sed quam occupabant Philisthæi.

CAPVT VI.

2. *Super quam*, i. ad quam, seu, apud quam, vel, q. d. super quam est Domini Maiestas, quæ ibi inuocatur.

In Cherubim, pro, super Cherubim.

3. *Gabaa*, locus erat eminentior in Cariathiarim.

Ahio, 70. fratres eius. Vide 1. Paral. 13. *Minabant*, i. deducebant.

6. *Declinauerunt*, pro inclinauerunt, est id additum ab Interprete, ad verbi Hebræi, quod verterat, calcitrabant, maiorem explicationem. Videtur autem sumptum ex 70.

7. *Temeritate*, sc. animi, alioqui enim factum videtur laudabile, sed Deus intuetur cor. Vide 1. Par. 15. vbi subindicatur causa fuisse præcipua, quod arcam non portasset humeris cum cæteris Leuitis, id enim debuit. Quidam tamen causam dicunt, quod eam tetigisset, quod Leuitis prohibitum; Num. 18. v. 3. & 1. Par. 13. v. 10.

10. *Obed Edom*, Leuita erat. *Gethæi*, fortè in Geth diu fuerat, vnde ei id nomen.

11. *Benedixit*, i. prosperauit.

12. *Adduxit*, sc. per Leuitas.

Vituli, scil. immolandi, est autem id sumptum ex 70. qui loco 13. versus sic habent, & erant cum eo portantes arcam Domini septem chori, & victima vituli, & agni.

13. *Sex passus*, q. d. sexto quoque passu.

16. *Subsilientem*, &c. i. exultantem, & tripudiantem, Chald. saltando se cribrantem, & laudantem. Alij, fortiter, & instar capreæ saltantem, 70. ludentem, & saltantem, & pulsantem.

18. *Benedixit*, i. bene precatus est.

19. *Collyridam*, i. placentam. *Similem frixam oleo*. Alij, lagenam, sc. vini.

20. *Benediceret*, i. bene precaretur.

Domui, i. familiæ. *Scurris*, Hebr. & Chal. inanibus, seu, fatuis.

22. *Vilior*, scil. opinione tua. *Cum ancillis*, id est, apud ancillas.

Gloriosior, q. d. quod tu vilitatem putas, ego gloriam duco.

CAPVT VII.

2. *Pellium*, Hebr. & Chald. cortinæ.

3. *Corde*, scilicet, optant templum ædificare

6. *Ambulabam*, i. versabar seu manebam.

7. *Transiui*, sc. in deserto, & deinde per loca, ad quæ subinde mutata Arca. *Vnam*, pro, aliquam.

8. *Pascuis*,

8. *Pascuis*, Hebr. Chald. & 70. ouium tugurio, seu, caula.

10. *Sub eo*, Hebr. sub se, in loco suo, 70. per se, seu apud se, quasi dicat, ab aliis separatus, & quietus. *Turbabitur*, Chal. terrebitur, 70. solicitus erit.

11. *Domum faciat*, id est, prolem det, seu posteritatem.

14. *Arguam* i. e. castigabo.

Virorum, quasi dicat, clementi, seu humana vt solent, sc. homines filios castigare.

16. *Fidelis*, id est, firma seu stabilis.

Ante faciem tuam, id est, te vidente, scilicet, viuunt animæ, & vident post mortem, 70. coram me.

18. *Sedit*, soli Regi licebat sedenti coram Arca orare; reliqui stantes orabant sic quidem. Forte sedere, pro manere positum more scripturæ.

Domine Deus, Hebr. Adonai Iehouah, id est, Domine, Domine, 70. Domine mi, Domine, sic & infra.

19. *Lex Adam*, i. hominis, q. d. sic mecum agis, vt solet homo cum amico.

21. *Verbum*, id est, promissionem, scilicet, implendam.

Secundum cor tuum, id est, quia tibi sic placuit.

Notum faceres, scil. quid de me statueris.

23. *Poneret sibi nomen*, id est, se faceret celebrem.

A facie, id est, coram, vel causa. *Gentem, & Deum eius*, scilicet, percutiens, Hebr. & Chald. gentibus, & diis eius, 70. gentes & tabernacula.

26. *Coram Domino*, Hebr. Chald. & 70. coram te.

27. *Reuelasti*, &c. q. d. aperuisti, seu indicasti seruo tuo. *Domum*, i. familiam, scil. Regiam, q. d. dabo ex filiis tuis successores Regni. *Cor suum*, q. d. cordis fiduciam. Chaldæus fuit in corde serui tui, &c.

CAPVT VIII.

1. *Frenum tributi*: Nomen est vrbis. Hebr. Metheg. Haamah, i. frænum riui, q. d. Aquæductum. Quidam dicunt liberasse Iudæos tributo, quod soluebant Philisthæis, hosque fecisse tributarios.

2. *Funiculo*, q. d. occidit eos qua mensura voluit, id est, quantum voluit. *Coæquans terra*, id est, prosternens.

Mensus est autem, &c. q. d. alios occidit, alios seruauit, sc. quos voluit.

4. *Subneruauit*, scil. reddidit inutiles abscissis crurium neruis, 70. dissoluit.

Iugales curruum, Hebr. Chald. & 70. currus, id est, curruum equos. *Dereliquit*, id est, sibi reseruauit.

5. *Damasci*, i. in aqua Damascus.

7. *Arma*, Hebr. & Chald. scuta, 70. armillas.

10. *Eius*, scilicet, Ioram, quasi dicat, afferebat munera.

11. *Sanctificauit*, i. dedicauit.

13. *Fecit sibi nomen*, id est, famam comparauit.

14. *Custodes*, scilicet, milites, qui essent in præsidiis.

15. *Iudicium*, & iustitiam, Chald. iudicium veritatis, & æquitatis.

14. *A commentariis*, scilicet, res gestas scribebat.

17. *Abiathar*. Notant quidam hunc Abiathar esse, qui aliàs dicitur Achimelech pater Abiathar, qui, sc. eius filius, hic vocetur Achimelech: aiunt enim & patrem, & filium dictos Achimelech, & Abiathar, sc. binomines fuisse eisdemque vtrumque nominibus.

Scriba, id est, legis peritus, seu legum scriptor.

18. *Cerethi*, & Phelethi, milites erant Dauidem semper custodientes, forte sic dicti, quod essent Cheretæi, & Philisthæi, vt nunc solent Suizeri, seu Heluetij. Vide Ezech. 25. Soph. 2. Hieron. putat sic dictos, quasi interfectores, scilicet hominum id enim significat vox Hebræa Cherethim.

Phelethi, autem, quasi mirabiles, scilicet viribus secundum quosdam Chald. vertit sagittarios, & fundibularios.

Sacerdotes, i. principes, Chald. magnates, 70. aulæ principes. Vide Genes. 41. Exod. 2. & 18.

CAPVT IX.

3. *Dei*, i. maximam, vel Deo gratam, Chald. coram Domino.

7. *Agros*, sc. fisco erant addicti ob rebellionem Isboseth. *Patris*, i. Aui.

8. *Similem mei*. i. qualis ego, q. d. super me cani mortuo similem. i. vilissimum.

10. *Filio*, i. nepoti. *Vt alatur*, scil. eius familia, 70. & comedant.

Super mensam meam, id est, cibos allatos è mensa mea, vel mecum in eadem mensa.

11. *Mensam meam*, etsi comedebat in domo Sibæ, tamen ei cibi de Regis mensa afferebantur, vel citat Siba verba Dauid, qui ita dixerat, 70. mensam Regis.

12. *Cognitio*, Hebr. habitatio, Chald. familia.

13. *De mensa*, Hebræus & Chald. & 70. super mensam.

CAPVT X.

6. *Syrum Rohob*, i. Syros ex Rohob. *Istob*, ea est quæ Iud. 11. Tob. dicitur.

12. *Ciuitate*, Hebr. Chald. & 70. ciuitatibus.

15. *Videntes igitur*, &c. Hebr. Chald. & 70. videntes Syri se cæsos esse coram Israel, congregati sunt simul, &c.

16. *Fluuium*, scil. Euphratem.

18. *Septingentos*, &c. Vide 1. Par. 19. *Currus*, i. curruum equos seu milites.

19. *Qui erant in præsidio*, Hebr. Chald. & 70. serui, scil. qui ei in bello seruiebant aut aliàs ei subiecti.

CAPVT XI.

1. *Vertente*, Hebræus reuertente Chald. finiente.

Tempore, scilicet, verno, seu æstiuo.

Ad bella, non est, Hebr. nec Chal. nec in 70. sed subintelligitur.

2. *Post meridiem*, Hebr. Chald. & 70. ad vesperam.

Solario, id est, tecto, scil. sunt in Palæstina plana tecta.

Viditque, scilicet, per fenestram domus mulieris.

Suum, i. Dauid, q. d. ex tecto suo vbi deambulabat, 70. vidit è tecto.

3. *Hethæi*, sed, scilicet, ad fidem conuersi.

4. *Sanctificata*, i. purificata à menstruo: hoc enim

enim non patiuntur quæ concipiunt, q. d. concepit, 70. & ea erat sanctificata ab immunditia sua, q. d. à menstruo purgata, adeoque apta ad conceptum.

11. *Per salutem*, &c. Hebr. Chald. & 70. per vitam tuam & per vitam animæ tuæ. Repetitio est, vel, quasi dicat, per vitam corporis & animæ.

12. *Illa*, sc. quæ venerat.

21. *Ierobaal*, Hebr.& Chald. Ierubesseth.

25. *Frangat*, Hebr. sit mala in oculis tuis, id est, molesta.

Exhortare eos, 70 fortifica eam, scil. vrbem, Hebr. & Chald. conforta eum, sc. Ioab, ô tu nuntie, vel populum, ô tu Ioab.

27. *Verbum*, i. res, seu factum.

CAPVT XII.

1. AD *David*, sc. Prophetam ad Prophetam, medicum ad medicum, sed sanum ad ægrotum. Chrysost.

Iudicium, id est, quid sentias, vel quid iudicandum sit.

3. *Emerat*, sc. data dote, quod est velut emere, olim viri dotem dabant.

Filia, scilicet, erat minor natu, seu iunior quam Vrias, eius vxor.

4. *Parcens*, i. omittens. *Praeparauit cibos*, Hebr. & 70. fecit eam, i. in cibum parauit. Sic Ioan. 13. cœna facta, i. parata.

5. *Filius mortis*, i. morte dignus, seu mortis reus, Chal. obligatus occisioni.

6. *Pepercerit*, Chal. abstinuerit.

8. *Vxores*, sc. poterat, si vellet, ducere, & forte aliquam duxit.

In sinu tuo, Chald. concubinas tuas, sc. secundarias vxores, seu minus principales.

Multo maiora, Hebr. & Chald. sicut ista, & ista, q. d. similia, seu multa alia.

9. *Percussisti*, i. curasti occidendum.

14. *Blasphemare*, scil. Deum, qui tam improbum Regem dederit.

Verbum hoc, i. rem hanc.

15. *Desperatus est*, pro, grauiter ægrotauit, vt est Hebr. Chald. & in 70.

16. *Seorsum*, Hebr. & Chald. pernoctauit, &c.

17. *Cogentes eum*, id additum ab Interprete. *Vt surgeret*, Hebr. Chald. & 70. vt erigerent eum.

18. *Septima*, scilicet, à natiuitate, vel ab ægritudine,

21. *Sermo*, i. res.

22. *Donet eum*, Hebræus & Chaldæus & 70. misereatur.

25. *Misit*, scilicet, Dominus, vt nomen infanti imponeret.

Amabilis Domino, Hebr. Iedidiah, i. dilectus Domino.

26. *Expugnabat*, Hebr. Chal.& 70. cepit.

27. *Capienda*, Hebr. Chal. & 70. capta. *Vrbs aquarum*, sc. aquis multis cingebatur. Hanc vocauit supra Regiam, est autem alia à Rabbath.

28. *Vastata*, Hebr. capta.

31. *Adducens*, Hebr. Chald.& 70. educens. *Serrauit*, i. serris secuit.

Carpenta, Hebr. trahas. Chal. & 70. tribulos. *Cultris*, Hebr. Chal. & 70. securibus.

In typo, pro, in typum, seu fornacem, vel q. d. diuisit eos, vt solent lateres recentes diuidi, 70. circumegit eos per aciem. Ita Complutensis editio, quam sumus in hoc opere secuti: Chal. lacerauit eos in platea.

CAPVT XIII.

1. SOrorem, scilicet, ex eadem matre, alia tamen à matre Ammonis.

2. *Virgo*, adeoque domi more virginum contineretur.

6. *Quasi ægrotare*, i. fingere ægritudinem. *Sorbitiunculas*, Chald.& 70. placentas. Alij, lagana. *Cibum*, sc. eas placentas, seu lagana.

10. *Conclaui*, pro, secretius cubiculum.

18. *Talari*, sic 70. At Hebr. & Chald. polymita, seu diuersorum colorum.

19. *Ibat ingrediens*, Hebr. Chald. & 70. eundo ibat.

20. *Contabescens*, Hebr. & Chald. desolata, sc. mœsta, 70. animo deficiens.

21. *Et noluit*, &c. Hæc vsque ad Erat ei, ex 70. sumpta videntur.

25. *Benedixit*, id est, bene precatus est, scil. valedicens.

32. *Ore*, i. decreto, seu sententia, scil. occidendus, Chald. corde, 70. ita.

34. *Deuium*, Hebr. post montem.

CAPVT XIV.

1. THecuam, distare dicitur ab Ierusalem nouem milliaribus ad Orientem. Sed vide Amos 1.

5. *Heu*, Heb. Chal.& 70. vere.

8. *Iubebo*, scilicet, ne cognati quærant filij tui mortem.

9. *Si*, pro, erit, q. d. siquid accidet mali, in me, non in Regem cadet.

10. *Adduc*, quidam putant famulo alicui id dictum, cui res commissa.

11. *Recordetur*, &c. q. d. decernat interposito iuramento.

Vt non multiplicentur, quasi dicat, prohibeantur omnes.

13. *Contra populum*, q. d. redundat id malum in totum populum.

14. *Dilabimur*, Hebr. Chal. & 70. effusæ. *Reuertuntur*, Hebr. Chal.& 70. colliguntur, seu congregantur. *Retractat*, i. sententiam mutat. *Ne penitus pereat*, &c. Hebr. & 70. ne abiiciat à se abiectum, q.d ad se reuocet.

15. *Præsente populo*, Hebr.& Chal. quia terruit me populus, quasi dicat, feci in gratiam populi, quem vidi ob eam rem mœstum, 70. quia videbit me populus, quasi dicat, præsente populo.

16. *Audiuit Rex, vt liberaret*, Hebr. Chal.& 70. Audiet Rex, vt liberaret, pro audiuit, vt liberet, quasi dicat, cum me audierit in figura, quanto magis debet in re figurata?

17. *Dicat*, Hebr. & 70. dicet, quasi dicat, orat, seu optat.

Sicut sacrificium, quasi dicat, sit acceptum Domino, vel placationis sit, id est, placetur exuli Absaloni, Hebr. & Chald. ad requiem, 70. in sacrificium.

Moueatur, sc. à recto.

19. *Manus*, id est, opera. *Salutem*, Hebr. vitam.

Nec ad sinistram, &c. quasi dicat, rem ipsam attigisti, nihil aberrans huc aut illuc.

26. *Ponderabat*, sc. qui vendere volebat, forte ad fœminarum ornatum. Pondus autem quidam referunt ad capillorum grauitatem, alij ad pretium quo vendebatur.

Publico, Hebr. Chald.& 70. regio.

32. *Misi ad te*, &c. quasi dicat, cum ad me vocatus

vocatus non venisses, id cogitaui, vt cogerem te venire.

Memor est iniquitatis meæ, Hebr. Chal. & 70. est in me iniquitas.

33. *Adorauit*, &c. Hebr. Chald.& 70. adorauit eum super faciem suam in terram, sc. inclinatam, seu demissam.

CAPVT XV.

1. *Porta*, sc. regiæ, *Ex vna*, pro, ex tali.
6. *Solicitabat*, i. sibi conciliabat, Hebr.& Chal. furabatur.

7. *Quadraginta*, scil. fere, Regni Dauid, vel ex quo Dauid in Regem vnctus. Quidam tamen legunt quatuor, scil. à tempore quo vidit faciem Dauid, vel quo in vrbem rediit.

8. *Sacrificabo*, Hebræus, Chaldæus, & 70. seruiam.

13. *Toto corde*, Hebr. Chal. & 70.corde inclinati Israelitæ ad Absalom.

15. *Præceperit*, Hebr. & 70. elegerit. Chald. dixerit.

18. *Legiones*, Heb. Chal. & 70. omnes.

Cerethi, vide sup,cap.8 *Gethæi*, sc. ad fidem conuersi, vel Iudæi, qui cum eo semper fuerunt in Geth, vide 1. Regum 27. vbi indicatur fuisse Iudæos.

20. *Dominus faciet*, id sumptum ex 70. Nam Hebræus, solum, tecum misericordia, & veritas, sub à me, vel à Deo erit, vel sit, Chaldæus, & fac cum illis.

Veritatem, quasi dicat, vere, & perfectè, vel, pro, fidem, quam seruat Deus, remunerando opera bona ad quæ facienda ex misericordia sua gratiam dedit.

21. *Cedron*, ita dictus à loci obscuritate, erat enim vmbrosus. *Cedron* enim Hebraice significat nigrum, seu obscurum.

24. *Deposuerunt*, scil. loco idoneo. *Ascendit*, fortè ad orandum prope Arcam, vel quasi dicat, comitatus est eos.

Expletus, q. d. simul, seu vna.

27. *O videns*, q.d.ô Propheta, qui soles Deum consulere, 70. vide tu, Chald.vides tu?

28. *Abscondar*, Hebr morabor, seu manebo.

30. *Operto*, sc. more lugentium.

CAPVT XVI.

1. *Palatharum*, i. carycarum.
4. *Oro vt*, Hebræus & 70. Adoro, id est, gratias ago.

7. *Vir sanguinum*, id est homicida.

Vir Belial, id est, improbe.

8. *Vniuersum sanguinem*, i. pœnas pro vniuerso sanguine.

9. *Mortuus*, quasi dicat, abiectissimus hic, ac vilissimus, vt canis mortuus.

10. *Quid mihi*, &c. q. d. omittite me.

Præcepit, Hebræus Chaldæus, & 70. dixit, id est præcepit.

Fecerit, sc. Semel.

11. *Filius Iemini*, i. de tribu Beniamin.

12. *Contra*, i. ex aduerso, seu è regione.

14. *Refocillati sunt*, i. requieuerunt. *Ibi*, i. loco, quo sederant.

19. *Salue Rex*, Hebr. & 70. viuat Rex, Chald. prosperetur Rex.

17. *Gratia*, i. gratitudo, seu beneficium, Hebr. & 70. misericordia, Chald. benignitas.

19. *Sed & vt hoc inferam*, Hebræus, Chald.& 70. secundo, id est, præterea.

21. *Fœdaueris*, i. ei te odiosum reddideris fœdato thalamo, Hebr. abominationem feceris in patrem tuum, 70. confuderis, seu dehonestaueris, Chald. alienatus fueris à patre tuo *Tecum manus eorum*, Heb.Chald. & 70. manus omnium qui tecum sunt, i. te sequuntur.

22. *Solario*, i. tecto, sc. domus Regiæ.

Vniuerso, hyperbole, quasi dicat, ita, vt quisque posset videre.

23. *Quasi si quis*, &c. quasi dicat, erat eius consilium quasi diuinum oraculum, scilicet, maximæ auctoritatis.

CAPVT XVII.

2. *Solutis*, id est, remissis, seu debilibus. *Percutiam eum*, Hebr.& 70. tenebo eum, Chald. turbabo eum.

Desolatum, i. desertum, ab aliis, Hebr. Chald. & 70. solum.

3. *Vnus*, Hebr. & Chald. omnis. est autem sensus Heb. & cum redierit omnis vir (id quo tu quæris) omni populo erit pax.

9. *Audiet*, &c. pro, quicunque id audierit, dicet.

12. *Operiemus*, Hebr. & Chald. castrametabimur contra, Chald. cademus super.

13. *Calculus*, i. lapis.

14. *Omnes*, scil. qui aderant in consilio.

Nutu, Hebr. Chald. & 70. præcepto.

Vtile, Hebr. & Chal. bonum.

17. *Rogel*, i. fullonis. *Ancilla*, sc. specie lauandi pannos. *Poterant*, pro, tutum erat.

18. *Vestibulo*. Hebr.& 70. atrio.

19. *Mulier*, sc. vxor viri illius. *Ptisanas*, i. grana frumenti contusi.

20. *Gustata paululum aqua*, sic etiam 70. at Heb. riuum aquarum, Chal. Iordanem.

21. *Fluuium*, sc. Iordanem.

24. *Castra*, nomen loci, de quo Gen. 32.

25. *De Iesraeli*, Hebr. Chald. & 70. Israelitæ, Vide 1. Paralip. 2. *vbi dicitur*, Ismaelita, scilicet, habitatione, quod diu apud Ismaelitas commoratus.

Abigail, scilicet, ex qua Amasam suscepit.

28. *Stratoria*, i. lectos, Chal. sindones.

Tapetia, Hebr. scyphos, Chald. lagenas, 70. vt noster.

Polentam, i. frumenti grana tosta.

Frixum cicer, Hebr.& Chal. *Polentam*, sc. bis ponitur idem verbum, forte duplex erat, scil. tritici, & farris.

29. *Pingues vitulos*, 70. vitulos lactantes Hebr, & Chal. caseos bouinos. *In deserto*, i.ex itinere per desertum.

CAPVT XVIII.

3. *Pertinebit*, quasi dicat, non magnopere curabunt.

Satis curabunt, i. magni facient.

Præsidio, scilicet, orationibus, & consilio, 70. in auxilium nostrum. Chaldæus ad orandum pro nobis.

6. *Saltu Ephraim*, scilicet, vbi Ephraim Iordane transmisso solebat pecora pascere.

8. *Saltus*, Chal. fera syluæ.

11. *Cum terra*, id est, ita, vt in terram caderet.

Argenteos, sc. siclos.

13. *Animam*, i. conscientiam.

Audacter, Hebr. mendacium, Chald. falsitatem, 70. iniquum. *Ex aduerso*, sc. spectans tantum, nec me defendens.

14. *Corde*, i. loco cordis, sc. pectore.

Quercu, Hebr. corde quercus, i. medio quercus, sic Psal. 45. Cor maris, pro medium maris.

18. *Titulum*, sc. columnam, vel pyramidem, vel arcum triumphalem.

Filium, apparet, filios, de quibus supra, fuisse mortuos.

Vocauit, sc. in ipsa columna inscripsit. *Manus*, id est, opus, seu locus, Chald. locus.

19. *Iudicium*, i. vltionem, vel q. d. ius dixit. *De manu*, sc. liberans.

21. *Chusi*, sc. Æthiopi, sc. cuidam, q. d. cuidam seruo. Itaque postea in textu Hebræo vocatur seruus Regis. Forte etiam nomen est proprium.

22. *Quid impedit si*, Hebr. & Chald. quidquid sit.

23. *Quid enim si cucurrero*, Hebr. & Chald. quidquid sit, curram.

Compendij, Hebr. Chald. & 70. planitiei, seu planam.

24. *Portas*, sc. vrbis.

25. *Bonus*, non est Hebr. nec hic, nec in versu de cimosexto.

Sed est sensus, si solus est, nuntius est.

28. *Salue Rex*, Heb. Chald. & 70. pax.

29. *Estne pax?* pro saluusne est?

Seruus tuus ô Rex, Hebr. Chald. & 70. seruum Regis, &c.

31. *Indicauit*, i. suo iudicio liberauit.

32. *Sicut puer*, i. sicut filius tuus Absalom.

33. *Cœnaculum portæ.* Cubiculum aliquod significatur, vel domuncula supra vrbis portam.

Quis mihi tribuat, vt i. vtinam. *Moriar*, pro mortuus essem.

CAPVT XIX.

3. *Declinauit ingredi*, pro declinando, i. clam ingrediebatur, Hebr. & Chald. furatus est ingredi, seu sese furatus est ingrediendo, q. d. furtim, seu clam ingrediebatur.

4. *Operuit*, sc. more lugentium. *Caput suum*, Hebr. Chal. & 70. faciem suam.

5. *Domum*, forte eam quæ supra portam vrbis in quam se Dauid abdiderat vt fleret. *Confudisti*, i. pudefecisti.

7. *Alloquens satisfac*, Heb. loquere ad cor, i. blanda seu grata.

8. *Porta*, scil. vrbis.

9. *Certabat*, i. contendebat, sc. volens reducere Dauid.

Fugit, &c. i. coactus est fugere ex Iudæa.

10. *Siletis*, i. cessatis.

11. *Quia dixerat*, pro, cum diceret.

12. *Os, & caro*, i. consanguinei.

15. *Traduceret*, id est, Transeuntem comitaretur.

18. *Transierunt vada*, Hebr. & Chald. fecerunt transire scapham.

Iussionem, Heb. & voluntatem. *Transisset*, i. separasset Rex ad transeundum.

20. *Ioseph*, i. Israel.

22. *Satan*, id est, aduersarium, quasi dicat, aduersarij.

24. *Filius Saul*, i. nepos, 70. filius Ionathan filij Saul.

Pedes, &c. coniungenda omnia cum, à die qua, &c.

Barba, Hebr. Chal. & 70. labro.

26. *Contempsit*, Hebr. & 70. decepit. Chal. dolose egit contra.

27. *Sicut Angelus Dei*, q. d. potes facile rem totam cognoscere.

31. *Vltra*, sed non longe, vt ex sequentibus patet. Et quidem Hebræis aliud videtur hic significari.

32. *Castris*, nomen est proprium, Hebræus Machanaim.

Diues, Hebr. Chald. & 70. magnus.

33. *Requiescas securus*, Hebr. Chald. & 70. alam te mecum, i. apud me,

36. *Vicissitudine*, id est, retributione, seu remuneratione.

37. *Chamaam*, 70. Chimaam filius meus.

39. *Benedixit*, i. bene precatus est.

41. *Furati*, sc. clam nobis reducentes.

42. *Data sunt*, scilicet à Rege, Hebr. Chald. & 70. dedit.

43. *Decem*, scil. Beniamin cum Iuda computabatur, reliquæ tribus decem, vel potius decem, pro multis.

Fecisti mihi iniuriam, sic etiam 70. Hebr. & Chal. Spreuisti me.

Et non mihi, &c. Hebræus videtur sensus esse. Nonne ego prior locutus sum de reducendo rege?

CAPVT XX.

1. *Belial*, id est, improbus. *Iemineus*, id est, de tribu Beniamin.

Buccina, scil. vt sedaret tumultum, & attentis loqueretur.

3. *In custodiam*, scilicet, velut carcere clausit.

Non est ingressus, scilicet, quia cum Absalom rem habuerant.

In viduitate, i. velut viduæ.

5. *Placitum*, i. tempus.

6. *Domini tui*, pro, meos, scil. stipendiarios milites.

8. *Stricta ad mensuram habitus sui*, Hebr. Vestimenti sui, id est, qua solebat vestiri.

Vsque ad ilia, Hebræus, Chaldæus, & 70. super lumbos.

Qui fabricatus, &c. Hebræus qui egredietur, & cadet, id est, qui facilè egredi poterat, & cadere. quasi dicat, expeditus erat ad ictum.

9. *Salue*, Heb. num pax tu, pro, tibi, q. d. valesne? vocat scriptura id rogare quæ ad pacem, i. de salute.

11. *Quidam viri*, Hebr. Chald. & 70. vir, id est, quidam.

14. *Omnesque viri*, scilicet, illorum locorum, per quæ transierat.

Electi, non est in Hebræo, Chaldæo, aut in 70. Sed Bermi nomen loci.

15. *Ciuitatem*, scilicet, Abela, cui vicina erat Bechmaaca.

19. *Quæ respondeo veritatem*, Hebr. pacifica. & fidelis, id est, verax, scilicet loquitur in persona ciuitatis.

Matrem, 70. metropolim.

Præcipitas, Hebr. dissipas.

26 *Sacerdotes Dauid*, Chal. Princeps Dauidi, id est apud Dauidem.

CAPVT XXI.

1. *Sanguinum*, i. homicidam.

2. *Zelo*, sc. non secundum scientiam. Forte volebat adiicere terram eorum Iudæ.

3. *Vestri piaculum* id est, quo expietur peccatum in vos commissum.

Benedicatis, i. bene precemini.

4. *Argento*, &c. q.d. nolumus nobis compensari damnum argento, &c.

6. *Dentur nobis*, &c. moderatio est præcedentis petitionis. Dauid enim non poterat occidere familiam Ionatham ob iuramentum ei præstitum, quanquam Hebr. non est illud, ne vnus quidem, &c. sed solum delebimus, seu perdemus, ne extet in vllo termino Israel, vel (vt alij & Chald. vertunt) qui nos perderere ita voluit, vt non consisteremus in finibus Israel.

Domino, id est placandum Dominum. *Electi*, scil. in Regem.

8. *Michol*, scilicet adoptiuos. Naturales autem sororis eius Merob, Chaldæus, filios Merob, quos educauerat Michol. Vide 1. Reg. 18. vbi Merob nupta dicitur Hadrieli. Forte Merob etiam Michol dicebatur.

9. *Hordei*, scilicet, quæ solet esse prima.

10. *Cilicium*, Hebræus, Chaldæus, & 70. saccum.

Substrauit, scilicet vt illic maneret per omnes illos dies, orans Deum, vt sic placaretur.

Aqua, scilicet, ob cuius inopiam fames acciderat, itaque Deus se placatum ostendit.

11. *Platea*, scilicet, prope quam murus, in quo suspensi.

14. *Latere*, nomen est loci, Hebr. Tselah צלע.

16. *Arapha*, gigantis est nomen, q.d. de genere Gigantum.

Vncias, Hebr. Chald. & 70. siclos.

Ense, Chald. & 70. cingulo. Hebræus tantum est, nouo: itaque subintelligendum ense, vel cingulo.

Deficiente, id est, viribus destituto.

17. *Lucernam*, id est, gloriam, seu, splendorem.

19. *A Deo datus*, Hebr. Helchanan. Saltus Hebr. Iahare,

Polymitarius, Hebræus Orgim, scilicet, cognomen erat, Chaldæus, ait hunc fuisse Dauid, filium Iesse textoris veli sanctuarij.

19. *Goliath*, scilicet, alium ab illo, quem Dauid occiderat, nisi illud placet, quod Chaldæus, proxime.

21. *Blasphemauit*, Hebræus, Chaldæus, & 70. probris affecit.

22. *In manu*, i. opera, seu manibus.

CAPVT XXII.

1. DOminus, petra, &c. vide explicationem Psal. 17. vbi Not. vnum & eundem Psalmum etiam Hebr. variare, nempe Spiritus sanctus eundem sensum varie solet exprimere, vt etiam in euangeliis videre est. Quo minus mirandum, si editio 70. aut nostra non per omnia Hebraicæ veritati respondeat, dum enim nihil veritati contrarium sit, aut sensui repugnet, & ecclesia, & Deus boni consulit.

3. *Iniquitate*, Hebr. rapina, Chald. raptoribus, 70. iniquo.

4. *Laudabilem*, i. laude dignum.

5. *Mortis*, pro mortales.

Belial, id est, improbi, seu improborum.

6. *Inferni*, id est, in infernum, seu sepulcrum trahentes. Alij, pro, funibus, dolores vertunt, Chald. castra improborum.

Praeuenerunt, id est, præoccupauerunt. Alij implicauerunt.

7. *Venit*, sic Chald. Complut. veniet.

8. *Montium*, Hebr. Chald. & 70. cœli, seu cœlorum.

11. *Lapsus est*, Hebr. & 70. visus est, seu apparuit.

16. *Effusiones*, Chald. profunditates. *Maris*, pro, velut maris.

22. *A Deo*, sc. deficiens.

23. *Iudicia*, i. instituta.

26. *Robusto*, i. perfecto.

27. *Peruerteris*, id est, velut peruerse incedes, quasi dicta, tractabis, vt eius peruersitas meretur.

28. *Oculisque tuis*, scilicet, aspiciens, 70. oculos.

33. *Complanauit perfectam*, pro, expeditam reddidit & perfectam.

41. *Dedisti mihi dorsum*, id est, fecisti terga vertere, scil. fugere.

45. *Obedient*, sc. postmodum.

50. *Confitebor*, i. laudabo, seu gratias agam.

CAPVT XXIII.

1. NOuissima, sc. post omnes psalmos.

Cui constitutum est de Christo, Hebr. Chal. & 70. qui vnctus est in Regem, seu constitutus, vt esset vnctus, id est, Rex.

3. *Dixit Deus*, scilicet, Spiritus sanctus, de quo proxime.

Israel, i. quem colit Israel. *Dominator in timore Dei*, quasi dicat, qui hominibus imperat, cum Dei timore imperet, Chald. Messias dominabitur in timore Dei.

4. *Sicut Oriente*, &c. scilicet, sic erit Regnum meum.

5. *Nec tanta*, &c. q. d. indigna, cui Deus tanta præstaret. *Voluntas*, sc. firma est, vel sita in Deo.

Ex ea, sc. domo mea.

6. *Tolluntur*, i. tanguntur, sed, sc. abiiciuntur.

7. *Armabitur*, scil. prius, ne lædatur. *Succensa*, scil. in die iudicij, quo iudicandum sæculum, vt ait Chald.

8. *Ipse est*, scil. qui sequitur trium primus. *Quasi tenerrimus ligni vermiculus*, Hebr. Hadino Hahesui, scil. nomen est viri 70. Adino Asonæus.

9. *Patrui eius*, Hebr. Dodo, nomen est proprium viri, 70. Dudi. *Ahohites*, id est, de familia Ahoitarum.

Illuc, sc. vbi erat Dauid.

10. *Obrigesceret*, scilicet, contractione neruorum præ labore.

Cum gladio, sc. ita post conflictum hærente, vt vix extrahi posset.

11. *Statione*. Alij: vlla, sc. pago, qui erat iuxta agrum, vbi hæc gesta.

12. *Eum*, sc. populum.

13. *Tres*, sc. alij. *Principes inter*, Hebr. Chald. & 70. inter principes.

14. *Præsidio*, i. loco munito.

16. *Libauit*, scil. effundens in terram. Hieron. 1. Par. 11. ait, sacrificasse Deo gratias agentem, quod tam fortes viros dedisset, indicat autem vino mistam fuisse oblatam in sacrificium.

17. *Sanguinem*, i. cum vitæ periculo allatam.

Et animarum periculum, explicatio præcedentis. Hebr. Chald. & 70. cum periculo animarum.

18. *De tribus*, scil. dictis.

20. *Leones*, id est, fortissimos viros, velut leones, Chald. magnates.

Cisterna, id est, fouea,

Niuis, scilicet, quo tempore leones sunt fortissimi.

21. *Virga*, id est, baculo.
23. *Inter tres*, sc. posteriores.
Ad tres, scilicet, priores.
A secreto, pro, nempe à secretis.
24. *Triginta*, sc. qui sequuntur. *Patrui eius*, Heb. Dodo, fortè nomen est proprium.
39. *Omnes*, sc. computatis primis illis sex.

CAPVT XXIV.

1. COmmouit, sc. permittendo. *Dicentem*, Hebr. & Chal. dicendo.
4. *Obtinuit*, i. præualuit, seu vicit.
6. *Dan syluestria*, Hebr. & Chal. Dan Iahan.
9. *Octingenta*, &c. maior est numerus. 1. Paralipp. 21. Sed hic refertur is, quem Ioab Regi dixit, scilicet, minorem, ne superbiret nimium, qui ex superbia iusserat descriptionem illam fieri, ob quam est à Deo punitus, ipse quidem populi diminutione, populus autem morte, ob alia peccata propria.
10. *Percussit*, i. reprehendit.
11. *Videntem*, scilicet, quid Deus vellet, quasi dicat, prophetam.
Dauid, id est, Dauidis.
13. *Septem*, Vide 1. Par. 21.
14. *Incidam*, &c. videtur elegisse famem, aut pestem.
15. *Constitutum*, scilicet, holocausto vespertino.
Misertus est Dominus. Heb. & 70. pœnituit Dominum, Chald. rediit Dominus à malo, id est, destitit occidere.
Aream, sc. sitam in monte Moria, vbi Isaac immolare pater voluit.
Areuna, erat is, vt quidam aiunt: Rex antequam Ierusalem caperetur, postea Tributarius.
17. *Oues*, i. velut oues, q. d. innocentes.
24. *Quinquaginta*, sc. pro loco areæ, nam pro tota area 600. vt est 1. Paral. 23. vel pro bobus 50. sicli, pro area vero 600. aurei.

LIBER III.

Qui Hebrais, 1. Regum dicitur, quia de multis Regibus.

CAPVT I.

1. PLurimos, scilicet, prope 70. annos, tot enim vixit.
2. *Stet coram*, i. ministret.
3. *Sunamitem*, scilicet, ex vrbe Sunem tribus Issacar. Vide 4. Reg. 4.
4. *Dormiebatque*, Hebr. & 70. fouebatque, id est, calefaciebat.
6. *Nec corripuit*, scil. nimis indulgens, sic suprà lib. 2. cap. 13. etiam sancti interdum negligentes, vel causam Miphiboseth cap. 19. quam negligenter iudicauit? Hebr. non contristauit, sc. noluit corripiendo contristare.
Ipse, scil. vt Absalom. *Secundus natu*, adeoque ad eum iure Regnum pertinere videbatur, sed Deus voluit esse Salomonis, cuius voluntas summum est ius, vide infr. cap. 2.
7. *Sermo*, i. consilio, q. d. rem tractabat.
Abiathar. Hoc reiecto, qui ex Heli, & Ithamar, datus est Pontificatus Sadoc, qui ex Phinees, & Eleazaro. Vide cap. 2.
21. *Peccatores*, i. miseri, sic Hispani, peccatorem me, i. miserum me, vel q. d. reiiciemur, tanquam si grauiter peccauissemus.
33. *Mulam meam*, scilicet, id nisi Regi non licebat.
Gihon, scilicet fontem, alias Siloe dicitur, eius aqua perennis, qualis Dauid volebat Regnum esse Salomonis.
36. *Amen*, id est, ita sit. *Sic loquatur*, quasi dicat, confirmet id Deus, 70. confirmet verba, Chal. sic velit.
39. *Olei*, scil. vnctionis.
40. *Insonuit*, Hebr. scindebatur, i. videbatur scindi Chald. tremebat.
42. *Fortis*, Chald. timens peccata, q. d. bonus.
43. *Nequaquam*, &c. Hebr. Chald. & 70. profecto Dominus noster, &c. Noster sensum reddidit, quasi dicat, non bona nuncio, vt putatis.
45. *Insonuit*, sic etiam 70. at Hebr. tumultuata est. Chald. commota est.
47. *Benedixerunt*, i. bene precati sunt.
Super, id est, plus quam. *Adorauit*, sc. Deum, gratias agens.
50. *Altaris*, scilicet, quod Dauid extruxerat. Nam quod Moses, adhuc erat in Gabaon. Vide 1. Paralip. 21.

CAPVT II.

1. TErra, id est, hominum.
3. *Custodias*, i. quod præcepit custodiri.
Caremonias, Hebr. decreta, seu statuta.
Intelligas, Hebr. prudenter agas Chald. prosperes, seu prospere agas.
4. *Vias suas*, q. d. mores suos.
5. *Belli*, id est, more belli, vel quasi esset hostis in bello.
Baltheo, id est gladio alligato baltheo. *Calceamento*, quasi dicat, ita vt mortui corruerint ad pedes eius.
6. *Pacifice*, i. impune, seu absque punitione.
Inferos, i. sepulcrum.
9. *Innoxium*, i. impunitum. *Sanguine*, i. cæde.
16. *Confundas*, id est, pudefacias, scilicet, negando. Hebr. auertere facias, scilicet præ pudore, 70. auertas faciem tuam.
17. *Nec enim negare tibi quiquam potest*, Hebræus, & Chaldæus, non enim faciet auerti faciem tuam.
20. *Confundis*, Hebræus, & Chaldæus, auertas, seu auertere facias.
Fas est, vt. Addita hæc ab Interprete.
22. *Et Regnum*, quasi dicat, hac via Regnum affectat.
23. *Addat*, sc. si non illum interfecero. Iurandi modus apud Hebræos, q. d. male mihi faciat Dominus, nisi, &c.
24. *Domum*, i. familiam.
26. *Mortis*, morte dignus.

Domini

Domini Dei, Hebr. Adonai Iehoua, id est, Domini, Domini, sed rectè vertit Interpres, Iehoua enim nomen proprium veri Dei.

Laborem, Hebr. & Chald. afflictionem. *Laborauit*, Hebr & Chald. afflictus est.

27. *Eiecit*, ita impletum quod Deus fuerat minatus Heli, 1. Reg. 2.

28. *Nuntius*, scilicet, de mente Adoniæ. Hebr. & Chald. venit fama ad Ioab, qui secutus fuerat Adoniam, quamquam Absalonem secutus non fuerat.

Post Salomonem, sic etiam, 70. At Hebr. & Chald. Absalonem, vt dixi proxime.

31. *Sanguinem*, id est, culpam effusi sanguinis.

33. *Pax*. i. prosperitas.

37. *Caput tuum*, i. te, q.d. occideris, vel tibi causa mortis eris.

42. *Testificatus sum*, Hebr. iuraui, seu adiuraui, id est, te feci iurare.

Per Dominum, scilicet, iurans, vel cogens iurare.

45. *Benedictus*, scilicet, fit vel erit à Domino.

Erit, Alij fit.

CAPVT III.

1. DOnec, &c. quasi dicat, adeo confirmatum Regnum, vt potuerit complere, vel eousque mansit illa in ciuitate Dauid donec, &c.

2. *Excelsis*, id est, locis editis, vel altaribus, scilicet, variis, quod vsque ad templi ædificationem videtur licuisse, certe permittebatur passim.

3. *Excepto*, Videtur reprehendi, vel sensus est. Id tamen Dauid, quamquam licitum, nunquam fecerat.

4. *Gabaon*, ciuitas in tribu Beniamin.

Maximum. Quidam putant fuisse altare æneum, quod Moses fecerat.

6. *In veritate*, id est, citra simulationem, seu sincere.

Grandem, Hebr. Chald. & 70. grandem hanc.

Est, i. apparet.

7. *Egressum*, & *introitum*, q. d. quomodo debeam conuersari, & populum regere.

9. *Docile*, Hebr. audiens, i. obediens, sc. Deo, Chald. intelligens, 70. sapiens.

12. *Nullus*, sc. Regum Israel.

13. *Retro*, Hebr. & Chald. tuis, videturque coniungendum cum, dedi, pro, dabo.

14. *Præcepta*, Hebræus, & Chaldæus, statuta seu decreta.

Longos faciam, id non factum quia peccauit.

15. *Hierusalem*, scilicet, vbi arca Domini: tabernaculum Mosis in Gabaon. *Fecit*, i. obtulit, seu sacrificauit.

20. *Intempestæ noctis silentio*, Hebr. Chald. & 70. media nocte.

22. *Mentiris*, Hebr. Chald. & 70. non.

25. *Diuidite*, scilicet, ô ministri, seu satellites.

28. *Indicasset*, scilicet, cum esset duodecim annorum, secundum Hieronym. epistol. 131. id quod ego non puto. Regnauit enim annis 40. adeoque obiisset anno ætatis 52. at reliquit filium annorum 41. vt dicitur 2. Parailp. 13. vt necesse fuerit, illum gignere anno ætatis 11. quod non est verisimile.

CAPVT IV.

2. FIlius, id est, nepos, nam filius Achimaas filij Sadoc.

3. *Scribæ*, id est, secretarij. Vide Esther. 3. *A commentariis*, historiographus.

4. *Abiathar*, scilicet, antequam eiiceretur, vel iste alius est.

Sacerdotes, scil. vnus præcipuus erat, alter velut vicarius vel suffraneus.

5. *Sacerdos*, i. princeps. Alij sacerdotis.

8. *Ben*, alij, filius, sic & in sequent.

11. *Nephath Dor*, i. terminus Dor.

13. *Auoth Iair*, i. villas Iair. Vide Iud. 10. *Argob*, sc. Trachonitide.

20. *Innumerabiles*, sc. erant.

21. *A flumine*, &c. Alij à flumine (scil. Euphrate) vsque ad terram Philistiim, & vsque ad terminum Ægypti.

22. *Cori*, Corus continet decem epha, epha vero tria sata.

Simila, i. purissimæ farinæ.

23. *Pascuales*, q. d. non saginati, sed quales à pascuis redeunt.

Bubalorum id est, Bouum syluestrium.

24. *Flumen*, sc. Euphratem.

25. *Sub vite*, q. d. etiam ruri libere agebant, nullum timentes hostem.

26. *Præsepia*, id est, equos in præsepiis. Num. 2. Paralip. 9. quatuor millia, scilicet, in quolibet 10. equi.

27. *Nutriebantque*, &c. Hebr. Chald. & 70, Alebant dicti præfecti Regem Salomonem, & necessaria, &c.

28. *Iumentorum*. Alij mulorum, Chald. equorum cursorum, 70. curruum.

29. *Latitudinem*, i. capacitatem.

Arenam, id est, arenæ locum, vel q. d. capiendi penè infinita.

31. *Ethan*, &c. erant hi celebratissimi illo tempore sapientiæ nomine.

Ezraita, id Esræ filio.

Filiis, iungendum cum duobus postremis, nam priores duo fratres (quanquam, 70. vertunt, filio) vide Psal. 87. & 88.

32. *Parabolas*, id est, obscuras sententias, seu prouerbia.

34. *Audiebant*, sc. fama.

CAPVT V.

1. MIsit, sc. gratulatum.

3. *Tu scis*, &c. Hebr. Chald. & 70. tu nosti patrem meum, quod non potuerit ædificare, &c.

4. *Satan*, i. aduersarius.

5. *Nomini*, i. in honorem.

9 *Domui meæ*, sc. quo alantur isti, qui tibi inseruient.

11. *Annos*, scilicet, quibus illius opera vsus.

13. *Elegitque*, Hebræus, tulitque nomine tributi.

Indictio, Hebr. & 70. tributum.

14. *Essent*, id est, manerent, scilicet singulis mensibus sola decem millia operabantur, adeoque singula duobus mensibus quiescebant, deinde ad opus redibant.

15. *Itaque*, pro insuper. *Portabant*, sc. è montibus vsque ad locum, vbi possent curribus vti.

Latomorum, Hebræus, cædentium, scilicet, lapides.

16. *Et iis*, pro id est iis.

 17. *Pretiosos*,

17. *Pretiosos*, id est, optimos.

Templi, Hebræus, Chaldæus, & 70. domus, scilicet, Dei.

18. *Giblij*, ex Giblo vrbe Phœniciæ.

CAPVT VI.

1. *QVadringentesimo*, &c. videntur omissi anni interregnorum, solumque computati anni Ducum, Iudicum, & Regum: solet quidem interdum scriptura in annorum, aut hominum catalogis quædam præterire. Quidam tamen putant in cuiusque Iudicis annis, intelligendos esse illos etiam qui sine Iudice præcesserunt. *Zio*, i. Aprili Chal. splendoris florum.

Secundus, scilicet, cuiusque anni, non enim significatur fuisse secundus quarti Salomonis.

Domino, id est, in honorem Domini.

2. *Triginta*, scil. vsque ad primum tabulatum, alioqui 120. Vide 2. Par. 3.

3. *Ante faciem*, sc. ea latitudo erat coniuncta templi longitudini.

4. *Obliquas*, sc. ex altera parte laxiores Chald. apertas intrinsecus (id est, laxiores) & forinsecus clausas (id est, arctiores.

5. *Super*, id est, iuxta. *Oraculi*, sc. sancti sanctorum, vocatur Hebr. Hæc pars Deuir. i. oraculum, à Dauar, i. loqui; inde enim Deus responsa dabat: altera vero Hechal quasi palatium, seu regia, quam noster vertit, Templum. *Latera*. Hebr. thalamos, scilicet, deambulatoria, seu cubicula, Chald. appendices.

6. *Forinsecus*, scilicet, super prominentiam parietis: reducebatur enim murus introrsum, ita vt superior pars arctior esset, laxior, inferior, cingebatque prominentia murum, vt trabes superponerentur.

Hærerent, scilicet, per foramina, vt fit, sed niterentur ipsa prominentia parietis.

7. *Perfectis*, id est, integris.

Ferramentum, scilicet, dolans lapides aut ligni.

8 *Lateris medij*, &c. quasi dicat, ad latus dextri muri, scilicet, Meridionalis templi erat ostium. Chald. porta appendicis inferioris aperta erat in latere domus dextro, &c.

10. *Super omnem*, Hebr. super tota, vel cum tota Chald. vltra totam, 70. per totam, scilicet cingebat id tabulatum totum vndique tectum vt solet in tectis planis, ne quis cadat.

Operuit, scil. suprema tecti superficies, seu planities cedrina erat.

16. *Viginti*, sc. tot sumpsit ex eo longitudinis totius ad sancta sanctorum, vel significatur tantam, vt inf. dicetur, fuisse parietum altitudinem, tectamque cedrinis tabulis.

In sanctum, &c. id est, vt esset sanctum sanctorum.

17. *Templum*, scil. pars illa, quæ dicitur sanctum, & Hechal, habebat 40. cubitos longitudinis.

Pro foribus oraculi, ante oraculum, sc. sanctum sanctorum.

18. *In media domus*, i. intra domum, vt statim explicatur.

19. *Cælaturas*, scil. florum, & fructuum.

20. *Altitudinis*, scilicet, reliqui decem cubiti (nam erant triginta, vt supra dictum est) erant secundum Hebræos vestiti lapillis pretiosis. Latini dicunt, viginti cubitos intelligi esse altitudinis parietis diuidentis sancta sanctorum à reliqua parte templi, fuisse enim reliquum spatium, sc. decem cubitorum vacuum. Quidam tamen putant oraculum solum habuisse viginti cubitorum altitudinem, reliquum vero templum triginta. Vide vers. 20. huius cap. *Altare*, scil. thymiamatis.

Cedro, 70. auro, Chaldæus, tabulis cedrinis.

22. *Oraculi*, id est, quod ante ostium oraculi, scilicet, ibi erat altare thymiamathis, non intra, vt quidam putant.

24. *Summitate*, id extremitate.

27. *Contingebant*, tegebantque Arcam & propitiatorium & Cherubim à Moyse facta, quæ in medio erant.

29. *Et throno*, id non est Hebr. nec Chald. nec in 70.

Prominentes de pariete, & egredientes, Hebr. Chald. & 70. intrinsecus, & extrinsecus. Vide sequent. annot.

30. *Intrinsecus, & extrinsecus*, i. in oraculo, & extra, sc. in Deuir, & Hechal.

21. *Angelorum quinque*, scil. in modum columnæ quinquangulæ.

32. *Ostia*, id est, fores, seu valuas, sic suprà & infrà.

Anaglypha, id est, cælaturas.

34. *Duplex*, scil. duarum partium coniunctarum, & flexibilium.

35. *Quadro*, id est, perfecto.

36. *Interius*, scilicet, sacerdotum, in cuius medio templum erat, secundum quosdam. Alij enim putant atria fuisse ante porticum templi, non circa templum.

Tribus, scilicet, distinctis variis coloribus, & artificio vel potius tres dicit, quia cum altitudo parietis trium esset cubitorum, quisque ordo, vnius erat cubiti.

Lignorum, scil. super lapides, vel à parte muri interiori.

37. *Quarto*, scilicet, regni sui.

Zio, i. Aprili. vide supra.

38. *Bul*, i. Octobri. Septem, scil. & mensibus 6. qui hic tacentur.

CAPVT VII.

1. *ÆDificauit*, scil. post ædificatum templum. Vide cap. 9.

2. *Saltus Libani* sic dicta, quod Libanum referret amœnitate, vel quia ex cedris Libani. erat autem prope Ierusalem, Chaldæus refrigerij Regum.

Et quatuor deambulacra inter columnas cedrinas, Hebr. Chald. & 70. super quatuor ordines columnarum cedrinarum.

Ligna quippe, &c. Hebr. & trabes cedrinæ erant super columnas, Chald. & coronæ cedrinæ erant super columnas.

3. *Cameram*, i. superiorem domus partem, vbi tres erant ordines columnarum.

6. *Epistylia*, i. capitella Hebr. trabes.

7. *Solij*, sc. vbi iudicabat in Ierusalem.

9. *Maius*, sc. in quo populus orabat, & quo pars illa exterior respiciebat.

10. *Decem*, siue octo, scilicet, alij decem erant, alij octo.

11. *Similiterque de cedro*, id est, idemque tabulæ cedrinæ, 70. & cedri Chald. & obduxit tabulis cedrinis.

12. *Rotundum*, id est, in circuitu, de atrio populi loquitur, vt suprà vel domus suæ vtrobique.

Interiori, scil. sacerdotum, q. d. simile opus erat lapide, & cedro.

Domus

Domus, i. templi.

15. Vtramque, pro, vnamquamque, q. d. cuiusque circumferentia erat 12. cubitorum.

17. *Versuum*, i. gyrorum seu zonarum.

18. *Ordines*, iunge cum, malogranatorum.

19. *Quatuor cubitorum*, i. ex quinque, quatuor habebant lilia, vnum malogranata.

20. *Alia*, quidam eadem intelligunt, de quibus sup. Alij diuersa: fuisse enim Capitella tria in quaque columna. Vide 4. Reg. vlt. vbi harum columnarum capitella quædam dicuntur fuisse altitudine cubitorum trium.

Secundi, sc. & primi, q. d. vtriusque.

21. *Iachin*, i. confirmat, scil. Deus, q. d. seruet domum hanc.

Secundam, sc. sinistram. *Booz*, i. fortitudo, seu vigor, q. d. vigeat semper.

23. *Resticula*, scilicet, in modum funis, Chald. filum.

24. *Sculptura*, Chal. figura ouorum.

Decem cubitis, sc. in vnoquoque cubito decem erant sculpturæ, adeoque trecentæ. Apparet sculpturas per interualla positas, sc. decem locis in circuitu.

Striatarum, q. d. excauatarum, Chald. figuræ ouorum fusilium.

26. *Luteris*, i. Conchæ, quam supra, mare vocauit.

Trium vnciarum, Heb. palmi. sc. quatuor digitorum.

Repandi, i. recurui.

27. *Bases*, scilicet, supponendas decem conchis.

28. *Sculptura*, &c. explicat quid dixerit interrasile.

Iuncturas, scilicet; tabularum æneatum quibus bases constabant quas iuncturas, inf. vocat plectas.

30. *Partes*, sc. cuiusque basis.

Humeruli, id est, fulcra, seu sustentacula, scil. luterum.

31. *Luteris*, i. luterem excipiens. *Capitis*, sc. basis vide ver. 35.

Vnius. dimidius n. de quo inf. cœlaturis tegebatur, vt ait Iosephus.

Cubitum, & dimidium, scil. Altitudinis. Vide ver.

Columnarum, videntur mihi bases significari.

36. *Tabulatis*, i. spatiis.

38. *Luteres*, i. conchas, sc. ad lauandum λούω lauo, inde λουτήρ.

39. *Mare autem*. Not. quod ingredienti occurrebat prius mare, ex quo lauabantur sacerdotes, deinde conchæ, ex quibus abluebantur victimæ.

40. *Scutras & amulas*. Heb. & Chal. scopas & pelues. 70. calefactoria, & phialas est autem scutra vas rotundum, vnde scutella dicta. Amula vero secundum quosdam, vas ad vini libamina.

41. *Columnarum duos*, Heb. & Chal. columnarum duarum, sed eodem recidit vtrumque.

47. *Pondus*, sc. exploratum.

48. *Aureum*, sc. opertum aureis laminis: nam ex cedro erat altare id sc. thymiamatis. Quidam tamen putant altare de quo hic agitur, aliud esse ab eo, de quo sup. c. 6.

CAPVT VIII.

1. ETHanim, i. Septembri. sic dicitur ob fruges, quibus vita fortificatur: ethanim enim fortes dicitur & alibi Tisri, Chal. quem veteres vocabant mensem primum. Not. quod etsi templum nondum erat omnino perfectum, vt dictum est sup. c. 6. voluisse Salomonem dedicare septimo mense quod in eo ob festa præcipua soleret populus ad templum confluere.

4. *Portauerunt*, scilicet, in sancta sanctorum.

Tabernaculum, sc. quod Moses fecerat, vt ait Ioseph 8. Antiq. ego tamen non video, cur non possit intelligi illud quod fecerat Dauid de quo 1. Par. 15. *Sacerdotes*, hi arcam.

Leuitæ, hi reliqua vasa.

7. *Protegebant*, i. tegebant.

8. *Vltra*, q. d. præter extrema nihil eorum apparebat, sc. erant immissi per minora arcæ latera, seu secundum latitudinem, adeoque recti tendebantur in frontem oraculi.

9. *Aliud*, scilicet, ex tota lege. Vide 2. Par. 5. & Heb. 9.

10. *Sanctuario*, i. sancto sanctorum. *Dixit*, scil. Leu. 16.

13. *Firmissimum*, i. stabile, sc. non amplius mutandum, vt solebat, Heb. Chal. & 70. paratum. *Sempiternum*, i. tempus longissimum.

14. *Benedixit*, i. bene precatus est.

Manibus eius, alij, manu sua, Chal. voluntate sua.

16. *Elegi*, i. vsque ad hoc tempus. *Esset nomen*, i. inuocaretur, seu diceretur de nomine meo, sc. domus Dei. sic inf.

22. *Stetit*, scilicet, composuit se in atrio populi flexis genibus. vide infra *Altare*, scil. holocausti.

24. *Manibus*, i. opera, seu potentia vide sup. num. 14.

25. *Coram me*, sc. facientes quæ iubeo.

27. *Super terram*, q. d. tam paruo huius templi loco?

Cæli cælorum. q. d. supremi cæli.

28. *Hymnum*, i. laudem. Alij clamorem, præconium, votum.

29. *Oculi tui*, q. d. prouidentia singularis, & fauor.

Erit nomen meum, i. colar, & inuocabor.

31. *Si peccauerit*, &c. Heb. Chal. & 70. sensus est, cum quis proximo aliquid debuerit, ob quod ab illo cogatur iurare & ad iurandum venerit ad locum istum, &c.

Iuramentum, sc. faciendum.

32. *Iustificans*, i. ostendens esse iustum, vel absoluens iustam causam habentem.

33. *Peccaturus est*, Hebr. & Chald. peccauerit. *Agentes pænitentiam*, Hebr. Chald. & 70. conuersi ad te.

Confitentes, &c. i. te laudantes, seu tibi gratias agentes.

Venerint, scil. qui domi relicti fuerant, aliis in bellum profectis. vel venerint, scil. corde huc conuersi, vel post fugam reuersi.

35. *Pœnitentiam egerint*, Hebr. Chald. & 70. confessi fuerint.

36. *Et populi*, pro, i. populi.

37. *Corruptus aër*, alij, ariditas vel ventus vrens, 70. incendium, Chal. vt noster.

Ærugo vitium est spicarum. *Rubigo*, Hebr. & Chal. bruchus.

38. *Deuotatio, & imprecatio*, id est, votum, & oratio.

In domo, i. ad domum, sc. conuersus.

39. *Repropitiaberis*, Hebr. & Chald. parces. sic & inf.

41. *In hoc loco*, scilicet, in atrio alienigenarum conuersus huc. erat enim post atrium popu-

li,scilicet, fidelis,aliud atrium infidelium.

43. *Timere*, Heb.Chal.& 70.timeant te.

44. *Contra*, i.versus sic inf.

45. *Facies iudicium*, i. vlcisceris iniurias, sic inf.

47. *Egerint pœnitentiam in corde suo*, Hebr. & Chal.redierint ad cor suum 70. conuerterint corda sua.

40. *Contra viam*, pro conuersi ad viam.

56. *Cecidit*, i. fuit irritus. *Bonis*, sc.sermonibus, q. d.promissionibus.

57. *Proiiciens*, Heb.deserens, Chal. elongans, 70. auertens.

58. *Et custodiamus*, pro, i. custodiamus.

Ceremonias, Heb.statuta.

59. *Appropinquantes*, id est, grati, seu impetrantes.

Faciat iudicium, i.in causis faueat.

60. *Vltra*, i.aliis.

61. *Nostrum*, sic etiam 70.at Hebr. & Chald.vestrum iuxta quam lectionem legendum etiam, ambuletis, & custodiatis.

Cum Domino, i.coram Domino, vel iuxta voluntatem Domini.

64. *Sanctificauit*, i. curauit sanctificandum per Pontificem, vt possent tot hostiæ immolari.

Medium, sc.pauimentum.

Ante domum, sc.inter templum, & altare holocaustorum.

Æreum, erat quidem lapidum, sed ære vestitum.

65. *Emath*, quæ postea Antiochia dicta secundum quosdam. *Riuum*, scil. Rhinocoluram vide Gen.15.

Quatuordecim, sc. septem ob dedicationem, & septem ob festum tabernaculorum,

66. *Octauo*, scil. post 7.dies posteriores profecti, sc.die sequenti, quæ erat 23.mensis.nam festum tabernaculorum incipiebat 15. Quidam tamen intelligunt profectos eodem die octauo, quo fuerant à Salomone dimissi, sed repugnat c 7.2.Par.

CAPVT IX.

3. NOmen meum, i.nominis mei cultum, & inuocationem.

4. *Simplicitate*, Heb.perfectione. Chald.veritate 70.sanctitate. *Æquitate*, Heb.Chald.& 70.rectitudine.

Legitima, Heb.statuta, seu decreta.

5. *De genere tuo*, Heb.Chal.& 70.tibi.

6. *Ceremonias*, Heb.statuta.

7. *Prouerbium*, Heb.& Chald.parabolam 70.exterminationem, seu perditionem.

8. *Erit in exemplum*, sic etiam 70.at Chald. diruetur, Heb.subintelligitur aliquid simile.

10. *Postquam*, Heb.Chal.& 70 quibus.

11. *Opus habuerat*, sic etiam Chal.at Hebr.& 70. voluerat.

13. *Chabul*, i.lutosam, seu arenosam, scilicet, sterilem.

14. *Misit*, pro miserat, sc.antequam acciperet vrbes illas.

15. *Summa*, expensarum.Heb.res tributi.coniungendum autem quod hic dicitur cum vniuersum populum, &c.q.d.ab eo populo exegit tributum ad ædificia.

Mello, locus erat, secundum quosdam, ad consultandum de rebus publicis constructis. Vide sup. lib.2.c.5.n.9.

16. *Ascendit*, pro, ascenderat. *In dotem*, Hebr.pro munere, Chald.dono.

18. *Palmiram*, Heb.Chal.& 70.Tadmon.

19. *Vicos*, Hebr.Chald.& 70.ciuitates. *Et erant absque muro*, Heb.& Chal.thesaurorum, 70.munitas muniuit, id additum ab Interprete. *Curruum*, i. vbi falcati currus asseruabantur.

Equitum, i.vbi equites præsidiatij alebantur. *Libano*, vel monte, vel loco, vbi domus saltus Libani, de qua sup.

21. *Tributarios*, scil.ad soluendum expensas, de quibus sup.vel laborandum in ædificiis.

22. *Seruire* Hebr.Chal.& 70.seruum, q.d.nullum voluit facere opera seruilia. *Equorum*, Heb.& Chal. equitum.

23. *Opera*, sc.cum ædificabatur.

Præpositi, scil. præcipui, nam minus principales multo plures.

28. *Ophir*. Hodie dicitur Peru. vel est Angola. vnde Lusitanis multum auri Hier. epist.140.locum putat esse in India. Quidam Malacam credunt alij insulam prope Malacam, quæ hodie Zamatra vocatur.

CAPVT X.

1. SAba, per ש scin, sc. ea, quæ in Arabia. nam quæ in Æthiopia per ס sin, vide Psalm.71.vbi pro Arabum & *Saba*. Hebr. שבא סבא Sceba, & Seba.

In nomine Domini, i.de iis, quæ faciebat Domini ope.

Tentare, i.facere periculum eius sapientiæ.

Ænigmatibus, i.difficilibus quæstionibus.

2. *Infinitum*, Heb.Chal.& 70.multum.

5. *Et holocausta*, &c.sic etiam Chald.& 70. Quidam vertunt Hebræa sic. & ascensum, quo ascendebat in domum Domini.

Non habebat vltra spiritum, i. erat diu extra se præ stupore.

9. *Iudicium & iustitiam*, id est, iudicium iustum.

11. *Thyina*, quidam coralia vertunt. alij, Hebenum, alij, lignum Brasilicum, Chald. coraliorum.

12. *Fulcra*, scilicet, graduum, quibus ascendebatur.

15. *Viri*, qui super vectigalia, & negociatores, Hebr. mercatores aromatarij, Chald. artifices, & mercatores 70 tributarij, & mercatores.

Vniuersique scruta vendentes, q. d. merciane(vt vulgo dicitur) seu aromata, resque similes, quamquam, Hebr Chald.& 70.non aliud habent, quam quod proximè diximus sup.ad num. 15. *Terra*, sc. Israelitica.

16. *Scuta*, 70.lanceas. *Auri siclos*, 2.Par.9.aureos vertit, aut ergo hic sicli auri pro aureis positi, aut illic aurei, pro, auri siclis. Quidam vtrobique aureos vetterunt, alij minus.

In laminas scuti vnius, Heb.& Chald. in singula scuta.

17. *Peltas*, genus est scuti. *Trecenta*. Hebr. Chald. & 70 tres.

Minæ, alij, libræ, sed idem est.est autem quibusdam libra, seu mina auri, centum aurei.

18. *Fuluo*, scil.splendenti, seu puro, 70.probato, Chal.bono.alij, obrizo.

19. *Manus*, i.fulcra, sc. quibus sedens solet brachiis niti, Chal.sustentacula. *Stabant*, sc.fulcra dicta sustinentes.

Argentum, sc.in vsu, seu ministerio, nempe ex eo vasa fiebant ad regis vsum. cap.12.n. 21. Nec 70. quia non.

22. *Classis*

22. *Classis*, Heb. & 70. nauis Tharsis. Chald. nauis Africana.

Ibat in Tharsis, i. mare, vel insulam aliquam, aut locum, eo nomine quidam putant Sophalam esse, vnde Lusitanis aurum plurimum, Hebr. veniebat nauis Tharsis. Chald. veniebat nauis Africana, 70. veniebat nauis ex Tharsis.

26. *Muniitas*, Heb. Chal. & 70. curruum. *Et cum Rege*, Chal. præter eos, qui erant cum Rege.

28. *De Coa*. Alii, telam byssinam vertunt.

29. *Argenti*, scilicet, empta. *Et equus*, pro, Nam equus.

Venundabant, Heb. Chald. & 70. obtinebant, scil. opera mercatorum Salomonis, quibus Rex Pharao permittebat ex Ægypto equos educere.

CAPVT XI.

2. *NOn ingrediemini*, &c. Chal. non miscebimini cum illis, nec illæ vobiscum.

Ad vestras, Hebr. & 70. ad vos. *Certissimè enim*, Heb. certè, seu, siquidem.

3. *Concubinæ*, i. vxores minus principales. *Mulieres*, Heb. vxores eius.

Cum Domino, pro, coram Domino.

5. *Astarten deam*, sic etiam 70. at Heb. Hastoreth Chald. Hastoreth errorem. Quidam Lunam putant, quam alibi scriptura, reginam cæli vocat. *Molech*, Heb. Chald. & 70. Milchom. Idolum, Hebr. & Chal. abominationem.

6. *Quod non placuerat*, Hebr. Chald. & 70. malum.

9. *Secundo*, Heb. Chal. & 70. bis.

13. *Vnam*. Not. quod tribus Iuda, & Beniamin pro vna reputantur, quia coniunctæ seu permistæ erant.

15. *Interfecti*, sc. Iudæ in bello.

23. *Fugerat*, scilicet, videns inclinatam suorum aciem.

24. *Latronum*, Hebr. Chald. & 70. exercitus. *Eos*, scil. milites Adarezer, q. d. cum Dauid victor euasisset.

25. *Et hoc est*, pro, & hoc præter, vt indicant Heb. & Chald. q. d. accessit id ad malum, seu persecutionem Adad.

Regnauitque, sc. Razon. *Syria*, 70. Adom, secundum quos illud, regnauit, ad Adad referendum.

26. *Ephrateus*, i. de tribu Ephraim.

27. *Quia Salomon*, &c. videtur causa fuisse, quod Hieroboam reprehenderit Salomonis opus, vel potius, quod cum operi illi esset præfectus, & Propheta ei prædixisset quæ sequuntur, Salomon id rescierit, eoque voluerit occidere.

Mello, 70. arcem, Chal. aggerem. vide sup. cap. 9. num. 15.

Coæquauit voraginem, Chald. occlusit rupturam, 70. conclusit septem, Hebr. clausit diruptionem, sc. partem nondum munitam.

29. *Silonites*, i. ex Silo, vbi diu fuit tabernaculum.

33. *Iustitiam coram me*, Heb. quod rectum in oculis meis.

36. *Lucerna*, i. regius splendor.

38. *Fidelem*, i. firmam.

40. *Voluit ergo*, apparet resciuisse quod fecerat Ahias.

41. *Verborum*, i. de rebus gestis. Non extat is liber.

43. *Cum patribus*, i. vt patres.

CAPVT XII.

1. *MIseruntque*, &c. q. d. miserant enim, & vocauerant Ieroboam.

4. *Durissimum*, sc. magna tributa.

10. *Grossior*, q. d. multo sum maior potentia. *Scorpionibus*, i. virgis aculeatis. Quidam vertunt, spinis. Vox quidem Hebræa scorpiones, & spinas.

15. *Auersatus fuerat*, i. a bono consilio diuerterat.

Suscitaret, Heb. Chal. & 70. firmaret.

17. *Pars*, q. d. quid ex eo speremus? seu quid ad nos pertinet?

Vide domum, i. domui prouide.

18. *Misit*, sc. ad reducendum populum qui à se defecerat.

20. *Tribu Iuda*, sc. cum tribu Beniamin, vt statim dicitur.

21. *Domum Iuda*, i. familiam Iuda. 70. synagogam Iuda.

22. *Virum Dei*, pro, Dei seruum, seu Prophetam.

23. *Reliquas*, intellige Leuitas, vel aliquos etiam ex Israel secutos Roboam.

24. *Vir*, id est, quisque. *Verbum hoc*, idest, res hæc.

25. *Ædificauit*, scilicet, ornando seu fortificando.

30. *Verbum hoc*, i. res hæc. *Peccatum*, sc. Idololatriæ.

31. *De extremis*, i. de infimis, Chald. & 70. partem quandam.

32. *Solemnem*, sc. tabernaculorum.

Ascendens altare, Chald. obtulit super altare. sic inf.

Similiter fecit, sc. solemnitatem, vel quod sequitur, sc. vt immolaret.

33. *Quam*, sc. diem solemnem, 70. in solemnitate quam.

Finxerat, id est, instituerat, scilicet, vt solemnis esset.

CAPVT XIII.

1. *IN sermone*, i. mandato. *Super*, i. iuxta.

Thus iacente, Heb. ad adolendum, seu suffiendum, 70. ad sacrificandum.

2. *Et ossa*, explicatio præcedentis. Vide 4. Reg. 23.

6. *Faciem Domini*, i. Dominum.

Reuersa est, id est, sic restituta, vt posset ad se retrahere.

11. *Prophetes*, sc. falsus, Chald. Propheta mendax nomine Michal.

Venerunt, &c. Heb. & Chal. venit filius suus, & narrauit, 70. vt noster Interpres.

18. *Similis tui*, Heb. Chal. & 70. sicut tu.

23. *Suum Propheta*, Heb. & Chal. & 70. ipsi Prophetæ.

29. *Prophetæ senis*, pro suam.

33. *Verba*, i. gesta. *Nouissimis*, i. extremis, sc. infimis, Chal. & 70. parte.

Implebat manum suam, pro, eius. implere autem manum, pro consecrare: offerebat enim aliquid Deo quicunque in sacerdotem consecrabatur, potest etiam, suam, proprie accipi; vt sensus sit, consecrabatur in sacerdotem, Chald. offerebat munus suum.

CAPVT

CAPVT XIV.

3. CRustulam,Chal.& 70.placentas.
6. *Missus*,sc.à Deo. *Durus*,i.dura nunciaturus.

9. *Omnes*,sc. duces, seu Principes Israel. *Corpus*, i.tergum.

10. *Mingentem ad parietem*,i.canem,vt masculum grandiorem,Chal.cognitione præditum.*Clausum*,sc.loco tuto.

Nouissimum,Heb.Chald.& 70.derelictum. *Reliquias*,i.reliquos,sc.posteros. *Ad purum*, q.d.ita vt nihil relinquatur, nisi locus mundus, omni re vacuus.

13. *Quia inuentus*, &c. q. d. quia ei soli placuit Deo in hac parte parcere.

14. *In hac die*,q.d domum,quæ nunc est, Chald. eum qui viuit hodie.

Et in hoc tempore, Chald. & qui gignetur ex nunc & vltra, quasi dicat, non solum qui nunc viuunt,sed etiam posteros.

Sicut moueri, &c. quasi dicat, assidue. *Flumen*, sc.Euphratem.

16. *Tradet*,sc.in desolationem.

17. *Thersa*,sc.vbi tunc puer ægrotabat dicitur ea fuisse Regia ante Samariam conditam. *Domus*,forte erat prope vrbis portam.

19. *Verborum dierum*,i.annalium.

21. *Poneret nomen*, scil.vt vocaretur Dei locus, ibique ipse coleretur.

Ex omnibus,i.præ omnibus. *Amanitis*,i.de populo Hamon, adeoque infidelis, Chald. de filiis Hamon.

22. *Super omnibus*,Chal.magis quam omnia.

23. *Aras*,Heb.Chal.& 70.excelsa.

24. *Effœminati*,i.scorta mascula. *Attriuit*,Hebr. & Chal.eiecit 70.abstulit.

27. *Scutariorum*,Heb.& Chal. cursorum,70.præcursorum sic & inf.

CAPVT XV.

1. REgnauit,i.cœpit regnare.
2. *Abessalon*,2.Par.11.dicitur Absalon.

3. *Cum Domino*,i.coram Domino,Chal.in timore Domini.

4. *Lucernam*,q.d.filium Regem:

Statuerat,i.stabiliret, sc.in pristino statu Regem Iuda.

5. *Sermone*,i. negotio,scil.cæde peccauit quidem etiam in aliis, sed id grauissimum fuit, & plenum nequitia.

6. *Eius*,sc.Roboam.

10. *Matris*,i.auiæ apud quam velut matrem fuerat educatus. Sic proximè dicitur Dauid pater. Vide sup. Num.2. vbi hæc dicitur mater Abiæ patris Asæ.

12. *Effœminatos*,i.scorta mascula.

Purgauit,Heb.abstulit,13.Princeps, Heb. Regina, q.d.ne regnum gubernaret. Chald. amouit de Regno.

In sacris, Heb.& Chal.quia fecerat simulacrum.

14. *Excelsa*, i. altaria in locis editis in Dei cultum facta ante extructum templum.

Non abstulit,fortè non potuit, aut putauit posse permitti.Hiero.2.cont. Pelag.dicit,eum in hoc errasse,Heb.non sunt ablata.

15. *Sanctificauerat*,i.dedicauerat ad Dei cultum, sc.in gratiarum actionem pro victoria parta, sed in idololatriam lapsus non dederat.

17. *Rama*,nomen arcis ab altitudine sic dictæ.

Egredi,vel ingredi, sc. prohibuit transitum, ne quis ab Asa venire posset,aut ad illum ire.

19. *Inter partem*, scilicet, fuit,quasi dicat, antiquum est.

20. *Domum*,Maacha, Heb. Beth Maacha.70.domus Maach. *Omnem*,scil.Heb.Chal. & 70.& omnem.

21. *Reuersus est*,sic etiam 70. at Hebr. & Chald. mansit.

22. *Excusatus*,sc.quin veniat.

25. *Duobus annis*, sc.pacificis, vt quidam Interpretantur.

27. *Domo*,i.tribu.

28. *Tertio*,sc.bellorum contra Israel, vt quidam aiunt.

CAPVT XVI.

2. PUluere,i.statu infimo.
3. *Posteriora*,i.posteritatem.

4. *Regione*,Heb.Chal.& 70.agro.

5. *Prælia*, Hebr. Chald. & 70.fortitudo. sic & infr.

7. *Ob hanc causam*,Heb.Chal.& 70.& quia.

Eum,sc.Nadeb dominum suum,vel ipsum Baasa sc.Deus ob peccata. Nam illa,hoc est Iehu,&c non habentur Heb.aut Chal.aut in 70.

8. *Vicesimosexto*,sc.à cœptis bellis, & regni 36. decem enim annis pacificè regnauit. Vide 2. Par.16.

9. *Equitum*,Heb.Chald.& 70.curruum. *Præfecti Thersa*,Heb.indicatur fuisse præfectum domus regiæ in Thersa.

11. *Amicos*,i.socios.

18. *Expugnanda esset*,Heb.Chal.& 70.expugnata,seu capta esset.

19. *In peccatis suis*,Heb.Chal.& 70.propter peccata sua.

31. *Seruiuit Baal*,videtur nomen proprium Idoli,etsi quidam negant.Vide c.18.

33. *In opere suo*,Heb.Chald.& 70.vt faceret,scil. pessimè,q.d.auxit subinde peccata.

34. *Primitiuo*,i. primogenito, sc. viuente tunc, vel mortuo.

Nouissimo,i.vltimo, sc.ex omnibus filiis solo relicto,vel etiam mortuo.Vide Ios.6.

CAPVT XVII.

1. STo,q.d.cui seruio.
3. *Contra*,i.è regione.

12. *Duo*, i. pauca. *Faciam illud*, pro, faciam panem.

17. *Mulieris*,sc.illius de qua sup.

Matris familias, Hebr.Chald.& 70.dominæ domus.

Halitus,70.halitus vitæ,Chal.spiritus.

18. *Et tibi*,sc.commune,q.d. quid mihi tecum? vel,quid tibi feci?

Rememorarentur, id est,venirent in memoriam, sc. Dei.

20. *Vtcunque sustentor*,Hebr.Chal.& 70.habito, seu,hospitor.

21. *Mensus est super puero*,i.more metientis puero incubuit.

CAPVT XVIII.

1. TErtio, scil.sterilitatis, vel à recessu Eliæ de torrente.

4. *Speluncis*,70.speluncis duabus.

5. *Valles*,Heb.Chal.& 70.torrentes.

6. Seorsum

6. *Seorsum*, Hebr.& 70.solus, scilicet, seorsum à Rege.

10. *Adiuraui*, i.fecit iurare, vel obtestando postulauit, vt te indicarent. Est quidem adiurare proprie metu violandæ Religionis, aut pietatis, aut incurrendæ diuinæ vltionis adigere ad aliquid faciendum. *Eo quod*, pro, quod.

21. *Claudicatis*, Chal. diuisi estis. *Duas partes*, sc. nunc Deum colendo, nunc idola, Hebr. duas cogitationes, 70. duobus poplitibus.

22. *Remansi*, sc. hic. Nam alij latebat, vel se putabat solum.

23. *Boues*, Heb. iuuenci, seu vituli, Chald.& 70. vt noster. sic & inf.

Faciam, i.immolabo.

24. *Per ignem*, i.dando ignem. *Sit Deus*, i.pro vero Deo habeatur.

Optima propositio, Hebr. Chald.& 70. bonus sermo.

26. *Dederat*, sc. Achab, vel qui adduxerat. *Fecerunt*, i.sacrificauerunt. *Altare*, sc. prope saltantes. vel supra.

27. *Deus enim est*, sc. vt dicitis, Chald. quia vos dicitis, quod Deus est. *Loquitur*, sc. cum aliquo. *Diuersorio*, Hebr. insecutione, seu apprehensione, sc. hostium.

29. *Prophetantibus*, Chal. insanientibus. *Sacrificium*, sc. vespertinum.

30. *Curauit*, i.refecit.

32. *Aratiunculas*, i.sulcos Hebr.& Chald. locum capientem duo sata seminis, 70. locum capientem duas metretas seminis.

36. *Holocaustum*, sc. vespertinum. *Omnia verba hæc*, i.has omnes res.

37. *Iterum*, Heb. retrorsum, sc. vt redeant in viam, 70. post te.

40. *Torrentem*, sc. ne terra sancta illorum sanguine contaminaretur.

41. *Ascende*, pro, surge.

43. *Puerum*. i.famulum. Quidam putant filium mulieris Sareptanæ.

44. *Vestigium*, Heb.& Chal. vola manus, 70. vestigium.

Ascende, pro, ito.

45. *Verteret huc, atque illuc*, Chal. se expediret, & descenderet. *Iezrael*, sc. eam, quæ in Israel nam altera in Iuda.

46. *Manus*, i.virtus, q.d. dedit ei robur.

CAPVT XIX.

3. Timuit, Hiero. 2. cont. Pelag. Non dico mulierem, sed hominem formidare, de animi perturbatione descendit, quæ vitio carere non potest, dicente Dauid, Dominus auxiliator meus, non timebo quid faciat mihi homo, Hebr. (vt nunc legitur) Chal. vidit, sc. periculum vel q.d. intellexit quæ dixerat Iezabel, at 70. timuit, & ita puto legendum Hebr. sicut legi potest mutatis punctis, & quidem additio punctorum fecit tantam lectionum varietatem in scriptura, quod hic annotatum non erit opus repetere.

Quocunque enim ferebat voluntas, Hebr.& 70. iuxta, seu, ad animam suam vel pro anima sua, Chal. vt eriperet animam suam.

4. *Iuniperum*, Chal. genistam.

8. *Horeb*, sc. vbi lex data, pars est Sinai ad occidentem.

9. *Mansit*, Chal. pernoctauit.

10. *Domino*, i.Domini honore. *Solus*, scilicet, qui palam Dei honorem tueat, vel se fortè solum putabat.

11. *Transiit*, 70. transibit. *Spiritus*, i.ventus.

Subuertens, i.qui videretur, vel posset subuertere, &c.

Commotio, i.montis concussio.

12. *Sibilus*, Hebr. Chald.& 70. vox. *Aura tenuis*, Heb. tacita tenuis, Chal. canentium in silentio, 70. vt noster interpres.

13. *Egressus*, sc. antea.

18. *Derelinquam*, Chal. reseruabo *Septem*, i. multa.

Adorauit eum, osculans manum. Solebat adoratio fieri osculando propriam manum, vt nunc vulgo fit, cum quis primarium virum salutat. Vide Iob 31. Heb.& Chal. osculatus est eum, 70. adorauit eum.

19. *Vnus*, scil. ex arantibus hominibus. *Pallium*, huius impositione Elisæus spiritum accepit.

20. *Quod enim meum erat feci tibi*, Heb. Chald.& 70. quid enim feci tibi?&c. q.d. quid tibi feci, quod te impediat?

21. *Ab eo*, sc. Elia. *Aratro*, Hebr. Chald.& 70. instrumentis, sc. aratri lignis. *Populo*, scil. cognatis, & amicis.

CAPVT XX.

5. Qui misit nos ad te, Heb. Chal.& 70. quia misi ad te dicens.

7. *Insidietur*, Heb. Chal & 70. malum quærit.

9. *Faciam*, sc. vt sim tibi tributarius. Id enim intellexerat cum primum respondit.

10 *Pugillis*, sc. implendis.

11. *Accinctus*, sc. ad prælium. *Discinctus*, sc. soluto baltheo, parta victoria.

13. *Certè*, Heb.& Chal. nonne.

14 *Pedissequos*, sc. pueros nobiles, qui educabantur in aula Achab, Hebr. Chald. & 70. pueros, seu adolescentes.

Quis incipiet præliari? q.d. quis aciem instruet, vt dux? Heb. quis ligabit aciem, seu prælium? Chald. quis ordinabit prælium? 70. quis coniunget prælium?

16. *Vmbraculo suo*, Heb.& Chal. tabernaculis.

Cum eo, sc. inebriati.

17. *Misit*, sc. exploratores.

21. *Egressus*, sc. intelligens hostes terga vertisse.

24. *Principes*, Heb. duces, Chald. imperatores, 70. satrapas.

27. *Acceptis cibariis*, Chal. parati.

34. *Plateas*, i. fora rerum venalium, ex quibus vectigalia.

35. *In sermone Domini*, i.iussu Domini.

36. *Percutiet*, Chal. occidit. *Percussit*, Chal. occidit.

38. *Mutauit aspersione pulueris os*, &c. Hebr. mutauit se, posito pileo, seu velo super Chald.& operuit panno, 70.& ligauit vitta, alij tamen, puluerem vertunt. alij capitis amictum.

39. *Præliandum cominus*, Hebr.& Chald. in medium belli, 70. ad exercitum, vt præliaretur. *Lapsus fuerit*, i. euaserit. *Anima tua*, &c. q.d. pro eo occideris.

40. *Turbatus*, id additum ab interprete.

41. *Abstersit puluerem*, Heb. amouit velum, Chal. amouit pannum, 70. amouit vittam, seu fasciolam.

42. *Dignum morte*, Heb. anathematis mei, i.morti obnoxium, 70. perniciosum.

43. *Audire contemnens, & furibundus*, Chald. turbatus, & dolens, 70. confusus, & flens.

CAPVT

CAPVT XXI.

1. VErba,i. res,seu acta.
3. *Propitius sit mihi Dominus*, Hebr.absit mihi à Domino,i.auertat id Dominus à me.
4. *Indignans & frendens*, sup.eadem verba Heb. vertit, audire contemnens & furibundus, 70.confusus, & contristatus,Chald. conturbatus, & dolens.
7. *Grandis auctoritatis*,&c.Ironia est.
8. *Maiores*,sc. quosdam sibi notos, & obsequentes.
9. *Prædicate*,i indicite. *Ieiunium*, sc.diebus ieiunij crimina iudicabantur,& puniebantur, fortè,vt sanctius res tanti momenti fieret.
10. *Filios Belial*,i.improbos,seu impios.
13. *Diaboli*,Heb.Belial. *Diabolici*,Heb.Belial. *Benedixit*,pro,maledixit,Chal.blasphemauit. *Regem*,Chal.maledixit Regi.
19. *Addes*,sc.quod sequitur. *Loco*,i.regione,seu ciuitate.
20. *Inimicum tibi*,q.d.quem soles semper carpere,Heb.& 70.inimice mi,q.d.inuenisti quod in me reprehenderes qui mihi semper aduersaris. *Venundatus*,i.totus in id deditus.
21. *Posteriora*,i.posteros. *Mingentem*,&c. Vide sup.c.14.
24. *Achab*,Heb. Chald.& 70.ipsi Achab,q.d.aliquis de familia Achab.vide simile quid sup.c.16.in princ.
27. *Cilicio*,Heb.Chald.& 70.sacco sic & inf. *Demisso capite*,sic etiam 70. At Chal.discalceiatus. Alij, sensim,sc.more pœnitentium.
29. *Mei causa*, Heb.& 70.à facie mea,Chald. ante me.

CAPVT XXII.

1. TRes,sc.ferè,idque à fœdere cum Benedad.
10. *Area*,scil. quadam.nam areæ prope vrbem erant ob hostium incursiones, vt quidam notant, fortè platea aliqua significatur, seu planities in modum areæ.
11. *Dominus*,Heb. est Iehoua, vt mirum sit Idololatras eum sic nominare, eique deferre. Vide sup. Iud.17
12. *Ventilabis*,Heb.& 70.cornu petes,Chald.occides.
15. *Ascende* Ironice.
20. *Verba huiuscemodi*,&c.Heb.Chald.& 70.iste sic,& iste sic,q.d.vnus vno modo,alius alio.
21. *Egressus*,sc.de loco suo.non n. erat inter Angelos.
22. *Spiritus*,sc quidam malos. *Egredere*,permissio est,non præceptum.
24. *Mene*,Heb.& Chal.quando me.
25. *Intra cubiculum*, 70. de cubiculo in cubiculum.
Abscondaris,sc.ne te occidant,quod mortis Regis causa fueris per falsam prophetiam.
26. *Amalech*,70.Regis.
27. *Tribulationis*,i.modico,Heb.angustiæ. *Angustiæ*,i.exigua.
30. *Sume arma, & ingredere*,Heb.mutandum,& ingrediendum,q.d.mutabo habitum,& ingrediar, Chal.cooperiam me.& ingrediar. *Et induere*, pro, & tu induere.
34. *Pulmonem,& stomachum*,Heb.coniuncturas, & loricam,q.d.inter laminas pendentes à lorica, & loricam, sc.in inguine, 70.inter pulmonem,& pectus.
35. *Commissum est*,Heb.ascendit,i.creuit, seu incaluit.
Sinum,i.medium.
38. *Habenas*,Chal.vasa armorum.
46. *Opera*,Heb.& Chal.fortitudo.
47. *Effœminatorum*, id est, scortorum masculorum.
48. *Rex*.scil. Prorex constitutus à Rege Iuda, vt indicant Heb.& Chal. *Edom*, i.Idumæa, quæ tunc Regi Iuda subiecta erat.
49. *Classes*.Heb.naues. *In mari*,Heb.& 70. *Tharsis*,i.marinas,Chal.Africanas.

LIBER IV.

Qui Hebr. II. Regum dicitur.

CAPVT I.

PRæuaricatus, sc. defecit ab Israel, nolens ei pendere solitum tributum. Vide cap. 3.Chal.rebellauerunt Moabitæ.
2. *Cancellos*.sc.fenestræ. *Cœnaculi*,i.tabulati superioris. *Beelzebub*,i.dominum muscæ, sc. ita dictus ob muscarum copiam orientium ex sanguine hostiarum. Vel vt quidam volunt, quod perniciosius aliquando muscis regionem liberasset. Sunt qui dicant Beelzebub appellatum, q. idolum muscarum: Accaronitas n. muscam coluisse, Baal quidem idolum,zebub,musca.
8. *Pilosus*,sc.capillo oblongo,& horrido.
9. *Homo Dei*,Ironice.
13. *Genua*,Heb.Chal.& 70.se super genua. *Contra*,i.ante *Animam*,i.vitam,seu me.
17. *Frater eius*,id acceptum ex 70.nam Heb.non est,nec Chald. *Secundo*,scil.Regni solius. nam cum patre Iosaphat annis ferè nouem.Vide inf.c.3.

CAPVT II.

2. SEde,i.mane.
3. *Filij*,Chal.discipuli. Fortè ita vocantur Prophetæ,vt homines, filij hominum, & Homero Achiui,filij Achiuorum. Vide inf.c.4.
5. *Noui*,sc.Dei reuelatione.
6. *Sede hic*,sc. volebat facere periculum amoris erga se Elisæi.
7. *Super*,i.iuxta.
9. *Duplex*,i.magnus,seu eximius,70. dupliciter. Alij,duæ partes spiritus tui,q.d.bona pars.
11. *Turbinem*,sc.simul cum curru,vel currus tantum diuiserat ab Elisæo non Eliam sustulerat. *Cælum*,i.aërem vbi vero deinde collocatus, incertum. in paradiso terrestri putatur à multis.
12. *Auriga*, Hebr.equites, 70.eques,Chald.qui plus proderat Israeli oratione sua, quam currus,& equites.
Scidit,sc.præ mœrore.

14. Etiam

14. *Etiam nunc*, sc. cum tantopere opus est eius auxilio, Heb. etiam ipse,

15. *E contra*, i. è regione.

16. *Qui possunt ire & quærere*, Heb. & Chal. eant, quæso, & quærant, 70. euntes iam quærant.

17. *Acquiesceret*, Heb. & 70. erubesceret, sc. negare.

19. *Sterilis*, i. insalubris. Heb. & Chal. orbatrix, q. d. interficiens.

21. *Sanaui*, i. reddidi salubres.

24. *In nomine Domini*, i. inuocato Dei nomine.

Lacerauerunt. Ita puniti parentes, qui filios illa docuerant Iust. q. 80. Aug. serm. de temp. 204.

CAPVT III.

1. D*Ecimooctauo*. Vide sup. c. 1.

2. *Tulit*, i. abstulit.

7. *Veni*, Heb. Chal. & 70 num venies.

9. *Rex Edom*, i. Prorex Idumææ, quæ tunc Regi Iuda subiecta:

10. *Heu, heu*, Heb. Ah, ah.

11. *Vt deprecemur*, Chal. vt interrogemus, Hebr. & inquiremus, seu, sciscitabimur, 70. & consulemus.

12. *Est apud eum*, &c. q. d. verè Propheta est. quidam tamen per interrogationem legunt.

13. *Quid mihi, & tibi est?* q. d. quid tibi mecum est, quod ad me venis? *Quare*, Hebr. non quia, q. d. omitte ista, & adiuua nos, quia videtur Deus congregasse, &c.

14. *In conspectu sto*, i. cui seruio. *Erubescerem*, Heb. Chald. & 70. susciperem, i. honorarem, seu reuererer.

15. *Psaltem*, scil. qui Dei laudes canendo eleuet mentem meam. *Manus*, i. virtus, sc. ad prophetandum.

16. *Alueum*, pro, in alueo. *Fossas, & fossas*, i. multas, seu varias fossas.

17. *Familia*, Heb. & Chal. greges, seu pecora, 70. acquisitiones, seu possessiones.

19. *Electam*, i. pretiosam, seu egregiam.

20. *Sacrificium*, sc. matutinum.

21. *Baltheo*, q. d. ense. *Terminis*, i. finibus suæ regionis.

22. *Ex aduerso aquarum*, Heb. Chald. & 70. super aquas.

23. *Contra se*, scil. aliquam inter ipsos discordiam.

25. *Muri*, q. d. omnia vrbi vicina vastauerant. Sola vrbs remanebat. *Fictiles*, Heb. Chareseth, quod quidam dicunt esse nomen vrbis regiæ, de qua statim.

Magna ex parte, id additum ab Interprete.

27. *Holocaustum*, sc. Deo suo, vt sic placaret. *Indignatio*, sc. ob tantum facinus, simul etiam miserti sunt calamitatis.

CAPVT IV.

1. P*Rophetarum*, Hebr. filiorum Prophetarum, Chald. discipulorum Prophetarum. Vide sup. cap. 2.

Ad seruiendum, Heb. Chal. & 70. in seruos.

2. *Parum olei*, Heb. Chald. & 70. vas olei, sc. lecythus.

4. *Et cum plena*, &c. Chal. & 70. vbi vnum fuerit plenum, tolle inde, & imple aliud.

5. *Super se*, i. post se, vel q. d. se includens intus, sic & infra.

8. *Facta est autem quædam dies*, Heb. Chal. & 70. fuit autem die quadam, q. d. accidit vero vt, &c. *Sunam*, Heb. & Chal. Suné, 70. Sonam. *Magna*, i. diues, vel insignis, Chal. timens peccata.

10. *Cænaculum*, i. cubiculum.

13. *In medio populi*, &c. q. d. nulla re indigeo, vel non desunt, qui me adiuuent.

14. *Ne quæras filium enim*, Heb. Chal. & 70. profecto, filium.

16. *In tempore isto*, sc. elapso anno. *Si vita comes fuerit*, Heb. viuente te, 70. viuens tu, Chal. superstites eritis. Vide Gen. 18. n. 14. *Mentiri*, i. decipere.

19. *Doleo*, sc. ob solis radios.

23. *Calendæ nec sabbatum*, sc. his diebus solebant Prophetas consulere. *Vadam*, Heb. Chal. & 70. pax, q. d. vale, vel bene quidem habent nostra. sed est, cur velim illum conuenire.

24. *Mina*, i. duc. *Ne mihi moram*, &c Heb. Chald. & in 70. sensus est, Duc Asinam propere, nec mea causa moreris, vt ego equitem, nisi ego dixero tibi, sc. volebat illum præcedere cum Asina, ipsa pedes sequi, asinam vero ducebat, vt Prophetam veheret.

29. *Ne salutes*, &c. q. d. ne immoreris vlla in re, etiam salutandi, aut respondendi causa.

35. *Semel huc*, &c. Heb. & Chal. semel huc, & semel illuc.

38. *Vni de pueris suis*, Hebr. Chald. & 70. puero suo.

39. *Colocynthidas agri*, i. agrestes cucurbitas.

40. *Mors*, sc. putabant esse venenum.

42. *Balsalisa*, Chal. terra Australi. *Primitiarum*, i. ex nouis frugibus, vel in oblationem primitiarum.

Frumentum nouum, sc in spicis, Chal. manipulos, 70. palathas, Hebr. spicas recentes. *Pera*, sic etiam 70. at Heb. & Chal. veste, quod quidam referunt ad granorum thecas, seu folliculos.

44. *Verbum Domini*, i. prophetiam.

CAPVT V.

1. E*T diues*, id additum ab Interprete.

2. *Latrunculi*, Hebr. exercitus, seu agmina, Chal. turmæ, 70. milites.

5. *Mutatoria*, sc. ad mutandum, seu induendum, cum in publicum proditur, q. d. decem vestes pretiosas.

7. *Scidit*, sc. velut addita blasphemia, vel ex indignatione ob petitionem rei impossibilis.

12. *Vt lauer in eis, & munder*, Chald. nunquid si me illis lauero, sanabor?

13. *Pater*, Chal. Domine mi.

15. *Benedictionem*, i. munus, Chal. oblationem.

17. *Burdonum*, Heb. Chald. & 70. mulorum. *De terra*, sc. super hanc volebat Deum adorare, velut in loco sancto, seu hostias offerre erecto ex ea altari

18. *Depreceris Dominum*, pro, Heb. Chald. & 70. ignoscat Dominus, sc. per tuas preces. *Adorauero*, i. me incuruauero, dum Rex qui mihi innititur, se incuruat.

Adorante eo, sic etiam 70. at Heb. & Chald. adorante me. i. me flectente adorantis specie.

19. *Vade in pace*, q. d. ignoscet. *Electo terræ tempore*, Heb. & Chal. quasi vnum miliare terræ. Vide Gen. 35. vbi eandem vocem Hebræam vertit, vernum tempus.

20. *Pepercit*, sc. abstinuit.

21. *Rectène sunt omnia*, Hebr. estne pax? Rectè, Heb. pax.

22. *Mutatorias*, i. pretiosas. vide sup.

24. *Iam vesperi*, Heb. in locum editum, seu in arcem, Chal. & 70. in locum obscurum. Alij, in locum secretum.

26. *In præsenti*, i. præsens.

CAPVT VI.

2. *Materias singulas*, Heb. Chald. & 70. trabem vnam.

3. *Ergo*, Heb. & Chal. quæso.

6. *Lignum*, i. manubrium alterum. *Natauit*, scil. coniunctum manubrio nouo.

8. *Illa, & illo*, Hebr. Peloni Almoni, q. d. tali, & tali, vide Ruth 4.

10. *Praeoccupauit*, Heb. & Chal. monuerat, sc. Propheta. *Eum*, sc. Regem. *Obseruauit seibi*, sc. ne incideret incautè in insidias, Chal. cauit sibi illinc. *Non semel neque* bis, q. d. sæpius.

12. *Nequaquam*, q d. non ita est, vt tu suspicatis.

15. *Heu, heu, heu*, Hebr. ah, ah, ah. Chald. obsecro 70. ô.

17. *Pueri*, i. famuli.

18. *Ad eum*, fortè è ciuitate egressum. *Cacitate*, 70. ἀορασία, aorasia, sc. cæcitas est, qua videntur quædam, alia non. Vide Genes. 19. *Ne viderent*. Hebr. Chal. & 70. cæcitate.

19. *Dixit*, sc. ab eis interrogatus. *Ostendam vobis*, Heb. & Chal. ducam vos ad.

21. *Pater*, Chal. magister.

23. *Dimisit*, scil. Propheta, vel Rex. *Vltra*, i. per longum tempus, scil. dum ille Rex vixit. *Latrones*, Heb. Chal. & 70. exercitus, seu milites.

25. *Argenteis*, sc. siclis, 70. siclis argenti. *Cabi*, Cabus sexta pars sati, satum vero tertia pars ephi. *Stercoris*, sc. ad fouendum ignem.

27. *Non*, sc. possum te saluare, Chald. nisi. *De area*, &c. q. d. qui nec frumentum habeam, nec vinum.

30. *Cilicium*, Heb. Chal. & 70. saccum.

31. *Elisai*, sc. qui cum possit orationibus, fame non liberet ciuitatem.

32. *Homicida*, sc. Achab, qui occidit Naboth.

33. *Ait*, sc. Rex. Vide c. seq. *Expectabo à Domino*, q. d. nulla est spes. Chal. Orabo Dominum.

CAPVT VII.

1. *Modius*, Heb. Chal. & 70. satum. sic & inf. *Statere*, Heb. Chal. & 70 sic & inf.

2. *Cataractas*, i. fenestras, q. d. si id copia maxima demittat triticum.

5. *Vesperi*, Heb. in crepusculo, scil. nocturno, vel matutino quanquam hic nocturnum potius intelligendum, vt & infra, n. 7. Chal. & 70. in tenebris.

7. *Tenebris*, sc. nocturno crepusculo, vel matutino.

10. *Portam*, Hebr. portarium, Chald. portæ custodes.

Eis, sc. portæ custodibus.

13. *Mittentes*, sc. aliquot ex eis, quamquam, Heb. & Chal. indicatur ex relictis tollendos quinque, & mittendos, cui tamen sensui obstat quod sequitur de duobus missis, quamquam dici potest, in consilium non placuisse.

17. *Ad portam*, sc. præfectum.

CAPVT VIII.

2. *Diebus multis*, Hebr. Chald. & 70. septem annis.

3. *Interpellaret*, Heb. Chald. & 70. clamaret, scil. petens sibi restitui sua, quæ dum abesset, ab aliis fuerant occupata.

4 *Puero*, Chal. discipulo.

6. *Eunuchum*, erant hi magna auctoritate in Regum domibus.

9. *Et omnia bona*, 70. de omnibus bonis.

10. *Dic ei*, q. d. etiam si tu ei dicas, vel potes quidem dicere quantum ad vim morbi attinet, non enim est lethalis. Not. quod Heb. legitur, dic, Non, sed illud, Non, & Chal. & 70. & Hebræi volunt positum pro ei, scil. לו pro לא. vt interdum solet in scriptura. *sanaberis*, Heb. vita viues.

11. *Stetitque*, sc. Hazael secundum 70. expectans, sc. diu, vt acciperet munera, adeo vt erubesceret. Alij, ad Prophetam referunt, Chal. & vertit faciem suam, sc. vt mœstitiam celaret, vel fletum.

13. *Canis*, q. d. sumne canis, vt talia faciam? vel, quomodo id possim, cum sim abiectissimus.

15. *Stragulum*, Chald. operimentum villosum.

Infudit aquam, Hebr. Chald. & 70. intinxit aqua.

Expandit, sc. vt refrigerare febricitantem videretur, re vera autem vt suffocaret.

19. *Lucernam*, i. splendorem regium.

21. *Seira*, id est, montem Seir. *Populus*, scil. Idumæorum.

22. *Lobna*, ciuitas erat in sorte Iuda. vide Ios. 21.

26. *Cœpisset*, sc patre viuente. *Vno*, sc. solus post mortem patris, cum quo 20. annis regnauerat. *Filia*, i. neptis.

27. *Gener enim*, &c. sc. vxorem duxerat de familia Achab.

CAPVT IX.

1. *Filiis*. Vide sup. c. 2. *Accinge lumbos*, i. parare ad iter.

Olei, sc. balsami.

2. *Suscitabis*, i surgere facies. *Fratrum*, i. sociorum.

4. *Puer Prophete*, 70. puer Propheta. Chald. discipulos Prophetarum.

8. *Clausum, & nouissimum*, q. d. & qui tuto sunt loco, & qui extra, Chald. & 70. clausum, & derelictum. vide lib. 3. c. 14. & inf. c. 14.

11. *Quid locutus sit*, Heb. sermonem eius, i. quid loqui soleat, 70. loquacitatem eius.

13. *In similitudinem tribunalis*, Heb. Chal. & 70. super gradus.

14. *Obsederat*, Heb. Chal. & 70. custodiebat, sc. ne caperetur ab Azael vel captam iam obseruabat, si posset recuperare, quem sensum secutus est noster interpres.

17. *Currum*, sic etiam Chald. at Heb. & 70. equitem.

Rectene sunt omnia? Heb. Chald. & 70. num pax? sic & inf. proximè.

18. *Currum*, Heb. & 70. equum.

Quid tibi, & paci, i. quid tibi cum pace?

19. *Currum equorum*, Hebr. Chald. & 70. equitem.

20. *Preceps* Heb. furiosè.

23. *Manum*, q. d. habenas.

25. *Onus*, i. prophetiam de punitione.

26. *Filiorum*, apparet etiam filios occisos, ne succederent patri.

27. *Viam*, sc. secretiorem.

30. *Stibio*, Heb. fuco.

31. *Zamri*, pro, Iehu simili Zamri.

32. *Quæ est ista*, Heb. quis mecum, quis, q. d. estne quisquam istic, qui faciat quod volo? Chal. quis est hic, quis? 70. quis es tu. descende ad me, q. d. Heus tu, quicunque es, adesto, sc. quærebat, qui illam è fenestra præcipitaret.

35. *Summas manus*, i. manuum extremitates, vt vertit Chal. at Heb. palmas manuum.

37. *Ita vt*, &c. Heb. Chal. & 70. ita vt non dicant, (sc. qui viderint) hæc est Iezabel.

CAPVT X.

1. *SCripsit*, sc. tentans illorum animos. *Ciuitatis*, Heb. & Chal. Iezrael nutritos Achab, pro, nutritos filiorum Achab.

9. *Iusti*, i. extra culpam, Chald. innoxij. *Quis percussit*, q. d. numquid ego? indicare vult rem factam Domini voluntate, adeoque iustè.

11. *Notos*, i. familiares, Chal. propinquos. *Sacerdotes*, Chal. socios.

12. *Cameram*, Hebr. Chald. & 70. domum, sic & inf.

13. *Fratres*, i. nepotes ex fratribus,

14. *In cisterna*, i. iuxta cisternam.

15. *Benedixit*, sc. salutauit, Chald. optauit ei pacem.

Rectum, sc. erga me, q. d. amasne me?

17. *Vsque ad vnum*, Heb. donec disperdidit eum, Chal. donec exterminauit eum.

19. *Insidiose*, Chal. callidè.

20. *Sanctificate*, i. indicite. *Vocauitque*, Hebr. & Chal. & vocauerunt.

21. *A summo ad summum*, i. ab extremo ad extremum, Heb. ab ore ad os, Chald. ab angulo ad angulum.

24. *Eius*, sc. qui fugere permiserit.

Pro anima, q. d. pro eo occidetur.

25. *Proiecerunt*, scil. illorum cadauera. *Templi*, i. vbi templum.

27. *Latrinas*, sc. publicas.

32. *Tædere*, Chald. indignari, 70. ferire, seu excidere.

33. *Super*, i. iuxta.

CAPVT XI.

2. *DE triclinio*, Heb. Chal. & 70. dicunt abscondisse vtrumque in loco, seu cubiculo lectorum, sc. vbi dormiebant Sacerdotes, & Leuitæ prope templum.

Domo Domini, i. templi appendicibus, seu in atrij porticibus.

4. *Templum*, i. atrium. *Adiurans*, scil. ne consilia proderent.

5. *Sermo*, i. res. *Introeat*, sc. vt ministret in templo. Not. quod omnes milites erant Leuitæ. *Excubias*, Heb. Chal. & 70. custodiam, q. d. obseruet, ne quis à Regia veniat dum Rex coronatur. *Sur*, Chal. Baronum. 70. viarum. erat porta hæc in atrio præcipua, ad orientem. *Scutariorum*, sc. militum qui templum custodire solebant. *Messa*, Heb. Massa, Chal. solicite Alij, à desertione, q. d. ne quis locum suum deserat.

7. *Egredientes*, sc. expleto ministerio eius hebdomadæ. Not. quod isti coniungebantur in eo munere cum ingredientibus ad ministrandum. itaque vocat duas partes. Vide inf.

8. *Septum templi*, sc. eam partem atrij, vbi Rex custodiebatur, septus militibus, vel atrium sacerdotum, Chal. intra ordines, sc. militum, 70. in atrium templi.

11. *Dextera*, sc. australi.

12. *Diadema*, Chal. coronam 70. sanctificationem, sc. vox Hebræa æquiuoca est sic Psal. 131. *Testimonium*, sc. legem, quæ Regibus proponebatur. Vide Deut. 17.

Vnxerunt, sc. ob controuersiam de Regno, sic Salomonem. alioqui Regum filij non vngebantur.

14. *Super tribunal*, Hebr. Chald. & 70. super, seu, iuxta columnam, scil. illic erat Regium tribunal. *Cantores*, sic etiam 70. at Chal. magnates.

16. *Iuxta palatium*, Hebr. & 70. domus Regis, Chal. in domum Regis.

18. *Validè*, Heb. bene, Chal. pulchrè, 70. studiosè, seu, diligenter. *Sacerdos*, sc. summus.

19. *Cerethi & Phelethi legiones*, Hebr. duces, & cursores, i. satellites non enim sunt Heb. hæ voces, Cerethi, & Phelethi, de quibus vide 2. Reg. 8. num. 18.

Scutariorum, Chal. & 70. cursorum, alij, militum, vel satellitum.

20. *In domo*, i. prope domum.

CAPVT XII.

3. *IMmolabat*, sc. Deo, sed loco non licito.

4. *Sanctorum*, i. templi, seu rerum Deo consecratarum. *Prætereuntibus*, i. in numerum transeuntibus, sc. qui attigerant 20. annum, numerabantur, & dabat quisque dimidium sicli ad sacrificium iuge, de quod vide Exod. 30.

Quæ offertur, pro, & quæ offertur. *Pretio animæ*, sc. quo se redimebat, cum se Deo vouerat.

5. *Iuxta ordinem suum*, Heb. & Chal. à noto suo, seu familiari. Sic etiam inf.

Sarta tecta, Heb. & Chald scissuras, seu rupturas.

8. *Prohibiti accipere*, Heb. Chald. & 70. conuenerunt, seu consenserunt, ne acciperent.

9. *Gazophylacium*, sc. arculam. *Desuper*, Hebr. & Chal. in ostio eius, quidam tamen vertunt, in operculo.

Ad dexteram, scil. templi, i. ad Austrum. sic quidam. sed quod sequitur, videtur repugnare.

10. *Effundebant*, Chald. & 70. colligebant, sc. in fasciculos, seu sacculos.

13. *Hydriæ*, alij, scyphi argentei, Chald. calices argentei. 70. portæ argenteæ. Sic & sequentia aliter vertunt, quàm noster, sc. incerta est valde significatio quorundam Hebraicorum verborum.

15. *Fiebat*, i. exigebatur. *Fide*, sc. bona.

16. *Delicto*, i. emenda victima pro delicto, sc. dabatur interdum sacerdotibus, vt emerent, & quod supererat sacerdotum erat. Ita quidam. Glo. interl. refert ad pecuniam, de qua Exod. 30. cum populus recensebatur. Fortè intelligitur quæuis pecunia pro peccatis oblata sacerdotibus. *In templum*, sc. ad sarta tecta.

18. *Sanctificata*, i. donaria. *Argentum*, Heb. Chal. & 70. & Complut. aurum. *Recessit*, i. desiit venire.

20. *Mello*, non est iste Mello, qui in Hierusalem, secundum quosdam. Alij eundem locum putant.

CAPVT XIII.

3. *DIebus*, sc. Ioachaz.

5. *Saluatorem*, sc. filium Ioachaz, vide infr.

6. *Lucus*, sc. plantatus in honorem Baal.

7. *In tritura areæ*, Chald. & 70. in conculcationem.

13. *Sedit*, sc. adhuc viuente patre.

14. *Pater mi*, q. d. cur nos deseris? Chal. magister mi.

Currus, i. defensor, sc. orationibus. *Auriga*, Hebr. & 70. equites, Chald. qui plus proderat. Israeli suis orationibus, quàm currus eius, & equites.

16. *Superposuit*, scil. ad signi illius confirmationem.

17. *Ait*, sc. alicui astantium, vel regi ipsi, vt aperiendam curaret, vel ipse aperiret. *Orientalem*, sc. respicientem Syriam.

Aphec. ciuitas erat Iudæ quamquam hic etiam puto intelligi, Erant.n.præterea duæ, quarum altera in tribu Issachar, altera in tribu Aser. Vide Io.15. & 19.

18. *Iaculo*, i.sagittis, sc.iaculando.

20. *Latrunculi*, Heb. & Chal. turmæ, seu exercitus, 70.milites.

Ipso anno, Heb.& 70.veniente anno, i. sequenti, Chal.in introitu anni.

23. *Misertus est*, Chal.pepercit. *Reuersus est*, 70. respexit.

CAPVT XIV.

4. HOc tantum, sc.non rectum coram Domino, Heb.Chal.& 70.loco horum omnium (nisi tantum hoc quod) solum habent veruntamen.

6. *Sicut*, Heb.& Chal.quo. *In peccato*, i.ob peccatum, seu pro peccato.

7. *Petram*, i.arcem in rupe sitam, vel vrbis nomen.Heb.Selah.Chal.arcem, 70.petram.

Iezechael, sc.ab eo, qui illam expugnauit.70. Iectohel.

8. *Videamus nos*, sc.ad confligendum.

9. *Carduus*, &c.se cedro comparat.alterum velut abiectum carduo.q.d.ne si legationem quidem pacis mitteres, dignus esses qui exaudireris.

10. *Prouocas*, i.tibi accersis.

11. *Bethsames*, sc. eousq; venerat ei obuiam Rex Israel.

13. *Ephraim*, i. per quam intrabant Ephraimitæ.

21. *Sedecim*, Aiunt quidam cum pater moreretur, fuisse trium annorum.nec per 13.annos regnasse, sc.vsque dum esset annorum 16. ita conciliari quædam loca in speciem contraria.

22. *Ælath*, sc.quæ in Idumæa, tributaria olim Iuda, *Rex*, sc.Amasias.

25. *Sermonem*, non extat ea prophetia.

26. *Carcere*, additum id ab Interprete. Sensus est. Heb.Consumptos omnes, & qui tuto erant loco, & qui derelicti. Vide lib.3.cap.14.

28. *In Israel*, i.in Israelis Regno sitam.

CAPVT XV.

5. LIbera, i. separata ab hominum commercio, Chal.extra Ierusalem.

13. *Azaria*, Hebr. Oziæ, sc.erat etiam ei id nomen.

16. *Tapsam*, vrbs est non procul à Thersa.

De Thersa, i.à Thersa vsque, vel vsque ad Thersam. *Aperire*, sc.portas.

19. *Phul.* Hic primus Rex Babyloniæ post Sardanapalum secundus Teglath Phalasar, tertius Salmanasar, quartus Sennacherib, quintus Asaradon, sextus Berodach septimus Ben Berodac, octauus Nabuchodonosor.

In terram, i. super, seu, contra terram, sc.Israelis.

25. *Turre*, Hebr.palatio, Chald. conclaui, alij, arce.

Iuxta Argob, & iuxta Arie, Hebr.Chald.& 70. cum Argob & Aria, sc.sociis coniurationis. *Viros.* Alij vertunt viri, vt significarentur non interfecti, sed interfectores.

29. *Domū Maacha*, Heb.Chal.& 70. Peth.Maacha, sc.nomen est proprium vrbis, seu regionis.

35. *Domus Domini*, sc.atrij: hanc quidam dicunt esse speciosam de qua Act.3.

37. *Illis*, sc.mortuo Ioathan.

CAPVT XVI.

1. REgnauit, i, regnare cœpit.

3. *Per ignem*, incertum, an simul etiam cremarent, probabile solum traiecisse. *Idola*, Hebr. Chal.& 70.abominationes.

6. *Ailam*, vrbs est Idumææ, Hebr. Elath. *Idumei*, sic etiam Chald.& 70.at Hebr.varia lectio, itaque quidam vertunt Syri.

9. *Cyrenen*, sc.Mediæ vrbem.

12. *Veneratus est*, Hebr. Chald. & 70.accessit ad.

Ascenditque, Chal.obtulitque super illud.

13. *Super*, alij, iuxta.

14. *Æreum*, scil. Salomonis. *De loco altaris*, &c. Heb.Chald.& in 70.sensus est, abstulisse illud de loco, in quo erat, scil. inter templum altare illud, quod Rex iste posuerat *Altaris*, sc.sui. *Aquilonem*, sc.cum antea esset ad Austrum.

15. *Maius*, q.d.meum.

Æreum, sc.Salomonis.

17. *Bases*, sc.concharum, seu luterum.

18. *Musach*, i.tentorium, seu operimentum, scil. sub quo perfuncti munere suæ hebdomadæ, quiescebant sabbatho, postridie abituri. *Templo*, i.atrio sacerdotum, sc.deiecit. *Conuertit in templum*, i.fecit, vt in templum duceret, *Regem*, i. Regis metum, seu gratiam.

CAPVT XVII.

1. REgnauit, scil excusso iugo Assyriorum. alioqui anno quarto Regni Achaz regnare cœpit.

3. *Ascendit*, pro ascenderat, sc. quarto anno Regni Achaz.

4. *Carcerem*, scil.capta Samaria. Anticipatio est, postea enim narratur, quo modo id factum.

9. *Verbis*, i.rebus. *Custodum*, sc.fructuum in agris, Chal.forti.

10. *Nemorosum*, i. frondosum.

11. *Verba*, i.res.

12. *Immunditias*, i. idola. *Verbum hoc*, i.eiusmodi res.

13. *Testificatus*, i. velut testibus adhibitis contestatus.

Et videntium, pro, id est videntium. *Ceremonias*, Heb.statuta, seu decreta, sic & inf. *Sicut*, Heb. Chal. & 70.quam.

14. *Noluerunt obedire*, Heb.Chal.& 70. non crediderunt.

15. *Legitima*, Heb.decreta.

18. *Iuda*, sc.& Beniamin.

19. *Erroribus*, Heb.& Chald. statutis, seu decretis, 70.iustificationibus, seu iustitiis.

26. *Legitima*, Heb.Chal.& 70.iudicium, i.ritum colendi, sic & inf.

29. *Gens, & gens*, i.singulæ gentes.

30. *Socboth, Benoth*, i.gallinam cum pullis Chaldaicæ voces sunt. *Nergal*, i.gallum gallinaceum, vox Chaldaica. *Asima*, i.hircum syluestrem. Chaldaica vox.

31. *Nebahaz*, i.canem. *Thartac*, i.asinum. *Adramelech, & Anamelech*, i.mulo, & equo.

32. *Nouissimis*, i.obscuris hominibus. *Sublimibus.* Heb.Chal.& 70.excelsorum.

CAPVT XVIII.

1. TErtio, sc.Regni eius liberi à tributo.

4. *Nehustan*, i.res ænea, q.d.vile æs.

5. *Ante*

5. *Ante eum*, sc. post Dauid. Vide inf. c. 23. vbi de Iosia simile quid dicitur.

8. *Custodum*, sc. fructuum, q. d. paruas, & magnas ciuitates. Chal. fort.

11. *Fluuius*, sic etiam 70. At Heb. & Chal. fluuio. Alij iuxta fluuium.

17. *Misit*, sc. post, vbi Ezechias renuisset pendere tributum. *Fullonis*, sic dictus, quod illic fullones aqua piscinæ vestes lauarent.

18. *Vocaueruntque*, sc. ad colloquium.

20. *Forsitan iniisti*, &c. Heb. sensus est: An est tibi consilium & fortitudo sufficiens ad bellum? vel consilio & fortitudine fit bellum, non solis verbis. *Rebellare*, sc. non soluendo tributum.

21. *Ingreditur manum*, q. d. tandem plus incommodi afferet quam commodi.

22. *Abstulit*, id dicunt ad inuidiam ei concitandam non enim Dei abstulerat, sed idolorum, vt quidam aiunt, quod si Dei sanctè fecit, volebat enim Deus solo in templo sibi sacrificari. Vide Isa. 36.

23. *Transite*, &c. Hebr. fideiube Domino meo. Alij, dato pignore certa cum Domino meo.

25. *Domini*, q. d. Dei vestri vobis irati.

Dixit mihi, sciebat per Prophetas prædixisse.

31. *Quod vobis est vtile*, Hebr. benedictionem, i. pacem, Chal. pacem.

32. *Fructiferam & fertilem*, Heb. Chal. & 70. frumenti, &c.

34. *Emath*, Antiochia est, vel Epiphania. *Arphat*, vrbs est prope Damascum.

CAPVT XIX.

3. *Increpationis*, scil. qua arguimur ab Assyriis. *Blasphemiæ*, sc. qua Deum blasphemant.

Venerunt filij, &c. q. d. sumus in magnis angustiis & periculo.

4. *Si fortè*, coniungendum, cum, fac orationem, Chal. vtinam.

Exprobraret, i. probris afficeret. *Reperta sunt*, pro reperiuntur, seu supersunt, sc. Iuda & Beniamin.

7. *Spiritum*, i. voluntatem, seu reuertendi in patriam.

8. *Recessisset*, sc. eo.

9. *Eum*, sc. Regem Æthiopiæ.

21. *Virgo filia Sion*, Chal. Regnum congregationis Sion, scil solet Regnum seruari, vt virgo. Not. sensum esse, ô Rex Assur paulo post te contemnet & videbit ciuitas hæc, sc. cum hinc abibis amisso exercitu.

22. *Sanctum*, sc. Deum.

23. *Ascendi*, pro, ascendam. *In summitate*, Hebr. latera.

Libani, i. Ierusalem. *Succidi*, pro, succidam.

Abietes, 70. Cypressos. *Ingressus sum*, pro, ingrediar.

Carmeli, i. agri fertilis.

24. *Clausas*, sc. in vrbibus.

25. *Plasmaui illud*, &c. q. d. decreui per te multos perdere, quod iam feci.

Eruntque, i. vt essent. *Collium compugnantium*, q. d. sitæ in collibus, qui se bello tuentur. Heb. aceruorum desolatorum, seu, destructorum.

26. *Sedent*, i. habitant. *Humiles manu*, Hebr. abbreuiati manu, q. d. debiles viribus, 70. infirmi manu.

Confusi, i. pudore affecti.

28. *Ponam*, &c. q. d. velut imposito circulo, & Camo, reducam, &c.

29. *Comede*, &c. q. d. his duobus annis, etsi nihil seminetur, erit tamen quod edatis. *Quod reperens*, sc. natum è granis lapsis tempore messis, 70. *congregata*, alij, reposita.

Nascuntur, sc. non iacto semine.

30. *Mittet radicem*, &c. q. d. crescet, seu multiplicabitur.

31. *Zelus*, i. nimius amor, sc. in vos.

34. *Propter Dauid*, non propter te, qui Regi Assyriorum obtuleris Domino consecrata. Hier. 2. cont. Pelag.

CAPVT XX.

1. *Illis*, scil. sub tempus aduentus Assyriorum anno Regni sui circit. 15.

Præcipe, sc. quæ velis post mortem fieri.

2. *Parietem*, sc. versus templum.

3. *Fleuit*, scil. vitæ desiderio Hiero. 2. cont. Pelag. Fleuit, quia nullus intrepidus vadit ad iudicium Domini, habens conscientiam peccatorum.

5. *Sanaui*, pro, sanabo. *Tertio*, scil à primo morbi, vel sanitatis, vel quo hæc dicebantur.

8. *Dixit*, pro, dixerat, sc. antea *Quod erit signum*, paruæ id fidelitatis est indicium, Hier. vbi sup.

9. *Ascendat*, Hebr. & 70. eat. Chald. procedat. *Lineis*, Hebr. & 70. gradibus. Chald horis, i. horarum spatiis. sic & inf.

10 *Crescere*, sc. solis progressu, Hebr. & 70. declinare, Chal. procedere.

11. *Reduxit*, sc in momento, quamdiu sic manserit, incertum Dio. epist. 7. ait, So is regressu, & progressu, consumptas horas 2 o. d emque illum fuisse triplo maiorem solito. N quod dies erat horarum 12. fuit autem ille 32.

13. *Aromatum* Hebr. desiderabilium, i. diuitiarum, Chal. thesaurorum. *Pigmenta*, i. res odoriferas. *Vasorum*, i. bellicorum instrumentorum, seu armorum.

Potestate sua, adeoque etiam vasa templi eis ostendit, Hier. 2. con Pelag.

17. *Auferentur*, scil. displicuit Deo illa opum ostentatio.

18. *Filiis*, i. nepotibus, seu posteris. *Eunuchi*, i. primarij serui, Chal. magnates.

19. *Veritas*, i. stabilitas.

CAPVT XXI.

2. *Idola*, Heb. Chal. & 70. abominationes.

3. *Conuersusque*, &c. q. d. iterum ædificauit.

Militiam, i. exercitum, sc. planetas, Chald. virtutes.

5. *Duobus atriis*, sc. sacerdotum, & populi.

6. *Ariolatus est*. Alij, obseruauit tempora. *Fecit*, i. instituit. *Pythones*, 70. ventriloquos. *Multiplicauit*, vt faceret, pro, abundanter fecit, vel coniunge, multiplicauit cum aruspices.

7. *Idolum luci* sc. lucum sculptum.

9. *Super*, i. plusquam, sc. peius quam.

10. *Prophetarum*, sc. Ioel, Nahum, & Malachiæ.

11. *Immunditiis*, Chal. & 70. Idolis, sic & inf.

13. *Funiculum*, i. filum, quo designare solent Architecti demolienda, q. d. sic diruam, vt olim Samariam, Chald. filum desolationis. *Pondus*, q. d. extendam perpendiculum, vt perdam sicut olim domum Achab.

Et delebo, &c. Hebr. & abstergam Ierusalem, vt solet quis scutellam tergere, & tersam vertere super faciem eius, sc. scutellæ. Sic & Chald. & 70. nisi quod Chal. pro scutella lecythum ponit, at 70 pixidem, significat autem abstergere, purgare pessimis hominibus. *Tabulæ*, sc. cum conuoluntur, & transportantur. *Stylum*, sc. designantem quantum destruendum sit.

14. *Dimittam*, Heb. & Chal. deseram, seu, derelinquam.

70. Delebo. *Reliquias*, sc. tribum Iuda, & Beniamin.
16. *Vsque ad os*, sc. vt solet vas, cum impletur. Heb. de ore ad os, seu os, ad os, 70. os super os, Chald. ab extremitate ad extremitatem, q.d. totam.
17. *Peccatum*, Chal. & 70. peccata.
21. *Immunditiis*, Chal. & 70. Idolis.
24. *Terra*, sc. illius.

CAPVT XXII.

3. TEmpli Domini, Heb. domus, seu, in domum Domini, Chald. in domum sanctuarij Domini.
4. *Conflettur*, sc. in monetam, vel colligatur, sic inf.
Ianitores templi, Chal. præfecti Thesaurorum.
5. *Sarta tecta*, Heb. scissuram, seu rupturam.
6. *Instaurandum*, i. reficiendum.
7. *Supputetur eis*, i. exigatur ab eis ratio. *In potestate*, id additum ab interprete, quamquam Hebr. aliquid respondet, sc. in manu eorum, sed alio sensu: dicitur enim, quod datur in manu eorum, id quod vertit sic, quod accipiunt. *In fide*, q.d. fidei illorum committatur. Heb. in fide faciant.
8. *Legis*, sc. Manasses omnes sacros libros sustulerat, verisimile est tamen postea pœnitentem restituisse. Vide Chrys. hom. 9. in Matt. & 7. in 1. Cor.
9. *Quod præceperat*, Heb. Chald. & 70. verbum, i. rem.
14. *Secunda*, nomen est vici, Hier. 2. con. Pelag. fuisse quandam vrbis partem muro vallatam interiori: Idem Soph. 1. ait fuisse eandem portam in muro secundo post portam piscium.
17. *Et succendetur*, pro, propterea succendetur.
19. *Perterritum*, sic etiam Chal. at Heb. 70. emollitum, sc. timore. *Stuporem* Heb. Chal. & 70. desolationem, seu vastationem.

CAPVT XXIII.

1. MIsit, sc. nuntios qui vocarent. *Omnes*, i. maior pars, sic & inf.
2. *Prophetæ*, scil. qui aberant, cum consulta est Holda.
3. *Gradum*, i. locum è terra eleuatum. Hebr. columnam, i locum editiorem. *Cæremonias*, Hebr. statuta, seu decreta. *Suscitarent*, Chald. stabilirent, q.d. stare faceret, videntur enim cadere quæ non obseruantur.
4. *Secundi*, sc. à Pontifice. *In luco*, Heb. ipsi luco, i. luci simulacro. *Bethel*, sc. vt pollueret altare ibi extructum.
5. *Deleuit aruspices*, Heb. cessare fecit (i. aboleuit) sacerdotes, sc. phanorum. *Duodecim signis*, Heb. influentiis, seu, signis, Chal. syderibus, 70. planetis.
6. *Lucum*, sc. sculptum, de quo sup. & c. 21.
Vulgi, sc. qui lucum illum adorauerat.
7. *Effæminatorum*, i. scortorum masculorum. *Domo Domini*, sc. atrio populi. *Pro quibus*, Chal. & 70. in quibus.
Quasi domunculas, i. tentoria, seu cortinas, Hebr. domos, Chal. mensuras, 70. stolas.
8. *Contaminauit*, i. prophanauit, sic inf. *Gabaa*, erat in Beniamin. *Portarum*, i. quæ erant ad portas.
Ad sinistram, sc. introeunti, vt est Chal. & in 70.
9. *Non ascendebant*, sc. ex eo tempore. *Fratrum*, sc. sacerdotum, q.d. ob peccatum erant, solum priuati potestate sacrificandi.
11. *Equos*, scil. quibus vehebantur in curribus, qui solem orientem salutabant. Ita quidam alij equos sculptos intelligunt quadrigam, sc. Soli dicatam more gentilico.

Exedram, Heb. & Chal. cubiculum, 70. gazophylacium.
Pharurim, i. suburbiis, sc. præfectus.
12. *Cucurrit*, pro, currere fecit, i. proiecit. Chald. procul fecit, 70. destruxit.
13. *Offensionis*, sic vocat Oliueti montem ob Idololatriam, Heb. destructionis, Chal. oliuarum. *Idolo*, Heb. Chal. & 70. abominationi. *Polluit*, Chald. prophanauit, sic & inf.
14. *Ossibus*, scil. horum contactu prophanabantur.
15. *Et altare illud*, pro altare, inquam, illud. *Excelsum*, Heb. etiam, Chal. & excelsum, vnde apparet aliud esse altaria, aliud excelsa.
17. *Titulus*, i. statua. solebant ad sepulcra erigi statuæ, seu columnæ, vbi scribebatur nomen sepulcri, quod etiam hodie Iudæi obseruant.
18. *Propheta*, i. pseudoprophetæ.
24. *Figuras Idolorum*, Heb. Teraphim, Chald. simulacra.
Immunditias, Heb. Chal. & 70. idola.
Statueret, i. impleret, Chal. firmaret.
25. *Similis*. Vid. sup. c. 18. simile quiddã de Ezechia dictum, quod intellige quantum ad aliquid, sicut & illud, non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi, vel est hyperbole.
29. *Abiit*, sc. impediturus, ne fortè Hierusalem inuaderet.
Mageddo, vrbs in tribu Iuda.
31. *Lobna*, vrbs Iuda.

CAPVT XXIV.

1. SEruus, sc. soluens tributa.
2. *Latrunculos*, Heb. agmina, sc. militum.
4. *Propitiari*, i. parcere.
6. *Dormiuit*, sc. in itinere dum abduceretur in captiuitatem.
7. *De terra sua*, sc. contra Hierusalem.
8. *Cœpisset*, sc. mortuo patre: nam cum illo regnauit annis decem.
13. *Concidit*, sc. in frusta.
14. *Inclusorem*, sc. castrorum, i. peritum castrametandi, Chal.
Ianitores, i. vrbis custodes.
15. *Iudices*, Heb. & 70. fortes, i. potentes, seu robustos. Chal. magnates.
16. *Septem millia*, sc. de aliis tribubus. nam de Iuda tria millia: itaque omnes decem millia, vt dictum sup.
Mille, erant hi de illis septem millibus.
20. *Irascebatur*, &c. q.d. Dei irati permissione illa fiebant.

CAPVT XXV.

1. NAbuchodonosor, sc. successor eius, de quo sup. c. 24.
3. *Mensis*, sc. quarti, vt dicitur Ier. 39.
4. *Duplicem*, sc. murum, & antemurale. *Ad hortum*, i. prope hortum.
6. *Locutus iudicium*, i. iudicio disceptauit, seu condemnauit, sc. ob rebellionem.
8. *Exercitus*, 70 coquorum Heb. laniorum, i. militum sc. mactant hi more coquorum, & laniorum, Chal. homicidarum.
14. *Trullas*, Chal. scopas.
15. *Quæ aurea*, &c. i. tam aurea, quam argentea vel q.d. separauit aurea ab argenteis.
16. *Id est*, additum id ab Interprete.
18. *Secundum*, i. vicarium Pontificis. *Ianitores*, Heb. custodes vasorum, sc. sacrorum, Chal. custodes thesauri, 70. custodes liminis.

19. *Steterant*

19. *Steterant*, &c. quasi dicat, qui Regi astabant, sc. nobilissimos.
Sopher principem, 70. scribam principis.
Probabat, &c. Chaldæus congregabat populum terræ 70. ordinabat populum terræ.

27. *Euilmerodach*, scilicet, qui successit Nabuchodonosori, de quo in principio capitis.
29. *Sua*, scilicet, Ioachim vel Euilmerodach.
30. *Annonam*, id est, victum.

I. PARALIPOMENON,

Id est,

Derelictorum, seu prætermissorum, scilicet, in libris Regum.

Videntur hi libri esse epitome eius, qui sæpe citatur in Regum Libris. Auctorem quidam Esdram putant. Vide Hieronymum in 1. Paralipom. cap. 7.

CAPVT I.

4. SEm, &c. isti tres filij Noe, à quorum posteris habitata Asia, Africa, & Europa.
5. *Gomer*, à quo Galatæ. *Magog*, à quo Scythæ. *Madai*, à quo Medi, *Iauan*, à quo Iones, seu Græci. *Thubal* à quo Hispani, seu, Iberi. *Mosoch*, à quo Cappadoces. *Thiras*, à quo Thraces.
6. *Ascenez*, à quo Sarmathæ, seu Germani. *Riphath* à quo Paphlagones.
7. *Thogorma*, à quo Phryges, sc. Turcæ. *Elisa*, à quo Æoles.
Tharsis, à quo Cilices. *Cethim*, à quo Cyprij. *Dodanim* à quo Rhodij.
8. *Chus*, à quo Æthiopes. *Mesraim*, à quo Ægyptij. *Phut*, à quo Afri.
Chanaam, à quo Chananæi.
9. *Saba*, à quo Arabes Sabæi, ita quidam: at potius Sabæi Æthiopiæ, quia per ס s. scribitur. Vide 3. Reg. cap. 10. *Heuila*, à quo Getuli. *Sabatha*, à quo Sabathæni.
Saba, à quo Saba, ciuitas Æthiopiæ. Ita quidam, potius à quo Sabæi Arabes; quia per ש sc scribitur. Vide 3. Reg. cap. 10. *Dadan*, à quo Æthiopes quidam.
10. *Potens*, id est, tyrannus. Hic Babel, seu Babylonis conditor.
11. *Ludim*, à quo Lydij, & Lybici.
17. *Assur*, à quo Assyrij, & Niniue condita. *Lud*, à quo Lydi. *Aram*, à quo Syri, quorum metropois Damascus.
Hui, à quo qui inter Cœlosyriam, & Iudæam.
Hul, à quo Armeni.
19. *Iectam*, à quo Indi.
29. *Nebaioth*, filius est Ismael, & qui sequuntur.
32. *Concubina*, id est, vxoris minus principalis. Hæ deducebantur sine solemni apparatu, & dote.
36. *Thamna Amalech*, Genes. 36. dicitur Thamnah mater Amalech, & forte idem hic sensus est, q. d. Thamnæ Amalech, sc. filius, vel idem fuit diuersorum nomen vt fit.
38. *Seir* scilicet, Horrei, qui ane Esau Idumæam tenuit.
43. *Imperauerunt*, scil. cum diademate. Hi, & qui sequuntur duces, à quibusdam dicuntur fuisse Esau posteri. Dicerem potius duces solos esse ex Esau. Vide Genes. 36.
51. *Duces*, scilicet, absque diademate Regum insigni.

CAPVT II.

5. SVe, nomen est viri.
7. *Charmi*, Vide Iosue 7.
9. *Ram*, Matth. 1. dicitur Aram. *Calubai*, dicitur alias Caleb.
15. *Septimum*, habuit & octauum, sed adoptiuum.
17. *Israelites*, scilicet, habitatione, vel origine. Vide 2. Regum. 17.
18. *Accepit*, &c. Hebr. indicatur genuisse Azuba mulierem & Ierioth virum, 70. vero accepisse duas vxores, sc. Azuba, & Ierioth. *Fueruntque*, scil. præter Ierioth, si tamen id est viri nomen. *Eius*, sc. Azubæ, seu vxoris, vt patet ex Hebr.
21. *Patris Galaad*, id est, principis regionis Galaad.
22. *Possedit*, sc. Iair, de quo Iud. 10.
23. *Ciuitatem*, pro ciuitates, seu oppida. *Isti*, sc. vici. *Filij*, pro filiorum, id est, nepotum. Ita quidam, at 70. dicunt, istos fuisse filios Machir, vt noster. est quidem hic versus & sequens Hebr. aliquanto aliter quam noster, vertit secutus 70.
24. *Patrem Thecue*, i. eius vrbis principem.
34. *Non habuit filios*, scil. mortui fuerant patre viuente, nam supr. dicitur eius filius Oholai, nisi fortè id est, nomen fœminæ.
42. *Pater*, id est, princeps, sic infr. *Et Filij Maresa*, pro, & filiorum Maresa, sc. princeps,
52. *Qui videbat dimidium requietionum*, Hier. 1. cont. Pelag. ait prophetasse ex dimidio, i. non perfecte, Hebr. Roch. Chatsi. Menuchot, quæ secundum 70. sunt nomina propria.
53. *Egressi*, scilicet, generatione, sc. geniti, vel colonia deducta.
54. *Corona*, q. d. principes, Hebr. Atetoth, quod 70. acceperunt vt nomen proprium, vt & sequentia, sc. Beth Ioab Chatsi Manach i Atsorhi.
55. *Scribarum*, id est, iurisperitorum. *Canentes*, &c. Hebr. Trihathim, Scimbatim, Suchatim, quæ 70. accipiunt, vt nomina propria.
Calore patris, Hebr. & 70. Hemath parte.
Domus, id est, familiæ, Rechab, id est, Rechabitarum, Vide Ierem. 35.

CAPVT III.

1. Carmelitide, scilicet, vxore antea Nabal. Carmelitæ.

2. *Gessur*, erat prope Syriam Damasci.

3. *Vxore*, sc. primaria. quidam putant hanc esse Michol. at Micholi nullus fuit filius.

5. *Bethsua*, alias dicitur Betsabe, sc. binominis erat, 70. & Complu. Betsabee. *Amihel*, hic 1. Reg. 11. dicitur Eliam, sc. erat binominis.

8. *Elisama*, hic & Eliphelat bis repetuntur Hebr. iisdem prorsus literis, & hic, & versu 6. forte aliis eius nominis fratribus mortuis nati, sic sunt vocati.

9. *Sororem*, sc. ex parte patris, solius enim Absalonis soror vterina.

15. *Iohanum*, 4. Reg. 23. dicitur Ioachaz: erat quidem minor natu ipso Ioacim, sed dicitur hic primogenitus, quia prior regnauit.

Sellum, hic omissus 4. Reg. quia non fuit Rex.

16. *Iechonias*, hic dicitur 4. Reg. Ioachim, sc. per כ caph, nam pater Ioakim per ק coph. *Sedecias*, Hebr. & 70. Sedecias filius eius, sc. Iechoniæ.

17. *Salathiel*, Hebr. & 70. Salathiel filius eius, scilicet, Asir.

18. *Melcheram*, *Phadaia*, &c. Hi filij Salathiel.

19. *Mosellam, qui & Abiud.* Eorum apparet fuisse cum iis, eadem etiam matre, non cum sequentibus.

21. *Pater Iesaia*, &c. totus hic versus est secundum 70. nam Hebr. aliter, satis obscure.

22. *Saphat*, Sesa non est Hebr. nec in 70. Itaque quod sequitur sex intelligendum, numerato etiam patre.

CAPVT IV.

1. Phares, iste solus filius, reliqui nepotes.

2. *Generationes*, id est, cognationes, seu familiæ.

Sarathi, i. Sarathitarum.

3. *Etham*, quidam putant accipi pro principe loci Etham, quod Hebr. indicatur.

4. *Ephrata*, nomen vxoris Caleb, qui ex alia vxore alium habuit primogenitum is enim primogenitus vxoris huius.

Patris, i. principis, sc. Hur.

5. *Assur*, hic fuit posthumus Esron ex Abia vxore.

9. *Iabes*, qui & Othoniel. *Inclytus*, Hebr. honorabilis. *Iabes*, i. dolorem.

10. *Malitia*, id est, dolore, seu afflictione, Hebr. feceris, ne ob malum doleam, hic omittitur quod vouerit.

11. *Frater Sua*, sic Hebr. & 70. at Complut. pater Sua, nam quædam Hebr. אבי Abi, non אחי Achi.

13. *Cenez*, iste fuit patruus, vel vitricus Caleb.

14. *Patrem*, i. principem.

15. *Iephone*, qui & Esron alias. *Filij quoque*, pro filius quoque *Filij*, pro filius, est enim vnus Mered.

Accepit, sc. Caleb.

17. *Genuitque*, sc. Caleb. *Patrem*, i. principem.

18. *Eius*, sc. Caleb.

19. *Odaia* nomen viri.

20. *Filius Hanam*, Hebr. Benchanam, forte nomen est proprium.

21. *Iuramenti*, Hebr. Asbeah, forte est nomen proprium.

22. *Qui stare fecit solem*, Hebr. Iochim, nomen proprium.

Mendacij, Hebr. Chozeba, loci nomen.

Securus, & incendens, Hebr. Ioas & Seraph nomina propria.

Qui reuersi sunt in Iahem, Hebr. Iasubi, Lachem. 70. & reuersi sunt in Leem. Alij, habitatores Lachem. *Verba vetera*, quasi dicat, res antiquæ, seu antiqua nomina.

23. *Plantationibus*, &c. q.d. in hortis. *Regem*, sc. Dauid, apud quem in pretio erant ob cultum hortorum.

25. *Filius eius*, sc. proximè præcedentis, & sic intellige in reliquis. Vide cap. 5. & 6.

33. *Et sedium distributio*, Hebr. & 70. & genealogia eorum pro, in genealogia eorum.

38. *Affinitatum*, Hebr. patrum. 70. familiarum.

41. *Eorum*, sc. posterorum Cham.

CAPVT V.

1. Filiis Ioseph, sc. quantum ad duplicem portionem, nam quantum ad dignitatem, Iudæ. *Filius eius*, &c. Vide cap. seq.

11. *Basan*, quæ contigua regioni Galaad.

12. *In capite*, id est, primus, seu princeps. *Secundus*, sc. à Ioel.

14. *Domos*, i. familias.

15. *Fratres quoque Filij*, Hebr. Achi filius 70. filij υἱοῦ, scil. legunt filij Buz, filij Abdiel, &c.

16. *Basan*, sc. ciuitate Metropoli, eodem enim cum regione nomine vocabatur.

Terminos, scilicet, eorum, quasi dicat, totam regionem.

19. *Ithurai*, &c. 70. Ithuræos & Nephissæos, & Nedabæos.

20. *Præbuerunt auxilium*, 70 clamauerunt contra eos, scilicet, Deum inuocauerunt. Alij, adiuti sunt contra eos, sc. à Deo.

22. *Dei*, i. Deo iuuante gestum. *Transmigrationem*, scil. sub Rege Assyriorum.

26. *Ara*, hanc quidam dicunt esse Rages de qua Tob. 1.

CAPVT VI.

10. Functus, sc. egregie. restitit enim Oziæ volenti offerre incensum.

20. *Filius eius*, scilicet, proximè præcedentis, & sic in talibus intellige. Vide suprà cap. 5. & infra cap. 7.

27. *Elcana*, hunc quidam putant patrem Samuelis. Vide infra, num. 33 & seq.

28. *Vassen*, 1. Reg. 8. dicitur Ioel.

31. *Collocata*, scilicet, in tabernaculo facto à Dauid.

39. *Frater*, i. cognatus.

48. *Eorum*, scil. cantorum supradictorum. Leuitæ, sc. alij.

49. *Sancti sanctorum*, id est, templi. *Precarentur*, Hebr. expiarent, id est, redderent Deum placatum, 70 placarent.

54. *Iuxta cognationem*, pro, in cognationibus, id est, qui erant de cognatione Caath.

Contigerant, sc. vrbes, & vici.

60. *Tredecim*, aliquæ hic omittuntur.

64. *Quoque*, pro, inquam, seu ergo.

65. *Has*, sc. supradictas.

66. *Ciuitates*, sc. aliquot. *In terminis*, pro, & termini, seu terminorum.

CAPVT VII.

1. Dauid, scilicet, cum is iussit populum numerari.

3. *Filij*, pro, filius. *Quinque*, sc. cum patre.

4. *Eis*, sc. principibus.

5. Fratres,

5. *Fratres*, id est, cognati. *Per omnem cognationem*, q.d. omnes simul conficiebant 87. millia.
12. *Hir*, qui supra dictus est Vrai, seu Hiri. Filij Aher, pro, filius Aher, q.d. etiam is ad posteritatem Her pertinebat.
13. *Bala*, scilicet, matris Nephtali. Vide Gen. 46.
14. *Syra*, sc. natione Galaad, nomen viri.
15. *Eius*, 70. eorum. *Secundi*, scil. filij, sed cuius? Vide Num. 26.
16. *Filij eius*, sc. Sares.
18. *Eius*, sc. Galaad, *Regina*, Hebr. Molecheth, 70. Melchath, nomen proprium. *Virum decorum*, Hebr. Ishod, 70. Iessud.
19. *Semita*, Vide Num. 26.
20. *Filij*, pro, filius.
21. *Et huius filius Eser*, Hebr. & 70. & Eser. *Possessiones*, 70. pecora, sic & inf. Not. quod Chal. Cant. 2. ait istos temere ex Ægypto egressos 30. annis ante tempus, quo egrediendum erat, occisos fuisse à Philisthæis, qui habitabant in Geth sed id non est verisimile, nec enim Ephraim tandiu viuere potuisset.
22. *Eorum*, primorum pater erat, aliorum auus, proauus, abauus.
23. *Beria*, i. malo, seu afflictione.
24. *Filia*, i. neptis. *Ozen Sara*, nomen loci.
25. *Eius*, sc. Ephraim, vel Beria.
28. *Filiabus*, 70. viculis, sic & infr.

CAPVT VIII.

6. *COgnationem*, i. familiarum, sic & infr.
7. *Autem*, abundat. *Ipse*, sc. Gera.
11. *Mehusim vero*, Hebr. & de Chusim, sc. vxore, quam noster supr. vertit Husim 70. & Meosim In editione tamen 70. Romæ emendata, legitur de Osim.
28. *Patriarcha*, Hebræus capita Patrum, seu familiarum.
29. *Abi Gabaon*, id est pater, seu princeps Gabaon. Vide infr. cap. 9.
30. *Cis*, iste, & sequentes sunt filij Sur, non est autem iste Cis pater Saul, vide cap. seq.
32. *Ex aduerso*, i. è regione.
33. *Ner*, qui alias Abiel. vide cap. sequenti vbi numeratur inter filios Sur, seu Abigabaon. *Esbaal*, qui alias Isboseth.
34. *Meribaal*, qui alias Miphiboseth.
38. *Bocru*, nomen proprium, 70. primogenitus eius.
40. *Filij Beniamin*, i. de tribu Beniamin.

CAPVT IX.

2. *HAbitauerunt*, scil. post reditum è Babylone. *Israel*, i. Israelitæ. *Nathinai*, i. donati, sc. ad templi seruitutem, erant hi Gabaonitæ. Vide Iof. 9. Esdr. 8.
5. *Siloni*, sc. filiis. *Filij*, sc. reliqui.
12. *Filij Phasur*, i. nepotes, vide Neh. 11.
15. *Carpentarius*, cognomen est, vel, q. d. qui in templo fabrilem exercebat, Hebr. Cheres, 70. & Ares, quasi aliud nomen sit.
16. *Obdia*, qui aliàs Abdah, vide Nehem. *Semeie*, qui alias Samna. *Atriis*, Hebr. villis, 70. atriis.
17. *Frater eorum*, Hebr. & 70. fratres eorum.
18. *Ad illud*, Hebr. & 70. ad hoc.
Regis, sc. per quam Rex in templum ingrediebatur. *Obseruabant*, Hebr. & 70. Ianitores. *Per vices suas de filiis*, Hebr. per turmas filiorum.
19. *Per vices castrorum*, i. ad morem custodum castrorum, Hebr. & 70. super castra, seu in castris. *Introitum*, scilicet, tabernaculi.
22. *Videns*, i. Propheta. *In fide sua*, i. propter ipsorum fidem, seu fidelitatem.
23. *Filios*, id est, posteros. *Tabernaculo*, scilicet, ante ædificatum templum, Hebr. & 70. domo tabernaculi.
25. *Sabbatis suis*, Hebr. septimo die, sc. fungebantur officio suo 7. diebus adeoque septimo succedebant alij.
26. *Exedras*, i. cubicula.
29. *Praerant*, pro, & qui præerant. *Vino*, sc. ad libamina.
33. *Exedris*, 70. pastophorio.
35. *Pater*, i. princeps. *Iehel*, sc. nomine.
42. *Iara*, cap. 8. dictus Ioada.

CAPVT X.

1. *PAlæstinos*, scil. Philisthæos.
6. *Omnis Domus*, q.d. Regnum, & Maiestas, vel fere tota domus.
7. *Campestribus*, Hebr. & 70. valle.
10. *Dei sui*, sc. Astaroth.
11. *Galaad*, sc. quæ in Galaad.
12. *Quercum*, sc. insignem. *Ieiunauerunt*, sc. more lugentium.
14. *Sperauerit in Domino*, Hebr. & 70. quæsierit, seu consuluerit Dominum.

CAPVT XI.

2. *EDucebat*, &c. q.d. eras dux belli. *Pasces*, i. reges. Est quidem Rex velut pastor, & Homerus Regem populi pastorem vocat. *Et tu*, pro, id est tu.
3. *Regem*, erat quidem iam Rex Dei electione.
6. *In primis*, pro primus. *Princeps*, scilicet, exercitus mei.
8. *In circuitu*, i. muro circundans. *Mello*, locus erat vbi cogebatur concio. quidam, circum vertunt. alij fossam, vel aggerem. *Gyrum*, id est, finem vsque circuitus.
Extruxit, Hebr. viuificauit, i. reparauit.
9. *Crescens*, sc. dignitate, & auctoritate.
10. *Ad Israel*, pro, super Israel.
11. *Vulneratos*, i. quos vulnerauerat. Alij, occisos vertunt, sic & inf.
12. *Patrui eius*, Hebr. Dodo, forte nomen proprium.
13. *Ager regionis illius*, Hebr. & 70. pars agri. *Hordeo*, & etiam lenticula, vt dicitur 3. Reg. 23.
14. *Hi*, scil. duo dicti, vel Eleazer cum suis. *Eum*, scil. agrum.
16. *Præsidio*, id est, arce, scilicet, quo se solebat recipere.
18. *Libauit*, sc. effundens, obtulit.
19. *Absit*, &c. Absit mihi à Deo meo, vt hoc faciam, id est, auertat Deus, ne id faciam. *Trium*, sc. aliorum ab iis, de quibus proximè dictum est.
21. *Secundos*, Hebr. & 70. significant fuisse ex tribus excellentissimum, quare legendum secundos. Equidem puto, ita Hieron. vertisse, nam & Hebraica id potius indicant.
22. *Cabseel*, videtur esse nomen loci. *Ariel*, id est, fortissimos vt leones. *Moab*, pro, Moabitas. *Cisterna*, id est, fouea. *Niuis*, scilicet, quo sunt leones ferocissimi.
23. *Virga*, i. baculo.
25. *Tres*, scil. qui aquam attulerant, vide sup. *Ad auriculam suam*, q. d. fecit suum consiliarium, Hebræus, ad auditum suum, 70. super familiam suam.

26. Patrui

26. *Patrui eius*, Hebr. Dodo, vide sup.
33. *Filij Assem*. Hebr. Bene Assem. fortè nomen proprium.

CAPVT XII.

1. *FRatribus*, i. cognatis.
6. *De Carehim*, Hebr. & 70. Coritæ, i. de cognatione Core.
8. *De Gad*, i. de tribu Gad.
14. *Nouissimus centum*, &c. q. d. duces minores præerant centum militibus, maiores vero mille.
17. *Iudicet*, Hebr. & 70. arguat.
18. *Pax tibi*, scilicet, sit, quasi dicat, prospera cuncta eueniant.
21. *Latrunculos*, sc. Amalechithas Heb. turmam, seu agmen vel exercitum. Vide 1. Reg. 30.
23. *Principum exercitus*, Heb. ducum expeditorum ad pugnam.
28. *Egregiæ indolis*, 70. & Hebr. fortis robore.
32. *Tempora*, sc. quibus quæque agenda, quippe doctores, etsi quidam id ad militarem disciplinam referunt.
Ad præcipiendum, Hebr. & 70. ad sciendum, seu cognoscendum.
33. *Corde duplici*, Hebr. corde, & corde.
39. *Fratres sui*, scilicet, alij Israelitæ qui erant cum Dauid.
40. *Iuxta eos*, Hebr. eis propinqui, seu vicini, 70. confines eius. *Palathas*, id est, massas carycarum.

CAPVT XIII.

2. *EGreditur*, quasi dicat, si Deo placuerit, quamquam Hebr. nullum est horum verborum, sc. egreditur sermo, quem loquor. *Suburbanis vrbium*. Intelliguntur etiam qui in vrbibus habitabant, & quidem Hebraice, nonnulli vertunt in vrbibus & suburbanis.
5. *Sihor*, Heb. Sichor, i. nigro, seu turbido. Quidam Nilum putant, alij alium esse fluuium; quod verius puto: qui enim Israelitarum ad Nilum habitabant? Vide Iosu. 13. & Ier. 2.
7. *Oza*, Filius erat Abinadab. *Frater eius*, 70. fratres eius, Hebr. Achio, nomen est proprium. Vide 2. Reg. 6. vbi tanqum proprium nomen legitur, quamquam ibi etiam 70. verterunt, fratres eius. *Minabant*, i. ducebant.
8. *Virtute*, i. fortitudine.
9. *Chidon*, 2. Reg. 6. dicitur Nachon. *Bos quippe*, &c. Hebræus, quia boues declinabant, scilicet, de via, vel arcam, 70. quia inclinauit eam vitulus.
11. *Diuisisset*, scilicet, separando animam à corpore.
Vocauit, scil. qui nomen imposuit.
14. *Benedixit*, i. bonis cumulauit.

CAPVT XIV.

1. *PArietum*, i. lapidum ad parietes.
2. *Eo quod*, pro, quod. sic & infrà. *Subleuatum est*, pro subleuatum esset, 70. auctum esset in altitudinem.
Super populum, Hebr. & 70. propter populum.
5. *Eliphalet*, Hebr. Elipalet.
6. *Baaliada*, 2. Reg. 5. dicitur Eliada.
8. *Raphaim*, i. Gigantum.
11. *Ascendissent*, scilicet, Dauid, & milites. *Baal pharasim*, id est, idolum, seu, planities diuisionum.
Aqua, scilicet, rupto aggere, vel vase, quo continebantur.
13. *Valle*, sc. eadem nempe Raphaim.
14. *Recede ab eis*, sic etiam, 70. Alij, circumda eos.
Pyrorum. sic 70. Alij mororum.
15. *Gradientis*, scilicet, Angelorum incedentium.
Deus, i. Angelus Dei.

CAPVT XV.

1. *TAbernaculum*, scilicet, à se factum, quod Moses fecerat. erat tunc in Gabaa, cap. sequenti.
10. *Filiis*, id est, nepotibus aliis, seu posteris, non per Elisaphan eius filium descendentibus.
12. *Sanctificamini*, i. parate vos sanctè.
13. *Ne vt à principio*, &c. Hebr. quia vos non adfuistis à principio, fecit Deus in nobis dispersionem, quia non quæsiuimus eum secundum iudicium, id est, vt par erat, seu debito ritu, 70. quia vos in principio non eratis, percussit Dominus Deus noster in nobis, quia non quæsiuimus eum in iudicio.
Præsentes, scilicet portando arcam, vt oportebat.
16. *In excelsis*, i. sublatus.
18. *Secundo*, sc. dignitate.
20. *Arcana cantabant*, Hebr. super Halamoth, nomen est instrumenti musici. Vide titulum Psal. 9. & 45. 70. verterunt de arcanis.
21. *Pro octaua*, Hebr. super seminith. Fortè erat instrumentum octo chordarum, vnde ei nomen octauæ. Vide Psal. 4. & 6. *Canebant epinicium*, id est, victoriæ canticum, Hebr. ad vincendum, seu præualendum, id est, ad vocem exaltandam, vt quidam interprantur.
22. *Prophetia*, id est, Dei laudibus canendis, sic infrà.
Præcinendam, id est, moderandam, seu dirigendam.
23. *Arca*, scilicet, vbi collocata fuisset, fortè etiam in via id curabant, ne quisquam prope accederet. Erant & alij duo, vt statim dicitur, fortè bini præcedebant arcam, vel vicissim officio suo fungebantur.
26. *Adiuuisset*, 70. confortaret. Dicunt Hebræi nullum sensisse onus portando arcam. *Immolabantur*, sc. subinde.
27. *Stola*, id est, indumento, Hebr. pallio. *Lineo*, 70. byssino. Intellige repetitionem esse, & explicationem eius, quod proximè dictum fuerat de stola byssina.
29. *Ludentem*, i. exultantem.

CAPVT XVI.

2. *BEnedixit*, i. bene precatus est. *In nomine*, i. inuocato nomine.
3. *Assa bubula*, addita hæc ab Interprete ad maiorem explicationem.
Frixam oleo similam. Alij, pultem, alij, lagenam, sc. vini, 70. collyridam.
7. *Confitendum*, id est, laudandum, scil. Psalmo sequenti.
8. *Confitemini*, &c. vide Psal. 104.
15. *Præcepit*, sc. obseruandum.
18. *Funiculum*, i. sortem, seu portionem.
19. *Parui*, id est, pauci. *Coloni eius*, Hebr. peregrinantes in ea.
21. *Calumniari*, Hebr. & 70. opprimere. *Pro eis*, i. propter eos.

22. *Christos*, i. Reges vel sacerdotes. *Malignari*, id est, affligere.

23. *Cantate*, &c. Hæc ex 95. Psal. *Ex die in diem*, id est, singulis diebus. *Salutare*, id est, salutem seu auxilium.

24. *Gloriam*, i. opera gloriosa.

25. *Nimis*, i. valde.

27. *Coram eo*, q. d. est laude dignissimus, & magnificentissimus.

29. *Decore sancto*, Hebr, decore sanctitatis, 70. in habitaculo sancto eius.

30. *Commoueatur*, sc. timore. *Terra*, i. terræ incolæ. sic infr.

31. *Cœli*, i. cœli incolæ.

32. *Mare*, id est, mundus, qui infrà ager dicitur, & saltus: pisces vero, & arbores, homines. *Plenitudo*, i. quidquid in eo est.

34. *Confitemini*, &c. Hæc ex Psalmo 105. confiteri autem, pro, laudare, seu gratias agere.

37. *Fratres*, i. cognatos.

39. *Sacerdotem*, scilicet, summum.

Tabernaculo, scilicet, Mosis. Vide infrà cap. 21. & 2. Paralip. cap. 1.

41. *Vocabulo suo*, id est, nominatim, vel quasi dicat, viros nominatos, seu magni nominis.

43. *Benediceret*, i. bene precaretur.

CAPVT XVII.

2. *Pellibus*, sic etiam, 70. at Hebræus cortinis.

3. *Nocte*, scilicet, sequente diem, quo dixerat præcedentia, nisi forte nocte dixerat eadem.

5. *Nec enim*, &c. quasi dicat, constitui ego tempus quo sit ædificandum, id quod nondum aduenit.

Domo, id est, templo stabili. *Et in tentorio*, pro, & tentorij.

6. *Manens*, pro quamdiu mansi.

9. *Plantabitur*, pro plantatus est, id est, fixas à me sedes accepit, Hebr. plantaui eum. *Commouebitur*, 70. perturbabitur.

10. *Ædificaturus domum*, id est, familiam, seu posteritatem numerosam daturus.

11. *Vadas*, scilicet, per mortem. *Suscitabo*, id est, excitabo.

De filiis tuis, 70. de ventre tuo.

13. *Fuit*, scil. Saul.

16. *Sedisset*, id est, mansisset. vide 2. Regum 7. numer. 18.

17. *Futurum*, Hebr. & 70. longinquum. *Super omnes homines*, id additum ab Interprete: Hebræus sensus est, vt solent esse viri excellentes.

18. *Cognoueris*, id est, amaueris, seu faueris.

19. *Propter famulum tuum*, id est, mea causa.

Iuxta cor tuum, id est, pro tua bona voluntate.

23. *Famulo tuo*, Hebræus, & 70. super seruum tuum.

25. *Reuelasti auriculam*, quasi dicat, indicasti, seu aperuisti mihi.

Vt ædificares, &c. id est, te ei daturum posteritatem.

CAPVT XVIII.

2. *Mvnera*, i. tributum.

3. *Hemath*, id est, ad Hemath vsque pertingentis.

4. *Centum quadrigis*, scilicet, 400. equis, Hebr. centum curribus.

7. *Pharetras*, alij, clypeos, 70. torques.

10. *Adoram*, qui alias Ioram. *Vt postularet ab eo pacem*, Hebr. & 70. indicant potius, vt salutaret eum, quanquam postulare, seu rogare pacem id etiam significat, Hebr. phrasi.

11. *Vasa*, scilicet, missa à Thou, vt indicant Hebr. & 70.

12. *Edom*, scil. simul cum Syris.

14. *Iudicium*, atque iustitiam, id est, iudicium iustum, quasi dicat, iuste regnum administrabat.

15. *A commentariis*, scilicet, negotia notabat, regique referebat, vel res gestas scribebat.

16. *Sacerdotes*, scil. summi. *Scriba*, i. legis peritus, vel legum scriptor.

17. *Cerethi, & Phelethi*, id est, exterminatores, & admirabiles, secundum Hier. Hi qui fuerint: vide 2. Reg. 8.

Primi ad manum, id est, quorum opera in primis vtebatur.

CAPVT XIX.

2. *Gratiam*, Hebræus, & 70. misericordiam.

4. *Decaluauit*, id ab Interprete additum.

5. *Mandassent*, id est, nuntiandum curassent.

9. *Agro*, scil. vrbis Medaba

15. *Ciuitatem*, scil. Medaba.

16. *Fluuium*, sc. Euphratem.

18. *Septem millia*, 2. Regum 10. dicuntur septingenti, scilicet, intelliguntur illic currus electi & excellentes solum, hic autem omnes currus.

Peditum. Id omissum fuerat 2. Reg. 10. sola equitum mentione facta.

19. *Transfugerunt ad Dauid*, Hebr. & 70. fecerunt pacem cum Dauid.

CAPVT XX.

1. *Post anni circulum*, scilicet, à bello gesto contra socios Ammonitarum, 70. anno sequenti Hebræus in anni reuersione, seu conuersione, quasi dicat, in principio sequentis anni.

Destruxit, scil. Dauid, vocatus posteà à Ioab. Vide 2. Regum 12.

2. *Melchon*, id est, Regis eorum, vt vertunt, 70. quidam tamen putant esse Idoli nomen.

Auri pondo talentum, pro, pondus talenti auri.

3. *Trahas*, id est, ferrea rastra, quanquam Hebraicè tantum fit mentio serrarum, & carpentorum, 70. legunt serras, & ascias ferreas, & tribulos.

4. *Raphaim*, i. Gigantum.

5. *Adeodatus filius Saltus*, Hebræus, & Chaldæus Elchanan filius Iahir.

Bethlemites, Hebræus, & 70. Lachi. fortè est nomen gigantis, vel intellige Elcanan fuisse Bethlemitem.

6. *Rapha*, nomen Gigantis.

7. *Blasphemauit*, i. probris affecit.

8. *In manu*, id est, per manum.

CAPVT XXI.

1. *Satan*, id est, aduersarius, scilicet, diabolus.

3. *Peccatum*, id est, perniciem, seu pœnam peccati.

5. *Mille millia*. Vide 2. Reg. 24.

6. *Inuitus exequeretur*, Hebræus, abominabile iudicaret, 70. pudori ei erat, id est, turpe putabat.

10. *Videntem*.

10. *Videntem*, id est, prophetam. *Trium tibi optionem do*, Hebræus, tria ego extendo super te, id est, tibi propono, 70. tria ego tollam contra te, seu super te.

12. *Tribus annis*, 2. Regum 24. dicitur septem. forte septem pro multis positum more scripturæ. Adde quod numero maiori comprehenditur minor, 70. quidem etiam 2. Regum habent tres.

16. *Ciliciis*, Hebr. & 70. saccis.

19. *Ascendit*, scil. locus erat editior.

23. *Tribulas*, sc. rustica instrumenta.

24. *Gratuita*, i. ab aliquo gratis data.

25. *Sexcentos.* Vide 2. Reg. cap. 24.

26. *De cœlo*, sc. misso.

30. *Prævaluit*, id est, potuit. *Obsecraret*, Hebr. & 70. quæreret.

CAPVT XXII.

1. *Domus, Dei*, id est, locus aptus templo, vel vbi Deus coli vult.

2. *Proselyti*, id est, aduenæ.

4. *Æstimari*, Hebræus, & 70. numerari.

5. *Delicatus*, id est, tener.

Quam ædificari volo, Hebræus, quæ ædificanda. *Talis*, Hebræus, magnifica & excellens.

Omnes expensas, Hebr. & 70. in multitudine, id est, abundanter.

9. *Pacificus*, Hebr. Selomoh,

14. *Paupertate*, modeste dictum.

Vincitur enim, &c. Hebræus, adeo multum est.

Ad vniuersa impendia, Hebræus, & 70. quibus tu adde.

18. *Omnes inimicos vestros*, Hebræus, & 70. habitatores terræ.

Vestras, Hebr. & 70. meas.

CAPVT XXIII.

4. *IN ministerium*, Hebr. vt solicitarent opus. *Præpositorum*, 70. scribarum. *Iudicum*, iidem erant præpositi, & iudices.

5. *Psaltes canentes*, Hebræus, & 70. laudantes. *Organis*, id est, instrumentis.

Fecerat, Hebræus, feci, scilicet, ego Dauid.

Canendum, Hebr. laudandum, 70. laudandum Dominum.

13. *Ministraret*, Hebræus sanctificaret, id est, sancte ministraret.

Secundum ritum suum, Hebræus, vt ministraret ipse. Benediceret, 70. oraret. *Nomini*, Hebr. in nomine.

16. *Filij*, pro filiis, sic infr. proxime.

Primus, scilicet, dignitate, Hebr. caput, scil. dux seu princeps.

24. *Vices*, id est, officia.

Numerum capitum, quasi dicat, numerati per capita nominatim.

A viginti, at supra à triginta, scilicet, ista fuit alia numeratio. vide paulo inferius.

27. *Supputabitur*, pro, supputandus erat.

28. *Purificationis*, id est ablutionis sacerdotum & victimarum.

Sanctuario, id est, vasis sacris, vt quidam interpretantur.

29. *Sacerdotes autem*, id additum ab Interprete.

Torrendum, scilicet, primitiæ spicarum torrebantur. Alij, frigendum, vertunt.

30. *Leuita vero*, & id ab interprete additum.

31. *Ceremonias*, Hebr. iudicium, id est, ritum, seu morem, aut ordinem.

32. *Obseruationes* Hebræus custodiam.

Obseruationem, id est, iussa seruari, Hebræus, custodiam.

CAPVT XXIV.

1. *PArtitiones*, scil. in classes.

2. *Ithamar*, scilicet, in Heli, & eius posteris vsque ad Salomonis tempora.

3. *Ministerium*, scilicet, vt per hebdomadas ministrarent singulæ familiæ sacerdotum, itemque vt infra dicitur, Leuitarum.

4. *In Principibus viris*, id est, quantum ad principes viros attinet.

6. *Principibus quoque*, pro, & coram principibus.

Eleazar, pro, nempe Eleazaris.

19. *Domum Domini*, scilicet, partem eam, quæ dicebatur sanctum, & Hechal, ad thymiama adolendum. Vide Hebræus 9. Not. vero quod in quaque horum familia vnus erat princeps: itaque multi erant principes sacerdotum & sic Dio cap. 4. cœl. Hierarch. vocat Zachariam principem sacerdotum. *Iuxta ritum*, &c. id est, eo ritu, quem Deus per Aaron patrem eorum seruari præceperat.

31. *Contra*, scilicet, ex altera parte.

Fratres, id est. cognatos.

Æqualiter, scilicet, quantum ad ministeria templi, Hebræus, & 70. aliquando aliter, sed fortè eodem sensu.

CAPVT XXV.

1. *MAgistratus*, id est, principes.

Ministerium, scilicet, ad canendum.

Prophetarent, id est, canerent prophetias, seu laudes Dei.

Secundum numerum suum, id est, quotquot erant numerati, & ad id destinati.

2. *Iuxta Regem*, pro, iuxta Regis imperium vide infrà.

3. *Filij Idithum.* pro, filij, inquam Idithum.

Sex, scilicet, cum patre.

Super confitentes, &c. Hebræus, ad confitendum, & laudandum Dominum, 70. confessionem & laudem Domini.

5. *Videntis*, id est, Prophetæ.

Exaltaret cornu, quasi dicat, prophetabat de Regni Dauid exaltatione, quæ in Christo præcipue contigit.

6. *Manu*, id est, potestate.

Regem, id est, Regis mandatum, vel prope Regem erant, qui fortè eis in eo etiam præerat.

7. *Erudiebant canticum*, scilicet, cæteros tanquam doctores, Hebræus docti in cantico, 70. docti erant canere. Doctores, Hebræus, & 70. periti, seu intelligentes.

8. *Per vices suas*, Hebræus custodia contra custodiam, id est, classis vna contra aliam, quasi dicat, inter se.

9. *Duodecim*, scilicet, tot erant in vnaquaque cantorum classe.

CAPVT XXVI.

3. *ASaph.* alter est iste à cantore, de quo sup.

5. *Benedixit*, scilicet, dum in eius domo arca maneret.

10. *Id est de filiis*, pro, qui erant de filiis.

Habuerat, pro habebat. *Primogenitum*, apparet fuisse mortuum.

11. *Fratres*, id est, cognati.

Tredecim,

Tredecim, etsi uon omnes hic numerati.

12. *Sicut & fratres eorum*, Hebræus, è regione fratrum suorum, id est, per vices, vt alij eorum fratres, seu cognati.

14. *Selemia*, qui supr. Meselemia.

15. *Concilium*, pro, concilij.

16. *Ascensionis*, id est, accliuem.

Contra custodiam, quasi dicat, custodiæ sibi inuicem respondebant.

17. *Per diem*, i. per singulos dies. *Bini*, sc. singulis diebus, 70. duo & duo per successiones, q.d. inuicem succedentes.

18. *Cellulis Ianitorum*. alij, domo instrumentorum, scil. templi. *Via*, scilicet, ascensionis, seu accliui.

Binique per cellulas, 70. duo & duo per successiones.

20. *Sanctorum*, i. sanctificatorum. seu dedicatorum. sic infra.

21. *Filij Gerson*, id est, qui ex Gerson originem ducunt.

Ledan, & Gersonni, &c. pro, ex ipso, inquam, Ledan, Gersonnitæ, & Iehilitæ.

23. *Amramitis*, pro de Amramitis etiam, scilicet erant præfecti thesauris.

26. *Sanctificauit*, id est, dedicauit.

29. *Forinsecus*, id est extra templum vel vrbem. *Ad docendum, & iudicandum eos*, &c. Hebræus, in præfectos, & iudices, seu præfecti, & iudices.

32. *Eius*, scil. Ieriæ.

CAPVT XXVII.

1. INgredientes, scilicet, ad ministerium Regis, quod durabat solum per mensem vnum. *Viginti quatuor millibus*, scilicet tot ministrabant Regi singulis mensibus.

3. *De filiis Phares*, sc. erat Iesboam.

4. *Alter*, sc. vicarius eius.

6. *Praerat*, sc. tanquam vicarius patris.

12. *De filiis Iemini*, i. de tribu Beniamin.

10. *Rubenitis*, sc. simul, & Gaditis.

23. *Inferius*, pro, & infra. *Quia dixerat*, &c. q.d. satis multi erant reliqui, vt opus non fuerit iuniores numerare.

24. *Numerus*, sc. à Ioab supputatus.

Fastos, i. annales.

28. *Ficeta*, Hebr. & 70. Sycomoros.

32. *Literatus*, Hebr. & 70. scriba.

Filiis Regis, sc. vt pædagogus.

33. *Amicus*, 70. præcipuus amicus, seu socius.

34. *Fuit*, sc. consiliarius.

CAPVT XXVIII.

1. FIliosque, suos, Heb. & 70. filiorumque suorum. *Eunuchis*, Quidam putant significari Essenos, qui lectioni & orationi intenti ab vxoribus abstinebant. *Ierusalem*, eos conuocauit.

4. *Sempiternum*. i. longum tempus: vel de Christo intelligendum. *Principes*, Hebr. & 70. ducem. *Hodie*, scilicet, facit.

9. *Scito*, i. cognosce.

10. *Perfice*, Hebr. & 70. fac.

11. *Et templi*, Hebr. & 70. & domorum eius. *Cellariorum*, scilicet, circa templum. *Cœnaculi*, scilicet, supremi cellarij. erant enim tres ordines, Hebr. & 70. cœnaculorum eius.

Cubiculorum, scilicet, sacerdotum, vel thesaurorum, vel, &, pro, id est, positum.

In adytis, Hebr. & 70. interiorum.

Propitiationis, i. propitiatorij.

12. *Atriorum*, pro, nempe atriorum, scilicet, atrij sacerdotum, & atrij laicorum. *Exedrarum*, i. cubiculorum, 70. pastophoriorum.

Sanctorum, id est, rerum Deo consecratarum, vel ad templi restaurationem oblatarum.

13. *Diuisionum*, scil. ad varia ministeria.

14. *Per singula*, pro, ad singula.

16. *Diuersitate mensarum*, i. singulis mensis.

17. *Leunculos*. Alij, crateres, 70. cyathos. Vox quidem Hebræa (vt nunc legitur) craterem significat, aut cochlear non leonem, idque in quatuor locis huius versus.

18. *Quadriga*, 70. currus, scilicet, repræsentabatur Deus super Cherubim sedens, velut super currum. vide Psal. 79. qui sedes super Cherubim.

19. *Scripta*, sc. descripta.

21. *Nouerunt*, pro, noscent, id est, obedient, seu iuuabunt exequentes, vt indicant Hebræus, & 70.

CAPVT XXIX.

1. ECclesiam, id est, cœtum. *Opus namque*, pro, opus autem, Hebr. & 70. & opus.

2. *Quasi stibines*, i. similes fuco, Hebr. fuci. 70. pretiosos. Alij, rutilantes. *Marmor Parium*, i. candidum à Pario insula, Hebr. lapides marmoreos, 70. lapides Parios.

3. *Preparaui*, id est, præparaueram, quasi dicat, addo etiam de peculio, &c. Vide sup. c. 22.

6 *Polliciti sunt*, Hebr. sponte obtulerunt, 70. prompti fuerunt.

Principes possessionum, Hebr. principes operis, 70. præpositi operum.

7. *Solidos*, i. aureos, 70. drachmas.

9. *Promitterent*, Hebr. & 70. offerrent.

11. *Magnitudo, & imperium omnium*, Hebr. & 70. magnificare, & roborare, seu confortare omnia.

14. *Promittere*, Hebr. sponte offerre.

17. *Simplicitatem*, Hebræus, rectitudinem, 70. iustitiam.

Simplicitate, Hebr. rectitudine.

Ceremonias, Hebr. statuta,

21. *Vniuerso ritu*, Hebr. & 70. sacrificia.

In omnem Israel, i. pro totius Israelis salute, 70. omni Israeli.

23. *Domini*, i. à Domino datum. *Cunctis placuit*, Hebr. & 70. prosperatus est.

25. *Super omnem Israel*, Hebr. excellenter coram omni Israele.

29. *Samuelis*, scil. 1. & 2. Reg. vt quidam putant; quod non facile admiserim.

30. *Regni eius*, scilicet, ratio.

Temporum, i. laborum, & afflictionum.

Sub eo, &c. Hebr. super eum, & super Israel, & super omnia Regna terrarum.

LIBER II.

Paralipomenon.

CAPVT I.

1. IN excelsum, id est, vehementer, seu sublimiter.
5. Ibi, scilicet, in Gabaon.
Requisiuit, pro, adiit.
12. Data sunt, pro, dabuntur, 70. do.
In Regibus, scilicet, Israel. Vide sup. cap. 29.
13. Coram, Hebræus, & 70. à facie, id est, à conspectu.
16. De Coa, &c. Vide 3. Reg. 10. vbi eadem verba Hebr. quæ hic.

CAPVT II.

1. SExcentos, at 3. Regum cap. 5. trecentos, scilicet, hic adduntur qui præfectis præerant.
3. Et habitauit, Hebr. & 70. habitaret.
6. Poteris praualere, i. tantum poterit.
Tantum, sc. ædifico.
8. Archentina, id est, Iuniperina, sic 70. at Hebræus, abiegna.
Pinea, alij. Brasilea, vel corallia.
9. Nimis & inclyta, Hebr. & mirabilis.
10. Coros, continet Corus (qui & Chomer dicitur) 10. epha, epha autem sata tria.
Metretas, Hebræus, battos. est autem Battus in liquidis, quantum Epha in aridis, scilicet, decima pars cori. Sata, Hebr. battos.
13. Patrem meum, quasi dicat, qui mihi est velut pater, 70. seruum meum. forte Abi (quod est Hebr.) cognomen erat.
14. Tyrius, scilicet, habitatione. alioqui enim de tribu Nephtalim. ita quidam. Putarim potius matrem fuisse de tribu Nephtalim, simul & Dan, vt dicitur hic, patrem vero Tyrium natione. Vide 3. Reg. 7.
Marmore, Hebr. & 70. lapidibus.
16. Ioppe, Hebr. Iapho.
17. Proselytos, Hebr. peregrinos.

CAPVT III.

3. FVndamenta, id est, fundamentorum mensuræ.
Prima, scilicet, comprehendente.
Hechal & Deuir, id est, sanctum, & sancta sanctorum. Postea enim hæc diuisa. illud erat 40. cubitorum, id vero 20. quidam primam dicunt, id est, qua Moses tabernaculum mensus est.
4. Centum viginti. At 3 Regum cap. 6. dicitur triginta, sc. vsque ad primum tabulatum.
5. Maiorem, scil. Hechal seu sanctum.
Catenulas, scilicet, erant palmæ iunctæ opere catenato.
6. Templi, scilicet, Hechal.
Marmore, Hebr. & 70. lapide.
7. Probatissimum, Hebræus, & 70. ex Paruaim, id est, Peru, secundum quosdam.
9. Clauos, scilicet, quibus laminæ parietibus affigendæ.
10. Statuario, alij, artificioso alij, puerorum, scilicet, similitudine, 70. de lignis imputribilibus.
11. Alæ, scilicet, comprehendendo etiam corpus Cherubim.
13. Exteriorem, scil. sanctum.
15. Triginta, & quinque, scilicet, vtraque. Vide 3. Regum cap. 7. vbi vnaquæque dicitur 18. cubitorum; abscondebatur autem dimidum cubiti in capitello. Ita quidam. Alij vero fuisse cuiusque longitudinem cubitos 18. præter capitellum & basim, quorum cubiti implebant num. 35.
16. In oraculo, id est, quales erant in oraculo. Centum, scilicet, in quolibet duorum ordinum.
17. Iachin, id est, firmitas, seu firmabit.
Booz, i. fortitudo, seu in fortitudine.

CAPVT IV.

1. ALtitudinis. Ascendebatur autem, vt quidam dicunt, pauimento sensim se attollente, vt solet in quibusdam scalis.
3. Similitudo boum, scil. tubercula specie boum, per quæ aqua educebatur.
Decem cubitis, id est, decem in vnoquoque cubito, sc. erant trecentæ.
Calaturæ, scilicet, illorum tuberculorum, quæ boues referebant.
5. Vastitas, id est, crassitudo.
Repandi, id est, recurui. Quasi duobus versibus, Hebræus, & 70. duobus ordinibus.
Metretas, Hebræus batos. At 3. Regum 7. dicitur, duo millia batos, scilicet, tantum solebat infundi, sed tria millia capere poterat.
8. Mensas, scil. ad panes propositionis.
Phialas, alij, crateras, vel peluės.
9. Basilicam, Hebræus, & 70. atrium, scilicet, populi.
10. Contra orientem, scilicet, ante templum, quod respiciebat orientem.
Meridiem, erat ea pars dextera templi, sed sinistra ingredientibus.
16. Pater eius, Hebr. Abiu, forte cognomen erat, Abi, seu, Abiu.
21. Florentia, i. flores liliorum.
22. Thymiateria. Alij, psalteria.
Ostia, i. cardines, vt dicitur 3. Reg. 7.
Celauit, id additum ab Interprete.

CAPVT V.

1. QVæ vouerat, Hebræus, sanctificationes, id est, quæ consecrauerat, seu dedicauerat, 70. sancta.
3. Die solenni. vide inf. cap. 7.
5. Tabernaculo, scil. Mosis, vel facto à Dauid.
9. Ante oraculum, scil. iis, qui essent in templo. Vide 3. Reg. 8.
10. Aliud, scil. ex lege, vel forte illo tempore solæ erant tabulæ.
11. Sanctuario, id est, oraculo.
Sanctificati, id est, præparati, scilicet, ad festum illud.
Diuisus erat, quasi dicat, non obseruabatur illo die distinctio vlla.
12. Altaris, sc. holocausti.

13. Longe

13. *Longe sonitus audiebatur*, ita vt hæc ab Interprete addita.

Impleretur, Hebr. & 70. impleta est.

14. *Nec possent*, pro, adeo vt non possent. Hebr. & non poterant. *Gloria*, i. præsentia nube repræsentata, seu Maiestas.

CAPVT VI.

1. *Pollicitus est*, Hebræus, & 70. dixit. Vide 3. Regum 8.

2. *Nomini eius*, &c. Hebr. habitaculum tibi, & locum habitationi tuæ in sæcula.

5. *Ciuitatem*, scilicet, aliam, quam Hierusalem, vt infr. dicitur.

Nomini meo, Hebr. vt esset ibi nomen meum.

Alium, Elegit quidem Saulem, sed non cum posteris eius, loquitur autem de electione in perpetuum.

13. *Basim*, alij, concham, scilicet, suggestum instar conchæ.

Basilica, Hebr. & 70. atrij sc. populi. *Deinceps*, i. deinde. *Contra*, i. è regione, q. d. coram omnibus.

18. *Quanto magis*, sc. non capiet.

19. *Sed ad hoc tantum facta est*, id additum ab Interprete.

Vt respicias, pro, & respicias, 70. & respicies.

21. *Exaudires* pro, exaudias. *Famuli*, coniunge cum Israel.

22. *Contra eum*, verbi gratia, iuraturus, quod non debeat quidquam.

Maledicto, Hebr. iuramento, sc. execratorio.

Coram altari. solebant Iudæi ante altare iurare.

24. *Peccabunt enim*, Hebræus, quia peccabunt. *Egerint pœnitentiam*, Hebræus confessi fuerint nomen tuum.

Obsecrauerint, scilicet, qui reliqui fuerint. *Nomen tuum*, Hebr. Coram te.

25. *Propitiare*, pro, propitiaberis. *Reduc*, pro, reduces.

27. *Et populi tui*, pro, id est, populo tuo.

28. *Ærugo, & aurigo*. Alij. ariditas, & rubigo. id quod vtrumque segetem corrumpit, 70. aeris corruptio, & ictericia. Hæc corporis humani morbus est, quæ Latine aurigo dicitur ab auri colore.

Vastatis regionibus, id additum ab Interprete.

29. *In domo hac*, Hebr. & 70. ad domum hanc scilicet, conuersus.

30. *Propitiare & redde*, pro, propitiaberis, & reddes.

35. *Tu Exaudies*, Hebræus, & 70. & exaudies sic infra.

39. *Facias*, pro, facies, quasi dicat, dabis sententiam in illorum fauorem, vel vlcisceris eorum iniurias. *Quamuis peccatori*, Hebræus, & 70. qui peccauit tibi.

40. *Tu es enim*, Hebr. nunc, 70. & nunc.

41. *In requiem tuam*, quasi dicat, mane in loco isto, quem elegisti, vt ibi quiesceres.

Fortitudinis, id est, in qua ostendis virtutem tuam.

Induantur salutem, id est, à te seruentur.

Christi tui, pro, meam Reges Christi, id est, vncti vocabantur, quasi dicat, ne patiar à te repulsam.

CAPVT VII.

1. *Maiestas*, Hebræus, & 70. gloria, scilicet, nubes, quæ Dei præsentiam repræsentabat, & Maiestatem.

3. *Adorauerunt*, scil. Deum.

6. *Organis carminum*, id est, musicis instrumentis.

Per manus suas, id est, opera sua, quasi dicat, canebant ipsi quod Dauid composuerat.

8. *Solemnitatem*, scilicet, festum tabernaculorum.

Torrentem, sc. Rhinocoluram. Vide Gen. 15.

9. *Collectam*, scilicet, festum, quo populus omnis congregabatur, post dies, 6. festi tabernaculorum, quod hic secutum est post 7. dies quibus templum dedicatum.

Septem diebus, scilicet, dedicatio cœpit 8. die Septembris, deinde festum Tabernaculorum 15. *Vigesimo tertio*, scilicet, tunc discesserunt: nam, vt dicitur 3. Regum, facta est abeundi potestas die 22.

11. *Regis*, id est, suam.

12. *Apparuit*, scilicet, multis annis post dedicatum templum. Vide 3. Reg. 9.

13. *Cælum*, i. aerem.

14. *Super quos*, &c. id est, qui appellantur nomine meo, scilicet, populus Dei, vel pro quibus sacerdotes orant inuocato meo nomine.

17. *Et feceris*, pro, id est, feceris.

Iustitias meas, Hebræus, statuta mea, 70. præcepta mea. sic inf.

18. *Suscitabo*, i. stabiliam.

21. *In prouerbium*, Hebr. in stuporem.

CAPVT VIII.

1. *Postquam*, 70. in quibus.

2. *Hiram Salomoni*, scilicet, vterque alteri dedit.

4. *Palmiram*, Hebr. & 70 Thadmor.

Munitissimas. Alij, thesaurorum, seu repositoriorum, scilicet, vbi asseruabantur res ad bella necessariæ, 70. munitas.

6. *Libano*, scilicet, loco, qui dicebatur Saltus Libani, vbi regia æstiua.

10. *Ducenti quinquaginta*, scilicet, præcipui alioqui 3. Reg. dicuntur 550.

Qui erudiebant populum, Hebr. dominantes populo, 70. præpositi operum in populo.

12. *Porticum*, sc. templi.

14. *Ordine suo*, Hebr. & 70. custodiis suis.

Per portam, & portam, id est, per singulas portas.

15. *Et in*, pro, etiam in.

18. *Quadringenta quinquaginta*, 3. Regum dicitur. 420. scilicet, 30. expensa in necessariis nauigationi, vel in maiori numero minor comprehenditur, vt sup. diximus.

CAPVT IX.

1. *Tentaret*, i. exploraret, responderetne sapientia famæ.

Magnis opibus, Hebr. & 70. maxima potentia seu exercitu.

3. *Domum*, sc. Dei, & Regiam.

4. *Victimas*, &c. Alij, ascensum, per quem ascendebat, &c. Vide 3. Reg. 10.

5. *Virtutibus* Hebr. & 70. verbis, i. rebus.

6. *Virtutibus tuis*, id additum ab Interprete.

10. *Thyina*, alij, corallia, vel ligna Brasilica, vel ebenum.

11. *Gradus*, sic 70. alij, tigna.

12. *Et multo plura quam*, 70. præter ea, quæ ipsa, quasi dicat, exceptis iis, quæ ipse Reginæ donauerat, propter ea, quæ illa attulerat. omnia enim hæc supplenda ex lib. Reg. 3.

14. *Legati*, alij, mercatores.

15. *Hastas*, 70. scuta. vide Regum 10. vbi scuta vertit, scilicet, fecit diuersa clypeorum genera.

16. *Trecentorum aureorum*, 3. Reg. Hebr. dicitur trium librarum, seu minarum, scilicet, libra erat centum aureorum.

In armamentario, &c. Hebræus, & 70. in domo saltus Libani.

18. *Brachiola*, sc. manuum sustentacula.

21. *Tharsis*, id est, eam partem Africæ, quæ ad Oceanum meridionalem, & nunc Angola dicitur. Vide 3. Reg. 9.

22. *Gloria*, Hebr. & 70. sapientia.

25. *Quadraginta*, &c. Hebr. quatuor millia stabula equorum, & curruum, 70. quatuor millia equarum ad currus.

29. *Verbis*, id est, libris. *Libris*, Hebr. prophetia, 70. verbis.

CAPVT X.

2. ANte *Salomonem*, Hebr. & 70. à facie Salomonis, id est, metu Salomonis.

4. *Durissimo*. Vide 3. Reg. 12.

6. *Steterant*, sc. vt consiliarij.

10. *Grossior*, q. d. sum multo fortior.

11. *Scorpionibus*, alij, flagris aculeatis.

15. *Voluntatis Dei*, Hebr. à Deo causatum, 70. subuersio à Deo.

16. *Pasce*, Hebr. & 70. vide, i. prouide.

CAPVT XI.

1. SVum, id additum ab Interprete.

11. *Clausisset eos muris*, sic etiam 70. at Hebr. roborasset munitiones, id est, vrbes munitas. *Hoc est*, Hebr. & 70. &

17. *Salomonis*, scilicet, antequam is peccaret Vide inf. cap. 17. & 26.

22. *In capite*, 70. in principem.

23. *Quia sapientior*, &c. Hebr. sensus est, erudiuit eum, seu curauit erudiendum; & reliquos filios dispersit per ciuitates Iuda, & Beniamin. *Eis*, scil. filiis. *Petiuit*, scil. Roboam, q. d. habuit plurimas vxores, vel dedit Abiæ filio.

CAPVT XII.

5. FVgientes *Sesac*, Hebr. & 70. à facie Sisac, id est, propter Sisac, seu metu Sisac.

7. *Humiliati essent*, sc. agnoscentes peccata sua.

9. *Recessit itaque*, &c. Hebr. & 70. & ascendit Sisac Rex Ægypti, contra Hierusalem, & accepit thesauros, &c.

10. *Scutariorum*, Hebr. & 70. cursorum, scilicet, militum, qui Regem pedites sequebantur, more satellitum.

12. *Siquidem in Iuda*, &c. Hebr. & in Iuda fuerunt res bonæ, i. prosperæ.

13. *Confirmaret*, Hebr. poneret. *Ammanitis*. pro, Ammonitis.

15. *Libris* Hebr. & 70. sermonibus.

Et diligenter exposita, Hebræus, & 70. dum genealogiam exponunt.

CAPVT XIII.

2. VRiel, hic 3. Reg. 15. dicitur Abessalon, & supra cap. 11. Absalon, scilicet, etiam Vriel vocabatur, 70. quidem hic habent vt supra Maacha filia Abessalon.

5. *Salis*, i. inuiolabile. sal enim à corruptione seruat, vel q. d. factum cum sacrificiis, sic his enim sal adhibebatur.

7. *Filij Belial*, i. homines scelesti. *Rudis, & corde pauido*, Hebr. puer, & corde tenero, q. d. instar pueri pauidus, seu rudis.

8. *Domino*, i. à Domino constituto.

9. *Terrarum*, scilicet, colentium. Idola. *Initiauerit*, i. consecrauerit, Hebr. & 70. impleuerit, scilicet, solet scriptura consecrationem sacerdotum vocare manuum impletionem. causam diximus supr. Iud. 17. *De bobus*, Hebr. filio bouis.

11. *Iuxta legis præcepta confectum*, Hebr. aromaticum, 70. compositionis.

Ad vesperam. Hinc apparet solum noctu luxisse, quod alibi monuimus.

Præcepta, Hebr. & 70. custodiam.

12. *Vobis expedit*, Hebræus, & 70. prosperabimini.

15. *Vociferati*, scilicet, vt fit initio pugnæ, ad terrendum hostem.

Perterruit, Hebr. & 70. percussit.

19. *Filias*, id est, vicos, seu villas.

Ephron. quidam putant esse Sichem, alij vertunt Ephraim.

22. *Sermonum*, id est, rerum.

Viarum, id est, morum.

Operum, Hebr. & 70. sermonum. *Diligentissime*. id additum ab Interprete.

CAPVT XIV.

2. PEregrini cultus, Hebr. & 70. aliena, i. alieni Dei, seu cultus.

7. *Dixit autem*, pro dixerat autem.

9. *Æthiops*, scilicet, Rex Ægypti. Vt quidam volunt, qui Æthiopem interpretantur, quasi dicat, niger ille.

11. *Non est apud te*, &c. Alij, non est tibi opus multis ad ferendam opem imbecilli, 70. non est impossibile apud te saluare in multis, vel in paucis.

In te enim, &c. Hebræus, te enim nitimur, & in tuo nomine venimus, 70. in te fide confidimus, & in tuo nomine venimus.

12. *Exterruit*, Hebr. & 70. percussit.

14. *Grandis quippe*, &c. Hebræus, quia pauor Domini erat super eos, id est, quia Deus eos terruerat, 70. quia factus est stupor Domini, seu terror in eis.

CAPVT XV.

1. SPiritu, scil. prophetico.

2. *Fuistis cum eo*, i. ei adhæsistis.

3. *Transibunt*, &c. Id quidam referunt ad captiuitatem Babylonicam. Alij ad præsentem, vbi certe sine Deo sunt vero. non enim trinum colunt, nec Christum agnoscunt, nec lex Mosaica iam est, desiit enim obligare à Christi passione.

5. *Egredienti*, scilicet, vrbem suam.

Terrores, 70. stupor, seu, terror Domini. Alij, tumultus, seu turbationes.

8. *Azaria filij Obed*, Hebræus, & 70. Obed, scilicet, vocant, nomine patris, vel fortè id erat etiam eius nomen

Dedicauit, scilicet, renouauit.

Altare, sc. à Salomone constructum.

11. *Intrauit ex more*, Hebr. venerunt.

15. *Cum execratione*, Hebr. & 70. Lætatique sunt ob iuramentum.

16. Ex

16. *Ex augusto deposuit imperio*, Hebræus, fecit, ne esset domina, 70. amouit, ne Astarte ministraret.

17. *Excelsa*, scilicet, aliqua vel priuata, nam publica abstulerat. Vel abstulerat excelsa idolorum, non ea in quibus Deus verus colebatur.

18. *Quæ vouerat*, Hebræus, sanctificationes, 70. sancta, quasi dicat, quæ sanctificauerat, seu dedicauerat.

Ipse, scilicet, vouerat.

19. *Non fuit*, scilicet, post illud Æthiopicum. *Tricesimum quintum*, Hebræus, & 70. tricesimum quintum, sed quidam putant esse errorem etiam, Hebr. & 70. legendumque & hic, & cap. sequenti pro tricesimo, vicesimum (quia vicesimo anno Asa, inquiunt. Basa non viuebat, nedum 35. aut 36.) ego id non ausim dicere.

CAPVT XVI.

4. *MVratas*, Hebr. munitas.

7. *Euasit*, scil. ne illum etiam vinceres, quod alioqui fecisses.

8. *Credidisses*, 70. confisus esses, Hebræus, innixus esses.

10. *Neruum*, id est, carcerem, Hebræum, domum carceris.

Interfecit, alij, oppressit, 70. læsit, seu vastauit.

12. *Dolore pedum*, scil. podagra.

14. *Vnguentis meretriciis* Hebr. variis aromatibus, seu factis ex diuersis speciebus. Alij, peregrinis odorsmentis.

Combusserunt, scilicet odoramenta. *Super eum*, Hebr. eum, seu ei, 70. eum.

Ambitione nimia, Hebræus, & 70. maxima combustione.

CAPVT XVII.

3. *PRimis*, scilicet, antequam peccaret. *Non sperauit*, Hebræus & 70. non quæsiuit, quasi dicat, non implorauit.

In Baalim, 70. Idola.

6. *Sumpsisset*, &c. Hebræus, & 70. eleuasset cor suum in viis, &c.

7. *Docerent*, scilicet, populum legem Dei.

12. *Vsque in sublime*, id est, vehementissime. *Muratas*, 70. munitas, Hebræus, thesaurorum. solent quidam thesauri asseruati in locis munitis, & muratis.

14. *Exercitus*, Hebr. millium.

16. *Consecratus*, forte Nazaræus, 70. promptus, q. d. deuotus. Alij, sponte oblatus.

17. *Hunc sequebatur*, Hebræus, & 70. & de Beniamin.

19. *Ad manum Regis*, Hebræus, & 70. ministrantes Regi.

CAPVT XVIII.

1. *INclytus multum*, Hebræus, & 70. abundans gloria. *Affinitate*, scilicet, eius filius gener fuit Achab.

2. *Annos*, scilicet, aliquot. *Ramoth*, erat in tribu Gad: sed occupata à Rege Syriæ. *Galaad*, scilicet, erat in regione Galaditide.

3. *Vt ego, & tu*, 70. sic & ego, quasi dicat, vtere opera mea vt tua.

5. *Quiescere*, i. desistere.

6. *Propheta*, scilicet, alius, vel quasi dicat, Dei, quem ego colo.

7. *Malum*, i. infausta.

8. *Eunuchis*, i. cubiculariis. fere enim cubicularij, eunuchi olim.

14. *Ascendite*, Ironice.

15. *Iterum atque iterum*, Hebræus, & 70. quoties, quasi dicat, quoties adiurandus es priusquam verum dicas?

16. *Montibus*, sc. vicinis Ramoth.

22. *De te*, 70. super te, Hebræus, super te, seu, contra te.

24. *Cubiculum*, scil. interius fugiendo.

30. *Equitatus*, Hebræus, & 70. curruum, & sic infrà.

33. *Ceruicem, & scapulas*, Hebræus, iacturas, & loricam, 70. Inter pulmonem, & thoracem.

CAPVT XIX.

1. *PAcifice*, Hebr. & 70. in pace, id est, incolumis, seu prospere.

6. *Hominis*, quasi dicat, non solum vt vicarij hominis, sed etiam Dei.

Et quodcunque, &c. Hebræus, & vobiscum in negotio iudicij, scilicet, Deus adest, videns quid agatis.

7. *Non est*, i. non placet.

10. *Venerit*, scilicet, per appellationem ab aliis iudicibus.

Cognationem, & cognationem, id est, inter fratres, scilicet, inter Iudæos, Hebræus, & 70. sanguinem, & sanguinem, id est, de cæde, scilicet, factane voluntate an casu? *Ceremoniis*, Hebr. statutis, 70. iustificationibus.

Iustificationibus, Hebr. & 70. iudiciis.

11. *Magistros*, scilicet, qui doceant legem, vel iudices causarum leuiorum.

Vobiscum in vobis. Complut. cum bonis, Hebræus, & 70. cum bono, id est, benefaciens.

CAPVT XX.

1. *AMmonitis*. Quidam putant istos fuisse Amalechitas, aut Idumæos re vera habitu solo Ammonitas, 70. Ammanitis.

2. *Mare*, scil. mortuum.

5. *In domo*, pro, ante domum, i. templum.

9. *Gladius*, id est, bellum.

Iudicij, id est, vltionis, scilicet, diuinæ, quasi dicat, puniens, 70 iudicium.

10. *Mons Seir*, i. Idumæi. Fortè isti sunt, qu supra vocati Ammonitæ.

12. *Iudicabis*, sc. puniendo.

16 *Summitate*, i. extremitate, seu fine.

19. *In excelsum*, i. altissime.

20. *Securi eritis*, 70. fideles eritis. Alij, roboramini, vel fideles estote. *Prophetis*, scilicet, Iahaziel, de quo suprà.

21. *Eum in turmis suis*, Hebr. in decore sanctitatis, 70. Dominum sanctum.

22. *Percussi sunt*, Hebr. percusserunt se.

24. *Respicit solitudinem*, Hebr. in solitudine.

25. *Ita vt omnia*, &c. Hebr. & 70. solum dicunt, tantam fuisse rerum copiam, & pondus, vt per tres dies morati sint auferendo. itaque in nostra editione illa, non, &, nec, pro, vix accipienda sunt.

33. *Dixerat*, sc. perfecte.

35. *Cuius opera*, &c. Hebræus, & 70. indicant, Iosaphat in eo impie egisse, quod se iunxisset Regi Israel.

37. *Percussit*, 70. dissipauit, seu recidit. Alij, interrupit, seu destruxit. Est autem præteritum, pro futuro.

CAPVT XXI.

3. PEnsationes, Hebr. rerum pretiosarum, 70. arma.

7. *Lucernam*, i. Regiam dignitatem.

11. *Fornicari*, i. idola colere.

12. *Ab Elia*, qui tempore Iosaphat sublatus. Vide 4. Reg. 2.

14. *Cum populo*, &c. pro, & populum, &c.

15. *Vteri*, Heb. intestinorum.

Vitalia paulatim, Hebr. & 70. intestina præ morbo.

17. *Ioachaz*, qui & Ochozias, & Azarias. vide & seq.

18. *Alui*, Heb. intestinorum.

19. *Languore pariter, & vita caruit.* Hæc addita ab interprete. *Combustionis*, scil. odoramentorum.

20. *Octo*, sc. solus nam eo viuente per 20. annos filius regnum administrauit.

Ambulauitque non rectè, Hebr. ambulauit, seu, abiit, absque desiderio, i. misere, seu sine honore vixit, seu obiit, 70. mortuus esset sine laude.

CAPVT XXII.

1. MAiores, scil. fratres eius. *Latrones*, Heb. turma, seu, exercitus, 70. vt noster interpres.

2. *Regnare*, sc. patre mortuo, nam cum patre 20. annis regnauit, qui solus octo regnauerat. Vide sup. cap. 21.

6. *Multas enim*, Heb. & 70 quia.

9. *Occidit*, percussus fugit in Mageddo, vt dicitur 4. Reg. 9. ibique mortuus filius, i. nepos.

10. *Ioram*, Heb. 70. & Complut. Iuda.

11. *Lectulorum*, scilicet, vbi dormiebant Sacerdotes, & Leuitæ, dum ministrabant. *Pontificis*, scil. summi.

12. *Domo Dei*, scil. appendicibus, quæ circa atrium.

CAPVT XXIII.

1. SEptimo, sc. à morte Ochoziæ. *Confortatus*, q. d. sumpto animo.

2. *Leuitas*, in quibus etiam sacerdotes. *Israel*, sc. Iudæorum.

3. *Dixitque*, pro, dixerat autem ante. *Sermo*, i. res.

5. *Ad sabbatum*, id est, vt sua hebdomada ministrent.

Erit, sc. antequam sua hebdomada ministret, vel, q. d. hoc munere fungetur sua hebdomada. *Portis*, pro, porta, sc. meridionali atrij.

Ad domum Regis, sc. ducentem portam, erat hæc septentrionalis.

Fundamenti, erat hæc orientalis. *Vulgus*, scil. qui non erant Leuitæ. *Atriis*, sc. reliquis, erant enim quædam præter atrium sacerdotum.

6. *Domum Domini*, i. atrium sacerdotum. *Custodias*, i. præcepta, q. d. fungatur munere suo.

8. *Per ordinem sabbathi*, Hebr. ad sabbathum. *Egressi*, sc. functi munere suo. *Non dimiserat*, sc. vt multos haberet milites.

10. *Pugiones*, alij, gladios 70. arma.

11. *Eduxerunt*, sc. è loco vbi latuerat. *Testimonium*, i. legem Dei, quam obseruare deberet. Quidam tamen intelligunt regias vestes in testimonium regiæ dignitatis.

13. *Gradum*, i. sedem regiam, vel locum editum, quem Salomon fecerat Regibus in atrio. *Introitu*, sc. templi.

16. *Se*, sc. qui erat loco Dei.

CAPVT XXIV.

5. SArta tecta, Heb. & 70. roborationem, seu instaurationem.

6. *Constituta*, scil. dimidium sicli ab vnoquoque dandum erat. Vide Exod. 30.

11. *Coram Rege*, Hebr. & 70. ad præfectos Regis.

Infinita, Heb. & 70. multa.

16. *Et cum domo eius.* Hebr. & 70. & cum Deo, & domo eius, i. templo.

19. *Protestantes*, sc. Prophetas, qui Dei voluntatem testabantur.

20 *Sacerdotum*, 70. sacerdotis.

22. *Videat, & requirat*, pro, videbit, & requiret, sc. prophetia est.

24. *Infinitam multitudinem*, Hebr. & 70. maximum exercitum. *Iudicia*, i. supplicia.

27. *Diligentibus in libro*, 70. in scriptura libri *Regum*. Alius est liber is ab iis, quos habemus Regum. citatur autem sæpe etiam in libris Regum.

Amasias, dicitur hic fuisse frater Amos patris Isaiæ.

CAPVT XXV.

4. IN libro legis, Heb. in lege, in libro. *In suo peccato*, i. propter suum peccatum.

5. *Iuuenum*, Heb. electorum, 70. potentium.

6. *Centum talentis*, Hinc apparet, Talentum Iudæorum multo fuisse Attico maius, certè plus mille aureis valuisse, quis enim miles vno aureo conducitur?

11. *Salinarum*, Heb. salis.

12. *Virorum*, Heb. viuorum, seu viuentium.

15. *Adorasti*, Hebr. & 70. quæsisti, i. consuluisti, seu adorasti.

21. *Conspectus*, sc. in certamine.

24. *Obed Edon*, i. vnum ex posteris Obededon. *Filios obsidum*, i. obsides. Vide 4. Reg. 14. alij, filios nobilium, seu Principum.

CAPVT XXVI.

1. OZiam, qui & Azarias.

2. *Ailath*, ciuitas ad mare rubrum, vnde dictus sinus Elaniticus. *Rex*, sc. pater eius.

4. *Amasias*, sc. cum bonus fuit. Vide sup. cap. 11. & 17.

5. *Et videntis Deum*, Hebr. & 70. in visionibus Dei, q. d. periti in Dei visionibus. *Direxit*, Heb. fecit prosperari.

7. *Ammonites*, Heb. Mehunun. sed videtur male scriptum, pro Hamonim. sic enim legitur statim proximè, 7. Minæos.

8. *Ammonitæ*, 70. Minæi.

9. *Et reliquas in eodem muri latere*, Hebr. & 70. & super angulum, seu angulos, quidam pro, super, vertunt iuxta.

10. *Vineas*, Heb & 70. agricolas. *Carmelo*, alij, locis planis fertilibus.

11. *Doctoris*, Heb. præfecti 70. iudicis.

16. *In interitum suum*, Heb. & 70. ad corrumpendum.

Neglexit, Hebr. præuaricatus est, in 70. iniquè egit in.

18. *Ne contempseris*, Hebr. quia præuaricatus es 70. quia recessisti à Domino. *A Domino*, i. apud Dominum.

23. *In agro*, non autem in ipsis sepulchris.

CAPVT XXVII.

2. PAter *suus*, sc. cum bonus esset. *Non est ingressus*, &c. q.d. non est imitatus patris temeritatem.

Delinquebat, Heb. peruerse agebat. 70. corrumpebatur, i. erat corruptis moribus.

3. *Excelsam*, sc. orientalem. *Ophel*, scil. turris sic dictæ ab altitudine.

4. *Castella*, alij, Palatia.

CAPVT XXVIII.

2. FVdit, Heb. & 70. fecit. *Baalim*, i. idolis.

3. *Lustrauit*, scil. faciendo transire per ignem.

5. *Prædam*, Heb. & 70. captiuitatem.

8. *Infinitam*, Heb. & 70. multam.

10. *Quod nequaquam*, &c. Hebr. videtur sensus esse, Nonne & vos peccatores estis coram Domino Deo vestro? at 70. nonne vobiscum sum, vt testificer peccata vestra coram Domino Deo vestro?

17. *Prædam magnam*, Hebr. & 70. captiuitatem.

19. *Eum*, sc. populum, inducendo ad cultum idolorum, ob quod Deus auxilium negabat iratus. Alij, pro, nudasset, verterunt cessare fecisset, sc. à Dei cultu.

Contemptui habuisset, Heb. præuaricatus esset in. 70. rebellasset, seu defecisset à.

20. *Adduxitque Regem*, Hebr. & 70. venitque Rex.

Contra eum, Alij, ad eum, scil. ad ferendam opem.

Nullo resistente vastauit, Hebr. non roborauit eum, i. non iuuit Regem Achaz.

21. *Profuit*, q.d. non ei opem tulit, cum ea causa venisset, & munera accepisset.

23. *Percussoribus*, i. sua opinione. ita enim putabat.

Clausit, sc. ne quis ad adorandum ingrederetur.

25. *Aras*, Heb. & 70 excelsa.

27. *Sepulcra*, sc. quæ erant in monte Sion.

CAPVT XIX.

4. ORientalem, i. ad Orientem sitam.

5. *Immunditiam*, i. omnia ad idololatriam pertinentia.

8. *Interitum*, alij, stuporem, seu desolationem.

13. *Elisapham*, Iste erat ex filiis Caath. Vide 1. Par. 6.

15. *Fratres suos*, sc. alios Leuitas.

16. *Sanctificarent*, Heb. & 70. mundarent.

17. *Mundare*, Heb. & 70. sanctificare.

18. *Sanctificauimus*, sic etiam 70. at Heb. mundauimus.

19. *Polluerat*, sic etiam 70. at alij, neglexerat.

Exposita, Hebr. & 70. præparata, & sanctificata.

24. *Asperserunt*, sic etiam 70. at Heb. expiauerunt, i. expiando sparserunt. *Pro piaculo*, Hebr. ad expiationem.

25. *Præceptum*, sc. de modo sic Deum colendi.

26. *Organa Dauid*, i. instrumenta musica à Dauid inuenta, vt paulo post vertit eadem verba Hebraica.

30. *Incuruato genu*, Heb. incuruantes se, 70. procidentes.

31. *Implestis*, i. consecrastis, q.d. vos ô sacerdotes, qui ad offerendum estis consecrati. implere enim manum, est consecrare in sacerdotem, vt sup. diximus.

Et holocausta mente deuota, Hebr. & 70. & omnis voluntarius, seu, promptus corde, holocausta.

33. *Sanctificauerunt*, id est, obtulerunt sacrificandos.

34. *Sanctificarentur*, i. præparari possent, sc. alij sacerdotes, qui adiuuarent. *Antistites*, Hebr. & 70. sacerdotes.

Faciliori ritu sanctificantur, 70. promptius sanctificati sunt, id quod etiam Heb. indicant.

36. *Ministerium Domini esset expletum*, Hebr. & 70. præparasset Deus populum, scil. vt rite cultum perageret.

Fieri placuerat, Heb. & 70 factum fuit, q.d. Tota res subito facta.

CAPVT XXX.

5. MVlti enim. Alij, multo enim tempore.

Sicut in lege, q. d. debito tempore, seu ritu.

6. *Reuertetur*, sc. Deus fauendo.

8. *Indurare*, sc. ad detrectandum iugum. *Manus*, sc. in signum fœderis, seu obedientiæ.

11. *Acquiescentes consilio*, Hebræus humiliantes se.

12. *Manus*, i. fauor, seu gratia.

15. *Tandem*, Heb. pudore affecti, sc. ob negligentiam suam, cum viderent populi alacritatem.

17. *His*, i. pro his, scil. suum ex populo quisque pascha solebat mactare, si erat sanctificatus, i. purificatus. pro illis ergo qui purificati non erant, Leuitæ phase mactabant.

Occurrerant, 70. poterant, scil. quam cito opus erat.

20. *Placatus est populo*, Heb. & 70. sanauit populum.

21. *Quæ suo officio congruebant*, Heb. & 70. fortitudinis, q.d. sc. sonora.

22. *Ad cor*, id est, lenibus verbis. *Super Domino*, i. in canticis Domini, q. d. peritos cantici Ecclesiastici.

CAPVT XXXI.

1. RIte celebrata, Heb. & 70. perfecta.

2. *Castrorum*, i. templi, vbi solebant conuenire velut milites, 70 atriis domus.

3. *Pars autem*, &c. q. d. pro parte sua id curabat.

Moysi, Heb. 70. & Complut. Domini.

6. *Sanctorum*, pro, sancta.

8. *Ingressi*, sc. templum.

11. *Horrea*, 70. pastophoria, scil. cellas, seu cubicula.

12. *Quæcunque vouerant*, Heb. sancta, i. Domino consecrata, seu dedicata. *Secundus*, scil. eius vicarius.

13. *Manibus*, i. imperio, seu cura. *Ad quos omnia pertinebant*. Hæc non sunt Hebr. nec in 70. nec in Complut.

14. *In sancta sanctorum*, q. d. nempe rebus Deo dicatis.

16. *Exceptis*, &c. q.d. præter pueros, quibus etiam dabatur, à tribus annis, &c. *Conducebat*, i. conueniebat, sc. quid cuique debebatur. *In ministerio*, i. pro ministerio.

Obseruationibus, i. officiis.

17. *Vicesimo*, ea ætate post ædificatum templum ministrare incipiebant.

21. *Ceremonias*, Heb. & 70. præcepta.

CAPVT XXXII.

1. VEritatem, scil. rerum narratarum, vel Ezechiæ integritatem vitæ.

3. *Capita*, Heb. & 70. aquas. *Hoc omnium decernente sententia*, Heb. adiuuerunt eum, 70. confortauerunt eum.

Terra, sc. prope Ierusalem.

5. *Mello*, dicitur fuisse locus concionum populi, de quo diximus aliquoties sup.

Ciuitate Dauid, sc. monte Sion.

Vniuersi generis armaturam, Hebr. multos gladios.

6. *Ad cor*, i. consolans.

8. *Qui auxiliator*, &c. Hebr. ad adiuuandum nos, & præliandum prælia nostra.

12. *Excelsa illius*, falsum id. Vide 4. Reg. 18.

14. *De hac*, Heb. & 70. de mea.

15. *Consequenter*, Heb. quanto magis.

17. *Manu ista*, Heb. & 70. manu mea.

27. *Armorum vniuersi generis*, &c. Hebr. clypeorum omniumque.

29. *Innumerabiles*, Heb. & 70. exitum.

31. *Acciderat*, scil. in vmbra Horologij retrocedente.

CAPVT XXXIII.

3. MIlitiam, i. ista.

5. *Exercitus*, i. astris. *Duobus*, sc. sacerdotum, & populi.

6. *Ben Hennom*, i. filij Hennom. *Somnia*. Alij, tempora.

8. *Ceremonias*, Hæb. statuta.

12. *Egit pœnitentiam*, Hebr. & 70. humiliatus est.

13. *Obsecrauit intente*, Hebr. & 70. exauditus est.

14. *Piscium*, sic dicta, quod per eam pisces inferrentur, aut in ea venderentur. *Ophel*, nomen est arcis.

19. *Contemptus*, Hebr. præuaricatio, 70. apostasiæ.

Ageret pœnitentiam, Heb. humiliaret se, 70. conuerteretur.

20. *Domo sua*, scil. horto regio. Non est sepultus cum aliis Regibus quod fuisset valde impius.

23. *Reueritus*, Hebr & 70. humiliatus ante. sic & infr.

Multo maiora deliquit, Heb. & 70. multiplicauit delictum, i. plurimum peccauit.

CAPVT XXXIV.

3. MVndauit, Heb. & 70. cœpit mundare.

4. *Coram eo*, i. eo spectante. *Tumulos*, i. sepulcra.

5. *Altaribus*, sc. vt cadauerum tactu contaminarentur.

11. *De lapidicinis*, Hebr. excisos, 70. quatuor pedum.

Commissuras, i. opera, quæ fiunt commissis inter se lignis.

17. *Argentum*, i. pecuniam, sc. fundebant, vt inde facerent vasa, & alia.

21. *Orate*, Heb. & 70. quærite, i. consulite.

22. *Oldam*, ex quo fuerat lapidatus Zacharias filius Ioiadæ, non dabat Deus responsa more solito.

Vestium, sc sacerdotalium, vel regiarum. *Secunda*, nomen Scholæ, vbi erudiebantur.

24. *Cuncta*, sc. prout merentur, & conuenit puniri. non enim prorsus cuncta.

31. *Iustificationes*, Heb. statuta.

CAPVT XXXV.

3. AD quorum eruditiones, &c. Alij ita vertunt. Qui erudiebant Israelem omnem, sanctique erant Domino. *Arcam*, sc. quæ tempore Manasse extra templum fuerat.

4. *Præcepit*, Heb. & 70. scripsit.

5. *Sanctuario*, i. templi atrio.

11. *Asperserunt*, &c. 70. fuderunt sacerdotes de manu sua sanguinem, sc. super altare.

12. *Separauerunt ea*, sc. offerenda pro quibusque, ordine 70. præparauerunt holocaustum.

13. *Phase*, i. agnos paschales.

21. *Quid mihi & tibi est*, i. quid tibi mecum est?

22. *Ex ore Dei*, q. d. cum ei Dei voluntatem vere dixisset.

24. *Mortuus est*, sc. in Mageddo dum portaretur, vt dicitur 4. Reg. 23.

25. *Scriptum*, sc. quod cantabatur. *Lamentationibus*, i. lamentationum libro.

26. *Misericordiarum*, i. beneficiorum in subditos.

CAPVT XXXVI.

3. VEnisset, sc. post tres menses à morte Iosiæ.

4. *Hierusalem*, sc. quæ sedes Regni.

6. *Duxit*, i. decreuit ducere. postea vero mutato consilio occidit. Vide Ier. 22. vel duxit semel, sed remisit, & postea Hierosolymis interemit.

8. *Verborum*, i. rerum, seu gestorum. *Inuenta*, scil. stigmata quæ sibi in honorem idolorum impresserat, vel q. d. opera, quæ deprehensum est fecisse. Ioachin filius. 70. Ieconias filius.

9. *Cœpisset*, sc. cum patre, cum quo annis 10. regnauit. Quidam tamen legendum putant, decem & octo, vt dicitur 4. Reg. 24. *Regnauit*, sc. solus mortuo patre.

10. *Volueretur*, sc. à capto Ioachim. *Patruum*, sic etiam 70. At Heb. & Complut. fratrem, i. cognatum.

12. *Nec erubuit*, &c. q. d. neglexit monita ad pœnitentiam hortantis, Heb. nec humiliatus est à facie, i. coram.

15. *De nocte*, Hebr. manicando. q. d. mature, & diligenter. *Parceret*, i. parcere vellet.

16. *Nuntios*, i. prophetas. Curatio, i. remedium.

21. *Celebraret sabbatha*, i. quiesceret, seu feriaretur.

22. *Spiritum*, i. cor, seu animam.

23. *Præcepit mihi*, sc legerat Isaiæ cap. 45. ostendente Esdra. *Quis est ex vobis*, sc. qui ascendere velit Ierusalem.

ESDRÆ LIBER I.

Auctor Esdras.

CAPVT I.

1. CYri, qui victo Astyage Medorum Rege, Medorum imperium ad Persas transtulit. Eius ergo anno primo, quo Chaldæis victis cœpit in Babylonia regnare, hæc gesta. Not. vero ex Hier. in Daniel. 7. successores fuisse eius, Cambysem filium, Darium Histaspis(cuius anno secundo cœptum templum ædificari) Xerxem huius filium, Artabanum, Artaxerxem Longimanum, Xerxem, Sogdianum, Darium Nothum, Artaxerxem Memnonem, Artaxerxem Ochum, Arsanum, Darium denique, qui ab Alexandro Magno superatus. Ierem. vide Ier. 29.

Spiritum, i. cor, seu voluntatem. *Vocem*, scil. præconi.

Scripturam, i. literas missas.

3. *Quis est*, sc. qui velit ascendere. *Qui est*, pro, qui colitur.

4. *Reliqui*, sc. qui ob inopiam coguntur remanere, vel q.d. præterea quicunque volunt ascendere. *Substantia*, i. opibus. *Excepto*, i. præter id, Hebr. & 70. cum eo.

6. *In circuitu*, i. vicini.

8. *Per manum*, i. opera. *Fily Gazabar*, Hebr. Gizbar, i. thesaurarij. 70. Gazbaræi. *Sassabasar*. sic dicebatur Zorobabel Chaldaicè.

9. *Cultri*, 70. mutatoria, scil. vestium, q.d. vestes pretiosæ.

10. *Scyphi*. Alij, pelues, vel crateres vel cochlearia.

Secundi, i. alterius formæ, vel minus pretiosi. 70. duplicati.

11. *Omnia*, sc. tam numerata proximè quam tacita, non enim omnia numerauit.

CAPVT II.

1. PRouinciæ, sc. Iudææ, vel Chaldææ. *Fily*, i. incolæ. Ascenderunt, sc. in Ierusal m.

2. *Venerunt*, scil. in Hierusalem. *Mardochai*. Hunc quidam putant patruum Esther esse. Alij, alium.

3. *Pharos*, nomen viri. Vide in c. 8. & l. 2. c. 3. 70. Pheros.

6. *Filiorum Iosue*, Ioab, i. qui à Iosue quodam insigni viro, & à Ioab originem ducebant.

16. *Ezechia*, sc. viro clarissimo.

31. *Helam*. Esdr. 2. cap. 7. Et quidem supra Helam. Cuius respectu hic dicitur alterius vir erat. videtur esse nomen loci 70. tamen indicant hic esse nomen viri. Vide inf. c. 8. & 10. & 2. Esdr. 7.

36. *Sacerdotes*. Hactenus de filiis Iuda, & Beniamin.

Iadaia, quæ sequuntur, nomina virorum. nam superiora videntur fere locorum. *Domo*, id est, familia.

40. *Filiorum Odoniæ*, i. de familia Odoniæ.

41. *Fily*, Plurale est in omnibus sequentibus.

43. *Nathinei*, i. donati, sc. erant templi ministerio dedicati origine Gabaonitæ.

55. *Seruorum Salomonis*, vide 1. Par. 22. & 2. Par. 2. Erant proselyti, vel capti bello. *Sophered*, videtur nomen mulieris, vel loci.

59. *Semen*, i. genus.

61. *Scripturam*, i. catalogum genealogiæ.

63. *Athersatha*, nomen Nehemiæ Chaldaicè. *Sancto sanctorum*, id est, sacrosanctis sacerdotum escis.

Doctus, atque perfectus, Hebr. cum Vrim, & Thummim, illuminationibus & perfectionibus. Videtur autem alludere ad Ephod seu Rationale, in quo Vrim & Thummim.

64. *Quasi vnus*, 70. simul.

69. *Dederunt*, sc. quotquot aliquid contulerunt etiam ex manentibus in Chaldæa. *Solidos*, 70. drachmas.

Quadraginta, Heb. 70. & Complut. sexaginta.

CAPVT III.

1. SEptimus, sc. September. *Quasi vir vnus*, i. omnes ad vnum.

4. *Per ordinem secundum præceptum*, Heb. in numero secundum morem, q.d. tot hostias, quot offerri mos erat, sc. iuxta præceptum. *In die suo*, q.d. eo numero, & modo, quo erant diebus singulis offerendæ.

5. *Consecrata*, sc. in honorem Dei.

10. *Per manus Dauid*, i. Psalmos compositos à Dauid.

11. *Quoniam bonus*, sc. Psal. 117.

12. *Fundatum esset & hoc*, pro, fundaretur hoc.

CAPVT IV.

1. FIlij captiuitatis, i. captiui olim, sed qui ex capt uitate redierant.

2. *Huc*, sc. in terram decem tribuum.

3. *Vobis & nobis*, scil. quidquam in hac re commune.

5. *Consilium*, sc. ædificandi.

6. *Assueri*, sc. Cambysis, filij Cyri, qui patri successit mortuo, 30. anno Regni Persarum, & 3. Monarchiæ, sc. post expugnatam Babylonem sic enim intelligendi, qui dicunt 30. annos regnasse, sc. ex quo cœpit Rex esse.

7. *In consilio*, Heb. socij, 70. conserui. *Syriacè*, i. litteris Syriacis. *Syro*, sc. quo scripta erat.

9. *Beel Teem*, i. præfectus rationis, seu magister sapientiæ, q.d. cancellarius, sic & inf.

10. *Asenaphar*, i. Sennacherib. *Trans*, sc. respectu Babylon iæ.

Flumen, sc. Euphratem.

13. *Noxa*, i. incommoditas. *Perueniet*, sc. fraudato tributo.

15. *Bella*, Chaldæus defectiones, seu rebelliones.

18. *Accusationem*, Chal. epistola.

19. *Recensuerunt*, Chald. quæsiuerunt, 70. considerauerunt, seu inspexerunt. *Prælia*, Chal. defectiones.

12. *Audite sententiam*, Chal. ponite statutum, seu, edictum.

CAPVT V.

1. F*ilius*, i. nepos. Vide Zach. 1.
3. *Dux*, i. Prorex. *Consiliarij*, Chald. socij, 70. conserui, sic & inf.
Consilium, Chal. decretum, seu mandatum.
4. *Quæ essent nomina*, &c. sc. id etiam interrogauerunt. Vide inf.
5. *Oculus*, i. prouidentia, seu fauor.
8. *Ligna*, fortè trabes intelliguntur, vel tabulæ tegentes parietes.
17. *Recenseat*, Chald. quæratur, 70. inspiciat. *Bibliotheca*, Chal. & 70. domo thesaurorum, seu diuitiarum.

CAPVT VI.

1. R*Ecensuerunt*, i. legerunt, Chald. quæsierunt.
Repositi, Chal. & 70. cum thesauris.
2. *Medena*, i. Mediæ, seu Medorum. *Commentarius*, Chal. memoriale.
3. *Latitudinem*. Quidam putant longitudinem significari, q. d. areæ spatium.
4. *Impolitis*, 70. fortibus, alij marmoreis, vel magnis. Quidam legendum aiunt, politis. *Sic ordines*, 70. domus vna, alij, paries interior. *Lignis*, sc. quibus tegebantur parietes.
5. *Posita sunt*, pro, ponenda sunt. 70. ponantur.
8. *Presbyteris*, i. senioribus.
9. *Querimonia*, 70. mutatio, seu variatio. Alij, error, seu mora.
11. *Publicetur*, Chald. fiat sterquilinium, seu lana, 70. sit in direptionem.
12. *Omnia regna*, Chald. & 70. omnem Regem.
14. *Et Artaxerxe*, sc. filio Darij Histaspis, sub quo perfectus templi ornatus, quidam tamen, &, pro, i. accipiunt.
15. *Adar*, sc. duodecimi, qui respondet partim Februario partim Martio.
18. *Ordinibus & vicibus*, sc. vt quisque suo ordine, & vice ministraret.
21. *Separauerant*, sc. proselyti.

CAPVT VII.

1. V*Erba*, i. res, seu gesta. *Artaxerxis*, nomen commune omnibus Regibus Persarum. Hic Darius intelligitur Histaspis.
5. *Ab initio*, Hebr. & 70. primi, id est summi.
6. *Scriba velox*, i. legis peritissimus. Dicunt quidam, eum, scripturam à Chaldæis incensam restituisse, sed aliis characteribus, quam qui in vsu fuerant.
Manum, i. fauorem, sic inf.
10. *Præceptum, & iudicium*, pro, præcepta, & iudicia est autem repetitio more Hebræo.
11. *Cæremoniis*, Heb. statutis.
14. *In lege Dei*, i. curaturus, vt lex Dei seruetur.
15. *Tabernaculum*, Chal. & 70. habitaculum.
21. *Et à me*, sc. decretum, quod sequitur.
26. *Iudicium*, i. condemnatio.
28. *Manu*, i. fauore, seu gratia.

CAPVT VIII.

13. N*Ouissimi*, i. qui postremo loco sequebantur.
15. *Filiis Leui*. scilicet, qui non essent sacerdotes.
18. *Manum*, i. fauorem, seu gratiam.
19. *Eius viginti*, sic etiam 70. at Heb. eorum viginti.
21. *Prædicaui*, i. indixi.
23. *Euenit nobis prospere*, Hebr. & 70. exaudiuit nos.
25. *Inuenti fuerant*, sc. in Babylone.
27 *Solidos*, 70 drachmas.
28. *Sancti Domini*, i. Domino consecrati.
36. *Eleuauerunt*, i. exaltauerunt, scil. fauendo maxime.

CAPVT IX.

1. A*Bominationibus*, i. peccatis.
2. *Filiabus*, sc. infidelibus.
Terrarum, sc. infidelium.
7. *Die hac*, sc. apparet sic & inf.
8. *Quasi ad parum*, &c. q. d paruum quiddam à Deo obtinuimus, vel paruo tempore impetrauimus orando.
Reliquiæ, q. d. vt seruarentur aliqui nostrum. *Paxillus*, i. sedes quieta, in quietis enim sedibus paxilli figuntur, vnde res pendeant, 70. firmamentum alij, clauus.
Sancto, sc. Iudæa vel Hierusalem. *Illuminaret*, sc. ad agnoscenda eius beneficia, & peccata propria.
9. *Sepem*, i. securitatem ab hostibus.
11. *Ad os*, q. d, vsque ad summum, more vasis pleni, vel potius, ab extremitate vna ad aliam, q. d. totam. Vide 4 Reg. 21. n. 16.
13. *Quia tu*, &c. q. d. non punisti, sed pepercisti.
14. *Conuerteremus*, sc. ad malum, q. d. salutem dedisti, ne iterum peccaremus. *Nunquid iratus es* Heb. nonne irasceris, sc. nobis merito, q. d. meremur quidem, vt nos prorsus deleas.
15. *Iustus*, i. misericors, sc. qui seruaris, cum posses merito perdere, vel q. d. iustus quidem es, & posses punire, sed vsus es misericordia. *Stari*, q. d. nemo nostrum potest coram te consistere, seque tueri.

CAPVT X.

1. I*Mplorante*, Heb. & 70. confitente, sc. sua, & populi peccata.
2. *Si est pœnitentia*, Heb. & 70. est spes, sc. Deum per pœnitentiam placandi.
4. *Surge*, sc. humi iacebat.
16. *Domos*, pro domibus. *Per nomina sua*, i. nominati suo quisque nomine.
17. *Consummati*, i. absoluta est eorum recensio.
Et fratres, pro, & fratribus, vel fratrum.
19. *Dederunt manus*, i. promiserunt, vel egerunt.
25. *Israeli*, i. populo, seu plebeis.
44. *Filio*, Hi etiamcum matribus eiecti, vt sup. indicatur.

LIBER

LIBER II.

Qui Hebr. Nehemias dicitur, sc. is Auctor fuit.

CAPVT I.

1. **C**ASLEV, sc. Nouembri. *Vicesimo*, sc. Regni Artexerxis, i. Darij Histaspis.

2. *Ex Iuda*, sc. veniebant ex Iudæa.

Remanserant, sc. ex iis qui è Babylonia redierant in Iudæam. *Et Ierusalem*, i. etiam de statu Ierusalem interrogaui.

3. *Prouincia*, sc. Iudææ. *Eius*, sc. Hierusalem.

4. *Sedi*, sc. humi more lugentium.

6. *Peccauerunt*, Hebr. & 70, peccauimus. *Tibi*, i. contra te.

7. *Vanitate seducti sumus*, Hebr. perdendo perdidimus, seu corrumpendo corrupimus, scil. nos, 70. Dissolutione dissoluimus. *Caremonias*, Hebr. statuta.

9 *Extrema cæli*, i. regionem vltimam, quæ videtur cæli extremitatem contingere.

10. *Tui*, sc. sunt.

11. *Misericordiam*, sc. inuenire.

CAPVT II.

1. **N**Isan, est primus mensis apud Hebræos, respondetque partim Martio, partim Aprili. *Leuaui vinum*, i. vini calicem. *Eram quasi languidus*. Heb. non solebam esse tristis.

2. *Timui*, sc. ne Rex mali quidquam de me suspicaretur.

Valde ac nimis, pro, valde nimis.

3. *Patris mei*, Hebr. & 70. patrum meorum, sic & infr.

Combusta, scil. cum caperetur à Nabuchodonosor.

8. *Saltus*, Hebr. & 70. paradisi, i. Horti. *Tegere*, sc. vbi opus est, Heb. contignare, seu construere. *Domus*, i. quæ prope templum. *Muros*, portas murorum.

Ingressus, scil. vt habitem. *Manum*, id est, fauorem.

9. *Miserat*, pro, iusserat per epistolas, vt mitterentur.

10. *Seruus*, sc. Regis, q.d. pessimus ille seruus Ammonites.

13. *Vallis*, sc. qua in vallem Iosaphat ibatur.

16. *Magistratus*, 70. custodes. *Quo*, 70. ad quid.

Opus, scil. reparando muros. *Loci*, i. temporis.

18. *Aio*, Heb. dixerunt.

20. *Sermonem*, q.d. respondi, 70 λόγον. logon, quod potest verti rationem. *Iustitia*, i. meritum, quasi dicat, non estis de Hierusalem vnquam bene meriti.

CAPVT III.

1. **G**Regis, scil. per quam greges solebant in vrbem ingredi.

Sanctificauerunt, i. dedicauerunt: alij, reparauerunt. sic inf. *Vsque ad*, pro etiam. *Centum cubitorum*, Hebr. Meah. i. centum: videtur autem hic esse nomen proprium. Vide inf. c. 12. 70. centum.

Ananebel. Hæc fortè est, de qua proximè dictum.

3 *Texerunt*, sc. trabibus, & tignis.

Pro duce, fortè is expensas dabat. Fortè etiam Nehemias de se loquitur. Vide cap. 5. 70. vsque ad thronum Principis, i. palatium, scil. ædificauerunt.

8. *Pigmentarij*, pro, pigmentariorum, seu aromatariorum, nomen familiæ. *Dimiserunt*, sc. ædificatam, 70. statuerunt, alij, instaurarunt.

9. *Vici*. sc. vnius. erat Hierusalem distributa in vicos, seu regiones, quibus aliqui præfecti Hebr. & 70. dimidij vici.

11. *Mediam partem vici*, i. muri correspondentis vico. Hebr. & 70. mensuram secundam, q.d. alteram partem, sc muri.

13. *Vallis*, sc. Iosaphat.

15. *Pagi*, i. vici, seu regionis. *In hortum*, i. iuxta hortum.

19. *Mensuram secundam*, i. partem alteram. sic infr.

Contra ascensum, i. è regione ascensus. *Firmissimi*, alij, armamentarij.

20. *In monte*, sic etiam 70 at Heb. excandescens, seu indignabundus, q.d. velut sibi irascens, quod non citius fecisset, ita quidam.

21. *Donec extenderetur domus*, q.d. vsque ad finem domus, Hebr. & 70. vsque ad domus perfectionem, q.d. per tantum spatium, quanta erat domus.

22. *De campestribus*, sc. qui illic habitabant, sed & in Hierusalem etiam domos habebant.

23 *Contra*, i. è regione.

24. *Et vsque*, pro, i. vsque.

25. *Contra flexuram*, id est, è regione illius anguli.

Excelsa, alij excelsam. *Id est in atrio*, Hebr. quæ in atrio, seu iuxta atrium.

26. *Ophel*, i. arce, seu loco alto. *Vsque contra*, scil. ædificarunt.

27. *Templi*, Heb. arcis.

30. *Sextus*, sc. filiorum. *Secundam*, sc. ab ædificata ab Hanania, q. d. alteram portionem, seu partem proximam.

Scruta vendentium, Hebr. & 70. negotiatorum. Dicuntur quidem Latine Scruta, res veteres, vsuque detritæ, quas solent hodie Iudæi per plateas vendere, vulgo Ferrauecchi. *Cœnaculum anguli*, nomen loci.

31. *In porta*, pro, vsque ad portam. *Aurifices, & Negotiatores*, cognomina sunt familiæ.

CAPVT IV.

2. **F**Requentia, Hebr. & 70. exercitu. *Gentes*, q.d. nos, quanquã nec Heb. nec in 70. est id verbum sed additum ab Interprete. *Sacrificabunt*, sc. in dedicatione completi ædificij.

Vna die, i. aliquando tandem.

Ædificare,

Ædificare,Heb.viuificare,70.sanare.

3.*Proximus*,i.amicus,Heb. & 70.qui apud eum, sc.erat.

5.*Operias*,sc.obliuione,q.d.recordare, seu puni, nam cum parcit,dicitur tegere.

6.*Dimidiam*,sc.altitudinis.

7. *Obducta cicatrix*, q.d.reparatæ ruinæ,seu rupturæ sanatæ.

10.*Iudas*,i.Iudæi.*Humus*, Hebr.& 70.puluis,sc. calcis,& arenæ.

12.*Decem*,i.plures.

16.*Eorum*,Heb.meorum. *Post eos*, q.d.eis præerant vrgentes opus.

17. *Imponentium*,scil.onera.*Faciebat*.sc.quisque.

22. *Vices*, Hebr.in custodiam, q.d.nocte custodiant,per diem operentur.

23.*Post me*,i.me sequebantur. *Baptismum*,i.vt se aquis purificaret Heb.& 70.aquam.

CAPVT V.

2. PRo *pretio eorum*,id non est Heb.nec in 70.sed subintelligitur.

3.*Opponamus*,i.oppignoremus,70.promittemus, Complut.apponamus.

4. *Sumamus*, Hebr. & 70. sumpsimus, q.d.super agris nostris,& vineis pecuniam mutuo accepimus, vt Regi tributum solueremus.

5.*Ita & filij nostri*,q.d.cum simus ex eodem sanguine,tamen diuites prouident filiis suis, non nostris.

7. *Concionem*, i. populi cœtum, sc.vt palam illos reprehenderem.

.8 *Venditæ*,pro, venditis,sc.iterum. *Et redimemus eos*,q.d.ita vt cogamur iterum redimere Heb. & nobis venditi sunt,70.& vendentur nobis? q.d. qui nobis venditi sunt sc.cum à gentibus redimeremus eos.

10.*In commune*,additum id ab Interprete.

11.*Centesimam*,centesima dicitur vnum pro centum singulis mensibus, adeoque 12. singulis annis.

Date pro illis, i. illis restituite, scil.vt sint ipsorum.

13.*Sinum*,Heb.& 70.vestimentum.

15. *Depresserunt*, sc.per tyrannidem dominantes.

18.*Inter dies decem*,i.decimo quoque die.

19.*In bonum*,i.vt mihi benefacias.

CAPVT VI.

9. COnfortaui,sic etiam 70.at Heb. conforta,sc. ô Deus.

10.*Secreto*,Heb.& ipse clausus,70.& ipse retentus,q.d.qui se domi continebat,vt solent Prophetæ,& viri sancti.

Tractemus nobiscum, Hebr.conueniamus, 70. congregemur.

14.*Noiada*,nomen viri,qui se Prophetam fingebat,secundum 70.at Heb.mulieris.

15.*Elul*,mensis est,partim Augusto,partim Septembri respondens. *Diebus*,sc.post epistolam à Sanaballat missam.

18.*Eius*,i.cum eo fœderis.

CAPVT VII.

1. R*Ecensui*.Alij,constitui.

2.*Domus*,quidam regium palatium intelligunt,70.Bira,q.sit nomen proprium. *De Hierusalem*,70.in Hierusalem, Heb. super Hierusalem,q.d.vt custodiret vrbem, claudendis diligenter portis.

Cæteris videbatur,Heb.& 70.quam multi.

3.*Assisterent*,i.præsentes essent. *Oppilatæ*,i.firmatæ.*Contra*,i.è regione.

4. *Nimis*, Hebr. manibus, i. locis. *Domus*, scil. multæ.

5.*Census*,Heb.genealogiæ,seu prosapiæ. *Ascenderant*, sc.è captiuitate in Hierusalem. *Scriptum*, non est istadescriptio,de qua 1.Esdr.2. Certè liber vnde sumpta,alius fuit.Itaque non per omnia conuenit.

6.*Prouinciæ*,sc.Iudææ.

7. *Azarias*. Not. variare aliquantum nomine quædam,hic,& 1.Esd.2.descripta.

25.*Filij*,i.incolæ,& sic in seq.

34.*Ælam*,vide 1.Esdr.2.mirum vero poni inter loca,si est nomen viri; nisi fortè ideo additur,alterius,quia aliàs est nomen viri,hic vero loci.

57. *Seruorum Salomonis*, sic dicebantur, secundum Bedam, quod eis incumberet templum reficere.

61. *Semen*, id est, genus, vnde originem ducerent.

64. *In censu*, i. in qua recensentur genealogiæ.

65. *Athersatha*. sic Chaldaicè dicebatur Nehemias.

Sanctis sanctorum, i. cibis sacerdotum,qui erant sacro-sancti.*Doctus,& eruditus*, Hebr.in Vrim, & Thummim,q.d.gestans Vrim, & Thummim in rationali.

70.*Phialas*,alij,pelues,vel crateres,

CAPVT VIII.

1. COngregatus,sc.è ciuitatibus. *Quasi vir vnus*, i.simul.*Scriba*,i.legisperito.

2.*Poterant*,sc.per ætatem.

3.*Sapientium*,Heb.intelligentium, 70.& ipsi intelligentes,q.d.poterant per ætatem intelligere quæ legebantur.

4.*Gradum*,i.suggestum.

8.*Aperte*,sc.scripta Hebraicè.Esdras Syriacè interpretabatur,seu Chaldaicè.

10.*Mulsum*, Heb.& 70.dulcia. *Fortitudo*,q.d. spirituali gaudio fortiores efficiemini.

13. *Legis*,coniungendum,cum, & vt prædicent: cætera enim parenthesis.

15. *Pulcherrimi*, Heb.pinguis,sc.pini,vel oliuæ, vel cupressi,70.cupressi.

16.*Domate*,i.tecto.

17. *Taliter*,i.tanta deuotione, & lætitia,vel tali modo.

18.*Collectam*,sc.populi,

CAPVT IX.

1. HVmus,70.puluis.

3. *Ad standum*,pro, & stabant. *Confitebantur*,sc.peccata.

5.*Surgite* pro,agite,verbum hortandi.*Ab æterno*, sc.existenti.*Benedicant*,sc.omnes,seu omnia.

6.*Tu ipse*,70.& dixit Esdras,tu ipse.*Cælum cælorum*,sc.empyreum,vbi Angeli. *Exercitum*, i. Angelos,& stellas.

Viuificas,i.conseruas.

7.*Igne*,Heb.Vr.70.regione.

12.*Ingrediebantur*,pro,ingrederentur.

13.*Iudicia*, &c. q.d.iudicialia, moralia, & ceremonialia præcepta.*Ceremonias*,Heb.statuta.*Et præcepta*,pro,quæ omnia præcepta.

15.*Leuasti*,

15. *Leuasti*, sc. more iurantium.

17. *Dederunt caput*, i. se auerterunt, 70. dederunt principium forte caput pro Duce positum, quem eligere voluerunt, vt se in Ægyptum reduceret. *Suam*, 70. suam in Ægypto, i. Ægyptiacam. *Quasi per contentionem*, Heb. in cōtumacia, seu rebellione.

21. *Pedes*. 70. calcei. *Attriti*, Heb. tumuerunt. 70. rupti, sc. calcei.

25. *In bonitate*, i. beneficentia.

29. *Contestabantur*, sc. cælum, & terram in testes inuocantes. *Blasphemias*, 70. irritationes, q. d. Deum grauiter irritarunt. alij, detestationes, i. res detestabiles, vel conuicia, sc. in Deum.

29. *In iudiciis tuis*, i. contra tua iudicia, i. præcepta.

Faciet homo, pro, & faciens homo. *In eis*, i. per ea, q. d. in quorum obseruatione vita consistit. *Recedentem*, sc. ne onus subiret.

30. *Protraxisti*, q. d. diu expectasti, vt conuerterentur.

31. *In consummationem*, quasi dicat, non prorsus delesti.

32. *Ne auertas*, &c. q. d. ne negligas, Hebr. ne sit paruus coram te labor, &c. i. ne paruifacias. *Assur*, sc. qui captiuas abduxit decem tribus.

33. *Veritatem*, sc. præstando promissa.

34. *Testificatus es*, i. testificando præcepisti.

35. *Regnis suis*, Heb. & 70. regno suo. *Bonitate*, pro bonis, seu opibus.

36. *Panem*, Heb. fructum.

37. *Regibus*, i in Regum vtilitatem.

38. *Fœdus*, sc. fidelitatis. Heb. & 70. fidem, seu fidelitatem.

Signant, sc. subscribunt.

CAPVT X.

28. Sacerdotes, pro, & sacerdotes. *Separauerunt*, sc. proselyti.

29. *Ceremonias*, Heb. statuta.

30. *Populo terræ*, i. infidelibus.

31. *Dimittemus*, sc. incultos agros pauperibus, vt sponte nata colligant. *Annum septimum*, pro, anno septimo.

Exactionem, sc. debitorum à pauperibus.

Vniuersæ manus, q. d. ne vlla manus, i. quisquam exigat.

33. *Sanctificatis*, i. aliis festis.

34. *Tempora*, sc. statuta. *A temporibus anni vsque ad annum*, Heb. anno in anno, i. annuatim.

35. *Primogenita*, i. primitiua, vt statim explicatur.

37. *Dei*, Heb. & 70. domus Dei, i. templi. *Decimam partem*, sc. decimas. *Operum*, i. fructuum ex operibus.

38. *Domo*, pro, domum.

39. *Domum*, i. cultum domus, i. templi. Dabant Leuitæ sacerdotibus ex decimis decimam.

CAPVT XI.

1. Partes, Heb. manus, i. partes.

4. *Filij Zachariæ*, 70. filius Zachariæ, & sic in seq. Heb. eadem vox & hic, & inf. vbi vertitur filius, intellige ergo filij in genitiuo, vt sit, sc. ordo vnius genealogiæ. Vide inf c. 12.

5. *Filius Coza*, pro, filij Coza, & sic inf.

9. *Secundus*, sc. dignitate à Ioel.

10. *Iachin*, videtur esse cognomen præcedentis.

14. *Potentium*, i. vnius ex potentibus, Hebr. & 70. magnorum, seu magnatum.

16. *Forinsecus*, i. extra templum.

A principibus, pro, de principibus.

17. *Princeps*. Alij, principis, i. primum locum obtinentis.

Oratione, sc. publica. *Secundus*, sc. ab Asaph, vel Mathania.

21. *Ophel*, arx erat in Hierusalem.

22. *Episcopus*, i. præfectus, 70. Episcopus.

24. *In manu Regis*, id est, cuius opera vtebatur Rex.

Iuxta omne verbum populi, Hebr. in omni verbo ad populum, in omni re cum populo tractanda.

25. *Filiabus*, i. viculis.

30. *Bersabe*, hic terminus Iudæ ad Austrum. *Vallem Hennon*. Erat prope Hierusalem ad Austrum, & Orientem.

31. *A Geba*, sc. incipiendo, habitarunt.

36. *Portiones*, sc. illis erant in sortibus Iudæ & Beniamin.

CAPVT XII.

11. Saraia, i. familiæ Saraiæ. sic & in seq.

17. *Phelti*, sc. erat is princeps duarum classium, seu familiarum præcedentium.

22. *Scripti*, sc. fuerunt. sic inf. *In Regno*, sic & 70 at Heb. ad, seu vsque ad Regnum.

23. *Verborum dierum*, i. annalium.

24. *Per vices suas*, Heb. & 70. è regione eorum, seu coram eis.

Obseruarent, sc. ad suum officium pertinentia. *Per ordinem*, i. quisque ordine suo.

25. *Portarum*, sc. templi.

30. *Mundati sunt*, sc. orationibus, sacrificiis, & continentia ab vxoribus.

Mundauerunt, scil. aqua lustrationis, orationibus, &c.

35. *Fratres*, scil. Zachariæ. *Vasis*, id est, instrumentis.

Cantici Dauid, i. canticorum Dauid, vel quibus Dauid in canticis vtebatur.

36. *Contra eos*, i. è regione ipsorum. *Ciuitatis Dauid*, i. Montis Sion.

38. *Emath*, Heb & 70. Meah. vide sup. c. 3.

43. *Recensuerunt*, Heb. constituti sunt, 70. Constituerunt.

Libamina, Hebr. libationes. *Vt introferrent*, &c. Heb. quas inferebant in ea ex agris ciuitatum partes, seu portiones, legis, i. ex lege debitas sacerdotibus, & Leuitis, in quam etiam sententiam vertunt 70.

44. *Et obseruationem*, pro, i. obseruationem, q. d. quæ obseruari Deus iussit circa expiationem, seu purificationem. *Præceptum Dauid*. Vide 3 Reg. 1. & 1. Par. 21.

46. *Sanctificabant*, i. dabant eis decimas, quæ sanctæ, Deoque dicatæ. *Filios Aaron*, sc. dando eis decimas ex decimis.

CAPVT XIII.

1. IN *Ecclesiam*, sc. non admitti inter filios Israel ad coniugia aut officia, alioqui poterant ad fidem conuerti. Vide Deut 23.

4. *Super hoc*, Heb. & 70. ante hoc, i. antequam id fieret.

Sacerdos, sc. summus. *Proximus*, i. amicus, vel affinis.

5. *Sibi*, pro, ei, sc. Tobiæ. Vide inf. *Primitias*, Heb. oblationes.

6. *Dierum*, i. anni. *Rogaui*, sc. vt liceret mihi reuerti Hierosolyma.

7. *Thesaurum in vestibulis*, Hebr. cubiculum in atriis, 70. gazophylacium in atrio.
9. *Sacrificium*, sc. cibarium, vt Heb. indicatur.
10. *Regionem*, Hebr. & 70. agrum, id est, possessionem.
11. *Congregaui eos*, sc. cantores, & Leuitas. *Stationibus*, q. d. restitui in gradum suum.
12. *Horrea*, Heb. & 70. Thesauros.
13. *Filium Mathania*, 70. filij Mathaniæ.
14. *Miserationes*, i. beneficia. *Caremoniis*, Hebr. obseruationibus, 70. custodiis.
16. *Hierusalem*, Hebr. & 70. in Hierusalem, q. d. idque in ipsa Hierusalem.
19. *Quieuissent*, i. claudendi tempus esset, Hebr. obumbratæ essent, i. cum sero esset, inciperetque sabbathum, incipiebat enim sub Solis occasum.
In die sabbati, Heb. & 70 ante sabbatum.
20. *Manserunt*. Alij, pernoctarunt, sic & inf.
22. *Sanctificandum*, i. sanctè celebrandum.
23. *Ducentes*, pro, qui duxerant.
24. *Populi*, *&* *populi*, i. cuiusque populi.
25. *Maledixi*, i. execratus sum. *Decaluaui*, i. capillos euulsi. *Adiuraui*, i. iureiurando astrinxi.
In Deo, i. per Deum.
27. *In Deo nostro*, i. contra Deum nostrum.
28. *Gener erat*, sc. quidam ex filiis. *Honoritis*, pro Honoritæ.
31. *In bonum*, i. vt mihi benefacias. *Amen*, non est Heb. nec in 70.

TOBIÆ LIBER.

Auctor Tobias vterque, sc. Pater, & Filius.

CAPVT I.

1. SVPERIORIBVS *Galilæa*, alij, superiori Galilæa. *Naason*, Græcè Aser.
2. *Veritatis*, i. integritatis, seu rectæ vitæ.
4. *Iunior*, pro, fere iunior Græc. multo aliter, sc. cum essem iuuenis, & omnis tribus Nephtalim recessisset à Dei cultu, &c.
5. *Irent*, sc. ante captiuitatem.
6. *Primitiua*, i. primitias.
7. *Tertio anno*, vide Deut. 14.
11. *Niniuem*, ciuitas à Nino condita prope Tigrim.
12. *Omnes*, sub. fere.
15. *Omnes*, pro, fere omnes, seu plurimos.
17. *Dedit*, sc. mutuo.
23. *Nudus*, i. bonis spoliatus.

CAPVT II.

1. FEstus, sc. Pentecostes, vt est Græc.
Bonum, i. lautum.
2. *Caute*, sc. periculum vitans, in quo olim fuerat ob huiusmodi officium.
8. *Arguebant*, Græc. deridebant.
15. *Parentes*, i. affines.
18. *Sanctorum*, i. fidelium, qui sancti, i. Deo dicati, vel sanctos Prophetas intelligit.

CAPVT III.

2. IVdicium, i. iustitia, q. d. iustè, Græc. & iudicium verum & iustum, tu iudicas in æternum, q. d. iudicia tua vera semper & iusta.
4. *Fabulam*, Græc. parabolam.
5. *Sinceriter*, Græc. in veritate.
7. *Rages*, Græc. Ecbatanis, vide c. 5.
10. *Perrexit*, &c. Græcè. Adeo fuit contristata, vt cogitaret se suffocare, sed dixit, vnica sum patri meo, & si id fecero, probrosum ei erit, & deducam senectam eius cum dolore ad inferos, q. d. præ dolore morietur.
12. *Orationem*, Græc. dicitur, orasse ad fenestram, fortè conuersa ad Hierusalem, vbi templum.
13. *Est*, pro sit, q. d. laudetur & celebretur.
16. *Concupiui*, sc. concupiscentia peccati.
21. *Probatione*, quasi dicat, si fuerit vita probata.
Correptione. Alij, correctione, q. d. si se emendauerit. Licebit, quasi dicat, impetrabit à te veniam.
25. *Recitata*, i. præsentatæ, sc. per Angelos.

CAPVT IV.

10. IN die, pro, in diem.
11. *Morte*, sc. æterna. Not. præstare eleemosynam quæ hic dicuntur, quia ea à Deo impetrat, si fiat, vt par est, scilicet, cum debitis circumstantiis.
12. *Fiducia magna*, Græc. donum bonum.
13. *Attende*, i. caue.
14. *Sensu*, i. mente.
18. *Super sepulturam*, &c. q. d. da pauperi eleemosynam, vt pro mortuo oret.
Iusti, q. d. eius, quem putas in Dei gratia mortuum. Aliis enim non prodest eleemosyna, sc. mortuis in peccato mortali.
Peccatoribus, sc. fouendo eorum peccata: alioqui omnibus facienda eleemosyna.
20. *In ipso permaneant*, Græc. prosperentur.

CAPVT V.

5. SPlendidum, i. elegantem.
6. *Vnde te habemus*, q. d. vnde es, vel vnde venis?
9. *Sustine*, i. expecta.
18. *Azarias*, i. auxilium Domini. Græc. de genere Azariæ & Ananiæ magni, & fratris tui. *Anania*, i. diuinationis Domini, q. d. à Deo reuelationem accipiens.
Filius, i. ab eo originem ducens, scilicet, à Deo creatus, & quidem Angeli omnes dicuntur Dei filij.
21. *Comitetur*, pro, eat, Græc. dicitur promisisse Tobiam Angelo pro mercede drachmam in diem & necessaria ad viam, sc. victum, & si sani rediissent, additurum ad mercedem.
22. *Profecti essent*, Græc. additur, & canis pueri cum eis.

26. Noli

26. *Noli flere*, Græc. ne sis solicita soror.
27. *Ei*, pro, eum.

CAPVT VI.

2. *EXiuit ad*, Græc. exiliuit ad.
5. *Vtiliter*, pro, vtilia.
6. *Salierunt*, pro, sale condiere.
7. *Habebunt*, pro, afferunt.
8. *Cordis eius particulam*, Græc. cor & iecur.
12. *Coniugem*, Græc. additur: Et est puella pulchra, & prudens.
14. *Occidit illos*, Græc. additur: Quia amat eam.
19. *Iecore*, Græc. corde, & iecore.
20. *In copulatione*, pro, in societatem, q. d. eris particeps meritorum seu sanctitatis Patriarcharum.
22. *Semine*, i. posteritate.

CAPVT VII.

2. *ANna*, Græc. Ednæ.
5. *Dixit Angelus*, &c. Græc. dixit Tobias. pater meus est.
6. *Misit se*, Græc. exiliit.
7. *Optimi* pro, præclari.
8. *Lacrymatæ sunt*, sc. vbi audissent (vt est Græc.) patrem Tobiæ amisisse oculos.
19. *Lacrymata est*, scil. & mater, & filia, vt indicant Græc.

CAPVT VIII.

2. *CAssidili*, i. pera. *Iecoris*, Græc. cordis & iecoris.
3. *Dæmonium*, sc. quod fugerat ad odorem fumi, vt est Græc.
9. *Sororem*, i. cognatam.
11. *Secum*, pro, simul.
19. *Vnicis*, Græc. vnigenitis. *Suæ sanitatis*, i. pro sua sanitate.
23. *Adiurauit*, i. coegit iurare, vel ab eo precibus extorsit.

CAPVT IX.

2. *COndignus prouidentiæ tuæ*, q. d. non satisfecero tuis in me meritis, vel dignus non ero, qui tibi inseruiam.
3. *Seruitia*, i. seruos.
5. *Adiurauit*, i. fecit iurare.

CAPVT X.

8. *GEnerum*, sc. petentem, vt se dimitteret, vt est Græc.
9. *Spiritus*, i. animus.
11. *Recte*, sc. se habentia.
13. *Soceros*, scilicet, tanquam parentes, vt est Græc.
Domum, i. res domesticas.
Exhibere, Græc. dicitur, Annam, seu Ednam dixisse etiam Tobiæ: Ecce trado tibi filiam meam tanquam depositum, ne eam contristes.

CAPVT XI.

1. *COntra*, i. ve[illegible] *Niniuem*, est hæc in Assyria, Charan vero in Mesopotamia, at Reges in Media.
4. *Abierunt*, Græc. additur, & iuit canis post ipsos.
11. *Suscipiens*, i. complexus.
Præ gaudio, Græc. additur, dixisse matrem: *Vidi te fili*, dehinc iam moriar, sc. contenta.
14. *Sustinuit*, i. expectauit.
16. *Sciebant*, i. nouerant.
17. *Saluasti*, i. sanasti.
20. *Tobiæ*, sc. filij.

CAPVT XII.

5. *IN partem*, i. seorsum. *Acceptam habere*, pro accipere.
6. *Cæli*, Græc. additur, & date magnificentiam ei.
Sacramentum, i. arcanum. *Honorificum est*, Græc. additur: Bonum facite, & malum non inueniet vos.
8. *Et eleemosyna*, &c. Græc. & eleemosyna, & iustitia. melius est modicum cum iustitia, quam multum cum iniustitia, melius est facere eleemosynam, quam thesaurizare aurum, &c.
9. *Peccata*, Græc. omne peccatum.
10. *Animæ*, Græc. vitæ.
12. *Domino*, Græc. coram sancto, i. Deo.
15. *Septem*, fortè positum, more scripturæ.
Qui astamus, &c. Græc. qui offerunt orationes sanctorum, & ambulant, seu emittuntur coram Sancti Maiestate.
20. *Narrate*, &c. Græc. scribite in libro omnia quæ gesta sunt.

CAPVT XIII.

5. *MIsericordiam suam*, Græc. additur, congregabit nos ex omnibus gentibus, inter quas dispersit nos, si conuersi fueritis ad eum in toto corde vestro, & in tota anima vestra, faciendo coram ipso veritatem, conuertetur ad vos, & non abscondet faciem suam à vobis.
7. *Confitebor*, &c. Græc. confiteor illi, & ostendo fortitudinem & magnificentiam eius genti peccatrici.
12. *Bonis*, id est, beneficiis, sc. in te à Deo collatis.
13. *Luce*, &c. Hæc ad Ecclesiam præcipuè pertinent.
In sanctificationem, i. vt sanctam.
15. *Nomen*, sc. Dei, seu Christi.
16. *Ædificauerint*, Græc. dilexerint.
22. *Ex lapide candido, & mundo*, Græc. ex beryllo, carbunculo, & lapide ex Suphir.

CAPVT XIV.

2. *CEntum duobus*, Græc. centum quinquaginta octo.
3. *Quinquaginta*, &c. Græc. dicitur amisisse, cum esset 58. annor[illegible], & post annos octo recuperasse.
5. *Septem*, Græc. sex.
Suos nepotes pro, nempe suos nepotes.
6. *Verbum Domini*, scil. per Ionam, vt est Græc. Prædixit Ionas delendos nisi pœniterent, deletique sunt à Chaldæis, prophetante Nahum.
Dispersi sunt, pro, dispergentur: loquitur enim de Iuda, & Beniamin, cum quibus misti multi Israelitæ. Græc. dispergentur.
Terra Israel, Græc. Terra bona, i. Deum colente, sc. Iuda.
7. *Incensa est* Græc. incendetur.
Ibique,

16. *Nonaginta nouem*, Græc. centum viginti septem.
Sepelierunt eam, scil. in Ecbatanis Mediæ, vt est Græc. Auditur autem Græc. audisse antequam moreretur destructam Niniuem à Nabuchodonosor & Assuero, déque eo fuisse gauisum.

IVDITH.

Auctor dicitur Ioachim Sacerdos.

CAPVT I.

1. ARphaxat, qui & Diocles dicebatur.
2. *Et fecit*, Græ. additur, latis cubitos tres, longis vero sex. *Triginta*, Græ. Quinquaginta.
3. *Vtrumque*, adeoque omnia latera, nam duobus duo altera respondent, intelligitur autem longitudo parietum turrium. *Vicenorum*, Græ. sexaginta. *Turrium*, Græc. cubitorum septuaginta: intellige ergo in altitudinem, i. pro ratione altitudinis, additur & Græ. latas fuisse cubitos quadraginta.
5. *Nabuchodonosor*, quidam Cambysem putant. Alij, Xerxem filium Darij Histaspis, sub quo templum ædificatum. Alij, aliquem ante captiuitatem Babylonicam, forte Merodach, de quo 4. Reg. 20. & Ier. 50. vide inf. c. 5.
9. *Iesse*, Græ. Gesem.
12. *Defenderet*, i. vlcisceretur, sic inf.

CAPVT II.

1. TErtio decimo, Græ. decimo octauo.
2. *Maiores natu*, Græ. Magnates.
Mysterium, i. arcanum.
12. *Ange*. Quidam dicunt significari Taurum montem. Alij, Argæum, qui est in Cappadocia. *A sinistro*, sc. ad Septentrionem.
13. *Effregit*, i. expugnauit. *Opinatissimam*, i. famosissimam, seu celeberrimam. Vide 1. Mach. 4.
Tharsis, sc. nepotis Iaphet. Vide Gen. 10.
14. *Mambre*, Græ. Arbonai.
16. *Abduxit*, Græc. circumdedit.

CAPVT III.

1. LYbiæ, alij, Lyciæ.
3. *In conspectu tuo*, pro, in potestate tua.
4. *Omnia sub lege tua*, i. imperio, seu arbitrio, Græ. vtere, vt libet.
7. *In virtute*, i. fortitudine, seu exercitu.
14. *In terra Gabaa*, Græc. & castrametatus est inter Gaba, & Scythopolim.

CAPVT IV.

2. TEmplis earum, Græc. additur: recenter enim ascenderant ex captiuitate, & nuper omnis populus congregatus fuerat ex Iudæa, & vasa, & altare, & templum à prophanatione fuerant sanctificata.
5. *Eliacbim*, Græc. Ioachim. Vide c. 15.
Contra, i. è regione.
9. *Prostrauerunt*, sc. se. *Cilicio*, Græc. additur, omnes indutos fuisse ciliciis, seu saccis, & capita cinere conspersos.
10. *Diuisionem*, i. separationem ab inuicem, seu dispersionem.
14. *Opere*, sc. ieiuniorum, orationum, &c.

CAPVT V.

5. ORiente, Græc. Occidente.
22. *Captiui*, quidam id referunt ad tempora Manasse. ego puto intelligi captiuitatem illam Babylonicam tam celebrem.

CAPVT VI.

3. SIcuti hominem vnum, i. simul, seu omnes ad vnum.
4. *Donec*, coniungendum cum, transiet per latera tua.
7. *Bethuliam*, ciuitas erat Galilææ tribus leucis distans à Tyberiade.
9. *De restibus*, pro, funibus.
11. *Principes*, sc. missi ab Hierusalem, vel (vt est Græc.) principes Bethuliæ. *Et Charmi*, &c. Græc. Chabris filius Gothoniel, & Charmis filius Melchiel, vide c. 8.
15. *Humilitatem*, i. afflictionem. *Sanctorum*, i. tibi dedicatorum, q. d. seruorum. *Præsumentes*, i. confidentes.
16. *Per totam diem*, i. quæ per totam diem durauerat.
17. *Vicissitudinem*, i. retributionem.
20. *Ecclesiam*, i. orationis locum.

CAPVT VII.

1. CEntum viginti, Græc. centum septuaginta.
Viginti duo, Græc. duodecim.
3. *Crepidinem*, i. latus, seu radicem. *Apicem*, extremitatem aliquam intellige, seu collem. Græc. dicitur diffusum fuisse exercitum in valle.
7. *Videbantur*, coniungendum cum furtim, q. d. velut furtim hauriebant.
10. *Satellitibus*, Græc. seruis.
16. *Carni*, i. homini.
17. *Contestamur*, i. in testes vocamus.
18. *Ecclesia*, i. cœtu.
25. *Hæc verba*, pro, res has, vel iuxta hæc verba.

CAPVT VIII.

3. PAtribus suis, Græc. additur, in agro, qui est inter Dothaim & Balamo.
4. *Sex*, Græc. quatuor.
8. *Famosissima*, i. famæ probatissimæ.
9. *Et Charmi*, Græc. additur, & Oziam.
13. *In arbitrium vestrum*, i. pro vestro arbitratu.
20. *Afflictionibus*, sc. quibus nos opprimunt.
21. *Presbyteri*, i. seniores, q. d. senatores. *Ad eloquium vestrum*, pro, eloquio vestro.
22. *Dei amicus effectus est*, pro, Dei amicitiam conseruauit, & auxit.
26. *Vlciscatur*, i. vlciscentium more indignemur.
31. *Probate*, i. expendite.
32. *Exeam*, pro, exibo. *Abra*, i. ancilla.

CAPVT

CAPVT IX.

1. *Ascendentibus*, i. inde profectis. *Induens se cilicio*, Græ. nudans cilicium, quo erat induta, q.d. exuens reliquas vestes solo induta sacco.

2. *Gladium*, i. fortitudinem. *Defensionem*, i. vltionem. *Violatores*, sc. Dinæ.

4. *Illa post illa*, i. alia post alia. *Cogitasti*, sc. facere.

5. *Posuisti*, q.d. prouidisti antequam exequereris ea.

9. *Contis*, i. longis hastis.

11. *Cornu*, i. gloriam.

13. *Charitatis*, i. amorem præferentibus. Labia autem pro verbis posita. Quod vero attinet ad hæc Iudith desideria, quidam ea vt mala improbant: alij excusant, dicentes non illam optasse Holofernis libidinem, sed per eam libidinem occasionem illum occidendi, etsi enim alterius peccatum optare non licet, licere tamen eo vti, ad iustam vindictam.

16. *Voluntas*, i. beneplacitum.

18. *Testamenti*, i. pacti. *Domus*, i. templum. *Sanctificatione*, i. cultu, seu religione.

CAPVT X.

3. *Myro*, i. myrtino vnguento, Græ. vnguento pingui.

Lilia, Græ. armillas, seu brachialia, ψέλια ex quo forte per errorem scriptum Lilia.

Ornauit se, Græc. additur, valde se composuisse ad capiendos oculos, seu decipiendos virorum ipsam intuentium.

5. *Ascoperam*, i. vtrem, qui vulgo dicitur Borraccia, Græc. ascopera ἀσκοπήρα, quamquam Græc. hic legitur ἀσκὸν οἴνου *Polentam*, i. grana frumenti tosta, *calathas*, i. massas carycarum.

6. *Ciuitatis*, Græc. ciuitatis Chabrin & Charmin.

11. *Vnde venis?* aut quo vadis? Græc. cuias es, & vnde venis?

12. *Filia Hebræorum*, i. Hebræa. *Agnoui*, &c. Ego Iudith mentitam puto, & hic & infra, nec id scriptura probat, sed factum narrat.

16. *Duxeruntque*, sc. in curru cum ancilla (vt est Græc.) & centum viris comitatam. *Eam*, sc. adesse, vel pro, de ea.

18. *Ad eum satellites eius*, Græc. vnusquisque ad proximum suum.

19. *Conopæo*, i. lecti cortina, Græc. super lectum suum in conopæo.

CAPVT XI.

5. *Virtus*, i. potentia.

6. *Omni seculo*, i. toti mundo.

Bonus, sc. eximie, seu excellenter.

10. *Ab ariditate*, i. ob penuriam.

12. *Sancta Domini*, i. Domino consecrata. *Præcepit*, Græc. in legibus suis distinxit, i. distinctis, seu apertis verbis præcepit.

14. *Etiam nunc apud te*, Græc. & nunc manebo apud te.

16. *Prouidentiam*, i. prænotionem. *Dei*, Græc. meam.

18. *Pueris*, i. seruis.

CAPVT XII.

4. *Viuit anima tua*, i. per vitam tuam.

7. *Baptizabat*, i. abluebat.

8. *Ascendebat*, sc. è fonte.

10. *Habitare mecum*, Græc. manducare, & libere nobiscum.

14. *Et optimum*, Græc. festinans.

20. *Biberat*, Græ. biberat die vna, sc. in cœna vna.

CAPVT XIII.

7. *Confirma*, i. corrobora. sic & inf.

10. *Euoluit*, sc. è lecto deiiciens, vel in lecto inuertens. Vide c. seq.

16. *Congyrauerunt circa*, pro, circumsteterunt.

18. *In me*, i. per me.

25. *Pro quibus*, i. eo quod.

29. *Æstuauit anima*, Græ defecit spiritus.

31. *Tabernaculo*, i. habitatione.

CAPVT XIV.

9. *Sonantibus*, i. perstrepentibus.

10. *Virtutis*, i. potentiæ, seu maiestatis, vel ducis, virtutis, exercitus.

14. *Super terram*, Græc. in lecto.

16. *Confusionem*, i. ignominiam. *In terra*, sic etiã Græc. Apparet fuisse in terra prope lectum.

17. *Virtutis*, i. exercitus.

CAPVT XV.

4. *Debilitabant*, pro, cædebant, seu interimebant.

10. *Benedixerunt*, i. laudarunt, seu bene precati sunt ei.

15. *Citharis*, Græc. dicitur, concurrisse omnes mulieres Israel ad videndum Iudith, cumque thyrsis in manibus, illa præcedente (quam olea, vna cum ancilla, coronauerant) choros duxisse, sequentibus viris armatis, cum coronis, & hymnis.

CAPVT XVI.

1. *Incipite*, sc. cantare.

2. *Nouum*, sc. pro nouo insignique beneficio.

5. *Valles*, Græc. colles.

7. *Nocuit*, pro, percussit, seu vltus est. *Confodit*, Complut. confudit.

8. *A iuuenibus*, i. iuuenum opera, seu viribus. *Titan*, Græc. Titanum. *Dissoluit*, i. dissipauit.

9. *In exultatione*, Græc. in exultationem.

10. *Nouam*, Græc. lineam.

13. *Apparuerunt*, sc. persequentes ipsos.

17. *Et creata sunt*, Græc. & ædificauit.

20. *Super*, i. contra.

21. *Vrantur, & sentiant*, Græc. fleant sentientes.

22. *Repromissiones suas*, Græc. munera.

23. *Obliuionis*, i. prosperi successus, qui solet obliuionem malorum afferre.

24. *Secundum faciem sanctorum*, i. ante templum.

25. *Præclarior*, pro, præclarissima.

28. *Annos*, pro, vsque ad annos ætatis.

29. *Septem*, Græc. additur, distribuisse ante mortem bona sua propinquis viri sui, & suis.

ESTHER.

Auctor Mardochæus, saltem magnæ partis libri. Vide cap. 9 finem.

CAPVT I.

1. ASsueri,,70. Artaxerxis. Hunc quidam aiunt esse Darium Histaspis:alij,Cambysem,alij, Artaxerxem Memnonem; alij,Longimanum; alij,Astiagem patrem Darij Medi.

2. *Exordium*,Heb.& Chal.Metropolis.

3. *Pueris*,i.seruis. *Inclytis*,Heb.Satrapis,seu Principibus.

4. *Iactantiam*,i.splendorem.

5. *Præparari*,pro,exhiberi,antea enim paratum, tum exhibebatur. *Et nemoris*,quod regio cultu, & manu consitum erat,Heb.palatij regij.

6. *Aërei*,Heb.& Chal.candidi, 70.byssina. *Carbasini*,Heb.viridis,Chald.sapphiri,70.carpasina ab Hebræo כרפס Carpas. *Hyacinthini*. Alij, rubri.

Eburneis,Hebr.& Chald argenteis,70. aureis,& argenteis.

Super pauimentum,sc.cibum recumbentes sumebant orientalium more. *Pario*,sc.candido,tale enim Parium marmor.

Pictura,sc.ex lapidum varietate.

13. *Regio*,sc.Regum Persarum.

14. *Videbant faciem*,i.erant familiares.

17. *Egredietur sermo*, id est, diuulgabitur factum.

18. *Vnde Regis iusta est indignatio*,Hebr.& erit indignatio,seu ira,sc.virorum in vxores se contemnentes.

22 *Maiores*,i.dominos.

CAPVT II.

1. PAssa esset,sc.sententia in eam lata.

2. *Pueri,ac ministri*, i. famuli qui ministrabant.

3. *Mundum*,i.ornatum,seu cultum.

5. *Iemini*,i.Beniamin. Vide c.11.

6. *Translatus*, i. de progenie translatorum. Vide 1.Esd.c.2.& 3.Esd.c.5.

7. *Fratris sui*,Hebr & Chald.patrui sui,70. fratris patris sui.sic & inf.

9. *Placuit ei*,sc.Ægeo.

Eunucho,sc.cuidam.

Partes,i.quod Rex ei dandum constituerat. vulgo etiam hodie pars dicitur, quod à principe aulicis ad victum datur,Chal.dona eius,torques,& vestes regias.

Speciosissimas,Heb.& Chald.dignas,i.aptas,sc.ad ministerium;& comitatum,70 designatas ei. *Ornaret atque excoleret*,Heb.mutauit in bonum domus mulierum, q. d. in meliorem locum transtulit,70. bene tractauit in domo mulierum.

10. *Patriam*. Alij cognationem vertunt.

11. *Curam agens salutis*,Heb.& Chal.vt cognosceret pacem,i.quomodo valeret.

Et scire,pro,i.scire, est enim præcedentis explicatio.

14. *In secundas ædes*. Alij in ædes secundo,i.iterum.

15. *Erat enim*,&c.pro his omnibus,Heb. Chald. & 70.habent,Erat gratiosa,seu grata,in oculis omnium eam intuentium.

16. *Decimo*,sc.Decembri.

17. *Misericordiam*,i.fauorem.

Diadema Regni,Heb.coronam Regni,Chal.monile aureum.

18. *Dedit requiem*,i.tributa minuit. *Principalem*, i.Regiam,Heb.Regis.

19. *Secundo*,i.ad secundas Regis nuptias, sc.post illas priores Vasthi,vel forte bis quæsitæ virgines, de quibus supra.

CAPVT III.

1. IMperator,Heb.Chal.& 70.Rex.

4. *Audire*,Chal.attendere,70.obedire.

Perseuerares, i. sinendus esset perseuerare, vel coniungendum cum crebrius dicerent. *Iudæum*,sc. cui id facere non liceret.

7. *In Vrnam*, id non est Hebr.nec Chald. nec in 70.

Phur, Heb. Pur est autem vox Persica sortem significans. Habetur autem Heb.sic missa est Pur, ipsa est Goral,i.sors,q.d.quæ Heb.dicitur Goral. *Duodecimus*,sc.Februarius.

8. *Insolescat per licentiam*,Hebr.Chald.& 70.dimittatur,i.sinatur viuere.

9. *Talentorum*,Heb. Chald.& 70.talentorum argenti.

12. *Iudices*,Heb.duces,Chal.magnates.

15. *Flentibus*,Heb.turbatis.

CAPVT IV.

1. OStendens,&c.70.tollitur gens,quæ nihil iniustè egit.

3. *Dogma*,i.decretum,seu edictum. *Prostratu*,i. strati,seu lecti loco.

13. *Ne putes*, &c. q.d. ne sis contenta salute tua sola: vel ne tibi persuadeas pereuntibus Iudæis te euasuram.

Præ cunctis Iudæis,sc.excellens ,q.d.potes te facile saluare.

14. *Per aliam occasionem*, Hebr. Chald. & 70. aliunde.

Peribitis,sc.Deo puniente, *Pararetis*,i.parata esses ad opem ferendam.

16. *Orate pro me*, Hebr. & 70. ieiunate pro me, Chal.ieiunate mecum.

Morti & periculo,i.mortis periculo.

CAPVT V.

1. BAsilicam,i.palatium.

Consistorio palatij,Heb.Chald.& 70.domo regia.

2 *Osculata est*,Heb. & 70.tetigit, Chald.tetigit manu,sc.est id modus quidam osculandi,& vsu frequens,osculata prius propria manu.

4. *Paraui*, 70.faciam Hebr.& Chald.feci. id est, paraui.

14. *Excelsam*,

14. *Excelsam*, scilicet, erigenda erat more columnæ.

Trabem, Hebr. Chald. & 70. lignum. *Crucem*, Hebr. Chald.& 70. lignum.

CAPVT VI.

3. AC *ministri*, pro, qui ei ministrabant.
4. *Atrio*, scilicet, vbi ad Regem ingressuri expectare solebant.

Interius, Hebr. & Chald. exterius, scil. interius ingredi non licebat, nisi vocatis. Intellige ergo vulgatam lectionem sic.

Interius, id est, intra domum. *Et iuberet*, pro, vt iuberet.

8. *Regiis*, scilicet, stola byssina, vt dicunt 70. vel purpurea, vt Chald. *Qui de sella Regis est*, id est, quo Rex vehi solet.

9. *Ac Tyrannis*, explicatio præcedentis, quasi dicat, præcipuis, vt Hebr. indicant. Alij, satrapis. *Teneat*, scil. dum equitat.

10. *Stola*, i. vestimento sic infr.

12. *Operto*, sc. lugentium more.

14. *Pergere compulerunt*, Hebr. & Chal. adduxerunt, seu venire fecerunt.

CAPVT VII.

4. REdundat in *Regem*, scilicet, peribat ei multum tributi occisis Iudæis

6. *Obstupuit*, scilicet, terrore perculsus.

8. *Necdum*. Non est Hebr. Chald. aut in 70.

Operuerunt, ita solebant facere ei, cui Rex iratus esset.

9. *En lignum*, Dicunt, 70. id intellexisse, cum vocaret Aman ad cœnam Regis. Vidisti enim lignum illud, & de eo interrogasse vnum ex seruis Aman. *Pro Rege*, id est, pro Regis salute, prodens ei paratas insidias.

CAPVT VIII.

1. ANte *faciem*, &c. quasi dicat, admissus est in familiam Regis. *Patruus*. 70. propinquus, Hebræus, quid ipse sibi esset, id est, quam propinquus cognatione.

2. *Domum suam*, scilicet, ipsius Aman, Heb. Domum Aman, Chald. facultates Aman, 70. omnia, quæ Aman.

5. *Et*, sc. Regi, i. Regis voluntati, q. d. si ei rectum videtur, vt est Hebr.

9. *Tertij*, sc. Maij. *Procuratores*. Alij, Duces seu Comites. *Indices*, i. præfectos.

10. *Veredarios*, sc. cursores velociter equitantes.

Præuenirent, adeoque executionem impedirent.

15. *Aëriis*, Hebr. & Chald. candidis.

Serico, Hebr. & Chald. byssino.

CAPVT IX.

1. QVem *Adar*, &c. Hebr. ipse est Adar.
10. *Noluerunt*, sc. ne viderentur ex auaritia, & non ex iustitia fecisse.

12. *Decem*, pro, decem, scilicet.

13. *Decem*, i. qui occisi fuerant.

17. *Quem*, pro, quam, sc. decimam quartam.

20. *Omnia hæc*. Hinc apparet auctor libri fuisse Mardochæus.

24. *Quod nostra lingua vertitur*, in Hebr. & Chald. id est.

26. *Epistola*, sc. missæ ad Iudæos. *Id est libri huius*. id additum ab interprete.

27. *Susceperunt*, pro, susceperunt itaque. *Duos*, sc.

14. & 15. *Scriptura*. i. epistola Mardochæi. *Expetunt*, id est requirunt.

Tempora, scil. futura.

28. *Obligata est*, quasi dicat, perpetuo eas seruat.

30. *Vt haberent*, pacem, q. d. precantes eis salutem, seu prosperitatem. *Veritatem*, q. d. Seruarent promissa de festo celebrando.

31. *Ieiunia*, scil. ante festum die decimo tertio. *Clamores*, i. preces ad Deum.

32. *Et omnia quæ*, &c. Hebr. & verbum Esther firmauit negotium sortium istarum, & scriptum est in libro, Chaldæus addit, per manum Mardochæi.

CAPVT X.

1. OMnem, scilicet, subiectam. *Cunctas*, scilicet, sibi subiectas.

3. *Plebi*, Hebr. & Chald. multitudini.

6. *Creuit in fluuium*, Græc. factus est fluuius.

CAPVT XI.

2. SEcundo, id refertur ad somnium, non ad ea, de quibus, c. 12. quæ contigerunt anno septimo, vt dicitur cap. 1.

8. *Discriminis*, Græc. caliginis. *Formido* Græc. turbatio.

11. *Inclytos*, q. d. superbos.

CAPVT XII.

1. EO *tempore*. Id non est Græc.
5. *Muneribus*, de quibus dicitur cap. 6.

6. *Bugæus*, vel, Agagæus, i. de stirpe Agag.

CAPVT XIII.

2. SIlentio, id est, quiete.
14. *Timui*, Græc. feci hoc. *Honorem*, Dei, scilicet talem requirebat Aman.

16. *Partem*, i. hæreditatem.

17. *Claudas*, Græc. perdas.

CAPVT XIV.

2. VAriis. Græc. superbis. *Stercore*, i. sordibus. *Ieiuniis*, Græc. valde.

3. *Solitariam*, i. destitutam.

4. *In manibus meis*, i. præsto.

5. *A patre meo*, Græc. à natiuitate mea, id est, à prima ætate.

10. *Idolorum*, Græc. stultorum.

11. *His*, qui non sunt, id est, idolis. Vide 1. Corinth. 8.

12. *Deorum*, Græc. gentium.

13. *Leones*, scil. Assueri.

16. *Necessitatem*, scilicet, qua cogor facere quæ nollem.

Quasi pannum, menstruatæ. Citat hunc locum August. epist. 199. *Silentij*, i. cum sola sum, seu à publico separata.

17. *Comederim*, scilicet, libenter. *Libaminum*, scilicet, idolorum.

CAPVT XV.

1. ET *mandauit*, &c. Hi tres versus non sunt Græc.

4. *Ornatus*, sui, Græc. luctus.

5. *Rectorem*, Græc. inspectorem.
6. *Præ deliciis*, i. delicate se gerens.
8. *Nitentibus*, scilicet, hilaritatem præ se ferentibus.
9. *Contra Regem*, id est, coram Rege.
13. *Omnibus*, scilicet, aliis.
15. *Virgam*, scilicet, sceptrum.
Osculatus. Græc. amplexatus.
16. *Quasi Angelum Dei*, quasi dicat, mirabili maiestate.
17. *Gratiarum*, quasi dicat, splendoris & dignitatis.

CAPVT XVI.

1. DVcibus, Græc. Satrapis.
13. *Ferentes*, scil. moderate,
4. *Sententiam*, i. vltionem.
10. *Macedo*. At supra dictus sæpe de genere Agag. sed forte Agagalius erat ab illo Amalechita, de quo 1. Reg.
15. *Solitudini*, q. d. solis, seu desertis nobis tanto præsidio.
16. *Semperque*. Non est id Græc.
18. *Cognatio* Græc. familia, *Nobis*, sc. solum.

I O B.

Auctor Iob, vertit verò ex Syriaco in Hebraicum Moses.

CAPVT I.

1. HVS, Regio est proxima Idumææ. Vide Thr. 4. Chald. Armeniæ. *Iob.* Putant quidam fuisse ex posteris Esau. Vide de eo Ezech. 14. Iac. 5. *Simplex*, Hebr. & Chald. perfectus, 70. verax, immaculatus, & simplex. Hieron. epist. 46. postea tamen (inquit) & Dei sermone, & sui confessione peccator arguitur. *Et recedens*, pro, adeoque recedens.
3. *Magnus*, Chald. Diues. *Inter omnes*, Hebr. *præ omnibus*, Chald. super omnes.
5. *Mittebat*, scilicet, qui vocaret eos ad sacrificia. Sanctificabat, id est, purificabat, scil. per sacrificia, & monitiones, &c.
Pro singulis, Hebr. Chald. & 70. secundum numerum eorum, id est, tot, quot ipsi erant. *Dicebat*, scilicet, apud se, seu cogitabat.
Benedixerint Deo, id est, male cogitarint de Deo vel contra Deum, id est, Dei voluntatem. sic & infra.
6. *Filij Dei*, id est, Angeli. *Assisterent*, sc. parati ad iussa. Not. quæ hic de Angelis, & satana dicuntur, describi magis, humano more, quo possint à nobis intelligi, quam quo gesta sunt. Alioqui enim & Angeli semper Deo assistunt, & satanas, semper est coram Deo & Angelis: nec cum eo Deus ita loquitur, vt hæc historia indicat, sed altiori quodam modo: & à captu nostro valde remoto. Verum, vt dixi, hæc ita debuerunt explicari hominibus vt capere possent.
8. *Simplex*, 70. inculpatus, & simplex.
9. *Frustra*, Hebr. Chald. & 70. gratis id est, sine causa.
10. *Vallasti*, q. d. protegis vndique.
11. *Nisi in faciem*, &c. quasi dicat, videbis quod in faciem, &c.
In faciem, i. coram. *Benedixerit*, i. maledixerit.
12. *In manu tua sunt*, i. tibi permitto.
Facie, i. conspectu, q. d. discessit accepta illa potestate, alioqui enim semper est coram Deo, vt dixi supra.
17. *Tres*, sc. sub tribus ducibus.
18. *Alius*, Chrysost. lib. de patient. Iob, putat hunc fuisse diabolum specie hominis.
21. *Illuc*, sc. quo solent mortui homines; nempe in terram seu sepulcrum, q. d. quid mirum, rebus suis omnibus spoliatum mori, qui nudus natus est. & quidem vulgo *là*, dicitur eadem significatione.
Sicut Domino placuit, ita factum est. Hæc non sunt Hebr. aut Chald. sed solum in 70.
22. *Stultum quid*, Chald. verba blasphemiæ, Hebr. quid insulsum, seu irrationabile. *Contra Deum*, Chald. coram Domino.

CAPVT II.

3. INnocentiam, Hebr. & Chal. perfectionem. *Commouisti me*, i. à me impetrasti. *Frustra*, id est, immeritum.
4. *Pellem*, scil. alienam. *Pelle*, scil. sua. Hieron. epist. 34. Potest etiam intelligi pellem pro pelle, i. omnem pellem, scilicet, alienam, q. d. quemuis alium, Chald. membrum pro membro, i. quoduis membrum. Vide Iob, 1. gratiam pro gratia.
Anima, id est, vita.
6. *Animam*, i. vitam. Hieron. epist. 34. quasi dicat, ne percutias (inquit) mentis iudicium, statumque mentis euertas.
7. *Vlcere*, Chald. scabie. Quidam putant fuisse Elephantiasim, seu morbum similem Gallico.
8. *Sterquilinio*, Hebræus, Chaldæus, & 70. in medio cineris.
9. *Simplicitate*, Hebræus, perfectione, seu integritate.
Benedic, &c. quasi dicat, prorumpe in blasphemiam, vt te Deus interimat, & finias dolorem. sane stultum consilium.
11. *Loco*, id est, regione. *Themanites*, 70. Themanorum Rex. *Suites*, 70. Sauchæorum tyrannus. *Nehamatites*, 70. Minæorum Rex. Vide cap. 4. *Condixerant*, i. conuenerat inter eos.
Visitarint eum, Hebr. condolerent ei, Chald. mouerent capita sua super eum.
12. *Cœlum*, i. aerem, sc. in altum iactantes.

CAPVT III.

1. MAledixit, id est, cœpit conqueri, seu dicere infelicem.
Dies, i. vitæ, seu statui tam misero, q. d. cœpit exaggerare miseriam status sui. Maledictio pro miseria seu infelicitate, sicut benedictio pro felicitate.
3. *Pereat*, q. d. præstiterat non fuisse.
4. *Vertatur in tenebras*, q. d. dignus fuit tenebris, vel, vtinam nunquam illuxisset.
Requirat, i. redire faciat, q. d. pereat prorsus, seu periisset vtinam, sc. omnis hæc querela eo pertinet, vt intelligatur, se adeo cruciari, vt satius fuerit nunquam

nunquam fuisse natum. *Desuper*, i. de cœlo, vbi est. *Mortis*, i. maxima. Repetitio est præcedentis, vocantur tenebræ vmbra mortis, quod hæc tenebras afferat.

Inuoluatur amaritudine, q.d. plane multa me inuoluit amaritudine, 70. turbetur, Chald. conturbetur amaritudine.

7. *Solitaria*, q.d. deseratur ab omnibus.

Diei, pro, diebus, scil. infelicibus.

Leuiathan, pro, Leuiathan, i. luctum suum, q.d. flere, & lamentari.

10. *Mala*, Hebr. Chal. & 70. laborem, i. molestias, & dolores.

13. *Dormiens*, id est, mortuus. *Silerem*, id est, quiescerem.

14. *Ædificant*, pro, ædificare solebant, dum viuerent.

Solitudines, i. loca ante inhabitata, q.d. essem eo statu, quo etiam sunt, qui dum hic viuerent, multum poterant.

16. *Absconditum*, i. quod celatur, vel in abscondito, i. vtero, moritur.

17. *Ibi*, sc. in morte, seu sepulchro. *Tumultu*, sc. quem excitant, dum viuunt, Chald. impij, qui egerunt pœnitentiam, cessauerunt à tumultu gehennæ. *Robore*, i. viribus, q.d. qui dum viribus hic pollerent, fatigari solebant, 70. corpore.

18. *Sine molestia*, sc. sunt. *Audierunt*, pro, audiunt sc. amplius. *Exactoris*, i. exigentis operas: vt fit cum seruis, qui vincti coguntur laborare.

20. *Misero*, id est, afflicto.

21 *Thesaurum*, sc. expectant auide.

22. *Sepulchrum*, i. mortem.

23. *Viro*, scil. cur data est lux. *Abscondita via*, q. d. qui nescit quid de se futurum sit, vel quo se vertat. Tenebris, i. calamitatibus.

24. *Rugitus meus*, sc. abundat.

25. *Timor*, quem pro, id quod.

26. *Dissimulaui*, sc. multa per patientiam: *Silui*, i. me continui. *Venit*, pro, venit tamen, quasi dicat qu id feci, vt ita puniar? *Indignatio*, sc. Dei, q.d. ira, seu, punitio.

CAPVT IV.

1. THemanites. Theman vrbs Regia Principum Edom.

4. *Vacillantes*, &c. Chald. corruentes in peccata, suscitabant verba tua, & genua labentia in delictum, confortabas.

6. *Vbi est*, &c. q.d. non is eras, qui apparebas, sed hypocrita, aut imperfectus.

8. *Dolores*, Hebr. & Chald. laborem, i. molestiam, seu peruersitatem.

9. *Flante*, i. irato, & velut flatum per nasum emittente.

Spiritu, i. vento, q.d. vi seu impetu.

10. *Leonis*, i. opprimentium alios. *Catulorum*, i. filiorum tyranni.

11. *Tygris*, alij, leo. *Prædam*, q.d. præ fame.

Dissipati, id est, dispersi, scilicet, ad prædam quærendam.

12. *Furtiue*, i. clam. Iungitur autem Hebr. & Chald. & in 70. cum præcedentibus. *Venas Susurri*, Hebr. paululum, Chald. aliquid. *Eius*, sc. qui loquebatur, Hebr. & Chald. de eo, sc. verbo.

15. *Spiritus*, sc. Angelus.

16. *Quasi auræ lenis*, id est, tenuem, Chald. quasi multorum.

Audiuit, sc. dicentem quæ sequuntur.

17. *Numquid homo*, &c. verba sunt Angeli.

Purior, quasi dicat, numquid Deus erit iniustus, qui innocentem puniat?

18. *Angelis*, sc. qui ceciderunt.

19. *Domos luteas*, i. corpora ex luto facta.

20. *De mane*, &c. i. breui. *Nullus*, scil. fere. *Intelligit*, i. recogitat. & respicit. *Peribunt*, scil. eiusmodi homines.

21. *Reliqui*, i. superstites. *Auferentur* sc. per mortem. Ex eis, coniungendum cum reliq. i. *Non sapientia*, q. d. in sua insipientia.

CAPVT V.

1. ALiquem, sc. qui causam tuam defendat. *Sanctorum*, sc. Angelorum.

2. *Vere*, Hebr. & Chald. quia, 70. etenim. *Iracundia*, Chald. ira Dei. *Paruulum*, sc. mente, Chal. insipientem, 70. deceptum, seu errantem.

3. *Maledixi*, i. prædixi male ei euenturum. *Pulchritudini*, sic etiam 70. at Hebr. & Chald. habitaculo.

4. *Salute* sc. animæ, vel corporis etiam. *In porta*, id est, publice, vel iudicio, fiebat enim id in portis vrbium.

5. *Famelicus*. sc. fur. *Armatus*, scil. latro. *Sitientes*, sc. prædones.

6. *Nihil in terra sine causa fit*, Hebr. & Chald. non egredietur de puluere iniquitas, 70. non egredietur de terra labor, quasi dicat, non est terra sterilis ob suam iniquitatem, sed hominum vel, hominibus aduenit iniquitas, & labor ex se ipsis. & non aliunde.

De humo, sub. sed ex peccato. *Dolor*? Hebr. labor, sc. afflictio, seu peruersitas.

7. *Ad laborem*, Chald. ad laborandum in lege, q.d. in obseruatione præceptorum Dei.

8. *Eloquium meum*, scilicet, orando ipsum, vel de ipso loquendo.

10. *Vniuersa*, Heb. plateas, Chal. prouincias.

13. *Qui apprehendit*, Paulus 1. Cor. 3. citat ex persona Dei, Comprehendam.

14. *Per diem*, &c. quasi dicat, etiam in rebus clarissimis errabunt.

16. *Contrahet*, i. compescet, q. d. cogentur iniqui tacere confusi.

19. *Et in septima*, quasi dicat, immo vero ab omnibus te eripiet.

23. *Cum lapidibus*, q. d. nec te lapides lædent. Olim nudis pedibus ambulabant.

24. *Speciem*, id est, pulchritudinem, scilicet familiæ, Hebr. & Chald. habitaculum, sc. domum, seu familiam.

26. *Abundantia*, scilicet, dierum, quasi dicat, senex. Chald. in perfectione annorum, in senio.

CAPVT VI.

2. VTinam appenderentur, &c. Hebr. Chald. & in 70 Sensus est: Vtinam quod patior appenderetur, certe appareret grauius esse arena maris, i. esse grauissimum.

4. *Sagittæ*, id est, molestiæ, seu dolores à Deo immissi.

Indignatio, id est, vis, Hebr. & Chald. venenum. *Ebibit*, id est, consumit. *Spiritum*, sc. vitalem, 70. sanguinem.

5. *Nunquid rugiet*, &c. quasi dicat, non temere conqueror. Nemo queritur, dum adest, quod vult.

6. *Insulsum*, q. d. quanto minus quod est amarissimum, sc. dolor acerbissimus.

7. *Præ angustia*, i. premente necessitate.

9. *Et qui cœpit*, &c. q. d. affligat sane quantum velit

velit, modo det quod opto. *Soluat*, scil. qui parcit, videtur habere ligatam. *Contradicam*, sub. sed acquiescam. *Sermonibus*, i. factis. *Sancti*, i. Dei, q.d. me Dei iudiciis libens subiiciam.

11. *Sustineam*, scil. tam dura.

Finis, &c. quasi dicat, quis tandem futurus est eorum, quæ patior, finis?

14. *Misericordiam*, i. beneficentiam.

16. *Pruinam*, i. minus malum, seu damnum. *Nix*, i. maius, q.d. accident talibus magnæ calamitates, dum minores fugiunt.

17. *Incaluerit*, sc. igne diuinæ punitionis.

18. *Inuoluta*, sc. peccatis.

19. *Thema*, i. Arabiæ desertæ. *Saba*, i. Arabiæ Felicis, q. d. negociatores Mundi: vel amicos intelligit, qui se ex Arabia inuiserant, & pro consolatione afflictionem addebant.

20. *Speraui*, quasi dicat, cum tamen sperassem me consolaturos, Hebr. sperauit, pro, sperauerunt, scilicet, aliud quam repererunt, Chaldæus, sperauerunt in idolis suis. *Pudore*, sc. quod me misero in statu reperissent.

21. *Timetis*, i. horretis.

26. *In ventum*. i. inaniter.

27. *Pupillum*, i. eum, qui more pupilli iuuandus esset, & fouendus.

CAPVT VII.

1. *Militia*, id est, certamen, vel tempus præfixum, 70. tentatio, seu tentationis locus. *Mercenarij*, quasi dicat, præfiniti, quibus laborandum sit.

2. *Vmbram*, i. noctem, sc. vt à labore quiescat. *Finem*, Chald. & 70. mercedem.

3. *Vacuos*, scilicet, à quiete, quasi dicat, molestos.

4. *Dicam*, &c. quasi dicat, diem opto. *Vesperam*, scilicet, vt nocte quiescam, qui per totum diem crucior, quasi dicat, nec noctu, nec interdiu possum quiescere. *Vsque ad tenebras*, id est, noctem, vel, quasi dicat, etiam per totam noctem, 70. à vespera vsque ad mane.

5. *Putredine*, Hebræus, & Chaldæus, vermibus, 70. putredine vermium. *Pulueris*, q. d. scabie in modum pulueris, seu furfuris.

6. *A texente tela succiditur*, Hebr. & Chald. radius textoris.

Spe, sc. restitutionis, seu reditus.

7. *Memento*, scilicet, ô Domine, *Ventus*, q. d. cito volat.

Reuertetur, sc. huc post mortem.

8. *In me*, sc. ad occidendum me.

10. *Cognoscet*, sc. reuertentem, vt solent domestici redeuntem peregre Dominum.

11. *Non parcam*, i. non sinam tacere. *Confabulabor*, Chal. meditabor. *Cum amaritudine*, Hebr. & Chal in amaritudine.

12. *Mare*, scilicet, vt possim tot tribulationum aquas continere seu fluctus ferre.

Carcere sc. molestiarum.

13. *Reuelabor* Complut. sc reuelabor.

15. *Suspendium*. &c. quasi dicat, optarem potius mortem violentam, Chal. suffocationem. *Ossa mea*, Hebr. quam ossa mea, q.d. potius quam viuere cum ossibus his, Chald. quam sustentationem mei, scil. ossibus vita sustentatur.

16. *Desperaui*, scilicet, de vita, seu quiete à tantis malis.

Parce mihi, i. ne me tantotopere crucies. *Nihil* Hebr. & 70. vanitas. *Dies*. 70. vita.

18. *Visitas*, sc. consolando.

19. *Glutiam saliuam*, i. respirem. sicut attrahitur aer, ita & saliua deglutitur assidue, q.d. sine me quietè viuere.

20. *Quid faciam*, i. quomodo satisfaciam? *Contrarium*, i. velut hostem, quem ferias.

21. *Tollis*, sc. remittendo. Chald. dimittis, 70. obliuisceris. *Ecce nunc*, &c. q.d. cito moriar, & in puluerem redigar. *In puluere dormiam*, 70. in terram reuertar.

Non subsistam, i. deprehendar. mortuus, 70. non amplius sum, Chald. non ero.

CAPVT VIII.

1. *Spiritus multiplex*, q.d. multis sermonibus excusabis, Hebr. spiritus validus, 70. spiritus multiloquus, Chald. sicut ventus magnus, q. d. vehementi oratione.

3. *Supplantat*. i. peruertit.

4. *Etiamsi*. pro. namsi, Hebr. Chal. & 70. si *Dimisit*, sc. à mundo, i. interfecit.

In manu iniquitatis, id est, propter iniquitatem, Chaldæus, in locum transgressionis, id est, quem merebantur illorum peccata.

6. *Habitaculum*, scilicet, domum, vel animum, vbi iustitia habitat, Chald. pulchritudinem.

9. *Hesterni*, id est, nuper nati. *Ignoramus*, id est, sumus ignari rerum. *Vmbra*, quasi dicat, breuis, & obscura.

11. *Scirpus*, i. iuncus, 70. papyrus. *Carectum*, 70. pratum, i. herba prati.

14. *Ei*, scilicet, Deo. *Vecordia*, id est, insania, vel vana spes.

Sua, pro, eius, scil. hypocritæ.

15. *Consurgit*, i. stabit, repetitio est, q. d. non magis inniti, quam in tela araneæ.

16. *In ortu suo*, i. in principio, Hebr. & Chald. in horto suo. & sic Complut.

17. *Super*, pro, inter. *Lapides* duritia significatur iniqui & pertinacia.

18. *Absorbuerit*, id est, perdiderit, scil. Dei punitio, vel sol.

Negabit, scilicet, locus, quasi dicat, erit quasi nunquam fuisset.

19. *Hæc est enim*, &c. q.d. cum tamen illa posteritatem multam optaret, 70. talis est impij subuersio, è terra vero alius germinabit.

20. *Simplicem*, Hebr. & Chal. perfectum, 70. innocentem.

21. *Donec*, &c. q.d. si bonus sis, Deus tibi fauebit. in tantum, vt impleatur, &c.

CAPVT IX.

1. *Ita sit*, sc. Deum esse iustissimum, vt statim explicat. *Compositus*, i. comparatus.

4. *Restitit, ei*. Hebr. indurauit ei, scilicet, cor suum, quasi dicat, se ei durum, & peruicacem exhibuit.

5. *Montes*, Chald. Reges. *Nescierunt*, id est, non præsenserunt.

6. *Columnæ*. i. sustentacula, seu fundamenta.

7. *Oritur*, i. lucet. *Claudit*, sc. ne luceant.

8. *Graditur*, q.d. nihil eum fluctus maris impediunt, quo minus ibi faciat quod vult, vt solet qui plana via graditur.

9. *Facit*, oriri, vel pro, fecit, i. creauit. *Arcturum*, stella est sic dicta ab vrsæ cauda, prope quam est. *Oriona*, stella est prope Taurum.

Hyades, stellæ sunt in capite Tauri.

Interiora Austri, id est, stellas meridiei occultas, sc. Poli Antarctici.

12. *Si*

12. *Si repente*, &c. Hebr. si rapuerit, quis eum faciet restituere? q. d. si alicui vitam eripiat, quis reuocabit? Chaldæus, si auferet hominem à sæculo, quis reducet illum?

13. *Portant orbem*, scil. Angeli, vel principes, qui mundum gubernant, Hebr. adiutores superbi, Chald. adiutores fortes.

15. *Respondebo*, sc. me excusans. *Deprecabor*. sc. pro peccatis.

17. *Causa*, sc. quam ego sciam.

19. *Quaeritur*, id est, consideratur, quasi dicat, quantum attinet ad fortitudinem, Chald. quantum ad fortitudinem. *Dicere*, scil. defendendo me contra eius iudicium.

20. *Os meum*, sc. si veritas dicenda sit. *Comprobabit*, scil. eos.

21. *Simplex*, i. integer seu perfectus. *Tadebit*, &c. q. d. mihi ipse displicebo.

22. *Locutus sum*, i. volui dicere, q. d. eo spectat mea oratio.

23. *Occidat semel*, q. d. præstaret semel mori, quam tam multa pati. *Rideat*, i. sic agat, vt delectari his videatur.

24. *Data*, scilicet, gubernacula. *Eius*, scilicet, terræ. *Operit*, scilicet, Deus, quasi dicat, permittit obcæcari Iudices. *Ille est*, scilicet, Deus, qui hæc permittit.

25. *Cursore*, Chal. vmbra auis volantis.

26. *Poma portantis*, sc. velocissimè, ne putrescant. Chald. onustæ optimis fructibus.

27. *Dixero*, i. deliberato animo proposuero. *Loquar*, scil. conquerendo. *Faciam*, sc. præ mœstitia. *Dolore*, sc. cogente conqueri.

28. *Verebar omnia opera mea*, id est timebam in omnibus operibus meis, 70. quatior omnibus membris.

29. *Sic*, i. tanta cura non peccandi. *Laboraui*, sc. diligenter vitans peccatum.

30. *Fulserint*, velut mundissimæ, Chald. sapone mundatæ fuerint.

31. *Intinges*, i. intinctum ostendas. *Vestimenta*, pro etiam vestimenta.

33. *Arguere*, scil. vt solent qui duos in concordiam volunt reducere.

34. *Auferat*, &c. quasi dicat, homini possim libere respondere, at non Deo, quod si mihi cum ipso liceret, vt cum æquali homine agere, responderem intrepide.

CAPVT X.

1. DImittam, &c. q. d. de rebus, quæ mihi molestiam exhibent, laxato ore loquar.

2. *Indica*, pro, sed indica.

3. *Numquid bonum*, &c. quasi dicat, alienum est id à te.

Calumnieris & opprimas, i. per calumniam opprimas, q. d. iniuste.

6. *Quæras*, sc. hominum more, seu iniuste.

7. *Et scias*, pro, cum scias. *Eruere*, adeoque actum esset de piis, si inique condemnares.

8. *In circuitu*, i. per omnia.

10. *Coagulasti*, scil. in vtero.

12. *Misericordiam*, i. beneficentiam *Visitatio*, i. gubernatio.

13. *Celes*, &c. q. d. etsi non apparet quid in animo habeas.

14. *Ad horam*, id est, postea. *Mundum*, i. sine punitione.

16. *Propter superbiam*, pro, velut ob superbiam, q. d. ita me tractas, vt soles superbos. *Reuersusque*, pro itemque.

17. *Instauras*, i. renouas. *Testes*, pro, quasi testes, scilicet, peccata, quasi dicat velut testes mihi obiicis peccata mea, & ob ea punis, vel flagella vocat testes, sc. iræ Dei.

In me, i. contra me.

18. *Oculus*, sc. cuiusquam.

20. *Dimitte*, i. da aliquantum quietis, seu vitæ. *Vt plangam paululum dolorem meum*, Hebr. & confortabo paululum, scilicet cor meum, Chald. & recolligam me paululum, 70. vt quiescam parum.

Dolorem, sc. de peccatis, vel vitæ miseriis.

Mortis, id est, quam mors affert.

21. *Vmbra mortis*, i. maximæ tenebræ.

CAPVT XI.

1. IVstificabitur, q. d. nunquid multiloquio te iustum ostendes.

3. *Tacebunt*, sc. vbi locutus fueris.

4. *Dixisti*, sc. Deo.

6. *Multiplex esset*, lex eius, adeoque in eam multipliciter peccatur, Hebr. duplicia meruisti secundum legem, quasi dicat, multo plura, Chald. in duplum est sapientia eius, quasi dicat, multo est te sapientior. *Minora exigaris*, i. minus puniaris.

7. *Vestigia Dei*, pro, per vestigia Deum, Hebr. inuestigando Deum.

Vsque ad perfectum, i. perfecte.

13. *Firmasti*, &c. quasi dicat, cum sis obstinatus, tamen Deum oras, Hebr. si præparasti, Chaldæus, si direxisti, 70. si mundasti, quasi dicat, si Deum ores corde præparato, directo, & puro.

15. *Stabilis*, Hebr. firmus seu fortis, Chald. & 70. purgatus.

16. *Recordaberis*, sc. leuiter, aut vix.

17. *Lucifer*, i. lux matutina.

18. *Defossus*, quasi dicat, etiam sub terra, Chaldæus, præparata sepulchra, quasi dicat, securus morieris.

20. *Deficient*, scilicet expectando, & non obtinendo quod optant.

Effugium peribit, i. effugere non poterunt.

Abominatio animæ, quasi dicat, recident spes illorum tandem in rem odiosissimam, scilicet, in æternum supplicium, 9. Hebræus, afflictio animæ.

CAPVT XII.

2. ET vobiscum, &c. quasi dicat, soline vos sapientes in mundo?

4. *Simplicitas*, i. integritas, Hebr. Chald. & 70. deridetur iustus & perfectus.

5. *Lampas*, scilicet, est iustus.

Statutum, scilicet, à Deo, quasi dicat, suo tempore apparebit, qualis sit.

7. *Docebunt*, scilicet, Deum esse omnium auctorem.

11. *Nonne auris*, &c. quasi dicat, vt sensu percipiuntur sensibilia, ita intellectu Dei opera, & ipse auctor.

12. *Sapientia*, quasi dicat, hi melius possunt de his iudicare, quam iuuenes quales forte erant aliqui ex amicis Iob.

14. *Incluserit*, Chald. incluserit hominem in sepulchro.

17. *Stuporem*, Hebr. & Chald. insaniam, q. d. facit stupidos, seu fatuos.

18. *Baltheum*, sc. splendidum. *Fune*, sc. coniiciens in carcerem, vel redigens in paupertatem.

19. *Ducit*, i. facit vitam ducere. *Sacerdotes*, Chal. principes. *Optimates supplantat*, Hebr. & Chald. fortes dissipat, seu subuertit.

20. Commutans,

20. *Commutatus*, Heb. & Chald. auferens, q.d. faciens silere.

21. *Despectionem*, q.d. facit despectos. *Eos*, qui oppressi fuerant releuans, Heb. fortitudinem fortium debilitat, 70. humiles sanat.

22. *Vmbram mortis*, i. obscurissima quæque.

24. *Desipit*, i. errare facit. *Inuium*, Chald. locum vbi non est via, 70 viam, quam non nouerant, q.d. per loca ignota, & incommoda.

CAPVT XIII.

2. *SEcundum scientiam vestram*, id est, quæ vos scitis.

3. *Disputare*, i. colloqui iustificando causam meam.

4. *Cultores*, i. professores, seu defensores.

6. *Correptionem meam*, Hebr. disputationem meam 70. increpationem meam.

7. *Dolos*, i. falsa, sc. illum me pro meis peccatis punire.

8. *Accipitis*, i. honoratis, q.d. nunquid Deo vultis fauere, more hominum accipientium personam potentis?

9. *Placebit*, sc. quod agitis. *Celare*, i. latere.

10. *In abscondito*, i. latenter, q. d. non ei placet à vobis sic tractari, vt solent ij quorum personæ accipiuntur.

11. *Commouerit*, sc. iratus.

12. *Ceruices*, i. corpora.

14. *Lacero*, &c. q.d. tam dira patior, ac si dentibus me dilaniarem.

Porto in manibus, i. versor in tanto periculo. *In ipso sperabo*, Chal. coram eo orabo.

15. *Arguam*, i. corrigam.

Veniet in conspectu, i. comparere audebit, fauorem expectans.

17. *Ænigmata*, i. parabolicum sermonem, Heb. narrationem.

19. *Iudicetur*, i. velit iudicio contendere. *Consumor*, sc. reprimens intus dolorem.

20. *Facies*, sc. ô Deus. *Non abscondar*, q.d. audebo comparere.

23. *Quantas*, pro, quot.

24. *Abscondis*, q d. cur me non liberas? *Arbitraris*, &c. q.d. me tractas, vt hostem.

26. *Scribis*, &c. q.d. velut scripta contra me sententia, acerbe mulctas. *Peccatis*, i. ob peccata.

27. *Neruo*, i. compede, q.d. carcere tribulationum.

CAPVT XIV.

1. *MVltis miseriis*, Hebr. Chal. & 70. ira, sc. indignatione ob multa, quæ accidunt incommoda.

4. *Nonne tu, qui solus es?* sc. potens, vel qui verè es. Heb. totus hic versus ita habet. Quis dabit mundum ex immundo? non vnus, q.d. ne vnus quidem mundus reperietur, 70. vero, Quis mundus erit à sorde? nullus, etiam si vnius diei sit vita eius super terram, Chald. quis dabit pollutum peccatis virum mundum, nisi Deus, qui vnus est qui parcet ei?

6. *Recede*, q.d. ne crucies eum.

Veniat, Complut. veniant. *Sicut mercenarij*, i. præfixi.

11. *Atteratur*, i. mutetur qualitatibus, sc. in fine mundi, Heb. & Chal. non sit.

13. *Inferno*, i. vel limbo, vel purgatorio.

14. *Immutatio*, sc. per resurrectionem.

17. *Signasti*, q.d. habes perspecta, & veluti asseruata diligenter. *Sed curasti*, 70. annotasti autem.

18. *Defluit*, i. perit, seu in nihilum recidit.

20. *Roborasti*, &c. q.d. sic ei vitam das, vt tamen paulo post ei moriendum sit.

Vt, pro, sic tamen vt. *In perpetuum*, scil. vsque ad diem iudicij.

Transiret, sc. per mortem.

Emittes, sc. è mundo.

21. *Non intelliget*, sc. post mortem.

22. *Super semetipso*, i. quam diu erit in corpore, q. d. optanda videtur mors, quæ vitæ doloribus liberat.

CAPVT XV.

2. *NVnquid sapiens*, &c. q. d. non est sapientis, vana, vt tu facis, respondere, & plena indignationis.

Ardore, Heb. euro, q.d. vanitate, Chald. q. vento vrente. *Stomachum*, Hebr. ventrem, i. interiora, sc. mentem.

3. *Eum*, sc. Deum.

4. *Abstulisti*, sc. à te, vel ab hominibus, q.d. tollis Dei timorem, & preces, scilicet, sublata Dei prouidentia.

5. *Docuit*, sc. ita loqui. *Blasphemantium*, Heb. versutorum, sc. fallacium.

6. *Respondebit*, sc. condemnando te, q.d. ipsa, quæ loqueris te plane condemnant.

10. *Patres tui*. Heb. Chal. & 70. pater tuus.

11. *Grande*, i. difficilè.

14. *Iustus appareat*, Chal. innocens sit.

15. *Sanctos*, i. Angelos. vide cap. 4. *Cæli*, Chald. Angeli.

In conspectu, i. comparatione.

16. *Inutilis*. Hebr. fœtidus, Chald. & 70. immundus.

18. *Patres suos*, sc. qui se docuerunt, q.d. auctoresque citant seu doctores patres suos, Chald. tradita à patribus eorum.

18. *Data*, sc. regenda. *Terra*, i. regio. *Alienus*, i. hostis, q.d. eamque ab hostibus defenderunt.

20. *Superbit*, Chal. contaminatur, 70. est in cura, q.d. premitur curis.

22. *Tenebris*, id est, cura, & metu, quibus cruciatur.

23. *Panem*, i. vitæ necessaria. *In manu eius*, i. prope, vt quæ ad manum sunt. *Tenebrarum dies*, i. exitium.

27. *Operuit*, &c. q. d. curauit cutem, dum viueret.

28. *Desolatis*, scil. antequam ab ipso ædificarentur.

29. *Ditabitur*, i. diu fruetur diuitiis.

30. *Tenebris*, i. tribulationibus. *Ramos*, i. posteritatem.

Oris sui, Complut. oris eius, Chal. oris Dei.

31. *Redimendus sit*, i. possit liberari, sc. si quando in calamitatem inciderit.

32. *Dies*, scil. quibus naturaliter viuere poterat. *Peribit*, sc. morte immatura.

34. *Sterilis*, Heb. desolata, q.d. perdet familiam.

35. *Vterus*, i. interiora, sc. mens, Chal. cogitationes ventris, i. mentis.

CAPVT XVI.

3. *SI loquaris*, sc. quæ debes, vel q.d. quia sic loqueris, Heb. & Chal. si respondeas.

4. *Similia*, sc. sententiosa. *Atque vtinam*, pro, quod si nec enim illis optat calamitatem. *Esset anima vestra*, &c. i. essetis statu quo ego sum, & talia pateremini.

5. *Mouerem*

5. *Mouerem*,&c. i.condolerem, compaterer.
6. *Quasi parcens*, i. non affligens.
9. *Rugæ*, scilicet, contracta cute ex doloribus, vel macie.
Testimonium,sc.indignationis Dei. *Et suscitatur*, &c. q.d.nec deest qui me falso accuset.
10. *Collegit*, sc. Deus, vel hostis.
11. *Aperuerunt*, scilicet, mihi contradicentes.
Maxillam, id est, vultum, quasi dicat, conuiciati sunt in facie, seu coram.
Satiati, i. delectati.
12. *Iniquum*,sc. diabolum,vel hostem. forte erat qui Iobum persequeretur,Chald. superbos.
13. *Opulentus*, 70. pacificus. Alij quietus. *Tenuit*, id est apprehendit, scilicet Deus, *Signum*,sc. in quod sagittas iaceret.
14. *Viscera*, id est, è visceribus sanguinem, seu tabem.
15. *Vulnere super vulnus*, possent hæc ad Christum referri.
16. *Saccum*. Not. humilitatem in Dei flagellis.
19 *Ne operias*, &c. quasi dicat,velim toti mundo notam esse afflictionem meam.*Sanguinem*,id est, calamitatem.
20. *Testis*, sc. meæ innocentiæ.
21. *Stillat*, sc. lacrymis.
22. *Iudicaretur*, id est, posset iudicio contendere. *Collega*, id est, amico, seu socio, quasi dicat, sic possem facilius causam meam defendere & me iustificare.

CAPVT XVII.

1. ATtenuabitur, q.d. consumentur vires. *Moratur oculus*,quasi dicat,multa videt plena amaritudine.
4. *Eorum*, sc. impiorum. *Disciplina*,Hebr.intellectu, seu intelligentia. *Exaltabuntur*,sc.à te.
5. *Prædam*,id est,victum. *Pollicetur*,scilicet,impius, seu stultus.
6. *Posuit*, scilicet, Deus. *Prouerbium*, id est, parabolam, quasi dicat, de cuius calamitate loquantur homines, cum aliquam exaggerare volent comparatione.
7. *Ad indignationem*, scilicet Dei, Chaldæus, & 70. præ ira.
8. *Super hoc*, scilicet, quod mihi accidit. *Hypocritam*, Chaldæus delatorem, 70. iniquum. *Suscitabitur*, id est, se eriget, vel indignabitur, scilicet quod immeritum persequatur.
10. *Conuertimini*, sc.huc.
12. *Noctem*, &c. quasi dicat, faciunt me etiam nocte vigilare.
Spero, quasi dicat, opto diem fieri, vel spero me tamen his malis liberatum iri.
13. *Si sustinuero*, &c. quasi dicat, etiam si sustineam, tamen moriendum mihi est. *Straui*, pro, sternam.
14. *Pater meus*, &c. quasi dicat, pro parentibus & cognatis sunt mihi afflictiones & miseriæ sane quam propinquæ.
15. *Præstolatio*, id est, spes, quasi dicat, quid possim sperare.
Considerat, sc.quanta sit.
16. *Infernum*, i.limbum.

CAPVT XVIII.

2. VSque ad quem finem, i.vsquequo.
4. *Furore*, i.per patientiam.
Propter te, 70. si mortuus fueris.*Terra*,sc.vt non habitetur, vt addit Chald.
Transferentur, &c. 70. subuertentur montes à fundamentis.
6. *Super eum*, i. in eo.
7. *Virtutis*, id est, potentiæ, quasi dicat, non poterit facere quæ vellet.
9. *Sitis*, sc. hostium.
12. *Attenuetur*, id & sequentia per futurum legenda, seu intelligenda sunt. *Robur*, id est, filij. *Brachia illius primogenita mors*, Chaldæus filios eius angelus mortis, 70. pulchra eius, mors videtur dici mors primogenita, quod prima per peccatum, inuecta est.
14. *Fiducia*,i.id quo maxime nititur. *Quasi Rex*, i. potenter.vel sic, vt resisti non possit.
15. *Qui non est*, id est diaboli, qui Deo periit. Hieron.epist.50.
18. *Expellet*, sc. Deus vel calamitas.
20. *Eius*, scilicet, calamitatis. *Nouissimi*, id est, qui post eum fuerint : vel quia sequitur, primos, sensus est, omnes. id enim significat, primi & nouissimi repetendum enim vtrobique vtrumque verbum ἀπὸ τῦ κοινῦ,

CAPVT XIX.

3. DEcies, id est, sæpe. *Confundítis*, id est confundere nitimini.
4. *Etsi*, pro, si. *Mecum erit*, quasi dicat, mihi soli nocuerit.
5. *Meis*,i.in me iactis.
6. *Æquo*, i. peccata puniente vt vos putatis.
7. *Audiet*, scil. qui liberet. *Iudicet*, sc. contra id quod Deus facit.
9. *Gloria*, scilicet, opibus, & splendore quem eæ afferunt.
Coronam, scilicet, filios, corona enim senum filij. Prouerb 17.
11. *Latrones*, Hebr. exercitus, sc.tribulationes, & dolores multi, 70. tentationes.
17. *Filios*, i. nepotes.
20. *Labia*, Hebr. & Chald.pellis.
21. *Amici mei*, sc. Angeli. Aug.
22. *Deus*, scilicet, persequitur. *Carnibus*,id est, carnis tribulationibus,seu cruciatibus. *Saturamini*, Hebr. Chald. & 70. non saturamini, quasi dicat, etiam plura & grauiora vobis videor meruisse & pati debere.
23. *Scribantur*, scilicet vt appareat iusta causa mea,certè obtinuit Iob, quod optabat.
24. *Et plumbi lamina*, vel in plumbo scribi vult, vel in lapide litteras sculptas plumbo, vt fit,repleri, quo fiant conspicuæ. *Celte* instrumentum sculptorium. Vide Scholia Marij Victorij in Hieronym. epistol. 61.
25. *Scio enim*, &c. vel hæc verba optat scribi vel significat, ita scribi velle, vt in diem vsque iudicij possint durare.
27. *Non alius*, quasi dicat, ego ipse idem omnino.
28. *Radicem*, id est, fundamentum, quasi dicat, occasionem calumniandi.
29. *Gladij*, sc. iræ Dei.

CAPVT XX.

2. IDcirco, sc. quia sic loqueris, & sentis.
3. *Mihi*, i.pro me.
5. *Puncti*, i. momentaneum. Hebr. & Chald. ad momentum.
6. *Ascenderit*, scil. dignitate aliqua. *Superbia*, Hebr. sublimitas, Chald. erectio.
7. *Sterquilinum*,Hebr.& Chald. stercus.

In fine, Hebr. & 70. in finem, id est, in perpetuum, seu omnino Chald. in æternum.

8. *Visio nocturna*, id est, somnium. repetitio more Scripturæ

10. *Manus*, id est, opera. *Reddent*, &c. quasi dicat, punietur ob mala sua opera, 70. manus eius dolores vrent, pro, vrent.

11. *Ossa eius*, &c. quasi dicat, per totam vitam vitiis vacabit.

Dormient, q.d. in peccatis suis morietur.

12. *In ore*, quasi dicat, palato, scilicet animæ. *Sub lingua*, id est, intra se.

13. *Parcet illi*, id est, conseruabit malum, non à se eiiciet.

In gutture, i. intra cor.

14. *Panis*, &c. q. d. res quibus vtitur, venenum fient tandem, i. exitiales.

16. *Caput*, alij venenum vertunt, 70. furorem.

17. *Non videat*, pro non videbit Chald. non erit dignus qui videat. *Riuulos*, &c. i. abundantiam rerum suauium.

18. *Consumetur*, sc. tribulatio seu supplicium.

21. *Remansit*, sc. vt solet, in abundantia.

Propterea, id est, ob inopiam.

22. *Cum satiatus*, &c. q.d. etiam in rerum copia cruciabitur.

23. *Vtinam impleatur*, &c. quasi dicat, quod si (vt optat) ventrem impleuerit, accidet, vt impleatur, &c. id est, grauius à Deo punietur, 70. si quando impleuerit ventrem Chald. cum implere ventrem voluerit, mittet in eum iram, &c.

Emittet, scilicet Deus.

25. *Gladius*, sc. eum occidet. *Horribiles*, sc. res. vel dæmones, Chald. terrores, 70. timores.

26. *Occultis eius*, id est, ei præparatis occultis locis, scilicet inferno. *Ignis*, Chald. ignis gehennæ. *Succenditur*, scilicet, per homines. *Relictus in tabernaculo suo*, quasi dicat, coniectus in locum supplicij, & in eo desertus à Deo, vel & qui de eius familia domi eo mortuo relictus fuerit.

27. *Cæli*, Chald. Angeli excelsi *Terra*. Chald. terræ habitatores.

28. *Apertum germen*, id est, exposita malis posteritas, Chald. transferetur frumentum.

Detrahetur, i. auferetur.

29. *Impij*. Hinc apparet, supra hypocritæ nomine intelligi impium.

Verborum, i. factorum.

CAPVT XXI.

3. SVstinete, i. expectate, seu ferte. *Contristari*, sc. de iis quæ ab hominibus inferuntur, non debet quis contristari.

6. *Recordatus*, sc. calamitatis meæ vel eorum quæ dicturus sum.

13. *In puncto*, 70. in requie, quasi dicat, cito, & sine dolore,

Inferna, sc. per mortem.

16. *Manu*, id est, potestate, quasi dicat, bona, quæ magnifaciunt, caduca sunt, & momentanea. *Consilium*, sc. quo tam auide temporalia quærunt.

17. *Quoties*, pro, quando. *Lucerna*, i. prosperitas.

Diuidet, id est, distribuet, scilicet, Deus dando eis partem quam merentur. *Furoris sui*, id est, à se irato illatos.

19. *Filiis*, pro, in filiis.

Patris, scilicet, videntis filios affligi, vel filiis videntibus patrem affligi.

Sciet, i. agnoscet Dei iustitiam.

20. *Interfectionem*. i. interitum.

21. *Post se*, quasi dicat, etiam si filij prosperentur, nihil inde post mortem lætabitur.

Etsi, pro, eum, quasi dicat, cum morte pereat immatura.

26. *Absque vllis opibus*, quasi dicat, pauperrimus

28. *Principis*, scilicet, iniqui, quasi dicat, Iobi.

29. *Hac eadem*, scil. quod sequitur.

31. *Arguet*, id est, arguere audeat. *Reddet*, scilicet, nisi Deus.

32. *Vigilabit*, scilicet, anima, vel q. d. tandem resurget cum cæteris mortuis.

33. *Dulcis*, &c. quasi dicat, iucundum fuit morti, eum ad se rapere.

Glareis Cocyti, q.d. regioni mortis.

Cocytus fluuius inferorum, apud poëtas, *glarea*, terra prope fluuium arenosa. Hebr. & Chald. dulces ei glebæ torrentis, 70. dulces ei fuerunt silices torrentis, quasi dicat, requiescit in tumulo. Apparet olim fuisse sepulcra prope torrentes.

Trahet, scilicet, mors, vel impius, quasi dicat, multi illum in morte sequentur, multi præcesserunt.

CAPVT XXII.

4. TImens, i. cum timore.

5. *Iniquitates tuas*, sc. te arguet, & puniet?

9. *Lacertos*, i. vires, seu facultates.

10. *Formido*, i. terror.

13. *Et dicis*, &c. quasi dicat, videris enim sentire male de Deo.

14. *Cardines*, Hebræus, & 70. ambitum. Chaldæus, altitudinem.

15. *Sæculorum*, id est, communem. seu mundi, scilicet, quam mundani insistunt, Chaldæus quæ à sæculo est.

Custodire, id est, obseruare, seu insistere.

16. *Fluuius*, i. aquæ diluuij.

19. *Videbunt*, scilicet, punitionem impiorum, de qua statim.

Eos, sc. impiorum stultitiam

20. *Erectio*, id est, ea ob quæ erigebantur, seu efferebantur.

27. *Pro terra silicem*, id est pro debilitate robur Chald. super puluerem arcem munitam.

Pro silice, id est, velut lapides, scilicet copiosè.

26. *Super omnipotentem*, &c. quasi dicat, in Domino delectaberis.

27. *Reddes*, sc. impetrata re, pro qua voueras.

28. *Decernes*, &c. quasi dicat, quod aggredieris, succedet.

30. *Manuum*, i. operum.

CAPVT XXIII.

2. MAnus plaga mea, pro plaga mea, vt vertit Chaldæus, Aggranata est, &c. quasi dicat, maior est, quam vt possit vllis gemitibus à me explicari.

3. *Illum*, sc. Deum.

4. *Ponam iudicium*, id est, exponerem causam meam.

Increpationibus, i. querelis.

5. *Vt sciam*, pro, & scirem.

7. *Æquitatem*, quasi dicat, puniat solum, quantum mereor.

Iudicium meum, id est, causa, qua contendo me non tam grauia mereri.

9. *Sinistram*, id est. Septentrionem, qui sinister est eunti in Orientem, Chaldæus, Aquilonem.

Dexteram, i. Meridiem, Chald. Austrum.

13. Solus,

13. *Solus*, id est, omnipotens, seu cui ab omnibus obediendum, vel qui vere est: Ego sum qui sum Hebr. vnus.

Auertere, id est, impedire. *Cogitationem*, id est, quod facere decreuit.

14. *Multa*, scil. quæ in me puniat, vel quibus puniat, scil. suppliciorum genera.

16. *Molliuit*, sc. velut malleo tribulationum.

17. *Perij*, sc. prorsus, vt redditus sim insensibilis.

Tenebras, i. calamitates. *Caligo*, sc. vt non videam, quanta me premant mala.

CAPVT XXIV.

1. *Dies*, id est, æternitatem, scilicet, est incomprehensibilis.

2. *Alij*, 70. impij. *Terminos*, scilicet, agrorum.

Eos, sc. velut proprios, cum essent alieni.

4. *Subuerterunt*, id est, impedierunt, 70. deiecerunt de via iusta Chald. auerterunt à via pauperes. potest & viæ nomine, causa intelligi. Vide Amos 2.

8. *Rigant*, i. madefaciunt. *Lapides*, scil. cauernas, ingressi, vt se tegant.

10. *Tulerunt*, pro, abstulerunt. *Spicas*, sc. quas sibi collegerant in cibum.

11. *Eorum*, scilicet, impiorum.

Meridiati sunt, id est, cibum, vel somnum in meridie ceperunt.

Qui calcatis, &c. Mercenarios intelligit, quibus illi operas non soluunt, vel, quasi dicat, inuadunt impij alienos aceruos, & in iis quiescunt? cum domini tamen collectis fructibus propriis sitiant, id est, egeant, quod, scilicet, ab impiis erepti sint.

13. *Lumini*, sc. diuino, Chald. legi. *Reuersi sunt*, 70. ambulauerunt.

14. *Erit quasi fur*, i. furem aget, seu furabitur.

15. *Vultum*, sc. ne agnoscatur.

16. *Ignorauerunt*, id est, auersati sunt, scilicet, quia illos prodit.

17. *Arbitrantur vmbram mortis*, q.d. ita horrent, vt solent alij densas tenebras.

18. *Leuis est*, &c. quasi dicat. Ita incedit leuiter, vt si super aquam incederet, scilicet, ne sentiatur. *Sit*, Chald. erit.

Vinearum, id est, cultam.

19. *Ad nimium*, &c. id est, ab vna calamitate in aliam transibit.

Ad inferos, scilicet, deducet eum, idest, ad infernum, secundum Chald.

20. *Obliuiscatur*, pro, obliuiscetur, quasi dicat, non eius miserebitur Deus.

Dulcedo illius, &c. quasi dicat, dulciter vermes pascet.

Non sit, pro, non erit.

Recordatione, sc. Dei, vt illi benefaciat. *Conteratur*, pro, conteretur.

21. *Sterilem*, sc. meretricem.

22. *Detraxit*, scil. per vim, i. deiecit.

Steterit, scilicet, in prosperitate.

Credet, id est, fidet, quasi dicat, mortem putat imminere.

23. *Eius*, scilicet, Dei, quasi dicat, diligenter notat illius acta.

24. *Omnia*, scilicet, quæ solent à Deo humiliari, vel, vt ait Chald. iuxta omnia, quæ patrarunt, pœnas luent.

25. *Quod si*, &c. quasi dicat, quis potest me arguere, & conuincere, non ita hæc se habere, vt dixi?

Ponere, scil. accusando ea.

CAPVT XXV.

2. *Eum*, scilicet, Deum. *Concordiam*, Hebr. & Chald. pacem. *Sublimibus*, id est, cœlis, vbi omnia ordinatissima, & pacatissima.

3. *Militum*, i. Angelorum. *Non surget*, q.d. quis est qui non ab ipso illuminetur?

Splendet, sc. comparata Deo. *Munda*, i. lucidæ.

In conspectu eius, i. si cum Deo conferantur.

6. *Putredo*, i. corruptibilis. *Vermis*, i. vermium esca futurus Aug. epist. 120. vermis, i. de putredine, sc. de patris mortalitate mortalis.

CAPVT XVI.

4. *Respiramentum*, id est, vim respirandi, seu animam.

5. *Gigantes*, i. dæmones, vel potentes. *Aquis*, sc. in inferno, vel tribulationibus. *Qui habitant cum eis*, Chald. exercitus eorum.

6. *Perditioni* i. morti, vel inferno, vt sit repetitio, q. d. omnia ei aperta, & subiecta.

7. *Aquilonem*, i. cœlum. *Vacuum*, i. aerem, qui non est solidus, vt possit cœlum sustentare. Chald. nihilum, sc. cœlum nullo fulcro nititur. *Super nihilum*, sc. terram nihil sustinet. Chald. super aquas, nullo eam sustentante.

9. *Vultum solij*, Hebræus, faciem solij, scilicet, id quod apparet cum cœlum aspicis, Chaldæus. caliginem solij.

10. *Lux, & tenebræ*, id est vicissitudo diei & noctis.

11. *Columnæ*, id est, firmamenta, quasi dicat, ipsa cœli machina, vel cœlestes virtutes, scilicet, Angeli. *Pauent*, scilicet, reuerentia summa iuxta illud: Tremunt potestates.

12. *Fortitudine*, id est, potentia. *Superbum*, sc. diabolum, vel mare, quasi dicat, reprimit maris impetum, 70. cetum.

13. *Obstreticante*, &c. 70. præcepto eius interfectus draco apostata. *Eductus*, scilicet, è mundo, iuxta illud: Princeps huius mundi eiicietur foras, vel è nihilo, sc. creatus.

Tortuosus, i. versutus, Hebr. fugax.

14. *Sermonis*, id est, operis.

Tonitruum, id est, vim. *Intueri*, id est, intelligere, seu comprehendere.

CAPVT XXVII.

1. *Parabolam*, id est, sermones parabolicos. Vel sententias suas.

2. *Abstulit iudicium meum*, 70. me sic iudicauit, scil. tam grauiter, Chald. abstulit regulam iudicij mei, scilicet, non iudicans iuxta morem humanarum legum.

3. *Dei*, i. à Deo datus.

4. *Meditabitur*, i. tractabit. *Mendacium*, Hebr. & Chald. dolum, 70. iniusta.

5. *Iustos*, sc. iudices. *Innocentia*, Hebr. & Chald. perfectione, seu integritate.

6. *Iustificationem*, Hebr. iustitiam.

7. *Sit* pro erit, quasi dicat, habendus est. *Vt impius*, &c. q.d. non hominem odi, sed eius impietatem, & iniquitatem.

8. *Hypocritæ*, 70. impij Chald. delatoris. *Liberet*, sc. peccato vel morte, q.d. cum morietur.

11. *Per manum Dei*, i. Deo iuuante, Chald. per prophetiam Dei. *Quæ*, sc. opera, q.d. quid agat, seu agere soleat.

12. *Nostis*, sc. vitam meam, vel q.d. sapientes videmini, vel videri vultis.

15. *Interitu*, Chald. peste. *Viduæ eius non plorabunt*, 70. viduarum eius nemo miserebitur.

16. *Comportauerit*, pro, cumulauerit.

17. *Innocens*, i. probus vir, q. d. fruentur boni eius diuitiis.

18. *Sicut tinea*, q.d. non diu duraturam vt tinea domus in exeso ligno non diu durat. *Custos*, Chald. custos pomorum.

Vmbraculum, sc. quod parum durat.

20. *Quasi aqua*, id est, abundanter, vel magno impetu.

Nocte, sc. peccati, vel insperato.

22. *Emittet*, sc. Deus mala. *Fugiet*, i. conabitur fugere sed frustra.

23. *Stringet*, scilicet, qui eius calamitatem viderit, vel audierit, Hebræus, Chaldæus, & 70. plaudet seu pulsabit, scilicet, præ admiratione, vel timore, vel irrisione.

CAPVT XXVIII.

2. *Lapis*, scilicet, lapis videtur massa illa; estque ei aliquid lapidis adiunctum, quod per ignem purgatur.

3. *Tempus*, Hebræus, & Chaldæus, finem, 70. ordinem. *Lapidem caliginis*, id est, lapides absconditos in terræ visceribus, quasi dicat, omnia videt, etiam occultissima.

4. *Diuidit*, &c. quasi dicat, crescit aliquando torrens adeo, vt peregrini transire nequeant, & socios consequi qui prius transierant, tamque longe distant, vt possint dari obliuioni.

Egentis, id est, qui transire non potest. *Inuitos*, id est, quibus intercisa via ob fluuij inundationem, Hebræus, Chaldæus, & 70. multo aliter, & sensu difficili.

6. *Locus*, &c. q.d. est quidam locus, cuius lapides saphiri, Chaldæus, de Paradiso intelligit.

7. *Semitam*, scilicet, desertæ terræ, cum prius habitaretur. Chaldæus, ad arborem vitæ refert, ad quam ducentem viam ne aues quidem sciant, q. d. est ignotissima ad eam via.

8. *Institorum*, i. mercatorum.

9. *Extendit*, sc. Deus, vt frangat.

11. *Abscondita produxit*, 70. ostendit potentiam suam.

13. *Suauiter viuentium*, Chald. superborum.

14. *Abyssus*, scil. aquarum.

15. *Non dabitur*, scilicet, vt ematur, quasi dicat, nullo pretio emi potest.

16. *Non conferetur*, quasi dicat, est excellentior, quam vt conferri debeat.

Tinctis Indiæ coloribus, Heb. & 70. auro Ophir

17. *Vitrum*, sic 70. at Hebræus, crystallus, Chaldæus, speculum.

18. *Commemorabuntur*, id est, reputabuntur, seu in pretio erunt.

21. *Volucres*, i. contemplatiuos, vel Angelos, quibus etiam Dei sapientia incomprehensibilis.

22. *Perditio*, &c. q. d. perditi homines, & peccatis mortui tantum famam audierunt.

27. *Vidit*, scilicet, ab æterno notam.

Enarrauit, id est, declarauit mundo postea.

Preparauit, sc. in creaturis discendam, hominibus proposuit, Chald. cum Angelis in principio præparauit eam.

Inuestigauit, id est, fecit inuestigari ab hominibus.

28. *Timor Domini*, 70. θεοσέβεια, Theosebia, i. Dei cultus seu pietas.

CAPVT XXIX.

1. *Parabolam*, i. parabolicum sermonem.

3. *Lucerna*, i. fauor. *Tenebris*, i. tribulationibus, & difficultatibus.

4. *Secreto*, i. familiariter.

5. *Pueri*, i. famuli.

6. *Lauabam*, i. lauare poteram præ copia. *Petra*, scil. premens torcular, vel montes intelligit, vbi plantatæ oliuæ.

8. *Abscondebantur*, sc. præ reuerentia.

11. *Reddebat*, sc. de vitæ meæ integritate.

13. *Perituri*, scilicet, nisi à periculo liberassem. *Veniebat*, quasi dicat, me benedicebat quod se eripuissem.

14. *Diademate*, pro, velut diademate, 70. sicuti diploide. *Iudicio*, i. iustitia, repetitio est.

18. *Dicebam*, i. cogitabam fore. *Nidulo*, q. d. quietè. *Palma*, Chald. arena.

19. *Aperta*, id est, posita, seu fixa. *Ros*, scilicet, qui fertilem faciat.

20. *Arcus*, i. robur.

22. *Stillabat*, id est, fundebatur, scilicet, more pluuiæ gratæ.

23. *Pluuiam*, scil. desideratam. *Serotinum*, scil. quo maturantur fruges.

24. *Credebam*, sc. me serio ridere, sed aliquid in in eo latere: tanta erat morum grauitas. *Lux*, &c. q. d. nihil auctoritati deperibat.

CAPVT XXX.

6. *Glaream*, id est, lapidosam terram, Hebr. & Chald. petras.

8. *Parentes*, pro, comparentes, quasi dicat, sine honore, seu viles.

9. *Canticum*, q. d. componunt de me cantilenas, vt fit de miseris, vel ridiculis. *Prouerbium*, i. parabolam, seu fabulam.

10. *Conspuere*, Figura id Christi passionis.

11. *Aperuit*, scilicet, Deus. *Frenum*, vt solet equo domando.

12. *Ad dexteram*, i, prope. *Surrexerunt*, scil. me persequentes.

15. *Abstulit*, scilicet, Deus, vel positum pro abstulerunt.

Desiderium, id est, quæ optabam, vel mihi carissima.

17. *Os*, scilicet, ossa. *Comedunt*, scilicet, dolores, aut vermes.

18. *Eorum*, scilicet, dolorum, vel vermium. *Vestimentum*, id est, corpus. *Capitio*, pro, capitium, q. d. instar capitij.

Succinxerunt, scil. vndique.

20. *Ad te*, scilicet, ô Deus, *non respicis*, repetenda negatio præcedens more Scripturæ. Vide inf. cap. 31. & cap. 32.

21. *Crudelem*, id est, seuerum, q. d. videris mecum crudeliter agere.

22. *Super ventum*, i. loco editissimo.

24. *Veruntamen*, &c. totus hic versus sic habet apud 70. in editione Rom. Atque vtinam possem mihi ipse manus afferre, aut rogarem alium, & faceret mihi hoc.

Eorum, scil. viuentium, quidam legunt, meam. *Corruerint*, scil. tui.

27. *Efferbuerunt*, sc. æstu, & cruciatu.

28. *Sine furore*, id est, patienter ferens.

In turba, quasi dicat, etiam in turba hominum cogebar præ dolore clamare.

29. *Frater fui*, &c. q. d. more draconum, & struthionum lugebam, vel eram solitarius.

30. *Caumate*,

30. *Caumate*, i. ardore.
31. *Cithara*, id est, gaudium.
Organum, 70. Psalmus.

CAPVT XXXI.

1. *Ne cogitarem*, &c. Chaldæus, ne respicerem virginem.
2. *Haberet in me*, Chald daret mihi.
3. *Alienatio*, sc. à Deo.
5. *Si ambulaui*, pro, non ambulaui, seu, absit vt ambulauerim.
6. *Sciat*, i. faciat apparere. *Simplicitatem*, Hebr. & Chal. perfectionem.
7. *Et si*, pro, vel si sic infr. *Si secutum est oculos meos*, Hebr. si post oculos meos abiit cor meum. Chald. & 70. si cor meum secutum est oculos meos, quasi dicat, si concupiui quod vidi. *Manibus*, id est operibus.
10. *Sit*, id est, non recuso, quin sit, vel, mereor, vt sit, sic inf.
11. *Hoc*, scilicet, adulterium, vel quod me dixi non fecisse.
15. *Vnus*, pro, idem ipse.
16. *Expectare*, sc. diu, quod à me petebat.
18. *Egressa est*, q. d. iam inde à natiuitate propensus fui ad misericordiam.
19. *Praetereuntem*, Hebr. & 70. pereuntem, sc. præ frigore.
20. *Latera*, quasi dicat, ipse ob latera à me veste contecta.
Calefactus est, pro, non calefactus: repetenda enim negatio præcedens.
21. *Super*, id est, contra, quasi dicat, oppressi. *Porta*, id est, iudicio, in portis enim vrbium iudicia fiebant.
23. *Eius*, pro, iudiciorum eius.
27. *Laetatum*, Hebr. & Chald. seductum, sc. putans esse Deum. Itaque quidam putant legendum, lactatum, i. seductum. *Osculatus*, sc. in signum adorationis. fit etiam id hodie vulgo in signum reuerentiæ inter homines. Vide Hieron. 1. con. Ruff. & sup. 3. Reg. 19.
30. *Guttur*, id est, interiora, sc. cor. *Expeterem*, scil. ei, malum.
Maledicens, i. malum imprecans.
31. *Viri*, scil. fatigati operibus misericordiæ, quibus eos assidue exercebam.
Saturemur, quasi dicat, videamus eum mortuum, ne nos tantopere fatiget excipiendis hospitibus & iuuandis pauperibus, vel Hyperbole est, qua significatur odium maximum, & rabies, vide. Psalmum 26 Apocal. 17.
33. *Quasi homo*, i. vt solent homines.
34. *Expaui*, sc. vt à recto discederem. *Despectio*, scil. cum me despicerent.
Terruit, scilicet, vt vlciscere. *Tacui*, scil. ferens patienter. *Egressus*, scilicet, vt vlsciscerer, vel quererer.
35. *Auditorem*, scilicet, Deum causæ meæ; q. d. nolo alium iudicem quam Deum, qui me nouit. *Librum*, q. d. processum, vt vulgo dicitur.
37. *Gradus*, pro, gressus. *Offeram*, sc. cuicunque legere volenti.
38. *Clamat*, sc. quasi à me inique possessa, aut quasi non soluerim operas mercenariis. *Deflent*, id est, de me queruntur.
39. *Pecunia*, sc. soluta agricolis.
40. *Finita*, &c. quasi dicat. Atque hic fecit loquendi finem.

CAPVT XXXII.

1. *Sibi*, id est, sibiipsi, quasi dicat, quod Iob nimis obfirmatè suam iustiam tueretur, 70. Ipsis, quasi dicat, quod tandem eius iustitiam agnouissent.
2. *Buzites*, i. ex progenie Buz filij Nachor. *Ram*, Chald. Abraham. *Coram Deo*, Hebr. & Chald. plusquam Deum, 70. Coram Domino.
3. *Porro*, i. præterea. *Rationabilem*, id additum ab interprete, explicandi causa. *Respondere*, scilicet, vt par erat.
8. *Spiritus*, scilicet, Dei, Chald. Spiritus prophetiæ. *Hominibus*, sc. quibus non putes.
9. *Non sunt*, scilicet, semper. *Nec senes*, Hebræus, & senes, sed intelligitur repetenda negatio præcedens.
13. *Sapientiam*, scil. qua conuinceremus eum de eo, quod sequitur.
15. *Abstulerunt*, &c. q. d. tacuerunt.
18. *Vteri*, id est, mentis.
19. *Laguncula*, i. lagenulas. Hebr. vtres.

CAPVT XXXIII.

3. *Sententiam*, Hebræus, Chaldæus, & Complut. scientiam.
4. *Spiraculum*, id est, anima. sic dictum à Moyse, Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ Genes. 2.
7. *Miraculum*, i. mira, quæ dicam. Hebr. Chal. & 70. timor mei.
10 *Querelas*, i. occasiones querendi de me.
11. *Neruo*, Hebr. compede, seu cippo. 70. ligno. *Custodiuit*, i. obseruauit.
12. *Iustificatus*, q. d. non iustificasti causam tuam probando te immerito pati.
14. *Non repetit*, quasi dicat, quid est opus, vt repetat quod semel apertè dixit, scilicet te affligi ob peccata tua?
18. *Gladium*, sc. iræ Dei.
19. *Per dolorem*, quasi dicat, per hunc tibi apertè est locutus.
22. *Anima*, i. vita. *Mortiferis*, sc. morbis.
23. *Annuntiet*, sc. ante Deum.
24. *Dicet*, sc. Deus Angelo.
26. *Iubilatio*, q. d. ostendat ei Deus vultum lætum, non iratum. *Iustitiam suam*, Chal. secundum iustitiam suam, id est, quod meretur.
27. *Respiciet*, sc. Deus. *Dicet*, sc. qui affligitur.
28. *Liberauit*, sc. sic sentiendo, vel, q. d. Deus liberauit animam suam, i. eius.
29. *Tribus vicibus*, i. aliquoties, Chald. duabus & tribus vicibus.
Per singulos, id est, cum singulis hominibus, Hebræus, & 70. cum homine, Chaldæus, cum filio hominis.
32. *Te apparere iustum*, quasi dicat, vt te iustifices, si potes.

CAPVT XXXIV.

1. *Pronuntians*, &c. Hebræus, Chaldæus, & 70. respondens Elihu dixit.
4. *Iudicium eligamus*, q. d. disceptemus.
5. *Subuertit*, q. d. me immeritum punit.
6. *Mendacium est*, pro, erratum est. *Sagitta*, id est, afflictio.
7. *Bibit subsannationem*, &c. quasi dicat, ridet alios nimis profuse.
8. *Graditur*, &c. quasi dicat, conuersatur, seu iudicat more iniquorum, & impiorum.

9. *Cucurrerit cum eo*, executus fuerit festinanter eius mandata, coram eo.

10. *Absit*, pro, longè abest.

12. *Frustra*, i. sine causa. *Subuertet*, sc. inique indicans.

13. *Constituit*, sc. gubernatorem, seu iudicem.

14. *Direxerit ad eum*, scil. homo ad Deum, vel Deus ad hominem vt occidat.

Trahet, sc. homo per orationem, vel Deus per mortem.

17. *Iudicium*, i. quod iustum est.

18. *Qui dicit*, &c. sub. num sanari potest? *Apostata*, Heb. impius es. *Duces*, i. principes, seu gubernatores.

19. *Qui*, sc. Deus, q. d. quanto minus Deo dicenda sunt talia? *Cognouit*, i. approbauit.

20. *Morientur*, sc. tales. *Pertransibunt*, sc. quærentes tyrannum, vt occidant.

Manu, sc. valida q. d. facile.

22. *Vmbra mortis*, i. obscuritas, repetitio præcedentis.

23. *Enim*, pro, vero. *Vltra*, sc. postquam est condemnatus.

24. *Pro eis*, sc. in ipsorum loco.

26. *In loco videntium*, i. coram multis. Chald. in loco, in quo videbunt iusti, & iustificabunt iudicium.

27. *Noluerunt*, sc. contemnentes, aut obedire nolentes.

28. *Pauperum*, sc. ab ipsis oppressorum.

29. *Contempletur eum*, i. dignetur videre, sc. à Deo contemptum, vel eum, i. Deum se occultantem quis possit cognoscere, seu repetire? *Super gentes*, sc. venient mala à Deo puniente.

30. *Hypocritam*, i. iniquum.

31. *Ad Deum*, pro, de Deo. *Prohibebo*, sc. quin etiam loquaris.

33. *Eam*, sc. iniquitatem.

Displicuit, sc. eius iudicium q. d. num. ideo iniustus Deus, quia tibi non placet? vel num tu ideo de Deo male debes sentire, quia te puniuit.

35. *Disciplinam*, i. bonam institutionem, vel scientiam, seu prudentiam.

36. *Pater mi*, Chaldæus Pater mi, qui es in cælis.

Vsque ad finem, i. perfectè. *Desinas*, i. auferas afflictionem, seu punitionem.

37. *Constringatur*, i. discutiatur, seu affligetur.

CAPVT XXXV.

1. *IGitur*, &c. Heb. Chal. & 70. & respondens Elihu dixit.

3. *Dixisti*, sc. Deo. *Vel quid tibi*, &c. q. d. quem fructum capis ex meis pœnis? peccatum pro pœna peccati, & peccare pro puniri. Not. ex his, atque aliis locis supra & inf. apparere plura dixisse Iob, quam sint suo loco scripta.

5. *Altior*, sc. æther, i. cælum.

9. *Clamabant*, sc. oppressi ad Deum.

10. *Dixit*, sc. iniquus, vel Iob.

Carmina, i. stellas excitantes ad Dei laudes, Heb. cantica, 70. ordinans custodias nocturnas, Chald. ante cuius conspectum Angeli excelsi ordinant laudem in nocte.

11. *Super*, i. plusquam.

12. *Ibi*, i. tum. *Clamabunt*, sc. ad Deum oppressi malis impij.

13. *Frustra*, i. sine causa, q. d. audit quidem omnes, sed non exaudit indignos, 70. indecentia videre non vult Dominus, Chald. iniquitatem non audiet Deus, sc. iniquum clamantem.

14. *Dixeris*, sc. corde, i. putaueris.

Iudicare, i. discute conscientiam, & condemna peccata tua.

14. *Furorem*, sc. quantum merentur peccata.

CAPVT XXXVI.

3. *A Principio*, Hebr. & Chald. à longè, id est, longius.

Operatorem, i. factorem.

7. *In perpetuum*, i. longo tempore, vel q. d. semper ipse est qui collocat.

Eriguntur, sc. dignitate.

8. *Catenis*, sc. impij, vt Chal. addit. *Paupertatis*, Heb. & Chal. afflictionis.

9. *Violenti fuerunt*, ideoque à Deo puniti.

10. *Reuelabit aurem eorum*, i. docebit eos.

11. *Gloria*, Heb. Chal. & 70. delectationibus.

13. *Simulatores & callidi*, Hebr. & 70. Hypocritæ corde, Chald. superbi corde.

Clamabunt, sc. ad Deum, Chald. deprecabuntur miserationem eius.

14. *Tempestate*, i. calamitate, Hebr. & 70. adolescentia, i. stultitia iuuenili, Chald. infantia, i. puerili sensu.

Et vita, pro, quia vita. *Inter effæminatos*, i. scortatores, 70. vulnerata ab Angelis.

15. *Eripiet*, sc. Deus. *Reuelabit*, &c. q. d. docebit, cur sic, tractet, & consolabitur.

16. *Latissime*, Chald. dilatabit te. *Fundamentum*, q. d. sub quo est magna profunditas.

Requies autem mensa tua. Chal. in requie autem mensa tua. *Pinguedine*, id est, abundantia, seu lautis cibis.

17. *Causa*, pro, quod si autem causa. *Iudicium*, sc. iustum. *Recipies*, sc. à Deo.

19. *Magnitudinem*, i. potentiam. *Tribulatione*, i. oppressione aliorum. *Robustos*, sc. tuos, quos potes prohibere ab oppressionibus.

20. *Ne protrahas*, &c. q. d. ne in longam noctem detineas eos qui te conueniunt, vt possint ad sua redire negotia. *Pro eis*, i. pro se, sc. rebus suis.

22. *In legislatoribus*, Heb. docés, Chal. docens recta.

24. *Viri*, sc. sancti, Chal. viri iusti.

26. *Inæstimabilis*, 70. infinitus.

27. *Aufert*, i. in altum tollit, sc. per vapores.

30. *Cardines*, i. extrema, Heb. Chal. & 70. radices, q. d. totum mare vsque ad extremitates, seu fundamenta.

Operiet, sc. radiis lucis, quibus vapores eleuantur.

31. *Iudicat*, i. gubernat.

32. *In manibus*, i. apud se. *Rursus aduenia*t, Chald. descendat propter orantem.

33. *Sit*, sc. si velit.

CAPVT XXXVII.

1. *SVper hoc*, sc. quod iam dicam.

2. *Audite*, 70. Audi, Heb. & Chal. audite. *Vocis*, i. tonitrui, vel minarum. *Ore*, i. præcepto, seu voluntate.

4. *Eum*, pro, id, sc. lumen fulguris. *Sonitus*, sc. tonitrui. *Inuestigabitur*, i. intelligetur perfecte quomodo facta.

6. *Fortitudinis suæ*, i. vehementi.

7. *Manu*, i. conspectu, q. d. apperte. *Signat*, i. ostendit, seu significat. *Opera sua*, 70. suam infinitatem.

Interioribus, i. occultis locis. *Arcturo*, sc. Aquilonari vento.

11. *Lumen suum*, Chald. pluuiam suam, sc. pluuia est velut lumen terræ ariditati: quidam referunt ad aëris serenitatem quæ post pluuiam sequitur, alij, ad fulgura.

13. *Sua*,

13. *Sua*, i. à se facta. *Misericordia*, i. cui vult benefacere.

15. *Lucem*, sc. per fulgura.

16. *Scientias*, sc. Dei.

18. *Aere fusi*, Heb. speculum fusum, i. extensum, vel durum & firmum, vt solent fusilia, Chald. speculum fusile, sc. firmi, & perspicui.

20. *Quis narrabit*, &c. q. d. nunquid opus Deo est aliquo, qui ei narret? *Deuorabitur*, i. opprimetur rerum diuinarum magnitudine, si de eis velit loqui.

21. *Vident*, sc. homines, q. d. accidit interdum Solem nubibus impediri, ne videatur, rursumque his per ventum dispersis, apparere.

22. *Aurum*, i. serenitas auro similis splendore, quidam ad aurum referunt, quod ad Septentrionem aiunt prouenire abundanter. *Formidolosa*, i. plena timoris, & reuerentiæ, sc. dum talia eius opera contemplamur.

24. *Contemplari*, i. scrutari, Heb. Chal. & apud 70. multo aliter habet locus hic.

CAPVT XXXVIII.

1. *Respondens*, i. allocutus. *Turbine*, alij, caligine.

2. *Iste*, sc. Elihu, q. d. quis de meis iudiciis audeat sententiam ferre, cum sit imperitus?

3. *Accinge*, &c q. d. para te, sc. ô Iob. *Vir*, sc. fortis.

5. *Lineam*, i. funem, Chal. perpendiculum.

6. *Demisit*, sc. in fundamentum.

7. *Matutina*, i. quæ mane oriri solent. *Filij Dei*, Chald. turmæ Angelorum, 70. quando facta sunt astra, laudauerunt me voce magna omnes Angeli mei.

8. *Ostiis*, i. velut ostiis. *Erumpebat*, 70. fluctuabat. *Quasi de vulua*, q. d. in ortu suo, i. dum crearetur.

9. *Vestimentum*, pro, velut vestimentum, q. d. cum tegerem nubibus.

10. *Vectem*, pro, velut vectem, 70. claustra, Chal. littora, quasi pessulos.

12. *Diluculo*, sc. vt oriretur.

13. *Concutiens*, sc. vt soleo terræmotu. *Excussisti*. sc. vt soleo interimendo.

14. *Restituetur*, sc. terræ post terræmotum. *Lutum signaculum*, pro, luti sigillum, scil. corruptum solet restitui,

Stabit, sc. suo loco immota.

16. *Nouissimis*, i. extremis.

17. *Portæ mortis*, sc. ingressus inferni, *Ostia tenebrosa vidisti*, Chal. introitus vmbræ mortis gehennæ conspicies? 70. Ianitores inferni te videntes stupuerunt.

19. *Habitet*, q. d. quam late pateat.

20. *Terminos suos*, i. locum suum. *Domus*, i. loci, seu habitaculi, repetitio præcedentis.

23. *Hostis*, sc. perdendi, Chal. tribulationis in gehenna, Heb. angustiæ.

24. *Lux*, sc. fulguris.

Aestus, sc. eius flamma, Heb. & Chal. Orientalis ventus 70. Auster.

25. *Quis*, sc nisi ego.

29. *Gelu*, Heb. pruinam.

3. *Abyssi*, i. aquæ.

31. *Pleiadas*, sc. Vergilias, quæ vere oriuntur. *Gyrum Arcturi*, i. stellas, quæ circa polum Arcticum.

34. *In nebula*, pro, ad nebulam, i. nubem, scil. vt pluat præcipiens *Operiet te*, 70. obediet tibi.

36. *Gallo*, per gallum intellige etiam reliqua animantia. *Intelligentiam*, i. sensum.

37. *Concentum*, i. ordinatissimum cursum. *Dormire*, i. cessare.

38. *Compingebantur*, sub. vbi eras? vel possisne explicare quomodo id factum?

39. *Leæna*, datiuus est, *Animam*, id est, appetitum.

41. *Vagantes*, sc. à parentibus nido eiecti. *Quis*, sc. nisi ego.

CAPVT XXXIX.

1. *Ibicum*, i. caprarum syluestrium.

3. *Incuruantur*, sc. præ dolore partus. *Fœtum*, sc. edendum.

6. *Tabernacula*, i. cubilia. *Salsuginis*, i. arida, seu sterili.

7. *Exactoris*, i. volentis capere.

9. *Rhinoceros*, 70. Monoceros. μονόκερως, i. vnicornis.

10. *Post te*, i. te sequendo.

13. *Herodij*, Chal. & 70. Ciconiæ.

14. *Derelinquit*, i. ex obliuione.

16. *Duratur*, i. dure tractat, sc. desertis ouis. Ideo Thr. 4. crudelis vocatur. *Frustra*, sc. quia deserit oua. *Cogente*, sc. relicta curare (non enim cogitat pericula, ideo non timet ouis) vel deserere: nec enim id facit timore vllo, sed stupiditate.

17. *Intelligentiam*, scil. seruandi oua, quæ tamen Deus per suam prouidentiam seruat.

20. *Quasi locustas*, q. d. num ei potes dare vires saltandi? *Terror*, q. d. hinnitu homines, velut gloriabundus, terret.

24. *Sorbet*, i. velut sorbiturus excitat, sc. halitu. *Reputat*, i. curat, q. d. contemnit. *Tuba*, sc. hostium, vel à bello reuocantis.

25. *Vah*, Heb Heah. 70. euge.

26. *Plumescit*, Heb. alas mouet. *Expandens*, sc. ad volatum.

32. *Conquiescit*, sc. quasi causam vicerit. *Respondere*, sc. ad obiecta, q. d. non potuit se defendere contra Deum.

34. *Leuiter locutus sum*, Hebr. contemptibilis sum. Chal. vilis factus sum, 70. nihil sum.

33. *Vnum & alterum*, i. pauca quædam.

CAPVT XL.

3. *Iritum facies*, i. dices iniquum.

4. *Etsi*, pro, nunquid. *Brachium*, i. vires.

6. *Disperge*, pro, perde, seu contere.

8. *Foueam*, i. sepulcrum, q. d. interfice.

9. *Quod saluare*, &c. q. d. te esse valde potentem.

10. *Behemoth*, i. elephas, vel Rhinoceros, quam Indi vocant Bada. Figurate vero dæmon intelligitur.

Tecum, i. vt te, vel apud te.

11. *Lumbis, & vmbilico*, q. d. in illo fortes sunt etiam eæ corporis partes, quæ in cæteris animantibus debiles, Hier. ep. 22. ait, honeste hic viri, & mulieris genitalia mutatis nominibus significata, omnemque diaboli virtutem contra viros in lumbis esse, contra fœminas vero in vmbilico.

12. *Caudam*, forte & hic honestè significatur genitale membrum. *Quasi cedrum*, i. fortiter. *Perplexi*, q. d. miro artificio formati, mysticè artes miræ intelliguntur, quibus diabolus homines libidine implicat, vt difficillimè extricentur.

14. *Principium*, q. d. præcipuum animalium à Deo factorum quod attinet ad fortitudinem, & prudentiam. Mira quidem narrantur de Elephantis intelligentia, vt tantum non rationalis esse videatur; mysticè diabolus inter primas creaturas, sc. Angelos à Deo factus. *Applicabit gladium eius*, i. suum, q. d. Deus potest facile interimere; alioqui nemo audeat aggredi: quod maximè de diabolo verum est,

est, 70.vt eluderetur ab Angelis eius, quod planè in diabolum quadrat.

15. *Ibi*, i.prope eum, sc.nihil timentes ob assuetudinem.

16. *Sub vmbra*, &c. Quidam duos hos versus interrogatiuè legunt. q.d. vel grandes arbores ipsum tegere nequeant? tantum abest, vt sub calamis, i. arundinibus, aut salicibus latere possit, aut luto, vt cætera animalia.

Locis humentibus, Heb.& Chal.cœno.

17. *Vmbræ*, i.arbores vmbriferæ. *Vmbram eius*, pro, eum, q.d.non sufficient, vt sit hyperbole, vt in seq. versu, quamquam non video, cur non possit vterque versus legi affirmatiuè, sc.cubare solet locis humidis prope arundines, & salices, diabolus quidem in delitiis per hæc significatis.

19. *In oculis eius*, &c. q.d. videtur sibi posse sistere bibendo fluuij cursum, vt qui hamo pisces detinent: adeoque interdum nares mergit, vt sudibus fluuij lædantur. *Eius*, pro suas.

20. *Leuiathan*, i.balenam.

Circulum, i.hamum, seu vncum. *Armilla*, Heb. spina, Chal.tribulo.

22. *Preces*, sc.ne illum lædas.

24. *Ancillis*, i. ad ludum & recreationem ancillarum. 70.tanquam passerem puero, Heb.& Chald. puellis.

25. *Amici*, i.socij in piscatione, seu mercatura, q.d.non poterunt capere, vt ipsum concidant, & diuidant.

26. *Gurgustium*, i.fiscellam.

27. *Pones*, &c.q.d.si aggrediaris, vt capias, ita te lædet, vt perpetuo recorderis tam temerarij prælij nec vltra simile quid aggrediaris. *Loqui*, additum id ab Interprete.

28. *Eius*, scilicet, qui illum velit capere.

Præcipitabitur, i.perdetur, vel se in fugam festinus proripiet.

CAPVT XLI.

1. EVm, sc. hominem, q.d. non crudeliter agam cum aliquo, vel Behemoth, aut Leuiathan, q d.non est mihi opus ad illum superandum magno conatu vti, vt solent sæui Chald. non est crudelis, qui suscitet eum, i. nemo tam ferox, qui eum audeat prouocare.

3. *Parcam*, sc.si velim perdere. *Verbis potentibus*, i.ob verba minacia, vel eloquentia.

4. *Quis*, redit ad id, quod cœpit cap. præcedenti de Behemoth, seu Leuiathan.

Reuelabit, &c. q.d.quis ei audeat pellem detrahere.

Intrabit, q.d.quis ei frænum iniiciet?

9. *Palpebræ, diluculi*, i. splendentes. 70. species Luciferi.

10. *Lampades*, q.d. videtur flammas euomere.

13. *Egestas*, sc.pernicies eorum, in quos incurrerit. Chal.dolor, 70.perditio.

14. *Mittet*, pro, si mittantur. *Ferentur*, sc.membra eius q.d.non mouebitur loco.

16. *Sublatus*, sc.in altum se erigens.

Angeli, Chald.fortes, quasi dicat, fortissimi quique, 70.feræ. *Purgabuntur*, sc.soluta aluo præ timore.

17 *Subsistere*, q.d.frangetur. *Hasta*, sc.quicquam ei nocebit.

18. *Reputabit*, i.æstimabit, quasi dicat, contemnet.

21. *Radij solis*, q.d.faciet obscuritatem reuolutis fluctibus.

Sternet, &c.q.d.nihili faciet hominum diuitias, & potentiam, ita est terribilis.

22. *Feruere faciet*, sc.motu suo, vel dum aquam euomit.

23. *Post eum*, i.vb. transierit. *Lucebit*, id est, albescet.

Æstimabit, sc.qui viderit. *Abyssum*, i.mare. *Senescentem*, i.canescentem, sc.alba apparebit aqua.

24. *Super terra*, sc.in mari dominatur nulli belluæ parens.

Vt nullum timeret, 70. vt illudatur ab Angelis meis, sc. dæmon, de quo etiam superiora intelligenda.

25. *Videt*, i.despicit. *Vniuersos filios superbiæ*, i. belluas marinas, quamuis ingentes. Chald. omnes filios montium, 70 omnia quæ in aquis. Videtur quidem de diabolo intelligendum superborum Rege.

CAPVT XLII.

3. ISte qui, pro, qui. Celat. 70. celat à te, q.d. qui se putat posse abscondere tibi sua consilia. *Absque scientia*, i.imperitè, seu stultè.

5. *Auditu*, &c. q. d. te antea tantum auditione noueram, nunc vero te docente. *Oculus*, i.mens. *Videt*, i.perfectius cognoscit.

6. *Ago pœnitentiam*, &c. 70.reputaui me ipsum terram & cinerem.

8. *Offerte*, 70 faciet, i.offeret, sc. Iob. *Faciem eius suscipiam*, i.exaudiam eum. *Recta sicut seruus meus*, 70.verum contra seruum meum.

9. *Suscepit Dominus faciem Iob*. 70.soluit eis peccatum propter Iob.

10. *Conuersus*, sc.vt illis parceret, & Iob liberaret calamitate, 70.dimisit illis peccatum, Chal.conuertit captiuitatem Iob.

11. *Mouerunt super eum caput*, 70.mirati sunt.

Ouem, 70.agnam. *Inaurem*, sc.quatuor drachmarum, vt aiunt 70.

14. *Diem*, sc.ob pulchritudinem, Heb. *Temimah*, i.diurnam. *Cassiam*, q.d.pretiosam vt cassiam. *Cornustibij*, q.d.elegantem. Stibio enim asseruato in cornu se fœminæ solebant ornare, seu fucare oculos, 70.cornu Amaltheæ, q.d.copiosam, seu diuitem.

PSALMI.

PSALMI.

Auctor Dauid omnium, etsi quidam auctores faciunt aliquorum eos, quorum nominibus inscribuntur.

Dicuntur ab Esdra collecti, & hoc ordine dispositi.

Græc. ψαλτήριον, Psalterium, id est, instrumentum musicum, sed hic videtur significare congeriem, seu librum Psalmorum. Heb. Sepher Thehilim, i. Liber laudum. Not. hic nos loco Heb. lectionis citare Hier. i. eius versionem. Interdum tamen Hebraica citamus.

PSALMVS I.

Descriptio Pij & Impij.

1. ABIIT, i. ambulauit, possent & præterita hæc per præsentia verti, sc. abit, stat, sedet.

Consilio, q. d. qui non est secutus consilia. *Via*, i. instituto, seu moribus. *Stetit*, i. moratus est.

Cathedra, i. consessu Chal. societate. *Pestilentia* i. contagiosæ doctrinæ. Chal. & Hier. derisorum. *Sedit*, sic Psalm. 25. Non sedi cum consilio vanitatis, &c. Not. significari hic gradus, quibus ad summam impietatem peruenitur, sc. eundo, stando, sedendo, &c. alioqui dicendum erat: Nec sedit, nec stetit, nec abiit.

2. *Voluntas*, i. affectus, delectatio. *Die ac nocte*, i. semper.

3. *Lignum*, i. arbor. *Eius*, sc. ligni. *Non defluet*, est id oliuæ & palmæ.

4. *Non sic*, sc. erunt.

5. *Ideo*, sc. quia dissimiles vita, & meritis. *Resurgent*, i. consistent, q. d. non se poterunt defendere. Heb. stabunt.

Iudicio, sc. extremo, vel iunge cum iustorum.

Neque peccatores, Hebr. & peccatores, sed repetenda negatio præcedens. *Concilio*, i. cœtu. Chald. societate.

6. *Nouit*, i. approbat. *Viam*, i. studia, vitæ institutum.

Peribit, i. damnabitur à Deo, seu ad nihilum redigetur.

II. *De consilio Iudæorum, & Gentium contra Christum.*

1. FRemuerunt, i. tumultuatæ sunt. *Gentes*, i. nationes exteræ, sc. Romani. *Populi*, sc. Iudæi.

2. *Astiterunt*, sc. consilij captandi causa. *Reges*, sc. Herodes, & Pilatus. *Principes*, sc. Annas, & Caiphas. *In vnum*, i. simul.

3. *Dirumpamus*, Hier. epist. 127. putat id dici ex persona Domini. Alij ex persona impiorum accipiunt.

Vincula, i. leges, quibus subditi velut ligantur.

Eorum, i. Domini, & Christi eius. *Iugum*, q. d. pareamus. Hier. laqueos, Chal. funes.

4. *Irridebit*, i. ridendo exponet. *Subsannabit*, repetitio præcedentis.

5. *Tunc*, sc. cum irridebit. *In ira*, i. iratus. *In furore*, repetitio.

6. *Ego*, vox Dauid, & Christi. *Sion*, i. Ecclesiam cuius figura Sion.

Montem, sc. excellentia, & firmitate.

Præceptum, pro, præcepta, sc. Euangelica.

7. *Genui te*, sc. ex virgine, vel ab æterno, vel in resurrectione. Vide Act. 13. & Col. 1.

8. *Postula*, q. d. si postules. *Terminos*, pro, vsque ad terminos.

9. *Ferrea*, i. inflexibili ad iniustitiam. *Confringes*, q. d. poteris conterere, sc. non obedientes.

10. *Intelligite*, i. sapite, seu resipiscite.

11. *Exultate ei*, Chal. orate.

12. *Apprehendite*, sc. summo studio, & firmiter. id enim significat verbum Græcum δράξασθε. *Disciplinam*, alij vertunt, osculamini filium. Hier. adorate pure.

Nequando, Hier. ne forte. *Pereatis de via*, Chal. amittatis viam.

Iusta, i. recta, quanquam non est Heb. nec Chal.

13. *In breui*, i. cito. Hier. post paulum. *Eo*, scil. Christo.

III. *De Christi Passione & Resurrectione.*

1. PSalmus, i. canticum. *A facie*, i. metu, seu propter.

2. *Quid*, Hier. quare, Chal. quam.

3. *Anima mea*, pro, de anima mea, i. de me. sic Genes. 20. Heb. dices mihi (pro de me) quod frater tuus sim.

Non est salus, &c. q. d. non liberabitur à Deo.

Eius. Hic Heb. additur Selah, i. eleuatio, sc. hic cantores vocem intendebant ad exprimendam rei indignitatem, seu calamitatem, q. d. ô grauem calamitatem! 70. διάψαλμα, i. psallendi interuallum. Hier. vertit, semper, q. d. rem esse perpetuo cogitandam, aut duraturam, aut quæ semper fiat. Varie enim pro loco & re intelligendum. Idque vel affirmando, vel optando, ponitur hæc vox solum in Psalmis, & in Cantico Habac.

4. *Tu autem*, q. d. cum tamen tu sis. *Susceptor*, i. protector. *Gloria*, sc. de cuius protectione glorier.

Exaltans, q. d. mœstum lætificans, seu humiliatum exaltans.

5. *Clamaui*, Hier. clamabo, sc. opem implorans, Chal. orabo.

Exaudiuit, Hier. exaudiet. *Monte*, sc. Sion, vel, cælo. *Suo*, & hic additur Heb. Selah, q. d. ô rem Deo acceptam, ipsum cum fiducia inuocare?

6. *Dormiui*, sc. in cruce. præterita pro futuris, Heb. accubui.

Soporatus sum, Heb. dormiui. *Exurrexi*, sc. tertia die Hier. euigilaui.

Suscepit, 70. suscipiet, Hier. sustentabit. *Exurge*, q. d. Age vero.

8. *Percussisti*, i. percutere soles.

9. *Domini*, pro, à Domino. *Benedictio*, i. fauor.

Tua,

Tua, & hic additur Selah, quasi dicat, ô Dei bonitatem!

IV. *De Dauid, & Christi persecutionibus.*

1. *IN finem*, sc. Christum, vel q.d. perpetuo, sc. canendus. Aquil. & Terd. νικοποιῷ, i. victori, seu, victoriæ effectori. atque itidem in omnibus Psalmis, vbi 70. εἰς τὸ τέλος, i. in finem, Heb. victori, sc. præfecto cantorum commissus decantandus. *In carminibus*, 70. in hymnis. Hiero. in Canticis, Hebr. in Neginoth, i. in instrumento quodam musico, scil. cantandus. Atque id Not. ad omnes eiusmodi titulos, qui sæpe occurrunt.

2. *Iustitiæ meæ*, sc. auctor, testis, & remunerator. *Dilatasti mihi*, sc. cor, 70. dilatasti me, i. in latitudinem eduxisti, è loco angusto.

Miserere, sc. etiam nunc, vel est oratio, qua se dixit inuocasse.

3. *Filij hominum*, i. homines. *Vsquequo*, sc. eritis.

Graui, i. crasso, vel obstinato.

Mendacium, i. ea quæ mentiuntur felicitatem, vel conatus, qui spem fallent.

4. *Et scitote*, pro, scitote vero. *Mirificauit*, i. fecit clarum, & mirabilem. *Sanctum*, i. sibi dedicatum, sc. me.

5. *Irascimini*, Chal. contremiscite. *Et nolite peccare*, q.d. si contingat irasci. at fiat sine peccato, vel irascimini vobis ob peccata præterita, & desinite peccare, vel, ne amplius in me peccetis.

Quæ dicitis, &c. q.d. eorum, quæ male cogitastis, pœniteat vos, cum soli estis in cubiculis. Chald. orate in corde vestro, & super cubile vestrum.

Compungimini. Chald. mementote diei mortis. Hiero. tacete, & hic Heb additur Selah.

6. *Sacrificate*, &c. Chal. domate concupiscentias vestras, & reputabitur vobis sicut sacrificium iustitiæ.

Iustitiæ, q.d. offerte sacrificia operum bonorum; vel cum iustitia, & sanctitate. *Sperate*. Hier. confidite.

Bona, q.d. vtinam aliquis nobis præstet diuitias, vel, quomodo cognoscemus vera bona?

7. *Signatum*, &c. q.d. cum tamen veræ diuitiæ sint lumen tuum, seu gratia, vel, tuum nobis lumen ostendit, quæ sint vera bona. Hiero. leua super nos lumen vultus tui, q. d. lucido seu hilari vultu nos aspice, sc. solet quis amorem hilari vultu ostendere, toruo, iram. *Dedisti*, pro, soles dare, sc. eo lumine.

8. *A fructu*, pro, fructu. *Multiplicati*, i. locupletati, sc. terreni homines.

9. *In pace*, q.d. ego vero in pace. *In idipsum*, i. simul, seu pariter.

10. *Singulariter*, i. singulari ratione. Hier. specialiter. *Spe*, Chal. securitate.

Constituisti. Hiero. habitare fecisti, Chal. sedere facies.

V. *Dei inuocatio in tribulatione.*

1. *PRo ea*, sc. Ecclesia. *Hæreditatem*, sc. vitæ æternæ, Heb. & Chal. multo aliter. sed non omnia putauimus persequenda.

2. *Clamorem*, Chald. desiderium. Hieron. rugitum.

3. *Intende*, pro, attende.

4. *Ad te orabo*. Hier. te deprecor. *Mane*, i. tempestiuè. Potest autem coniungi cum, orabo, vel cum exaudies.

5. *Astabo*, i. astare soleo.

Videbo, i. contemplabor.

Quoniam, pro, quod. *Non Deus*, &c. q.d. non tibi placere peccatum.

6. *Malignus*, Chal. malus.

Permanebunt, Hi. r. stabunt, i. consistent seu locum habebunt.

7. *Mendacium*, sc. perniciosum, vel q.d. iniqua meditantes, solet enim scriptura iniquitatem vocare mendacium, & meditationum locutionem. *Sanguinem*, i. sanguinarium.

8. *In multitudine*, quasi dicat, fretus multitudine.

Domum tuam, i. atrium templi. *Ad*, i. prope, seu versus.

Timore tuo, q.d. religiosè, & reuerenter.

9. *In iustitia*, i. secundum normam iustitiæ. *Inimicos*, scil. qui mihi insidiantur, ne possint nocere.

Dirige, q.d. duc me recta, vel fac, vt tibi placeat mea viuendi ratio.

Tuo, Heb. & Chald. meo, i. coram me. *Meam*, Heb. & Chald. tuam, i. qua itur ad te. Hier. 3. cont. Pela. q.d. fac, vt quod tibi rectum est, etiam mihi rectum videatur.

10. *Eorum*, sc. inimicorum meorum. *Veritas*, sc. rectitudo iustitiæ, Chald. & Hier. rectum. *Vanum*, i. vacuum virtute.

11. *Sepulcrum*, q.d. fœtens vitiis, vel ad mortem animæ pelliciens malis persuasionibus.

Iudica, i. damna, seu puni, vt merentur, August. prophetia est, non maledictio.

Cogitationibus, i. consiliis, q.d. fac irrita sint eorum consilia. *Secundum*, i. propter, vel prout meretur.

Expelle, Chal. fac impingere.

Irritauerunt, Hier. prouocauerunt, sc. ad iram.

12. *Et*, pro, contra vero.

Exultabunt, Chald. & Hier. laudabunt. *Gloriabuntur*, Chald. & Hier. lætabuntur.

Nomen tuum, i. te.

13. *Benedices*. i. benefacies.

Vt scuto, &c. quasi dicat tua beneuolentia velut scuto.

Coronasti nos, Chal. & Hier. coronabis eum, i. iustum cinges, & munies.

VI. *Oratio Pœnitentis.*

1. *IN finem*, vide Psal. 4. *Pro octaua*, sc. mundi ætate, Heb. super octauam, i. octauum sonum in musica, vel instrumentum musicum octo chordarum. vide 1. Par. 15.

2. *Furore*, i. ira. *Arguas*, i. castiges, *ira*. repetitio. August. eadem res per iram, & furorem significatur.

Corripias, i. punias.

3. *Miserere*, pro, sed miserere.

Ossa, i. vires.

4. *Sed tu*, Heb. Chal. & 70. & tu.

Vsquequo, sc. cessas opem ferre. Aug. differt medicus, vt morbi difficultatem cognoscat ægrotus, & sanitatem postea cautius custodiat. quod enim facilè sanatur, non multum cauetur, Chal. Vsquequo refrigerium mihi?

5. *Conuertere*, sc. ad solitam clementiam.

6. *In morte*, &c. Simile illud, non mortui laudabunt te Domine, &c.

Inferno, i. loco damnatorum, q.d. restitue me sanitati, vt te laudem, vel, sana animam, vt te in cælo laudem. Nam id in inferno damnati non possunt. vide Isa. 38.

Confitebitur tibi, i. laudabit te.

7. *In gemitu*, i. gemens, Chal. suspirio.

8. *Turbatus*

8. *Turbatus eſt*, Chal.& Hier. caligauit.

A furore, Chal. præ indignatione, Hier. præ amaritudine.

Inueteraui, i. conſenui, Hier. conſumptus ſum.

9. *Diſcedite*, q.d. nolo poſthac veſtrum conſortium.

10. *Suſcepit*, i. admiſit repetitio præcedentis, quod in ſcriptura frequens, & in pſalmis frequentiſſimum.

11. *Erubeſcant*, ſc. de peccatis. *Conuertantur*, ſc. in fugam, vel à peccatis per pœnitentiam.

VII. *Oratio in tribulatione.*

1. *VErbis*, i. factis, ſeu negotio. *Chuſi*, Heb. Chus, i. Æthiopis. Saulem intelligit ob atros mores, Chal. Saulis filij Cus.

Filij Iemini, Chald. qui erat de tribu Beniamin. Vide 1. Reg. 9.

3. *Rapiat*, pro, rapiant, ſc. perſequentes me. *Redimat*, i. eripiat.

4. *Iſtud*, ſc. quod mihi imponunt. *Manib.* i. operibus, ſc. vt iactant.

5. *Retribuentibus*, pro, dantibus, id eſt, facientibus.

Decidam, i. ſuccumbam. *Ab inimicis*, ſc. victus.

Inanis, ſc. fruſtratus ſpe mea.

6. *Animam meam*, i. me. *Vitam meam*, pro viuum me, q.d. vitam mihi eripiat. *Gloriam*, i. exiſtimationem, ſeu honorem.

In puluerem deducat, q. d. prorſus extinguat. repetitio.

7. *In ira*, i. iratus. *Exaltare*, ſc. vt victor. *Finibus*, i. locis. *In præcepto*, i. iuxta præceptum, ſc. de puniendo iniquos, *Mandaſti*, ſc. iudicibus.

8. *Circundabit te*, q. d. circa templum laudabit iuſtitiam tuam. *Propter hanc*, pro, propter hoc, i. ad oſtendendam iuſtitiam. *In altum regredere*, q.d. conſcende Tribunal, vel oſtende Maieſtatem tuam Aug. in cælum aſcende.

9. *Dominus iudicat*, &c. q.d fac appareat, te eſſe omnium iudicem. *Super me*, i. quæ eſt in me.

10. *Conſumetur*, i. deſinet, ſeu ceſſabit, Chald. deſtruatur. *Diriges iuſtum*, Hier. confirmetur iuſtus, Chal. confirmentur iuſti. *Corda, & renes*, i. cogitationes, & delectationes, ſecundum Auguſt. fortè ſignificantur intima quæque.

Iuſtum, 70. iuſte, Chald. & Hier. iuſtus, ſcil. Deus.

12. *Nunquid iraſcitur*, &c. q.d. non ſemper iraſcitur, ſed dat locum pœnitentiæ. quamquam Heb. Chal. & Hier. affirmatiuè accipiunt, ſc. quod Deus iraſcatur, ſc. contra impios.

13. *Vibrabit*, Hier. acuet, Chal. acuit.

14. *Vaſa mortis*, i. tela mortifera.

Ardentibus, ſc. flammis plenas, vel, q.d. contra ardenter perſequentes iuſtos. Hier. ad comburendum, Chal. in perſecutores iuſtorum.

Effecit, i. aptauit, ſeu parauit.

15. *Parturit*, 70. parturiit, ſc. iniquos cupiens nocere.

Dolorem, i. afflictionem, q.d. nihil aliud cogitat, quam nocere. vel dolor dicitur ipſum peccatum, quod id dolor ſequatur. *Iniquitatem*, Chal. & Hier. mendacium.

16. *Incidit*, 70. incidet.

17. *Conuertetur*, i. recidet. *Dolor*, ſc. quem aliis parabat.

18. *Confitebor Domino*, i. Dominum laudabo.

Secundum iuſtitiam, i. pro iuſtitia.

Pſallam nomini, pro, canam, ſeu celebrabo nomen, Hier. cantabo nomini, Chald. laudabo nomen. Not. In ſcriptura nomen Dei, pro ipſo Deo accipi.

VIII. *De Dei operibus, & beneficiis.*

1. *PRo torcularibus*, Hebr. ſuper Ghittith, Chald. ad canendum ſuper citharam.

3. *Nomen tuum*, i. fama nominis tui, vel q.d. valde mirabilis apparet potentia tua iis qui terræ molem conſiderant.

Eleuata eſt, q.d. ſuperat omnia.

3. *Laudem*, ſc. tui nominis, q.d. etiam infantium mentes ad tui laudem excitaſti. Not. Chriſtum citaſſe hunc locum Matth. 21. iuxta 70. editionem, cum Heb. legatur, fundaſti robur.

Inimicos, ſc. confundendos. impletum id præcipuè, cum Chriſto ingreſſo Ieruſalem etiam pueri acclamarunt, Oſanna. *Deſtruas*, i. ceſſare facias.

Vltorem, i. vlciſci volentem, & lædere, ſc. Iudæos Chriſtum perſequentes.

4. *Quoniam videbo*, q.d. cum conſidero. *Digitorum*, pro, manuum.

Fundaſti, i. collocaſti, ſeu firmaſti, ſc. in cælo.

5. *Quid eſt*, &c. ſc. hoc dixi apud me exclamans.

Quod memor, &c. q. d. quod eius rationem habeas, tantique facias?

Filius hominis, i. homo. repetitio.

Viſitas, i. inuiſis, ſeu faues.

6. *Paulo minus*, 70. βραχύτι, i. modicum quid, q. d. paulo inferiorem Angelis feciſti. *Coronaſti*, i. velut corona ornaſti, ſeu cinxiſti.

7 *Conſtituiſti*, i. præfeciſti.

8. *Pecora campi*, i. beſtias agreſtes, ſeu feras.

IX. *Gratiarum actio,*

1. *PRo occultis*, ſc. iudiciis, Chald. & Hier. ſuper mortem.

Filij, ſc. Dei, Hebr. Labben. vbi quidam intelligunt, Nabal. verſis literis.

2. *Confitebor tibi*, i. laudabo te. *In toto*, pro, ex toto. *Narrabo*, i. celebrabo.

3. *In te*, i. de te, ſeu propter te, ſc. quod talem habeam adiutorem.

Pſallam, Hier. canam, Chal. laudabo.

Nomini tuo, i. te, ſeu famam tuam.

4. *In conuertendo*, &c. q.d. cum expuleris, ſeu in fugam verteris.

Infirmabuntur, & peribunt, Hier. & corruerint, & perierint, ſcil. inimici mei. *A facie tua*, i. coram te.

4. *Quoniam feciſti*, &c. q.d. ſuſcepiſti cauſæ meæ patrocinium. *Sediſti*, ſc. ad iudicandum. *Iuſtitiam*, i. iuſtè.

6. *Increpaſti*, i. caſtigaſti. *Nomen*, i. nominis memoriam.

Et in ſeculum, &c. explicatio præcedentis, q.d. in omnia ſecula.

7. *Inimici*, i. diaboli Aug. *Framea*, i. gladij. *In finem*, i. in perpetuum. *Cum ſonitu*, i. ſtrepitu, quo ſolebant tumultuari Hier. cum ipſis.

8. *In iudicio*, i. ad iudicandum.

10. *In opportunitatibus*, i. cum opus eſt auxilio.

11. *Et ſperent*, pro ſperent itaque. *Nomen tuum*, i. te. *Dereliquiſti*, pro, derelinques, i. derelinquere ſoles.

12. *Pſallite*, Hiero. cantate. *Sion*, ſc. ibi erat Arca.

Studia, i. opera, ſeu conſilia, Chal. opera, Hier. cogitationes.

13. *Requirens*, ſc. vt vindicaret. *Eorum*, ſc. pauperum, Chal. iuſtorum ſuorum.

Non

Non est oblitus,i.non neglexit. *Pauperum*,i.afflictorum,Chal.humilium.

14. *Humilitatem*,i. afflictionem. *De inimicis*, i. quam patior ab inimicis meis.

15. *Qui exaltas*,i.soles liberare,Chal.attolle. *Portis mortis*,i.periculis summis,& morti vicinis,Aug. prauis cupiditatibus.

Annuntiem,i.exponam. *Laudationes tuas*,i.varios te laudandi modos , seu opera tua digna laudibus, Chald.mirabilia tua. *Filia*,i.congregationis,seu populi,q.d.in frequentissimo conuentu. olim enim in portis vrbium conciones,& iudicia fiebant.

16. *In salutari tuo*,i.ob salutem à te datam,Chal. in redemptione tua. *Infixa*,Hier.demersæ. *Interitu*, Chal.fouea.

Laqueo,Chald.& Hier.rete.

17. *Cognoscetur* , 70. cognoscitur, Hier. agnitus est.

Comprehensus est peccator , Hier.corruit impius, hic additur Heb.Higaion.Selah,Chald.gaudebunt iusti in æternum , Hier. meditatio semper, q.d. id semper est meditandum , scilicet, quod proximè dictum.

18. *Conuertantur*, i. abeant. *Infernum* , i. sepulcrum, q.d.moriantur, vel potius in infernum descendant.

Obliuiscuntur, q.d.non curant.

19. *In finem*,i.semper,q.d.nunquam. *Obliuio*, sc. Apud Deum. *Patientia*, Hier. expectatio.Chald. spes.

Pauperum,i.afflictorum,Chald.humilium. *Non perit* , Hebr. peribit, sed repetenda præcedens negatio.

In finem,Hier.in perpetuum.

20. *Confortetur*,i.præualeat,sc.contra iustos. *Iudicentur*,i.puniantur pro meritis.

21. *Legislatorem super eos*, sc. Christum, vel q.d. da aliquem qui eos legibus duris coerceat , & domet,Hieron.terrorem eis,pone , Chal.incute timorem eis.

Homines,sc.miseri. *Sunt*,hic Heb.definit.Psal.9.

22. *Vt quid*,i.quare.Hic Heb.incipit Psal.10.

Recessisti longè,q.d.procul stas. Chald. & Hier.à longè stas.

Despicis,i.videris tuos negligere. *In opportunitatibus*,i.cum opus habent auxilio.

23. *Superbit*,i.insolenter agit. *Incenditur* , i.cruciatur animo, Chald. persecutionem patitur. *Pauper*,Chal.afflictus.

Comprehenduntur,Chal.& Hier.capiantur. *Quibus*,pro , quæ,Græcismus,vel quibus cogitant, scil. alios subuertere.

24. *Quoniam*,q.d.indignum quod,vel iunge cum incenditur pauper.

Laudatur,sc.ab adulatoribus,Chal.iactat se. *Benedicitur*,repetitio.

25. *Exacerbauit*,i.ad iram prouocauit,Hier.blasphemauit Chald.abominatur. *Secundum* , &c.q.d. præ nimia arrogantia , & indignatione,Chald.præ fastu.

Quæret,Chal.requiret Deum.

26. *Non est Deus* , &c. q.d. Deum non cogitat, seu non timet. *Dominabitur*,i.conatur dominari.

27. *Non mouebor*,sc.à prosperitate.

Sine malo,Hier.ero sine malo, Chald.non mouebor à male agendo.

28. *Os*,i.sermo. *Amaritudine*,Chal. fraude,Hier. auaritia.

Sub lingua,i.in corde,vel in sermone,vt sit repetitio. *Labor*,& dolor,i.calamitas,Chal. iniquitas, & falsitas,Hier.dolor,& iniquitas.

29. *Diuitibus*,i.potentibus.

Occultis,sc.locis. *In pauperem*,sc.vt opprimat.

30. *Rapiat* , sc.& spoliet. *Rapere*,pro,rapiat,in qua n,*dum attrahit eum* , Chal.& Hier.cum attraxerit eum in rete suum , scil. coniungunt cum eo quod sequitur in laqueo suo.

31. *Inclinabit*,se,q. d.inuadet:vt leo qui prædam inuasurus,se incuruat.

Cadet,explicatio præcedentis, Chald.cadet pauper in eius insidias.

32. *Oblitus est*,q.d.non curat. *Ne videat*,sc.facta impiorum.

In finem,Chal.& Hier.in perpetuum.

33. *Exaltetur manus tua* , Hier. leua manum tuam , sc. ad percutiendum , Chald.confirma iuramentum manus tuæ.

No obliuiscaris,i.ostende te non obliuisci.

Pauperum,Chald.humilium.

34. *Propter quid*,q.d.quis id ferat,quod.

Irritauit,Hier.blasphemat,Chal.execratur. *Non requiret* , sc. vt puniat, q. d.non curat, quid agant impij.

35. *Vides*,q.d.vides tu tamen omnia. *Laborem, dolorem*,i.mala,quæ inferunt,vel,supplicia à te illis parata.

36. *Brachium*, i. vires. *Quæretur*, &c.q.d.facies aliquando cessare prorsus talium flagitia.

37. *Gentes*,i.impij. *De terra*,sc.expulsi.

38. *Præparationem*,sc.ad orandum.

39. *Iudicare*,i.vt iudices,sc.eius causam. *Humili*, Hiero.oppresso,Chal.pauperi. *Apponat*, i.addat,q. d.pergat.

Magnificare,i.extollere,Hier.superbire.

X. *De spe in Deum.*

1. *ANima mea*,i.mihi. *Transmigra*,i.fuge. *Passer*,q.d.cito.

3. *In obscuro*,sc.latentes ipsi.

4. *Quæ perfecisti*, sc. præcepta,vel iustos, scil.ô Deus.

Quid fecit,sc.cur eum persequantur.

5. *Templo*, sc. colitur , & exaudit ad se confugientes.

Palpebræ,i.oculi. *Interrogant*,Chal.& Hier.probant, s.diligentissime obseruant. *Filios hominum*,sc. quid faciant.

6. *Interrogat*,i.explorat more interrogantis.

Suam , Chald. & Hier.eius,sc.diligentis iniquitatem.

7. *Laqueos*,Chal.vindictæ pluuiam. *Ignis & sulphur* , alludit , ad supplicium Sodomæ & Gomorrhæ.

Spiritus procellarum,i.valida tempestas. *Calicis*, i.punitionis,qua velut Deus potat.

8. *Æquitatem*, &c.q d. rectitudinem approbat, vel rectos placito vultu aspicit,Chal.iusti videbunt faciem eius. *Vultus eius*,i.ipse.

XI. *Oratio in tribulatione.*

1. *PRo octaua*, Chal.super citharam octo chordarum.Vide Psal.6.

2. *Saluum fac*,Chald.redime. *Defecit sanctus*,q. d.periit sanctitas.

Diminutæ,Chal.defecerunt. *Veritates*, Chald. & Hier.fideles,quasi dicat,non est fides. *A filiis*,i.inter filios.

3. *Vana*,Chal,mendacium. *Locuti sunt*, Chal.loquuntur.

Vnusquisque,pro,fere quisque.non enim omnes, sequitur enim propter miseriam inopum,&c.

Dolosa,i.fraudulenta. *In corde, & corde*,i.duplici corde.

corde,sc.aliud dicentes,aliud sentientes.

4. *Disperdet*,pro,perdet. *Magniloquam*, i.superbam,seu arrogantem.

5. *Dixerunt*,i.dicere audent,seu solent. *Magnificabimus*,Chal.& Hier.roboremus,q.d.fortiter fallamus. *A nobis sunt*,Chal. & Hier. nobiscum sunt,q.d. in nostra potestate, vt loquamur quod libuerit. *Dominus*,sc.qui possit impedire.

6. *Miseriam*,Chal.violentiam. *Pauperum*,Chald. miserorum.

Exurgam,sc.opem laturus,Chal.exurgam in iudicium.

Ponam in salutari, i.eripiam, Chald. statuam redemptionem populo meo. *Fiducialiter agam* i.nullum timebo,q.d.nullus me impediet. *In eo*,i.dando salutem,vel,q.d.faciam eum agere confidenter, & nullum timere.

7. *Eloquia*,i.verba,præcepta,promissiones.

Casta,Chal.& Heb.munda,q.d.purissima.

Argentum, pro, velut argentum. *Examinatum*, Hier.probatum,Chal.repurgatum. *Probatum terra*, Hier.separatum à terra. *Terra*, Græc. τῇ γῇ, terra,i. vase terreo,seu fictili.

Septuplum,pro,septies,i.sæpe,seu,perfectè.

8. *Generatione hac*, i.hominum genere hoc, scil. prauo.

9. *In circuitu*,q.d.vbique versantur, quocumque te vertas.

Ambulant,sc.parantes malum bonis.

Secundum altitudinem,sc.iudiciorum tuorum incomprehensibilium, Chald. tanquam sanguisuga, quæ sugit sanguinem filiorum hominum, Hieron. cum exaltati fuerint vilissimi filiorum hominum.

XII. *Oratio in persecutione.*

1. OBliuisceris,futurum est. *In finem*,Hier.penitus,Chal.semper,q.d.perpetuóne.

Auertis,sc.velut iratus.

Faciem,q.d.fauorem.

2. *Consilia*,sc.ad euadendum pericula. *Dolorem*, pro,& dolorem.

Per diem,pro,per singulos dies.

3. *Exaltabitur super me*, i. contra me erigetur: vel,opprimet me.

4. *Oculos*,&c.Chald. oculos meos in lege tua,ne forte peccem, & dormiam cum eis qui rei sunt mortis.

In morte,q.d.somno mortis,i.occidar ab hostibus corporalibus, vel spiritualibus. sequitur enim inimicus,qui forte diabolus intelligitur.

5. *Motus fuero*, i.cecidero,Chald.declinauero à seruitiis tuis.

6. *Speraui*,pro spero. *In salutari tuo*,i.ob salutem à te mihi allatam,Chal.in redemptione tua.

XIII. *Descriptio Impiorum.*

1. NOn est Deus,Chald. non est potestas Dei in terra. *Corrupti*,sc.vitiis.

2. *Requirens*,pro quærens.

3. *Omnes*,sc.filij hominum,non filij Dei.Aug.16. ciu. *Declinauerunt*, sc.à recta via, Chald.conuersi sunt retro.

Inutiles facti sunt,Chal.obtorpuerunt.

Non est qui, &c. August. lib.de perf.iust. cap.17 loquitur,inquit, de prædestinatis ad interitum.

Vsque ad vnum,i.ne vnus quidem.

Sepulcrum patens, &c. Hæc vsque ad. *Non ne cognoscent*, &c. exclusiue, non sunt Hebr. nec Chal.nec in 70.nec in Complut. videntur huc translata ex Rom.3. vide ibi. Leguntur quidem in editione 70. Romana, & in Psalterio Romano & Arabico & Æthiopico; & apud Iustin. & Augustin.

4. *Cognoscent*,sc.quod æquum est.

5. *Timor*,pro,timendum,q.d. Deum non timent, quem oportuit timere,humana timent.

6. *Quoniam*,pro,veruntamen.

Consilium, sc. sperandi in Deo, vt statim dicet.

Confudistis,i. risistis,seu pudore affecistis. *Quoniam*,quasi d. quia sperat in Deo, vel, quoniam, pro. At.

7. *Quis dabit*,pro,vtinam videam. *Sion*, sc.cælesti,vel à Deo,qui colitur in Sion. *Salutare*,i.salutem Chal.redemptionem. *Israel*,genitiuus est. *Auerterit*,Hier.reduxerit.

Exultabit,sc.liberatus tyrannide Saulis, vel diaboli. *Israel*,repetitio.

XIV. *Morum instructio.*

1. TAbernaculo, i. cælo, quod extensum instar Tabernaculi.Vide Ps.60.Apoc.21. *In mente*, &c.repetitio.

2. *Ingreditur sine macula*,i.conuersatur sine peccato,Chal.qui ambulat in perfectione.

In corde,i.ex corde, vel, q.d.qui iustitiam corde meditatur.

3. *Fecit dolum*,i decepit. *Opprobrium*, i.calumniam;seu sinistros sermones. *Accepit*,i.admisit.

4. *Ad nihilum deductus*, i. contemptus,Hebr.& Chal.qui in oculis suis despectus est, q.d.qui se vilem putat,sc.ex humilitate oritur sui contemptus. *Glorificat*,i.maximi facit. *Qui iurat*, &c. Chald. & Hier.qui iurat,vt se affligat,& non mutat.

5. *Super*,Hieron.aduersum. *Mouebitur*,i. deiicietur.

XV. *De Christi Passione,& Resurrectione.*

1. TItuli inscriptio,Græc.στηλογραφία,i.columnæ, seu statuæ,inscriptio, q.d. semper memoria retinendus. *Ipsi Dauid*,pro, Dauidis, scil.psalmus. *Conserua*,Chal.& Hier.custodi. *Speraui*,pro,spero.

Deus meus,sic etiam Chal.at Græc.& Hier. Dominus meus.

Quoniam bonorum,&c.quoniam,abundat, Chal. veruntamen bonum meum non est datum nisi à te. Hier.bene mihi non est sine te.

3. *Sanctis*,pro,in sanctis. *Mirificauit*,i.mire perfecit. *Meas*,sc.Christi secundum Aug.Græc.suas.

In eis,abundat more Hebræo.sensus est,Dei voluntatem perfici in sanctis.

4. *Infirmitates*,Chal.& Hier.Idola. *Eorum*,sc.impiorum.

Accelerauerunt, Chal.festinant, vt offerant munera. *Non congregabo*,q.d.vitabo. *De sanguinibus*,i. sanguinaria,vel vbi victimas idolis offerunt.

Eorum,sc.idolorum,vel impiorum.

5. *Hæreditatis*, pro, hæreditaria, q.d.possessio mea.

Calicis mei,i. portio mihi fruenda. *Restitues*, sc. peccato amissam. *Hæreditatem*,sc. Deum,seu vitam æternam.

6. *Funes*,i.sors, seu hæreditas;Palæstini enim funibus agros metiebantur. *Præclaris*,sc.locis. *Etenim* explicatio præcedentis.

7. *Benedicam*,i.laudabo,seu gratias agam.

Vsque ad noctem,i.etiam noctu.

Increpuerunt, Hieron. erudierunt, Chald.castigant.

Renes,i. interiora, sc.mens,q.d. etiam noctibus mentem exerceo rebus diuinis.

8.*Prouidebam*,i.proponebam. *Commoueat*,i.cadam.

9.*Lingua*,sc.agendo gratias Deo, Chal. & Hier. gloria.

In spe,sc.resurrectionis,Hier.confidenter.

10. *Animam meam*,i.anima Christi intelligitur, quæ ad inferos descendit.*Inferno*,i.limbo. *Dabis*,i. permittes.

Sanctum tuum,i corpus sanctificatum, Aug.Chal. iustum tuum.

11. *Fecisti*, pro, facies. *Vita*, i. quibus ad vitam peruenitur, q.d. suscitabis me,& donabis immortalitate.

Cum vultu tuo,i.tui visione.*Vsque in finem*,Chal. in æternum,q.d.perpetuæ.

XVI. *Oratio in persecutione.*

1.*IVstitiam*,i.innocentiam,vel iustam petitionem. *Intende*,pro,attende ad. *Dolosis*,sc.factam,q.d. ex animo,sincero profectam.

2.*De vultu tuo*,i.à te. *Iudicium meum prodeat*, q. d.iudica tu causam meam. *Videant*,&c q d.ostende te videre omnia & probare quod iustum est.

3.*Probasti*,i.approbasti,vel,explorasti. *Visitasti*, sc.scrutans. *Nocte*,sc.tribulationis.

Igne,i.velut igne solent metalla. *Vt non*,pro,adeo vt nec,q.d.in sermone quidem est inuenta. *Hominum*,i.quæ solent homines vulgo,sc.vana. *Verba labiorum tuorum*,i.præcepta tua. *Custodiui*,i.obseruaui,ne,scil. per eas irem, si de malis intelligatur viis.

Duras,i.iniquas vel difficiles.

5.*Perfice*,Chald.& Hier.sustenta. *Tuis*,i.quibus ad te itur.*Moueantur*,sc.à recto,Hier.labantur.*Vestigia mea*,Chal.pedes mei.

6.*Clamaui*,sc.opem implorans. *Exaudisti*,Hier. exaudies,i. soles exaudire, vel certus te exauditurum.

7.*Mirifica*,Chald.mirandam exhibe. *Facis*,i.facere soles.

Dextera tua,i.fauori quo mihi faues.Aug.

8.*Vt pupillam*,i.vt solet pupilla. *Sub vmbra*,&c. q.d.vt solet gallina pullos sub alis.*Alarum tuarum*, Chal.Maiestatis tuæ.

9. *A facie impiorum* , pro,ab impiis.*afflixerunt*, pro,affligunt,Chald.perdunt.*Animam meam*,i.me, vel vitam meam.

10.*Adipem*,Chald.opulentiam. *Concluserunt*,sc. reponentes.seu seruantes, Chal. multiplicarunt.

11.*Proiicientes me*, i.cum me antea expulissent. *Declinare*,pro declinantes.q.d.obseruant locum, quo possint retia tendere,seu laqueos.

12.*Susceperunt*,pro,capere voluerunt.

13.*Praueni*,i.anteuerte.*Supplanta*,i. deiice. *Frameam tuam*,pro,framea tua,i.gladio tuo, Græ. romphæam,Chal.qui meretur interfici gladio tuo, Hier.qui est gladius tuus.Quidam subaudiunt, tolle,q.d.ne me punias per ministerium inimicorum tuorum.

14. *Manus*, i. potentiæ. *Paucis*,sc.electis.*Terra*, sc.viuentium.*In vita*,i.dum viuerent,coniunge vero cum sequentibus.*Absconditis*,i.thesauris.*Venter*, i.desiderium. q. d. ditati sunt bonis tuis. *Saturati sunt*,i.abundarunt. *Reliquias* , i. reliquum, q.d.tantum habuerunt,vt etiam filios diuites facerent.

15.*Apparebo in conspectu tuo*,Chald.& Hier.videbo faciem tuam.*Cum apparuerit gloria tua*, Hier. cum vigilauero similitudine tua , i. cum resurgam tibi perfectè similis.

XVII. *Gratiarum actio.*

1.*PVero*,i.seruo.

3.*Firmamentum meum*,Hier.petra mea.

Refugium,Chald.fiducia,Hier.robur. *Liberator*, Hier.Saluator. *Adiutor meus*,Chal. qui complacuit sibi in me. *Protector meus* , Hier. & Chald.scutum meum.

Salutis, i.salutiferum, q.d. qui me potenter defendit.

Susceptor meus.Chal,spes mea.

5.*Dolores*,Hier.funes.*Mortis*,i.mortiferi.*Iniquitatis*,pro,iniquorum,Chal peruersorum.*Conturbauerunt*,Hier.terruerunt.

6. *Dolores inferni* , i.ad sepulchrum trahentes, Hier.funes inferni,Chal.cohors sceleratorum. *Laquei mortis*,i.insidiæ mortiferæ, Chal.armati ad occidendum.

7. *Inuocaui*, Hier. huius versus verba per futurum vertit,Chald.per præsens id quod fieri poterat etiam in sequentibus.*Sancto suo*,Chald. sanctitatis suæ,quod est in cælis. *Introiuit*,Græc.introibit,sed futurum pro præterito, more Hebræo. *Aures eius*. Chald. addit, & effectui mandatur , q. d. fit quod peto.

8. *Conturbata*, Hier. concussa, sc. Deo terrente hostes.

Eis,sc.hostibus meis.

9. *Fumus*,sc.tempestas.*In ira*, i.præ ira. *Ignis*,i. fulmina.

Carbones,pro,velut carbones, q.d. immisit velut ardentes sagittas in hostes.

10. *Inclinauit*,pro,velut inclinauit. *Descendit*, Chal.apparuit gloria eius.*Caligo*,Chal.nubes tenebrosa.

11.*Super*,i.plus quam,q.d. velocissimè opem tulit.*Cherubim*,enim alati pingebantur.*Super pennas*, q.d.velocius quam venti.

12. *Tenebras latibulum suum*,Chald.maiestatem suam in caligine. *Tabernaculum*, pro,velut tabernaculum,sc.nubes.

13.*Præ fulgore in conspectu eius*,Chal. splendore gloriæ eius.*Transierunt*,i.ibant velut missæ.

14.*Vocem*,sc.tonitrua.

15.*Sagittas*,pro,velut sagittas,sc.fulmina. *Eos*,sc. hostes.

16.*Fontes*,Chal.profunditates,sc.siccatæ. *Fundamenta*,i.profunda,sc.aluei,seu voragines, q.d.cessarunt torrentes tribulationum. *Increpatione*,i.indignatione,seu imperio. *Inspiratione*,i.flatu.*Spiritus*, i.venti,sc.siccantis. *Iræ tua*,i.à te irato missi.

17.*Misit*,sc.Angelum,seu auxilium. *Summo*,i. cælo,Hier.& Chald.alto. *Assumpsit*,Hier.extraxit, Chald.eripuit.*Aquis*,i.tribulationibus, Chald.populis.

18. *Confortati sunt*,Chald.inualuerant, Hier.robustiores me erant.

19. *Præuenerunt me*,q.d.irruerunt in incautum. *Die*,i.tempore.*Afflictionis*,Chal.migrationis.

20. *Voluit me*,i.amauit me, Hier.placuit ei fortè legendum placuit ei Chald. complacuit sibi in me.

21.*Retribuit*,Hier.retribuit,i.reddidit.

22.*A Deo*,sc.recedens,Chal.coram Deo.

23.*Iudicia*,i.leges.*Iustitias*,Hier.præcepta, Chal. pacta.

24.*Ero*,Hieron.& Chald.fui.*Immaculatus cum eo*, Chal.perfectus in timore eius. *Obseruabo*,Hier.custodiui.

Iniquitate mea,id est,ne ipse peccem, Chal.peccatis.

25.*Retribuet*,

25. *Retribuet*, Chal. retribuit, Hier. restituit. *Iustitiam meam*, Chald. meritum meum. *In conspectu*, &c. q.d. quam videt, & probat.

26. *Cum sancto*, &c. q.d. talem te exhibes homini, qualem ille se tibi, vel, talis cuique videris esse, qualis ipse est. *Innocens eris*, Hier. innocenter ages,

27. *Electo*, i. probato. *Peruerteris*, i. tractabis eum, vt eius meretur peruersitas. vel, videberis ei peruersus, sc. dicunt tales, non est recta via Domini.

28. *Humilem*, Hier. & Chal. pauperem. *Superborum*, Hier. excelsos.

29. *Illuminas*, &c. q.d. facis mihi prospera contingere, vel lucernam, i. animam. *Illumina*, Hier. & Græc. illuminabis sed futurum solet, more Hebræo, pro Imperatiuo vsurpari. *Tenebras*, q.d. verte tribulationes in lætitiam, seu, prosperitatem.

30. *In te*, i. te iuuante. *Transgrediar*, i. transiliam, q.d. superabo omnem difficultatem. *Murum*, Chal. expugnabo arces munitas.

31. *Eloquia*, i. verba. *Igne examinata*, pro, velut igne repurgata.

33. *Præcinxit*, Hier. & Chald. accingit. *Virtute*, Hier. fortitudine. *Immaculatam*, i. irreprehensibilem, seu puram. *Viam meam*, i. vitæ rationem, seu mores.

34. *Tanquam ceruorum*, i. agiles, Græc. ἐλάφου, cerui, sed Hier. ait omnes interpretes vertisse, ἐλάφων, ceruorum. *Super excelsa*, q.d. loco tuto.

35. *Vt arcum æreum*, q.d. fortissima fecisti.

36. *Salutis tuæ*, q.d. tua protectione saluasti me, Græc. salutis meæ. quam lectionem Hier. non agnoscit, dicens omnes interpretes vertisse, tuæ: in sexta tamen editione legitur, dedisti mihi protectorem saluatorem meum.

Disciplina, i. castigatio, seu eruditio. *In finem*, i. semper.

37. *Dilatasti*, &c. q.d. fecisti, vt libere & sine impedimento incederem. *Vestigia mea*, pro, pedes mei, seu, gressus.

38. *Deficiant*, Hier. & Chal. consumam eos.

39. *Stare*, Hier. & Chal. surgere.

40 *Supplantasti*, i. prostrasti. Hier. incuruasti.

41. *Dedisti dorsum*, i. fecisti terga vertere.

43. *Delebo*, Hier. proiiciam, Chal. conculcabo.

44. *Contradictionibus populi*, i. populo contradicente, seu repugnante, Chal. dissidio populorum. *In caput*, sc. adiectis meo Regno multis gentibus.

45. *Non cognoui*, Aug. 70. ciu. Christus Gentiles non cognouit præsentia corporali. *In auditu auris*, i. ad solam famam nominis mei, seu ad primum auditum voluntatis meæ.

46. *Alieni*, sc. à pietate, & probitate, seu à Deo, q.d. homines à Deo alienati per peccata. *Mentiti*, q.d. ficte parent. *Inueterati*, i. debilitati, Hier. defluent, Chal. consumentur. *Claudicauerunt*, id est, declinarunt.

Semitis, sc. quibus me persequebantur.

47. *Benedictus*, sc. sit, i. laudetur. *Salutis meæ*, scil. auctor.

48. *Das vindictas mihi*, i. potestatem me vlciscendi, vel, me vlcisceris, Chal. facit vltionem meam.

49. *In me*, i. contra me. *Exaltabis*, i. superiorem facies.

50 *Confitebor*, i. gratias agam. *In nationibus*, Chal. inter gentes. *Nomini tuo*, i. tibi, seu in honorem nominis tui.

51. *Magnificans*, &c. q.d. magnam mihi, quem Regem fecit, salutem afferens. *Christo*, i. vncto, sc. in Regem.

XVIII. *De Christo, & lege Euangelica per similitudinem rerum corporalium.*

1. CÆli, Chald. qui suspiciunt cælos. *Gloriam*, i. omnipotentiam. *Opera*, sc. quam sint admirabilia, Græc. opus. *Firmamentum*, repetitio. Chald. qui aërem speculantur.

3. *Dies*, sc. succedens. *Eructat verbum*, q.d. idem ostendit, sc. quam sit Deus potens & mirabilis. *Nocti*, sc. succedens. *Scientiam*, q.d. id docet, sc. perpetua dierum, & noctium successio.

4. *Non sunt*, &c. q.d. nec vero sunt eiusmodi voces hæ, quæ ab omnibus non intelligantur. *Eorum*, abundat, more Hebræo.

5. *Exiuit*, i. peruagatus est. *Sonus eorum*, i. id quod clamant cæli, & de Deo docent. Chald. prospectus eorum.

In sole, pro, soli. *Suum*, sc. solis, q.d. collocauit solem in cælo, velut tabernaculo. Vide Psal. 103. extendens cælum, sicut pellem, i. tabernaculum, quod fit ex pellibus. Vide Iustin. q. 63. Hier. & Chal. in eis, sc. cælis.

6. *Exultauit*, pro, exultat.

7. *A summo*, i. extremo, q.d. ab vna cæli extremitate ad alteram, tandemque in eandem. *Occursus*, pro, cursus, seu recursus, vel reuolutio.

8. *Immaculata*, Chald perfecta. *Conuertens*, sc. ad bonum.

Testimonium, i. præcepta quæ Dei voluntatem testantur. *Fidele*, i. verax. *Paruulis*, i. imperitis, Chal. insipienti.

9. *Iustitiæ*, Hier. & Chal. præcepta. *Recte*, sc. recta ducunt ad beatitudinem.

10. *Sanctus*, Hier. & Chald. mundus. *Permanens*, Chal. permanet. *In sæculum sæculi*, Chald. in perpetuum.

Iudicia, i. præcepta. *In semetipsa*, i. pariter, seu, omnia, vel omnibus modis, Chal. simul.

11. *Desiderabilia*, i. amabilia. *Super*, Chald. magis quam.

Lapidem pretiosum, Hier. & Chald. obrizum. est autem id aurum purissimum, Heb. Paz. *Multum*, i. in magna copia. *Mel, & fauum*, pro, fauum mellis, vel mel è fauo distillans.

12. *Etenim*, Hier. vnde Chal. sanè.

Custodit, i. obseruat. *Retributio*, i. merces.

13. *Delicta*, Chal. & Hier. errores. *Occultis meis*, i. iis quæ me latent.

14. *Alienis*, Chald. & Hier. superbis, sc. hominibus, seu vitiis. *Parce seruo*, Hier. & Chal. libera seruum.

Dominati, sc. pertrahendo ad malum. *Maximo*, sc. superbiæ, secundum Aug. vel, q.d. magno, sc. mortali.

15. *Eloquia*, sc. orationes, laudes Dei, &c. *Adiutor*, sc. in bonis Aug. *Redemptor*, sc. à malis Aug.

XIX. *De Christo.*

1. DIe, i. tempore. *Nomen*, i. Maiestas, seu potentia, seu inuocatio vel nomen pro re, q.d. ipse Deus. *Iacob*, i. populi Israelitici.

3. *Sancto*, i. sanctuario, vbi Arca, Chald. domo sanctuarij sui.

4. *Pingue fiat*, pro, velut pingue, Deo gratum sit.

5. *Secundum cor tuum*, i. quod optas. *Confirmet*, Hiero. impleat, Chald. perficiat.

6. *In salutari tuo*, i. de salute à te data.

Nomine, i. maiestate, seu potentia.

Magnificabimur, i. magnopere gloriabimur.

7. *Impleat*,&c.q.d.det quidquid petes.*Cognoui*, i.scio,seu experientia didici. *Fecit*,pro,faciet. *Exaudiet*,Chal.exaudiuit.

Potentatibus,pro,potentiis,Hier.fortitudinibus, q.d.potenter saluat.

8. *In nomine*,pro nomen. *Inuocabimus*, Hier.& Chald.recordabimur.

9. *Obligati*,i.ligati,sc velut compedibus Hier.& Chald.incuruati.

Erecti sumus,Chal.corroborati sumus.

XX. *De Christo.*

2. IN *virtute*,i.de ope.*Latabitur*,Chald.regnabit. Rex,Chal Rex Christus.

Super salutare tuum,Chald.in redemptione tua.

3. *Desiderium*,i.quod optabat. *Voluntate*, i.petitione.

4. *Quoniam*,sc.ideo lætatur. *Dulcedinis*,Chald. bonis,Hier.bonitatis,q.d.abundanti gratia præuenisti,nihil tale meritum Gratia quidem à Dei dulci bonitate procedit,& ipsa dulce est bonum.Græ. χρηστότητος, i.bonitatis, seu benignitatis, coronam, sc.regiam dignitatem seu gloriam.

Lapide pretioso,Hier.obrizo,Chal. auro puro.

5.*Vitam*,Chal.vitam æternam.*In sæculum sæculi*, Hier.in æternum.

6.*In salutari tuo*,i.ob salutem à te datam, Chal. in redemptione tua *Decorem*,i.splendorem.

7. *Dabis in benedictionem*, i. facies benedictum, seu felicem.

In sæculum sæculi,Hier.sempiternam.

Cum vultu tuo,i.tui visione, vel tuo hilari vultu,& fauore.

8,*Quoniam*,Chal.propterea quod. *In misericordia*,sc.sperat. Vel,per misericordiam non commouebitur,seu excidet felici statu,Hieron. non decipietur.

9.*Inueniatur*,Hier.inueniet,Chal.inuadet.

Dextera tua, Chald.vltio dexteræ tuæ.*Inueniat*, Hier.& Chal.inueniet,i.apprehendet.

10. *Vt clibanum ignis*, q.d.facies ardere instar fornacis.

Vultus tui,Chald.iræ tuæ. *Conturbabit eos*,Hier. præcipitabit eos,Chal.igne inflammabit eos.

Ignis,Chal.incendium gehennæ.

11.*Fructum*,Chal.filios.*A filiis*,i.vt non sint inter filios.

12. *Declinauerunt in te*,i.contra te intenderunt, Chald.machinati sunt contra te. *Stabilire*, i.perficere.

13.*Dorsum*,q.d.in fugam vertes.*In reliquiis*,&c. q.d. & reliquis pœnis,quibus soles, eos afficies,& confundes.

14.*Exaltare*,&c.q.d.ostende quantus sis, quantaque virtute polleas.*Cantabimus*,Chald. laudabimus.

XXI. *De Christi passione.*

1. SVsceptione,i.resurrectione,sc. Christi, Chald. oblatione,Hier.cerua.

2. *Deus,Deus meus*,Hier. & Chald.Deus meus, Deus meus. *Longè à salute*, &c. q.d. peccata,quæ super me suscepi, impediunt, ne eripiar. Vox Christi.

Verba,i.opera. *Delictorum meorum*,i.pro quibus, velut si essent mea, passionem subij,Hier. rugitus mei, Chald. clamoris mei,q.d.salutem,quam peto, non obtineo.

3.*Clamabo*,Chal.clamo. *Et non ad insipientiam mihi*, sc. imputabitur, q. d.nec eo stulte ago, quod cum non exaudiar,clamem tamen vel, q.d. quod non exaudiar, non est ex vlla mea insipientia, aut culpa. Hier.& Chald.nec est silentium mihi,i. non cesso clamare.

4.*Sancto*,i.sanctuario. *Laus*,i.laudis materia,seu gloria.

8.*Confusi*,i.pudore suffusi,quod non impetrarent, q.d.sunt exauditi.

7. *Sum vermis*, sc. illorum opinione, qui me vt vermem tractant. sic Ioan. 5. testimonium meum non est verum, sc.opinione vestra. *Non homo*, q.d. non me vt hominem tractant,sed vt vermem conculcant.

Opprobrium hominum, Chal.portans hominum vituperia.*Abiectio*,Chal.despectio.

8.*Locuti*,sc.conuitia.*Caput*,sc.insultantes.

9.*Sperauit*, &c.scil. id dicebant per irrisionem. *Quoniam vult*,i.siquidem amat.

10.*Quoniam tu*, Hier.tu autem. *Extraxisti*, significatur matris virginitas Deo mirabiliter operante.August.ep.120.*Ab vberibus*, q.d.in quo iam inde à paruulo spero.

11. *In te proiectus*, &c. q.d.tuæ curæ commissus sum, ex quo sum natus.Chald. iuxta verbum tuum proiectus sum ex vtero,q.d.opera tua non humana.

12.*Ne pro*,ne igitur.*Adiuuet*,sc.præter te.

13.*Vituli multi*,Chald.populi Tauris cornu petentibus similes. *Pingues*, i.fortes,seu potentes.

14.*Rugiens*,sc.præ fame.

15.*Effusus sum*,q.d.viribus destitutus, vel significat Christus sanguinem suum totum effusum.ideo enim dicit,sicut aqua,Græc.effusa sunt,sc.ossa. *Dispersa*,Hier.separata, q.d. loco mota præ tormentis crucis. *Cor*, scil.præ timore. *In medio ventris mei*, Chal.palpitans in medio viscerum meorum.

16.*Virtus mea*,Chal.humor meus,sc.radicalis.

Puluerem mortis,Chal.domum sepulcri.

17.*Canes multi*,Chal.caterua impiorum.

Malignantium,Hier.pessimorum.

18.*Dinumerauerunt*,i.ita extenderunt,vt possent numerare.

19.*Inspexerunt*,Chal.despexerunt.

20.*Conspice*,Hier.& Chal.festina.

21.*Framea*,i.gladio,Chald.iis, qui occidunt gladio.

Canis,pro,canum,i.hostium. *Vnicam*, Hier.solitariam,sc.auxilio destitutam animam, Chald.spiritum corporis mei.

22.*Leonis*,i.potentum.*Vnicornium*, Chal.superborum.*Humilitatem*,i.afflictionem, Chald.orationem.

23.*Nomen tuum*,Chal.virtutem nominis tui.

In medio Ecclesiæ,i.frequenti populo.

26. *Apud te*, i.ad te sc.refertur, vel de te,sc.est, Chal.à te,& sic etiam Græcè nunc,sc. παρὰ σοῦ.forte olim παρὰ σοί. *Ecclesia magna*,Chal. congregatione multorum populorum. *Vota*, i. sacramenta corporis & sanguinis Christi. Aug.

27.*Pauperes*,Hier.& Chal.mites.*Requirunt*,pro, quærunt.

28 *Reminiscentur*,sc.beneficiorum,seu bonitatis Dei,Chal.recordabuntur miraculorum eius.

Familia,i.nationes,seu turbæ.

29.*Regnum*,i.imperium.

30.*Manducauerunt*,sc.Eucharistiam,Chal.manducate.*Adorauerunt*,sc. prius adoratur Eucharistia, quam sumatur,Chal.adorate.*Pingues terræ*,sc.principes viri,& potentes,sc.ad fidem conuersi.*Cadent*, Hier.curuabunt genu,Chal.curuabuntur. *Descendunt*,sc.per mortem,q.d.mortales.

31.*Viuet*,i.seruiet.*Semen*,i.posteri.

32. *Annuntiabitur Domino*, i. de Domino audiet

diet sic dictum, pauperes euangelizantur, i. audiunt Euangelium. *Cæli*, non est Heb. nec Chal. nec Græ. *Quem fecit*, pro, quem, creabit, Chal. mirabilia, quæ.

XXII. *De protectione Dei.*

2. REgit me, Græc. pascit me, Hier. pastor meus. *Pascua*, Hier. viridi, q.d. in amœnissimis pascuis. *Super*, i. iuxta. *Refectionis*, Græc. & Chald. quietis. *Educauit*, Chal. deduxit.

3. *Conuertit*, sc. ad se, Hier. refecit, Chald. restituit. *Iustitia*, Chal. iustorum. *Nomen suum*, i. se, seu bonitatem suam.

4. *In medio umbræ mortis*, i. in maximis periculis, qualia esse solent in locis obscurissimis.

Virga, sc. pastoralis cura. *Baculus tuus*, repetitio, Chal. lex tua. *Consolata sunt*, Hier. & Chald. consolabuntur.

5. *Oleo*, i. lætitia spirituali. Aug. *Caput*, i. mentem. Aug. *Quam præclarus*, i. præclarissimus, Græc. quam optimus. Not. per mensam, oleum, & calicem, significari rerum copiam, vel spiritualem.

6. *Et vt inhabitem*, sc. etiam præstabis. Hier. & habitabo. *Domo Domini*, sc. Ecclesia, vel cælo.

XXIII. *De Christi Resurrectione.*

1. PRima sabbati, sc. cantandus, vel, q.d. de Christi resurrectione, quæ facta prima sabbati.

Plenitudo eius, i. quidquid in ea est.

2. *Super*, i. iuxta. *Fundauit*, i. firmiter stabiliuit.

Præparauit, Hier. & Chal. stabiliuit.

3. *Montem*, sc. cælum. *Stabit*, i. habitabit.

4. *Innocens*, i. purus. *Manibus*, i. operibus. *Non accepit*, &c. i. non est abusus ad vanitates, Chald. qui non iurauit in vanum ad damnationem animæ suæ.

5. *Benedictionem*, i. beneficia. *Misericordiam*. Hier. & Chald. iustitiam, i. misericordiam. sic enim solet accipi interdum in scriptura, vt alibi notauimus.

Salutari, i. saluatore, seu salutis auctore.

6. *Generatio*, i. gens, seu hominum genus.

7. *Attollite*, i. reserate. *Principes*, i. Angeli. *Æternales*, i. cælestes, quæ perpetuo duraturæ, vel per quas intratur ad vitam æternam. *Rex gloriæ*, scilicet, Christus.

8. *Quis est iste*, &c. Non ignorabant Angeli, Christum, sed Dauid ita repræsentat, quasi si quis ignorans interrogasset, vt explicet quis sit. quamquam Iusti. in Tryph. & Hier. Isa. 63. indicent Angelos qui interrogant, ignorasse quis esset, quod mirum, si verum est.

Potens in prælio, q. d. qui vicit diaboli potestatem.

10. *Virtutum*, i. exercituum, sc. cælestium.

XXIV. *Imploratio Diuini auxilij.*

2. NOn erubescam, q.d. ne me permittas erubescere spe mea frustratum. *Irrideant me*, i. caussam habeant irridendi tanquam repulsam passum, Chald. lætentur de me.

3. *Sustinent te*, i. expectant te, Hier. & Chald. sperant in te. *Confundentur*, i. erubescent, sc. spe frustrati. *Confundantur*, pro, confundentur, Hier. & Chal. erubescent. *Superuacuè*, q.d. sine causa persequentes iustos, Hier. frustra, Chald. & vani.

4. *Tuas*, i. quibus ad te itur. *Semitas*, sc. angustas, & paucis notas. Aug.

5. *Dirige*, Hier. & Chal. deduc. *In veritate tua*, q. d. doce me veritatem tuam. *Sustinui*, Hier. & Chald. expectaui. *Tota die*, Chal. cunctis diebus.

6. *Quæ*, &c. Græc. quia à seculo sunt, q.d. semper enim vsus es misericordia.

7. *Ignorantias*, i. ignoranter facta, Hier. & Chal. scelera.

8. *Dulcis*, Hier. & Chal. bonus, Græc. χρηστός, i. bonus, seu benignus. *Legem dabit delinquentibus*, Hier. & Chal. docebit peccatores. *In via*, sc. docens quomodo viuere debeant.

9. *Diriget*, Hier. ducet. *In iudicio*, i. secundum iudicium, sc. recta via, *Mites*, Hier. modestos.

10. *Veritas*, sc in promissis, vel q.d. rectitudo iustitiæ *Requirentibus*, Hier. & Chald. custodientibus. *Testamentum*, Hier. & Chald. pactum, sc. legem, de qua seruanda, pactum cum hominibus factum à Deo. *Testimonia*, i. præcepta. Hier. testificationes, sc. per præcepta Deus testatur, quid à nobis velit, q.d. cum his Deus agit misericorditer, & seruat promissa vel, hi sunt, qui Dei misericordiam & veritatem agnoscunt.

11. *Nomen tuum*, i. te *Multum*. Hieron. grande, Chal. multiplex.

12. *Legem statuit ei*, Hier. & Chald. docebit eum. *Quam elegit*, sc. Deus, q.d. sibi grata.

13. *Bonis*, Chald. beatitudine mundi venturi. *Semen*, i. posteritas, Chal. filij. *Terram*, sc. viuentium.

14 *Firmamentum est Dominus*. Hier. & Chal. secretum Domini, sc. reuelatur. *Testamentum*, i. legem Hier. & Chald. pactum vide sup. *Vt manifestetur*, Græc. manifestabit, Hier. ostendit.

15. *Laqueo*, Hier. rete.

16. *Vnicus*, Hier. & Chald. solus, q.d. desertus ab omnibus.

17. *Necessitatibus*, Hier. & Chal. angustiis,

18. *Humilitatem*, i. afflictionem. *Dimitte*, Hier. porta.

21. *Innocentes, & recti*, Hier. simplicitas, & æquitas, Chald. perfectio, & rectitudo. *Adhæserunt*, i. se adiunxerunt, Hier. & Chald. seruabunt me. *Sustinui te*, Hier. expectaui te, Chal. confusus sum in te.

22. *Tribulationibus*, Hier. angustiis.

XXV. *Oratio in persecutione,*

1. IVdica, i. vindica, vel, q.d. iudex esto in causa mea. tuum enim iudicium refugio, qui sincerè conuersatus sim. *Innocentia*, Hier. simplicitate, Chal. perfectione. *Ingressus sum*, pro, conuersatus sum, Hier. & Chal. ambulaui. *Non infirmabor*, q.d. fortis ero, Hier. non deficiam, Chal. non cadam.

2. *Proba*, i. explora. *Vre*, Hier. confla, Chal. purga, q.d explora, vt solet ignis aurum.

Renes, i. interiora.

3. *Misericordia*, Chal. bonitas. *Complacui*, Hier. ambulabo, Chal. ambulaui. *In veritate tua*, i. secundum legem tuam, quæ recta docet. Forte horum duorum versuum sensus est: Proba me sane Domine, vt soles, & afflige cor meum; ego certe in tua misericordia semper sperabo, & in tuis iudiciis acquiescam.

4. *Sedi*, Chal. versatus sum. *Concilio*, Hier. & Chal. viris. *Vanitatis*, Chald. mendacibus. *Iniqua gerentibus*, Hier. superbis. *Introibo*, i. conuersabor.

5. *Ecclesiam*, i. cœtum, seu congregationem. *Malignantium*, Hier. pessimorum, Chal. prauorum. *Impiis*, Hier. iniquis. *Sedebo*, Chal. versabor. *Lauabo inter innocentes*. Hier. lauabo in innocentia. Chal. sanctificabo in munditia. *Manus*, i. opera. Aug. Videtur tamen alludere ad lotiones manuum, quibus sacrificaturi vtebantur. *Circundabo*, q.d. accedam sacrificia oblaturus, vel venerando amplectar animo, corpore enim accedere, laicis non licebat.

7. *Audiam*, Chal. audire faciam, quasi dicat, prædicem.

8. *Decorem*,i.pulchritudinem,Hier.& Chal. habitaculum.

Habitationis, Hier.tabernaculi. *Gloriæ tuæ* , i.in quo tuam ostendas gloriam.

9. *Perdas*,Hier.auferas.*Sanguinum*, Chald.effundentibus sanguinem innocentem.

10. *Muneribus*,sc.inique acceptis.

11. *Innocentia*, Hier.simplicitate,Chald. integritate.

Ingressus sum,Hier.gradiar Chald.ambulabo, id est,conuersabor.

12. *Directo*,Græc.rectitudine, q. d.in via recta.

Ecclesiis,i.populi frequentia , Chald.congregatione iustorum.

XXVI. *Oratio liberati magno periculo.*

1. L*Iniretur*,id est,vngeretur,scilicet , in Regem palam.

Illuminatio,Hier.lux. *Protector*, Hier. & Chald. fortitudo.

2. *Super*,i.contra. *Edant*,i.perdant Chald.extermінent.

Carnes. Vide Iob. 31. Apoc.17. *Infirmati sunt*, Hier.& Chal.impegerunt.

3. *In hoc*,sc.quod dixi in principio,vel Deo.

4. *Vnam*, pro, vnum. *Hanc*,pro,id. *Voluptatem*, Hier.pulchritudinem,Chal.dulcedinem.

5. *Abscondit*,Chal.abscondet.*Tabernaculo*,Hier. & Chal.vmbra.

Malorum, id est,tribulationibus, Hier. pessimo, Chald.mala.

6. *In petra*,i.loco tuto,Chal.arce forti. *Exaltauit*, Chal.exaltabit.*Et nunc*,pro,sed & nunc, Hier.nunc quoque. *Exaltauit* , Chald. exaltabitur. *Circuiui*, Hier. qui sunt in circuitu meo. *Immolaui* , Hier.& Chal.immolabo.

Vociferationis,Hier.iubili,sc.cum iubilo.& canticis oblatam. *Domino*,i.in laudem Domini.

7. *Qua clamaui*,Chal.cum orauero.

9. *Auertas*, Hier.abscondas, Chald. amoueas. *In ira*,i.iratus,q.d.ne me deseras iratus mihi.

Salutaris meus,i.saluator meus Hier.salutis meæ, sc.auctor.

11. *Legem* , &c. Hier. ostende mihi viam tuam, Chald.doce me viam tuam,sc.qua à te itur. *Dirige*, Hier.& Chal.deduc. *Inimicos*, Hier.insidiatores,sc. ne me intercipiant.

12. *In animas*,Hier.animæ,Chal.voluntati. *Mentita*,sc.dicens contra me falsa,seu calumnias.

14. *Confortetur* , Hier. roboretur.*Sustine*,id est, expecta.

XXVII. *Inuocatio,& Gratiarum actio.*

1. C*Lamabo*,Chald.clamo, sc. opem implorans.

Sileas.sc.sic vt non respondeas , Hier.obsurdescas mihi.

A me,pro,mihi. *Nequando*,pro,ne si quando,q. d.ne si forte sileas,assimiler.&c.Hiero.ne forte. *Taceas*, Chald.si taceas *Et assimilabor*, Chald.fiam similis,Hier.comparer. *Lacum*,i.sepulcrum, Chald. puteum.

2. *Templum*,Hier.oraculum,sc.sancta sanctorum, vbi Arca.

3. *Trahas*,Hier.Chald.& Græc.trahas, Itemque emendatiores codices,sc.ad mortem.

4. *Da illis*, non optat , sed prædicit pœnam. August.

Opera,i. demerita. *Adinuentionum*, id est , studiorum.

Retributionem eorum,i.quam merentur.

5. *Opera Domini*, Chald. legem Domini. *Et in*, abundat,in.*Manuum*,i.potentiæ.Et non ædificabis, q.d.sine spe restaurationis perdes in æternum.

6. *Benedictus*,sc.sit,q.d.perpetuo laudetur.

7. *Protector meus*, Hier.& Chald.scutum meum.

Refloruit caro mea,id est, reuiguit,vel resurrexit. Amb.Non reflorescit,nisi quod antea floruit, Hier & Chal.gauisum est cor meum. *Ex voluntate mea*, q.d.prompte & alacriter.Hier. & Chald.in cantico meo.

Confitebor,Chal.gratias agam.

8. *Saluationum*,pro,salutaris, q.d.protectione salutem afferens *Christi*,i.vncti,sc.in Regem.

9. *Saluum fac*,Chal.redime.

Benedic,i.auge donis. *Hereditati*,i.populo,quem velut hereditatem possides,& colis.*Rege* Hier.pasce,Chald.ciba.

Extolle,Hier.subleua,Chal.sustenta.

XXVIII. *De Dei operibus.*

1. T*Abernaculi*, sc. à Dauid constructi, vt in eo arcam reponeret.

Filij Dei,Chald.cœtus Angelorum. *Filios arietum*,i.agnos,seu arietes.

Honorem,Hier.imperium, Chal.fortitudinem,q. d.celebrate eius potentiam,& maiestatem.

2. *In atrio sancto eius* , Hieron. in decore sancto. Chal. in decore sanctitatis.

3. *Super*,Chald.audita est super, q.d auditur Dei tonitru in medio nubium.*Maiestatis*, Hier.gloriæ, i.gloriosus.

Aquas,i.populos , Aug. *Multas*, Chald.multas intonuit , q.d.cum multum plueret, auditum tonitruum.

4. *In virtute*,q.d.est potentissima. *Magnificentia*, Hier. decore. Chald. in decore audita est , q.d.cum fulgore,seu fulmine.

5. *Confringentis*,Chal.confringit, sc.fulmine.

Libani,i.altissimas.

6. *Comminuet*, Hier.disperget, Chald.saltare faciet.

Dilectus,coniunge cum , filius,q.d.& velut pullum Rhinocerotis.Hier.Sarion. nomen montis.

7. *Intercidentis*, Hier.diuidens,sc.eiaculatur dissecta fulmina.

8. *Concutientis*,scil.tremore , Hier. parturire faciens , scil. pariunt feræ timore concussæ ob terræ motum.Cades,sc.horrendum,& vastum.

9. *Praeparantis*,sc.ad partum,facile enim pariunt territæ tonitruo alioquin difficilè. Hiero. obstetricans,Chal.parturire facit.

Ceruos,Chal.ceruas.*Reuelabit*,sc.prostratis arboribus.

Condensa, Hier.saltus. *Templo*, i.cælo,vt indicat Chald.

Gloriam,sc. Deo,q.d.glorificant Deum sancti ob eius opera mirabilia in mundo.

10. *Inhabitare facit*,i.inundare. Hier.inhabitat Chal.tempore diluuij super sedem iudicij sedit, vt vltionem sumeret.

11. *Virtutem*,Hier.fortitudinem, Chald.legem.

Benedicet,i cumulabit bonis. *Pace*, sc.perpetua, vel q.d.dans prosperitatem.

XXIX. *Gratiarum actio.*

1. P*Salmus*,Chal.laus. *Domus Dauid*,Dauid,non enim,domus,sed cum , Cantici , iungendum, Chald.domus sanctuarij,hymnus Dauid.

2. *Exaltabo*,i.laudibus efferam. *Suscepisti*, Hier saluasti,

aluasti, Chald. erexisti. *Delectasti*, Chald. lætificasti.

Super me, Chald. de me.

3. *Sanasti*, scil. resurrectione, Aug.

4. *A descendentibus*, i. ne essem cum descendentibus Hieron. ne descenderem. *Lacum*, Chald. sepulcrum.

5. *Psallite*, Hieron. cantate, Chald. laudate. *Sancti*, Chald. pij. *Confitemini memoriæ*. i. celebrate memoriam, vel, cum grata recordatione.

6. *In indignatione*, scilicet, ob peccata nostra, Hieron. & Chald. momentanea. *Vita*, Chald. vita æterna. *In voluntate*, q. d. vult vt viuamus. Nolo mortem peccatoris, &c.

Ad matutinum lætitia, q. d. quos affligit, paulo post consolatur. *Lætitia*, Hier. laus.

7. *Abundantia*, Chald. tranquillitate. *Non mouebor*, scil. ab hoc statu.

8. *Voluntate*, id beneplacito. *Decori*, i. regno, seu dignitati, Hieron. monti, i. sublimitati, seu excellentiæ.

Virtutem, Hieron. fortitudinem. *Auertisti*. Hier. & Chald. abscondisti.

10. *Sanguine*, i. morte, vel, vita, acta. *Descendo*, Hier. & Chald. descendero. *Corruptionem*, Chal. sepulchrum. *Puluis*, id est, homo in puluerem redactus, Chald. qui iacent in puluere. *Annunciabit*, i. prædicabit.

Veritatem, i. fidem in promissis, vel iustitiam, seu rectitudinem.

12. *Gaudium*, Hieron. & Chald. chorum. *Conscidisti*. Hier. & Chald. soluisti, *Saccum*, quasi dicat, luctum; qui sacco ostendisti. *Circundedisti*. i. perfudisti.

13. *Gloria*, i. anima, vel lingua, vel gloria, quam mihi dedisti. Chaldæus, honorabiles mundi. *Non Compungar*, scil. peccati conscientia. August. Hier. non taceat. Nota quod compungi est dolore affici, se vehementer contristari.

Confitebor tibi, i. laudabo.

XXX. *Dei inuocatio in tribulatione.*

1. PRo *ex tasi*, id est, mentis alienatione, scilicet, de qua infr.

2. *Speraui* pro spero, *Confundar*, i. erubescam, sc. frustratus. *In tua iustitia*, i. per tuam misericordiam. Vide Psal. 23. & 32.

3. *Deum protectorem*, Hier. lapidem fortissimum. *Refugij*, Hier. munitam.

4. *Fortitudo*, Hieron. petra. *Refugium*, Hieron. munitio, Chald. fiducia. *Nomen tuum*, i. te.

5. *Laqueo*, Hier. rete. *Protector meus*, Hier. & Chald. fortitudo mea.

6. *Redemisti*, pro, redimes. *Veritatis*, Chaldæus, verax.

7. *Odisti*, Chald. odi. *Obseruantes*, Hieron. custodientes.

Vanitates, id est, vana, seu idola. *Superuacuè*. Hieron. frustra.

8. *Exultabo, & lætabor*, Chal. gaudebo, & exultabo.

Misericordiam, Chald. bonitate. *Humilitatem*, Hieron. & Chald. afflictionem. *Saluasti*, &c. Hier. & Chald. nouisti tribulationem animæ meæ. *Necessitatibus*, i. angustiis.

9. *Conclusisti*, id est, permisisti concludi, Chald. tradidisti.

Statuisti, Chald. firmasti. *Spatioso*, scil. ex angustiis eripiens.

10. *Conturbatus*, Hieron. & Chald. caligauit. *In ira*, Chal. præ ira, i. indignatione, seu, mœrore, seu, ob iram persequentium. Hier. furore. *Anima mea*, Chaldæus, constricta est anima mea. *Venter*, id est, interiora.

11. *Defecit*, Hieron. consumpta est. *In dolore*, id est, præ dolore. Hieron. & Chald. in mœrore. *Gemitibus*, Chald. suspirio. *Infirmata est*, Chald. corruit. *Paupertate*, i. calamitate. Hieron. iniquitate, Chald. peccato. *Ossa*, i. vires, membra. *Conturbata sunt*, Hieron. & contabuerunt, Chald. denigrata sunt.

12. *Super*, i. præter, q. d. vt omittam persecutionem inimicorum. Hieron. apud. *Valde*, iungendum cum vicinis.

Timor, scil. timebant, ne propter me periclitarentur. *Foras*, Hieron. in plateis, Chald. in platea. Not. quod foras quidam pro foris accipiunt, coniungentes cum, videbant; alij cum, fugerunt, coniungunt.

13. *A corde*, i. animo, seu memoria, coniungendum vero cum, obliuioni. *Perditum*, i. fractum; Chald. testaceum, quod frangitur.

14. *Vituperationem*, id est, contumeliam. Hier. opprobrium.

In circuitu, id est, circa me. *Accipere*, Hieron. auferre, Chald. capere.

16. *Sortes meæ*, id est, hæreditas seu electio ad beatitudinem, vel status rerum mearum. Hieron. tempora mea, id est, vitæ dies, Chald. tempora redemptionis meæ.

17. *Illustra*, id est, hilarem exhibe, Hieron. ostende, Chald. lucere fac.

In, id est, per, seu propter.

18. *Non*, Hieron. ne. *Confundar*, i. pudefiam.

19. *Dolosa*, Hieron. Chald. mendacia.

Iniquitatem, Hieron. dura, Chald. opprobria. *Abusione*, Græc. Hier. & Chald. contemptu.

20. *Dulcedinis*, Hieron. & Chald. bonitatis.

Abscondisti, id est, reposuisti, sic Psalm. 16. *de absconditis*, i. repositis.

Perfecisti, pro, & perfecisti, i. exhibuisti, Hier. & Chald. operatus es.

In conspectu, Chaldæus, vt reddas eis præmium bonum in conspectu.

21. *Abscondito*, Hieron. protectione. *Conturbatione*, id est, iniuriis.

Tabernaculo, Hieron. vmbra, Chaldæus, velut vmbraculo.

Contradictione, i. contentione.

22. *Mirificauit*, i. miro modo ostendit, Hier. mirabilem fecit, Chald. mirandam exhibuit. *Ciuitate*, scilicet, Ierusalem, vel quasi dicat, velut si essem in ciuitate munita.

23. *Excessu mentis*, i. stupore mentis perculsæ tot malis, & velut extra se positæ. Græc. extasi mea, Hieron. stupore meo, Chaldæus, cum quærerem aufugere.

Proiectus, i. eiectus, Chald. succisus.

Ideo, scilicet, cum me sic anxium videres, Hier. ergone, Chald. vere.

24. *Diligite*, pro, diligite ergo. *Sancti*, Chal. pij.

Veritatem requiret, Hieronymus, & Chaldæus, fideles seruat.

Abundanter, coniungitur Græcè cum facientibus.

25. *Viriliter*, &c. Hieron. & Chald. confortamini, & roboretur cor vestrum.

XXXI. *Oratio pœnitentis.*

1. INtellectus, Græc. genitiuus est, quasi dicat, plenus eruditione.

2. *Imputauit*, Græc. Hieron. & Chald. imputabit, sc. vt puniat.

Dolus, sed, sc. sincero est, in Deum animo.

3. *Tacui*, sc. non confitens peccatum, vel q. d. dum mœstus sum ob peccatum, Chald. tacui à verbis le gis.

Inueterauerunt, Hier. attrita sunt *Ossa*, i. vires.

Clamarem, sc. ad Deum vel, præ dolore eiularem, Hier. & Chal. rugirem. Putarim sensum esse *Tacui*, i. feci finem clamandi, seu eiulandi, qui viderem me consumi, peneque deficere clamoribus & eiulatu assiduo: vbi Not. cum dicitur, quoniam tacui; quoniam, non causam reddere sed continuatiuum esse more scripturæ.

4. *Grauata est*. Chald. inualuit, *Manus*, Chal percussio. *Conuersus*, sc ad te, Hier. versatus *Ærumna*, Hier. miseria. *Spina*, sc. ærumnarum, quæ velut spinæ; vel peccati, q. d. ob peccatum mentem crucians, vel ob remorsum conscientiæ, more spinæ pungentem.

5. *Dixi*, statui.

6. *Pro hac*, sc. remissione peccati: vel pro hoc, i. ob id, Chald. propterea, sc. quia misericors es. *Sanctus*, Hier. misericors, Chal. pius, sc. qui pietati studet, & sanctitati,

Opportune, sc. cum affligitur, Chald. acceptabili, scil. opportuno ad orandum *Verumtamen*, pro, certe.

Aquarum, i. tribulationum, seu malorum, Chal. populorum *Eum*, sc. sanctum. *Approximabunt*, scil. aquæ, te defendente.

7. *Exultatio*, Hier. laus.

8. *Intellectum*, Dei sunt verba, vel Prophetæ.

Hac qua gradieris, Hier. per quam ambules.

Firmabo Chald. ponam in bonum, sc. vt faueam.

9. *In camo*, pro, sed in camo. *Constringe*, pro, constringere oportet. *Qui non*, pro, alioqui non: vel, ne, q. d. ne accedentes te lædant, Chal. ne accedant ad te.

10. *Flagella*. Hier. & Chald. dolores *Peccatoris*, Chald. sunt impio, q. d. multis Deo puniente constringitur malis. *Misericordia*, Chal. benignitas.

11. *Gloriamini*, Hebr. & Chal. laudate eum *Recti corde*, Chal. quorum sunt rectæ cogitationes.

XXXII. *Exhortatio ad Dei laudem.*

1. *Exultate*, i. cum exultatione laudate, Hier. & Chal. laudate, *Collaudatio*, i. laus, sc. Domini.

2. *Psallite*, Hier. cantate, Chald. laudate. *Illi*, i. in honorem illius.

3. *Nouum*, q. d. nouis laudibus celebrate. *Bene* Hier. diligenter, Chald. pulchre. *Vociferatione*, i. alacritate, Hier. & Chald. iubilo.

4. *Rectum*, i. æquum. *Verbum*, sc. mandata.

Fide, i. veritate, seu fidelitate, q. d. vera, fidelia, recta.

5. *Misericordiam*, Hier. & Chald. iustitiam. Et quidem Hebr. legitur, quod notandum pro locis, vbi iustitia misericordiam significat. Vide sup. Psal. 30.

Iudicium, i. quod iustum est. *Misericordia*, Chal. bonitate.

6. *Firmati*, Chald. facti. *Spiritu oris*, i. præcepto, vel, Spiritu sancto. *Virtus*. Hier. ornatus, Chal. exercitus, sc. Angeli Stellæ.

7. *Thesauris*, Chald. apothecis, *Abyssos*, i. aquarum copiam, q. d. certo loco seruans, vt solent thesauri.

8. *Commoueantur*, Chal. contremiscant.

9. *Facta sunt* Hier. factus est, sc. orbis, Chald. fuit.

Creata sunt, Hier. stetit, Chal. substitit.

10. *Gentium*, Chal. populorum.

Reprobat, Hier. & Chald. irritas facit.

11. *Manet*, Hier. stabit.

12. *Cuius Dominus*, &c. i. qui pro Deo habet Dominum.

Eius, abundat, more Hebræo, sic Psal. 39. & 45.

In hæreditatem, id est, quam peculiari modo possideat.

13. *Vidit*, i. contemplatus est. *Hominum*. Hier. Adam.

14. *Præparato habitaculo*, Hier. firmissimo solio.

15. *Sigillatim*, videtur indicari animarum creatio, Hier. pariter, Chal. simul, q. d. omnia.

16. *Multam virtutem*, Hier. & Chald. multitudinem exercitus. *Gigas*. Hier. fortis. *Saluabitur*, Hier. liberatur, Chal. euadet.

17 *Virtutis*, Hier roboris.

18. *Misericordia*, Chal benignitate.

20. *Sustinet*, Hier. expectauit, Chal. expectat. *Dominum*, Chald. redemptionem Domini. *Protector*, Hier. & Chald clypeus.

21. *Et*, Chald. eo quod.

22. *Fiat*, Hier. & Chal. fit. *Sperauimus*, Hier. expectauimus, Chal. speramus.

XXXIII. *Dei laus, & gratiarum actio.*

1. *Achimelech*, qui & Achis dicebatur, sc. Rex Geth.

3. *Laudabitur*, i. gloriabitur. *Audiant*, sc. id, vel, Dei laudes.

4. *Magnificate*, i. magnifice laudate. *In idipsum*, Chald. simul, sc. omnes.

5. *Exquisiui*, i. studiose quæsiui.

6. *Accedite*, sc. credendo. *Illuminamini*, pro, illuminabimini *Confundentur*, Hier. erubescent.

7. *Iste*, de se loquitur.

8. *Immittet*, sc. se, vel, terrorem in hostes Græc. castrametabitur Hier. circumdat, Chald. immoratur.

9. *Suauis*, Hier. & Chal. bonus.

11. *Diuites*, Hier. leones, Chal. filij leonum.

Eguerunt, i. ad inopiam redacti sunt. *Non minuentur*, Chal. non carebunt. *Omni bono*, Chal. vllo bono, q. d. nullum eis bonum deerit.

12. *Filij*, sic diuina sapientia vocat discipulos.

13. *Vitam*, sc. longam *Bonos*, i. felices.

14. *Prohibe*, Hier. & Chal. custodi.

15. *Persequere*, sc. donec assequaris.

16. *Oculi*, i. prouidentia, & fauor.

17. *Vultus*, sc. iratus.

19. *Tribulato*, Hier. & Chald. contrito, *Humiles*. Hier. confractos, sc. afflictos. *Saluabit*, i. saluare, seu seruare solet.

21. *Ossa*, Chald. membra, Bern. proposita, & intentiones, alioqui enim ossa in martyribus confracta. *Vnum*, pro, ne vnum quidem. *Conteretur*, Hier. confringetur.

22. *Pessima*, sc. in peccato mortui, eunt in supplicium.

Delinquent, Hier. culpabuntur. Chald. damnabuntur.

23. *Delinquent*, Hier. peccabunt. Chald. condemnabuntur. Quidam pro, deficient, accipiunt: solet enim scriptura vsurpare, peccare, pro, deficere, seu perire, vt notat Hier. Habac. 1.

XXXIV. *Oratio in persecutione.*

1. *Ipsi David*, Græce τῷ Δαβίδ, i. Dauidi, pro Dauidis. *Iudica*, i. puni. Chald. magnificare contra. *Me*, pro, mihi. *Expugna*, Hier. & Chald. pugna contra.

2. *Arma*. Hier. hastam.

3. *Effunde frameam*, Hier. euagina gladium. *Conclude*,

Conclude, scilicet, viam, ne possint euadere. Hieron. præoccupa.

Salus tua, Chald. redemptor tuus.

4. *Confundantur*, i. erubescant. *Reuereantur*, i. erubescant repetitio. *Auertantur*. Hieron. conuertantur.

Confundantur, Chal. afficiantur ignominia

5. *Puluis*, Chald. palea. *Coarctans*, pro, coarctet, i. opprimat. Hieron. & Chal. impellat.

6. *Via*, scilicet, per quam fugerint. *Tenebræ & lubricum*, i tenebrosæ, & lubricæ. *Persequens*, Hieron. & Chal. persequatur.

7. *Gratis*, Hieron. frustra, Chald. sine causa. *Interitum laquei*, Hieron. insidias retis. Chald. foueam retis. *Superuacue*, Hieron. & Chald. sine causa. *Exprobrauerunt*, &c. Hieron. foderunt animæ meæ. Chald. insidiati sunt animæ meæ.

8. *Laqueus*, Hieron. calamitas. Chald. desolatio. *Quem ignorat*, q. d. de improuiso. *Captio*, Hier. & Chald. rete. *Ipsam*, sc. laqueum.

9. *Super salutari suo*, Hieron. in salute sua, i. ab ipso præstita, Chald. in redemptione eius.

10. *Ossa*, Chal. membra. *Eripiens*, pro, qui eripit. *Inopem*, Chald. afflictum. *Eius*, pro, eo, *Egenum & pauperem*, Hieron. & Chaldæus, pauperem, & mendicum.

11. *Quæ ignorabam*, id est, quorum conscius non eram, q. d. falsa.

Interrogabant, i. interrogando obiiciebant.

12. *Sterilitatem*, &c. Chald. quærentes orbare animam meam.

13. *Cilicio*, Chald. sacco. *Humiliabam*, Chald. affligebam. *Conuertetur*. q. d. si minus illis profuerit oratio mea pro eis, ad me tamen cum fructu redibit. sic Matth. 10. Pax vestra ad vos reuertetur, Hieron. conuertebatur, q. d. assidue pro eis orabam sincero animo.

14. *Proximum*, pro, proximo. Hieron. quasi ad amicum, & fratrem meum, Chald. ac si socius, & frater meus fuisset.

Complacebam, i. studebam ei placere. Hieron. & Chald. ambulabam, id est, cum eo versabar. *Et contristatus*. Hieron. mater tristis, Chald. matrem suam.

15. *Et*, pro, & tamen. *Aduersum me*. Hieron. in infirmitate mea. Chald. in tribulatione mea. *Conuenerunt*, Hieron. & Chald. congregabantur. *Ignoraui*, sc. cur me flagellarent, q. d. nullius mihi contra eos mali conscius sum.

16. *Dissipati*, sc. quærentes vias me perdendi. *Compuncti*, sc. corde, q. d. nihil facti pœnitentes, neque cessantes.

17. *Restitue*, id est, libera. Hieron. & Chaldæus conuertere.

Vnicam, Hieron. solitariam, quasi dicat, auxilio destitutam.

18. *Ecclesia*, Chald. congregatione. *Graui*, id est, multo Hieron. & Chald. forti.

19. *Supergaudeant mihi*, Hieronym. lætentur super me.

Gratis, Hieron. frustra, Chald. sine causa. *Annunt oculis*, sc. pacem simulantes, vel subsannantes. Vide Prouerb. 6. & 10. & Eccles. 27.

20. *In iracundia terræ*, i. terrena. Hieron. in rapina terræ, Chald. contra iustos terræ.

21. *Dilatauerunt os*, quasi dicat, aperto ore me persequuntur.

Euge. Hieron. Vah, Hebr. heech, Chald. chedua. *Viderunt*, sc. quod optabamus.

22. *Sileas*, i. dissimules seu cesses, sc. opem ferre. *Discedas*, Hieron. & Chald. elongeris.

23. *Indicio*, i. causæ.

24. *Supergaudeant mihi*, Hieron. insultent mihi, Chald. lætentur de me.

25. *Euge anima nostra*, Chaldæus, lætata est anima nostra.

26. *Gratulantur*, Hieron. & Chald. lætantur. *Reuerentia*, Hieron. verecundia. *Magna loquuntur*, &c. i. se attollunt contra me magno fastu. Vide Psalm. 37.

27. *Volunt*, id est, amant, q. d. qui fauent meæ innocentiæ.

Volunt, i. optant.

28. *Meditabitur*, i. loquetur, prædicabit.

XXXV. *De malitia impiorum, & Dei bonitate.*

1. *Seruo*, pro, serui.

2. *Dixit*, i. statuit. *Vt delinquat*, i. peccare. *In semetipso*, id est, apud se, Hieron. Chald. in medio cordis eius. *Non est*, pro, quia non est.

3. *Eius*, scil. Dei *Inueniatur*, i. deprehendatur, q. d. palam cognoscatur.

Ad odium, i. odio digna, & execrabilis.

4. *Intelligere*, q. d. resipiscere.

5. *Meditatus est*, Hieronym. & Chald. cogitat. *Astitit*, Hieron. stabit, Chald. manet.

6. *In cælo*, pro, in cœlum vsque, vel, instar cœli, i. altissima, vel, omnia complectens.

Veritas, Hieron. & Chald. fides, scil. in promissis. *Nubes*, Chaldæus, æthera, q. d. altissima.

7. *Dei*, i. altissimi. *Abyssus multa*, q. d. profundissima. *Saluabis*, i. seruare soles.

8. *Quemadmodum*, pro, in tantum, vel quantopere, vt sit admiratio, Hieron. & Chaldæus, quam pretiosa est.

Filij autem, &c. q. d. prouides quidem homininibus & brutis, sed peculiarius hominibus. *Sperabunt*, Chald. morabuntur cum fiducia.

9. *Inebriabuntur*, scilicet, saturabuntur. *Vbertate*, i. bonorum affluentia.

10. *In lumine tuo*, i. te illuminante.

11. *Prætende*, id est, extende, exhibe. *Iustitiam*, scilicet, faciens iustos, vel pro, misericordiam vt sit repetitio.

12. *Veniat mihi*, Chald. occurrat in me. *Superbiæ*, Chald. superbi. *Moueat me*, scil. loco meo, Hier. & Chald. commoueat me.

13. *Ibi*, i. per superbiam, vel, quo me impellere conabantur, vel q. d. ecce. *Stare*, i. consistere, Hier. & Chald. surgere.

XXXVI. *De bonorum, & malorum conditione.*

1. *Æmulari*, id est, indignari, vel imitari, Hieron. contendere Chaldæus, imitari. *In malignantibus*, Hieron. in malignos.

Zelaueris, i. æmulaueris, vt sit repetitio, vel, pro inuideas, scil. illis, prosperitatem.

2. *Fœnum*, Hieron. & Chald. herba. *Decident*, Hier. marcescent.

3. *Bonitatem* Hieron. & Chald. bonum. *Inhabita*, pro, inhabitabis, sc. protectus à Deo. *Eius*, sc. terræ, quasi dicat, fructuum abundantia.

5. *Reuela Domino*, id est, expone, Chald. manifesta coram Domino, quasi dicat, commite ei statum rerum tuarum.

Faciet, id est, curabit.

6. *Quasi lumen*, q. d. in apertum. *Iustitiam*, i. iustam causam. *Iudicium*, i. causam. repetitio.

7. *Subditus esto*, Hieron. & Chald. tace. *Æmulari*, vide supr.

8. *Ira*, i. indignatione ob felicitatem malorum. *Furorem*, repetitio.

9. *Malignantur*,

3. *Tacui*, sc. non confitens peccatum, vel q. d. dum mœstus sum ob peccatum, Chald. tacui à verbis le gis.

Inueterauerunt, Hier. attrita sunt *Ossa*, i. vires.

Clamarem, sc. ad Deum vel, præ dolore eiularem, Hier. & Chal. rugirem. Putarim sensum esse *Tacui*, i. feci finem clamandi, seu eiulandi, qui viderem me consumi, peneque deficere clamoribus & eiulatu assiduo: vbi Not. cum dicitur, quoniam tacui; quoniam, non causam reddere sed continuatiuum esse more scripturæ.

4. *Grauata est*. Chald. inualuit, *Manus*, Chal percussio. *Conuersus*, sc. ad te, Hier. versatus *Ærumna*, Hier. miseria. *Spina*, sc. ærumnarum, quæ velut spinæ; vel peccati, q. d. ob peccatum mentem crucians, vel ob remorsum conscientiæ, more spinæ pungentem.

5. *Dixi*, statui.

6. *Pro hac*, sc. remissione peccati: vel pro hoc, i. ob id, Chald. propterea, sc. quia misericors es. *Sanctus*, Hier. misericors, Chal. pius, sc. qui pietati studet, & sanctitati,

Opportune, sc. cum affligitur, Chald. acceptabili, scil. opportuno ad orandum *Verumtamen*, pro, certe.

Aquarum, i. tribulationum, seu malorum, Chal. populorum *Eum*, sc. sanctum. *Approximabunt*, scil. aquæ, te defendente.

7. *Exultatio*, Hier. laus.

8. *Intellectum*, Dei sunt verba, vel Prophetæ.

Hac qua gradieris, Hier. per quam ambules.

Firmabo Chald. ponam in bonum, sc. vt faueam.

9. *In camo*, pro, sed in camo. *Constringe*, pro, constringere oportet. *Qui non*, pro, alioqui non: vel, ne, q. d. ne accedentes te lædant, Chal. ne accedant ad te.

10. *Flagella*. Hier. & Chald. dolores *Peccatoris*, Chald. sunt impio, q. d. multis Deo puniente constringitur malis. *Misericordia*, Chal. benignitas.

11. *Gloriamini*, Hebr. & Chal. laudate eum *Recti corde*, Chal. quorum sunt rectæ cogitationes.

XXXII. *Exhortatio ad Dei laudem.*

1. Exultate, i. cum exultatione laudate, Hier. & Chal. laudate. *Collaudatio*, i. laus, sc. Domini.

2. *Psallite*, Hier. cantate, Chald. laudate. *Illi*, i. in honorem illius.

3. *Nouum*, q. d. nouis laudibus celebrate. *Bene* Hier. diligenter, Chald. pulchre. *Vociferatione*, i. alacritate, Hier. & Chald. iubilo.

4. *Rectum*, i. æquum. *Verbum*, sc. mandata.

Fide, i. veritate, seu fidelitate, q. d. vera, fidelia, recta.

5. *Misericordiam*, Hier. & Chald. iustitiam. Et quidem Hebr. legitur, quod notandum pro locis, vbi iustitia misericordiam significat. Vide sup. Psal. 30.

Iudicium, i. quod iustum est. *Misericordia*, Chal. bonitate.

6. *Firmati*, Chald. facti. *Spiritu oris*, i. præcepto, vel, Spiritu sancto. *Virtus*. Hier. ornatus, Chal. exercitus, sc. Angeli Stellæ.

7. *Thesauris*, Chald. apothecis, *Abyssos*, i. aquarum copiam, q. d. certo loco seruans, vt solent thesauri.

8. *Commoueantur*, Chal. contremiscant.

9. *Facta sunt* Hier. factus est, sc. orbis, Chald. fuit. *Creata sunt*, Hier. stetit, Chal. substitit.

10. *Gentium*, Chal. populorum.

Reprobat, Hier. & Chald. irritas facit.

11. *Manet*, Hier. stabit.

12. *Cuius Dominus*, &c. i. qui pro Deo habet Dominum.

Eius, abundat, more Hebræo, sic Psal. 39. & 45.

In hæreditatem, id est, quam peculiari modo possideat.

13. *Vidit*, i. contemplatus est. *Hominum*. Hier. Adam.

14. *Præparato habitaculo*, Hier. firmissimo solio.

15. *Sigillatim*, videtur indicari animarum creatio, Hier. pariter, Chal. simul, q. d. omnia.

16. *Multam virtutem*, Hier. & Chald. multitudinem exercitus. *Gigas*. Hier. fortis. *Saluabitur*, Hier. liberatur, Chal. euadet.

17. *Virtutis*, Hier. roboris.

18. *Misericordia*, Chal. benignitate.

20. *Sustinet*, Hier. expectauit, Chal. expectat. *Dominum*, Chald. redemptionem Domini. *Protector*, Hier. & Chald clypeus.

21. *Et*, Chald. i. o quod.

22. *Fiat*, Hier. & Chal. fit. *Sperauimus*, Hier. expectauimus, Chal. speramus.

XXXIII. *Dei laus, & gratiarum actio.*

1. Achimelech, qui & Achis dicebatur, sc. Rex Geth.

3. *Laudabitur*, i. gloriabitur. *Audiant*, sc. id, vel, Dei laudes.

4. *Magnificate*, i. magnifice laudate. *In idipsum*, Chald. simul, sc. omnes.

5. *Exquisiui*, i. studiose quæsiui.

6. *Accedite*, sc. credendo. *Illuminamini*, pro, illuminabimini. *Confundentur*, Hier. erubescent.

7. *Iste*, de se loquitur.

8. *Immittet*, sc. se, vel, terrorem in hostes Græc. castrametabitur Hier. circumdat, Chald. immoratur.

9. *Suauis*, Hier. & Chal. bonus.

11. *Diuites*, Hier. leones, Chal. filij leonum.

Eguerunt, i. ad inopiam redacti sunt. *Non minuentur*, Chal. non carebunt. *Omni bono*, Chal. vllo bono, q. d. nullum eis bonum deerit.

12. *Filij*, sic diuina sapientia vocat discipulos.

13. *Vitam*, sc. longam *Bonos*, i. felices.

14. *Prohibe*, Hier. & Chal. custodi.

15. *Persequere*, sc. donec assequaris.

16. *Oculi*, i. prouidentia, & fauor.

17. *Vultus*, sc. iratus.

19. *Tribulato*, Hier. & Chald. contrito, *Humiles*. Hier. confractos, sc. afflictos. *Saluabit*, i. saluare, seu seruare solet.

21. *Ossa*, Chald. membra, Bern. proposita, & intentiones, alioqui enim ossa in martyribus confracta. *Vnum*, pro, ne vnum quidem. *Conteretur*, Hier. confringetur.

22. *Pessima*, sc. in peccato mortui, eunt in supplicium.

Delinquent, Hier. culpabuntur. Chald. damnabuntur.

23. *Delinquent*, Hier. peccabunt. Chald. condemnabuntur. Quidam pro, deficient, accipiunt: solet enim scriptura vsurpare, peccare, pro, deficere, seu perire, vt notat Hier. Habac. 1.

XXXIV. *Oratio in persecutione.*

1. Ipsi Dauid, Græce τῷ Δαυίδ, i. Dauidi, pro Dauidis. *Iudica*, i. puni. Chald. magnificare contra. *Me*, pro, mihi. *Expugna*, Hier. & Chald. pugna contra.

2. *Arma*. Hier. hastam.

3. *Effunde frameam*, Hier. euagina gladium. *Conclude*,

Conclude, ſcilicet, viam, ne poſſint euadere. Hieron. præoccupa.

Salus tua, Chald. redemptor tuus.

4. *Confundantur*, i. erubeſcant. *Reuereantur*, i. erubeſcant repetitio. *Auertantur*. Hieron. conuertantur.

Confundantur, Chal. afficiantur ignominia

5. *Puluis*, Chald. palea. *Coarctans*, pro, coarctet, i. opprimat. Hieron. & Chal. impellat.

6. *Via*, ſcilicet, per quam fugerint. *Tenebræ & lubricum*, i tenebroſæ, & lubricæ. *Perſequens*, Hieron. & Chal. perſequatur.

7. *Gratis*, Hieron. fruſtra, Chald. ſine cauſa. *Interitum laquei*, Hieron. inſidias retis. Chald. foueam retis. *Superuacue*, Hieron. & Chald. ſine cauſa. *Exprobrauerunt*, &c. Hieron. foderunt animæ meæ, Chald. inſidiati ſunt animæ meæ.

8. *Laqueus*, Hieron. calamitas. Chald. deſolatio. *Quem ignorat*, q. d. de improuiſo. *Captio*, Hier. & Chald. rete. *Ipſum*, ſc. laqueum.

9. *Super ſalutari ſuo*, Hieron. in ſalute ſua, i. ab ipſo præſtita, Chald. in redemptione eius.

10. *Oſſa*, Chal. membra. *Eripiens*, pro, qui eripit. *Inopem*, Chald. afflictum. *Eius*, pro, eo, *Egenum & pauperem*, Hieron. & Chaldæus, pauperem, & mendicum.

11. *Quæ ignorabam*, id eſt, quorum conſcius non eram, q. d. falſa.

Interrogabant, i. interrogando obiiciebant.

12. *Sterilitatem*, &c. Chald. quærentes orbare animam meam.

13. *Cilicio*, Chald. ſacco. *Humiliabam*, Chald. affligebam. *Conuertetur*, q. d. ſi minus illis profuerit oratio mea pro eis, ad me tamen cum fructu redibit. ſic Matth. 10. Pax veſtra ad vos reuertetur, Hieron. conuertebatur, q. d. aſſidue pro eis orabam ſincero animo.

14. *Proximum*, pro, proximo. Hieron. quaſi ad amicum, & fratrem meum, Chald. ac ſi ſocius, & frater meus fuiſſet.

Complacebam, i. ſtudebam ei placere. Hieron. & Chald. ambulabam, id eſt, cum eo verſabar.

Et contriſtatus. Hieron. mater triſtis, Chald. matrem ſuam.

15. *Et*, pro, & tamen. *Aduerſum me*. Hieron. in infirmitate mea. Chald. in tribulatione mea. *Conuenerunt*, Hieron. & Chald. congregabantur. *Ignoraui*, ſc. cur me flagellarent, q. d. nullius mihi contra eos mali conſcius ſum.

16. *Diſſipati*, ſc. quærentes vias me perdendi.

Compuncti, ſc. corde, q. d. nihil facti pœnitentes, neque ceſſantes.

17. *Reſtitue*, id eſt, libera. Hieron. & Chaldæus conuertere.

Vnicam, Hieron. ſolitariam, quaſi dicat, auxilio deſtitutam.

18. *Eccleſia*, Chald. congregatione. *Graui*, id eſt, multo Hieron. & Chald. forti.

19. *Supergaudeant mihi*, Hieronym. lætentur ſuper me.

Gratis, Hieron. fruſtra, Chald. ſine cauſa. *Annuunt oculis*, ſc. pacem ſimulantes, vel ſubſannantes. Vide Prouerb. 6. & 10. & Eccleſ. 27.

20. *In iracundia terræ*, i. terrena. Hieron. in rapina terræ, Chald. contra iuſtos terræ.

21. *Dilatauerunt os*, quaſi dicat, aperto ore me perſequuntur.

Euge. Hieron. Vah, Hebr. heech, Chald. chedua. *Viderunt*, ſc. quod optabamus.

22. *Sileas*, i. diſſimules ſeu ceſſes, ſc. opem ferre. *Diſcedas*, Hieron. & Chald. elongeris.

23. *Iudicio*, i. cauſæ.

24. *Supergaudeant mihi*, Hieron. inſultent mihi, Chald. lætentur de me.

25. *Euge animæ noſtræ*, Chaldæus, lætata eſt anima noſtra.

26. *Gratulantur*, Hieron. & Chald. lætantur. *Reuerentia*, Hieron. verecundia. *Magna loquuntur*, &c. i. ſe attollunt contra me magno faſtu. Vide Pſalm. 37.

27. *Volunt*, id eſt, amant, q. d. qui fauent meæ innocentiæ.

Volunt, i. optant.

28. *Meditabitur*, i. loquetur, prædicabit.

XXXV. *De malitia impiorum, & Dei bonitate.*

1. *Seruo*, pro, ſerui.

2. *Dixit*, i. ſtatuit. *Vt delinquat*, i. peccare. *In ſemetipſo*, id eſt, apud ſe, Hieron. Chald. in medio cordis eius. *Non eſt*, pro, quia non eſt.

3. *Eius*, ſcil. Dei *Inueniatur*, i. deprehendatur, q. d. palam cognoſcatur.

Ad odium, i. odio digna, & execrabilis.

4. *Intelligere*, q. d. reſipiſcere.

5. *Meditatus eſt*, Hieronym. & Chald. cogitat. *Aſtitit*, Hieron. ſtabit, Chald. manet.

6. *In cœlo*, pro, in cœlum vſque, vel, inſtar cœli, i. altiſſima, vel, omnia complectens.

Veritas, Hieron. & Chald. fides, ſcil. in promiſſis. *Nubes*, Chaldæus, æthera, q. d. altiſſima.

7. *Dei*, i. altiſſimi. *Abyſſus multa*, q. d. profundiſſima. *Saluabis*, i. ſeruare ſoles.

8. *Quemadmodum*, pro, in tantum, vel quantopere, vt ſit admiratio, Hieron. & Chaldæus, quam pretioſa eſt.

Filij autem, &c. q. d. prouides quidem hominibus & brutis, ſed peculiarius hominibus. *Sperabunt*, Chald. morabuntur cum fiducia.

9. *Inebriabuntur*, ſcilicet, ſaturabuntur. *Vbertate*, i. bonorum affluentia.

10. *In lumine tuo*, i. te illuminante.

11. *Prætende*, id eſt, extende, exhibe. *Iuſtitiam*, ſcilicet, faciens iuſtos, vel pro, miſericordiam vt ſit repetitio.

12. *Veniat mihi*, Chald. occurrat in me. *Superbiæ*, Chald. ſuperbi. *Moueat me*, ſcil. loco meo, Hier. & Chald. commoueat me.

13. *Ibi*, i. per ſuperbiam, vel, quo me impellere conabantur, vel q. d. ecce. *Stare*, i. conſiſtere, Hier. & Chald. ſurgere.

XXXVI. *De bonorum, & malorum conditione.*

1. *AEmulari*, id eſt, indignari, vel imitari, Hieron. contendere Chaldæus, imitari. *In malignantibus*, Hieron. in malignos.

Zelaueris, i, æmulaueris, vt ſit repetitio, vel, pro inuideas, ſcil. illis, proſperitatem.

2. *Fœnum*, Hieron. & Chald. herba. *Decident*, Hier. marceſcent.

3. *Bonitatem* Hieron. & Chald. bonum. *Inhabita*, pro, inhabitabis, ſc. protectus à Deo. *Eius*, ſc. terræ, quaſi dicat, fructuum abundantia.

5. *Reuela Domino*, id eſt, expone, Chald. manifeſta coram Domino, quaſi dicat, commite ei ſtatum rerum tuarum.

Faciet, id eſt, curabit.

6. *Quaſi lumen*, q. d. in apertum. *Iuſtitiam*, i. iuſtam cauſam. *Iudicium*, i. cauſam. repetitio.

7. *Subditus eſto*, Hieron. & Chald. tace. *Æmulari*, vide ſupr.

8. *Ira*, i. indignatione ob felicitatem malorum. *Furorem*, repetitio.

9. *Malignantur*,

9. *Malignantur*, Hieron. male faciunt. *Exterminabuntur*, Hieron. *Interibunt*, *Sustinentes*, Hier. expetentes Chal. confitentes. *Terram*, sc. viuentium.

10. *Pusillum*, Hieron. & Chald. modicum. *Locum*, sc. vbi habitabat.

12. *Obseruabit*, sc. insidians. *Super*, i. contra.

13. *Dies eius*, Chald. dies contritionis eius.

14. *Decipiant*, lege, deiiciant, i. prosternant, Hieron. percutiant, Chald. interficiant.

15. *Gladius*, i. aperta oppugnatio. August. Intret, pro, intrabit. *Corda*, i. interiora. *Arcus*, i. occultæ insidiæ. August.

17. *Brachia*, i. potentia, vel posteritas. *Confirmat*, Hieron. subleuat, Chald. sustentat.

18. *Nouit*, i. approbat, tuetur.

Dies, i. vitam, & actus.

Immaculatorum, Chald. perfectorum.

In æternum. Hieron. æterna.

19. *Confundentur*, sc. frustrati spe. *Malo*, i. periculoso, seu calamitoso.

20. *Quia*, pro, at vero. *Mox vt honorificati fuerint, & exaltati*, Hieron. gloriantes vt monocerotes, Chald. sicut gloria veruecum impinguatorum, qui tandem iugulantur.

Quemadmodum fumus, Chald. in fumo gehennæ.

21. *Mutuatur*, i. mutuum accipit.

22. *Quia*, id abundat, more Hebræo, *Benedicentes ei*. i. precantes bene, seu fauentes iusto, Hieron. benedicti ab eo, sc. Deo.

Maledicentes autem. Hieron. & qui maledicti.

23. *Apud Dominum*, Græc. & Hieronym. à Domino.

Diriguntur, Hieron. firmantur.

Eius, sc. Dei, Aug. *Volet*, sc. homo, Aug. at Chal. & via eius grata erit, sc. Deo.

24. *Cum ceciderit*, &c. Chald. cum ceciderit in infirmitatem, non morietur, quia Dominus sustentat eum manu.

Supponit manum suam, Hieron. sustentat manum eius.

25. *Etenim*, Chald. nunc autem. *Iustum*, i. misericordem.

Panem, Chald. panem præ inopia, q. d. talibus, si pauperes sunt, semper Deus subuenit.

26. *Tota die*, Chald. propterea quod tota die. *Miseretur*, &c. q. d. dat ei Deus tantum, vt possit aliis donare.

Semen, id est, posteri. *Benedictione* id est, rerum abundantia.

27. *Et inhabita*, pro, inhabitabis, Chal. vt habites. *Seculum sæculi*, Hieron. & Chald. sempiternum.

28. *Iudicium* id est, quod æquum, & rectum est. *Sanctos*, Chald. misericordes.

29. *Terram*, scil. viuentium. *In sæculum sæculi*, id est, perpetuo.

30. *Meditabitur*, i. loquetur Chald. loquitur.

Iudicium, id est, iusta.

31. *Supplantabuntur*, Hieron. deficient, Chald. nutabunt.

Gressus, i. vitæ institutum.

32. *Considerat*, Chal. insidiatur. *Mortificare*, Hier. & Chald. occidere.

33. *Illi*, pro illius causa. q. d. in die iudicij liberabit eum Deus, vel cum apud iudicem aliquem sistetur.

34. *Expecta Dominum*. Chaldæus, confide in Domino.

Viam, i. præcepta, sc. per horum obseruationem ad Deum itur. *Hereditate capias*, Hieron. & Chaldæus, possideas.

Videris, sc. eorum interitum securus.

36. *Transiui*, Chald. defecit à sæculo.

37. *Innocentiam*, Hieron. simplicitatem, Chald. integritatem.

Vide æquitatem, i. attende ad id quod rectum est, Chald. respice iter rectum.

Quoniam, &c. Hieron. quia erit ad extremum viro pax, Chald. quia finis hominis est pax, Chald. quia finis hominis est pax.

Reliquiæ, i. nouissima, scil. felicia, vel posteritas, aut facultates.

38. *Simul*, id est, ad vnum omnes. *Reliquiæ*, i. posteri aut opes, vel, nouissima, q. d. tandem pereunt, Chald. finis impiorum exitium.

39. *Salus*, Chald. redemptio. *Protector*, Hieron. Chald. fortitudo.

XXXVII. *Oratio Pœnitentis.*

1. REmemorationem, sc. peccati à se commissi.

2. *Furore*, i. ira, q. d. ira, seu seuerè August. furorem ad inferni, iram vero ad purgatorij supplicium refert.

Arguas, id est, castiges. *Corripias*, Chald. castiges, repetitio.

3. *Sagittæ tuæ*, id est, à te immissi dolores, seu tribulationes.

Confirmasti, i. roborasti. *Manum*, i. plagas, q. d. fortiter me percussisti.

4 *à facie iræ tuæ*, Chald propter iram tuam.

Pax, i. quies. *Ossibus*, Chald. membris.

A facie, i. propter.

5. *Supergressæ*, scil. more aquæ operientis, quasi dicat, submersus sum peccatis. *Super me*, id est, plusquam ferre possim.

6. *Corruptæ sunt*, Hieron. & Chald. tabuerunt. *Cicatrices*, id est, vulnera animæ ex peccatis, vel corporis ex plagis Dei.

A facie insipientiæ meæ, Chald. propter stultitiam meam, sc. qua peccaui.

7. *Curuatus*, sc. peccatorum pondere. *Vsque in finem*, id est, perpetuo. Hieron. nimis, Chald. supra modum.

Ingrediebar, Hieron. ambulabam.

8. *Lumbi*, i. interiora. *Illusionibus*, scilicet, moribus prauis, seu carnalibus. Hieron. ignominia, Chald. combustione.

9. *Afflictus* Chald. confractus. *A gemitu*, id est, præ gemitu.

10. *Ante te*, quasi dicat, notum tibi. *Gemitus*, Chald. suspirium.

11. *Virtus*, Hieron fortitudo, quasi dicat, defectus sum viribus.

Et ipsum, pro, etiam ipsum, quasi dicat, præ fletu pene oculos amisi.

12. *Aduersum me appropinquauerunt*, Hieron. quasi contra lepram, Chald. è regione vulneris mei, quasi dicat, tantùm spectatores calamitatis meæ, non adiutores erant.

13. *Qui iuxta me erant*, Hebr. vicini mei. Chal. propinqui mei. *De longe*, quasi dicat, nihil adiuuantes. *Quærebant*, scil. perdere. *Vanitates*, Hieron. insidias, Chald. mendacium. *Tota die*, Chaldæus, quotidie.

14. *Non audiebam*, i. dissimulabam.

Non aperiens, i. qui non aperit. *Os*, scil. ad respondendum.

15. *Redargutiones*, i. obiectorum dilutiones.

16. *In te speraui*, Hier. te expectabam. Chald. coram te oraui.

17. *Dixi*, quasi dicat, valde timebam. *Nequando*, Hieron. & Chald. ne forte. *Supergaudeant mihi*, Hieron. insultent mihi, Chald. lætentur de me. *Commouentur*, Hieron. vacilauerint.

Super

Super,i.contra. *Magna*, i.superbe. *Locuti sunt*, pro,loquantur.

19.*Annunciabo*,Hier.annuncio, i.fateor,seu patefacio.

Cogitabo,Hier.& Chal.folicitus ero.

20.*Confirmati*,Hier.& Chald confortati,q.d.inualescunt.

Super,i.contra,vel plus.

21. *Detrahebant*,Hieron.aduersabantur, Chald. oderunt.

22.*Discesseris*,Hier.& Chal.elongeris.

23.*Intende*,Hier. festina. *Salutis meæ*,sc. auctor, Chal.redemptio mea.

XXXVIII. *Oratio afflicti.*

1. IPsi *Idithun*, sc.datus ad canendum. *Erat*, Idithun præfectus quidam cantorum.Vide 1. Par. 6.& 16.

2. *Dixi*,i.statui. *Posui ori meo custodiam*, Chald. custodiam os meum fræno, sc. silentij Hier. custodiam os meum silentio.

Aduersum,Heb.coram.Et sic etiam verti poterat ex Græco.

3.*A bonis*,i.iusta defensione: vel,vt ne de bonis quidem rebus loquerer,sc.ne paulatim ad mala prolaberer.

Renouatus, q. d.ipsa taciturnitate recruduit,vel, quasi dicat, quamquam dolor renouaretur, tamen tacui.

4.*Ignis*,sc.diuini amoris. *Locutus sum*,scil.quod sequitur.

6. *Mensurabiles*,Hier.breues. *Substantia*, Græc. subsistentia,i.vita Hier.vita,Chal.corpus. *Veruntamen*,pro, certè.

Vniuersa,q.d.maxima,quamquam Græc. plurale est, quasi dicat, omnia vanitas, adeoque omnis homo.

7.*Imagine*,i.apparentia quadam, seu,vmbra vitæ, potius quam vera & solida vita. *Pertransit*, Hier. & Chald. ambulat, q.d.vita hominum velut vmbra est.

Frustra, Chald.perperam. *Congregabit*,pro,congregat,Chal.congregauerit,Hier.dimittat.

8. *Substantia*,i.spes, seu diuitiæ, aut vitæ subsistentia.

9.*Dedisti me*,q.d.permisisti, me opprobriis affici,Hier.ne ponas me.

11.*Fortitudine*,Chal.percussione.*Defeci*,Hier.& Chal.consumptus sum.

12.*In increpationibus*,i.per castigationes. *Corripuisti*,i.soles corripere.

Araneam,quæ,sc.tactu leui conquassatur,& moritur Aug.vel forte telam araneæ intelligit.

13. *Sileas*,i. cesses,sc. opem ferre.Hieron.obsurdescas.

Apud te,i.coram te,q.d.breuis vitæ.

14.*Remitte*,i.relaxa,sc.flagella.Hier.parce.

Refrigerer,i.respirem,seu recreer.

Non ero,sc.in hac vita.

XXXIX. *Gratiarum actio.*

1. IPsi,pro,ipsius.

2.*Intendit*, id est, attendit, Hieron.inclinatus est.

3.*Miseriæ*,i.calamitoso. *Fecis*, i.sordido,Hiero.& Chal.cœni.

Supra petram,i.loco tuto. *Direxit*,Hier.& Chal. stabiliuit.

4. *Immisit*, Chald. ordinauit. *Carmen*, Hier.laudem,Chal.hymnum. *Videbunt*,i. considerabunt.

Timebunt,sc.Dominum.

5.*Nomen Domini*,Hier.& Chal.Dominus.

Vanitates & insanias falsas,Hier.superbias,pompasque mendacij.

6. *Cogitationibus*,iungendum eum, similis sit.

Annunciaui & locutus sum, q.d. si velim numerare,sc.mirabilia tua:Hier.si narrare voluero,& numerare.

Multiplicati,&c.Hier.& Chal. plura sunt, quam vt narrari queant.

7. *Sacrificium*, sc.pacificum. *Oblationem*,scil.ex frugibus.

Noluisti,sc.præcipuè, vel per se, vel finito tempore legis veteris.

Aures, Chal. aures ad auscultanda præcepta tua Græc.corpus.

Perfecisti,Hier. fodisti,i.aperuisti, Chald.perforasti.

8. *Pro peccato*, sc.hostiam. *Postulasti*, sc.vt rem per se gratam.*Venio*,sc. in mundum.vox est Christi.

9. *In capite libri*, i. primo loco libri prædestinationis,vel q.d.in summa scripturæ. Finis enim legis Christus,Hier & Chald. in volumine libri. *Vt facerem*,&c.coniungi potest cum,scriptum est: vel cum,volui. *Legem tuam*,sc.conseruo,vel volui.*Cordis*,70.ventris,sed translatum cordis ob euphoniam secundum Hier.

10. *Iustitiam*, sc.qua iustus es, & iustificas impium.

Non prohibebo, pro, non prohibui, sc.à tuis laudibus.

Scisti,Hier. nosti.

11.*Veritatem*,i.fidem in promissis.

Salutare,i.salutem,Chald.redemptionem. *Dixi*, i.celebraui.

Abscondi,sc.apud me retinens,non prædicans.

A concilio multo,Hier.in Ecclesia multa.

12.*Susceperunt*,pro,suscipient, Hiero. & Chald. seruabunt.

13.*Iniquitates*,i.pœnæ iniquitatum.*Vt viderem*, Hier.& Chal.videre,q.d.plures sunt, quam vt à me possint videri.

Dereliquit me,q.d.deficio animo.

14.*Respice*,Hier.& Chal.festina.

15.*Reuereantur*,i.erubescant, repetitio. *Simul*,q.d.omnes.

16.*Mihi*,sc.insultantes,Chal. de me. *Euge,euge*, q.d.lætamur eius calamitate.

17. *Super te*, i. in te, seu,de te. *Magnificetur*,i. exaltetur.

Salutare tuum,i.salutem tuam,sc.à te datam.

18.*Mei*,i.de me,Hier.pro me.

XL. *Oratio afflicti.*

1. IPsi,pro,ipsius.

2.*Intelligit*,&c.Chal.cogitat de rebus pauperis,vt misereatur eius. *Et pauperem*,non est Heb.

Mala,i.calamitosa,seu,periculosa,vide Eph.6.

3.*Conseruet*,&c.Hier.& Chal.hæc verba per futurum vertunt. *Viuificet*, Chal.vitam præstabit.

Animam,Chal.voluntatem.

4.*Dolores*,Hieron.& Chald.infirmitatis,q.d.vbi ægrotus decumbet.*Versasti*,pro vertes,sc.in sanitatem,seu quietem, vel q. d. ita compones, vt possit quiescere.

5. *Dixi*,pro,dicebam, scil.in morbo. *Animam meam*,i.me.*Tibi*,Chal.coram te.

6.*Dixerunt*,i. precati sunt.

Ingrediebatur,sc.ad me. *Videret*,i.inuiseret.

Vana, q. d. fingebat se dolere, Chald. mendacium.

Cor,

Cor, scil. ex corde, verba procedunt: quidam tamen cum sequentibus iungunt, sc. cum congregauit, &c. *Sibi*, i. animo suo. *Loquebatur*, Hieron. detrahet. *In idipsum*, i. simul, scil. cum aliis, vel q.d. simul ac egreditur à me, multo aliter loquitur, vel iunge cum sequentibus.

8. *Susurrabant*, Hieron. murmurabant, Chald. clam loquuntur.

Mihi, sc. accidere optantes.

9. *Nunquid qui dormit*, pro, certe qui dormit, Chald. hic qui infirmatur. Hieron. qui dormiuit, quasi dicat, iste nunquam ex morbo conualescet: vel ex persona Dauid, quasi dicat, spero quidem me conualiturum ex morbo.

10. *Etenim*, Hieron. & Chald. sed & *Pacis meæ*, Hieron pacificus meus, id est cum quo pacificè viuebam, & familiariter,

Speraui, Hieronym. habebam fiduciam, Chald. confidebam.

Magnificauit, &c. Hieronym. leuauit contra me plantam.

Super, i. contra. *Supplantationem*, insidias, seu, fraudem, quasi dicat, vehementer decepit, aut decipere, & subuertere tentauit. Hebr. calcaneum vt à Christo citatur, Ioann. 1 1.

11. *Resuscita*, Vox Christi, Hieron. leua, Chald. suscita ab infirmitate. *Retribuam*, sc. quod merentur, Hieron. & Chald. reddam.

12. *Voluisti*, Hieron. velis, id est, ames. *Gaudebit*, Hieron. insultabit, Chald. inualescet. *Super*, i. de, vel contra.

13. *Innocentiam*, Hieron. simplicitatem, Chal. integritatem. *Suscepisti*, Hier. & Chald. adiuuisti. *Confirmasti*, i. stabilisti, Chald. statuisti, Hier. statues.

14. *Benedictus*, sc. sit, i. laudetur. *A sæculo*, &c. i. perpetuo. Chal. à sæculo hoc vsque ad futurum.

Fiat fiat, Hieron. Amen & Amen, Chald. & dicant iusti: Amen & Amen.

XLI. *De desiderio Dei.*

1. *INtellectus*, q. d. psalmus plenus eruditione. *Filiis Core*, scil. datus decantandus.

2. *Desiderat*, i. anhelat. *Fontes*, Chald. decursus.

Sitiuit, pro, sitit.

Apparebo ante, Hier. videbo. *Dei*, q.d. ante arcam Dei: potest tamen altiori sensu id ad Dei visionem referri.

4. *Panes*, id est, pro cibo, quasi dicat, relicto cibo, nihil aliud libet quam flere. *Dicitur*, sc. ab insultantibus inimicis.

Deus, sc. à quo sperabas auxilium.

5. *Hæc*, sc. præcedentia, vel sequentia. *Effudi*, q. d. laxaui dolori habenas, dum cogito: quanto olim solerem gaudio ad templum accedere, quod nunc possum: vel cœpi bono esse animo sperans me ad templum, seu, tabernaculum de more rediturum.

In me, id est, apud me.

Animam, Chal. cogitationem animæ. *Transibo*. Hieron. veniam. *Sonus*, pro soni.

Epulantis, i. festum solenni epulo celebrantis, Græc. Hier. & Chald. festa celebrantis.

6. *Salutare*, pro, salutari, i. saluatore, coniungendum enim cum Deo, vel q.d. ob salutare, i. salutem. *Mei*, Hieron. eius, q.d. ab ipso datum.

7. *Deus meus*, sc. ipse est, vel ô Deus meus. *Ad meipsum*, i. in me ipso. *Iordanis*, sc. vbi dego. *A monte modico*, pro, qui paruus est mons.

7. *Abyssus abyssum inuocat*, id est, succedit calamitas. *Voce*, id est, sono, seu strepitu. *Tuarum*, q. d. te demittente tribulationum imbrem. *Excelsa*, id est, fluctus; vel, profunda, quasi dicat, voragines afflictionum, Hieronym. & Chald. gurgites *Fluctus*, explicatio præcedentis.

9. *In die & nocte*, id est, perpetuo. *Misericordiam*, scil. celebrari.

Canticum, potest coniungi cum præcedentibus, vel cum sequentibus.

Apud me, scil. est.

Oratio, scilicet, quæ sequitur. *Vitæ meæ*, Chald. custodi vitæ meæ.

10. *Susceptor*, Hieron. petra, Chald. fortitudo.

11. *Confringuntur*, scilicet, ab inimicis, vel calamitatibus.

Ossa, Chald. membra. *Qui tribulant me inimici mei.* Duæ sunt interpretationes verbi vnius Hebraici, quarum prior est Septuaginta: altera aliorum Græcorum Interpretum. Vox quidem Hebræa, & hostes & affligentes significat.

12. *Salutare*, id est, salus, seu saluator, scilicet, est. *Vultus mei*, id est, faciem meam exhilarans, Chald. propter redemptionem, quæ est à præsentia eius.

Et Deus meus, Chaldæus, quoniam ipse est Deus meus.

XLII. *Continuatio præcedentis materiæ.*

1. *IVdica me*, quasi dicat, suscipe causam meam. *Discerne*, id est, discute, seu diiudica, Chaldæus, age.

De gente, coniungendum cum, erue me.

3. *Lucem*, quasi dicat, illumina me.

Veritatem, id est, quod promisisti.

Deduxerunt & adduxerunt, Hieronym. & Chal. ducent, & introducent.

Montem, scil. Sion, vel cœlum.

Tabernacula, scilicet, cœlestia, vel pro, tabernaculum, scil. vbi arca.

4. *Ad altare*, scilicet, ad offerendum.

Iuuentutem, scilicet, futuram in gloria, August. nouitatem interpretatur.

5. *Salutare*, sc. est. Vide Psalm. 41.

XLIII. *De populi tribulatione.*

1. *FIliis*, scilicet, cantaturis. *Intellectum*, id est, eruditionem.

2. *Annuntiauerunt*, scilicet, per scripta, & posteros, vel etiam per se.

Antiquis, i. qui illos præcesserant.

3. *Disperdidit*, i. deleuit.

4. *Illuminatio*, id est, fauor, qui solet exhiberi vultu hilari.

Complacuisti, Chald. complacuisti tibi.

5. *Mandas salutes*, quasi dicat, saluas, seu liberas. Iacob genitiuus est.

6. *In te*, i. te iuuante. *Cornu*, pro, velut cornu.

Nomine, id est, virtute, vel, inuocatione.

Spernemus, Hieron. conculcabimus, Chaldæus, subiiciemus.

Insurgentes in nos, Hieron aduersarios nostros.

9. *Laudabimur*, id est, gloriabimur. Hieronym. gaudebimus, Chald. laudabimus. *Tota*, id est, omni, *in nomine tuo*, Hieron. & Chald. nomen tuum.

In sæculum, Hieron. in æternum.

10. *Repulisti*, id est, videris proiecisse. Chaldæus, oblitus es.

Confudisti, id est, pudefecisti, scilicet, deserendo. *Egredieris*, sc. vt protegas, sicut solebas. *Virtutibus*, Hieron. exercitibus.

11. *Auertisti*, &c. Hieron. vertisti terga nostra hostibus, Chald. fecisti, vt verteremus ceruicem coram hoste.

Post

Post inimicos, i.dum hostes persequeremur.

12. *Escarum*, Hieron.& Chald. ad deuorandum.

In gentibus, Chald.inter populos.

13. *Sine pretio*,i.vili. *Multitudo*, scil. lucri, seu pretij, vt sit repetitio, seu, explicatio, Chald.non multiplicasti lucrum.

Commutationibus, i. venditionibus.

14. *Opprobrium*, pro,in opprobrium.

15. *In similitudinem*, scil.vt dicant de misero aliquo: Est infelicior Iudæo. Chald. in prouerbium.

Commotionem capitis,i.ludibrium.

16. *Tota*, id est, omni. *Contra*, id est,ante quasi dicat, ob oculos.

17. *A voce*, id est, propter vocem. *Obloquentis*,Hieron.blasphemantis,Chaldæus,calumniantis.

A facie,i.propter,vel,ob vultum, sc.superbum.

18. *Testamento*,i.pacto,q.d.non violauimus fœdus,Chald.in pactum tuum.

19. *Retro*,sc.à via,qua ad te ibamus. *Declinasti*, id est, deflexisti, quasi dicat, reiecisti nos. Hieron. nec declinauerunt gressus nostri à semita tua, scil. repetit negationem, more Hebræo.

20. *Vmbra mortis*, id est, tenebræ,maximæ, scilicet tribulationum.

21. *Expandimus*, scilicet,petentes opem. *Quoniam*, pro, & quidem. *Mortificamur*,i.occidimur. *Tota*, id est, omni.

Occisioni, Chald. occisioni traditæ, quasi dicat, perinde nos tractant hostes, ac si oues essemus, nec pluris faciunt, quam pecus.

23. *Exurge*, quasi dicat, fer opem, Chaldæus, inualesce. *Obdormis*, id est, cessas, August. *In finem*, Hieron. & Chald. in sempiternum.

24. *Auertis*, Hieron.abscondītis,Chal.aufers.

25. *In puluere*, quasi dicat, vsque ad terram.

Anima, id est, vita,

Conglutinata est, Chald. & Hieron. adhæsit, sc. conculcante hoste.

26. *Nomen tuum*, Hieron. misericordiam tuam. Chald. bonitatem tuam.

XLIV. *De Christo.*

1. COmmutabuntur, sc.ab infidelitate ad fidem. *Filiis*,sc. datus ad cantandum. *Intellectum*,id est, eruditionem. *Dilecto*, scil. sponso Christo.

2. *Eructauit*, i. effudit. *Dico*,Chald. dicam.

Opera, scil. psalmos. *Regi*, i. ad Regis, scilicet, Christi honorem, vel de Rege. *Calamus*, pro, velut calamus.

Scriba, scil. Spiritus sancti.

3. *Speciosus forma*, scilicet, es, Chaldæus, pulchritudo tua, ô Rex Christe. *Gratia*, scilicet loquendi, seu, prædicandi. Nunquam sic locutus est homo. *Propterea*, pro, propterea quod,seu ad hoc.

Benedixit, i. donis ornauit.

4. *Gladio*, scil. verbi Dei.

5. *Specie*, id est splendore, seu gloria. *Intende*, scilicet, bello, vel tende arcum. *Prospere*, coniungendum cum, procede.

Regna, coniungendum cum sequentibus.

Dextera, i. potentia.

6. *Sagitta*, id est, arma, seu, prædicatio. *In corda*, scilicet, figentur sagittæ,Hieronym. Chald. & Græc. in corde.

Regis, id est, tuorum, antecedens pro relatiuo.

7. *Sedes*, i. thronus regius. *Virga directionis*, i. recta, Hieron. sceptrum æquitatis.

8. *Dilexisti*, Chald. dilexisti, ô Rex Christe. *Propterea*, id est, ad eum finem. *Deus,Deus*,id est, ô Deus Fili, Deus Pater. *Præ consortibus*, i. plusquam socij,seu,sodales,Hier.præ participibus.

9. *Gutta*, Hieron. & 70. stacte, est autem stacte liquor myrrhæ, Chaldæus, aloe. Quidam putant esse quod vulgo Benzoi, miri, scilicet, odoris succum concretum. *Casia*, vulgo, canella. *A vestimentis*. Hieron. in vestimentis.

Domibus, id est, repositoriis, scilicet, deprom-ptis, quasi dicat, spirant odorem valde suauem, cum proferuntur. *Ex quibus*, Hieron. quibus. *Delectauerunt*, scilicet, qui tibi ea donarunt.

10. *Filia Regum*, scilicet, aderunt, Chaldæus, Regiones Regum.

Astitit, pro,astabit. *A dextris tuis*, id est, loco honorifico.

11. *Filia*, Chald. congregatio Israel.

12. *Adorabunt*, scilicet nationes, Hieron.adora. Græc. & Chald. adorabis.

13. *Filia Tyri*, quasi dicat, Gentiles, Chaldæus habitatores, arcis Tyri.

Diuites plebis, i. ditissimi quique.

14. *Eius* abundat. *Abintus*, quasi dicat,præcipuè est in animo.

Fimbriis, q. d. vestis eius auro intexta.

15. *Post eam*, scilicet, pedisequæ. *Proximæ*, id est, sodales, Hieron. amicæ. *Tibi*, Hieron. illuc, Chald. ad te, sub. ô Christe.

16. *Templum*, Hieron. thalamum.

17. *Pro patribus*, sc. patriarchis, vel Apostolis. *Filij*, scil. Apostoli, vel Episcopi.

18. *Memores erunt*, Græcus memor ero, Hieronymus, recordabor, Chaldæus, memorabo nomen tuum, &c.

XLV. *De liberatione à tribulationibus.*

1. ARcanis, sc. Dei consiliis, seu iudiciis.

2. *Refugium*, Hieron. spes. *Virtus*,Hieron.fortitudo. *Nimis*, potest coniungi, cum adiutor, vel cum, inuenerunt.

3. *Dum turbabitur*, &c. id est, etiam si moueatur terra, & montes transferantur,

Cor, id est, medium.

4. *Sonuerunt*, &c. pro, etiam si sonent, & turbantur, scilicet, non timebimus. *Eorum*, pro,eius, scilicet, maris. Nam Græc. & Hebr. hic maria, pluralis numeri.

Conturbati, i. agitati, seu concussi. *Eius*, sc.Dei.

5. *Fluminis impetus*,Chaldæus,populi conuentus.

6. *Eius*, scilicet, ciuitatis.

Mane diluculo, Chald. tempore matutino, quasi dicat, tempestiue, seu, cito.

7. *Conturbatæ*, scilicet, timore. *Inclinata*, Hier. concussa, Chald. tremuerunt.

Dedit, scilicet, Deus. *Vocem*, scilicet, prædicationis, vel tonitruum.

Mota, Hieronymus, prostrata.

Terra, Chald. habitatores terræ.

8. *Virtutum*,Hieron.& Chald. exercituum. *Susceptor*, Hieron. protector, Chald. fortitudo.

9. *Prodigia*, i.mirabilia,Hieron fortitudines.

10. *Bella*,scil.infidelium contra Ecclesiam. *Vsque ad fines*, q d. per totum orbem.

11. *Vacate*, id est, attendite, Hieron. cessate, scilicet, à peccatis, vel, oppugnatione Ecclesiæ, vel curis superfluis.

Exaltabor, id est, celebrabor tanquam Deus.

12. *Susceptor*, Hieron. & Chald. fortitudo.

XLVI. *De Christo.*

2. PLaudite, scil.in signum lætitiæ. *Exultationis*, Hieron. & Chald.laudis.

3. *Terribilis*, id est, metuendus.

Cor, scil. ex corde, verba procedunt: quidam tamen cum sequentibus iungunt, sc. cum congregauit, &c. *Sibi*, i. animo suo. *Loquebatur*, Hieron. detrahet. *In idipsum*, i. simul, scil. cum aliis, vel q.d. simul ac egreditur à me, multo aliter loquitur, vel iunge cum sequentibus.

8. *Susurrabant*, Hieron. murmurabant, Chald. clam loquuntur.

Mihi, sc. accidere optantes.

9. *Nunquid qui dormit*, pro, certe qui dormit, Chald. hic qui infirmatur. Hieron. qui dormiuit, quasi dicat, iste nunquam ex morbo conualescet: vel ex persona Dauid, quasi dicat, spero quidem me conualiturum ex morbo.

10. *Etenim*, Hieron. & Chald. sed & *Pacis meæ*, Hieron pacificus meus, id est cum quo pacificè viuebam, & familiariter,

Speraui, Hieronym. habebam fiduciam, Chald. confidebam.

Magnificauit, &c. Hieronym. leuauit contra me plantam.

Super, i. contra. *Supplantationem*, insidias, seu, fraudem, quasi dicat, vehementer decepit, aut decipere, & subuertere tentauit. Hebr. calcaneum vt à Christo citatur, Ioann. 11.

11. *Resuscita*, Vox Christi, Hieron. leua, Chald. suscita ab infirmitate. *Retribuam*, sc. quod merentur, Hieron. & Chald. reddam.

12. *Voluisti*, Hieron. velis, id est, ames. *Gaudebit*, Hieron. insultabit, Chald. inualescet. *Super*, i. de, vel contra.

13. *Innocentiam*, Hieron. simplicitatem, Chal. integritatem. *Suscepisti*, Hier. & Chald. adiuuisti. *Confirmasti*, i. stabilisti, Chald. statuisti, Hier. statues.

14. *Benedictus*, sc. sit, i. laudetur. *A sæculo*, &c. i. perpetuo. Chal. à sæculo hoc vsque ad futurum.

Fiat fiat, Hieron. Amen & Amen, Chald. & dicant iusti: Amen & Amen.

XLI. *De desiderio Dei.*

1. **I***Ntellectus*, q. d. psalmus plenus eruditione. *Filiis Core*, scil datus decantandus.

2. *Desiderat*, i. anhelat. *Fontes*, Chald. decursus.

Sitiuit, pro, sitit.

Apparebo ante, Hier. videbo. *Dei*, q.d. ante arcam Dei: potest tamen altiori sensu id ad Dei visionem referri.

4. *Panes*, id est, pro cibo, quasi dicat, relicto cibo, nihil aliud libet quam flere. *Dicitur*, sc. ab insultantibus inimicis.

Deus, sc. à quo sperabas auxilium.

5. *Hæc*, sc. præcedentia, vel sequentia. *Effudi*, q. d. laxaui dolori habenas, dum cogito: quanto olim solerem gaudio ad templum accedere, quod nunc possum: vel cœpi bono esse animo sperans me ad templum, seu, tabernaculum de more rediturum.

In me, id est, apud me.

Animam, Chal. cogitationem animæ. *Transibo*. Hieron. veniam. *Sonus*, pro soni.

Epulantis, i. festum solenni epulo celebrantis, Græc. Hier. & Chald. festa celebrantis.

6. *Salutare*, pro, salutari, i. saluatore, coniungendum enim cum Deo, vel q.d. ob salutare, i. salutem. *Mei*, Hieron. eius, q.d. ab ipso datum.

7. *Deus meus*, sc. ipse est, vel ô Deus meus. *Ad meipsum*, i. in me ipso. *Iordanis*, sc. vbi dego. *A monte modico*, pro, qui paruus est mons.

7. *Abyssus abyssum inuocat*, id est, succedit calamitas. *Voce*, id est, sono, seu strepitu. *Tuarum*, q. d. te demittente tribulationum imbrem. *Excelsa*, id est, fluctus; vel, profunda, quasi dicat, voragines afflictionum, Hieronym. & Chald. gurgites. *Fluctus*, explicatio præcedentis.

9. *In die & nocte*, id est, perpetuo. *Misericordiam*, scil. celebrari.

Canticum, potest coniungi cum præcedentibus, vel cum sequentibus.

Apud me, scil. est.

Oratio, scilicet, quæ sequitur. *Vitæ meæ*, Chald. custodi vitæ meæ.

10. *Susceptor*, Hieron. petra, Chald. fortitudo.

11. *Confringuntur*, scilicet, ab inimicis, vel calamitatibus.

Ossa, Chald. membra. *Qui tribulant me inimici mei*. Duæ sunt interpretationes verbi vnius Hebraici, quarum prior est Septuaginta: altera aliorum Græcorum Interpretum. Vox quidem Hebræa, & hostes & affligentes significat.

12. *Salutare*, id est, salus, seu saluator, scilicet, est. *Vultus mei*, id est, faciem meam exhilarans, Chald. propter redemptionem, quæ est à præsentia eius.

Et Deus meus, Chaldæus, quoniam ipse est Deus meus.

XLII. *Continuatio præcedentis materiæ.*

1. **I***Vdica me*, quasi dicat, suscipe causam meam. *Discerne*, id est, discute, seu diiudica, Chaldæus, age.

De gente, coniungendum cum, erue me.

3. *Lucem*, quasi dicat, illumina me.

Veritatem, id est, quod promisisti.

Deduxerunt & adduxerunt, Hieronym. & Chal. ducent, & introducent.

Montem, scil. Sion, vel cœlum.

Tabernacula, scilicet, cœlestia, vel pro, tabernaculum, scil. vbi arca.

4. *Ad altare*, scilicet, ad offerendum.

Iuuentutem, scilicet, futuram in gloria, August. nouitatem interpretatur.

5. *Salutare*, sc. est. Vide Psalm. 41.

XLIII. *De populi tribulatione.*

1. **F***Iliis*, scilicet, cantatoris. *Intellectum*, id est, eruditionem.

2. *Annuntiauerunt*, scilicet, per scripta, & posteros, vel etiam per se.

Antiquis, i. qui illos præcesserant.

3. *Disperdidit*, i. deleuit.

4. *Illuminatio*, id est, fauor, qui solet exhiberi vultu hilari.

Complacuisti, Chald. complacuisti tibi.

5. *Mandas salutes*, quasi dicat, saluas, seu liberas. Iacob genitiuus est.

6. *In te*, i. te iuuante. *Cornu*, pro, velut cornu.

Nomine, id est, virtute, vel, inuocatione.

Spernemus, Hieron. conculcabimus, Chaldæus, subiiciemus.

Insurgentes in nos, Hieron aduersarios nostros.

9. *Laudabimur*, id est, gloriabimur. Hieronym. gaudebimus, Chald. laudabimus. *Tota*, id est, omni, *in nomine tuo*, Hieron. & Chald. nomen tuum.

In sæculum, Hieron. in æternum.

10. *Repulisti*, id est, videris proiecisse. Chaldæus, oblitus es.

Confudisti, id est, pudefecisti, scilicet, deserendo. *Egredieris*, sc. vt protegas, sicut solebas. *Virtutibus*, Hieron. exercitibus.

11. *Auertisti*, &c. Hieron. vertisti terga nostra hostibus, Chald. fecisti, vt verteremus ceruicem coram hoste.

Post

Poſt inimicos, i. dum hoſtes perſequeremur.

12. *Eſcarum*, Hieron. & Chald. ad deuorandum.

In gentibus, Chald. inter populos.

13. *Sine pretio*, i. vili. *Multitudo*, ſcil. lucri, ſeu pretij, vt ſit repetitio, ſeu, explicatio, Chald. non multiplicaſti lucrum.

Commutationibus, i. venditionibus.

14. *Opprobrium*, pro, in opprobrium.

15. *In ſimilitudinem*, ſcil. vt dicant de miſero aliquo: Eſt infelicior Iudæo. Chald. in prouerbium.

Commotionem capitis, i. ludibrium.

16. *Tota*, id eſt, omni. *Contra*, id eſt, ante quaſi dicat, ob oculos.

17. *A voce*, id eſt, propter vocem. *Obloquentis*, Hieron. blaſphemantis, Chaldæus, calumniantis.

A facie, i. propter, vel, ob vultum, ſc. ſuperbum.

18. *Teſtamento*, i. pacto, q. d. non violauimus fœdus, Chald. in pactum tuum.

19. *Retro*, ſc. à via, qua ad te ibamus. *Declinaſti*, id eſt, deflexiſti, quaſi dicat, reieciſti nos. Hieron. nec declinauerunt greſſus noſtri à ſemita tua, ſcil. repetit negationem, more Hebræo.

20. *Vmbra mortis*, id eſt, tenebræ, maximæ, ſcilicet tribulationum.

21. *Expandimus*, ſcilicet, petentes opem. *Quoniam*, pro, & quidem. *Mortificamur*, i. occidimur. *Tota*, id eſt, omni.

Occiſioni, Chald. occiſioni traditæ, quaſi dicat, perinde nos tractant hoſtes, ac ſi oues eſſemus, nec pluris faciunt, quam pecus.

23. *Exurge*, quaſi dicat, fer opem, Chaldæus, inualeſce. *Obdormis*, id eſt, ceſſas, Auguſt. *In finem*, Hieron. & Chald. in ſempiternum.

24. *Auertis*, Hieron. abſconditis, Chal. aufers.

25. *In puluere*, quaſi dicat, vſque ad terram.

Anima, id eſt, vita,

Conglutinata eſt, Chald. & Hieron. adhæſit, ſc. conculcante hoſte.

26. *Nomen tuum*, Hieron. miſericordiam tuam. Chald. bonitatem tuam.

XLIV. *De Chriſto.*

1. COmmutabuntur, ſc. ab infidelitate ad fidem. *Filiis*, ſc. datus ad cantandum. *Intellectum*, id eſt, eruditionem. *Dilecto*, ſcil. ſponſo Chriſto.

2. *Eructauit*, i. effudit. *Dico*, Chald. dicam.

Opera, ſcil. pſalmos. *Regi*, i. ad Regis, ſcilicet, Chriſti honorem, vel de Rege. *Calamus*, pro, velut calamus.

Scriba, ſcil. Spiritus ſancti.

3. *Speciosus forma*, ſcilicet, es, Chaldæus, pulchritudo tua, ô Rex Chriſte. *Gratia*, ſcilicet loquendi, ſeu, prædicandi. Nunquam ſic locutus eſt homo. *Propterea*, pro, propterea quod, ſeu ad hoc.

Benedixit, i. donis ornauit.

4. *Gladio*, ſcil. verbi Dei.

5. *Specie*, id eſt ſplendore, ſeu gloria. *Intende*, ſcilicet, bello, vel tende arcum. *Proſpere*, coniungendum cum, procede.

Regna, coniungendum cum ſequentibus.

Dextera, i. potentia.

6. *Sagittæ*, id eſt, arma, ſeu, prædicatio. *In corda*, ſcilicet, figentur ſagittæ, Hieronym. Chald. & Græc. in corde.

Regis, id eſt, tuorum, antecedens pro relatiuo.

7. *Sedes*, i. thronus regius. *Virga directionis*, i. recta, Hieron. ſceptrum æquitatis.

8. *Dilexiſti*, Chald. dilexiſti, ô Rex Chriſte. *Propterea*, id eſt, ad eum finem. *Deus, Deus*, id eſt, ô Deus Fili, Deus Pater. *Præ conſortibus*, i. pluſquam ſocij, ſeu, ſodales, Hier. præ participibus.

9. *Gutta*, Hieron. & 70. ſtacte; eſt autem ſtacte liquor myrrhæ, Chaldæus, aloe. Quidam putant eſſe quod vulgo Benzoi, miri, ſcilicet, odoris ſuccum concretum. *Caſia*, vulgo, canella. *A veſtimentis*. Hieron. in veſtimentis.

Domibus, id eſt, repoſitoriis, ſcilicet, depromptis, quaſi dicat, ſpirant odorem valde ſuauem, cum proferuntur. *Ex quibus*, Hieron. quibus. *Delectauerunt*, ſcilicet, qui tibi ea donarunt.

10. *Filiæ Regum*, ſcilicet, aderunt, Chaldæus, Regiones Regum.

Aſtitit, pro, aſtabit. *A dextris tuis*, id eſt, loco honorifico.

11. *Filia*, Chald. congregatio Iſrael.

12. *Adorabunt*, ſcilicet nationes, Hieron. adora. Græc. & Chald. adorabis.

13. *Filiæ Tyri*, quaſi dicat, Gentiles, Chaldæus habitatores, arcis Tyri.

Diuites plebis, i. ditiſſimi quique.

14. *Eius* abundat. *Abintus*, quaſi dicat, præcipuè eſt in animo.

Fimbriis, q. d. veſtis eius auro intexta.

15. *Poſt eam*, ſcilicet, pediſequæ. *Proximæ*, id eſt, ſodales, Hieron. amicæ. *Tibi*, Hieron. illuc, Chald. ad te, ſub. ô Chriſte.

16. *Templum*, Hieron. thalamum.

17. *Pro patribus*, ſc. patriarchis, vel Apoſtolis. *Filij*, ſcil. Apoſtoli, vel Epiſcopi.

18. *Memores erunt*, Græcus memor ero, Hieronymus, recordabor, Chaldæus, memorabo nomen tuum, &c.

XLV. *De liberatione à tribulationibus.*

1. ARcanis, ſc. Dei conſiliis, ſeu iudiciis.

2. *Refugium*, Hieron. ſpes. *Virtus*, Hieron. fortitudo. *Nimis*, poteſt coniungi, cum adiutor, vel cum, inuenerunt.

3. *Dum turbabitur*, &c. id eſt, etiam ſi moueatur terra, & montes transferantur,

Cor, id eſt, medium.

4. *Sonuerunt*, &c. pro, etiam ſi ſonent, & turbantur, ſcilicet, non timebimus. *Eorum*, pro, eius, ſcilicet, maris. Nam Græc. & Hebr. hic maria, pluralis numeri.

Conturbati, i. agitati, ſeu concuſſi. *Eius*, ſc. Dei.

5. *Fluminis impetus*, Chaldæus, populi conuentus.

6. *Eius*, ſcilicet, ciuitatis.

Mane diluculo, Chald. tempore matutino, quaſi dicat, tempeſtiue, ſeu, cito.

7. *Conturbatæ*, ſcilicet, timore. *Inclinata*, Hier. concuſſa, Chald. tremuerunt.

Dedit, ſcilicet, Deus. *Vocem*, ſcilicet, prædicationis, vel tonitruum.

Mota, Hieronymus, proſtrata.

Terra, Chald. habitatores terræ.

8. *Virtutum*, Hieron. & Chald. exercituum. *Suſceptor*, Hieron. protector, Chald. fortitudo.

9. *Prodigia*, i. mirabilia, Hieron fortitudines.

10. *Bella*, ſcil. infidelium contra Eccleſiam. *Vſque ad fines*, q. d. per totum orbem.

11. *Vacate*, id eſt, attendite, Hieron. ceſſate, ſcilicet, à peccatis, vel, oppugnatione Eccleſiæ, vel curis ſuperfluis.

Exaltabor, id eſt, celebrabor tanquam Deus.

12. *Suſceptor*, Hieron. & Chald. fortitudo.

XLVI. *De Chriſto.*

2. PLaudite, ſcil. in ſignum lætitiæ. *Exultationis*, Hieron. & Chald. laudis.

3. *Terribilis*, id eſt, metuendus.

Terram, Chaldæus, habitatores terræ.

5. *Nobis*, ſcilicet, dare, vel pro, in nobis. *Speciem*, Hieronym. & Chald. gloriam, quaſi dicat, vnde Iacob habet, quod glorietur.

6. *Aſcendit Deus*, id eſt, Dei Arca, vnde Deus reſponſa dabat, Chaldæus, exaltabitur nomen Domini.

7. *Pſallite* Hieron. canite, Chald. laudate.

8. *Sapienter*, quaſi dicat, mente compoſita, Chal. cum intellectu bono.

9. *Regnauit*, Chald. regnat. *Sanctam ſuam*, Chal. gloriæ ſuæ.

10. *Cum Deo*, quaſi dicat, Deo ſe ſubdentes. *Dij*, id eſt, iudices ſeu, principes; vt ſit repetitio, Græc. Dei, ſcilicet, ſunt omnes, eſt enim genitiuus. *Eleuati ſunt*, quaſi dicat, ſic ad Deum accedendo, eique ſe ſubdendo, multo maiores euaſerunt.

XLVII. *De Dei tutela.*

1. *Psalmus cantici*, Chald. canticum laudis. *Sabbati*, ſcil. cantandus.

2. *Monte*, ſcil. Sion.

3. *Fundatur*, pro, fundata eſt, ſcilicet ciuitas. *Mons*, pro, vbi mons.

Latera, pro, ad latus, ſecundum quoſdam: at ſecundum alios, latera intelliguntur partes ciuitatis oppoſitæ monti Sion, qui ad Auſtrum.

4. *Suſcipiet*, id eſt, defendet.

5. *Congregati*, ſcilicet, contra eam. *In vnum*, id eſt, ſimul.

6. *Videntes*, ſcilicet, Dei virtutem.

Conturbati, Chaldæus propter ſigna, & miracula conturbati ſunt.

7. *Dolores*, Chald. tremor, quaſi dicat, correpti ſunt maximo metu & dolore.

8. *In Spiritu*, &c. quaſi dicat, conteres eos, vt ſolent naues vento vehementi.

Tharſis, id eſt, maris, q. d. mundi ſuperbiam.

9. *Audiuimus*, ſc. in promiſſionibus, Aug. *Vidimus*, ſc. in exhibitionibus. Aug. *Virtutum*, Hier. & Chal. exercituum.

In æternum, ſcilicet duraturam.

11. *Nomen*, id eſt, potentiam, ſeu, maieſtatem, quaſi dicat, celebraris vt par eſt.

Dextera, quaſi dicat, iuſtiſſima ſunt quæcunque facis.

12. *Filia Iuda*, id eſt, Iudææ vrbes, Chald. congregatio domus Iudæ.

13. *Complectimini*, Hieron. & Chal. circuite.

Narrate in turribus, Hieronymus, & Chaldæus numerate turres.

14. *Ponite*, &c. quaſi dicat, conſiderate diligenter, quam ſit fortis. *Diſtribuite*, id eſt, diſtinctè numerate.

Altera, Hieron. & Chald. nouiſſima.

15. *Quoniam hic*, &c. ſc. id narrandum.

In ſæcula, id eſt, perpetuo.

XLVIII. *De malorum proſperitate.*

2. *Orbem*, Chald. terram.

3. *Terrigenæ*, Hieron. & Chal. filij Adam.

Hominum, Hieronymus, viri. Chaldæus, Iacob. Quidam per filios Adam ignobiles intelligunt; per filios viri, ſeu, virorum, nobiles, quaſi dicat, omne hominum genus. In vnum, abundat.

Diues & pauper, quaſi dicat, omnes, Chaldæus mundus, & profanus.

4. *Sapientiam*, id eſt, verba ſapientiæ. *Prudentiam*, Chald. recta.

5. *Parabolam*, id eſt, ſententias per ſimilitudines, vel, graues, & eruditionis plenas.

Aurem, quaſi dicat, etiam ipſe audiam attente. *Pſalterio*, Hieron. & Chald. cithara.

Propoſitionem, Hieron. & Chald. ænigma.

6. *Mala*, id eſt, aduerſitatis, vel iudicij. *Iniquitas*, quaſi dicat, cur permittam, vt iniquitas, &c. Chaldæus, niſi quando reatus peccati mei circumdabit me, quaſi dicat, ſi non peccauero, non timebo. *Calcanei*, id eſt, finis vitæ, vel, quia proximum ſupplanto. vel, greſſuum, id eſt, operum. *Circumdabit*, id eſt, tenebit, vel opprimet.

7. *Qui confidunt*, &c. ſcilicet, hi ſunt qui timent in die mala.

Gloriantur, Hieron. ſuperbiunt.

8. *Non redimet*, ſcilicet, die mala fratrem.

Redimet, pro, non redimet; repetenda enim negatio præcedens.

Homo, ſcilicet, vllus, die iudicij.

Placationem ſuam, Hieron. propitiationem pro eo, quaſi dicat, non poterit Deum placare, vt illum redimat.

9. *Sua*, prō, eius, Hieron. eorum.

Et laborabit, pro, ſed laborabit, ſcilicet ille in ſuppliciis.

10. *In finem*, Hieron. in ſempiternum

Interitum, quaſi dicat, etiam ſi mori optet, non poterit, vel, per interrogationem, quaſi dicat, an non morietur?

11. *Viderit*, i. aduertere poſſit. *Sapientes*, &c. q. d. omnes homines mori. *Alienis*, i. extraneis.

11. *In æternum*, ſcilicet, vſque in diem iudicij.

Tabernacula, &c. quaſi dicat, ipſa ſepulcra erunt illorum tabernacula.

Vocauerunt, &c. Hieron. vocauerunt nominibus ſuis terras ſuas, Chald. compararunt ſibi nomen prauum ſuper terram.

13. *Eſſet*, ſcilicet à Deo poſitus in Paradiſo.

Non intellexit, ſcilicet, ſuam dignitatem ſeu, Dei beneficium.

14. *Hæc via*, quaſi dicat. Talis eſt iſtorum vita. *Scandalum ipſis*, q. d. ipſius in ruinam cedens. *In ore ſuo complacebunt*, q. d. ſe etiam iactant.

15. *Oues*, ſcilicet mactandæ. *Dominabuntur eorum*, id eſt, apparebunt eis ſuperiores, Hieronym. ſubiicient eos. *Matutino*, id eſt, luce futuri ſæculi.

Auxilium, id eſt, potentia, Hieronym. figura, Chald. corpora.

A gloria eorum, pro, à gloria ſua, ſcilicet, decident. id enim eſt veteraſcere.

16. *Redimet*, ſcilicet, reſuſcitans.

Manu, id eſt, poteſtate.

Inferi, quo Chriſti anima deſcenderat Baſ. *Acceperit*, ſcil. ad ſe.

18. *Omnia*, pro, quidquam.

19. *Benedicetur*, id eſt, beata dicetur, ſcilicet ab inſipientibus.

Confitebitur tibi, &c. q. d. neminem laudat, niſi ſibi benefacientem.

20. *Vſque in progeniem*, quaſi dicat, in ſocietatem, ſeu, morem, ſcilicet, imitabitur parentum mores, vel, in locum maiorum, ſcilicet, infernum.

XLIX. *De Chriſti aduentu vtroque.*

8. *Asaph*, ſcilicet, datus ad canendum.

Deus deorum, quaſi dicat, omnium etiam qui dij habentur, Hieronymus, & Chaldæus, fortis Deus.

Locutus eſt, Chald. locutus eſt à principio.

Vocauit terram, id eſt, terræ habitatores, Chal. vocauit, vt faceret terram.

A ſolis

A ſolis ortu,&c.q.d.omnes homines ad iudicium vocabit, præteritum pro futuro.

2.*Sion*,ſc.cæleſti,vel terrena.

Species,ſc.apparuit,q.d.ibi relucet eius maieſtas. vel,apparebit,ſc.die iudicij, quod fiet prope Sion, ſc.in valle Ioſaphat.

3.*Silebit*,i.diſſimulabit,ſc.hominum peccata,ſed puniet.

4. *Cælum*,Chal. Angelos excelſos.*Terram*,Chal. iuſtos terræ.

Diſcernere,Hier.& Chald.vt iudicet.

5.*Congregate*,ſc.ô Angeli.

Illi ſanctos eius,Hieronym.& Chal.mihi ſanctos meos.

Qui ordinant, &c. i. qui facto ſacrificio fœdus cum Deo inierunt,q.d.qui ſe Dei ſeruitio mancipatunt, Hieron. qui feriunt pactum mecum in ſacrificio.

6.*Cæli*,Chal.Angeli excelſi,q.d.per Angelorum miniſterium manifeſtabitur Dei iuſtitia. *Quoniam*, pro,nempe quod.

8. *In ſacrificiis*, Chal. propter ſacrificia & holocauſta, &c.q.d.ſatis enim multa offers.

9. *Non accipiam*, q.d. non opus habeo, vel, non præcipuè requiro.

11. *Cognoui*, ſc.vt Dominus omnium,*Mecum*,i. in mea poteſtate.

12.*Non dicam*,q.d.non eſt opus à te petam.*Plenitudo eius*,i.quidquid continet.

14.*Immola*,&c. Chal. reprime concupiſcentiam prauam, & reputabitur coram Domino ſicut ſacricium confeſſionis.

16.*Peccatori*,Hier.impio,Chald. impio,qui non agit pœnitentiam.

Enarras,i.prædicas.

Iuſtitias,i.præcepta.*Teſtamentum*,Hier. & Chal. pactum.

17. *Tu vero odiſti*,Chald. cum tu oderis.*Retrorſum*,Hier.& Chal.poſt te.

18. *Currebas*,ſc.ad furtum. *Portionem*,Hieron.& Chald. partem, quaſi dicat, ſocius eras, ſeu,particeps.

20. *Sedens*,ſc.cum aliis improbis. *Matris*,i.Eccleſiæ.

Scandalum, i.offendiculum, Hier.& Chald. opprobrium.

21. *Tacui*, Chald.expectaui,vt te conuerteres.

Tui ſimilis,ſc.probans mala.

Statuam,ſcilicet,te.

23.*Sacrificium laudis*,&c.Chald.qui compreſſerit fomitem prauum,velut oblatio confeſſionis imputatur ei, & diſſipanti viam prauam oſtendam redemptionem Dei.

Illic,ſc.in ſacrificio laudis.

Dei,i.meam,ſc.quam do.

L. *Oratio Pœnitentis.*

4. AMplius,Hier.multum, Græc.plurimum.

5.*Contra me*,i.coram me.

6. *Tibi ſoli*, Chald.coram te ſolo. *Coram te*,repetitio.

Vt iuſtificeris, &c. q.d. parce qui promiſiſti veniam pœnitentibus, vt appareat te ſtare promiſſis.

Iudicatis,ſc.ab impiis,non miſereri, vel non eſſe verax.

7. *Iniquitatibus*, i. peccato originali. *Concepit*, Hier.peperit.

8. *Veritatem*, ſc.confeſſionis culpæ.

Incerta, *& occulta*, Hieron. abſconditum,& arcanum.

Manifeſtaſti,adeoque grauius peccaui.

9.*Asperges*,pro,aſperge.

Hyſſopo,i.vt ſolet ſacerdos, hyſſopo. Vide Exod. 12. Leuit. 14. Num.19.*Lauabis me*, &c. pro,nam ſi laueris me.

10.*Auditui meo*,&c.Chal.audire me facies gaudium.

Humiliata,i.afflicta, Hiero. & Chald.quæ confregiſti.

12. *Rectum*,Hier.ſtabilem, ſc.in bono. *In viſceribus meis*,i.intra me.

13.*A facie*,Chal.à præſentia.

14.*Salutaris tui*,i.ſalutis tuæ,Hier.Ieſu tui,Chal. redemptionis tuæ.

Principali,i.præcipuo,Hier.potenti.

Confirma,i.corrobora.

15. *Tuas*,ſc.quibus ad te peruenitur. *Conuertentur*,Hier.reuertentur.

16. *Sanguinibus*, i. homicidio, quod commiſi, Chal.iudicio interfectionis.

Salutis meæ,ſc.auctor.*Exultabit*,i. exultando celebrabit,Hier.laudabit.

Iuſtitiam,i.miſericordiam. Et quidem Symmachus miſericordiam vertit.

17. *Aperies*, quaſi dicat, dabis materiam te laudandi.

18.*Vtique*,coniungendum cum,dediſſem.

19.*Deo*,ſc.gratum.*Spiritus contribulatus*, Chald. anima contrita.

20.*Sion*,Chald.cum Sion.*Ieruſalem*,ſc.quæ nondum plene extructa eſt.

21. *Tunc*, ſc.cum benigne feceris, vel cum ædificata erit Ieruſalem.

Iuſtitiæ,i.ex iuſta mente oblatum, vel,q.d.opera iuſtitiæ.

LI *De iuſtorum & iniquorum remuneratione.*

3. IN *iniquitate*,i.per iniquitatem.

Tota,id eſt,omni.

4. *Cogitauit*,i.molitur. *Nouacula*, ſcil.quæ cum tondere deberet,ferit.

5.*Super benignitatem*,Hier.& Chal. magis quam bonum.

Iniquitatem,Hier.& Chal.mendacium.

Æquitatem,i.id quod rectum eſt.

6.*Præcipitationis*,i.pernicioſa, Hier.ad deuorandum,Chal.voracitatis.

Lingua doloſa, Græc. & Hieron. linguam doloſam.

7.*In finem*,Hieronymus,& Chald. in ſempiternum.

Emigrauit,i.migrare faciet.

Radicem tuam,ſc.euellet.Hieronymus, & Chal. eradicabit te.

8. *Videbunt*, Chal.inſpicient punitionem.

9. *Adiutorem*, Hieron. & Chald. fortitudinem ſuam.

Præualuit, Hieron.confortatus eſt, Chald.fortis factus eſt.

Vanitate ſua. Hieronym. inſidiis ſuis, Chald. opulentia ſua.

10. *Fructifera*,Hier.virens,Chald.frondoſa.

In ſæculum ſæculi, repetitio præcedentis Aug.

11. *Feciſti*, ſcil.quæ ſupradicta ſunt, Chald. feciſti vltionem.

Nomen,i.clementiam ſeu bonitatem.

Bonum,i.gratum,ſeu,iucundum.

LII. *De peccatorum obstinatione.*

1. Pro *Maeleth*, nomen est instrumenti musici, Chal.super choros,Hiero. chorum. *Intelligentia*,Hier.eruditio.

2. *Dixit*,i.cogitauit.Vide Psal.13. *Insipiens*,Chal. nequam.

4. *Declinauerunt*, Hier.auersi sunt, Chald.retrocesserunt.

Inutiles facti sunt,Chal.inquinati sunt.

Vsque ad vnum,i.ne vnus quidem.

5. *Sciens*,sc.Deum,seu,quod æquum est. *Vt cibum panis*,i.vt solet panis.

6. *Timor*, i. causa timendi. *Dissipauit*, præter. pro fut.

Ossa,i.robur.

7. *Quis dabit*,pro, vtinam Deus det. *Salutare*,i. salutem,Chal.redemptionem.

Conuerterit,Hier.& Chal.reduxerit.

LIII. *Oratio in persecutione.*

1. *Carminibus*,i.canticis,Græc.hymnis.

3. *Nomine*,i.potentia.*virtute*,Hier.fortitudine.repetitio est.

Iudica,Hier.vlciscere.

5. *Alieni*, scil. à Deo;vel alienigenæ, Chald.superbi.

Fortes,i.violenti.*Quæsierunt*,sc.vt perderent.

6. *Ecce*,pro,sed.*Susceptor*,Hier.& Chald.sustentans.*Anima*,i.vitæ.

7. *Auerte*,Hier.redde,Chal.conuerte, quasi dicat, verte in eos mala quæ mihi parant, auertendo à me.

Veritate,i.vt promisisti.

8. *Voluntarie*,i.libenter,seu,toto corde. *Nomini tuo*,i.tibi.

Bonum,i.iucundum,seu,amabile.

9. *Despexit*,Chal.vidit vltionem.

LIV. *Oratio in persecutione.*

3. *Intende*,Hieron.attende. *Exercitatione*,i.afflictione,vel oratione,Hier.meditatione.

4. *A voce*, i. propter minas. *Tribulatione*, i.ob persecutionem,Chal.ob infestationem. *Declinauerunt*,Hier.proiecerunt,q.d.imposuerunt mihi. *Iniquitates*,i.falsa crimina.*In ira*,i.irati.

5. *Conturbatum est*,Hiero.doluit, Chald.contremiscit.

Cecidit,i.irruit.

6. *Tenebræ*,Chald.formido, sc.horror vt solet in tenebris vel,calamitates. sic enim solent appellari, vt contra,prosperitas,lux.

7. *Vt columbæ*,i.celeres. *Et volabo*,Hieronym.vt volem.

8. *Ecce elongaui*, &c. Hier.vt procul abeam,& commorer in deserto.

9. *Expectabam*, pro, expecto, vel, expectarem.

Fecit,pro,faceret. *Pusillanimitate*, i.timore,seu, mœrore.

Tempestate,i.afflictionum procella.

10. *Præcipita*,scil.in mala,q.d.perde eos. Chald. dissipa.

Diuide, q. d.fac vt diffideant inter se, atque ita impediantur eorum consilia.

Contradictionem, id est, contentionem, seu,seditionem.

11. *Circundabit*,sc.iniquitas.

Super muros,i.altius,seu,fortius quam muri.

Labor,i.oppressio,Hieronym.dolor, Chald.falsitas.

12. *Plateis*,q.d.palam fit malum.*vsura*,Hier.damnum,Chal.mendacium.

13. *Maledixisset*, i.probris affecisset. *Super*,id est,contra.

14. *Tu*, Chald.tu Achitophel *Vnanimis*,id est, amicus.

Dux,i.consiliarius Chal.præceptor.

Notus,i.familiaris.

15. *Cibos*,i.confabulationes, Hier. & Chald.secretum.

Ambulauimus,sc.Deum colentes.

16. *Veniat*, pro,veniet, q.d.digni sunt morte,& æterno supplicio.*viuentes*,scilicet, vt olim Core,& Dathan.

Medio,i.corde Aug.

17. *Clamaui*,Hier.clamabo,Chal.orabo.*Saluabit*, Chal.redimet.

18. *Narrabo*, i. exponam afflictionem meam, Chal.orabo. *Exaudiet*,sc.spero.

10. *Redimet*, i.liberabit. *Appropinquant*,scil.vt noceant.

Inter multos erant mecum, Hieron.multi fuerunt aduersum me.

Mecum,i.contra me.

20. *Exaudiet*,sc.me.*Commutatio*,sc à malo.

Et non,pro,quia non.

21. *Extendit*,sc. Deus.*Retribuendo*,sc.illis quod merentur,q.d.puniendo *Contaminauerunt*, &c.q.d. quia violarunt pactum eius,sc. non seruantes præcepta.

22. *Diuisi*, &c. q.d.iram, quam corde retinent, vultu dissimulant.*Super*,i.plusquam.

23. *Curam*,Hier.charitatem,Chald.spem. *Tuam*, i.tui.

Fluctuationem, i. turbationem, seu,afflictionem q.d.liberabit tandem malis,quibus premitur,Chal. egestatem.

24. *Deduces*,Chal.deturbabis. *Puteum interitus*, Chal.profundam gehennam. *Sanguinum*,i.sanguinarij.

Non dimidiabunt,&c.q.d.non peruenient ad dimidium vitæ, quam sibi promittebant, vel,quam possent naturaliter viuere.

LV. *Oratio in tribulatione*

1. *Sanctis*,i.sanctuario. *Inscriptionem*,q.d.in monimentum perpetuum, vt solent titulo,i. columnæ inscripta.

2. *Conculcauit*, Aug.sic solet vua, vt exprimatur vinum.

Homo,sc.inimicus.

3. *Tota*,i.omni.

4. *Ab altitudine diei*, i.potentia, & prosperitate hominum.

Timebo?q.d.non,vel,q.d.timebo, i.cum timuero temporis calamitates magnas, in te sperabo, Græc. non timebo,Hier.altissime,quacumque die territus fuero,Chal.Deus altissime,die qua timuero.

5. *In Deo*,i.Dei causa, Chald.in mensura iudicij Dei.

Sermones,i.res.sic inf.*Caro*,i.homo.

6. *Execrabantur*,i.calumniabantur.

7. *Inhabitabunt*, sc.simul,Hieron.& Chald.congregabuntur.

Abscondent,sc.se,vt insidientur.

Calcaneum,i.vestigia,seu,gressus, Hier.& Chal. plantas.

Sicut sustinuerunt, Hieronym. expectantes, Chal.sicut expectauerunt,sic fecerunt animæ meæ.

8. *Pro*

8. *Pro nihilo*,i.pro nulla re, q.d. nullo modo.sic vulgo,per niente. *In ira*,i. iratus.

9. *Vitam*, q.d.tribulationes. *Annunciaui*,i.exposui.

Posuisti,q.d.attendisti,Hier. & Chald.pone. *In promissione tua*,sc.est,q.d.sicut promisisti, sc.sic fiet. quod sequitur.

10. *Tunc*,sc.cum mihi opem tuleris. *Deus*,adeoque adiutor,

11. *Laudabo sermonem*, Hier. prædicabo sermonem.

12. *In me*, i. in mente mea, seu memoria,vel, apud me prompta.

Tua, id est, tibi à me nuncupata. *Laudationes*, Hier.gratiarum actiones,Græc.laudationis.

14. *Placeam*,Hier.& Chal.ambulem.

Lumine,sc.spirituali,vel,q.d.vita.

LVI. *De Dei auxilio in tribulatione.*

1. *Disperdas*, sc. me Domine, i.ne finas me perire.

Dauid,sc.Psalmus. *In tituli*,&c. vide Psal.55.

2. *Transeat*,sc.more tempestatis.

Iniquitas,sc.hostium.Hieron.insidiæ, Chald.tumultus.

4. *Misit*,sc.Angelum,vel,auxilium. *Misericordiam*,pro,secundum misericordiam,q. d.ex bonitate sua.

Veritatem,i.sicut promiserat.

5. *Animam*,i.vitam. *Conturbatus*,q.d.nec per noctem me quiescere hostes sinunt. *Arma*,Hieron.& Chal.lanceæ.

6. *Exaltare*,&c.q.d.ostende te super omnia esse, & omnipotentem.

Gloria tua,sc.appareat.

7. *Laqueum*, Hiero.rete. *Et incuruauerunt*,,i.depresserunt,Hieron.ad incuruandum. *Faciem meam*, id est,me.

9. *Gloria*,i.anima,seu, musicæ Dei laudes,vt statim explicatur.

10. *In*,i.coram.

11. *Magnificata*,i.exaltata,Hieronym.& Chald. magna.

12. *Gloria tua*,sc.appareat.

LVII. *De malis hominibus.*

1. *Ne disperdas*.Vide Psal.56.

2. *Iustitiam*,i.quod iustum est.

3. *Etenim*,q.d.id ne iustum est? *Operamini*,i.machinamini. *In terra*, potest coniungi cum sequentibus.

Concinnant, Græc. connectunt, seu, implicant.

4. *Alienati*,sc.à Deo,seu.iustitia. *A vulua*, i.iam inde natiuitate.

3. *Aspidis*, Hieron. Reguli. *Obturantis*,q.d.sunt astutissimi.

7. *Molas*,i.molares dentes,Hieron.molares. *Leonum*,i.hostium.

8. *Intendit*,sc.Deus in eos. *Infirmentur*,Hier.conterantur.

9. *Super*, sc.eos. *Ignis*,sc.iræ Dei. *Solem*,q.d.sunt priuati luce,seu,vita.

10. *Intelligerent rhamnum*,Hier.crescant in rhamnum,quasi dicat, priusquam illorum malitia crescat.

Rhamnus, autem frutex est spinosus, è quo quidam putant Christi coronam spineam confectam.

Sicut viuentes, pro, sic viuentes, vel, vt solent aliquando viuentes mergi.

Absorbet,Hier.rapiet,Chal.destruet.

11. *Manus*,Hiero. & Chald.pedes. *Lauabit*,q.d. more victorum poterit lauare.

12. *Homo*,i.qui viderit. *Si vtique*,Hier.vere.

Fructus,Chal.præmium bonum.

Eos,scilicet,iustos.

LVIII. *Oratio in persecutione.*

1. *Ne disperdas*.Vide Psal.56.

2. *In me*,i.contra me.

3. *Iniquitatem*,Chal.falsitatem. *Sanguinum*,Chal. homicidis.

Ceperunt animam meam,Hier.& Chald.insidiati sunt animæ meæ.

5. *Nec iniquitas*, &c.q.d. cum nihil eos offenderim,Hier.absque iniquitate mea,& peccato. *Cucurri*,i.conuersatus sum.

Direxi,sc.vitam.

6. *Vide*,Hier.respice *Virtutum*,Hier.exercituum

Intende,Hier.& Chald.euigila. *Visitandas*,sc.& & puniendas.

7. *Conuertentur*, pro, reuertentur, sc.me perdere quærentes.

Famem,i.desiderium me perdendi. *Vt canes*,scil. rabie perciti.

8. *Gladius*,q.d.de me occidendo loquuntur. *Quis audiuit*, ? scil.dicunt,q.d. putant neminem audire, quæ loquantur,Hier.quasi nemo audiat.

9. *Domine*,sc.qui audis. *Eos*,i.eorum conatus.

Gentes,sc.tibi contrarias.

10. *Ad te*,i.apud te.

11. *Deus meus misericordia eius*, pro, Dei mei, misericordia.Hebr. *Praeueniet*, scil.vt eripiat,antequam illi noceant.

12. *Ostendit*,Chald ostendet vltionem. *Occidas*, sc.statim ô Domine. *Obliuiscantur*, sc.iustitiæ tuæ, qua punis malos. *Populi mei*,nominatiuus pluralis. quamquam in quibusdam Græcis est λαῶ μυ, quo sensu nescio. Symmachus vertit. Ne quando obliuiscatur populus tuus legis tuæ,

Disperge,i.coge vagari.

Depone,Hier.destrue,Chal.redige ad paupertatem.

13. *Delictum*,Chal.ob delictum. *De execratione*, i.ob execrationem,seu maledictionem, Chald.periurium.

Annunciabuntur, pro, annunciabunt, q.d.quod loquuntur.

14. *In consummatione*, sc.sint, Hieron.consume, Chal.dele eos.

16. *Dispergentur*, Hier. & Chald. vagabuntur.

17. *Exultabo*,i.cum exultatione cantabo. sic sup. exultabit lingua mea iustitiam tuam, Hieron.laudabo.

18. *Mea*,q.d.qui mihi miseretur.

LIX. *Imploratio Diuinæ misericordiæ.*

1. *Immutabuntur*,sc.vitæ nouitate.

In doctrinam, Hieron. & Chaldæus ad docendum.

2. *Sabal*,Hier.Syriam Soba. *Conuertit*, sc.se,Hier. & Chal.reuersus est.

3. *Repulisti*,Chal.dereliquisti.

4. *Commota*,sc.calamitatibus.

5. *Ostendisti*, i. fecisti experiri. *Vino*, Chald. calice.

Compunctionis,i. pungente,seu, cruciante, Hier. consopiente,Chald.maledictionis.

6. *Significationem*, Hier. signum. *Arcus*, scil. hostilis.

7. *Dextra tua*, i. potentia tua, Hieron. dextram tuam.

8. *Sancto*, Hier. sanctuario. *Partibor*, sc. velut possessionem propriam.

Sichimam, &c. sc. loca, quæ possidebat Isboseth, contra Dauid. Sichem quidem erat in Samaria; Tabernacula vero, seu, Succoth in tribu Gad.

Metibor, pro, metiar.

9. *Capitis*, i. principatus, vel q.d. qui meum caput, i. vitam tueatur.

Rex, q.d. regno in Iuda, Hier. legifer, sc. Regis est ferre leges.

10. *Olla spei meæ*, q.d. spero mihi subiectum iri, vt olla in qua pedes lauantur, aut carnes coquuntur, Hieron. & Chald. olla lauacri mei. *Calceamentum*, q.d. mihi subiiciam. *Alienigenæ*, sc. Palæstini, seu, Philisthæi.

11. *Ciuitatem*, pro, ciuitates, sc. Idumæorum.

12. *Et non*, pro, nonne. *Virtutibus*, Hier. & Chald. exercitibus.

13. *De*, Hier. in. *Quia*, Græc. & pro, quia. *Hominis*, Hier. ab homine.

14. *In Deo*, i. Dei ope. *Virtutem*, i. fortia.

LX. *Oratio afflicti & liberati.*

1. *IN hymnis*, q.d. canticum, Hieron. super organum.

3. *A finibus*, &c. quasi dicat, longè à templo remotus.

Petra, q.d. loco tuto.

4. *Factus es*, Hier. fuisti. *Fortitudinis*, Hieron. munitissima.

A facie, i. coram.

5. *Tabernaculo*, sc. cælo.

6. *Dedisti*, Chal. dedisti in sæculo venturo.

7. *Regis*, Chal. Regis Christi. *Diem*, i. tempus.

Generationis & generationis, Chald. sicut generationes mundi huius, & venturi.

8. *Permanet*, Hier. & Chald. sedebit. *Requiret*, sc. vt par est. vel q.d. quis possit inuestigare, seu, comprehendere?

9. *Psalmum dicam*, Hier. canam.

In sæculum sæculi, Hieron. iugiter, Chald. in æternum.

De die in diem, Hier. per singulos dies.

LXI. *De spe in Deum.*

1. *PRo Idithun*, quasi dicat, datus canendus ipsi Idithun.

2. *Subiecta erit*, Hier. silebit. *Salutare*, Hier. salus Chal. redemptio.

3. *Salutaris*, i. Saluator, Hieron. salus, Chald. redemptio.

Mouebor, id est, à statu quieto, Hieron. commouebor.

Amplius, i. multum.

4. *Hominem*, i. me. *Interficitis*, i. conamini interficere. *Parieti*, sc. irruitis.

Inclinato, scil. ad ruinam. *Depulsæ*, scil. ad casum, Chal. ruptæ, Hier. corruenti.

5. *Pretium*, i. honorem, seu, dignitatem. *Repellere*, i. à me auferre.

In siti, i. magno affectu, scilicet, ad Deum confugiens.

6. *Subiecta esto*, Hieron. & Chald. tace. *Patientia*, Hieron. spes.

7. *Emigrabo*, Hieron. mouebor, sc. loco, seu, statu meo, Chal. commouebor.

8. *Salutare*, i. Salus.

9. *Effundite*, i. exponite.

10. *In stateris*, q.d. si appendantur, apparebit non tanti esse, quanti putantur.

De vanitate, i. vane, Hier. fraudulenter. *In idipsum* i. simul, q.d. vna omnes se ipsi vane decipiunt, dum se putant plus esse quam re vera sint.

11. *Apponere*, i. affigere, q.d. nimium amare.

12. *Semel*, Hier. vnum.

Locutus, sc. mihi per reuelationem. *Duo*, sc. esse potentem, & misericordem.

13. *Misericordia*, sc. adest. *Reddes*, sc. per potentiam & misericordiam.

LXII. *De cælestium desiderio.*

1. *IDumææ*, Græc. Hier. & Chal. Iudææ.

2. *Deus meus*, Hier. & Chald. fortitudo mea tu es.

Ad te, q.d. quærens te. *In te*, Hieron. ad te, Chal. te. *Quam multipliciter*, i. magnopere.

Tibi, Hieron. ad te, Chald. te. *Caro*, q.d. totus te desidero.

3. *Sic in sancto*, pro, quasi essem ad sanctuarium.

Apparui, q.d. me tibi præsento. *Viderem virtutem*, Hier. videam fortitudinem, q.d. vt tuam Maiestatem contempler.

4. *Super vitas*, i. plus quam vita, Heb. vita dicitur plurali numero, vt Latine tenebræ.

5. *Sic*, sc. te contemplando. *In nomine tuo*, i. te inuocando. *Leuabo*, sc. in oratione.

6. *Repleatur*, Hieron. implebitur, sc. gratia tua, & consolatione.

Exultationis, i. exultantibus.

7. *Si*, q.d. cum tui recordabor & in lecto, & mane surgens.

In, pro, & in. *Meditabor*, Græc. meditabar. *In te*, i. de te, sc. quod sequitur.

9. *Post te*, Chald. post vias tuas, quasi dicat, te sequens.

Suscepit, Chal. sustentauit.

10. *In vanum*, i. frustra, vel sine causa. *Quæsierunt*, sc. perdere.

Introibunt in inferiora terræ, i. sepulcra, q.d. morientur, Hiero. ingrediantur in extrema terræ, q.d. longè expellantur.

11. *Manus gladij*, i. cædem. *Partes*, pro, pars, seu sors, q.d. fient esca vulpium.

12. *Rex*, i. ego. *In Deo*, i. qui talem Deum habeat.

In eo, i. per eum, q.d. qui Deum colunt.

Obstructum est, Hier. obstruetur. *Iniqua*, Hier. & Chal. mendacium.

LXIII. *De Christi Passione, & Resurrectione.*

2. *A Timore*, sc. ne timeam. *Animam*, Hieron. & vitam.

3. *Protexisti*, Græc. protege, Hier. absconde.

4. *Quia*, Græc. & Chald. qui. *Arcum suum*, Hier. sagittam suam.

Rem amaram, appositiuè. Chald. sagittis vnctis veneno mortifero.

5. *Timebunt*, sc. Deum.

6. *Firmauerunt sibi*, i. inter se constituerunt animo obfirmato.

Sermonem nequam, i. rem pessimam, sc. perniciosum consilium de Christo occidendo. *Narrauerunt*, i. inter se tractarunt.

7. *Scrutati sunt*, i. excogitarunt.

Iniquitates, i. varios nocendi modos.

Defecerunt,

Defecerunt,i.fatigati sunt quærendo.

Altum, i,profundum,q. d.profundo corde mala machinantur.

8. *Exaltabitur*, i. ostendet se superiorem, destruendo consilia eorum,& puniendo illos, Christumque resuscitando.

Sagitta paruulorum,&c.q. d.tanquam stulti Dei sagittis interficientur.

9. *Infirmata*, &c.q.d. ea mala,quæ contra alios loquebantur, in ipsos recident. *Eos*,scilicet,à Deo punitos.

11. *Laudabuntur*,Hier.exultabunt.

LXIV. *De Christi Ecclesia per terram significata.*

2. TE *decet hymnus*,Hier.tibi silentium, laus.

3. *Caro*,i.homo, q.d.omne hominum genus.

4. *Verba*,i.facta.*Nos*,i.vires nostras,vel,q.d.contra nos.

5. *Elegisti*,& assumpsisti, Hier. elegeris & susceperis.

Templum, scil. cæleste;vel, anima iusti, vel Ecclesia.

6. *In æquitate*,i.iustitiæ rectitudine.

Mari,i.insulis,sc.habitantium. *Longè*,q.d.à terra remotis.

7. *Præparans*,i.stabiliens.

9. *Terminos*,i.fines,sc.terræ. *Signis*,sc.cælestibus, vel miraculis.

Exitus, pro, per exitus,q. d.ortu solis mane,& lunæ noctu homines lætificas:vel exitus matutini vocat orientem;exitum autem vesperæ, seu noctis, occidentem, q. d. orientales, & occidentales. omnes enim homines ad salutem per Christum vocari.

10. *Inebriasti*,Hier.irrigasti.

Multiplicasti locupletare, i. multipliciter locupletasti,Hier.vbertate ditasti.

Flumen Dei, sc.nubes. *Parasti*, sc.sic.*Illorum*,sc. hominum.

Eius, sc.terræ,q. d.per pluuiam paratur terra ad ferendos fructus.

11. *Riuos*,Hier.sulcos.*Inebria*,i.irriga. *Genimina*, Hieron.fruges.

Stillicidiis,i.pluuia. *Eius*, i.in eam,sc.terram cadentibus.*Germinans*,sc.terra,vel,pro germen.

12. *Corona*,i.circulo,vel,fructibus,quibus velut coronatur, seu ornatur annus. *Benignitatis tuæ*, id est quem tua bonitate fertilem facis. *Tui*, id est, terræ tuæ.

13. *Speciosa*, Hieron. pascua. *Exultatione*,i.læto gramine.

14. *Induti sunt*, Hieron.vestiuntur. *Ouium*, pro, ouibus.Hier.agnis,q.d.multos edent fœtus.

Clamabunt,Chald.iubilabunt, scil. homines ob prouentus.

LXV. *De Dei operibus.*

1. RE*surrectionis*,i.de resurrectione.

Deo,i.in honorem Dei,Chald.coram Domino.

Terra,Chal.habitatores terræ.

2. *Date gloriam laudi eius*, i.glorificate eum laudando.

3. *Terribilis*,i.stupenda.*In multitudine*, i.ob magnitudinem. *Mentientur tibi*, i. se tibi ficto animo subiicient.

5. *Terribilia*, i. admirabilis, genitiuus est Græc. tamen est nominatiuus addito quam,scil. ὡς φοβερός.

6. *Mare*,sc.rubrum.*Flumine*,i.Iordane.

Pertransibunt,Chal.transierunt filij Israel.*Lætabimur*,pro,lætati sumus.*Ipso*,sc.Deo.

7. *Qui exasperant*,sc.Deum,Hier.increduli,Chal. rebelles.

Exaltentur,i.superbiant,Chald. exaltabuntur,q. d.deprimentur.

8. *Auditam*,Chald.audiri.

9. *Ad vitam*,pro,in vita. *Dedit in commotionem*, i.permisit labi.

11. *Laqueum*,i.angustias,seu,captiuitatem.

12. *Ignem & aquam*,i.varias tribulationes.

13. *In holocaustis*,Chal.cum holocaustis.

14. *Distinxerunt*,i.distinctè nuncuparunt, Hier. promiserunt.*Et*,pro,& quæ.

15. *Medullata*,Chald.pinguia.*Arietum*,iungendum cum holocausta.*Offeram*,Heb.faciam.

16. *Omnes*,iungendum cum,venire.

17. *Exaltaui*,i.laudibus extuli,sc.illum. *Sub*,pro, in. sic, sub lingua eius labor, & dolor, pro,in lingua: &, venenum aspidum sub labiis eorum, i.in labiis.

18. *Iniquitatem*,Chal.mendacium. *Si aspexi*,q.d. si ad iniquitatem cor applicuissem, non me Deus exaudisset.

20. *Amouit*,i.repulit.

LXVI. *De gratia Dei per Christum*

1. C*Antici*,i.in laudem Dei.

2. *Benedicat*,i.benefaciat. *Illuminet*,i.hilarem,& propitium ostendat.

3. *Salutare*,i.salutem,Chal.redemptionem.

5. *Æquitate*,i.iustitia. *Dirigis*,sc.ne errent.

7. *Fructum*,sc.Christum.

8. *Deus*, ter nominatur ob mysterium Trinitatis.

Fines, q. d. etiam qui extrema terræ incolunt.

LXVII. *De Christo & Ecclesia.*

2. F*Acie*,i.conspectu.

3. *A facie*,præsentia.

4. *Epulentur*,Hier.lætentur.

5. *Iter facite*,i.parate viam, scil.sublatis offendiculis.

Ascendit,sc.in cælum Christus.

Super occasum,i.post mortem. *Turbabuntur*,scil. hostes.

6. *Iudicis*,i.vindicis,Hier.defensoris.*Loco sancto*, sc.cælo,vel,templo.

7. *Vnius moris*, i.vnanimes,seu,concordes. *Domo*,sc. Ecclesia.

Exasperant,sc.Deum,Hier.increduli Chal. pertinaces, q.d. etiam hos Christus à peccatis educit, vel loquitur de liberatione ex Ægypto, *Qui habitant*,pro habitare videntur.

Sepulchris,q.d.mortuos in peccatis, vel qui seruitute Ægyptiaca premebantur,

8. *In conspectu populi*,i.ante populum, sc. præcedebat arca.& columna.

9. *Distillauerunt*, sc. manna. *A facie*,i.ob præsentiam.

Sinai,i.qui apparuit in Sinai.

10. *Voluntariam*,i.ex liberalitate. Chal.viuificationis.

Hæreditati tuæ,i. populo tuo. *Et infirmata*, &c. q.d.& quando infirmatur, tu eam sanas, Chald.& Ecclesiam laborantem tu erexisti.

11. *Animalia*, scil.pecora, q.d. grex tuus,id est, populus.

Ea,sc.terra promissionis.

Parasti, sc. eam. *Dulcedine*, Hier. bonitate. *Pauperi*, sc. alioqui populo tuo.

12. *Verbum*, i. efficacem sermonem.

Euangelizantibus, sc. Euangelij prædicatoribus. *Virtute*, sc. faciendi miracula. Aug.

13. *Virtutum*, i. exercituum, sc. est iste de quo loquor.

Dilecti, dilecti, i. dilectissimi, sc. filij sui, vel populi.

Speciei, &c. q. d. speciosæ Ecclesiæ dabit diuidere spolia, sc. vt sit parta victoria.

14. *Dormiatis*, i. quiescatis, seu quiete agatis.

Cleros, i. sortes, sc. cælestem & terrenam.

Pennæ, i. eritis vt pennæ.

Deargentatæ, sc. diuinis eloquiis.

Et posteriora, pro cuius posteriora. *Auri*, i. sapientiæ, Aug.

15. *Discernit*, i. distribuit. *Reges*, i. qui regant.

Eam, sc. Ecclesiam. *Niue*, &c. q. d. albi fient, vt solet mons Selmon niue albere.

16. *Mons Dei*, sc. Sion, vel, Ecclesia. *Coagulatus*, q. d. abundans butyro & caseo, scil. Dei donis spiritualibus.

17. *Suspicamini*, sc. esse præter hunc alios. *In finem*, Hier. semper Chal. in perpetuum.

18. *Currus Dei*, &c. q. d. mundus, cuius velut rotæ cæli, multa rerum varietate est ornatus.

Millibus, sc. rerum, vel Angelorum. *Lætantium*, sc. Angelorum.

In eis, sc. eorum opera vtitur. *In Sinai*, in sancto, q. d. vt olim in Sinai monte sancto.

19. *Cepisti captiuitatem*, i. hostes captiuasti, Hier. & Chal captiuam duxisti captiuitatem. *Accepisti*, i acquisisti, Chald. dedisti. *Etenim*, pro, etiam. *Non credentes*, &c. q d. etiam eos in gratiam recepisti, qui antea non credebant. *Inhabitare*, scil. faciens cum eis, q. d. ita vt habitet cum hominibus à se in gratiam receptis Dominus Deus.

20. *Die quotidie*, Hier. per singulos dies.

Salutarium nostrorum, Hieron. salutis nostræ, sc. auctor.

21. *Saluos faciendi*, i. qui saluat quos vult, Hier. salutis.

Exitus mortis, quasi dicat, ipse quos vult à morte eripit.

22. *Verticem capilli*, Chald. euellet capillos. *Perambulantium*, i. perdurantium.

23. *Ex Basan conuertam*, i. expellam, scilicet, hostes.

In profundum, q. d. submergam, vt olim in mari rubro.

24. *Vt intingatur*, i. ita vt possit intingi. *Sanguine*, sc. hostium.

Ex inimicis ab ipso, pro, ex ipso inimicorum sanguine, lambere possit.

25. *Ingressus*, Hier. itinera, sc. cum duceres populum per desertum, *in Sancto*, i. sanctuario, sc. ibi colebatur.

26. *Preuenerunt*, Hier. præcesserunt, sc. post transitum maris cantores. *In medio*, iunge cum, psallentibus.

Tympanistriarum, i. tympana pulsantium. vide Exod. 15.

27. *De fontibus*, i. ô posteri, qui ex Iacob velut fonte profluistis.

28. *Beniamin*, sc. Tribus,

Adolescentulus, sc. minimus erat fratrum, Hier. paruus, sc. parua erat tribus.

Mentis excessu, i. stupore, sc. ob victorias.

Nephtalim, Not. quidam, Apostolos fuisse fere ex his Tribubus.

29. *Manda*, &c. q. d. vtere fortitudine tua.

30. *A templo*, pro, in templo.

31. *Feras arundinis*, i. hastis armatos; vel, similes feris in arundineto latentibus. *Congregatio*, pro, qui sunt velut congregatio. *In vaccis*, pro, inter, vaccas.

Populorum, iunge cum, congregatio. *Excludant*, scilicet, vita, vel, hereditate. *Argento*, i. velut argentum.

32. *Legati*, sc. ad Dei populum. *Preueniet*, id est, festinabit. *Manus*, sc. extensa ad fœdus, seu, orationem.

34. *Ascendit*, q. d. sedet. *Ad Orientem*, sc. in monte Oliueti ascendit, & ex Oriente apparet sol Dei maiestatem indicans, Hier. & Chald. à principio, sc. sedet Deus.

Voci, i. verbis. *Vocem*, i. vt sit vox.

35. *Magnificentia eius*, sc. apparet. *Nubibus*, Hier. & Chal. cælis.

36. *Sanctis suis*, Hier. & Chald. sanctuario suo.

LXVIII. *De Christi Passione.*

1. COmmutabuntur, sc. Christi imitatione.

2. *Aquæ*, sc. afflictionum. *Animam*, q. d. adeo premor, vt de vita pericliter.

3. *In limo*, Chal. tanquam in limo. *Profundi*, pro, profundo.

Non est substantia, i. consistentia, Hieron. non possum consistere, Chaldæus non est consistendi locus.

Altitudinem maris, Hier. profundum aquarum, sc. tribulationum. *Tempestas*, sc. malorum, Hieron. flumen.

4. *Laboraui*, Chald. lassatus sum. *Spero in Deum*, i. à Deo expecto auxilium.

5. *Super*, i. plusquam. *Gratis*, i. sine causa. *Confortati*, i. roborati.

6. *Insipientiam*, &c. q. d. me non esse, vt illi putant stultum, aut peccatorem.

7. *In me*, i. propter me, scilicet, si me viderint à te deseri.

Virtutum, Hieron. exercituum. *Confundantur*, i. erubescant. repetitio. *Super me*, i. propter me.

8. *Propter te*, sc. quod tibi seruirem. *Confusio*, i. pudor.

9. *Extraneus*, i. velut extraneus.

10. *Zelus*, &c. i. studium cultus tui. *Comedit*, Chal. consumpsit.

Ceciderunt, &c. q. d. me cruciarunt.

11. *Operui*, i. abscondi, seu humiliaui. *Factum in opprobrium*, i. probro datum.

12. *Cilicium*, Hier. & Chald. saccum. *Parabolam*, i. similitudinem, sc. de misero loquentes, mihi eum comparabant.

13. *Porta*, sc. vrbis, q. d. primores ciuitatis. *Psallebant*, q. d. de me cantilenas componebant. *Vinum*, q. d. in tabernis sedentes.

14. *Ad te*, sc. dirigo. *Tempus beneplaciti*, sc. veniet, quo me liberes. *In veritate*, sc. qua opem promisisti.

Salutis, Chald. redemptionis.

15. *Luto*, sc. malorum.

16. *Vrgeat*, i. claudat. *Puteus*, Chal. gehenna.

17. *Benigna*, i. suauis, vel copiosa.

18. *Auertas*, Hier. abscondas, Chal. auferas.

Puero, i. seruo.

19. *Intende*, Hier. & Chal. accede. *Propter inimicos*, Chal. vt non se efferant inimici.

20. *Reuerentiam*, Hier. verecundiam, Chal. ignominiam.

21. *Expectauit*, scil. adeo erant assiduæ calamitates.

Sustinui,

Sustinui,Hier.expectaui. *Contristaretur*, sc.condolens mihi.

23. *Fiat*,i. vertatur August. non est optantis,sed prophetantis.

Mensa,i.scriptura. *Retributionem*,sc.eorum quæ merentur.

In scandalum,Hier.ad corruendum.

24. *Incurua*,q.d.fac destituantur viribus.

27. *Percussisti*,i.afflixeras,Chal.vulnerasti.

28. *Appone iniquitatem*, i, punitionem,vel q.d. permitte eos cadere in peiora.

In iustitiam,q.d.ne iustifices, Chal.in Ecclesiam iustorum.

29. *Viuentium*,sc.apud te, q.d.ne sint de tuorum numero,vt statim explicatur.

30. *Suscepit*,Græc.& Hier.suscipiat.

32. *Cornua producentem*,&c.q.d.tenerum.

35. *Cæli & terra*,Chal.Angeli cælorum,& habitatores terræ.

36. *Ædificabuntur*,pro,reædificabuntur.

Hæreditate acquirent,Hieron.& Chald. possidebunt.

LXIX. *Oratio in tribulatione.*

1. IN *rememorationem*,Hieronymus,ad recordandum.

2. *Intende*,i.attende.

3. *Revereantur*,Hier.erubescant.

4. *Mihi*,i.de me,Chald.contra me. *Euge,euge*, Hier.vah,vah,Heb.heah,heah.

5. *In te*,i.de te,seu, propter te. *Semper*,iungendum cum, qui diligunt. Dicere debent semper tales , laudetur Dominus , seu , vt vulgo solet , Deo gratias.

Salutare,Chal.redemptionem.

LXX. *Oratio in persecutione.*

1. NOn *confundar*,i. ne me permittas confundi. *In æternum*,i.vnquam.

2. *In tua iustitia*, i.per tuam iustitiam:iusti enim est ignoscere. Fortè iustitiam vocat misericordiam, vt interdum solet.

5. *Patientia*,Hier.expectatio,Chald.spes. *Iuuentute*,Hier.adolescentia,Chal.pueritia.

6. *In te confirmatus*,Hier.à te sustentatus.*Ex vtero*,i.à conceptione mea. *Cantatio*, Hier. laus,q.d.te assidue laudo.

7. *Prodigium*, Hier.portentum , q d quem multi auersarentur.

8. *Tota*,i.omni.

10. *Dixerunt mihi* , Chald. dixerunt contra me malum.

Custodiebant,Hier.& Chald.obseruabant, i.insidiantes.*In vnum*,Hier.pariter.

13. *Confusione*,Hier.opprobrio.

15. *Litteraturam*, q.d.etsi illiteratus,Chald.numerum sc.beneficiorum Dei.

16. *Potentiam* , sc. cognoscendam , seu contemplandam,seu,prædicandam , Hier. fortitudine,q.d. nitar in omnibus Dei virtute.

Iustitiæ,i.perfectionis,vel,misericordiæ , vtrumque enim solet significare.

17. *Vsquenunc*,scil.docuisti. *Pronunciabo*, id est, prædicabo.

18. *Et vsque*,pro,etiam vsque, sc.pronunciabo; vel,ne derelinquas.

Senium,i.vltimam ætatem , Aug *Donec annunciem*,i.adeo vt possim annunciare.

Brachium , id est , potentiam , vt statim explicatur.

19. *Vsque in altissima*,i.excelsissimam, seu maximam Chal.vsque ad cælos.

20. *Ostendisti* , i.experiri fecisti. *Conuersus*,pro, iterum.

Abyssus terræ, i. sepulcro, vel inferno,vel,calamitatum profunditate.

Iterum , Hebræus conuersus, pro , iterum, seu, rursum.

21. *Magnificentiam*,i. magnificam erga me liberalitatem.

Conuersus,i.iterum.

22. *Nam*,Chald.sed.*Vasis Psalmi*, Chald.instrumentis musicis.

Veritatem,i.fidem in promissis,sc.celebrabo.

24. *Tota*,i.omni. *Meditabitur*,i.loquetur,Chald. annunciabit.*Confusi, & reueriti*, i.pudore & verecundia affecti.

LXXI. *De Christi Regno.*

1. IN *Salomonem* , sc. Christi figuram, Chald.per manum Salomonis dictus. *Iudicium tuum*,i.rectè iudicandi rationem. *Regi* , scilicet , Salomoni, seu Christo.

Et iustitiam,&c.repetitio. *Regis*, Chald. Dauid Regis.

2. *Iudicare*, i.ad iudicandum. *Pauperes*,id est,afflictos.

3. *Suscipiant*,sc. à te vel à Rege de quo supra.

Montes,i.primores,seu præfecti. *Populi*,i.ad populi regimen,& vtilitatem. *Et colles*,&c.iunge sic montes,& colles;pacem,& iustitiam.

4. *Saluos faciet*,i.liberabit.

5. *Permanebit*,sc.in Regno.*Cum sole*,Hier.quamdiu erit,sol,sc.perpetuo. *Ante*,i.coram, sc.quamdiu erit luna.Hier.vltra.

6. *Descendet* , scilicet,in terram , vel in vterum Mariæ.

Sicut pluuia, &c. q. d.quiete,vel sine corruptione,vel,cum copia bonorum.

7. *Orietur*,Hieron.germinabit, Chald.multiplicabitur.

Iustitia,Hier.& Chald.iustus.

Auferatur,Hier.non sit,q.d.semper. *Luna*,i.mortalitas.Aug.

8. *A mari vsque ad mare*,Chald.ab extremo maris Mediterranei vsque ad extremum maris Oceani.Aug.toto orbe:totus enim Oceano cingitur.*Flumine*,Græc.fluminibus,Chal.Euphrate.

9. *Lingent* , i.osculabuntur, scil.in signum reuerentiæ.

10. *Tharsis*,i.maris.*Insulæ*,i.Insulani. *Saba*,Regio est Æthiopiæ,& per ס scribitur. Vide 3.Reg.10.

Dona,Hier.tributum.

13. *Parcet*,Chal.miserebitur. *Saluas faciet*,Chal. redimet.

14. *Vsuris*,Chal.oppressione. *Honorabile nomen*, Hier.& Chal.pretiosus sanguis.

15. *Viuet*,scilicet,diu in Regno. *Dabitur*, i.offeretur.

De ipso,pro,ipsum, sc. Christum , Hier. orabunt de eo i.pro eo , sc. Rege Salomone , seu potius pro Christi aduentu,seu Regno. *Tota*,Chal.omni.

16. *Firmamentum*, sc.tritici.sic Psal.104.Firmamentum panis contriuit, Hiero. memorabile triticum,Chal.substantificus panis.*In summis montium*, Hier.& Chald in capite montium. *Superextolletur*, &c.q.d.erit altissimus.

Super Libanum,i.Libani arbores.

Eius , scil. Christi. *Florebunt* , Chald. germinabunt.

De ciuitate,i.ciues,vel,pro,in ciuitate.

Sicut

Sicut fœnum, i. herba, q.d. in magna copia.

17. *Sit*, Hier. & Chal. & Græc. erit. *Ante*, i. coram, q.d. quamdiu sol erit, Hier. vltra.

Permanet, Hier. perseuerabit, Chald. antequam creatus esset sol, præparatum erat nomen eius.

In ipso, Chal. in merito eius.

Magnificabunt, Græc. & Hieron. beatificabunt, Chal. benedicent.

18. *Solus*, sc. propria virtute.

19. *Maiestatis*, Hier. & Chal. gloriæ.

Maiestate, Hieronym. gloria, Chald. splendore gloriæ.

Fiat, fiat, Hier. & Chal. Amen & Amen. *Defecerunt*, &c. apparet hunc fuisse vltimum Dauid Psalmum, etsi hoc loco positus sit.

Laudes, Hier. & Chal. orationes.

LXXII. *De piis & impiis.*

1. ASaph, sc. traditus decantandus. *Israel*, Datiuus est.

2. *Effusi sunt*, Chald. vacillauerunt, q.d. pene à via declinaui, seu, lapsus sum.

3. *Zelaui*, i. indignatus sum, vel, inuidi illis prosperitatem.

Super, Hieron. contra. *Pacem*, id est, prosperitatem.

4. *Non est respectus*, &c. q.d. habent mortem non respuendam, sc. facilem, Græc. ἀνάνευσις, q.d. despectus, siue renuitio, ita respectus à respuendo, Hier. non cogitauerunt de morte sua, Chald. non terrentur, nec conturbantur ob diem mortis suæ.

Firmamentum, sc. est, q.d. cito sanantur, & conualescunt, vel, sc. non est, q.d. non diu durat morbus, seu, tribulatio illorum.

5. *Labore*, i. molestiis, seu ærumnis.

Hominum, id est, qui solet hominibus accidere.

Flagellabuntur, pro, flagellantur, q.d. prospere eis succedunt omnia.

6. *Tenuit*, i. possedit.

7. *Quasi ex adipe*, i. abundanter.

Transierunt, &c. q.d. se totos tradunt affectibus animi; vel consecuti sunt quod optabant, in hac vita, sc. explentes sua desideria.

8. *In excelso*, i. edito loco, q.d. apertè, Hier. de excelso.

9. *In cælum*, i. contra cælum, seu, Deum, Chald. in sanctos cælorum.

Os, sc. blasphemando. *In terra*, Chald. in iustos terræ, q.d. & contra Deum & contra homines loquuntur.

10. *Hic*, i. hoc loco, Hier. huc, q.d. aspiciet horum prosperitatem.

Et dies, pro, & videbit, quod dies.

Pleni, q.d. quod viuant diutissimè.

11. *Dixerunt*, scilicet, iusti apud se, velut dubitantes.

Quomodo scit, q.d. quomodo istos fert?

Scientia, i. prouidentia.

Excelso, Chal. altissimo, sc. Deo.

13. *Ergo*, Hier. ergone. *Sine causa*, Hieron. frustra.

Iustificaui, Hier. & Chald. mundaui. *Inter innocentes*, i. cum innocentibus, Hieron. in innocentia, Chal. in munditia.

14. *Flagellatus*, i. afflictus. *Tota*, i. omni.

In matutinis, quasi dicat, statim vt surgo, incipit afflictio.

15. *Si dicebam*, &c. Hier. dixi, si narrauero sic, q.d. dixi apud me, si ita statuo, & de tota hac re decerno.

Ecce nationem, &c. q.d. certè id erit reprobare iustorum vitam.

16. *Existimabam*, Hiero. & Chald. cogitaui, q.d. volui huius rei causam plane intelligere. *Labor est*, &c. q.d. est mihi difficillimum.

17. *Intrem*, &c. q.d. donec admittar ad secreta Dei consilia.

In nouissimis, Chald. finem, q.d. quem tandem finem habeant, & impij, & pij.

18. *Propter dolos*, i. vt decipiantur, & errent, Hier. in lubrico, Chal. in tenebris.

Posuisti eis, i. dedisti prosperitatem, Hieron. & Chal. posuisti eos, sc. tali statu.

Deiecisti, &c. pro deiiciendos à te, vbi fuerint exaltati.

20. *Somnium*, sc. post quod nihil est.

Surgentium, Hier. euigilantis. *Ciuitate*, i. mundo, Chal in die iudicij magni, cum resurrexerint. *Imaginem*, i. apparentiam illam & splendorem.

21. *Renes mei*, &c. i. interiora mea turbata, sc. præ indignatione, seu afflictionibus, quibus me crucias.

22. *Ad nihilum*, q. d. non aduerti, quam nihil essem, quamque stultus apud te: vel, q.d. pene me tribulationes confecerunt.

23. *Semper tecum*, q.d. cum me tamen semper adiuuares, vel, cum more iumenti oneratus essem laboribus, nunquam tamen à te defeci.

24. *Voluntate*, i. beneplacito, seu gratia. *Suscepisti*, Hier suscipies.

25. *Est*, scil. quod velim præter te. *A te*, id est, præ te.

26. *Defecit*, sc. præ tui desiderio.

Pars, i. portio, seu hæreditas.

27. *Fornicantur*, sc. adhærendo.

Abs te, sc. recedendo.

27. *Prædicationes*, i. opera digna prædicatione, Chald. præcepta apostolatus tui.

Filiæ Sion, i. Ierusalem, sc. Ecclesiæ.

LXXIII. *De Ierusalem in figura Ecclesiæ.*

1. INtellectus, Hier. eruditio.

Vt quid, i. quare. *In finem*, Chal. in æternum.

Pascuæ tuæ, i. quas pascis.

2. *Possedisti*, Chal. acquisiuisti.

Ab initio, i. iam pridem, seu, olim, vel, à multis sæculis.

Redemisti, Chal. redemisti ex Ægypto. *Virgam*, i. sceptrum, Chal. tribus.

Hæreditatis tuæ, i. populi, quem velut hæreditatem possides.

Mons, sc. vastatus est, Hiero. montem, sc. redemisti, seu, possedisti.

3. *In finem*, i. penitus, sc. perdendo eos, vel, q.d. semper durantes, Chal. in perpetuum.

Malignatus est, Hier. mala egit. *Sancto*, Hieron. & Chal. sanctuario.

4. *Gloriati sunt*, sc. contra te Hieronym. fremuerunt.

Solemnitatis, pro, loci solemnitatum, scilicet, templi.

Signa sua, i. vexilla, *Signa*, pro, signa inquam sua; vel pro, in signa, scil. victoriæ, Hieron. in trophæum.

5. *Non cognouerunt*, scil. quantum deferendum esset templo.

Sicut in exitu, &c. q.d. vt in portis ciuitatum fieri solet super excelsa loca. est autem coniungendum cum, posuerunt, &c. potest & summum de templo intelligi.

6. *Eius*, sc. domus tuæ. *In idipsum*, i. simul, q.d. pariter omnes.

7. *Sanctuarium*,

7. *Sanctuarium*, i. templum. *In terra*, potest coniungi cum præcedentibus, q.d. vbi in terra coleris, Chald. cum sequentibus iungit sic, ad terram prostrauerunt.

Nominis tui, Chal. in quo inuocatum est nomen tuum.

8. *Cognatio*, Hier. posteri, Chald. filij.

A terra, i. ne celebretur in terra, Hier. & Chald. in terra.

9. *Signa*, sc. liberationis nostræ, vel, solita miracula, Chaldæus signa quæ dederunt nobis Prophetæ.

Non cognoscet, q.d. videtur Deus nos non cognoscere, Hier. & Chald. non est apud nos qui sciat vsquequo, sc. hæc mala duratura sint.

10. *Irritat*, Hieron. blasphemabit, Chald. abominabitur.

In finem, Chald. perpetuo.

11. *Auertis*, sc. ab ope ferenda.

Et dexteram, explicatio est, seu repetitio.

De medio sinu, scilicet, cessans proferre, vt adiuues, Chald. de medio sinus tui educ eam. *In finem*, i. perpetuo.

12. *Ante sæcula*, Hier. ab initio, Chald. cuius Maiestas est sancta ab æterno.

Operatus est salutem, quasi dicat, solebat nos adiuuare.

In medio terræ, i. palam, vel, in Iudæa, quæ medium tenet locum terræ habitabilis, & operatus est, pro, operabitur.

13. *Confirmasti*, i. solidasti, Hier. dissipasti, Chal. diuisisti. Mare, sc. rubrum.

Contribulasti, Hier. & Chald. contriuisti. *Draconum*, i. Ægyptiorum.

14. *Draconis*, i. Pharaonis.

Escam, sc. eiecta in littus cadauera fiunt esca ferarum.

Populis, Chald. simiis, q.d. feris. Dicitur populus in scriptura aliquando etiam de belluis vt Prou. 30. Ioel. 1. *Æthiopum*, Æthiopes vocantur incolæ littorum maris Rubri.

15. *Dirupisti*, i. aperuisti, Chald. erumpere fecisti è rupe.

Ethan, Hier. & Chald. fortes, i. magnos, sc. Iordanem.

16. *Tuus*, i. à te, auctore.

Fabricatus es, Hieronym. ordinasti, Chaldæus præparasti.

Auroram, Chald. lunam, Hieronym. luminare, sc. minus.

17. *Fecisti*, Hier. & Chald. statuisti, ver. Hieron. & Chald. hyemem.

18. *Huius*, sc. quod sequitur.

Incitauit, Hieron. blasphemauit, Chald. execratus est.

18. *Bestiis*, i. feris hominibus.

Pauperum, i. afflictorum. *In finem*, Hier. & Chal. in perpetuum.

20. *Testamentum*, Hieron. & Chald. pactum. *Qui obscurati sunt terræ*, pro, tenebrosi, seu, obscuri terræ, sc. peccatores vel ignobiles.

Iniquitatum, id est, inique partis, aut iniquitatum plenis.

21. *Auertatur*, i. repellatur, sc. à te. *Humilis factus*, Chald. miser. *Confusus*, sc. ob repulsam. *Nomen tuum*, Chald. te.

22. *Indica*, Chald. age, quasi dicat, tracta, seu defende.

Sunt, sc. prolata.

23. *Superbia*, Hier. sonitus, Chal. fremitus.

Ascendit, i. crescit.

LXXIV. *De Dei iusto iudicio.*

1. *NE corrumpas*, Chal. quando Dauid dixit. Ne destruas populum tuum.

2. *Confitebimur tibi*, i. laudabimus te.

3. *Cum accepero*, sc. ait Deus. *Tempus*, q.d. cum erit tempus iudicandi. *Iustitias*, Hier. & Chald. recta, q.d. quod rectum est.

4. *Liquefacta*, Hier. dissoluetur. *Terra*, Chald. terræ incolæ, q.d. etsi homines deficiant, tamen terra firma manebit semper.

Et omnes, pro, i. omnes.

Confirmaui columnas, q.d. ego eam velut columnis stabiliui.

5. *Cornu*, q.d cristas.

6. *Cornu vestrum*, Chal gloriam vestram.

7. *Ab Oriente*, sc. est qui possit à Dei ira eripere.

9. *Calix*, sc. diuinæ punitionis. *Vini meri*, i. potentis iræ. *Misto*, sc. non aqua vt solet, sed altero vino (ideo enim dixit meri) seu, misto acerbitate supplicij, Chald. mistione amaritudinis. *Inclinauit*, i. effudit. *Ex hoc in illud*, i. in diuersas partes.

10. *Annunciabo*, sc. Dei opera, seu, iustitiam. *Deo*, i. in Dei honorem.

11. *Cornua*, id est, potentiam. *Confringam*, sc. ait Deus.

LXXV. *De protectione Dei.*

1. *AD Assyrios*, i. de victoria contra Assyrios.

2. *Magnum*, sc. esse agnoscitur, seu, magni fit.

3. *Pace*, Hieron. Salem, Chald. Ierusalem. *Locus*, Hier. tabernaculum, Chal. domus sanctuarij.

4. *Potentias*, i. vires, Chal. sagittas. *Bellum*, i. bellica instrumenta, Chal acies belli.

5. *Illuminans*, i. adiuuans, seu fauens. *Montibus*, i. cælis. Naz. ab Angelis. *Æternis*, i. nunquam interituris.

Insipientes, sc. hostes, Hier. superbi.

Somnum, sc. mortis. *Nihil*, sc quo se defenderent.

Diuitiarum, i. diuites, seu potentes.

7. *Increpatione*, q.d. te obiurgante, & puniente.

Dormitauerunt, i. mortui sunt.

8. *Ex tunc ira tua*, i. ex quo tempore fueris iratus, vel, ex eo tempore, quo cœperunt peccare, es illis iratus.

9. *Auditum fecisti*, i. pronuntiasti. *Iudicium*, q.d. sententiam contra hostes. *Terra*, i. terreni.

Quieuit, sc. à persequendo iustos.

11. *Confitebitur*, sc. ob iustam iniquorum punitionem.

Et reliquiæ cogitationis, q.d. & reliquæ cogitationes.

Agent, sc. celebrando tuam iustitiam.

12. *In circuitu eius*, i. circum altare eius.

Aufferis, i. offerre soletis.

13. *Aufert spiritum*, i. vitam, seu animam, Chald. comprimit tumorem.

LXXVI. *De Dei ope in tribulatione.*

1. *PRo Idithun*, Hier. super Idithun, q.d. datus Idithun ad cantandum.

2. *Intendit mihi*, Hier. exaudiuit me.

3. *Manibus*, sc. extensis.

Contra eum, i. coram eo.

Renuit, sc. ob peccata mea. Hieronym. 2. contra Pelag.

Consolari, sc. extra Deum.

4. Delectatus

4. *Delectatus sum*, scil. cogitans Dei misericordiam.

Exercitatus sum, sc. meditando. *Defecit*, sc. præ mœrore, vel intentione meditationis fatigatus.

5. *Anticipauerunt*, i. anteuerterunt. *Vigilias*, i. vigiliarum custodes, q.d. ante illos surgebam, seu vigilabam.

Et non sum locutus, q. d. adeo vt loqui non possem aut non liberet.

6. *Dies*, sc. quibus tuos eripere solebas. *Æternos*, q.d. æternam felicitatem, Hier. sæculorum, i. superiorum temporum.

7. *Scopebam*, i. velut fodiens scrutabar, vel verrebam. vt sit, q. scopebam, vel scopabam.

8. *Nunquid*, sub. dicebam apud me. *Complacitior*, i. placitior, seu, propitius quidam legunt, complacatior.

9. *In finem*, Chal. in æternum. *A generatione*, &c. i. perpetuo. repetitio.

10. *In ira*, i. præ ira.

11. *Cœpi*, sc. intelligere quod sequitur, nempe Deum vti vicissitudine nunc affligendo, nunc liberando, vel cœpi aliter vitam instituere per Dei gratiam; vel, sapere, vel, respirare, seu recreari.

12. *Quia memor ero*, q.d. libenter enim recordor. *Ab initio*. sc. factorum.

13. *Adinuentionibus*, i. consiliis.

10. *In sancti*, i. sanctitate. Chal. sanctæ.

15. *Virtutem*, Hier. potentiam.

16. *Brachio*, i. potentia. *Et Ioseph*, Chald. quos enutriuit Ioseph, sc. in fame.

17. *Timuerunt*, i. velut timentes, recesserunt, sc. in mari rubro.

18. *Sonitus aquarum*, i. pluuiæ, sc. solet te præcipiente decidere, vel, olim decidit. *Vocem*, id est, tonitrua.

Etenim, pro, etiam *Sagittæ*, sc. fulgura, vel grando, aut fulmina. *Transeunt*, i. transire solent Hieron. & Chald. discurrebant.

19. *Vox*, sc. auditur. seu audita est. *In rota*, i mundo sphærico, vel in currib. Pharaonis. *Coruscationes*, Hier. fulgura. *Terra*, i. terræ habitatores.

20. *Mari*, scil. rubro, cum populum tuum præcederes.

Non cognoscentur, Hier. & Chald. non sunt agnita, sc. reducta in locum suum aqua.

21. *In manu*, Chal. per manum, i. ministerium.

LXXVII *De Dei operibus.*

2. INtellectus, Hier. eruditio, Chal. intellectus Spiritus sancti. *Asaph*, Chal. per manum Asaph.

Legem, i. institutionem.

2. *Parabolis*, i. sermonibus reconditis. *Propositiones*, Hier. & Chald. ænigmata, i. occulta quædam, seu vulgo ignota Ab initio, sc. gesta, Hier. antiqua.

3. *Quanta*, sub. loquar, Hier. & Chal. quæ.

4. *Altera*, Hier. sequenti. *Narrantes*, sc. Patres.

5. *Et suscitauit*, &, abundat. *Suscitauit*, i. de nouo dedit. suscitare enim est de nouo facere. *Testimonium*, i. legem: vt statim repetitione explicatur, Chald. testamentum. *Quanta*, Hieronym. & Chald. quæ.

6. *Altera*, Hier. subsequens.

7. *Exquirant*, Hier. & Chal. custodiant.

8. *Praua*. Hier. declinans, Chal. rebellis. *Exasperans*, sc. Deum, Hier. & Chald. prouocans, sc. Deum ad iram.

Direxit, Chald. direxit ad Dominum Hieron. præparauit.

Non est creditus cum Deo, Hieron. non credidit Deo, Chald. non fuit fidelis in Deum.

6. *Ephrem*, i. Ephraim, sc. Israelitæ, pars pro toto.

Arcum, i. arcus sagittas. *Conuersi sunt*, Hieron. & Chald. terga verterunt, sc. facti hostibus inferiores ob peccata.

10. *Non custodierunt*, Chald. eo quod non obseruassent

Testamentum, Hier. & Chal. pactum.

12. *Campo*, Hieronym. regione. *Taneos*, ciuitas est Ægypti regia, Hebr. Tsoan hoc loco, at Ierem. 43. Hier. & Chald. Tach panches, 70. Taphnes, cum tamen hic 70. Taneos, Chal. Tanes.

13. *Quasi in vtre*, i. in vnum locum coactus Hier. quasi aceruum.

14. *Diei*, Hier. & Chald. per diem. *Ignis*, i. columnæ igneæ.

15. *Abysso*, i. copia aquarum.

17. *Excelsum*, sc. Deum. *Inaquoso*, Chald. deserto arido, Hier. inuio.

18. *Tentauerunt*, sc. velut periculum facientes, quantum posset.

20. *Panem*, i. cibum, carnes enim optabant.

21. *Distulit*, i. abiecit, sc. illos, vel significatur dilatio ingressus in terrã promissam, Chald. iratus est.

Ignis, vide Num. 11. *In*, i. contra.

22. *In Deo*, Chald. Deo. *In salutari eius*, q.d. salutem ab ipso.

23. *Ianuas*, i. velut ianuas. *Cæli*, i. aëris, seu, nubium.

24. *Cæli*, i. ex aëre decidentem.

25. *Angelorum*, i. Angelorum opera factum, vel q.d. cælestem, seu dignum Angelis, Hier. fortium, sc. Angelorum.

26. *Transtulit*, Græc. & Hier. abstulit, q.d. fecit ne flaret ille ventus, sed qui sequitur. Quidam tamen pro incitauit, seu, impulit, accipiunt. Quod si is est sensus, pro eodem Auster & Africus accipiendus, vt sit repetitio, Chal. intulit.

Austrum, Hier. Eurum, sc. Eurus erat respectu deserti, at respectu Iudææ, Auster.

Aphricum, sc. ab Occidente, respectu deserti.

27. *Carnes*, sc. coturnices.

29. *Desiderium*, i. quòd optabant.

31. *Pingues*, i. primarios, Chald. robustos. *Electos*, i. præcipuos, Chald. iuuenes. *Impediuit*, Chald. prostrauit.

32. *In omnibus his*, i. post hæc omnia. *In mirabilibus*, Chal. miraculis.

33. *In vanitate*, i. euanescentes. *Cum festinatione*, i. cito.

34. *Eos*, i. aliquos eorum. *Quærebant*, sc. alij.

Diluculo, i. cito.

35. *Rememorati*, i. recordati.

36. *Dilexerunt*, i. diligere finxerunt. *Mentiti sunt*, i. amorem simularunt.

37. *Cum eo*, i. erga eum. *Testamentum*, Hieron. & Chald. pacto.

38. *Fiet*, fut. pro præteritis. *Abundauit*, vt auerteret, Hieron. multumque auertit. *Omnem*, sc. quam illi merebantur, vel q.d nullam: vt sit Heb.

39. *Caro*, q d. fragiles. *Vadens*, sc. sponte sua, & facile in malum, vel in mortem. *Rediens*, sc. in bonum, vel in vitam.

40. *Exacerbauerunt*, i. irritauerunt. *Inaquoso*, Hier. solitudine.

41. *Conuersi sunt*, i. ad ingenium redierunt, vel q.d. iterum.

42. *Manus*, i. operum.

43. *Sicut posuit*, pro, vt posuisset.

44. *Imbres*, Hier. riuos.

45. *Cænomyiam*, Hieron. omne genus muscarum

Not.

Not. quod Hieron. κονόμυιαν, legendum ait, non κυνόμυιαν, Chal. mistionem ferarum.

46. *Aerugini*, Hier. & Chal. brucho.

48. *Possessiones*, Hieron. iumenta, Chaldæus armenta.

Igni, sc. misto cum grandine. *Malos*, i. malum inferentes seu nocentes.

50. *Viam fecit*, &c. quasi d. progressusque in ira sua.

A morte, i. quin occideret.

51. *Omnis laboris*, Hier. partus, sc. maximus in partu labor. Quidam, roboris, vertunt; vt Gen. 49. sc. primogeniti sunt primitiæ roboris patrum. *Cham*, i. Ægyptiorum, qui ex Cham.

52. *Perduxit*, i. deduxit.

53. *In spe*, Hier. cum fiducia, Chal. secure.

54. *Sanctificationis*, i. sanctuarij.

Acquisiuit, sc. eiectis Chananæis. Hier. possidet.

Distributionis, i. quo diuisa est illis terra.

55. *Eorum*, i. gentium expulsarum.

56. *Testimonia*, i. præcepta.

57. *Et patres*, sc. non seruauerunt. *prauum*, sc. aliter facientem sagittam, quam velles.

58. *Sculptilibus*, i. idolis. *Aemulationem*, i. indignationem.

59. *Spreuit*, supra eandem vocem Hebraicam verterunt, distulit. Hieron. autem vtrobique vertit, non distulit, Chal. iratus est.

Ad nihilum redegit, Hier. proiecit, Chal. abominatus est.

60. *Repulit*, Hier. & Chal. reliquit. *In hominibus*, i. inter homines.

61. *Virtutem*, i. arcam, vnde sibi videbantur inuicti. Aug. Chal. legem.

Pulchritudinem, Hieron. decorem, sc. arcam. repetitio.

62. *Conclusit*, in gladio, i. tradidit hostibus.

63. *Ignis*, sc. belli vis, vel vrbis incendium, vel Dei ira.

Non sunt lamentatæ, Hieron. nemo luxit, scilicet, occisas.

64. *Viduæ*, sc. occisæ. *Non plorabantur*, q. d. nemo erat, qui fleret mortuos.

65. *Excitatus*, sc. contra hostes. *Crapulatus à vino*, i. plenus vino Hier. post crapulam vini.

66. *In posteriora*, q. d. terga vertentes, Chald. hæmorrhoidibus, sc. ea plaga affecti Philisthæi. *Sempiternum*, q. d. quod nunquam eluere poterunt.

67. *Ioseph*, Chald. quod tetenderat in termino. *Ioseph*, sc. in Silo vrbe Ephraim.

Ephraim, i. reliquas tribus. *Elegit*, sc. ad regnum.

68. *Vnicornium*, q. d. alto & forti loco.

Sanctificium, Hier. & Chald. sanctuarium. *Terra*, sc. Iuda.

71. *Seruum*, Hier. & Chal. populum.

72. *Pauit eos*, Chal. regnauit super eos.

Innocentia, Hieronym. simplicitate, Chald. integritate.

Intellectibus, Hier. & Chal. prudentia.

Manuum, i. qua vsus est in operibus.

LXXVIII. *De fidelium hostibus.*

1. POmorum custodiam, i. desertam, vt solent deseri pomorum custodiæ pomis collectis, Chal. in desolationem.

2. *Morticinia*, i. cadauera seruorum tuorum, i. te colentium.

Sanctorum, i. tibi dedicatorum, sc. fidelium, qui professione sancti.

3. *Tanquam aquam*, i. abundanter, Aug.

5. *In finem*, Chal. in perpetuum, q. d. sempérne?

Zelus, i. indignatio.

6. *Effunde*, prophetat, non optat Aug.

7. *Comederunt*, Chal. dissipauerunt. *Locum*, Chal. domum sanctuarij.

Desolauerunt, i. vastauerunt, seu in solitudinem redegerunt.

8. *Antiquarum*, Hieronym. veterum, Chaldæus priorum.

Pauperes, Hier. attenuati, Chald. miserabiles.

9. *Salutaris*, i. saluator, vel salus, eodem sensu.

Nomen tuum, i. te, vel, gloriam nominis tui; vt sit repetitio.

10. *Innotescat*, i. appareat, sc. vltio, &c.

11. *Compeditorum*, Hieronym. & Chald. vinctorum.

Posside, i. serua, Chal. solue.

Mortificatorum, Hier. interitus, Chald. traditos internecioni, q. d. morti destinatos.

12. *Septuplum*, i. perfectam vltionem. Aug.

Improperium, Chaldæus pro punitione improperij.

13. *Pascua tuæ*, i. quas pascis.

Annunciabimus, sc. in hoc sæculo, nam in futuro non erit cui annuncietur. Aug.

LXXIX. *De eodem.*

1. COmmutabuntur, sc. à calamitate liberati, vel peccato.

Testimonium, i. assertio.

2. *Qui Regis*, Hier. & Chald. pastor. *Intende*, Hier. ausculta.

Ouem, pro, oues. *Ioseph*, i. populum Israel repetitio vocatur autem Ioseph, quod ex eo duæ tribus ortæ, habitusque tanquam primogenitus. Vide 1. Paral. 5.

3. *Coram Ephraim*, &c. Has tres tribus præcedebat Arca in deserto, vide Num. 2. *Excita*, i. fac appareat.

4. *Conuerte*, Chald. reduc à captiuitate. *Ostende faciem*, i. placido vultu aspice.

5. *Virtutum*, Hier. & Chald. exercituum. *Irasceris*, Chal. non recipies *Serui*, Hier. & Chald. populi, q. d. non exaudies orantem populum tuum.

6. *Cibabis*, Hier. cibasti. *Lacrymarum*, Chald. intincto lacrymis. *Potum dabis*, Hier. potestati.

Mensura, sc. maxima, Hier. & Chald. tripliciter, i. abunde.

7. *Contradictionem*, Hier. contentionem, q. d. nobis contradicunt contendentes.

11. *Vmbra*, Chald. vmbra sanctuarij. *Eius*, sc. vineæ.

Arbusta, Hier. rami. *Cedros Dei*, i. altissimas, scil. æquabant.

12. *Extendit palmites*, Chaldæus misisti discipulos.

Mare, Chald. mare magnum. *Flumen*, Chald. flumen Euphratem.

13. *Vt quid*, i. quare. *Maceriam*, Chald. sepem, sc. protectionem.

14. *Exterminauit*, Hier. vastauit. *Aper*, pro. apri, sc. hostes feri. *Singularis ferus*, i. porcus syluestris, vt est Græc.

16. *Perfice*, i. restitue integritati. *Super filium hominis*, Chal. propter Regem Christum. *Confirmasti*, i. roborasti. *Tibi*, i. apud te, vel, tua virtute.

17. *Incensa*, scil. est vinea. *Suffossa*, Hier. dirupta, Chald excisa. *Increpatione*, i. indignatione, vel punitione. *Peribunt*, sc. qui eam vastant.

18. *Fiat*, Chald. fit. *Dextera tua*, i. quem dextera tua defendis.

Filium hominis, Chald. hominem.

19. *Discedimus*,Hier.& Chald.recedemus.
A te,Chald.à timore tui.
20. *Virtutum*,Hier.& Chal.exercituum.

LXXX. *De festis & cultu Dei.*

1. TOrcularibus,i.Ecclesiis; vnde vinum exprimitur cæleste,Chaldæus in cithara allata de Gath,sc.cantandus.

2. *Exultate*,i.cum exultatione laudate.

3. *Date*,i.pulsate,seu,proferte.

Psalterium,hic apparet Psalterium esse musicum instrumentum.

4. *Buccinate*,Hier.& Chald.clangite. *Neomenia*, i.nouilunio,Chald.in mensis Tisri, sc. Septembri; cuius prima die celebrabatur memoria Ægyptiacæ liberationis tuba cornea,itemque datæ Legis.

5. *Praceptum*,sc.ita faciendi.Hier.legitimum.*Iudicium*,i.mos,seu ritus,aut institutum.

6. *Testimonium*,i.præceptum, vel q.d.ad testimonium,seu memoriam accepti beneficij.

Ioseph,i.Ioseph posteris,q d.Israele.

Linguam, sc.Ægyptiacam olim,vel,Dei in Sinai loquentis.

7. *Diuertit*,i.liberauit.

8. *In tribulatione*,sc.Ægypti.

Tempestatis,sc.excitatæ contra Ægyptios,vel q. d.in Sinai,cum tonitrua personarent, & fulgura,vt est Exod. 20. vel q.d. te veluti in tempestate abscondi,seu protexi.

9. *Contestabor te*, i.testificabor tibi, sc.quid à te velim.

11. *Dilata*,&c.q.d.pete sanè largiter;dabo enim quod postulaueris.

12. *Intendit*,i.obtemperauit.Hier.credidit,Chal. acquieuit.

13. *Dimisi*,i.permisi incedere. *Adinuentionibus*, Hier.& Chal.consiliis.

15. *Pro nihilo*,i.nullo negotio Hieron. quasi nihilum,Chald.breui.

Forsitan,pro,vtique, Græc. est particula potentialis ἂν.

Humiliassem,i.depressissem, seu perdidissem.

16. *Mentiti sunt*,pro, mentiti essent,q.d.se subiecissent Deo,etsi ficto animo, sc. timentes potentiam,vel,q.d.Israelitæ mali violauerunt fidem datam Deo,Hier.negabunt eum. *Tempus*,sc.quo punientur:vel,q.d.fuissetque eorum, i. Iudæorum vita perpetuo tranquilla, seu prospera, sc. si me audissent,Chald.furor.

17. *Et cibauit*,quasi dicat, cum tamen cibauerit olim.

Adipe,i.medulla.

Petra, sc. educentes aquas miraculo. *Melle*,i. dulci aqua.

LXXXI. *De Iudicibus.*

1. SYnagoga, Hieronym. cœtu,Chald. congregatione.

Deorum,i.Iudicum. *Deos*,Chal.iudicum.

Diiudicat, i. examinet, Chald.iudicat,sc.eorum iudicia:seu damnat modo sequenti.

2. *Iniquitatem*,i.inique.

Facies, &c.q.d. personas accipitis,& in gratiam hominum male iudicatis.

3. *Iudicate*,id est,ius dicite.

Egeno,Chald.miserabili.

Humilem,i.afflictum.Chald.miserum.

Iustificate,i.innocentes declarate.

5. *Nescierunt*, Chaldæus nescierunt bonum operari.

Intellexerunt,Chal.intellexerunt legem. *Mouebuntur*, &c. q. d. cum ipsi sint qui ceteros stabilire deberent,sunt instabiles,vel,q.d.prius terra mouebitur, quam ipsi mutentur, Chald. propterea mouentur, &c. q. d. ideo Deus concutit flagellis orbem.

6. *Dij*,Chal.velut Angeli.

Filij excelsi,i.Dei.Chald.Angeli excelsi.

Homines, sc. abiecti,& viles, Hebr.Adam.quod solet, significare hominem vilem;vt contra Iscnobilem,seu strenuum virum.

7. *Principibus*,i.tyrannis,vel dæmonibus. *Cadetis*, sc.ex vestro statu, Deo puniente, vel,in infernum deiiciemini.

8. *Surge*,q.d.exere potentiam tuam. *Hæreditabis*, pro,hæreditas,i.possides, vt quis hæreditatem propriam.

In omnibus gentibus,pro,omnes gentes.

LXXXII. *Oratio contra hostes.*

1. CAnticum Psalmi, i. canticum excellentissimum. nam duo substantiua coniuncta faciunt superlatiuum,Heb.

2. *Taceas*,id est,dissimules, Chaldæus cesses, sc. iuuare.

Compescaris,i. cuncteris, Hieronym. & Chald. quiescas.

3. *Sonuerunt*,Hieron.tumultuati sunt,Chald.fremunt.

Extulerunt,sc.superbe contra tuos.

4. *Super*,Hieron.contra. *Malignauerunt*,i.malum inierunt.

Sanctos tuos, Heb. absconditos tuos i.à te protectos.

5. *De gente*,Chald.ne sint populus.

6. *Testamentum*,Hier.& Chald.fœdus.

8. *Gebal*,Chal.Gabalitæ.sunt vero hi populi Idumææ.vide Gen.36. *Alienigenæ*, Chald. Palæstini Hier.Palæstina.

9. *Assur*, Chaldæus. Sennacherib, Rex Assyriæ.

Filiis Loth,sc.Ammonitis,& Moabitis.

11. *Disperierunt*,pro,qui disperierant.*In Endor*, villa est non longè à Thabor, Chald. ad fontem Dor.vide Iud.4.& 5.

Stercus,Hier.sterquilinium, q.d. computruerunt more sterquilinij.

13. *Hæreditate*,pro,velut hæreditatem.

Sanctuarium,terram sanctam.

14. *Vt rotam*,sc.loco decliui motam.

15. *Montes*,i.syluas montium.repetitio.

16. *Persequeris*, &c. futura pro imperatiuis.

Tua,i.à te excitata contra eos.

17. *Et quærent*,i.vt cogantur quærere,sc.tibi reconciliari.

19. *Et*,pro, vt. *Nomen tibi Dominus*, i. te solum esse verum Dominum.

LXXXIII. *De desiderio Dei.*

1. PRo torcularibus.id est,iis qui tribulatione premuntur,Chald.in cithara allata de Gath, scil. cantandus.

Filiis Chore,sc.datus ad cantandum.

2. *Dilecta*,i.amabilia,seu,suauia.

Tabernacula, scilicet, cælestia, vel, pro, tabernaculum,à quo Dauid aberat.

Virtutum,Hier.exercituum.

3. *Deficit*,sc.præ desiderio.

Cor meum, & caro,i.anima & corpus.

Exultauerunt,

Exultauerunt,in,i. exultando optant, Hier. laudabunt.

4. *Etenim passer*, &c.q. d.habent passeres quod ego tantopere opto.*Nidum*,sc.prope altare.*Turtur*, Hier.auis.*Altaria*,pro,nempe altare.

6. *Ascensiones*,sc.per virtutes ad te, quasi dicat, id cogitat sedulo, quo modo ad te possit peruenire.

7. *Quem posuit*,sc.illi Deus;vel, ipse sibi constituit in quo degere,vel,q.d.in quo positus est.

Benedictionem,i.dona. *Dabit*,scilicet,legem seruantibus.

9. *Virtute*,&c.Hier.fortitudine in fortitudinem, q.d.fient in dies fortiores.*Sion*,sc.cælesti.

10. *Respice*,&c.q.d.faue mihi, quem in Regem vnxisti:vel potius,nostri per Christum filium tuum miserere.

11. *Millia*,sc.alibi.

12. *Quia*,pro,certe.*Veritatem*,sc.qua reddit promissa.Aug.*Gratiam*,sc.hic.*Gloriam*,sc.in futuro.

13. *Bonis*,Chald.beatitudine.*Innocentia*,Hier.& Chal.perfectione.*Virtutum*,i.exercituum.

Sperat,Hier.& Chal.confidit.

LXXXIV. *De redemptione per Christum.*

1. *Filiis Core*, sc.datus ad cantandum.

2. *Benedixisti*,i.benefecisti,vel, benefacies; vt sint præterita pro futuris, Chald. beneuolentia prosecutus es,Hier.placatus es. *Auertisti*, Hieron. reduxisti,Chal.conuertisti. *Captiuitatem*,vel Ægyptiacam,vel Babylonicam,vel peccati.

4. *Auertisti*, sc.te, Hier. & Chald.conuersus es.

5. *Conuerte nos*,Chal.conuerte ad nos.

7. *Conuersus*,Hieron.reuertens, sc.qui videbaris auersus.vel.q.d.rursum.

Viuificabis nos,Chald. vitam præstabis nobis.

8. *Misericordiam*,Chald.bonitatem. *Salutare*,i. salutem,vel,Saluatorem Christum.

9. *In me*,i.mihi.*Pacem*,i.prosperitatem,seu felicitatem,vel,pacem cum Deo,id est, reconciliationem.

Conuertuntur ad cor, Græc. conuertunt cor ad eum.

10. *Veruntamen*,i.sane. *Vt*,pro, ita vt.*Gloria*,q. d.vt possimus in Deo gloriari, vel, eius gloriæ esse participes · vel, Christi gloriam intelligit; de qua Ioan.1.

11. *Veritas*, sc. Dei in promissis. vel hominum probitas,seu integritas.

Obuiauerunt, sibi, i. simul reparatæ sunt; seu,se sunt complexæ.

Iustitia,sc.qua Deus iustificat,vel misericordia.

Pax,sc.Dei cum hominibus.

Osculata,Chal.coniunctæ.

12. *Veritas*,sc.Christus,vel,q d.apparuit Dei veritas exhibito in terra,quod promiserat.

Iustitia,i.misericordia.

13. *Benignitatem*,Hier.bonum.*Fructum*,sc.Christum,vel opera bona.

14. *Eum*, sc. Deum, q.d.studebunt homines iustitiæ coram Deo.

Ponet,sc.Christus,vel homo iustus.

In via,Chal.in via bona.

LXXXV. *Oratio in tribulatione.*

1. *Ipsi*,pro,ipsius.

2. *Sanctus*,i.sanctitatis studiosus,seu,tuo seruitio dicatus,Chal.misericors.

3. *Tota die*, i.omni tempore, vel omnibus diebus.

4. *Leuaui*,Hier.leuo,Chald.leuabo.

5. *Suauis*,Hier.& Chal.bonus.*Mitis*,i.benignus, seu,facile ignoscens.

6. *Auribus percipe*,Hier.& Chal.exaudi.*Intende*,i attende.

7. *Clamaui*,Hier.& Chal. clamabo. *Exaudisti*,i. soles exaudire,Hier.& Chald. exaudies.

8. *Diis*,sc.gentium,Chal.Angelis cælestibus.

Non est,sc.opus,vel,operans.

9. *Omnes gentes*,Aug.non omnes homines.

Venient,sc.ad fidem.

11. *Et ingrediar*, Hieron.vt ambulem. *Veritate tua*,i.lege tua,quæ veritatem docet. *Lætetur*,Chal. vni,q.d.collige.*Vt*,pro,ita vt,vel q.d.sic lætetur, vt tamen timeat.

12. *Glorificabo*,Chal.honorabo.

13. *Inferiori*, q.d.æterna morte, Hier.extremo. Potest limbus intelligi,si de Christo loquitur.

14. *Super*,i.contra.*Synagoga*,Hier.cœtus.

Proposuerunt, Hier.& Chald. posuerunt,q.d. te non timuerunt.

16. *In me*,pro,ad me,sc.vt adiuues.*Imperium*,sc. in hostes robur,Hier.& Chal.fortitudinem.*Puero*, Hieron.& Chald. seruo. *Ancillæ*,scil. Ecclesiæ,vel, Mariæ.

17. *Fac mecum*, &c. q.d.declara aliquo signo te mihi esse propitium,

In bonum,Hieron.in bonitate.

Videant, Chaldæus videant, quod ignoueris mihi.

LXXXVI. *De Ecclesia.*

1. *Eius*, sc. Dei ædificantis,vel templi : est enim Græc.αὐτῦ. *Montibus*,sc.Moria,& Sion, qui coniuncti.

Sanctis,Hier.sanctuarij.

2. *Portas*,i.vrbem,Chald.portas sanctuarij structas in Sion.*Super*,i.plusquam.

3. *Gloriosa*,Chald.honorifica. *Dicta sunt*, sc.per Prophetas.

4. *Raab*,i.Ægypti à Rahab, i.superbo, sc.Rege, Hier.superbiæ, Chald. Ægypti.*Scientium*, i.agnoscentium.Prædicitur conuersio Gentium.

Alienigenæ,Hier.Palæstina,Chal.Palestini.

Fuerunt, sc. ciues. *Illic*,sc. in Ecclesia significata per Ierusalem.

5. *Nunquid*,pro,nonne.*Sion*,i.de Sion,seu, Sioni. *Homo & homo*,i.quisque, seu, plures,sc.dicent, vel,q.d.plurimi in ea nascentur,sc.per baptismum, vt coniungatur cum natus est. *Natus est*, &c. q. d. Deus in ea natus est,sc.in Iudæa, seu cordibus credentium,vel, homo & homo natus,i.multi nati,sc. spiritualiter,vt supra dixi.

6. *Populorum*, i.vbi populi docentur, vel recensentur,q.d.ibi narrabitur quod dicimus

Principum,sc. Apostolorum,quorum libri pleni Ecclesiæ encomiis.

LXXXVII. *Oratio afflicti.*

1. *Filiis Core*,sc.datus ad cantandum. *Pro Maheleth*,i.infirmitate,seu afflictione,Hieron.super chorum,Chal.pro oratione.

Respondendum,sc.in cantu,Hier.præcinendum.

Intellectus,Hier.eruditio.

Ezraitæ,i.filij Esrah. Vide 3.Reg.4.

2. *In die*,i.per diem.

4. *Inferno*,i.sepulcro,q.d.morti.

5. *Lacum*, id est, foueam, seu, sepulcrum, Chaldæus domum vinctorum, id est, carcerem.

5. *Mortuos*,sc.peccato. *Liber*,sc.peccato,Aug.vel q.d.liber officiis vitæ,i.similis mortuis.

Vulnerati,Hier.& Chal.interfecti. *Memor*,sc.vt vitæ restituas.

De manu tua,Chal.à facie maiestatis tuæ.

7. *Posuerunt*,scil.afflictiones, Hieron.& Chald. posuisti.

Inferiori, Hier.nouissimo,q.d.profunda miseria. Chald.captiuitate, quæ similis est foueæ. *Tenebrosis*,sc.locis,Hier.& Chald tenebris. *Vmbra*,i.similitudine,quamquam vmbra mortis significat magnas tenebras,vt sit repetitio.

8. *Fluctus*,i.afflictiones.

9. *Traditus*, i.coniectus in mala. *Egrediebar*, i. egredi,meque explicare inde possum.

10. *Inopia*,Hier.afflictione, Chal. calamitate.

Tota die,Chal.omnibus diebus.

Mirabilia,sc.suscitando. *Confitebuntur*, sc.mortui suscitati.

12. *Perditione*, i. interitu, q.d. iacens in sepulcro,vel inferno.

13. *Tenebris*,id est,sepulcro, Chald.tenebris gehennæ.

Obliuionis,i.obliuioni tradita, sc.sepulcro,repetitio est.

14. *Clamaui*, pro, clamabo. *Praeueniet*,q.d. maturabit.

15. *Orationem*,Hier.& Chal.& Græc.animam.

Auertis,Hier.& Chal absconds.

16. *Pauper*,i.afflictus,seu miser. *Exaltatus*, scil. antea per te.

17. *In me*,Hier.per me.Chald.super me.

18. *Sicut aqua*,i.magna copia.

19. *A miseria*,i.propter miseriam, sc.meam,vel, ne miseriæ subuenirent.

LXXXVIII. *De Christi regno.*

1. ETHAN.Vide 3.Reg.4.

2. *In generationem*,&c.q.d. semper,repetitio præcedentis. Not. quod videtur iungendum cum, veritatem sicut æternum,cum, misericordias, q.d. æternam misericordiam tuam, & veritatem Chald. generationi, & generationi. *Veritatem*,sc. in promissis.

3. *Dixisti* Hier.& Chald.dixi. *Ædificabitur*,i. durabit,seu permanebit instar ædificij,Chal.mundus misericordia ædificatus est. *In cælis*,iunge cum seqq. *Praeparabitur*,i.stabilietur. *In eis*,abundat more Hebræo.

4. *Testamentum*, Hier.& Chald.fœdus. *Electis*, pro, cum electis, Chald. cum Abraham electo meo.

5. *Praeparabo*,Hier.& Chal.stabiliam.

Sedem, Hieron.thronum, Chald.sedem Regni, sc.Ecclesiam.

6. *Confitebuntur*, i. prædicabunt. *Cæli*, i.sancti Chal.Angeli cælorum. *Etenim*,Hier.& Chald.insuper. *Ecclesia*,i.cœtu.

7. *Nubibus*, i.cælis. *Filij Dei*,i. Angelis,Chald. inter choros Angelorum.

8. *Omnes*,Chald.omnes Angelos.

9. *Virtutum*,i.exercituum *In circuitu tuo*,Chald. circundat te,q.d.per omnia tuam potentiam & maiestatem ostendis.

10. *Potestati*, Hieron. superbiæ, q.d.tumori,seu elationi.

Mitigas,Hier.comprimis.

11. *Vulneratum*, Chald.interfectum gladio. *Superbum*, Chaldæus superbum Pharaonem, Hebr. Rahab,i.Ægyptum.

Brachio virtutis,i.potenti brachio.

12. *Plenitudinem*,i.quidquid continet.

13. *Mare*,sc. mortuum, seu Oceanum, qui est Iudææ ad Austrum,q.d.Meridiem, Chald. habitatores Austri.

Thabor, &c. Thabor ab Occidente, & *Hermon*, ab Oriente,q.d.Oriens & Occidens. *In nomine*,&c. Hier.nomen tuum laudabunt. *Tuum*,sc.est. *Firmetur*,Hier.& Chald.roboretur,q.d.ostende tuam potentiam.

15. *Iustitia*,fortè pro misericordia posita est,more scripturæ. *Praeparatio*, Hier. firmamentum,q.d. thronus tuus stabilitur iustitia,& æquitate, Chald. habitatio.

Præcedent,q.d.ante te sunt semper.

16. *Iubilationem*, i. lætari in Domino, Chald. complacere creatori suo. *Lumine*, i. fauore, seu gratia.

Ambulabunt,sc. iusti.

17. *Nomine tuo*, i. te. *In iustitia tua*,i.per iustitiam tuam,sc.remunerantem.

18. *Gloria*,i.de quo gloriantur. *Beneplacito*,i.beneuolentia. *Cornu*,i.robur,Chal.honor.

19. *Domini & sancti*, Hier. à Domino,& sancto. *Assumptio*,Hier.protectio.

20. *Tunc*,i.olim *Sanctis*,sc.Prophetis. *In potente*, Græc.Sup. r potentem,Hier.super robustum,sc.Dauidem,vel Christum.

22. *Confortabit*,i.robotabit.

23. *In eo*,i.contra eum *Filius iniquitatis*,i. homo iniquus. *Apponet*,i.poterit.

24. *Concidam*,Chal.conteram. *A facie eius*,i ante ipsum.

25. *In nomine meo*, i. per me. *Cornu*, Chaldæus gloria.

26. *Mari*, Chald. regionibus maris. *Manum*, Chald.imperium. *Fluminibus*,Chald.habitantibus iuxta flumina.

Dexteram, i. imperium, seu ditionem, repetitio est.

27. *Pater*,sc.quatenus Deus ego. *Deus*, sc.quatenus homo. *Susceptor*,i.protector.

28. *Primogenitum*,i.primarium.Chal. primogenitum Regum domus Iudæ.

29. *Testamentum*,Hier.& Chald pactum *Fidele*, sc.erit,i.stabile & certum.

30. *Cæli*,Chald.quibus steterint cæli, q.d. perpetuum.

31. *Iudicijs*,i.præceptis.

32. *Iustitias*,Hier.cæremonias, Chald.præcepta.

33. *Virga*,id est, castigatione, vt statim explicatur.

34. *Dispergam*,Hier.& Chal.auferam.

Nocebo,Hier.& Chal.mentiar.

Veritate, Chald.fide, quasi dicat,non fallam fidem datam.

35. *Profanabo testamentum*, Hieron.violabo pactum.

Faciam irrita,i.mutabo.

36. *Sancto*,Chald.nomine sancto,q.d.per me.

Si,i.nullo modo,Chald.nequaquam.

37. *Semen*,i.Christus.

38. *Sicut sol*,sc.stabilis,Chal. lucidus sicut sol.

Perfecta,id est,plena.Chald.firmata, Hier. stabilietur.

Testis,sc.huius rei ego,vel luna & sol.

39. *Distulisti*,i.elongasti à te.Hier.& Chal. iratus es contra.

40. *Euertisti*,Hier.attenuasti.Chald. irritum fecisti. *Testamentum*,Hier.& Chal pactum.

Serui tui, Chald. cum seruo tuo. *Profanasti*, i. velut rem profanam abiecisti. *In terra*, Chald.ad terram.

Sanctuarium,

Sanctuarium,Hier.& Chald.diadema.

41. *Spes*,i.munitiones, Chald.castra. *Firmamentum*,Hier.munitiones,Chal.oppida.

Formidinem,quasi dicat,debilitasti, & timere fecisti.

43. *Dexteram*,i.vires.

44. *Auertisti*,Chald.vertisti retrorsum. *Adiutorium*.Hier.robur.

45. *Destruxisti*,&c. Hier. quiescere fecisti mundiciam eius,Chald.abstulisti sacerdotes, qui purificabant populum.

Sedem,sc.Regni,Hier.thronum.

46. *Minorasti*,Hier.& Chald.abbreuiasti.

Temporis,sc.Regni,q.d.fecisti deficere Regnum, Hier.adolescentiæ, Chald.iuuentutis. *Confusione*,i. pudore,Hier.ignominia.

47. *Auertis*,sc.te Hieron. absconderis. *In finem*, Chald.in æternum.

48. *Quæ mea substantia*, i. vita,seu subsistentia, q.d. quam sim infirmus, Chald. quod creatus sum de puluere.

Vane constituisti,Hier.frustra creasti.

49. *Inferi*, q.d.cum sit tam breuis vita, & certa mors, cur sic permittis affligi homines? inferi intelliguntur ad quos tunc omnes descendebant.

50. *Sicut*,Hier.& Chal.quas.

51. *Continui*,Hier.portaui,Chald.sustinui.

Sinu,i.animo.*Gentium*,sc. opprobrium.

52.*Commutationem*,q.d.quod videaris de eo sententiam mutasse,Hier.vestigia,Chal.tarditatem vestigiorum,q.d.moram aduentus.

53. *Fiat,fiat*, sc. quod dixi de benedicendo Dominum,Hier.& Chal.Amen,& Amen.

LXXXIX. *De vitæ miseriis.*

1. MOysi,forte Moyses composuit,Hieron.quidem ait:Psalmos 11.sc.ab hoc vsque ad 99. esse Moysis. Alij putant hunc Mosen fuisse cantotorem tempore Dauid, Chald. ait orationem esse, qua orauit Moses, quando peccauit populus in deserto.

A Generatione, &c. Græc.& Hieron.in generatione, & generatione,i.semper, Chal.in omni generatione.

2. *Formaretur*,Chald.creata esset. *A sæculo*,i.ab æterno.

In sæculum,i in æternum.*Es*,i existis.

Deus,pro,ô Deus.

3. *Ne auertas*,&c.i. cadere ne sinas in miseriam, Hier.conuertens hominem vsque ad contritionem, Chald. redigens hominem ad mortem propter peccatum.

Et dixisti,pro,nam dixisti,q.d.qui non vis mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. *Conuertimini*,sc.ad me:Hier.reuertimini.

4. *Custodia*,Hier.vigilia.

5. *Quæ*,pro,velut quæ. *Transeat*, pro transit seu transibit,i.transire solet, sic & verba sequentia intelligantur.

6. *Decidat*,scilicet,in mortem.*Induret*,sc.in cadauere.

Arescat, sc.in puluere. sic Aug. Herba quidem cadens durescit & arescit.

7. *Quia*,q.d.sic. *Defecimus*, Hier.& Chald.consumpti sumus.*In ira*,i.per iram.

8. *Sæculum nostrum*, i. vitæ decursum, seu vitia, Hier.negligentias nostras,Chal.iniquitates iuuentutis nostræ.

Illuminatione,Hier.& Chal.luce.

9. *In ira*,i.propter iram,sc.te irato.

Aranea, i.tela araneæ,Chal.vapor oris in hyeme. *Meditabuntur*, i.reputabuntur, q.d.fragiles,& qui rumpi facile possint.

10. *Dies annorum*,&c.pro,in ipsis diebus annorum,&c.vel, in ipsis,abundat, more Hebræo,simili phrasi dictum,Domini in cælo sedes eius,vbi,eius, abundat.

Potentibus,i.robustis,q.d.si quis robustiori complexioni sit.

Amplius eorum, i.quod ipsos excedit, q.d. quod amplius additur, vel maxima eorum pars Hieron. quod amplius est,Chal.multiplicatio eorum.

Dolor,sc.est.*Superuenit*,præteritum est. *Mansuetudo*, sc.tua, q.d.benignè nos soles corripere. Hier. transiuimus cito, & auolauimus.

11. *Potestatem*,i.vim,Hieron. & Chald.fortitudinem.

Præ timore tuo, i.pro vt timendus es, seu quantum timenda est ira tua.

12. *Dexteram*, i. potentiam. *Sic*, sc.per flagella, vel,pro, itaque. *Eruditos*, sc. fac,q.d.fac intelligamus potentiam tuam,& timeamus.

13.*Vsquequo*,Chal.vsquequo affliges nos?

Deprecabilis,Hier.exorabilis.

14. *Repleti sumus*,pro,repleamur. Hieron. imple nos,Chal.satura nos.

Mane, id est,cito. *Exultauimus*,&c.præterita pro futuris.

15. *Humiliasti*,Hier.& Chal.afflixisti.

16. *Et in*, pro, i. *Opera tua*, q. d. qui sumus à te creati & instituti.*Filios*,i.posteros.

17.*Splendor*,i.fauor,seu gratia,Hier.decor. *Dirige*,Hier.confirma.*Super nos*,i.in nobis.

XC. *De fiducia in Deum.*

1 IN protectione, &c. pro, & qui in protectione eius commoratur.

2. *Susceptor*,i.defensor,Hier.spes,Chald.fiducia.

Sperabo,Hier.& Chal.confidam.

3. *Liberauit me*,Græc.Hier.& Chal. liberabit te.

Verbo aspero,i. calumnia,vel à te noxia.

4.*Scapulis*,pro, brachiis,seu alis. *Obumbrabit*,i. teget,seu defendet. *Pennis*,Hier.alis.

Sperabis,id est,confides,seu tutus eris.*Scuto*,pro, velut scuto.*Veritas*,i,fides,seu,cura fidelis.

5. *Timore nocturno*, i. iis, quæ noctu solent timeri.

6. *Negotio*, id est, molestia, Hier.peste,Chald. morte.

Meridiano,i.aperte oppugnante.

7. *Latere*,sc.sinistro. *Mille*,sc.percussit peste, vel gladio. Mille autem pro multis positum, & decem millia,pro multo pluribus. *Appropinquabit*, sc.malum illud,seu pernicies.

9. *Quoniam*,sc.dixisti apud te. *Altissimum*,i.Deum Græc.τὸν ὕψιστον.

10.*Malum*, i. incommodum, seu nocumentum.

Flagellum,Hier.lepra,Chal.plaga.

11. *Mandauit*,Græc.Hier.& Chal. mandabit.

12. *In manibus*,Chal.fortitudine sua.

Lapidem, Chald. cupiditatem prauam similem lapidi.

Pedem,i.affectum.

13. *Aspidem*,per hæc quatuor animalia,diabolus intelligitur.

14. *Nomen meum*,i.me.

15. *Clamabit ad*,Hier.inuocabit, Chal.orabit.

Sum,pro,ero.

16. *Salutare*,i.salutem æternam intelligit.

Meum,i.à me datam.

XCI. *De laude Dei.*

1. *Die sabbati*, sc. cantandus.
2. *Bonum*, i. æquum.
Confiteri, i. laudare.
3. *Ad annunciandum*, i. vt annuntietur.
Veritatem, Hier. fidem, sc. in promissis.
Per noctem, coniungendum etiam cum, misericordiam, sicut & *mane*, etiam cum, *veritatem*, scil. vtrumque die, & nocte annunciandum.
4. *Decachordo*, i. decem chordarum, scil. instrumento.
Psalterio, Hier. & psalterio, sc. aliud instrumentum significatur.
5. *Factura*, Hier. opere, Chald. operibus miraculorum, sc. eorum consideratione.
6. *Magnificata*, Chald. magnifica, q. d. excellentia.
Cogitationes, q. d. consilia.
7. *Hæc*, sc. quæ dixi, vel statim dicam.
8. *Apparuerint*, Chal. floruerint.
Iniquitatem, Chald. falsitatem. *Vt intereant*, pro, paulo post interibunt. *Sæculum sæculi*, Hier. & Chal. sempiternum.
10. *Dispergentur*, Hier. dissipabuntur, Chald. segregabuntur à congregatione iustorum in sæculo venturo.
11. *Cornu*, i. robur. *Mea*, sc. erit.
Vberi, i. copiosa, q. d. vsque in senectam me Deus misericorditer proteget.
12. *Despexit*, i. vidit. *Inimicos*, sc. perire, Chald. vidit inimicorum meorum interitum.
Insurgentibus, pro, de insurgentibus. *In me*, i. contra me.
Audiet, sc. punitionem, Chal. audiet vocem confractionis eorum.
13. *Palma*, viret hæc semper, estque suaui fructu, & firmissima, & diuturnissima.
Cedrus, est statura recta & procera, odore suaui, & foliis perpetuis. *Multiplicabitur*, i. crescet, vel frondescet.
14. *Atriis*, sc. futuri sæculi.
15. *Multiplicabuntur*, Hier. fructificabunt.
Vberi, i. valida. *Bene patientes*, Græc. bene dispositi, seu affecti, εὐπαθοῦντες. Quidam tamen Tranquillos vertunt; alij, Vegetos, seu Vigentes.
16. *Annuncient*, sc. quod sequitur.

XCII. *De Christi Regno.*

1. *In die*, &c. sc. cantandus. *Fundata*, sc. prima sabbati.
Regnauit, sc. iam inde à mundi initio. *Decorem*, i. gloriam, q. d. plenus gratia. *Præcinxit*, pro, velut cinxit.
Firmauit, i. stabiliuit.
2. *Ex tunc*, Chald. à principio, sc. mundi, vel ab æternitate.
A sæculo, Hier. ab æterno,
3. *Vocem*, i. sonitum, sc. te mouente, qui omnia gubernas, vel hostium contra Ecclesiam, seu pios persecutiones significantur.
4. *A vocibus*, i. præ sonitu. *In altis*, Hier. in excelso, Chald. in cælis, sc. habitans, vnde tumultus compescit, & cuncta moderatur.
5. *Testimonia*, i. pollicitationes.
Credibilia, i. fide digna, Hieron. fidelia, Chald. vera,

XCIII. *Inuocatio Dei contra improbos.*

1. *Vltionem*, Chal. vltionis auctor, q. d. ad quem pertinet vlcisci impios, iuxta illud, mea est vltio. *Egit*, sc. quod voluit.
2. *Exaltare*, q. d. ostende te. *Retributionem*, i. quod merentur.
3. *Peccatores*, Hier. impij. *Gloriabuntur*, Hieron. exultabunt, Chal. sedebunt in tranquillitate.
4. *Effabuntur*, Chal. effutient. *Iniquitatem*, Chal. calumnias. *Loquentur*, Hier. garrient. *Iniustitiam*, Chal. falsitatem.
5. *Humiliauerunt*, i. afflixerunt.
Hæreditatem, id est, quos velut hæreditatem possides.
7. *Dixerunt*, sc. apud se.
8. *Sapite*, Hier. discite.
9. *Considerat*, Hier. videbit.
10. *Corripit*, i. corripere solet, seu castigare, Hier. erudit. *Arguit*, q. d. nonne vos castigabit?
11. *Quoniam*, pro, quod.
12. *Erudieris*, i. corripueris. Est enim hic & Heb. & Græc. idem verbum quod supra vertit corripit.
De lege tua, pro, legem tuam.
13. *Mitiges*, i. quietem præstes. *Malis*, Hier. afflictionis.
Fouea, Hieron. interitus, q. d. donec pereat qui eum vexat.
14. *Repellat*, i. deseret.
15. *Conuertatur in iudicium*, i. iudicium exequatur, q. d. donec malos iudicet, & puniat.
Iuxta illam, sc. approbantes & amplectentes, vel ei adhærentes.
16. *Consurget mihi*, Hieron. stabit pro me, q. d. auxilium feret.
17. *Paulo minus*, i. propemodum.
18. *Si dicebam*, pro, si quando.
Motus, q. d. in periculo fuit cadendi. *Adiuuabat*, Hier. sustentabat.
20. *Adhæret tibi*, Hier. particeps erit tui.
Sedes iniquitatis, i. qui sedent in iniquitate, seu iniquorum throni. *Fingis*, i. formas, sic supra. Qui finxit oculum, q. d. qui præcipis difficilia, quæ iniqui non faciunt.
21. *Captabunt*, i. insidiabuntur, vt capiant.
22. *Factus est*, Hier. & Chald. erit.
Adiutorium, Chal. fortitudinem.
Spei meæ, i. in quo spero.
23. *Reddet*, q. d. puniet. *In malitia*, i. propter malitiam.

XCIV. *Exhortatio ad Dei laudem, & obedientiam.*

1. *Exultemus*, i. cum exultatione laudemus, Hieron. & Chal. laudemus.
Deo, Chal. coram Domino. *Salutari*, i. Saluatori, Hier. Iesu.
2. *Præoccupemus*, Hier. & Chald. præueniamus, sc. antequam puniat.
Confessione, Hier. gratiarum actione.
Psalmis, Hieron. & Chald. canticis. *Ei*, Chald. coram eo.
4. *Fines*, quasi dicat, tota vsque ad extremitates, Hieronymus fundamenta, Chaldæus penetralia.
Altitudines montium, id est, terrenæ potestates August.
5. *Formauerunt*, Chald. creauerunt.
6. *Ploremus*, Hieron. & Chald. flectemus genua.

7. *Pascua eius*, i. quas pascit. *Manus eius*, id est, quas deducit.

8. *Hodie*, quasi dicat, quocunque tempore vitæ. Vide Hebr. 3.

Irritatione, sc. qua Deum irritarunt incredulitate & rebellione, Hieron. contradictione, Chaldæus contentione.

Secundum diem, Hieron. & Chald. sicut die.

6. *Probauerunt*, i. explorarunt, vel experti sunt. *Et viderunt*, i. cum tamen vidissent, Chald. videntes.

10. *Offensus fui*, pro, infensus fui. Not. quod Psalterium Romanum legit, proximus fui, scil. adiuuans, & deducens, vel castigans, Hieron. displicuit mihi, Chald. aspernatus sum. *Vias*, id est, præcepta, seu, opera.

11. *Vt iuraui*, pro, itaque iuraui, Hieron. & iuraui, Chald quibus iuraui. *In ira*, i. iratus. *Si*. pro, nullo modo. *Requiem meam*, i. terram quietis, quam promiseram.

XCV. *Exhortatio ad Dei laudem & cultum.*

1. POst captiuitatem, scilicet, cantatus, nam antea factus. Vide 1. Par. 16. *Cantate*, Chald. cantate Angeli.

Nouum, q. d. renouate Dei laudes. *Terra*, Chal. iusti terræ.

2. *Annunciate*, Græc. euangelizate. *De die in diem*, i. singulis diebus. *Salutare*, i. salutem, Chal. redemptionem. *Eius*, i. ab eo datam.

3. *Annunciate*, Hieron. & Chal. narrate.

4. *Terribilis*, Chald. timendus.

5. *Dæmonia*. Hier. sculptilia, Chal. idola.

6. *Confessio, & pulchritudo*, Hieron. gloria, & decor, Chald. laus & gloria. *In conspectu eius*, q. d. illi adsunt semper res dignæ laude & gloria. *Sanctimonia, & magnificentia*, Chald. & Hieron. fortitudo, & exultatio.

Sanctificatione, i. sanctitate, sc. in ipso, Hieron. & Chald. sanctuario, sc. relucent.

7. *Afferte*, i. date. *Patriæ*, i. familiæ, Græc. πατριαὶ.

Gentium, Hieron. & Chald. populorum. *Afferte*, i. tribuite confitendo. *Honorem*, Hieronym. & Chald. fortitudinem.

8. *Tollite*, Hieron. leuate. Chald. portate. *Hostias*, Hieron. munera, Chald. munus, Hebr. Minchah. erat id esculentum, & poculentum munus: per quod quidam volunt intelligi Eucharistiam. *Atria*, i. ecclesias.

9. *Atria*, i. Catholica Ecclesia. *Commoueatur*, Hieron. paueat. Chald. contremiscat. *Terra*, Chald. terræ habitatores.

10. *Regnauit*. August. Tertul. & Iustin. Cypr. Leo Papa, & Psalterium Romanum legunt, Regnauit, à ligno, scil. per lignum, seu post lignum, id est, crucem.

Correxit, sc. restituens per crucem, suam, Chal. firmauit. *Commouebitur*, sc. de loco suo.

Æquitate, Græc. rectitudine, q. d. recte.

11. *Cæli*, Chal. Exercitus cœlorum. *Terra*, Chal. iusti terræ. *Commoueatur*, scil. exiliat præ lætitia. Hieron. & Chald. tonet. *Plenitudo eius*, i. quidquid in ipso est.

12. *Tunc*, scil. in Christi aduentu. *Ligna* i. arbores, sc. homines.

13. *A facie Domini*. Chald. coram Domino. *Venit*. præsens est. *Æquitate*, Hieron. & Chaldæus, iustitia.

Veritate, i. vero iudicio.

XCVI. *De Dei auxilio, & Christi Regno.*

1. HVic Dauid, pro, ipsius Dauid, sc. Psalmus. *Restituta est*, sc. pulsis hostibus. *Regnauit*, pro, regnat. *Insulæ multæ*, i. multitudo insularum.

2. *Correctio*, i. rectitudo, Hieron. firmamentum, Chald. locus paratus, q. d. rectè iudicat.

3. *Præcedet*, scil. in extremo iudicio. *Inflammabit*, Hieron. exuret.

4. *Illuxerunt*, seu illucebunt. videntur enim præterita pro futuris sumenda per totum Psalmum, Hieron. apparuerunt. *Commota*, scil. timore. Hieronymus, contremuit.

5. *A facie*, i. ob præsentiam. *Terra*, Græc. Hier. & Chald. terræ.

6. *Cæli*, Chald. Angeli cœlestes. *Gloriam*, i. Maiestatem, scil. apparentem in rebus creatis, Deique operibus.

7. *Angeli eius*, Hier. dij, Chal. colentes idola.

8. *Audiuit*, scilicet, quod præcessit, vel quod sequitur.

Sion, i. ecclesia, vel anima fidelis. *Filiæ Iudæ*, id est, iusti.

10. *Peccatoris*, Hier. & Chal. impiorum.

12. *Confitemini memoriæ*, i. celebrate memoriam, seu, Commemorando laudate. *Sanctificationis*, Chal. sanctitatis, Hieron. sanctæ.

XCVII. *Exhortatio ad Dei laudem, & de Christo.*

1. SAluauit, i seruauit, seu victoriam peperit. *Sibi*, Græc. & Chald. eum, sc. Dei populum, vel eum, pro se, q. d. se Christus propria virtute suscitauit, & quidem, saluare, Hebr. datiuum regit. Vide Matth. 21. quanquam fortè illud (sibi) abundat, more Hebr.

2. *Salutare*, i. salutem, Chal. redemptionem.

3. *Domus*, i. erga domum.

4. *Terra*, Chald. habitatores terræ.

7. *Moueatur*, scilicet, ad Dei laudem, Hieron. & Chald. tonet.

Plenitudo, i. quidquid in eo est.

8. *Plaudent*, pro, plaudant, quasi dicat, edant signa lætitiæ.

9. *A conspectu Domini*, Chal. coram Domino.

Venit, præsens, pro futuro.

XCVIII. *De Christi regno.*

1. IRascantur, pro, licet indignentur, Hieron. commoueantur, Chald. contremiscant. *Populi*, scil. increduli. *Qui sedet*, iungendum cum Dominus, q. d. ille qui sedet, &c. *Super Cherubim*, sc. in propitiatorio, vel, q. d. qui eminet super omnes etiam perfectissimos Angelos. *Moueatur*, Hieron. & Chald. concutiatur, scil. timore. *Terra*, id est, terræ habitatores.

In Sion, sc. cognoscitur, vel qui in Sion colitur.

3. *Terribile*, i. metuendum.

4. *Honor*, Hieron. imperium, Chald. fortitudo.

Iudicium, id est, quod æquum est, q. d. exercet iustitiam.

Parasti directiones, Hieron. fundasti æquitates, Chald. præparasti rectitudinem, q. d. dedisti præcepta recta, vel rectum iudicium, vt statim explicatur. *Iudicium, & iustitiam*, i. iustum iudicium.

5. *Exaltate*, Chal. laudate. *Scabellum*, sc. ad arcam, vnde responsa dat velut sedens super Cherubim. vel Christi humanitas intelligitur. *Sanctum est*, Græc. Hieronym. & Chald. sanctus est, scilicet, Dominus.

6. *In sacerdotibus*, i. inter sacerdotes, seu sacerdotes, scil. erant.

7. *Columna*, sc. quæ super tabernaculum. *Custodiebant*, Græc. quia custodiebant. *Testimonia*, i. mandata, quibus Deus testatur quid velit.

8. *Eis*, sc. populo, vel q. d. in gratiam illorum, sc. Mosis & Aaron. *Vlciscens*, sc. interdum. *Adinuentiones*, Chald. opera. *Eorum*, sc. populi.

9. *Sancto*, Chald. sanctuarij.

XCIX. *De Dei laude.*

1. IN *Confessione*, i. ad laudem, sc. Dei, Chald. pro sacrificio confessionis.

2. *Deo*, Chald. coram Domino.

Terra, Chald habitatores terræ.

Exultatione, sc. cum lætitia laudantes. Hieron. laude, Chald. hymno.

3. *Scitote*, Chald. notum facite. *Pascuæ eius*, i. quas pascit.

4. *Portas*, sc. templi. *Confessione*, Hieron. gratiarum actione. *Hymnis*, Hieron. & Chald. laude.

Laudate nomen eius, Hieron. & Chald. benedicite nomini eius.

5. *Suauis*, Hieron. & Chald. bonus, sc. benignus, seu beneficus. *In*, pro, & in. *Veritas*, Hieron. & Chald. fides, sc. in promissis.

C. *De officio boni Principis.*

1. MIsericordiam, sc. tuam. *Iudicium*, i. iustitiam. *Cantabo*, i. celebrabo canticis.

Tibi, Chald. coram te.

2. *Intelligam*, Hieronym. erudiar. *Immaculata*, Hieronym. perfecta, q. d. dabo operam perfectioni, si me adiuues.

Venies, sc. & me illuminabis. Quidam per interrogationem legunt, q. d. quando mihi gratiam tuam dabis, vt possim id quod sequitur? *Perambulabam*, Hieronym. & Chald. ambulabo. *Innocentia*, Hieron. simplicitate, Chald. perfectione. *In medio domus*, i. inter domesticos.

3. *Proponebam*, Hieron. proponam, Chald. ponam, sc. faciendam. *Rem iniustam*, Hier. verbum Belial. Chald. verbum impietatis. *Non adhæsit*, i. non fuit familiare.

4. *Cor prauum*, i. praui homines. *Declinantem*, &c. sc. vitæ dissimilitudine. August. Chald. concupiscentiam malam. *Cognoscebam*, i. approbabam, August. vel, q. d. non habui inter amicos, & notos.

5. *Detrahentem*, &c. Chald. loquentem lingua triplici contra proximum suum. *Persequebar*, Hier. interficiam, Chald. disperdam. *Insatiabili corde*, Hieron. latum corde, sc. ita vocantur Hebr. auari & ambitiosi, qui plura, semper cupiunt. *Edebam*, Chald. habitabo.

6. *Fideles*, Chald. veraces. *Sedeant*, Hieronymus, habitent.

Immaculata, Hier. simpliciter, Chald. perfecta.

Ministrabat, Hieron. ministrabit.

7. *In medio domus*, i. intra domum, q. d. domi meæ.

Superbiam, Hieron. & Chald. dolum. *Iniqua*, Hieron. & Chald. mendacium. *Direxit*, i. prospere habuit, Hier. placebit.

8. *In matutino*, i. cito, seu tempestiuè. *Interficiebam*, Hieron. & Chald. perdam. *Peccatores*, Hier. & Chald. impios. *Disperderem*, Hieron. interficiam, Chald. disperdam, sc. si eiusmodi sint peccata, quæ morte digna videantur.

Iniquitatem, Chald. falsitatem.

CI. *De Ierusalem, & Ecclesia.*

3. AVertas, Hieron. abscondas, Chald. auferas.

4. *Defecerunt*, Hieron. consumpti sunt. *Ossa*, Chald. membra. *Cremium*, i. tostum, seu aridum, aut frixum. Græc. φρύγιον, quod ista tria significat. Hieronym. frixa, Chald. chytropodes, scilicet, ollarum pedes.

5. *Percussus sum*, sc. æstu afflictionum.

Quia, pro, &.

Oblitus sum, sc. præ mœstitia, vel negligentia.

Panem, i. cibum, Chal. legem doctrinæ.

6. *A voce*, i. præ clamore. *Gemitus*, Chald. suspirij, q. d. dum mœstus suspiro, gemo, & clamo.

Os carni, pro, ossa cuti, sc. deficiente carne.

7. *Pellicano*, nascitur vt aiunt, in solitudinibus, q. d. auibus syluestribus. *Nycticorax*, Hieron. bubo, Chald. noctua. *Domicilio*, sc. diruto.

8. *Vigilaui*, i. somnum non cepi, Chald. vigilaui tota nocte.

9. *Laudabunt*, sc. ficte, vel olim. *Iurabant*, q. d. coniurabant.

10. *Cinerem tanquam panem*, i. aspersum cinere panem; vel pro, panem, sicut cinerem, i. sine gustu.

11. *A facie iræ*, &c. Chald. propter iram, &c. q. d. quia te sentiebam mihi iratum, seu ob afflictionem à te velut irato immissam. *Eleuans*, i. vt qui deiecturus eleuat.

12. *Vmbra*, sc. quæ cito deficit cum inclinatur in longitudinem. *Arui*, Chald. arescam.

13. *Memoriale*, Chald. memoria. *Tuum*, q. d. facta tua memoria perpetua digna sunt, vel in æterna memoria erunt.

14. *Exurgens*, pro, velut exurgens. *Venit*, præteritum est.

15. *Seruis*, sc. Iudæis reædificantibus, vel Regibus permittentibus; qui serui dicuntur, quia Deus eorum opera vsus.

Miserebuntur, sc. vt ædificent.

16. *Gloriam*, i. Maiestatem.

17. *Videbitur*, Hieron. apparebit. *Gloria*, q. d. potentiam suam manifestans.

18. *Humilium*, i. afflictorum.

19. *In generatione*, Chald. pro generatione. *Altera*, Hieron. & Chal. nouissima.

21. *Interemptorum*, Hieron. mortis, i. morti destinatorum, Chald. morti traditorum.

22. *Annuntient*, Hieron. narretur, Chaldæus, annuntietur.

23. *In conueniendo*, Hieron. & Chald. cum fuerint congregati. *In vnum*, Hieron. simul.

24. *Respondit*, sc. iustus. *Ei*, sc. Deo. *Virtutis*, q. d. dum vigeret diuque videtur posse viuere.

25. *Reuoces*, Hieron. rapias, Chald. tollas. *Dimidio*, q. d. morte immatura. Vide Isa. 38. *In generationem*, &c. q. d. æterni.

27. *Peribunt*, scil. vt statim explicat. *Veterascent*, Hieron. atterentur. *Opertorium*, Hieron. pallium, Chald. stolam.

Mutabis, i. renouabis, vel, consumes. Græc. alterabis ἀλλάξεις.

29. *Habitabunt*, sc. terram tuam, vel tecum. *In sæculum*, i. perpetuo. *Dirigetur*, i. recta ducetur à Deo, Hieron. perseuerabit, sc. tecum, seu, apud te.

CII. *Inuitatio ad Dei laudem.*

1. BEnedic, i. gratias age, seu lauda. *Quæ intra me sunt*, Hieron. viscera mea. *Nomini sancto*, i. sanctitati, sc. Deo sancto.

2. *Retributiones*, i. quæ retribuit, sc. beneficia.

4. *Interitu*, Hieron. corruptione, Chal. gehenna.

Coronat,

Coronat, i. cingit, vel ornat velut corona.

5. *In bonis*, Hieronym.& Chald. bonis. *Renouabitur*, Chald. renouabis in mundo venturo. *Aquila*, iuuenescere hæc mutatis pennis dicitur: vel significatur vigor, seu viuacitas Aquilæ, q. d. recuperabis vigorem Aquilino similem.

6. *Misericordias*, Hieron. iustitias, Chald. iustitiam, scil. sumitur iustitia pro misericordia. *Iudicium*, q.d. vindicans. *Iniuriam*, Hieron. calumnias.

7. *Vias*, i. præcepta. *Voluntates*, Hieron. cogitationes, Chald. opera.

9. *In finem*, Hieron. & Chald. in sempiternum.

11. *Secundum altitudinem*, &c. q. d. maxime.

14. *Figmentum*, q. d. fragilitatem, Hieron. plasmationem, Chald. concupiscentiam prauam, quæ nos decipit.

Puluis, Chald. è puluere.

15. *Fœnum*, Hieron. & Chald. herba.

16. *Spiritus* Chald. ventus. Vide Isai. 40. *Illo*, sc. fœno, vel homini, q.d. cum ab eo spiritus, i. anima transierit, non subsistet, &c. *Cognoscet*, scil. quisquam. *Suum*, i. eius.

17. *Iustitia*, forte accipitur pro misericordia; vt sit repetitio.

18. *Testamentum*, Hieron. & Chald. pactum.

19. *Parauit*, Hier. stabiliuit.

20. *Virtute*, Hieronym. robore, Chald. viribus. *Ad audiendam vocem*, Hieron. obedientes voci.

21. *Virtutes*, Hieron.& Chald. exercitus, sc. Angelici, vt sit repetitio.

22. *In omni loco*, q.d. vbicunque estis.

CIII. *De eodem.*

1. MAgnificatus es, i. agnitus es esse magnus August. *Confessionem*, i. laudem. *Decorem*, i. pulchritudinem.

Induisti, i. te velut ornasti, q. d. apparet in omnibus quam sis laudabilis, & gloriosus.

2. *Pellem*, i. tentorium, Chald. cortinam.

3. *Aquis*, sc. quæ super cœlos sunt. *Ascensum*, q.d. velut nubibus vectus pluuias inde mittis. *Super pennas*, i. velocius, quam pennæ.

4. *Facit*, pro, fecit. *Spiritus*, i. veloces, vt ventum, vel naturæ spiritualis. *Ignem*, i. velut ignem efficaces fortesque.

5. *Stabilitatem*, Hier. & Chald. basim, q. d. fecit stabilissima.

6. *Abyssus*, i. maris aquæ. *Eius*, sc. terræ, quæ mari magna ex parte amicitur. Quidam tamen referunt ad mundi initium, quo terra tecta & montes, tum Dei præcepto retecta.

Super montes, sc. in nubibus.

7. *Increpatione*, i. imperio velut increpantis.

Fugient, sc. huc illuc discurrent nubes. *A voce tonitrui*, &c. pro, velut tonitruum, vocem tuam, i. mandatum formidantes.

8. *Ascendunt*, i. surgunt. *Fundasti*, i. designasti.

9. *Posuisti*, sc. aquis maris.

11. *Expectabunt*, sc. donec satientur.

12. *Super*, Chal. iuxta. *Ea*, sc. montes, & fluuios.

13. *Superioribus*, sc. nubibus. *Suis*, pro, se.

Operum tuorum, i. opera tua proueniente.

Terra, i. terræ habitatores.

14. *Herbam*, i. olera, vel segetes.

Seruituti, i. vsui.

15. *Exhilaret*, i. nitidam reddat, scil. homo, vel Deus, q. d. Dat Deus hominibus non solum necessaria, sed & ea, quæ delectationi seruiunt.

16. *Saturabuntur*, sc. humoris copia.

17. *Illic*, sc. in arboribus. *Domus*, i. nidus.

Dux est, id est, obtinet principatum inter nidos auium, sc. altitudine, vel q. d. docet reliquas aues nidificare, prima enim omnium dicitur nidificare. Est autem Herodius Ciconiæ genus.

18. *Ceruis*, Chald. Ibicibus. *Erinaciis*, Chald. cuniculis, Græc. leporibus.

19. *Tempora*, sc. distinctionem mensium, & festorum. *Cognouit*, i. ita obseruat, ac si nosset.

20. *Pertransibunt*, i. circumcursabunt.

21. *A Deo*, sc. sibi destinatum.

22. *Cubilibus*, id est, antris, Hieron. speluncis, Chald. latibulis.

23. *Operationem*, Hieronym. seruitutem, Chaldæus, culturam.

24. *Magnificata*, i. magnifica, seu, mirabilia, Chald. multa. *Possessione*, i. opibus.

25. *Manibus*, id est, locis, seu, littoribus, Chaldæus, terminis.

26. *Draco*, i. cetus. Hier.& Chal. Leuiathan.

Formasti, Hier. plasmasti, Chald. creasti.

Ad illudendum ei, Hieron. vt illuderes ei, Chal. vt ludat in eo, mari. August. illuditur diabolo, dum eius tentationes prosunt iis quibus ipse obesse desiderat.

28. *Bonitate*, i. bonis, sc. cibo.

29. *Auertente te*, Hieron. abscondes.

30. *Emittes*, i. cum mittis, seu miseris.

Spiritum, i. vim productiuam, Chald. Spiritum sanctum. *Creabuntur*, sc. res nouæ.

31. *Sit gloria*, &c. i. glorificetur Dominus.

32. *Montes*, sc. vt olim Sinai.

34. *Iucundum sit*, Hieronym. placeat. *Eloquium*, Chald. meditatio.

35. *Alleluia*, laudate Deum, seu Dominum.

CIV. *De eodem. Vt indicat Titulus apud 70. scilicet, Halleluia, id est, laudate Deum, idque cum iubilo, vt quidam notant: id enim significare* הלל *vnde Halleluia.*

1. OPera, Hieron. cogitationes.

3. *Laudamini*, q. d. gloriamini, seu gratulamini, Hieron. exultate, Chald. laudate.

Confirmamini, q. d. estote in quærendo constantes, vel pro, confirmabimini, Hieron. virtutem eius, Chald. legem eius.

Faciem, i. præsentiam August.

Semen, id est, ô posteri. *Serui*, plurale est, itemque electi.

7. *Iudicia*, sc. exercentur.

8. *Saculum*, Hieron. & Chald. æternum, sc. facti.

Testamenti, Hieron.& Chald. pacti. *Mandauit*, scil. obseruari.

Mille, i. omnes August.

9. *Dispo suit ad*, Hier.& Chald. pepigit cum.

10. *Statuit*, Hier. firmauit. *Iacob*, Hier. cum Iacob. Vide Genes. 27. 28. *In præceptum*, i. vt esset præceptum, seu lex, Hieron. in legem, Chald. pro decreto. *Testamentum*, Hier.& Chald. pactum.

11. *Dicens* q.d. simul promittens dicendo. *Funiculum*, Chald. sortem, scil. funiculis hæreditates mensurabantur.

12. *Cum essent*, &c. iungendum cum sequentibus.

Incola, Hier. aduenæ.

13. *Pertransierunt*, pro, pertransirent.

14. *Reliquit*, i. permisit. *Corripuit*, i. increpauit, seu castigauit. *Pro eis*, Chald. propter eos. *Reges*, vt Pharaonem, & Abimelech.

15. *Nolite*, sub. dicens. *Tangere*, i. lædere. *Christos*, i. vnctos, scil. cœlesti vnctione, vel oleo. vngebantur enim Prophetæ interdum.

In Prophetis, pro, Prophetis.

Malignari,

Malignari, Chaldæus, malefacere, Hieronymus, affligere.

16. *Firmamentum*, Chald. sustentamentum, Hier. virgam, i. baculum, sc. sustentaculum. *Contriuit*, i. consumpsit. August.

17. *Virum*, Chald. virum sapientem.

18. *Humiliauerunt*, Hier. & Chald. afflixerunt.

Ferrum, i. dura tribulatio August. Hieron. in ferrum venit anima eius, Chald. in catenam ferream intrauit anima eius, i. ipse. *Pertransiit animam*, id est, ipsum afflixit. sic Luc. 1. Tuam ipsius animam pertransibit gladius.

19. *Veniret verbum*, i. fieret quod prædixerat, sc. dum somnia est interpretatus vinctorum.

20. *Eloquium*, i. oraculum, *Inflammauit*, i. accendit ad diuinandum, Hieron. probauit, Chald. purgauit, sc. passus est multa ob somnium à Deo immissum, quod fratribus narrauerat.

22. *Erudiret*, i. institueret, seu castigaret. *Sicut semetipsum*, i. vt vellet, seu, ad fomam vitæ suæ, Hieron. secundum voluntatem suam,

23. *Accola*, Hier. aduena. *Cham*, i. Ægyptiorum, qui ex Misraïm primogenito Cham orti.

24. *Firmauit*, Hier. roborauit, Chald. fecit fortem.

Super, i. plusquam.

25. *Conuertit*, sc. permittendo. vel, dando suis tantam prosperitatem, vt illis Ægyptij inuiderent, Chald conuersum est.

27. *Verba signorum*, i. signa, seu res mirabiles. verba enim pro rebus, vel q. d. præceptum, seu rationem edendi signa.

28. *Exacerbauit*, i. irritos fecit, Hieron. non fuerunt increduli verbis eius Chald. non restiterunt verbo eius, scil. Hebræi, nam Moysi crediderunt.

30. *Edidit*, Græc. Hier. & Chal. ebulliuit.

31. *Canomyia*, i. canina musca, Hier. musca omnimoda, Chald. insectorum commixtio. Vide Psalm. 77.

Ciniphes. Chald. pediculi.

32. *Pluuiam*, pro, pluuia. *Ignem*, sc. mistum grandini. Vide Exod. 9. Sap. 16.

33. *Lignum*, i. arborem.

34. *Bruchus*, est species locustæ.

35. *Fenum*, Chald. herbam, sc. quidquid virebat.

30. *Primitias*, i. primogenita. *Laboris*, Hieron. partus, Chald. fortitudinis, sc. principium roboris viri est primogenitus. Vide Genes. 49. Psal. 77.

38. *Incubuit*, Hieron. irruerat. *Timor*, &c. q. d. timebant enim Ægyptij sibi valdè à Iudæis.

39. *Protectionem*, Hieron. & Chald. tentorium.

40. *Petierunt*, Chald. petierunt carnes. *Cæli*, i. ex aere demisso.

41. *Flumina*, Chald. fluminis instar.

42. *Verbi*, i. promissionis.

43. *Lætitia*, Hieron. & Chald. laude.

45. *Iustificationes*, Hieron. ceremonias, Chald. præcepta.

Exquirant, Chald. custodiant.

CV. *De eodem.*

1. S*Eculum*, Hieron. & Chald. æternum.

2. *Loquetur*, sc. vt par est Chald. eloqui poterit.

Potentias, Hieronym. & Chald. fortitudines, i. fortiter facta.

Auditas, Chald. notas.

3. *Iudicium*, sc. recte iudicando. August. *Iustitiam*, sc. recte agendo. August.

4. *Beneplacito populi*, i. beneuolentia in populum. Chald. bona voluntate cum populo, Hieron. propitiatione populi. *Salutari*, i. salute, Chald. redemptione, sc. Christo, secundum. Aug.

5. *Ad videndum in bonitate*, Hieronym. vt videam bona.

Lauderis, Hieronym. exultem, Chald. laudem. *Hæreditate*, i. populo.

6. *Cum patribus*, i. sicut patres. *Iniquitatem*, Hieron. & Chald. impie.

7. *Irritauerunt*, sc. te, Hier. ad iracundiam prouocauerunt, Chald. rebelles fuerunt.

9. *Increpuit*, Hieron. & Chald. comminatus est. *In deserto*, Chald per desertum.

12. *Crediderunt*, sc. tunc. *Laudauerunt*, Hieron. & Chald. cecinerunt.

13. *Cito fecerunt*, Græc. festinauerunt, sc. obliuisci, vt statim dicitur, Hieron. & Chald. cito. *Sustinuerunt*, Hieron. expectauerunt.

Consilium, i. quod de illis decreuerat, q. d. non se eius prouidentiæ regendos crediderunt.

14. *Concupiscentiam*, sc. carnes, concupiscentia pro reconcupita. *Inaquoso*, Hieronym. solitudine, Chald. loco arido.

15. *Saturitatem*, Hieron. tenuitatem, Chald. maciem, q. d. statim puniuit, Græc. πλησμονὴν, i. repletionem. genus est morbi, ex quo sequitur tabes & macies, scil. ex nimia repletione.

16. *Irritauerunt*, Hieronym. zelati sunt, Chald. inuidia commoti sunt contra.

Sanctum, i. consecratum.

17. *Super congregationem*, &c. q. d. eos, qui cum Abiron conspirauerunt.

18. *Sygnagoga*, i. congregatione. *Peccatores*, Hieron. & Chald. impios.

20. *Gloriam suam*, Chald. gloriam Domini sui.

23. *Dixit*, sc. Mosi. *Vt disperderet*, i. se velle disperdere, Chald. se exterminaturum. *Confractione*, i. plaga, qua erant feriendi à Deo, Augustin. Græc. vulneratione.

24. *Verbo*, sc. quo promiserat se eam daturum.

26. *Leuauit*, sc. iurando, vel, vt solent qui volunt percutere.

27. *Deiiceret*, Chald. migrare faceret. *In nationibus*, i. inter gentes.

28. *Initiati sunt*, Hieron. consecrati sunt, Chal. adiunxerunt se. *Mortuorum*, i. oblata mortuis seu. non viuentibus diis.

29. *Adinuentionibus*, Hieronym. studiis, Chald. operibus.

Ruina, Hieron. plaga, Chald. pestis.

30. *Placauit*, sc. Deum, Chald. orauit. *Quassatio*, Hieron. percussio, Chald. mors.

31. *Iustitiam* Chald. meritum. *Sempiternum*, sc. dato ei sacerdotio, nempe, quamdiu lex duraret: quamquam fuit aliquando in posteris Ithamar, à quo Heli, sed restitutum est posteris Phinees 3. Regum 2.

32. *Vexatus*, Hieron. afflictus, sc. à Deo.

33. *Exacerbauerunt*, i. offenderunt, seu, irritarunt.

Eius, sc. Mosis, vel Dei. *Distinxit*, i. distincte dixit, scil. Deus, non ingressurum Mosen terram promissam, Chald. explicauit, vel significatur hic, quod Moses ad petram, dixit dubitando. Num. 20. q. d. hæsitauit.

34. *Disperdiderunt*, sc. terram ingressi.

36. *Scandalum*, i. offendiculum seu ruinam.

38. *Infecta*, Hieron. polluta, Chald. maculata.

In sanguinibus, Chald. homicidiis, sc. cæde filiorum, quos immolabant.

39. *Adinuentionibus*, Hier. studiis.

43. *Consilio suo*, Hieron. & Chald. consiliis suis.

In iniquitatibus, Hieron. propter iniquitates.

45. *Testamenti*, Hieron, pacti.

Pœnituit eum, Chaldæus, conuersus est ab ira sua.

46. *In*

46. *In misericordias*, q. d. misertus est eorum, Hieron. miserabiles.

47. *Nationibus*, Hieron. gentibus. *Gloriemur*, &c. Hieron. canamus laudem tuam.

48. *A saculo*, &c. Hieronym. ab æterno, & vsque in æternum. Chald. à mundo hoc vsque ad mundum venturum.

Dicet, pro, dicat itaque. *Fiat, fiat*, Hieron. & Chald. Amen. Not. hunc Psalmum esse finem quarti libri Psalmorum apud Hebræos. Apponitur autem singulis libris ad finem. Amen.

CVI. *De Dei beneficiis.*

1. *COnfitemini*, Chald. laudate. Seculum, Hier. & Chald. æternum.

2. *Dicant*, sc. quod præcessit, seu laudem Domino, seu acceptum, beneficium.

3. *Mari*, scilicet, Arabico, quod est ad Austrum; seu Oceano.

4. *Errauerunt*, sc. fugati ab hostibus.

Ciuitatis habitaculi, i. ducentem in ciuitatem habitabilem.

6. *Necessitatibus*, Hieronym. afflictione, Chaldæus, angustia.

7. *Habitationis*, Hieron. & Chald. habitabilem.

8. *Confiteantur*, i. prædicentur. *Domino*, i. ad honorem Domini. Chald. coram Domino. *Misericordia*, Hieronym. misericordiam, Chald. propter misericordiam.

Filiis, Hieron. in filios.

9. *Inanem*, Hieron. & Chald. vacuam.

10. *Sedentes*, scil. liberauit. *Vmbra*, i. similitudine, vel horrore.

11. *Exacerbauerunt*, sc. per rebellionem *Eloquia*, i. præcepta, seu munitiones. *Consilium*, i. decreta, seu præcepta, vt sit repetitio. *Irritauerunt*, Hieron. blasphemauerunt, Chal. sunt execrati.

12. *Infirmati sunt*, i. debilitati, Hieron. ceciderunt, Chal. impegerunt.

13. *Necessitatibus*, Hieronym. angustiis, Chald. afflictionibus.

16. *Æreas*, i. fortissimas.

17. *Suscepit*, i. subleuauit, Hieron. & Chald. stulti propter viam, &c. *Via iniquitatis*, i. morbo, seu calamitate, quam peccatum induxerat.

18. *Abominata est*, i. fastidiuit, sc. præ morbi grauitate.

20. *Misit verbum*, i. iussit.

23. *Operationem*, i. negationem, vel opus nauticum. *Multis*, i. vastis.

24. *Profundo*, i. mari.

25. *Dixit*, i. iussit. *Stetit*, Hieron. surrexit.

26. *Ascendunt*, sc. nauigantes, in tempestate. *Malis*, Hieron. afflictione. *Tabescebat*, i. deficiebat, sc. præ metu, Chald. liquefiebat.

27. *Moti sunt*, Hieron. intremuerunt. *Deuorata*, Hier. absorpta, q. d. euanuit, seu defecit.

29. *Auram*, Hieron. tranquillitatem. *Siluerunt*, i. quieuerunt.

30. *Siluerunt*, Hieron. quieuerunt. *Voluntatis eorum*, i. optatum, Hieron. quem voluerunt.

32. *Ecclesia*, i. cœtu, seu frequentia. *Cathedra seniorum*, i. senatorum, seu magistratuum, Chald. consessu sapientum.

33. *In desertum*, Chald. velut desertum, scil. arefaciens ob peccata. *Sitim*, i. siccitatem, Chald. sicut siccitates.

34. *Salsuginem*, i. sterilitatem. *A malitia*, id est, ob malitiam.

35. *Posuit*, sc. post pœnitentiam populi.

Exitus, i. riuos, Hier. fontes.

36. *Esurientes*, sc. antea. *Habitationis*, Hieron. ad habitandum.

37. *Natiuitatis*, Chald. germinis, q. d. nascentem, seu germinantem.

38. *Minorauit*, Chald. diminuit, q. d. non est passus minui.

39. *Pauci*, scil. postea ob peccata, vel, cum antea pauci fuissent. *A tribulatione*, Hieronym. ob angustiam.

Malorum, i. calamitatum.

40. *Effusa est contemptio*, &c. q.d. fecit principes contemptibiles ob peccata eorum. Vide Iob 12.

Errare, scil. in consiliis. *In inuio*, pro, velut in inuio.

Non in via, i. vbi non erat via, repetitio per negationem, more Hebræo.

41. *Adiuuit*, Hier. subleuauit, sc. postea. *Sicut oues*, i. instar gregis, sc. plurimas.

42. *Iniquitas*, i. iniquus. *Opilabit*, i. claudet, sc. tacebit, Hieron. contrahet.

43. *Custodiet*, i. obseruabit, seu notabit.

CVII. *Vide Psalm. 56. & 59. ex quibus hic compositus est.*

1. *PAratum*, scilicet, ad te laudandum, seu ad tua iussa.

In gloria, i. ex animo, sc. anima gloria est hominis, Hier. sed & gloria, Chald. & gloria.

4. *In*, i. coram. *Nationibus*, i. gentibus.

5. *Super cœlos*, q. d, cœlis altior. *Vsque*, i. super. *Nubes*, i. cœlos, Hier. æthera.

Veritas, sc. in præstando promissa.

6. *Gloria tua*, sc. appareat.

7. *Saluum*, sc. me. *Dextera*, i. potentia.

8. *Locutus est*, q. d. promisit, sc. mihi de hostibus victoriam.

Sancto, Hieronym. sanctuario vide Psalm. 59. vbi reliqui versus.

9. *Susceptio*, i. protectio, Hieron. virtus, Chaldæus, fortitudo.

Rex, sc. Dauid, & Christus de tribu Iuda, Hier. *Dux*, Chald. Scriba.

10. *Spei*, Hieronym. peluis. *Alienigenæ*, Hieron. Philisthim.

Amici facti sunt, Græc. subditi sunt, Hieron. fœderati erunt.

12. *Repulisti*, Hier. proieceras. Chald. deseruisti. *Existi*, Hieron. exieras. *Virtutibus*, Hieronym. exercitibus.

13. *Quia vana*, Græc. & Hebr. & vana, pro, quia vana.

Hominis, Hieron. ab homine.

14. *Faciemus virtutem*, Hier. erimus fortes. *Ad nihilum deducet*, Hier. & Chald. conculcabit.

CVIII. *Oratio contra hostes.*

1. *LAudem meam*, quasi dicat, innocentiam, Hier. laudis meæ, Chald. laus mea, q. d. qui es laus mea.

Tacueris, i. dissimules, q. d. defende à malis.

2. *Peccatoris*, Hieronym. & Chald. impij. *Super*, Hier. contra. *Dolosa*, Hier. mendacij, Chal. mendacij.

3. *Circundederunt*, i. vndique sunt aggressi.

Expugnauerunt, pro, oppugnauerunt.

Gratis, Hieron. frustra Chald. sine causa.

4. *Vt me diligerent*, Hieronym. quo diligebam eos, Chald. quod dilexi. *Detrahebant*, Hieronym. aduersabantur, Chald. aduersantur. *Orabam*, sc. pro eis, August.

5. *Dilectione*, sc. qua eos diligebam.

6. *Constitue*

6. *Constitue*, i. præfice. *Peccatorem*, Hieron. & Chald. impium, scil. iudicem, vel dominum. *Diabolus*, Hieron. & Chald. Satan, i. aduersarius, *A dextris*, sc. vt opprimat.

7. *Iudicatur*, scilicet, apud magistratum, vel Deum. *Oratio*, i. defensio apud iudicem, vel, oratio ad Deum.

In peccatum, i. velut peccatum, quasi dicat, magis iudicem irritet, vel Deum, Chaldæus, in condemnationem.

8. *Dies*, sc. Apostolatus, August. *Episcopatum*, i. officium seu dignitatem Episcopi, sc. Apostolatum, de Iuda enim loquitur.

10. *Nutantes transferantur*, Hieron. instabiles vagentur, Chald. vagando vagentur.

11. *Scrutetur*, sc. vt accipiat, Chald. colligat. *Fœnerator*, i. qui mutuum dedit, Hieron. exactor.

Alieni, i. extranei. *Labores*, i. labore parta.

13. *Vna*, i. prima, Hier. & Chald. altera.

14. *Matris*, q. d. non solum patris, sed etiam matris, explicatio præcedentis, q. d. puniantur in eo parentum peccata.

15. *Contra Dominum*, i. coram Domino, sc. parentum peccata. *Eorum*, sc. parentum.

17. *Compunctum*, i. fractum seu afflictum. *Mortificare*. Hieron. vt interficeret.

18. *Maledictionem*, i. malum seu supplicium, sc. qui peccatum diligit, & quod id sequitur supplicium videtur diligere.

Benedictionem, i. bonum.

19. *Vestimentum*, scil. quod operit, & hæret. *Aqua*, sc. quæ bibitur. *Oleum*, sc. quod valde penetrat, & hæret.

Ossibus, Chald. membris.

20. *Hoc opus*, i. merces sic Leuit. 19. Isai. 4. & 61. Hieron. hæc est retributio. *Apud Dominum*, Græc. Hieron. & Chald. à Domino retributio. *Loquuntur*, i. machinantur.

Animam, id est, vitam.

21. *Fac*, sc. bonum, *Mecum*, i. mihi. *Propter nomen tuum*, i. propter te, seu, pro tua clementia.

Suauis, Hieronym. bona.

22. *Conturbatum*, Hier. vulneratum, Chald. contritum.

23. *Declinat*, Hier. inclinatur, sc. extensione, & desinit in tenebras.

Ablatus, Chal. consumptus.

Excussus, Chal. vagatus.

24. *Infirmata sunt*, Hier. vacillauerunt, Chal. collapsa sunt. *A ieiunio*, i. præ ieiunio. *Immutata*, Chal. macilenta. *Propter oleum*, sc. deficiens Hier. absque oleo, i. vnctionibus, quæ olim in vsu. vel pinguedo significatur, cuius defectu mutatus, Chal. absque pinguedine.

25. *Mouerunt*, sc. deridentes.

27. *Manus*, i. auxilium, Chal. percussio. *Eam* pro, id sc. iuuando, vel affligendo.

28 *Maledicent*, q. d. persequentur. *Benedices*, q. d. fauebis.

29. *Diplode* i. veste, seu pallio, Hier. vestimento. Chal. chlamyde August. duplici pallio, sc. confusione coram Deo & hominibus.

30. *Nimis*, q. d. totis viribus, Hieronym. vehementer.

Multorum, Hieronym. populorum, Chal. sapientium.

31. *Astitit*, Hier. & Chal. stabit. *Saluam faceret*, Hier. saluet.

Persequentibus, Hieron. & Chal. iudicibus, scil. malis.

Animam, id est, vitam.

CIX. *De Christi Regno, & Sacerdotio.*

1. *DOminus*, sc. Pater Domino, scil. Filio, seu Christo.

A dextris mei, i. optimo apud me loco. Donec. vide Hebræo *Scabellum*, &c. q. d. subiiciam pedibus tuis, sic vt possis conculcare.

2. *Virgam*, i. sceptrum. *Virtutis*, Hiero. fortitudinis, q. d. Regnum potens. *Emittet*, sc. in mundum per prædicationem, *Sion*, sc. inde cœpit prædicatio Euangelica.

Dominare, Chal. & dominaberis. *Inimicorum*, sc. qui antea aduersabantur, vel q. d. resistant licet inimici.

3. *Principium*, i. principatus, vel pater sc. erit.

Die virtutis, q. d. cum cœperis regnare, vel ostendere potentiam tuam. *Splendoribus sanctorum*, q. d. in sanctis splendide, vel splendore sanctitatis. *Vtero*, i. substantia mea, seu secreto, vel vtero virginis. *Ante luciferum*, i. ante Angelos, vel Angelis excellentiorem, vel ante stellas.

4. *Pœnitebit eum*, i. mutabit. August. *Ordinem*, i. ritum Melchisedech, sc. qui obtulit panem, & vinum in figuram Eucharistiæ.

5. *A dextris tuis*, i. te adiuuans & protegens. *Confregit*, Hier. & Chal. percussit.

Iræ, i. vltionis, sc. die iudicij. *Reges*, pro, etiam Reges, sc. tibi inimicos.

6. *Iudicabit*, id est, vlciscetur, seu iudicium exercebit.

In nationibus, pro, gentes. *Ruinas*, Chal. cadaueribus, Hier. valles, s. cadaueribus.

Capita i. principes. *Multorum*, s. populorum, vel multorum, capita.

7. *Torrente*, sc. passionum. *In via*, sc. dum viuet seu viueret.

CX. *De Dei operibus.*

1. *COncilio*, i. cœtu, Hier. consilio, Chal. secreto, q d. iuxta sententiam. *Iustorum*, Chald. rectorum.

2. *Exquisita*, i. exquisite, seu perfecte facta, Hier. exquirenda, i. consideranda. *In omnes*, i. iuxta omnes, q. d. pro sua voluntate, vel excitantia ad faciendam eius voluntatem.

3. *Confessio*, *& magnificentia*, i. laude & honore dignum. Hieronym. gloria, & decor, Chal. laus, & decus.

Sæculum sæculi. Hieronym. æternum.

4. *Memoriam fecit*, i. fecit recordari, vel digna memoria.

Misericors, *& miserator*, Hier. & Chald. clemens, & misericors.

5. *Testamenti*, Hier. & Chal. pacti.

6. *Annunciabit*, Græc. Hier. & Chal. annunciauit. q. d. dixit, se posse præstare quod promittebat, vel reuelauit potentiam, qua operatur, sc. se esse omnipotentem.

7. *Veritas*, *& iudicium*, i. fidei, & æquitatis plena.

Fidelia, i. vera, certa.

8. *Confirmata*, i. stabilita, *Sæculum sæculi*, Hier. sempiternum.

Æquitate, i. rectitudine.

Redemptionem, scilicet ex Ægypto, vel ex peccatis.

Testamentum, Hier. & Chal. pactum, s. seruandum

Terribile, Chal. timendum.

Intellectus bonus, q. d. sane sapiunt qui faciunt. *Eius*, sc. intellectum, i. quod intelligunt faciendum, vel timorem. sc. Deum timentibus, Heb. & Chald. ea, sc. præcepta.

Laudatio,

Laudatio, i. laus. *Eius*, ſc. talis hominis.
Seculum ſeculi, Hieronym. iugiter. Chaldæus, æternum.

CXI. *De timore Dei.*

1. R*Euerſionis*,&c. Titulus hic non eſt Hebr. nec, Græc.
Volet, i. oblectabitur. Chald. mandata eius expetit.
2. *Semen*, i. filij. *Generatio*, i. poſteri, ſeu familia, eſt enim repetitio frequens, hic. vel, q.d. gens recta, i. probi homines. *Rectorum*, Hier. iuſtorum. *Benedicetur*, ſc. à Deo, vel hominibus.
3. *Gloria*, Hieronym. ſubſtantia, Chaldæus, felicitas, *Domo*, i. corde. Aug.
Manet, ſcilicet, à Deo remuneratur. *In ſaculum ſaculi*, Hier. ſemper, Chald. in æternum.
4. *Tenebris*, ſcil. afflictionibus, vel q.d. cum alij ſunt in tenebris. *Miſericors, & miſerator*, Hieron. & Chald. clemens, & miſericors, q.d. ipſe Deus, vel ab ipſo Deo, qui clemens, &c.
5. *Iucundus*, id eſt, gratus, ſcilicet, Deo & hominibus, Hieronym. bonus, Chaldæus, beatus. Græc. χρηστὸς, quod etiam bonum, vtilem, & humanum ſignificat.
Commodat, i. mutuum dat. *Diſponit*, pro, quique diſponit, Hier. diſpenſabit. *Sermones*, i. negotia, vel verba. *In iudicio*, i. prudenter.
6. *Commouebitur*, i. nutabit.
7. *Auditione*, i. rumore, ſeu nuntio.
Mala, i. rei aduerſæ, ſc. Ite maledicti in ignem æternum, ſecundum Aug.
8. *Confirmatum*, ſc. in Domino *Deſpiciat*, i. ex alto videat. *Inimicos*, Græc. ſuper inimicos, Hieronym. in hoſtibus, ſc. quæ optat.
9. *Diſperſit*, ſcil. abundanter, Chaldæus, diſperſit pecuniam.
Iuſtitia, i. eleemoſyna, ſeu miſericordia. Itaque alij vt Chryſ. verterunt ἐλεημοσύνη.
In ſaculum ſaculi, Hier. & Chald. in æternum.
Cornu, i. robur, Chald. fortitudo.
In gloria. i. cum gloria.
10. *Peccator*, Hier. & Chald. impius.
Videbit, ſcilicet, iuſti felicitatem. *Iraſcetur*, id eſt, indignabitur.
Tabeſcet, ſc. præ inuidia. *Peccatorum*, Hieron. & Chald. impiorum. *Peribit*, i. fruſtrabitur.

CXII. *Inuitatio ad Dei laudem.*

1. P*Ueri*, Hier. & Chald. ſerui.
2. *Sit benedictum*, i. celebretur. *Nunc*, i. tempore, ſeu momento. *Saculum*, Hier. æternum.
3. *Laudabile*, i. dignum quod laudetur.
4. *Super*, i. pluſquam.
5. *Altis*, ſc. cœlis.
6. *Humilia*, i. humiles, vel, q.d. infima quæque curat.
7. *Suſcitans*, i. eleuans. *Stercore*, i. ſordibus, ſeu abiecta conditione.
8. *Domo*, i. familia, ſcilic. fœcundans, prolemque dans.

CXIII. *De liberatione ex Ægypto.*

1. D*Omus*, id eſt, familiæ.
Barbaro, i. alterius linguæ.
2. *Iudæa* Hier. *Iudas*, i. populus Iudaicus.
Sanctificatio, i. particeps ſanctitatis, q.d. ei conſecrata. Chald. Vnita eius ſanctitati. *Poteſtas*, q.d. eius poteſtati, ſeu ditioni ſubiecta.
3. *Mare*, ſc. rubrum. *Vidit*, i. ſenſit Dei præſentiam. *Fugit*, i. receſſit.
4. *Exultauerunt*, Hieronym. & Chaldæus, ſubſilierunt, ſcilicet, cum legem daret, agitabatur Sinai mons.
7. *A facie*, i. præſentia Aug. *Mota eſt*. Hieron. & Chald. contremiſcit.
8. *Stagna*, Hier. paludes. Chald. riuum. *Rupem*, Hier. ſilicem.
1. *Non nobis*, &c. Hic incipit Pſalmus 15. apud Hæbræos. Chald. non propter nos Domine non propter meritum noſtrum.
Super miſericordia, &c. Hier. propter miſericordiam, &c. *Veritate*, i. fide, qua ſc. promiſiſti te adfuturum nobis. Aug. miſericordia vocante, & veritate iudicante.
2. *Ne quando*, pro ne forte.
3. *Calis*, ſc. eſt.
8. *Fiant*, i. digni ſunt qui fiant.
9. *Sperauit*, pro, ſperat.
11. *Sperauerunt*, pro, ſperant.
12. *Benedixit*, Hieron. & Chald. benedicet, & ſic in ſequentibus.
13. *Puſillis*, Hier. paruis.
14. *Adiiciat*, &c. quaſi dicat, augeat vos, vel addat beneficia.
15. *Benedicti*, ſc. eſtis, vel, ſitis.
16. *Cœlum Cœli*, i. ſupremum cœlum. *Domino*, ſcilicet, ſedes eſt.
17. *Laudabunt*, ſcilicet, corpore, ſeu ore, ſeu apud viuos.
18. *Benedicimus*, Græc. Hieronym. & Chaldæus, benedicemus.
Nunc, i. momento, ſeu tempore.
Seculum, Hier. & Chald. æternum.

CXIV. *De Dei auxilio.*

1. D*Ilexi*, pro, diligam. ſc. Dominum. *Exaudiet*, pro, exaudiuit.
2. *Diebus meis*, i. dum viuam. *Inuocabo*, q.d. ad ipſum confugiam.
3. *Mortis*, i. mortiferi, q.d. fui morti proximus.
Inferni, i. ſepulcri, q.d. mortis. *Inuenerunt*, id eſt, apprehenderunt.
4. *Nomen Domini*, i. Dominum. *Inuocaui*, ſc. dicens quod ſequitur.
6. *Paruulos*, Chald. ſimplices. *Humiliatus*, id eſt, afflictus Hier. attenuatus.
7. *Requiem*, i. tranquillitatem.
8. *Morte*, ſc. peccati, vel corporis.
9. *Placebo Domino*, Hier. & Chald. ambulabo coram Domino, i. ſtudebo ei placere.
In regione viuorum, i. inter viuos, qui pene perieram, niſi me Deus liberaſſet.

CXV. *Continuatio, eiuſdem materiæ.*

10. C*Redidi*, Apud Hebræos coniungitur hic Pſalm. præcedenti, qui apud eos eſt 116.
Propter quod locutus ſum, Chald. propterea loquar. q.d. prædicabo Dei benignitatem. *Hummiliatus*. Hier. afflictus.
11. *Exceſſu*. Hieronym. ſtupore, ſcilicet, animi afflicti, & mœſti.
Mendax, Hieronym. mendacium, q.d. non eſt quod quiſquam fidat hominibus, ita ſunt fallaces omnes.
12. *Retribuit*, pro, tribuit.
13. *Calicem*, &c. i. imitabor Chriſti paſſiones. Aug. vel q.d. gratias agam. ſolebant enim liberare in ſacrificiis prog ratiarum actione.

P 14. Reddam

14. *Reddam*, i. soluam.
15. *Pretiosa*, &c. q. d. defendit suorum vitam.
16. *Ancilla*, q. d. piæ matris, teque colentis.
17. *Laudis*, i. gratiarum actionis.
Inuocabo, i. prædicabo. Vide Deut. 32.

CXVI. *Inuitatio ad Dei laudem.*

2. *Confirmata*, i. stabilita, Hieronym. confortata. Chald. roborauit super nos beneficentiam suam, quasi d. magna est in nos misericordia sua, scilicet, misso Christo. Vide Rom. 15. *Veritas*, sc. in promissis.

CXVII. *Gratiarum actio & congratulatio, & de Christo.*

1. *Bonus*, scilicet, & benignus, & beneficus. *Seculum*, Hieron. & Chald. æternum, & sic in sequentibus.
3. *Domus*, i. familia.
5. *In latitudine*, sc. me constituens, i. consolatione, quæ angustiæ opposita.
7. *Despiciam*, i. ex alto aspiciam, sc. puniri, Chal. videbo vltionem in.
8. *Bonum est*, Hier. melius est.
10. *Omnes*, i. plurimæ. *Circuierunt*, i. obsederunt, seu oppugnarunt. *Et*, pro, at.
Quia, abundat, vel pro, certe positum, Græc. non est, at Hebræus, Chaldæus, vertit, propterea.
12. *In spinis*, q. d. magno fragore, seu impetu aggressi, sed statim extincti.
13. *Impulsus*, scilicet, ab eis. *Euersus sum*, Hieronym. impellebar. *Suscepit*, Hier. sustentauit, Chald. adiuuit.
14. *Laus*, i. laudis materia. *In salutem*, q. d. me saluauit, Chald. fuit mihi redemptor.
15. *Exultationis*, Hier. & Chal. laudis, sc. auditur. *Salutis*, i. pro salute gratiarum actionis.
18. *Et*, pro, at.
19. *Iustitiæ*, i. templi, quod iustitiam & sanctitatem in introeuntibus requirit.
20. *Intrabunt*, q. d. non decet nisi iustos intrare. explicat quod dixerat proxime.
22. *Lapidem*, scilicet, Christum. *Ædificantes*, sc. Sacerdotes, & Pharisæi populi instructores. *In caput*, pro, caput. *Anguli*, scil. vtrumque populum connectens.
24. *Dies*, scilicet, humanæ redemptionis. *Fecit*, sc. singulariter.
25. *Saluum me fac*, Græc. & Hieronym. salua, sc. Regem à te missum seu Christum. sic, Hosanna filio Dauid. Mat. 21.
Bene prosperare, i. da prosperum successum, scil. Regi, prosperare, pro, prospera, Græc. εὐόδωσον.
26. *Benedictus*, quasi dicat, benedicatur, seu celebretur.
Nomine, i. mandato, seu virtute.
Benediximus, pro, *benedicimus*, i. bene precamur. est autem sacerdotum vox, secundum quosdam. *Vobis*, sc. ô Populi.
Domo Domini, i. templo.
27. *Deus Dominus*, quasi dicat, Dominus, quem colimus, verus est Deus. *Illuxit*, Hier. apparuit. Forte Christi aduentus indicatur.
Constituite, i. celebrate, Hier. frequentate, Chal. ligate puerum ad sacrificium solemnitatis catenis, donec sacrificaueritis eum, & effuderitis sanguinem in cornu altaris.
In condensis, q. d. arborum ramis templum ornantes, Hier. in frondosis.

CXVIII. *De præceptorum Dei obseruantia.*

Nota, *In hoc Psalmo Dei præcepta vocari etiam mandata, æquitatem, iudicia, iustitias, iustificationes, testimonia, verbum, verba, eloquium, eloquia, sermones, viam, vias, legem, veritatem, & ordinationem, idque singulis ferè versibus.*

ALEPH, i. *Doctrina. Quamquam de Interpretatione harum litterarum non oportet esse solicitum, solum enim indicant à qua litera incipiant Hebraice sequentis Psalmi versus omnes.*

1. *Immaculati*, id est, integri, seu puri, Chaldæus, perfecti.
Via, i. vitæ instituto, seu moribus.
2. *Scrutantur*, i. diligenter inuestigant, Hieron. & Chald. custodiunt. *Testimonia*, sic vocantur Dei præcepta, quod per ea testetur, quid velit. In toto, pro, & in toto, in autem, pro ex.
3. *Ambulauerunt*, pro, ambulant.
4. *Nimis*, q. d. diligenter obseruari.
5. *Iustificationes*, sic vocantur Dei præcepta, quod per eorum obseruationem iustificemur, crescentes, scilicet, in iustitia, quam Theologi iustificationem secundam vocant, de qua & illud intelligunt: Qui iustus est, iustificetur adhuc, Hieron. præcepta, Chald. decreta.
6. *Confundar*, i. pudefiam. *Prospexero*, i. animum intendero.
7. *Directione*, i. rectitudine.
In eo, quod didici Hieronym. & Chaldæus, cum didicero.
Iudicia, sic præcepta dicuntur, quod Dei iudicium seu sententiam contineant. vel iudicia, q. iustitiæ. *Iustitia tua*, i. à tua iustitia profecta.
8. *Vsquequaque*, Chald. prorsus. Quidam cum, custodiam, iungunt.

BETH, i. *Domus.*

9. *Corrigit*, Chaldæus, purificabit. *Adolescentior*, Hieron. iuuenis, Chald. puer. *Viam*, i. vitæ rationem.
10. *Repellas*, Hier. & Chald. errare facias.
11. *Abscondi*, i. reposui, vel recondidi.
Tibi, i. contra te, Chald. coram te.
13. *Pronunciaui*, id est, prædicaui, Hier. & Chald. narraui.
Oris tui, i. ore tuo prolata.
14. *Diuitiis*, sc. solent alij delectari.
15. *Exercebor*, Hieronym. meditabor. Chald. Loquar.
Considerabo, Hier. contemplabor.
16. *Meditabor*. Hier. & Chald. delectabor.

GIMEL, i. *Retributio, vel perfectio, seu plenitudo.*

17. *Retribue*, pro, tribue, Chal. retribue bonum.

Viuifica

Viuifica me, q. d. tribue, vt viuam, Hier. viuam, Chald. & viuam.

18. *Reuela*, i. illumina. *Mirabilia*, i. mysteria. *De lege tua*, pro, legis tuæ.

19. *Incola*, Hieron. aduena, Chald. peregrinus. *Mandata*, i. mandatorum intelligentiam.

20. *Concupiuit desiderare*, i. vehementer desiderauit.

21. *Increpasti*, i. punisti, vel minatus es, seu arguisti.

22. *Opprobrium*, sc. quo me afficiunt inimici. *Exquisiui*, Hier. & Chald. custodiui.

23. *Sederunt*, sc. pro tribunali. *Exercebatur*, Hier. meditabatur.

24. *Meditatio*, Hier. & Chald. voluptas. Consilium, i. quod consulo in dubiis, seu, si quid agendum est.

DALETH, i. *Ostium, vel tabula*.

25. *Pauimento*, Hier. & Chald. pulueri, q. d. parum absum à sepulcro, seu morte. *Verbum*, i. promissa, seu potius præcepta, q. d. fac me viuere secundum legem tuam.

26. *Vias*, i. facta, seu vitæ rationem totam. *Enuntiaui*, Hier. exposui, sc. tibi.

27. *Instrue me*, Hieronym. & Chald. fac me intelligere.

Exercebor, Hieron. & Chald. loquar. *Mirabilibus*, sc. operibus.

28. *Tædio*, i. anxietate, Græc. acedia, Hieron. stultitia, Chald. dolore *Confirma*, Hier. serua, Chal. viuifica.

Verbis, i. præceptis.

29. *Iniquitatis*, Hier. & Chald. mendacij. *De lege tua*, i. secundum legem tuam, vel q. d. da gratiam seruandi legem tuam.

30. *Veritatis*, Hier. & Chald. fidei, q. d. viam fidelem, seu rectam. Vide Gen. 24. vbi pro recto itinere, Heb. est via veritatis.

31. *Confundere*, sc. spe frustratum.

32. *Cucurri*, Hier. & Chald. curram. *Cum dilatasti*, Chald. cum dilataueris, Hier. quoniam dilatasti, sc. gratia tua recreans.

HE, i. *Ista*.

33. *Legem pone mihi*, Hier. ostende mihi, Chald. doce me sc. viam, &c. *Exquiram*, Hieron. & Chald. custodiam.

34. *Et scrutabor*, pro, vt scruter, Hier. & Chald. & obseruabo. *Et custodiam*, q. d. scrutabor vt custodiam.

35. *Ipsam volui*, i. id semper optaui.

36. *Auaritiam*, i. cupiditatem prauam. Chald. mammonam, i. pecuniam.

37. *Via*, i. præceptis. *Viuifica*, Chaldæus, sana, quasi dicat, fac me viuere secundum legem tuam.

38. *Statue*. Hieronym. suscita, Chald. confirma, quasi dicat, confirma me in timore præceptorum tuorum.

39. *Amputa*, Hieronym. auerte, Chaldæus, amoue. *Opprobrium*, sc quo me afficiunt quidam, quod tibi seruiam, vel patiendum malis in die iudicij.

Suspicatus sum, Hier. reueritus sum. Chald. timui.

Iucunda, q. d. quod delecter præceptis tuis, Hier. & Chald. bona.

40. *Æquitate*, Hieronym. & Chaldæus. iustitia, quasi dicat, in lege tua iusta, sic sup. in via tua viuifica me.

VAV, i. *&*.

41. *Salutare*, Hier. salus. *Secundum eloquium*, i. in obseruatione præceptorum.

42. *Quia speraui*, i. quod sperarim.

Sermonibus, i. præceptorum obseruatione.

43. *Vsquequaque*, Chald. penitus. *Quia in iudiciis*, & q. d. hanc veritatem, quod confido præceptis tuis. *Supersperaui*, i. valde speraui.

44. *In sæculum*, &c. Hier in sempiternum, & vltra.

45. *Ambulabam*, Hier. & Chald. ambulabo. *Latitudine*, q. d. libere, seu secure.

46. *Loquebar*. Hier. & Chald. loquar. *Confundebar*, Hier. & Chald. confundar.

47. *Meditabar*, Hier. & Chald delectabor.

48. *Leuaui*, Hier. & Chald. leuabo, sc. vt faciam. *Exercebor*, Hier. & Chald. loquar. *In*, Chald. de.

ZAIN, i. *huc, vel hac*.

49. *Verbi*, i. præceptorum, q. d. da mihi præcepta tua seruandi gratiam.

Seruo, pro ad seruum tuum, q. d. mihi datorum. *In quo*, i. in quorum obseruatione.

50. *Hæc*, &c. pro, id, me consolatum est, sc. quod præcessit, vel quod sequitur, Hieronym. & Chald. hæc mea consolatio. *Eloquium*, i. præceptorum obseruatio.

51. *Superbi*, sc. legis Dei contemptores. *Inique agebant vsquequaque*, Hieron. & Chald. deridebant me nimis.

52. *A sæculo*, i. iam inde à principio, datorum, sc. præceptorum.

53. *Defectio*, i. animi deiectio, seu tristitia Hier. horror. Chald. tremor.

54. *Cantabiles*, pro, cantiones, Hieron. carmina, Chald. hymni. *Erant*, pro, sunt.

55. *Et custodiui*, pro, vt custodirem.

56. *Hæc facta est mihi*, Hieronym. hoc factum est mihi, i. id mihi curæ fuit, vel ea quæ dixi, mihi acciderunt, Chald. id mihi fuit ad meritum, scilicet, quod sequitur. *Exquisiui*, Hier. & Chald. custodiui.

CHET, i. *Vita*.

57. *Portio*, Hier. & Chald. pars, q. d. mihi pro hæreditate est austodia legis tuæ.

58. *Faciem tuam*, i. te. *Secundum eloquium*, i. vt postulat tuorum præceptorum obseruatio, vel vt promisisti.

49. *Vias meas*, Chald. bonas facere vias meas.

60. *Paratus sum, & non sum turbatus*, Hieron. festinaui, & non neglexi, Chald. festinaui, & non distuli.

61. *Funes*, i. vincula, seu laquei aut retia, vel insidiæ, Chald. cohors. *Peccatorum*, Hieron. & Chald. impiorum.

62. *Surgebam*, Hieron. & Chald. surgam. *Super* i. de, Chald. propter. *Iustificationis*, Hier. & Chald. iustitiæ.

63. *Particeps*, Chald. socius, q. d. vnus ex numero.

TETH, i. *Bonum*.

65. *Bonitatem*, Hieron. bene. *Secundum verbum tuum*, i. dando, seu docendo tua præcepta, vel, secundum promissum tuum.

66. *Bonitatem*, scil. voluntatis. *Disciplinam*, id est, mortificationem passionum.

Scientiam, sc. intellectus. *Credidi*, scil. obediens tanquam tuis.

67. *Humiliarer*, Chald affligerer.

Propterea, q. d. factus cautior, Hieron. & Chald. nunc autem.

68. *In bonitate*, i. pro bonitate.

69. *Super*, i. contra. *Scrutabor*, Hier. seruabam, Chald. seruabo.

70. *Coagulatum*, &c. q. d. obstinati sunt, Hier. incrassatum est, velut adeps, &c.

Meditatus sum, Hier. & Chald. delectabar.

71. *Humiliasti*, i. afflixisti. *Discam*, Hieronym. discerem.

72. *Bonum mihi*, Hier. melior est mihi. *Oris tui*, i. à te præcepta.

IOD, i. *Principium.*

73. *Manus tuæ*, i. potentia, & sapientia. *Fecerunt.* sc. animam. *Plasmauerunt*, sc. corpus. *Da mihi intellectum*, Hic. doce me.

74. *Verba tua*, i. promissa, vel, per verba tua, q. d. per præceptorum obseruationem speraui præmium. *Supersperaui*, Hier. & Chald. expectaui, sc. mercedem.

75. *Æquitas*, Chald. iusta. *In veritate*, id est, merito.

Humiliasti, Hier. & Chald. afflixisti.

76. *Fiat*, q. d. sic agat. *Secundum eloquium tuum*, i. obseruando tua præcepta, vel, vt promisisti. *Seruo tuo*, i. mihi, sc. præceptum.

77. *Viuam*. sc. vita beata, Aug. *Meditatio*, Hier. & Chald. delectatio.

78. *Exercebor*, Hier. & Chald. loquar.

79. *Conuertantur mihi*, Hier. reuertantur ad me, q. d. iungantur mihi.

80. *Immaculatum*, Hier. perfectum.

CAPH, i. *Manus.*

81. *Defecit*, sc. præ desiderio, Chald. desiderauit. *In salutare tuum*, Chald. redemptionem tuam. *Verbum*, i. promissum, vel q. d. in præcepta, scil. quibus adiunxisti promissionem mercedis, si obseruentur.

82. *In eloquium*, i. promissum, vel obseruando præcepta.

83. *Sicut vter*, &c. q. d. contracta cute macilentus.

In pruina, Chald. ad fumum. *Non*, pro, tamen non.

84. *Quando*, i. vsque dum. *Iudicium*, sc. puniens.

85. *Mihi*, i. de me, seu contra me. *Fabulationes*, i. vana, seu nugas. *Non vt lex tua*, q. dicat, non secundum legem tuam id faciunt, vel nihil simile legi tuæ loquuntur mecum.

86. *Veritas*, Hieron. vera. *Inique*, Hier. & Chald. falso.

87. *Paulo minus*, id est, parum abfuit, quin. *Consummauerunt*, Hieronym. & Chald. consumpserunt.

In terra, pro, in terram, sc. deiectum.

LAMED, i. *Disciplina vel cor.*

89. *Verbum*, i. præceptum, quod veluti dedisti cœlo.

90. *Veritas*, i. præceptum positum terræ.

91. *Ordinatione*, i. præcepto. *Dies*, i. temporum successio.

92. *Meditatio*, Hier. & Chald. delectatio. *Tunc*, sc. cum affligebar. *Humilitate*, Hier. pressura, Chald. afflictione.

93. *In ipsis*, i. per ipsas.

94. *Exquisiui*, sc. vt facerem.

95. *Intellexi*, Hier. considerabo.

96. *Omnis Consummationis*, &c. quasi dicat, omnia quamuis perfecta finem habent: at lex tua perpetua. *Latum*, quasi dicat, longissimè se extendit.

MEM, i. *ex ipsis.*

97. *Quomodo*, Hier. quam q. d. ô quantum.

98. *Super*, i. plusquam. *Mihi*, Chald. apud me.

100. *Quæsiui*, Hier. & Chald. seruaui.

102. *Posuisti*, i. præscripsisti.

104. *Intellexi*, sc. quid agere debeam.

NVN, i. *Pascua, vel sempiternum.*

106. *Statui*, Hier. perseuerabo. *Iustitia tua*, i. à tua iustitia profecta.

107. *Humiliatus*, Hier. afflictus. *Vsquequaque*, Chald. vehementer.

108. *Voluntaria*, Chal. oblationes, sc. spontaneas. *Oris*, sc. laudes, & gratiarum actiones. *Beneplacita*, sc. tibi, q. d. gratanter accipe.

109. *In manibus meis*, Chald. periclitatur, ac si esset in superficie manus.

110. *Et*, pro, & tamen. *Erraui*, i. discessi, seu declinaui.

111. *Hæreditate acquisiui*, i. pro hæreditate habui, Hier. hæreditas mea.

112. *In æternum propter*, Hier. propter æternam. *Retributionem*, i. præmium.

SAMECH, i. *Firmamentum, vel adiutorium.*

113. *Dilexi*, pro diligo.

115. *Declinate*, Hier. recedite. *Scrutabor*, Hier. & Chald. custodiam.

116. *Suscipe.* Chald. sustenta. *Secundum eloquium tuum*, i. promissum, vel in obseruatione tuorum præceptorum.

Viuam, sc. vita gratiæ, seu spirituali. *Ab expectatione*, sc. frustratum.

117. *Meditabor*, Hier. delectabor.

118. *Spreuisti*, Hier. abiecisti, Chald. conculcasti. *Iniusta*, Hier. & Chald. mendax.

119. *Præuaricantes*, i. legis tuæ transgressores, Hieron. quasi scoriam. *Reputaui*, q. d. habui eos loco quo debui, Hier. computasti. *Peccatores*, Hier. & Chald. impios.

120. *Confige carnes meas*, Hier. horripilauit caro mea, Chald. inflammatur caro mea.

AIN, i. *Oculus, vel fons.*

121 *Iudicium & iustitiam*, i. præcepta tua plena iustitia, & iudicio. *Tradas*, i. tradi permittas.

122. *In bonum*, i. benefaciens.

123. *Defecerunt*, i. ardenter expectarunt. *Eloquium iustitiæ*, i. præcepta iusta.

125. *Sciam*, Hier. cognoscam.

126. *Faciendi*, Hier. vt facias, sc. vindictam, Chaldæus, faciendi voluntatem Domini.

127. *Ideo*, sc. quia punis transgressores.

Topazion, lapis est pretiosus, sic dictus ab Insula, Chald. Obrizum.

128. *Dirigebar*, i. me recte componebam.

PE, i. *Os.*

129. *Scrutata est*, Hier. & Chald. custodiuit.

130. *Paruulis*, Chald. simplicibus.

131. *Aperui*, sc. vt solent fatigati, vel expectantes magno desiderio. *Attraxi spiritum*, Hieronym. respiraui.

Desiderabam, sc. facere, vel q. d. amaui.

132. *Secundum iudicium*, i. legem, q. d. vt soles, Chald. pro consuetudine.

134. *Redime*, i. libera.

135. *Illumina*, q. d. ostēde hilarem, & beneuolam.

136. *Exitus*, i. riuos, Chald. fluenta. *Custodierunt*, sc. impij, vel oculi.

TSADE, i. *Iustitia.*

137. *Iudicium*, i. præceptum.

138. *Testimonia*, pro, nempe testimonia.

Nimis, sc. seruari.

139. *Tabescere me fecit*, Hier. consumpsit me.

Zelus, i. studium erga legem tuam.

140. *Ignitum*, i. velut igni probatum, Chaldæus, purum.

141. *Adolescentulus*, pro, velut adolescentulus, scilicet, qui solet contemni, Hier. & Chald. paruulus, scil. ætate. *Contemptus*, Hieron. contemptibilis.

142. *In æternum*, Hieron. sempiterna. *Veritas*, i. stabilis, seu constans.

143. *Medit*

143. *Meditatio*, Hier. voluptas, Chald. deliciæ.
144. *Æquitas*, i. æquissima, Hier. iusta.

COPH, i. *Vocatio, vel Simia.*

145. *Requiram*, Hier. & Chald. custodiam.
147. *Praeveni*, sc. alios, Hier. surgebam. *In maturitate*, i. tempore immaturo. Hier. adhuc in tenebris, Chald. in aurora. *Verba*, i. præcepta, q. d. in præceptorum obseruatione.
149. *Iudicium*, Chald. iudicia
151. *Prope*, sc. tuos. *Via*, i. præcepta, Hieronym. & Chald. mandata. *Veritas*, pro, vera.
152. *Initio*, scil. ætatis meæ, seu discretionis, q. d. ex quo cœpi ratione vti, seu legi tuæ studere. Hieronym. à principio.
Fundasti, i. stabilia esse voluisti.

RES, i. *Caput.*

153. *Humilitatem*, Hier. afflictionem.
154. *Iudica iudicium meum*, Chald. age causam meam. *Propter eloquium tuum*, Hier. & Chald. in sermone tuo, i. præceptis tuis.
156. *Iudicium tuum* Hier. & Chald. iudicia tua, i. præcepta.
158. *Tabescebam*, Hier. mœrebam.
159. *In*, i. pro.
160. *Principium*, Hier. caput, q. d. summa, vel à principio ad finem vsque vera sunt.

SCIN, i. *Deus.*

161. *Gratis*, i. sine causa. *A verbis tuis*, scilicet, ne discederem.
162. *Lætabor*, Chald. lætor. *Inuenit*, præsens est.
163. *Iniquitatem*, Hieron. mendacium. Chald. falsitatem.
164. *Super*, Chald. propter.
165. *Pax*, i. tranquillitas. *Scandalum*, i. offendiculum.
168. *In conspectu tuo*, i. tibi notissimæ.

THAV, i. *Signum.*

169. *Appropinquet*, i. admittatur.
Eloquium tuum, i. legem tuam.
171. *Eructabunt*, Hier. & Chald. fundent. *Hymnum*, i. laudem.
172. *Pronuntiabit*, Hieron. loquetur, Chald. narrabit.
Æquitas, Hier. iusta.
173. *Fiat* Hier. & Chal. fit, q. d. adsit.
174. *Meditatio*, Hier. voluptas.
175. *Viuet*, q. d. dum viuet, Chald. viuat, sc. spiritualiter.
176. *Quæ periit*, i. perdita, seu peritura.

CXIX. *De Dei exauditione in tribulatione.*

1. GRadum, Chald. quod dictum est super gradibus, q. d. quod à Leuitis in festis decantabatur super templi gradibus quindecim, tot enim fuisse dicuntur. Alij putant dictos sic, quod contineant in Deum ascensiones & velut gradus quosdam mentis.
2. *Iniquis*, Hier. & Chald. mendacij.
3. *Ad linguam dolosam*, quasi dicat, quid potest esse peius dolosis? vel quid, ô dolose, ex lingua fructus capis? Hieronym. & Chald. à lingua dolosa, quasi dicat quid potest expectari à dolosis, scilicet, nisi quod sequitur? vel, quod proxime dixi?
4. *Sagitta*, pro, velut sagittæ, sc. sunt. *Potentis*, i. à potente emissæ. *Cum carbonibus*, q. d. ignitæ.
Desolatoriis, i. vastantibus, Hier. iuniperorum, Chald. genistarum.
5. *Incolatus* Hier. peregrinatio. *Cedar*, Regio est Arabiæ, sc. ibi Dauid exulabat.
6. *Incola*, sc. in ea regione.
7. *Loquebar*, sc. pacifice.
Gratis, i. sine causa.

CXX. *De Dei auxilio.*

1. IN *montes*, i. cœlos.
3. *Dei*, Chaldæus, dabit, quasi dicat, non permittet labi.
Dormitabit, q d. dormitantis more negliget.
4. *Neque dormiet*, postponitur more Hebræo, quod Latino præponeretur: quidam tamen dicunt idem significari, esseque repetitionem, more scripturæ.
5. *Super manum*, &c. quasi dicat, ad dexteram tibi assistens: sic alibi: à dextris est mihi, ne commouear.
6. *Vret*, Hier. & Chald. percutiet, *Nec luna*, sc. nocebit.
8. *Custodiat*, Chald. custodiet. *Introitum, & exitum*, i. conuersationem, seu omnes vitæ actiones. Vide Deut. 28. 2. Reg. 17. 3. Reg. 3.

CXXI. *De studio sanctorum in adeundo Templum Dei.*

1. QVæ dicta, &c. quasi dicat, cum audirem dicentes.
Domum, i. templum *Ibimus*, pro eamus.
2. *Stantes erant*, pro, stabunt, vel q. d. cum venissemus, stabant. *Atriis*, Hieronym. & Chald. portis.
3. *Ædificatur*, pro, est ædificata. *Vt ciuitas*, &c. quasi dicat, vt ciuitas concors, cuius, sc. ciues sunt vnanimes *Eius*, abundat, more Hebræo. *In idipsum*, Hier. simul.
4. *Testimonium*, pro, iuxta testimonium, i. Dei præceptum, sc. factum Israeli, vel, vt testimonium reddat de Deo ipse Israel, sc. eum laudando, vt statim dicitur.
Israel, datiuus est, sed forte pro genitiuo, sic enim dicitur, Psalmus Dauidi pro, Dauidis.
5. *Sederunt*, id est, constitutæ sunt. *In indicio*, Chald. ad iudicium. Super domum, id est, in familia.
6. *Rogate quæ ad pacem*, Hieronym. rogate pacem, Chald. rogate pro pace *Ierusalem*, Græc. est accusatiuus, q. d. salutate Ierusalem. Hebræis enim rogare pacem, seu pro pace, seu de pace est salutare, sc. dicendo, Est ne pax? id est, vt vales? *Abundantia*, sc. sit. Hier. bene sit, sc. id est optandum, & precandum ei.
7. *Fiat*, Hieron. Chald. sit. *Virtute*, i. exercitu, vel munitione, Hier. muris, Chald. exercitu. *Turribus*, Hier. domibus, Chald. prætoriis.
Proximos, Hieron. amicos, Chald. socios *Loquebar pacem de te*, i. tibi pacem precabar, Hieron. loquar pacem tibi.
9. *Quæsiui*, Hier. & Chald. quæram.

CXXII. *Petitio auxilij à Deo.*

2. IN *manibus*, pro, ad manus, sc. respiciunt, cum indigent aliquo Hier. ad manum.
4. *Opprobrium & despectio*, sc. facti sumus, Hier. & Chaldæus, opprobrio, & despectione, vt sit repetitio.
Abundantibus, Chald. opulentorum.

CXXIII. *Gratulatio ob liberationem ab hostibus.*

1. *NIsi quia*, i. non. *Erat*, Hier. fuisset. *In nobis*, sc. adiuuans nos.
3. *Forte*, Chald. tunc.
4. *Forsitan*, Chaldæus tunc.
Absorbuisset, i. obruisset.
Pertransiuit, Hier. transisset, q. d. incidisset in mala grauissima, id enim significatur nomine aquæ & torrentis.
Intolerabilem, q. d. inpertransibilem.
6. *Captionem*, Hier. prædam, Chal. cibum.
8. *Nomine Domini*, i. Domino, sc. situm est.

CXXIV. *De confidentia in Deo.*

1. *NOn*, pro, qui non, q. d. qui est immobilis. *Habitat*, pro, situs est.
2. *Eius*, sc. Ierusalem. *Et Dominus*, pro, sic Dominus.
3. *Relinquet*, i. permittet, sc. dominari. *Virgam*, i. sceptrum.
Sortem, i. hæreditatem. *Extendant*, sc. Tyrannorum exemplo, vel metu.
5. *Obligationes*, i. vincula, sc. peccatorum. Hier. prauitates. Chald. obliquationes.
Adducet, sc. in locum eis debitum, Hieron. deducet, Chald. deducet in gehennam, q. d. condemnabit eos, qui deserunt viam iustitiæ, simul cum illis, qui semper iniqua operati.
Pax, sc. sit. Vide Gal. 6.

CXXV. *De liberatione per Christum.*

1. *IN conuertendo*, Hier. cum conuerteret.
Consolati, q. d. ita sumus lætati, vt qui valde consolantur, Hier. somniantes, q. d. tantum erat gaudium, vt putaremus somnium esse, sc. vix credentes nos liberatos, Chaldæus euigilantes è somniis.
2. *Gaudio*, Hier. & Chal. risu.
Exultatione, Hier. laude.
3. *Magnificauit facere*, pro, magnifice fecit.
4. *Torrens*, sc. impletur aquis, & velut exhilaratur siccitate liberatus.
Austro, id est, deserto ad Austrum, vel q. d. flante Austro.
5. *Qui seminant*, &c. q. d. ex tribulationibus nostris velut semine colligentur fructus lætitiæ, & suauium præmiorum.

CXXVI. *De Dei auxilio.*

1. *ÆDificauerit domum*, i. prolem dederit, seu rem domesticam auxerit. vide Exod. 1. 2. Regum 7. 1. Paralip. 17.
Ædificant, i. conantur prolem habere, seu opes acquirere.
2. *Vanum*, sc. Deo non iuuante. *Surgite*, sc. Deo freti, vel q. d. Surgite sane ad laborem, quo victum quæritis, nihil sine Deo efficietis.
Sederitis, i. quieueritis, seu cessaueritis, q. d. redite ad laborem.
Doloris, i. labore partum.
3. *Somnum*, i. quietem, seu mortem.
Hæreditas, sc. electis dabitur.
Filij, sc. sunt, quibus danda, vel q. d. dat Deus suis quiescentibus filios.
Merces, Chaldæus præmium bonorum operum.
Fructus, genitiuus est, Græc. q. d. Filij ipsi sunt velut merces piis à Deo data, vel electi sunt velut merces Christi; ipse enim est fructus virginei ventris.
4. *Excussorum*, pro, excussi, i. expediti, sc. validi, Hier. iuuentutis, i. iuuenes (vide Neh. 4.) sc. magno adiumento sunt patri vt sagittæ potenti.
5. *Impleuit*, &c. q. d. qui filiis abundat, quos optauerat.
Loquetur, sc. contendens. *Porta*, i. iudicio, in portis n. vrbium iudicia fiebant.

CXXVII. *De Dei timore & cultu.*

2. *LAbores*, i. parta labore. *Quia*, Hier & Chald. cum.
Erit, Chald. erit in mundo venturo.
3. *Abundans*, Hier. & Chal fructifera.
Lateribus, i. intra latera, seu parietes, Hier. penetralibus.
4. *Nouella*, i. plantulæ, Hier. germina.
5. *Sion*, sc. cælesti.
6. *Pacem*, pro, & pacem.

CXXVIII. *De Dei auxilio contra hostes.*

1. *EXpugnauerunt*, pro oppugnauerunt.
Dicat, i. dicere potest.
2. *Etenim*, Hier. & Chald. sed non. *Mihi*, sc. nocere, seu præualere.
3. *Dorsum*, Chald. corpus. *Fabricauerunt*, sc. molestias.
Prolongauerunt, i. continuarunt.
6. *Exaruit*, q. d. antequam veniat mors naturalis immatura abripiantur.
8. *Non dixerunt*, sc. vt solet messoribus.
Benedictio, sc. sit, q. d. prosperet vos Dominus.
Benediximus, Chald. benedicimus.

CXXIX. *Oratio afflicti.*

1. *PRofundis*, q. d. ex profunda calamitate.
Clamaui, pro, clamo,
3. *Obseruaueris*, sc. vt punias. *Sustinebit*, i. ferre poterit, Chald. subsiste.
4. *Quia*, pro, certe. *Apud te*, Hier. tecum.
Propitiatio. Chald. indulgentia.
Legem tuam, sc. dignam obseruatu, vel q. d. morem, quo soles parcere, Græc. nomen tuum, Hier. cum sis terribilis.
5. *Sustinuit*, i. expectauit. *Verbo*, id est, promissione.
6. *Custodia*, Hier. vigilia. *Ad noctem*, quasi dicat, semper.
7. *Israel*, i. quisque ex Israel.
Redemptio, i. liberatio, seu saluatio.

CXXX. *De humilitate.*

1. *EXaltatum*, sc. superbe. *Oculi*, sc. in quibus solet fastus apparere.
Magnis, i. maioribus quam me decerent. *Me*, id est, vires meas, quasi dicat, excedentibus captum meum.
2. *Si*, &c. sub. accidat mihi quod mereor.
Sicut ablactatus, &c. q. d. accidat mihi quod puero ante tempus ablactato; vel, si non me demisse gero, & à te omnia expecto, vt puer ablactatus à matre, ab ea omnia expectat, reddatur mihi quod mereor supplicij.

CXXXI. *De*

CXXXI. *De Christo, & Ecclesia, sub figura Dauid & Templi.*

1. **M***ansuetudinis*, Hier. & Chal. afflictionis.
2. *Sion*, Hier. & Chal. qui.

3. *Si introiero*, &c. gradatio, more Hebræo, incipiens contra morem Latinorum, dicerent hi prius, si ascendero, &c. Simile quid est, Psal. 1.

4. *Et palpebris*, &c. repetitio est. *Temporibus*, id est, capiti.

5. *Locum*, sc. ædificando Templo. Fuit ei reuelatum, vbi esset construendum, 2. Reg. 24. Vide 1. Paral. 21. & 2. Paral. 3.

6. *Eam*, sc. mansionem, vel pro, id. *In Ephrata* sc. existentes.

Campis syluæ, id est, loco syluoso, scilicet, monte Moria.

7. *In loco*, &c. sc. ad propitiatorium, quod velut Dei scabellum.

8. *Requiem*, i. locum, vbi velut quiescas. *Sanctificationis tuæ*, i. quam tibi sanctificasti, Hier. fortitudinis tuæ, Chal. in qua lex tua.

9. *Sancti tui*, i. tibi consecrati, Chaldæus Leuitæ tui.

Exultent, Hier. & Chal. laudent.

10. *Dauid*, i. Dauidis virtutes, seu integritatem, vel promissionem ei factam de Christo, Chald. Dauid merita.

Auertas faciem, i. differas aduentum, vel q. d. ne reiiciendo preces facias confusum faciem auertere. Vide similem phrasim 3. Reg. 2. *Christi*, i. meam, vel Iesu, vt dictum est.

11. *Eam*, Hier. Chald. & Græc. eam sc. veritatem, q. d. non faciet irritam.

Ponam, Chald. Regem ponam.

12. *Testamentum*, Hier. & Chald. pactum. *Testimonia*, i. præcepta.

Et, pro, etiam, sc. custodierint, vel sedebunt. *Hæc*, subaudi, dicens.

15. *Viduam*, Græc. & Hier. venationem, i. cibum. Noster pro θήραν, videtur legisse χήραν. *Eius*, sc. Sion, & sic in sequentibus.

16. *Salutari*, i. salute, q. d. seruabo.

Exultatione, exultabunt, Hieron. & Chald. laude laudabunt.

17. *Illic producam*, Hier. ibi oriri faciam.

Cornu, i. potestatem Regiam. *Dauid*, i. Dauid, sc. Christum.

Lucernam, i. splendorem, seu posteritatem splendide regnantem. Vide 3. Reg. 11. & 15. & 2. Paral. 21. Christo, id est, Regi Dauid, vel Christo Ioannem.

18. *Sanctificatio mea*, i. iustificatio peccatorum, vel templum, Hieron. diadema eius, Chaldæus, corona eius.

CXXXII. *De concordia.*

1. **I***N vnum*, i. concordes.
2. *Vnguentum*, Hieron. vnguentum optimum, Chald. vnguentum bonum, sc. odoriferum. *In capite*, Chald. quod effusum super caput. *Oram*, scil. superiorem extremitatem, quæ circa collum.

3. *Qui*, pro, & qui. *Illic*, sc. super tales fratres.

CXXXIII. *Exhortatio ad Dei laudem.*

1. **S***Tatis*, sc. Sacerdotes & Leuitæ.
2. *In sancta*, i. versus sancta sanctorum.

3. *Te*, sc. qui id feceris.

CXXXIV. *Inuitatio ad Dei laudem.*

2. **S***Tatis*, i. ministratis.
3. *Nomini eius*, i. ei sc. ad honorem eius.

Suaue, scil. nomen, vel psallere. Hieron. decens, sc. celebrare, vel psallere.

4. *Possessionem sibi*, Hieronym. peculium suum, Chald. dilectum suum.

5. *Quia*, pro, certe.

6. *Abyssis*, i. aquis, seu locis profundissimis. Forte intelligit Infernum, Purgatorium, & Limbum, vel etiam corda humana, quæ magnæ certe abyssi.

7. *Extremo*, i. superficie, vel Oceano. *In pluuiam*, i. in pluuia, seu dum pluit. *Thesauris*, i. locis occultis.

9. *In Pharaonem*, i. contra Pharaonem.

13. *Memoriale tuum*, Chald. memoria tui.

14. *Deprecabitur*, Hieron. erit placabilis, q. d. cum iudicabit, parcet seruis suis. *Domus*, i. familia.

21. *Ex Sion*, pro, in Sion, vbi colitur.

CXXXV. *Idem.*

1. **M***Isericordia*, sc. durat, seu exercetur.
5. *Intellectu*, Hieron. sapientia, Chald. intelligentia, q. d. sapientissime.

6. *Super*, i. iuxta Aug. Vide Psalm. 136.

8. *In potestatem*, Chald. vt præesset.

13. *Diuisiones*, i. partes, q. d. separauit hinc inde aquas, vt possent Hebræi transire. Quidam tamen dicunt, diuisum in partes, seu vias duodecim, pro numero tribuum, vt commode transirent.

15. *Excussit*, Hier. conuoluit, Chald. submersit. *Virtutem*, Hieron. & Chald. exercitum.

21. *Hæreditatem*, sc. possidendam.

23. *Humilitate*, i. afflictione, seu oppressione hostium.

Redemit, i. eripuit.

25. *Carni*, i. animanti.

CXXXVI. *De captiuitate Babylonica.*

1. **H***Ieremia*, Græc. per, q. d. per Ieremiam postea extensus, sc. in Threnis.

Super, i. iuxta.

2. *In medio*, per medium enim Babylonis fluit Euphrates, vel medium intelligit regionis Babylonicæ.

Organa, i. instrumenta musica, Hieron. & Chaldæus, citharas.

3. *Interrogauerunt*, i. petierunt, Chal. rogauerunt. *Verba cantionum*, i. vt cantaremus.

4. *Aliena*, i. extranea, vel aliena à Dei cultu.

5. *Obliuioni detur*, sc. per mortem, Chal. obliuioni tradam, q. d. obliuiscar mei, vel artis psallendi.

6. *Faucibus*, Chal. palato, q. d. loqui non possim. *Si non proposuero*, &c. q. d. si de alia re plus læter, quam de restitutione Ierusalem. Quidam vertunt præposuero, quod magis verbum Græcum significat, quamquam lectio nostra eundem sensum facit. *In die*, i. calamitate, q. d. quid fecerint Idumæi cum vastaretur, & quid dixerint, sic Psalm. 36. quod veniat dies eius, i. calamitas. *Qui dicunt*, Hieron. dicentium, sc. tunc.

8. *Filia Babylonis*, sic Psalm. 44. Filiæ Tyri, sc. ciuium congregatio. *Retributionem*, Hieronym. vicissitudinem.

9. *Tenebit*, i. apprehenderit.

Allidet, Vide Isai. 13.

Tuos, sic Græc. Hebr. & Chald.

CXXXVII. *Dei laus & gratiarum actio.*

1. A*Ngelorum*, Hieron. deorum, Chal. iudicum.
2. *Super*, i. propter. *Misericordia*, scil. remittendo peccata, August. *Veritate*, sc. reddendo promissa, August. *Magnificasti*, i. fecisti apparere magnificum.

Omne, i. omnia. *Nomen*, i. celebritatem nominis, sc. tui ipsius famam, & venerationem.

3. *Multiplicabis*, pro, multiplica, i. auge. *Virtutem*, Hieron. fortitudinem.

4. *Confiteantur*, pro, confitebuntur. *Verba*, q. d. promissa impleta. *Oris tui*, Chal. laudis tuæ.

5. *Cantent*, pro, cantabunt. *In viis*, sc. ambulando. *Quoniam*, sc. id cantabunt.

6. *Respicit*, i. benigne aspicit. *A longe*, scil. non familiariter & amice, vel, q.d. e solio suo, seu maiestate excelsa. *Cognoscit*, sc. vt puniat, Chaldæus deprimet.

7. *Viuificabis*, i. seruabis. *Super*, i. contra.

Extendisti, præterita pro futuris, Hieron. mittes, Chal. pones. *Saluum*, fecit, Hieron. saluabit.

8. *Retribuet*, sc. hostibus meis quæ merentur. *Sæculum*, Hieron. & Chald. æternum. *Despicias*, Hieronym. dimittas, Chald. derelinquas, q. d. ne desine fauere.

CXXXVIII. *De Dei scientia, & Sanctorum innocentia.*

1. P*Robasti*, i. explorasti, Hieron. inuestigasti, Chald. scrutatus es. *Cognouisti*, i. approbasti. August.

2. *Sessionem*, &c. i. siue sedeam, siue surgam, q. d. omnes actiones meas.

3. *Semitam*, i. iter. *Funiculum*, i. mansionem in funiculo, seu hæreditate, vel vitæ seriem, seu filum, vel mensuram seu spatium, Hieron. & Chal. accubitum, q. d. siue ambulem, siue accubam. *Inuestigasti*, i. habes exploratum.

4. *Sermo*, q. d. etiam sermones omnes præuidisti, antequam loquar.

5. *Posuisti*, &c. quasi dicat, & formatum semper protexisti.

6. *Ex me*, præ me, q. d. mirabilior quam vt possim assequi. *Confortata est*, i. eleuata, Chald. ardua facta est. *Ad eam*, sc. pertingere.

7. *Spiritu*, i. indignatione, secundum quosdam, Chald. præsentia. *Facie*, Chald. conspectu. *Infernum*, i. terræ inferiora.

9. *Habitauero*, scil. eo volans. *Maris*, Chald. Occidentis.

10. *Etenim*, pro, etiam. *Illuc*, pro illic. Hieronymus, ibi.

10. *Deducet*, sc. quocunque volet. *Tenebit*, sc. vt solent teneri fugitiui, quasi dicat, nullo modo potero effugere.

11. *Et dixi*, pro, si dicam, i. cogitem apud me. *Conculcabit*, Hieron. operient, q.d. occultabunt.

Et nox, pro, at nox. *Illuminatio*, &c. q d. prodet quidquid quasi latens male egero, Hieron. lux erit coram me. *Deliciis*, q. d. prodet, voluptates, quibus solet noctu indulgeri.

12. *Non obscurabuntur a te*, i. apud te Hieron. tenebras non habent apud te. *Illuminabitur*, Hieronymus, lucet.

Eius, i. noctis. *Eius*, i. diei, q. d. perinde est apud te nox & dies, Chaldæus, tenebræ & lux apud te æquales.

13. *Possedisti*, i. pernosti: vel, q. d. tua sunt omnia, mea etiam interiora. *Suscepisti*, i. protexisti, Hieron. orsus es, Chal. fundasti.

De vtero, i. iam inde à natiuitate, Hieronym. & Chald. in vtero.

14. *Terribiliter*, i. mirabiliter. *Magnificatus es*, i. appares magnificus, sc. in mei formatione, Hier. magnificasti me. *Cognoscet nimis*, i. habet in quo proficiat, quotidie discendo, Chaldæus, euasit sapiens valde.

15. *Os meum*, q. d. ne vnum quidem ex ossibus meis, vel os pro membrum, sc. vllum, August. 3. doct. Christ. Mallem, inquit dici ossum, vt esset apertius. *Substantia mea*, sc. non est occultata à te. *Inferioribus terræ*, Chald. in vtero matris meæ, sc. facta à te.

16. *Imperfectum meum*, q. d. cum adhuc essem in vtero imperfectus. Hieron. informem adhuc me.

Omnes scribentur, sc. homines, vel dies, Chald. omnes dies scripti sunt. *Dies*, pro, per dies singulos.

Formabuntur, sc. homines. *Nemo in eis*, i. & nullus est tibi ignotus, vel non scriptus in tuo libro; vel nullus dies deerit ex iis quos cuique præscripsisti.

In eis, pro ex eis.

17. *Confortatus*, i. roboratus. *Principatus*, i. potestas, seu dignitas.

18. *Dinumerabo*, i. si numerem.

Super i. plusquam.

Exurrexi, Hieron. euigilaui, q. d. quoties euigilo. *Sum tecum*, q. d. tua opera cogito; vel tibi præsto sum, vt seruiam: vel, q. d. si euigilem, vt numerem, adhuc in eorum cogitatione hærebo, nec potero perficere quod volo.

19. *Si occideris*, i. cum punieris. *Peccatores*, Hieron. & Chald. impium. *Declinate*, i. recedite, sc. ne vobiscum inuoluar suppliciis.

20. *Dicitis*, i. contra Deum loquimini. *Accipient*, &c. q. d. abutuntur rebus sibi à Deo datis, vel quia dicitis, probos frustra accipere à Deo ciuitates. quod eas sitis eis erepturi.

21. *Super*, Hieron. contra. *Tabescebam*, i. molestia afficiebar, seu indignabar.

22. *Perfecto*, i. magno, Aug. perfecto, sc. odiendo peccatum, & diligendo naturam.

23. *Proba*, i. explora. Hieron & Chald. scrutare. *Scito*, Hieron. cognosce. *Interroga*, Hier. proba. *Semitas*, Hieron. cogitationes.

24. *Iniquitatis*, Chald. erroris. *Æterna*, i. ad æternam vitam ducente.

CXXXIX. *Oratio in persecutione.*

3. C*Onstituerunt*, Chald. miscent.
4. *Serpentes*, sc. qui acutam linguam habent ad perforandum. *Sub labiis*, i. in sermone.

5. *Supplantare*, i. subuertere.

6. *Mihi*, i. in meam perniciem. *Scandalum*, i. offendiculum, sc. laqueum, seu rete.

7. *Dixi*, scil. ad ipsum confugiens.

8. *Virtus salutis*, i. fortitudo mihi salutem afferens. *Obumbrasti*, Hieron. protexisti, scilicet, instar clypei.

9. *A desiderio*, i. contra desiderium. *Exaltentur*, sc. mihi insultantes, Chald. se extollant.

10. *Caput*, &c. Chald. Achitophel caput circumeuntium, q. d. ducem ipsorum perde Domine, seu, impedi, ne possit nocere: vel regitur ab operiet, q. d. & caput, i. ducem & eos operiet labor, id est, pernicies quam aliis moliuntur.

Operiet, i. obruet, q. d. quod moliuntur, recidet in ipsos.

11. *Carbones*, sc. igniti, q. d. Dei supplicia. *Ignem*, Chald. ignem gehennæ.

In miseriis, scil. positi.

Subsistent,

Subsistent, id est, emergent, Chald. surgent ad vitam æternam.

12. *Linguosus*, i. qui lingua abutitur, vt mendax, maledicus, & huiusmodi alij. Chald. delator. *Dirigetur*, i. prosperabitur. *In interitu*, i. cum morietur, vel, q. d. perniciosa.

13. *Faciet iudicium*, i. causam tractabit.

14. *Cum vultu tuo*, i. in tuo conspectu, vel tutela tua.

CXL. *Petitio gratiæ, & liberationis.*

1. CLamaui, i. clamo.

2. *Dirigatur*, i. grata ascendat. *Incensum*, scil. quod tibi offerri solet, Chaldæus, suffimentum aromaticum.

Sacrificium, pro sicut sacrificium, Chald. sicut munus suaue, sc. sacrificium cibarium. *Vespertinum*, Chald. quod vespere offertur.

3. *Pone custodiam*, i. custodi. *Circunstantia*, i. circumstans, q. d. claudens.

4. *Declines*, i. inclinari sinas. *Verba malitiæ*, id est, res malas. *Ad excusandas*, &c. quasi dicat, ita vt excusem, & defendam si quid peccauero. *Cum hominibus*, id est, similiter hominibus. *Non communicabo*, pro, & ne communicem, *Electis*, i. iis, quæ ipsi eligunt, & amant, Hieronym. deliciis, Chald. conuiuiis.

5. *Corripiet*, Hieron. corripiat, quasi dicat, libenter admittam iusti correptionem. *In misericordia*, pro, ex misericordia, Chaldæus, propter misericordiam.

Oleum, i. adulatio, seu blanditiæ. *Impinguet*, i. infundatur, (oleum enim effusum impinguat) seu inungat.

In beneplacitis, id est, ne capiantur iis, quæ delectant, Hieron. pro malitiis eorum sc. quibus delectantur, q. d. vt conuertantur.

6. *Absorpti sunt*, pro, absorbebuntur, sc. aliquando Deo puniente. *Iuncti petræ*, Hieron. iuxta petram, quasi dicat, velut è saxo præcipitati, vt solet fieri hostibus. Audiui qui sic interpretaretur: Apprehendet eos aliquando petra, id est, podagra & chiragra, de qua Persius, sed cum lapidosa chiragra fregerit articulos, &c. Sermonem enim hic fieri de crapulæ deditis. Itaque quod sequitur sic legebat: Audient verba mea, quoniam potuerunt, quasi dicat, vbi bene poti fuerint, & morbo correpti, tum intelligent mea verba vera fuisse, quibus eos à delitiis deterrebam.

Audient, scil. alij punitis illis.

Potuerunt, id est, valida fuerunt, seu efficacia, scilicet, apud Deum cum orarem, vel quibus monebam eos, vt bene viuerent, quandoquidem possent. Not. quod Hieronym. 2. contra Pelag. ait legendum, placuerunt, quasi dicat, suauia sunt, & quidem Græc. ἡδύνθησαν. noster interpres legit ἠδυνήθησαν.

7. *Sicut crassitudo*, &c. id est, vt cum versatur terra, & glebæ disperguntur, dissipata, &c. *Infernum*, i. sepulcrum.

8. *Auferas*, i. perire sinas.

9. *Statuerunt*, Hieronymus, & Chaldæus, posuerunt.

10. *Eius*, id est, Dei, vel diaboli, vel suo Græc. eorum, i. suo.

Singulariter, scil. ab impiis separatus, vel liber. Vide Psalm. 4. *Transeam*, sc. illæsus, vel migrem, sc. ad feliciorem vitam.

CXLI. *Oratio afflicti.*

1. INtellectus, Hieron. eruditio. *Spelunca*, scil. Odollam. Vide 1. Reg. 22.

3. *Effundo*, i. prolixe expono, Hieron. & Chal. effundam.

Pronuncio, i. aperio, Hier. & Chal. annuntiabo.

4. *In deficiendo*, iungendum cum superioribus, q. d. id vero facio, dum spiritus meus, præ afflictione deficit *Ex me*, Hieronym. & Chald. in me. *Cognouisti*, Chald. cognouisses.

Semitas, i. vitæ rationem, quasi dicat, innocentiam meam.

5. *Ad dexteram*, q. d. an esset, qui mihi opem ferret. id enim est. A dextris esse. *Cognosceret*, id est, agnosceret, vt adiuuaret. *Periit*, &c. q. d. non poteram effugere.

Requirat, sc. vt subueniat.

6. *Portio*, Hieron. pars, q. d. hæreditas, & totum bonum meum. *Viuentium*, sc. beatorum.

7. *Humiliatus*, i. afflictus, Hieron. infirmatus, Chald. pauper factus. *Confortati sunt super me*, Chald. fortiores me facti sunt.

8. *Custodia* Hieron. carcere, q. d. malis, quibus premor, vel vita hæc misera. *Expectant*, sc. in cœlo, vel in terra. *Retribuas*, sc. mercedem. vel pro tribuas, sc. liberationem.

CXLII. *Petit liberari ab hostibus.*

1. IN veritate, i. vt promisisti. *In tua iustitia*, i. per tuam misericordiam.

2. *Intres in iudicium*, id est, summo rigore, seu iure agas.

Non iustificabitur, q. d. nemo est, qui non habeat aliquod peccatum. *In conspectu tuo*, i. te iudice, seu tibi collatus. *Viuens*, sc. in carne mortali. Aug.

3. *Humiliauit*, Chald. conculcauit.

In terra, sc. in terram deiiciens.

Obscuris, Hieronym. & Chald. tenebris, scil. calamitatum.

Sæculi, i. iam olim, Hieron. antiquos, q. d. pene me ad sepulcrum deduxit, vel coegit latere veluti mortuum in speluncis.

4 *Super me*, i. in me, vel periculi mei causa.

4. *Antiquorum*, scil. quibus tantopere fauebas patribus, vel mihi. *Meditabar*, Hieron. loquebar, hald. loquar.

6. *Sine aqua*, Hier. sitiens, Chald. aqua indigens *Tibi*, sc. se præsentat, opem expectans.

7. *Defecit*, pro, deficit enim, vel alioqui deficiet. *Et similis*, pro, alioqui similis, Chaldæus, ne fiam similis.

C*Lacum*, i. sepulcrum.

8. *Auditam fac mihi*, Hieron. & Chald. fac me audire. pro, sentire, seu experiri. *Mane*, i. mature, vel cum oro mane.

10. *In terram*, pro, per terram. Chald. in viam *Rectam*, i. ad te recta ducentem.

11. *Viuificabis*, i. eripies. *Æquitate*, Hieron. & Chald. Iustitia, q. d. sum enim innocens, & tu iustus Iudex.

12. *In misericordia*, i. pro, misericordia. *Qui tribulant*, Hieron. ligantes, Chaldæus, adigentes in angustias.

CXLIII. *Gratulatio, & gratiarum actio*

1. DIgitos, i. manus. repetitio.

3. *Innotuisti*, id est, des tui cognitionem, Hieronym. agnoscis eum, q. d. vt digneris ipsum agnoscere.

Reputas

Reputas eum, i. eius, rationem habes.

5. *Inclina*, &c. q.d. velut inclinata Maiestate tua & altitudine descende, vt adiuues me. *Tange*, q. d. combure seu destrue. *Montes*, i. superbos, sc. hostes tuos, seu meos.

Fumigabunt, pro, fumigent, i. in fumum vertantur, q.d. pereant.

6. *Fulgura*, coruscationem, q d. percute fulmine, Hier. mica fulgure. *Dissipabis*, Hier. dissipa. *Conturbabis*, Hier. interfice.

7. *Aquis*, i. tribulationibus, vel hostibus. *Manu*, i. violentia. *Alienorum*, sc. à cultu tuo.

8. *Vanitatem*, Chald. iuramentum vanum. *Iniquitatis*, Hieron. mendacij

10. *Maligno*, sc. Goliath, vel hostium, Hieron. pessimo.

12. *Sicut nouella*, &c. q.d. pulchri, & iucundi. *Vt similitudo*, i. instar.

13. *Eructantia*, Hieron. superfundentia. *Ex hoc in illud*, i. varia rerum genera, Chald. quotannis *Fœtosa*, i. fœcundæ fœtibus. *Egressibus*, i. partubus, vel cum egrediuntur ad pascua, vel in exitibus, sc. viarum, sc. compitis. nam Græc. ἐξόδοις.

14. *Transitus*, sc. per illorum agros: vel migratio in alium locum necessitate. *Clamor*, i. vox luctuosa, Hiero. vlulatus, sc. vt solet in calamitatibus.

15. *Dixerunt*, scil. impij. *Beatus*, sub. ego vero dico.

Cuius Dominus, &c. i. qui Dominum pro Deo habet.

CXLIV. *Dei laus.*

1. EXaltabo, i. celebrabo. *Benedicam*, i. prædicabo. *In sæculum*, &c. i. in præsenti vita, & futura, Hieron. in æternum, & vltra.

3. *Finis*, q.d. est infinita, Hier. inuentio.

4. *Generatio & generatio*, i. omnes seu plurimæ ætates, seu generationes. *Pronunciabunt*, Hieron. annunciabunt. Chal. narrabunt.

5. *Magnificentiam*, i. Maiestatem, Hier. & Chal. decorem.

6. *Virtutem*, Hier. fortitudinem. *Terribilium*, sc. iudiciorum, vel vltionum.

7. *Eructabunt*, q.d. plenis buccis effundent. Ber. Ructus de plenitudine & satietate procedit, Hier. loquentur, Chal. personabunt. *Iustitia*, i. de iustitia. Quo nomine etiam hic quidam secundum Chrys. misericordiam intelligunt.

8. *Miserator*, Hieron. & Chald. clemens.

9. *Suauis*, i. benignus, Hieron. & Chald. bonus. *Vniuersis*, i. erga omnes. *Super omnia*, i. in omnibus, sc. relucet.

12. *Magnificentia*, i. maiestatis, Hier. & Chald. decoris.

13. *Omnium sæculorum*, i. sempiternum.

14. *Alleuat*, Hieronym. & Chald. sustentat. *Elisos*, Hieron. iacentes, q.d. fulcit casuros, & erigit collapsos.

15. *Sperant*, i. intenti sunt.

16. *Benedictione*, i. bonis, seu beneficiis, Hier. refectione.

18. *In veritate*, i. ex animo, seu sincere.

19. *Voluntatem*, i. desiderium.

20. *Peccatores*, sc. in peccatis perseuerantes. Aug. Hieron. & Chald. impios.

21. *Laudationem*, i. laudem. *Caro*, i. homo.

CXLV. *Idem.*

3. NOn est salus, q.d. qui non possunt saluare.

4. *Spiritus*, s. vitalis, vel anima, Chal. flatus. *Eius*, pro, eorum. *Reuertetur*, scil. homo, quantum ad corpus. *Peribunt*, i. fient irritæ. *Cogitationes*, i. consilia, & studia, Chald. machinationes.

6. *Veritatem*, i. fidem in promissis.

7. *Compeditos*, i. vinctos.

9. *Elisos*, i. collapsos. *Suscipiet*, i. defendit. *Vias*, i. consilia, & acta.

10. *Secula*, Hier. & Chald. æternum.

CXLVI. *Idem.*

1. BOnus est psalmus Deo nostro, i. bonum est laudare Deum nostrum. *Iucunda & decora*, &c. q. d. laudetur ergo hilariter, & decenter, seu modeste.

2. *Ædificans* Hieron. ædificabit. *Dispersos*, Hier. eiectos, Chald. captiuitatem.

3. *Contritos*, i. fractos, sc. mœstos. *Alligat*, scil. velut fasciis, q.d. sanat. *Contritiones*, i. fractiones seu vulnera.

4. *Et omnibus*, &c. Hier. & omnes nomine vocat, q.d. nouit perfectè, & distinctè.

5. *Virtus*, i. potentia. *Numerus*, sc. rerum, quas nouit.

6. *Peccatores*. Hier. & Chal. impios.

7. *Præcinite*, Hieron. cantate, Chald. laudes dicite.

8. *Parat*, Hieron. præparat. *Seruituti*, i. vsui.

9. *Coruorum*, q.d. etiam rapacissimis animalibus prouidet, quanto magis homini prouidebit? Vide Iob 39.

10. *Voluntatem habebit*, i. delectabitur. *Tibiis*, q.d. nec in equitibus, nec inpeditibus.

11. *Beneplacitum est*, i. complacet.

CXLVII. *Idem.*

Not. *quod hic Psalmus apud Hebræos est pars præcedentis, qui apud illos est* 147.

13. COnfortauit, Chald. roborauit. *Seras*, Hebr. vectes.

14. *Fines*, Chald. terminos, sc. ditionis. *Pacem*, i. pacificos, seu in pace. *Adipe*, i. medulla, q.d. optimo tritico, Chald. oleo, & bono frumento.

15. *Eloquium*, i. verbum, seu imperium. vide Isa. 55.

Velociter, &c. q.d. statim fit quod vult.

16. *Nebulam*, Hier. & Chald. pruinam, sc. fit hæc ex nebula frigida.

17. *Crystallum*, Hier. & Chald. glaciem, sc. grandinem. *Buccellas*, i. frusta. *Eius*, sc. crystalli, q.d. ante eius descendentis impetum. *Sustinebit*, Hieron. stabit, Chald. poterit sustinere.

18. *Verbum*, i. imperium, Chald. caliditatem. *Ea*, sc. pruinam, niuem, & grandinem, *Spiritus*, i. ventus.

Aqua, sc. ex illis liquefactis.

19. *Verbum suum*, i. quid fieri velit, Chald. verba legis suæ, sc. moralis. *Iacob*, datiuus est. *Iustitias*, Hieron. præcepta, sc ceremonialia. *Iudicia*, i. præcepta, repetitio. vel intelliguntur iudicialia præcepta. *Israel*, i. Israëli.

20. *Omni*, pro. vlli *Nationi*, Hieron. genti, Chal. populo. *Iudicia*, i. leges.

CXLVIII. *Idem.*

1. DE cœlis, pro, in cœlis, sc. ô Angeli, qui in cœlis estis: vel in cœlis habitantem. sic etiam intellige, in excelsis.

2. *Virtutes*, Hieron. & Chald. exercitus, sc. stellæ, vel Angeli. vt sit repetitio.

3. Et

4. *Cœli Cœlorum*, i. cœli supremi. *Super cælos.* Aquæ istæ cuiusmodi sint, incertum. Quidam putant cœlum esse crystallinum.

6. *In sæculum*, Hieron. in æternum. *Et in sæculum*, &c. explicatio præcedentis. *Præteribit*, i. cessabit, seu irritum erit, q d. omnino implebitur.

7. *Terra*, id est, parte mundi inferiori, seu elementari.

Dracones, Chald. ceti. *Abyssi*, i. aquæ, seu maria.

8. *Ignis*, sc. fulmina, seu ignea omnia. *Spiritus*, i. ventus. *Verbum*, i. iussum, sc. nihil eiusmodi fit sine Dei imperio.

9. *Cedri*, q. d. etiam infructifera.

10. *Bestiæ*, Hieronym. & Chald. feræ. *Pecora*, Hieron. iumenta.

Serpentes, Hieron. & Chald. reptilia. *Pennatæ*, Hieron. volantes.

12. *Iuuenes*, Chald. adolescentes incorrupti.

Iunioribus, Hieron. pueris.

13. *Exaltatum est*, Hieronym. sublime, Chaldæus, forte.

Confessio, Hieron. gloria, Chald. laus. *Super cœlum, & terram*, Hieron. in cœlo, & terra. Vide Isai. 6. q. d. vbique Dei gloria relucet, seu Deus laudandus est.

14. *Et*, pro, quia. *Cornu*, i. robur, Chald. gloriam regni. *Hymnus*, i. cantus cum laude. August. Hieron. & Chald. laus. *Omnibus*, pro, sit in ore omnium. *Filiis Israel*, appositiuè. *Sibi*, i. Deo, q. d. qui Deum colit. vide Eph. 2.

CXLIX. *Idem.*

1. Ecclesia, Hieronym. congregatione, scilicet, est, vel sit.

2. *Lætetur*, id est, oblectet se.

Filij Sion, i. populus Ierosolymitanus, vel Israëliticus: seu filij Ecclesiæ.

Rege, sc. Deo, seu Christo.

3. *Choro*, i. consensione cantantium. Aug. vide Psalm. 150. *Psalterio*, Hieron. & Chald. cithara. *Ei*, i. in eius honorem.

4. *In salute*, i. data salute, Hieron. in Iesu, Chal. in redemptione.

5. *In gloria*, i. gloriose, seu magnifice. *Lætabuntur*, Hieron. laudabunt, Chald. iubilabunt. *Cubilibus*, i. cordibus, August. Alij quietas mansiones intelligunt, sc. cœlestes.

6. *Exultationes*, Chal. laudes. *Ancipites*, i. vtrimque acuti, scilicet, potestas inuicta, vel iudiciaria cum Christo.

7. *Nationibus*, Hieron. gentibus. Vide Sap. 3. *Increpationes*, i. castigationem.

8. *Eorum*, sc. populorum *Compedibus*, Hier. & Chal. catenis. *Manicis*, Hier. & Chal. compedibus.

9. *Conscriptum*, i. à Deo præscriptum, Chald. scriptum in lege, sc. de gentibus delendis. *Gloria*, Hieron. decor.

CL. *Idem.*

1. Sanctis, i. sanctuario. *Firmamento*, i. cœlo, vt sit repetitio, vel, q. d. ob potentiam, qua cœlum creatum, Hieron. fortitudine.

2. *Virtutibus*, Chal. potentia i. ob potentiam.

Magnitudinis, Hier. & Chald. magnificentiæ.

4. *Choro*, videtur significari musicum aliquod instrumentum. Quidam tibiam putant.

5. *Benesonantibus*, Chald. tantummodo ipsum resonantibus.

6. *Omnis spiritus*, Hier. omne, quod spirat, Chald. omnis mens. *Alleluia*, i. laudate Dominum.

LIBER PROVERBIORVM.

id est, sententiarum reconditarum, seu Parabolicarum.

Prouerbium enim interdum pro parabola sumitur. vt Ioann. 10. 70. Parabolæ.

CAPVT I.

2. SAPIENTIAM, id est, Dei cognitionem. *Disciplinam*, i. morum castigationem seu correctionem, vulgo dicitur Mortificatio. *Prudentia*, qua, sc. vita dirigenda.

3. *Iustitiam*, sc. qua bonum fit. *Iudicium*, sc. quo recte iudicatur. *Æquitatem*, Hebr. rectitudines.

4. *Paruulis*, i. simplicibus, Chald. insipientibus. *Astutia*, i. cautio. *Adolescenti*, Hebr. puero.

6. *Ænigmata*, i. obscure, & perplexe dicta.

6. *Lactauerint*, i. decipere voluerint, sc. blandis verbis, & promissis allicientes.

11. *Sanguini*, vitæ proximi. *Tendiculas*, Hebr. nos. *Frustra*, i. sine causa, q. d. id quod inique faciunt. est enim id ex sententia Salomonis additum.

12. *Infernus*, i. sepulcrum. *Integrum*, i. probum, seu perfectum, Chald. immaculatum. *Lacum*, i. foueam, seu sepulcrum. repetitio.

14. *Sortem mitte*, &c. q. d. esto consors noster.

17. *Frustra autem*, &c. quasi dicat, vt aues in rete cadunt ante ipsas expansum, sic isti videntes perniciem, pereunt.

18. *Contra sanguinem suum*, id est, in vitæ suæ perniciem.

19. *Possidentium*, sc. iniquum lucrum. *Rapiunt*, i. auferunt, q. d. occidunt.

21. *Foris*, i. in vicis.

21. *Capite*, i. loco edito, vel præcipuo. *Turbarum*, Chald. arcium, 70. murorum.

23. *Spiritum*, id est, mentem, seu sonum, scilicet, verborum.

24. *Manum meam*, sc. monens, vocans. inuitans, 70. sermones.

28. *Mane*, i. celeriter, vel diligenter.

31. *Saturabuntur*, q. d. dabunt abundanter pœnas pro prauis consiliis, quæ sunt secuti spretis meis; vel regentur suis consiliis deserti à me.

32. *Auersio*, scilicet, à recto, 70. tamen, iniuriam vertunt, scilicet factam paruulis ab illis, de quibus proxime, ob quam sint interficiendi, scil. à Deo puniendi. *Paruulorum*, Hebr. simplicium, Chald. insipientium.

33. *Abundan-*

33. *Abundantia perfruetur*, Hebr. habitabit confidenter, Chald. & 70. habitabit in spe.

CAPVT II.

1. *SI susceperis & absconderis*, pro, si vis suscipere, & abscondere.

2. *Inclina cor*, i. mentem, q. d. oportet te id toto animo facere.

3. *Inclinaris cor tuum*, Hebræus, Chaldæus, & 70. dederis vocem tuam, q. d. inuocaueris, seu orando petieris.

4. *Effuderis*, i. inuestigaueris.

6. *Ex ore eius*, sc. prodit, ipso docente.

7. *Simpliciter*, i. sine fictione.

8. *Seruans*, sc. in eis.

10. *Placuerint*, Hebr. & Chald. dulcis fuerit.

16. *Muliere aliena*, i. aliena vxore, vel meretrice, vel peruersa doctrina.

17. *Ducem*, i. sponsum, seu virum, vel Deum.

18. *Inferos*, Hebr. mortuos.

19. *Reuertentur*, scilicet, ad virtutem, quam reliquerunt.

21. *Simplices*, Hebræus, & Chaldæus, immaculati, 70. sancti.

Permanebunt, sc. Deo protegente.

CAPVT III.

4. *DIsciplinam*, i. intellectum, seu institutionem.

7. *Apud temetipsum*, Hebr. in oculis tuis, q. d. ne te reputes sapientem.

8. *Vmbilico*, id est, ventri. venter autem pro mente ponitur.

Irrigatio, Chaldæus, pinguedo, scil. medullis velut rigantur ossa, eisque deficientibus arescunt, 70. curatio.

Ossium, i. virtutum, seu virium animæ.

9. *Honora*, sc. oblationibus, & eleemosynis. *Substantia*, Chald. mammona.

11. *Disciplinam*, i. castigationem. *Deficias*, Hebr. & Chald. tædio afficiaris, q. d. ne moleste feras.

14. *Acquisitio*, Hebr. & Chald. negotiatio. *Argenti*, i. qua argentum acquiritur. *Fructus*, sc. melior est.

15. *Cunctis opibus*, Hebr. & Chald. & 70. lapidibus pretiosis. *Desiderantur*, id est, solent vulgo desiderari.

16. *Dextera*, &c. q. d. dat & vitam, quam homines rebus omnibus præferunt, & quod secundo loco optant, opes & gloriam.

17. *Pulchræ*, Hebr. & Chald. suaues, seu amœnæ.

18. *Lignum vitæ*, &c. q. d. affert immortalem vitam, & suauissimam.

19. *Prudentia*, Hebr. intelligentia.

20. *Abyssi*, scil. aquæ ex fontibus. *Nubes rore concrescunt*, Hebr. æthera distillant rorem, Chald. & 70. Nubes distillant rorem.

21. *Hæc*, sc. præcepta. *Legem*, Chald. scientiam.

22. *Faucibus*, id est, sermoni, vel collo, scil. velut torques.

25. *Ne paueas*, pro, nec pauebis; vel, non est quod paueas, 70. non pauebis. *Ruinas*, Chald. calamitatem, 70. impetus, q. d. cum punientur impij, non timebis tibi.

26. *Erit in latere tuo*, i. te proteget.

30. *Frustra*, i. sine causa.

31. *Æmuleris*, i. imiteris.

32. *Illusor*, i. dolosus. *Simplicibus*, Chald. rectis, 70. iustis.

33. *Egestas*, Hebr. Chald. & 70. maledictio.

34. *Ipse deludet*, &c. 70. Dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, quod iisdem verbis citatur Iacob 4.

35. *Ignominia*, scil. tandem erit, vel, q. d. quod stulti extollunt & magnifaciunt, est ignominia, seu ignominiosum, Chaldæus, stulti suscipient tribulationem.

CAPVT IV.

1. *DIsciplinam*, id est, castigationem, seu correptionem.

2. *Donum*, sc. doctrinam.

3. *Tenellus*, q. d. cum adhuc tenellus essem, me docebat.

Vnigenitus, i. velut vnigenitus, scil. vnicè dilectus, vt solent vnigeniti.

4. *Docebat*, sc. pater.

5. *Possido*, i. firmiter retine, vel tanquam veram possessionem.

7. *Principium sapientiæ*, quasi dicat, primum sapientiæ præceptum est, vel principatus sapientiæ est, ideoque.

In omni possessione, id est, præ omnibus possessionibus; vel, etiam si pro ea omnes dandæ sint possessiones.

8. *Arripe*, Hebr. exalta, Chald. dilige.

9. *Augmenta gratiarum*, q. d. reddet te gratiosissimum, vel mentem tuam perficiet. *Corona*, &c. q. d. afferet tibi maximum honorem. *Proteget te*, Chald. erit super te.

11. *Æquitatis*, i. rectas.

12. *Arctabuntur*, i. impedientur.

13. *Disciplinam*, i. eruditionem, seu morum castigationem.

16. *Dormiunt*, q. d. non possunt nisi malo patrato, quiescere. *Et non capitur*, Hebr. & capitur, sc. repetenda præcedens negatio, more Hebræo. *Supplantauerint*, Hebr. impingere fecerint, Chald. posuerint scandalum.

17. *Impietatis*, &c. i. impie & inique partum: vel, q. d. ipsa impietate & iniquitate, vt cibo & potu delectantur.

18. *Procedit*, pro, quæ procedit. *Perfectam diem*, i. meridiem.

19. *Vbi*, i. quo.

22. *Carni*, i. homini.

24. *Remoue*, &c. q. d. caue, ne praua loquaris.

25. *Recta*, pro, recte, q. d. recta perge in finem tuum.

Palpebræ, &c. q. d. aperi oculos ne cadas.

26. *Dirige*, &c. q. d. recta incede.

Viæ, i. actiones.

Stabilientur, scil. in bono.

27. *Ad dexteram*, &c. q. d. nec efferatis prosperis, nec aduersis frangaris, vel, recta incede, in nullam partem discedendo à recto. vel, tene medium cauendo ab excessu, & defectu vel secundum August. Nec præsumas ad regnum de tua iustitia, nec ad peccandum de Dei misericordia. *Vias enim*, pro, vias, vero q. d. sunt duæ viæ. Aliæ Deo ad dexteram, sc. bonæ; aliæ ei ad sinistram, scilicet, malæ. Nota, quod hæc vsque ad finem cap. non sunt in Hebræo, aut Chaldæo, sed ex 70. desumpta.

Nouit, i. approbat.

CAPVT V.

3. *GVttur*, i. verba.

4. *Amara*, id opponitur fauo. *Acuta*, &c. id oleo.

5. *Penetrant*, i. tandem perueniunt.

6. *Inuestigabiles*,

6. *Inuestigabiles*, i. non possunt peruestigari, 70. non cognoscibiles, Chald. nescit.

9. *Alienis*, sc. meretricibus. *Honorem*, Hebr. decorem, Chald. virtutem, 70. vitam, q.d. ne propter libidinem perdas honorem, vires, & vitam. *Crudeli*, sc. peccato luxuriæ, vel diabolo.

10. *Viribus*, i. facultatibus, quæ viribus, & labore parantur.

11. *Consumpseris*, sc. per libidinem. *Carnes*, & corpus, i. vitam.

14. *Pene fui*, i. parum abfuit, quin fuerim. *In medio*, &c. q.d. multis videntibus, vel, cum tamen viuerem inter fideles, & iustos.

15. *Bibe aquam*, &c. q. d. contentus esto propria vxore, vel vera doctrina Ecclesiæ.

16. *Fontes*, i. filij, q. d. appareant foris, vel q. d. communica aliis doctrinam tuam.

17. *Eas*, sc. delitias cum vxore; vel doctrina sana, cui nihil sit alieni, i. erroris admistum. sic reliqua referenda, vel ad vxorem vel ad doctrinam legitimam, castasque voluptates, vel q.d. cura, vt casta sit vxor, possisque scire filios esse tuos, non nothos, & velut communes.

18. *Vena*, i. vxor, è qua manant aquæ, id est, filij.

19. *Cerua*, pro, velut cerua, quæ, sc. solet esse in delitiis.

Hinnulus, i. capreolus, seu ibix. *Iugiter*, q. d. ne ad alienam vnquam diuertas.

20. *Aliena*, sc. muliere, vel doctrina.

22. *Capiunt*, sc. vt satellites ad supplicium.

23. *Morietur*, sc. in peccato.

CAPVT VI.

1. MAnum, i. promissionem manu factam, vel debitum manu soluendum.

5. *Damula de manu*, sc. capere volentis, seu venatoris.

6. *Vias*, i. rationem viuendi.

10. *Conseres*, i. complicabis.

11. *Quasi viator*, i. properanter, seu de improuiso.

Armatus, i. cui non possis resistere. *Vt fons*, i. abundans, quamquam hic versus non est Heb. Chal. nec in 70. aut Complut.

12. *Apostata*, i. instituti sui desertor, seu à Deo recedens, Heb. Belial, i. sine iugo, sc. impius, Chal. calumniator. *Inutilis*, Hebr. & Chald. iniquus. *Ore peruerso*, sc. aliud dicens, aliud sentiens.

13. *Annuit*, &c. q. d. totus est ad fraudem compositus; cumque exterius bona simulet, praua machinatur.

15. *Medicinam*, i. curationem, seu sanitatem.

16. *Et septimum*, pro, imo septem, quæ.

17. *Sublimes*, i. elatos.

20. *Patris*, sc. Dei. *Matris*, sc. Ecclesiæ.

23. *Disciplina*, i. corrigens, Chald. & 70. & disciplina, i. correctio.

26. *Vix est vnius panis*, q.d. res est vilissima, Heb. sensus est, propter fornicationem redigi hominem ad summam inopiam. *Viri*, coniunge cum, animam.

Capit, i. decipit, siue illaqueat.

29. *Mundus*, Chal. innoxius, 70. innocens, q.d. punietur à Deo.

30. *Non grandis*, sc. hominum iudicio, vel respectu adulterij.

31. *Septuplum*, id est, multo plus. *Tradat*, scil. si opus sit.

34. *Viri*, i. mariti adulteræ.

35. *Redemptione*, id est, liberatione, q. d. ne vlciscatur.

CAPVT VII.

1. REconde, sc. vt solent thesauri.

7. *Videbo*, pro, vidi seu, video. *Paruulos*, Chald. insipientes, 70. stultos. *Vecordem*, Chald. deficientem intellectu, 70. indigentem mente.

8. *Illius*, sc. fœminæ.

14. *Victimas*, sub. adeoque ex eis lautum paraui conuiuium. *Ex sacrificio* pacifico offerens multa comedebat.

18. *Vberibus*, Hebr. & Chald. amoribus.

20. *In die plenæ lunæ*, q. d. post multos dies.

23. *Iecur*, i. interiora.

26. *Vulneratos*, sc. ab ipsa, Chald. interfectos.

27. *Penetrantes*, Chald. descendentes, 70. deducentes. *Interiora*, i. penetralia, Chald. ad cubicula, 70. in promptuaria.

CAPVT VIII.

1. PRudentia, i. intelligentia rerum agendarum.

2. *In summis*, &c q. d. vbique admonet, vt nemo possit ignorantiam excusare.

4. *Ad filios*, &c. quasi dicat ad omnes, etiam fœminas.

5. *Paruuli*, i. incauti, Chald. insipientes. *Astutiam*, sc. sanctam, qua malum vitatur.

7. *Meditabitur*, i. loquetur, scil. cum meditatione.

Guttur, Chald. os. *Impium*, Hebr. & Chald. impietatem.

10. *Eligite*, Hebr. electum, 70. purum, & approbatum, Chald. conflatum.

11. *Cunctis*, Hebr. Chald. & 70. lapidibus.

Desiderabile, 70. pretiosum.

12. *In consilio*, i. vbi recta sunt consilia.

14. *Æquitas*, 70. securitas.

17. *Qui mane vigilauerint, inuenient me*, 70. quærentes me, inuenient gratiam.

18. *Superbæ*, i. excellentes, Complut. supernæ, Hebr. durabiles, seu multæ.

19. *Genimina*, i. fructus.

22. *Possedit*. Chald. & 70. creauit, sc. ad Christum, quatenus homo, referendum, vel creauit, pro genuit.

In initio, Hebr. & 70. initium. *Viarum*, i. operum, Chald. creaturæ, est quidem filius principium & causa omnium Dei operum secundum deitatem; secundum humanitatem vero principium & auctor salutis humanæ, quod est Dei opus præcipuum.

23. *Ordinata*, Chal. præparata, 60. fundata, q.d. stabilita, Hebr. principatum habui. *Ex antiquis*, i. ab antiquo.

24. *Concepta*, Chald. genita.

25. *Colles*, i. altitudines creaturarum, August. 1. Trin.

Ego parturiebar, i. gignebar, 70. gignit me, sc. filius semper gignitur.

26. *Cardines*, i. extrema, seu firmamenta.

27. *Gyro*, sc. rotundum est mare, & velut circulo conclusum vna cum terra. *Abyssos*, i. mare.

28. *Æthera firmabat*, i. cœlos. Chald nubes densabat. *Librabat*, id est, velut in libra appendebat, seu, firmabat Hebr. & Chald. roborabat. *Fontes*, scilic. aquas in nubibus.

31. *Ludens*, i. gaudens, Chald. lætabat.

Abiicere. Chald. conculcare.

35. *Hauriet salutem à Domino*, 70. paratur voluntas à Domino, id quod sæpe citatur ab August. *Salutem*, Hebr. voluntatem, seu beneuolentiam, Chald. beneplacitum.

36. *In me*, i. contra me.

CAPVT IX.

1. D*Omum*, sc. ecclesiam *Septem*, i. multas. Intelliguntur vero vel Doctores, vel Sacramenta, vel dona Spiritus sancti.

2. *Victimas*, quasi dicat, instruxit conuiuium, August. Martyres intelligit. *Miscuit*, i. infudit, sc. in vas. Id enim etiam significat miscere, sicut & Græcum verbum κεράννυ.

Mensam, sc. doctrinæ, seu scripturæ.

3. *Ancillas*, sc. Prophetas, 70. seruos. *Vocarent*, inuitarent. *Arcem & mœnia*, id est, munita & tuta loca, qualia nulla extra Ecclesiam Romanam.

4. *Paruulus*, i. imperitus, Chald. & 70. insipiens. *Insipientibus*, Chald. & 70. indigentibus mente.

5. *Vinum*, sc. doctrinæ miscui, sc. attemperando doctrinam captui vestro, vt solet vinum aqua temperari. Potest & hic miscere accipi pro infundere. vide suprà.

6. *Infantiam*, i. imperitiam, 70. insipientiam.

7. *Erudit*, i. corripit. *Facit*, i. asciscit, Chald. accipit. 70. accipiet. *Maculam*, sc. per impij detractionem, seu diffamationem.

9. *Festinabit accipere*, Chald. addet scientiam.

10. *Sanctorum*, sc. hominum, vel rerum sanctarum, q. d. ea demum est vera scientia, scire sancta & diuina. *Prudentia*, i. ea vera prudentia est, Chal. & 70. intelligentia.

12. *Tibimetipsi*, i. ad tui vtilitatem.

13. *Clamosa*, Chal. vaga, 70. audax. *Nihil omnino sciens*, Chaldæus, nesciens bonum; 70. nesciens verecundiam.

14. *Excelso*, 70. manifesto.

15. *Vocaret*, pro, vocet.

16. *Paruulus*, Chald. insipiens. 70. insipientissimus. *Vecordi*, Chald. & 70. indigenti mente.

17. *Aqua*, i. voluptates. *Absconditus*, i. clam comestus.

18. *Et ignorauit*, q. d. & nescit miser, seu non cogitat. *Ibi sint*, sc in inferno; quod sequitur, vel in domo meretricis, sc. pereunt, 70. apud eam pereant. *Gigantes*, i. dæmones, si ad infernum referas; vel viri fortes decepti voluptate. *Conuiuæ eius*, Chald. inuitati ab ea.

CAPVT X.

1. P*Arabolæ Salomonis*, scilicet, sunt etiam, quæ sequuntur.

2. *Impietatis*, i. impie seu inique parti.

A morte, Chald. à morte mala.

3. *Animam iusti*, i. iustum. *Insidias*, Chald. substantiam, 70. vitam.

4. *Pascit ventos*, &c. i. facit rem inutilem. quamquam hic versus non est Hebr. nec Chald. nec in 70. nec in Complut.

5. *Filius*, i. homo. *Confusionis*, i. pudefaciens parentes, vel dignus confusione.

6. *Caput iusti*, i. iustum. *Iniquitas*, q. d. plenum est iniquitate, Complut. iniquitatem, 70. planctum, q. d. dissimulat iniquitatem, seu mœstitiam.

7. *Putrescet*, Chal. extinguetur, 70. extinguitur.

8. *Cæditur*, q. d. moleste fert increpationem: vel ob ea, quæ loquitur, cædetur, i. punietur, Chal. capietur.

9. *Simpliciter*, id est, sincere, Chald. & Hebr. in perfectione.

Manifestus erit, i. deprehendetur tandem.

10. *Annuit oculo*, i. dolum struit. *Dolorem*, sc. aliis. vel, q. d. punietur. *Stultus labiis*, i. temere loquens.

Verberabitur, i. lædetur, vel punietur, Chald. comprehendetur, i. deprehendetur tandem.

11. *Vena*, i. fons. *Vita*, sc. docet bene viuere.

Operit iniquitatem, Chald. iniurias tegit, i. celat.

12. *Operit*, sc. condonari facit à Deo.

13. *Virga* sc. opus est, vel, q. d. molesta est.

14. *Absconduut*, sc. promendam tempore suo, vel, q. d. celant mala, quæ de aliis sciunt. *Confusioni*, sc. ob euulgata, quæ taceri oportebat.

17. *Disciplinam*, id est correptionem. *Errat*, sc. extra viam.

20. *Argentum electum*, i. res pretiosa. *Pro nihilo*, i. nullius momenti.

21. *Indocti*, Heb. Chal. & 70. stulti, seu insipientes.

22. *Benedictio*, i. beneficentia. *Afflictio*, 70. tristitia, in corde.

23. *Prudentia*, q. d. facit prudentem, 70. parit prudentiam.

24. *Desiderium*, i. quod optant.

28. *Lætitia*, q. d. cum gaudio quod sperabant, assequentur.

29. *Pauor*, sc. timent supplicium ob peccata, vel vitæ bonæ difficultatem.

30. *Non commouebitur*, sc. semper à Deo protegetur. *Habitabunt*, sc. quantum, & quomodo optant.

Parturiet, i. proferet.

32. *Considerant placita*, id est, loquuntur grata Deo & hominibus, 70. distillant gratias.

Peruersa, sc. loquitur.

CAPVT XI.

1. V*Oluntas eius*, i. ei placet, 70. acceptabile ei.

2. *Contumelia*, i. ignominia, quæ solet superbis euenire? vel contumelia intelligitur, quam solent superbi inferre aliis.

3. *Simplicitas*, 70. perfectio. *Supplantatio*, sc. qua alios supplantare conantur.

4. *Vltionis*, i. punitionis Dei, Chal. & 70. iræ.

6. *Insidiis*, scil. quas aliis parant, q. d. ob eas à Deo punientur.

7. *Spes*, scilicet, ei boni. *Solicitorum*, sc. anxie de rebus mundi.

8. *Traditur*, scilicet, in angustiam, quod eum afflixerit.

9. *Ore*, i. verbis. *Liberabuntur*, scilicet, à talium laqueis.

10. *Laudatio*, Heb. & 70. exultatio, Chal. lætitia.

11. *Benedictione*, i. monitione, seu consiliis.

12. *Corde*, i. mente, seu sapientia, Chal. intellectu, 70. mente. *Tacebit*, sc. ferens, & dissimulans proximi errata.

13. *Commissum*, i. creditum sibi, sc. arcanum, vel factum, sc. amici delictum.

14. *Gubernator*, Hebr. industria, seu consilium.

15. *Malo*, i. damno, seu molestia. *Fidem facit*, i. spondet seu fideiubet. *Extraneo*, i. alio. *Laqueos*, sc. fideiussionum pericula.

16. *Gratiosa*, sc. forma, & moribus. *Robusti*, i. patientes laboris, vel industrij.

17. *Animæ suæ*, i. sibi, sc. meretur apud Deum: vel, q. d. etiam sui miseretur abstinendo à peccatis, vel vtendo necessariis.

18. *Instabile*, Chald. iniquitatis, 70. iniustum.

Fidelis, i. firma, seu certa.

19. *Clementia*, Hebr. iustitia.

20. *Manus in manu*, i. cito, sic Italice, Mano à mano *Innocens*, i. impunitus.

23. *Desiderium*, i. quicquid optant. *Præstolatio*, i. quod eos manet.

Furor, i. ira Dei.

25. *Benedicit*, id est, benefacit.

Inebriat, id est, satiat, scilicet, pauperes, velut aridam, irrigans, Chaldæus, qui docet etiam ipse discet.

27. *Ben*

27. *Bene consurgit*, q. d. bene facit, vel successum habebit. *Bona*, sc. à Deo.

29. *Conturbat*, scil. dilapidans bona. *Ventos*, q.d. redigetur ad summam inopiam.

30. *Iusti*, i. quem parit ei iustitia, vel quem iustus in aliis facit. *Lignum vitæ*, q.d. æternus, seu vitalis. *Suscipit*, sc. fouens, adiuuans.

31. *Si iustus*, &c. 70. si iustus vix saluatur, impius & peccator vbi apparebit? & sic citatur 1. Pet. 4. *Recipit*, sc. pœnam à Deo ob sua leuia peccata.

CAPVT XII.

2. QVi autem confidit, &c. Hebr. & virum mala cogitantem, seu machinantem condemnabit.

3. *Ex impietate*, Hebr. & Chald. in impietate, 70. ex iniquo.

4. *Diligens*, Chald. honesta. 70. virilis. *Corona*, i. ornamentum seu honor. *Ossibus eius*, sc. viri, q.d. ipsum cruciat, & consumit.

5. *Iudicia*, i. iusta.

6. *Eos*, sc. quibus impij insidiantur.

7. *Verte*, pro, euertet, sc. Deus, vel, q. d. ô Deus subuerte; vel, si subuerteris.

8. *Excors*, i. corde ignauo, seu vecors.

9. *Pane*, i. necessariis rebus ad vitam.

10. *Nouit*, i. curat. *Iumentorum*, pro, etiam iumentorum.

11. *Panibus*, i. cibis. *Qui suauis*, &c. q.d. qui potibus nimium delectatur. Not. quod hic versus non est Heb. nec Chal. nec in Complut sed in 70. *Munitionibus*, i. posteritate, seu familia. *Contumeliam*, i. ignominiam, sc. rebus consumptis.

12. *Munimentum*, q. d. optat præsidium malorum, vt possit impune lædere.

13. *Malo*, sc. homini.

14. *De fructu*, &c. q. d. & verba, & opera accipiunt à Deo retributionem.

16. *Callidus*, i. prudens, seu cautus.

17. *Quod nouit*, Hebr. & Chald. veritatem. *Index*, lege index, q.d. iustitiam nunciat, seu narrat, vt est Hebr. & Chald. & in 70.

18. *Quasi gladio*, &c. sc. dum temere promittit, vel pœnitet se obligasse. *Sanitas*, sc. animæ, dum sapienter agunt.

19. *Firmum*, q.d. semper sui simile. *Repentinus*, sc. parum cogitans. *Concinnat*, i. aptat, seu parat.

21. *Contristabit*, sc. animum, nimium vel inordinate deiiciendo, 70. Non placebit iusto quicquam iniustum.

22. *Fideliter*, i. veraciter.

23. *Versutus*, i. cautus. *Celat scientiam*, i. dissimulat quod scit. *Prouocat*, i. profert.

24. *Fortium*, Heb. solicitorum, seu sedulorum.

27. *Substantia hominis*, &c. Hebr. substantia hominis seduli pretiosa, 70 possessio pretiosa vir purus.

28. *Deuium*, sc. à iustitia.

CAPVT XIII.

1. DOctrina, q.d. prodit doctrinam patris, qui illum instituit, Chald. suscipit doctrinam. *Illusor*, i. qui ridet monitiones, 70. inobediens.

2. *Oris sui*, sc. docentis alios, 70. iustitiæ. *Iniqua*, adeoque bonis non satiabitur.

4. *Vult*, & non vult, sc. propositum mutat, labore deterritus.

5. *Confundit*, i. pudore afficit alios.

7. *Quasi diues*, scil. paruo contentus, & lætus, sciensque vti. *Quasi pauper*, scil. non contentus, aut vti nesciens.

8. *Redemptio*, i. tuitio, q.d. si quid mali accidat, facile: se tuetur. *Diuitiæ*, sc. virtutes, Hieron. *Increpationem*, i. aduersa, q.d. non facilè se liberat.

9. *Lucerna*, i. prosperitas.

11. *Festinata*, i. cito acquisita, sc. per iniquitatem, Chald. iniquitate acquisita.

Manu, i. labore, seu industria.

12. *Spes*, id est, quod speratur. *Lignum*, pro, seu lignum.

Desiderium, i. res desiderata.

13. *Res*, sc. bonæ. *Obligat*, sc. ad punitionem, seu reprehensionem. *Præceptum*, pro præcepta, sc. Dei.

14. *Lex*, i. institutio, vel præcepta. *Declinet*, sc. ei obtemperans.

15. *Dabit*, i. conciliabit, q.d. faciet gratum. *Contemptorum*, sc. bonæ doctrinæ.

Vorago, sc. perditionis.

16. *Astutus*, i. cautus seu prudens.

Aperit, i. prodit.

17. *Impij*, i. rei impiæ, Chald. impius, 70. Rex temerarius cadet in mala; legatus autem sapiens liberabit eum.

Sanitas, i. salutaris.

21. *Retribuentur*, sc. à Deo.

23. *Noualibus*, i. agris. *Patrum*, Chald. pauperum, q.d. sæpe pauperes melius vitam sustentant, quia cũ iudicio laborant, & congregant, quam diuites, qui sine iudicio *Aliis*, sc. extraneis successoribus.

24. *Parcit virgæ*, i. negligit castigare.

CAPVT XIV.

1. ÆDificat domum, id est, promouet rem domesticam.

3. *Virga superbiæ*, i. superbè cædens, 70. virga iniuriæ, Chald. virga & tribulatio, q. d. dabit pœnas superborum verborum.

4. *Vacuum*, sc. alimento boum.

6. *Derisor*, sc. verbi Dei, vel præceptorũ. 70. quæres sapientiam apud malos, & non inuenies. *Prudentium*, i. eam prudenter quærentium, vel docentium.

Facilis, id est, facile eis prouenit, vel ab aliis percipitur.

7. *Vade contra*, i. longe ab illo recede, Chal. vade per viam aliam à facie stulti. *Et nescit*, pro, quia nescit, i. non admittit, vel non habet.

8. *Callidi*, i. cauti.

9. *Stultus illudet peccatum*, q. d. ridet cum peccat, Complut. stultis illudet peccatum, q. d. decipiuntur peccato.

10. *Cor, quod nouit*, &c. 70. Cor viri sensitiuum; mœsta anima eius, q. d. qui valde sentiunt mala, mœstitia cruciantur. *Amaritudinem*, scil. qui affert peccatum pœnitenti, vel tribulatio afflicto. *Extraneus*, q.d. nemo gaudium eius interrumpet.

12. *Nouissima autem*, q. d. tandem tamen. *Mortem*, 70. profundum inferni.

13. *Risus*, &c. quasi dicat, gaudia humana non diu durant.

14. *Replebitur*, i. satiabitur, sibi placens, vel dabit pro iis abundanter pœnas. *Super eum*, i. eo prudentior, & cautior.

15. *Innocens*, id est, simplex, seu imperitus, Chald. insipiens.

17. *Impatiens operabitur*, &c. Chaldæus, qui præceps est, spiritu suo, reputatur stultus, & odit differentem consilium suum.

Versutus, scilicet, qui iram dissimulat, vt se vlciscatur.

Odiosus, id est, odio dignus, quasi dicat, peior illo, de quo proxime dictum.

18. *Paruuli*, Chald. insipientes. *Astuti*, i. cauti, seu prudentes.

19. *Iacebunt*, scilicet, se humiliabunt, & verebuntur.

20. *Proximo*, Chald. socio, 70. amico.

21. *Proximum suum*, 70. pauperes.

22. *Veritas*, i. fidelitas, vel iustitia.

23. *Opere*, scilicet, bono. *Abundantia*, Chald. commodum.

24. *Corona*, id est, ornamentum, seu decus. *Fatuitas*, &c. q. d. nihil habent quo se efferant nisi imprudentiam, Chaldæus, decus stultorum stultitia eorum.

25. *Mendacia*, sc. quibus animas perdit.

26. *Fiducia fortitudinis*, i. secura fortitudo.

Eius, sc. Deum timens.

27. *Declinet*, sc. Deum timens.

28. *Ignominia*, sc. quia nescit prudentia augere imperium.

29. *Exaltat*, i. facit manifestam.

30. *Carnium*, i. corporis. *Ossium*, i. membrorum, & vitium. versus hic apud 70. sic habet, Mansuetus vir cordis medicus, tinea autem ossium cor sensitiuum.

31. *Calumniatur*, i. affligit iniuria.

Exprobrat, i. probro afficit.

32. *Repelletur*, sc. à spe in morte.

34. *Eleuat*, i. exaltat.

35. *Inutilis*, id est, non obediens.

Sustinebit, id est, expetietur. Nec. apud 70. addi in fine huius versus, ita perdit etiam prudentes.

CAPVT XV.

1. **S***cientiam*, sc. sapienter prolatam. *Ebullit*, i. profert tumultuariè.

4. *Placabilis*, i. placans seu placida. *Lignum*, pro, velut lignum.

Spiritum, scil. audientium.

5. *Astutior*, i. cautior. *In abundanti*, &c. hic versus solum est apud. 70.

Virtus, i. fortitudo.

6. *Fructibus*, i. operibus.

7. *Dissimile*, sc. non sic faciet.

8. *Placabilia*, i. Deo grata.

11. *Perditio*, sc. euentura malis, seu supplicia, quæ ipsis parauit.

12. *Graditur*, i. accedit.

13. *Spiritus*, sc. vitalis seu mens.

15. *Pauperis*, id est, inopis, vel peccatoris, 70. malorum.

Mali, id est, pleni molestia. *Secura*, i. tranquilla, Chaldæus, hilaris.

19. *Spinarum*, sc. eis videtur.

24. *Super*, pro, sursum, scil. ducit, Chald. sursum intelligenti. *Nouissimo*, i. infimo.

25. *Terminos*, sc. possessionum.

26. *Pulcherrimus*, scilicet, est coram Deo, Chal. suauis, 70. castorum verba casta. *Firmabitur*, pro, & firmabitur.

27. *Viuet*, sc. in pace. *Per misericordiam*, &c. Hic versus solum est apud 70.

30. *Lux oculorum*, 70. contemplans oculos bona.

Fama bona, i. boni nuncij, vel bene audire.

31. *Audit*, scilicet, libenter.

Vita, id est, vitam corrigentes.

Commorabitur, sc. vt ab illis admoneatur.

32. *Possessor est cordis*, id est, cordatus, 70. diligit animam suam Chald. possidet sapientiam.

33. *Sapientia*, id est, sapientem faciens, 70. & sapientia.

Et gloriam, &c. Chaldæus, & qui gloriosus est, sit humilis.

CAPVT XVI.

1. **H***ominis est*, &c. q. d. homo proponit, & Deus disponit, sc. non sufficit meditari quod dicturus es, nisi Deus dirigat linguam, vt bene loquaris.

Praparare cor, sed non sine Dei gratia. August. 2. con. 2. Epis. Pelag.

2. *Patent*, Hebr. & Chald. mundæ sunt, q. d. mundæ sibi videntur, sc. quisque probat sua studia, sed Deus sæpè improbat.

3. *Reuela*, sc. opem petens, q. d. commenda.

4. *Malum*, i. supplicij, sc. seruat, vt est in 70. & Chald. atque id etiam in Dei gloriam cedit.

5. *Etiam si manus*, &c. Hebr. manus ad manum, i. cito. *Innocens*, i. impunitus, q. d. non longe abest, cum pœnas dabit. *Initium*, i. caput, seu summa. est autem hic versus solum in 70.

6. *Veritate*, i. iustitia. *Redimitur*, i. expiatur.

9. *Disponit*, Chald. cogitat.

10. *Diuinatio*, &c. q. d. oportet eum certa loqui, eoque diligenter cauere, ne erret, vel accipienda Regis præcepta, tanquam Dei oracula, cuius loco præest.

11. *Iudicia*, i. instituta, q. d. à Deo profecta.

Lapides sacculi, i. pondera. Olim enim lapillis ponderabatur qui in sacculis asseruabantur.

13. *Voluntas Regum*, i. placent Regibus.

15. *Serotinus*, i. diu expectatus, eoque gratissimus.

19. *Diuidere spolia*, i. ditescere.

20. *Verbo*, i. negotiis.

21. *Maiora reperiet*, sc. doctrinam augebit, vt indicant Hebr. & Chald.

22. *Possidentis*, sc. eruditionem.

24. *Ossium*, i. corporis.

26. *Sibi*, i. ad sui sustentationem. *Os suum*, i. cibi necessitas.

27. *Insipiens*, Hebr. Belial, i. impius. *Fodit*, sc. velut foueam in quam cadant alij. *Ignis*, i. pernicies.

28. *Lactat*, i. alliciendo decipit.

31. *Corona*, i. ornamentum. *Dignitatis*, i. honorificum, decorum, Chald. pulchritudinis, 70. exultationis.

CAPVT XVII.

1. **V***ictimis*, i. copia ciborum.

2. *Diuidet*, sc. tanquam moderator à patre relictus, vel diuidet etiam sibi parte relictam accipiens.

3. *Probat*, sc. per tribulationes.

4. *Malus obedit*, &c. q. d similes similibus auscultant. *Mendacibus*, hic 70. addunt, fidelis totus mundus diuitiarum est, infidelis, neque obolus, q. d. Fideli omnia seruiunt, seu debentur; infideli nihil.

6. *Corona*, i. gloria, seu ornamentum. *Filij filiorum*, i. nepotes.

8. *Expectatio*, i. cum aduenit quod expectat quis vehementer. *Prudenter intelligit*, q. d. ita se gerit, vt possit consequi.

9. *Altero*, i. repetitio.

11. *Mittetur*, sc. à Deo.

14. *Aquam*, sc. copiosam alicubi retentam. solet enim effusa nocere, Chald. sanguinem sicut aquam. *Antequam*, &c. Heb. antequam lis misceatur, dimittenda, Chal. antequam lis exardescat, dimittenda.

16. *Altam*, scilicet, plusquam par est. hic versus solum est in 70.

18. *Plaudet*, scilicet, gaudet non cogitans periculum.

19. *Ostium*, id est, domum, scilicet, plusquam opus est. vide sup.

20. *Vertit*, scil. à bono in malum, vel q. d. qui peruerse loquitur.

21. *Ætatem*

22. *Ætatem floridam*, Chald. corpus pulchrum.
23. *De sinu*, sc. clam offerentis
24. *In finibus terræ*, q.d. vagi & instabiles.
26. *Percutere*, sc. lingua, seu verbis condemnando.
27. *Pretiosi spiritus*, Chald. humilis spiritu.
28. *Intelligens*, sc. reputabitur.

CAPVT XVIII.

4. *Viri*, sc. prudentis, q. d. profundas sententias loqui solet, & abundanter.
5. *Non est bonum*, i. pessimum est, Hebr.
8. *Bilinguis*, Chald. susurronis. *Et ipsa*, &c. Chald. & deducent illum in profundum inferni. *Ventris*, i. mentis. *Timor*, sc. laboris. Hic versus sumptus est ex 70.
9. *Frater*, i. similis, *sua opera*, 70. seipsum.
10. *Nomen*, i. potentia, seu protectio. *Exaltabitur*, i. collocabitur loco tuto.
11. *Vrbs roboris*, sc. eius opinione.
12. *Conteratur*, sc. homo,
14. *Suam*. pro, eius, q. d. leuat interdum virtus mentis, corporis infirmitatem. *Facilem ad irascendum*, Hebr. percussum, seu mœstum, & deiectum, Chald. demissum. 70. pusillanimem. *Quis poterit sustinere*, q. d. grauis est molestia.
16. *Donum hominis*, &c. q. d. munera aditum parant etiam ad Principes.
17. *Inuestigabit eum*, sc. amicum, q. d. explorabit ingenium eius, ne illum offendat. Chald. sic, Iustus est primus in suo iudicio (i. lite, q. d. se quamprimum iudici sistit) & venit socius eius (i. aduersarius) & vincit eum, sc. aduersarium.
19. *Iudicia*, sc. se inuicem iuuantia. vel, q. d. quod si inter se litigent, difficilè conciliantur.
20. *Venter*, i. mens. *Gemmina*, i. fructus. *Saturabunt*, quasi dicat, magnum est meritum alios sermone iuuare.
21. *Manu*, i. operatione, Hier. *Diligunt eam*, 70. dominantur ei.
22. *Qui expellit*, &c. Hic versus solum est in 70. *Adulteram*, sc. non pœnitentem, sed in peccato perseuerantem.
23. *Effabitur*, id est, respondet ei. scilicet, petenti, licet humiliter.
24. *Amicabilis*, &c. quasi dicat, aptus ad socialem amicitiam.

CAPVT XIX.

1. *Simplicitate*, i. integritate. *Torquens*, i. deprauans, sc. ad decipiendum.
2. *Vbi non est*, &c. Chald. qui nescit animam suam, non est ei bonum.
3. *Feruet*, Chald. murmurat, q. d. conqueritur de Deo, eique tribuit quod ipse stulte fecit, 70. Deum accusat.
5. *Mendacia loquitur*, 70. accusat iniuste. effugiet, sc. punitionem.
8. *Mentis*, Chal. cordis boni, 70. prudentiæ.
10. *Deliciæ*, sub. sed flagella.
11. *Prætergredi*, q.d. proximi errata dissimulare.
12. *Super herbam*, sc. gratus & vtilis.
13. *Perstillantia*, adeoque incommodam habitationem reddentia.
14. *Propriè*, & q. d. singulare id Dei donum.
15. *Anima dissoluta*, i. homo ignauus.
16. *Mortificabitur*, i. morietur, vt vertit Chal. & 70.
17. *Vicissitudinem*, sc. mercedem, Chald. retributionem bonam.
18. *Ne desperes*, scilicet, eius correctionem, vel, quasi dicat, ne forte postea non possis, & desperes, emendationem. *Ad interfectionem*, &c. q.d. ne opprimas castigatione.
19. *Aliud*, sc. damnum, q. d. etiam soluere cogetur, aut punietur.
21. *Cogitationes*, sc. vanæ, seu incertæ.
23. *Ad vitam*, sc. perducit. *Plenitudine*, sc. bonorum, vel securitatis, 70. intrepidus. *Commorabitur*, sc. Deum timens. *Pessimi*, Chald. mali, q.d. malum ei non accidet.
24. *Applicat*, sc. quia non habet quod edat.
26. *Fugat*, 70. expellit.
28. *Iudicium*, q. d. tribunalia, vel quod iustum est, 70. iudicium. *Deuorat*, i. pro nihilo ducit, Chald. profert.
29. *Derisoribus iudicia*, 70. luxuriosis flagella. *Mallei percutientes*, Chal. verbera, 70. supplicia.

CAPVT XX.

1. *Tumultuosa*, i. afferens tumultus, scil. per contentiones, 70. iniuriosa.
2. *Animam*, id est, vitam, quasi dicat, exponit se periculo mortis.
3. *Contentionibus*, pro, contumeliis, quæ ex contentionibus nasci solent, 70. contumelia.
4. *Dabitur*, sc. ab aliquo quod edat.
5. *Sic consilium*, sc. occultum est. *Exhauriet*, i. eliciet.
8. *Intuitu*, id est, aspectu, seu vigilantia, Chal. à facie sua.
10. *Pondus, & pondus*, i. diuersa pondera, sc. alterum ad vendendum, alterum ad emendum.
11. *Sint*, sc. futura cum adoleuerit.
12. *Audientem*, sc. Dei præcepta. *Videntem*, sc. recta, vel, q. d. sensus, Deus homini dedit: rectè ergo iis vtendum est.
14. *Gloriabitur*, sc. se vili emisse.
16. *Vestimentum*, sc. pignori, si quid tibi debet, periculum enim est, ne possit soluere. *Extraneis*, sc. personis, pro quibus se tibi præbuit fideiussorem.
17. *Mendacij*, i. mendacio, seu iniquitate partus, *Calculo*, i. lapidibus, q. d. sentiet inde pœnam, vt si lapides comedisset, scil. læsa conscientia: vel redigetur in eam paupertatem, vt cogatur edere panem durum, vt lapidem, seu terra & lapillis mistum.
18. *Consiliis*, Chald. & 70. consilio. *Gubernaculis*, i. consiliis.
19. *Mysteria*, i. secreta. *Dilatat labia*, i. loquax est.
20. *Lucerna*, i. vita.
21. *Festinatur*, sc. nimis. *Benedictione*, i. prosperitate, sc. solent festinanter facta non succedere.
24. *Viam suam*, scil. vt eam possit sine Deo certo dirigere.
25. *Ruina*, Hebr. Chald. & 70. laqueus. *Deuorare sanctos*, pro, sancta, i. Deo sanctificata voto, consumere, & non soluere, Chal. & 70. sensus est, Laqueus est vouere, & postea pœnitere. *Vota*, sc. facta. *Retractare*, sc. ipsa.
26. *Fornicem*, Hebr. Chald. & 70. rotam. genus est supplicij.
27. *Lucerna*, 70. lux. *Spiraculum*, 70. spiritus. *Inuestigat*, q.d. luce Dei fit, vt homo sua interiora omnia perscrutetur. Ventris, i. mentis.
28. *Veritas*, i. iustitia. *Custodiunt*, i. conseruant, scilicet, in solio.
29. *Dignitas*, i. decus, ornamentum.
30. *Liuor*, &c. quasi dicat, verberibus mali corriguntur. *In secretioribus*, &c. id est, quæ ad intima vsque penetrant.

CAPVT XXI.

1. *A Quarum*, scil. quas olitor quo vult deducit. 3. *Et iudicium*, 70. & vera loqui. *Quam victima*, sc. solæ sine virtute.

4. *Exultatio oculorum*, i. fastus. *Dilatatio*, Chald. tumor.

Lucerna, i. gloria. *Peccatum*, q. d. gloriantur fastu, & superbia & peccatis.

5. *Robusti*, i. diligentis, Chald. collectæ.

In abundantia, sc. illum constituunt.

7. *Detrahet*, sc. in perniciem.

Iudicium, i. quod iustum est.

8. *Aliena*, sc. à recto, 70. ad peruersos peruersas vias mittit Deus. munda enim, & recta opera eius.

9. *Domatis*, i. tecti, q. d. sub dio, & incommode. In Palestina tecta plana. *Communi*, sc. multis, q. d. ampla.

11. *Paruulus*, i. imperitus, Chald. insipiens.

12. *Excogitat*, i. solicitus est, sc. ex charitate 70. intelligit iustus corda impiorum.

15. *Pauor*, i. horror, quasi dicat molestum est facere bonum, vel ipsa iniquitas affert timorem supplicij.

16. *Gigantum*, i. dæmonum, vel q. d. puniuntur, vt olim Gigantes.

18. *Dabitur*, q. d. permittitur à Deo viuere, sc. ad purgationem iusti. 70. purgatio iusti iniquus.

20. *Oleum*, i. lætitia, seu abundantia.

21. *Sequitur*, i. sectatur. *Inueniet*, i. consequetur.

22. *Ascendit*, &c. q. d. plus potest sapientia quam vires.

24. *Indoctus*, i. stultus, Hebr. illusor, seu derisor. 70. pestis.

25. *Occidunt*, i. valde torquent.

27. *Ex scelere*, sc. partæ, 70. inique.

29. *Obfirmat vultum*, i. obstinate perstat in incepto.

CAPVT XXII.

1. *N Omen*, i. fama. *Super*, i. melior quam. *Gratia*, i. gratiositas, seu gratiosum esse.

2. *Obuiauerunt*, q. d. solent occurere passim.

3. *Callidus*, i. cautus, seu prudens. *Malum*, i. periculum.

Innocens, i. imperitus, Chald. insipiens, 70. stultus.

4. *Finis*, i. perfectio, seu fructus, Chald. merces, 70. generatio.

5. *Modestia*, i. humilitatis, Chal. mansuetudinis, 70. sapientiæ.

6. *Prouerbium est*. Id non est Hebr. Chald. aut in 70. *Iuxta viam suam*, q. d. secutus aliquam viuendi rationem.

7. *Fœnerantis*, i. mutuum dantis.

8. *Virga*, i. punitione. *Iræ*, i. iniuriæ, qua proximum lædit.

9. *Pronus ad misericordiam*, Hebr. bonus oculo. *Victoriam*, &c. hic versus sumptus est ex 70. *Aufert*, i. perdit, sc. per munera corrumpit, vel q. d. sibi reddit obnoxios eos, quibus dat.

10. *Derisorem*, 70. pestilentem. *Causæ*, i. lites, & contentiones.

11. *Qui diligit*, &c. Chald. diligit Deus munda corda. 70. diligit Dominus sancta corda.

Labiorum, sc. sincere eloquentium, 70. labiis pascit Rex.

12. *Scientiam*, 70. sensum. *Supplantantur* verba, i. subuertuntur opera, seu negotia.

13. *Occidendus* sum, i. occidar.

14. *Os aliena*, i. blandimenta meretricis.

15. *Disciplina*, id est, castigans.

18. *Pulchra*, Hebr. & Chald. iucunda. *Ventre*, i. mente, seu interioribus. *Redundabit*, sc. ad aliorum vtilitatem.

19. *Vt sit*, &c. coniungendum cum, Appone autem. &c. *Hodie*, i. nunc.

20. *Tripliciter*, pro, multipliciter, seu variis modis, non vno solum aut altero, Chald. tribus vicibus. q. d. sæpe, seu multifariam. *In cogitationibus*, & scientia, i. cum magna rerum meditatione, & cognitione.

21. *Firmitatem*, i. res certas. *Respondere*, pro, vt respondere possis. *Te*, sc. ad discendum, vel aliquid gerendum.

22. *Porta*, i. iudicio. nam in porta ciuitatis iudicia fiebant.

23. *Configet*, i. affliget, sc. puniendo. *Confixerunt*, i. dolore affecerunt, seu afflixerunt.

25. *Scandalum*, i. offendiculum, seu periculum.

26. *Defigunt*, sc. obligant, se fideiussionibus aut promissionibus, data manu.

27. *Quid causæ est*, i. cur te in id periculum coniicis?

Tollat, sc. creditor.

28. *Transgrediaris*, sc. occupando alienam possessionem. vel deserendo fidem antiquam.

29. *Ante ignobiles*, sc. eis seruiendo.

CAPVT XXIII.

1. *A Ttende*, sc. ne te gula seducat. 2. *Statute cultrum*, &c. q. d. continue appetitum. 70. iniice manum tuam sciens, quia talia oportet te parare, sc. cum illum inuitaueris.

3. *Panis*, i. cibus. *Mendacij*, q. d. fallit appetitum cibus delicatus; vel vult te ille explorare cibo, an sis continens.

4. *Laborare*, i. solicitus esse, Chald. ne accedas ad diuitem, sed prudenter abstine. 70. ne cum diuite contendas, si pauper sis, sed prudenter abstine.

Prudentiæ, i. industriæ, seu prouidentiæ.

5. *In cœlum*, q. d. eo quo tu non possis peruenire.

6. *Inuido*, i. maligno, & se cruciante ob alienam felicitatem.

7. *Quod ignorat*, q. d. de te male iudicabit.

Tecum, i. tibi amica.

8. *Euomes*, sc. præ dolore, q. d. non tibi profuerint.

Perdes, q. d. petit quidquid apud illum dicis.

Pulchros, Chald. suaues, 70. bonos.

10. *Paruulorum*, sc. orphanorum, Hieron. Chal. & 70. antiquos.

11 *Propinquus*, sc. Deus, qui illorum pater. Heb. Chald. & 70. redemptor. *Illorum*, 70. illorum Dominus.

14. *Inferno*, 70. morte, sc temporali, vel æterna.

16. *Renes*, i. interiora.

17. *Æmuletur*, i. imitetur, vel inuideat.

18. *Præstolatio*, i. quod expectas, sc. à Deo.

21. *Symbola*, s. quisque partem ad conuiuium.

Pannis, Chald. & 70. pannis ruptis. *Dormitatio*, i. cum dormierit, q. d. cooperietur lacero stragulo, 70. omnis somnolentus.

22. *Contemnas*, sc. monita eius.

23. *Eme*, Chald. posside 70. acquire. *Vendere*, i. à te abiicere, 70. repellere. *Sapientiam*, pro nempe sapientiam.

27. *Angustus*, s. vnde difficile exire *Aliena*. scil. mulierque, quæ tua non est vxor.

29. *Væ*, i. calamitas, vulgo guai. *Sine causa*, i. temere, s. accepta *Suffusio*, i. rubedo, 70. nigredo, Chal. tumor.

31. *Vitro*, Heb & Chald. calice. *Mordebit*, &c. q. d. plurimum nocebit.

33. *Extraneas*

33. *Extraneas*, scil. visiones, vt solent ebrij, vel fœminas, sc. meretrices.

35. *Verberauerunt*, &c. descriptio status ebrij.

CAPVT XXIV.

1. Æ*Muleris*, i. imiteris.

3. *Domus*, i. familia, q. d. bene instituitur.

Roborabitur, i. stabilietur.

4. *In doctrina*, i. per scientiam, 70. cum sensu.

Pulcherrima, Hebr. & Chald. suaui.

5. *Vir sapiens fortis est*, Chald. & 70. melior est vir sapiens robusto. *Robustus & validus*, Chaldæus, & 70. quàm validus.

6. *Dispositione*, i. prudenti ordinatione.

7. *Excelsa*, id est, altior, quam vt ad eam possit attingere.

Porta, i. loco publico, seu iudicij.

9. *Cogitatio stulti peccatum est*, 70. moritur stultus in peccato.

10. *Imminuetur*, q. d. id te faciet debiliorem.

14. *Sic & doctrina*, pro nempe doctrinam.

15. *Impietatem*, i. impie agere, vel, q. d. Ne quæras quod reprehendas. *Requiem*, i. habitationem, seu cubile.

16. *Septies*, i. sæpe. *Cadet*, scil. in pericula. *Resurget*, August. quoties ceciderit tribulationibus, non peribit. Hieroym. epist. 46. Iusti vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam semper resurgit, scil. committunt iusti leuia, à quibus statim per pœnitentiam surgunt.

18. *Auferat*, sc. & in te transferat.

19. *Æmuleris*, i. imiteris.

Lucerna, i. vita, vel prosperitas.

22. *Vtriusque*, id est, detrahentis, & audientis, secundum Hier. vel ruinam, id est, punitionem Dei & Regis.

Quis nouit, q. d subito & inopinato accidit.

23. *Sapientibus*, scilicet, dico, vt addunt, Chaldæus, & 70.

Cognoscere, &c. scil. personæ respectu iudicium peruertere. *Non est bonum*, i. pessimum est, Hebr. vide supra c. 18. & 20. & infra, cap. 25.

24. *Tribus*, 70. gentes.

26. *Deosculabitur*, q. d. admittetur ad oscula, i. arctam amicitiam.

27. *Et postea*, &c. q. d. attende rebus tuis ordine, priusque magis necessariis, vel q. d. sic enim postea familiam melius gubernabis & ales.

28. *Frustra*, i. sine causa, 70. falsus.

Lactes, i. decipias.

33. *Conseres*, i. complicabis, Chaldæus, ad pectus applicabis.

34. *Quasi cursor*, i. insperato, seu velociter.

Armatus, sc. vt non possis resistere.

CAPVT XXV.

1. T*Ransferunt*, scilicet, huc, & reliquis addiderunt. Apparet fuisse olim sparsas, & à variis in vnum id volumen collectas, Chald. scripserunt, 70. descripserunt.

Viri, i. famuli.

2. *Verbum*, i. eius mysteria.

Sermonem, id est, ipsorum acta, vt approbentur, scilicet, ad Dei gloriam pertinet eius mysteria esse occulta, ad Regum autem, sciri, cur quidque faciant.

3. *Cælum*, &c. q. d. vt difficile est inuestigare distantiam cœli à terra, seu cœli altitudinem, & terræ profunditatem, ita Regis cor.

5. *Impietatem*, Chald. impium 70. impios, quasi dicat, si Rex sit pius, vel si impios à se abiiciat, seu puniat.

6. *Gloriosus*, i. ostentator, 70. superbus. *Magnorum*, i. coram magnatibus, vel loco eis debito, q. d. fuge ambitionem.

8. *Proferas*, sc. proximi peccatum, quod vidisti.

9. *Extraneo*, i. ignoto, Chald. alterius.

10. *Gratia*, &c. Hic versus ex 70. sumptus.

11. *In lectis*, sc. supra columnas.

13. *Die messis*, sc. refrigerat, & lætificat, viget enim tum maxime æstus.

15. *Duritiam*, sc. iræ.

16. *Quod sufficit*, quasi dicat, adhibe modum in omnibus.

17. *Subtrahe*, 70. raro induc.

20. *Et amittit*, pro, vt qui amittit, Chald. qui tollit pallium à socio suo, &c. *Acetum*, &c. pro, & velut qui addit acetum nitro: facit enim asperius & acrius, sc. est id importunum.

Pessimo, i. mœsto, seu afflicto.

20. *Sicut tinea*, &c. versus hic sumptus ex 70.

21. *Aquam*, i. potum.

22. *Prunas enim*, 70. hoc enim faciens, carbones ignis congregabis, &c. q. d. incendes amore, faciesque tibi amicum.

23. *Tristis*, sc. non libenter audiens.

24. *Melius est*, &c. vide sup. c. 21.

26. *Vena*, sc. aquæ.

Cadens, sc. in calamitatem.

Coram impio, scilicet, impellente impio in calamitatem lapsus, aut in peccatum illo terrente, aut suadente.

27. *Maiestatis*, sc. diuinæ.

Opprimetur, id est, obruetur, q. d. succumbet, vt solent qui supra vires pondus tollere conantur.

Gloria, id est, Maiestatis excellentia, velut immenso pondere.

28. *Spiritum*, id est, iram, seu loquendi intemperantiam.

CAPVT XXVI.

2. F*Rustra*, i. sine causa.

Superueniet, q. d. non magis pertinget quam volantem auem sagitta, Hebr. Chaldæus, & 70. non veniet.

3. *Equo*, sc. debetur.

4. *Iuxta stultitiam*, i. stulte.

5. *Iuxta stultitiam*, id est, vt meretur eius stultitia, Chaldæus, in sapientia tua, 70. ad eius stultitiam.

6. *Claudus*, pro, sicut claudus. *Et iniquitatem*, pro, & vt iniquitatem.

Qui mittit, &c. q. d. & negotium male fit velut pedibus claudi, & ipse culpæ particeps est.

7. *Parabola*, i. sententiose dictum.

8. *Lapidem*, sc. pretiosum.

Mercurij, id est, ostendentem viam, quasi dicat, in locum non suum.

9. *In manu*, &c. quasi dicat, in loco non suo, seu inutili.

Parabola, i. sententia.

12. *Spem habebit*, sc. sperare possit.

14. *In lectulo*, q. d. se mouet ad surgendum, sed illic, manet tamen.

17. *Auribus*, quod sc. sine periculo non fit, 70. caudam. *Rixæ*, i. contentioni.

18. *In mortem*, i. ad occidendum, seu mortiferas.

23. *Sociata*, q. d. dignum patella operculum.

24. *Intelligitur*, q. d. facile se prodit.

25. *Submiserit*, scilicet, blandiens.

Septem, i. plurimæ.

26. *In concilio*, i. palam.
27. *Voluit*, i. mittit.
28. *Lubricum*, i. blanditiis fallens.

CAPVT XXVII.

1. IN *crastinum*, 70. ob futura in crastinum, q. d. ob ea, quæ putas tibi successura.

4. *Impetum concitati*, Hebr. inuidiam, Chald. & 70. zelum, forte eodem sensu.

5 *Absconditus*, id est, non se prodens vllo opere vtili, amico.

8. *Locum suum*, sc. periculis est expositus, 70. addunt, in seruitutem ducitur.

10. *Afflictionis tuæ*, q. d. ne illi molestus sis tuam calamitatem commemorando, sc cognati non libenter admittunt ad se afflictos cognatos, sed prospere agentes.

11. *Exprobranti*, id est, temerè calumnianti, Chaldæus, exprobranti mihi, scilicet, quasi te male instituerim.

12. *Astutus*, i. cautus. *Absconditus est*, Chaldæus, abscondit se, q. d. subterfugit.

Paruuli, i. imperiti, Chald. insipientes, 70. stulti.

13. *Tolle*, & Vide sup. cap. 20.

14. *Benedicit*, id est, laudat. *De nocte*, q. d. tempore importuno.

Maledicenti, id est, vituperanti quasi dicat, molestus est.

15. *Frigoris*, Hebr Chald. pluuiæ.

16. *Qui ventum*, &c. q. d. impossibile est talem continere in officio.

Et oleum, &c. q. d. perinde est velle eam tenere, vt tenere oleum, ne è manu elabatur extensa, aut elapsum velle reuocare.

17. *Homo*, sc. iratus acuit iram, doctus vero ingenium proximi.

18. *Custos*, id est, obseruans. *Glorificabitur*, 70. honorabitur.

19. *Quomodo*, &c. Chald. & 70. vt facies hominum non sunt similes ita nec corda.

Prudentibus, sc. per coniecturam ex apparentibus, & experientiam.

20. *Perditio*, id est, mors. *Oculi*, id est, curiositas, seu cupiditas.

21. *Probatur*, sc. humiles laudes respuunt, superbi laudibus efferuntur.

22. *Pila*, i. mortario.

Ptisanas, i. hordeum decorticatum.

24. *Potestatem*, i. commoditatem id faciendi, vel q. d. oportebit te functum munere tuo, reddere tandem Deo rationem.

Corona, i. præmium.

25. *Aperta*, &c. q. d. contentus esto iis, quæ tibi suppetunt, nec superflua quæras, aut aliena. *Aperta*, sc. productis ex se herbis.

26. *Agni*, sc. lana. *Hœdi*, sc. venditione. *Agni*, sc. conducendi, seu colendi.

CAPVT XXVIII.

2. MVlti, sc. cito pereunt, ex quo solet oriri turbatio nouis succedentibus.

Hominis, sc. Principis, vel eius consiliarij.

Quæ dicuntur, sc. à Principis consiliariis bonis, vel, quæ ab ipso Principe prudenter statuuntur.

Longior, scilicet, Deo producente ad Reipublicæ vtilitatem.

3. *Calumnians*, i. per iniuriam opprimens.

4. *Impium*, Chald. & 70. impietatem.

Qui custodiunt, &c. 70. qui diligunt legem, sibi murum circumponunt.

Succenduntur, sc. zelo iustitiæ.

5. *Iudicium*, sc. Dei vel quod iustum est.

7. *Filius*, pro, homo. *Confundit*, Chald. exasperat, 70. inhonorat.

8. *Liberalis*, sc. homini.

9. *Execrabilis*, i. ingrata Deo.

10. *Decipit*, i. facit errare. *Interitu*, sc. quem aliis parabat. *Simplices*, Chald. perfecti & immaculati.

11. *Scrutabitur*, i. explorabit, sc. an ita sit, Chald. contemnet eum, 70. damnabit eum.

4. *Pauidus*, sc. timens Deum offendere.

16. *Prudentia*, 70. prouentibus.

17. *Calumniatur*, &c. id est, per calumniam aliquem occidit.

Ad lacum, &c. q. d. si se præcipitet in mortem, nemo prohibebit, vel si se abdere conetur, nemo iuuabit.

Sustinet, i. retinet, seu sustentat.

18. *Simpliciter*, i. innocenter, 70. iuste.

20. *Innocens*, sc. à peccato, 70. impunitus.

21. *Buccella panis*, i. re minima.

24. *Homicidæ*, Chald. dissipantis, 70. impij.

25. *Dilatat*, i. tumet, Italice, gonfia.

26. *Saluabitur*, Chald. protegetur à malo.

28. *Abscondentur*, sc. fugientes.

CAPVT XXIX.

1. NOn *sequetur*, q. d. nunquam curabitur.
2. *Gemet*, sc. mutire non audet.

4. *Erigit*, i. in bonum statum restituit.

Vir auarus, &c. q. d. quod si auarus sit, opprimet vectigalibus.

6. *Laqueus*, sc. quem aliis parauerat, vel q. d calamitas inextricabilis.

7. *Nouit*, i. procurat, fauet. *Causam*, i lites, seu negotia. *Scientiam*, sc. talem.

8. *Furorem*, i. iram, sc. Dei & Principis.

9. *Siue irascatur*, &c quasi dicat, seu dure, seu blande agat.

Requiem, q d non eum placabit.

10. *Simplicem*, Hebr. perfectum, 70. sanctum.

Animam eius, sc. seruare; sic illud dictum. Non est qui requirat animam meam.

11. *Spiritum*, i. animum, Chald. iram. *Differt*, Chald. reprimit.

13. *Illuminator*, i. viuificator, vide, sup. cap. 22.

14. *In æternum*, i. longo tempore.

15. *Confundit*, i. pudefacit. *Matrem*, sc. quæ puerum educauit.

Ruinas, sc. Deo puniente.

17. *Refrigerabit te*, i. consolationem tibi afferet.

18. *Prophetia*, i. declaratio verbi, seu voluntatis Dei. *Dissipabitur*, sc per varios errores.

19. *Seruus*, sc. malus. *Erudiri*, i. emendari. *Respondere*, 70. obedire.

24. *Adiurantem*, sc. iudicem, vt prodat furem, Chald. iusiurandum sibi delatum.

25. *Subleuabitur*, sc. à Domino.

26. *Requirunt faciem*, i. ambiunt fauorem.

Et iudicium, &c. q. d. at requiri oporteret Dei omnium iudicis fauorem, vel, at sit tandem quod Deus vult de hominibus, & iis, quæ optant.

CAPVT XXX.

1. VErba, &c. Hebr. & Chald. verba Agur. filij Iachek.

Congregantis, sc. sententias, vel qui multam sapientiam congregauit. *Filij Vomentis*, q. d. & hæc promentis, seu prædicantis; vel Dei per eum hæc proferentis. *Visio*, i. prophetia, seu reuelatio.

3. *Sapien*

3. *Sapientiam*, sc. humanam.

4. *Descendit*, scil. vt possit dicere quæ illic viderit?

Spiritum, i. ventum. *Manibus suis*, 70. sinu.

Quasi in vestimento, Chald. in pallio.

Suscitauit, Chald. statuit. *Quod nomen*, &c. q. d. quis eum nouit, aut eius filium? Nota hic distinctionem personarum in Deo.

5. *Ignitus*, i. purus, & velut igne purgatus. Vide Psal. 11. & 17. vel Dei amorem accendens. *Clypeus*, i. protectio sc. est Deus.

6. *Addas*, sc. non conforme, vel quasi à Deo dictum, cum ipse dixerit.

7. *Antequam moriar*, i. dum viuo.

8. *Vanitatem*, &c. i. vnum. *Mendicitatem*, &c. i. alterum.

Et diuitias. Apparet hinc, non esse Salomonem qui loquitur, vel loqui in persona imperfectorum, quibus vtrumque horum periculosum.

10. *Accuses*, sc. temere. *Ad*, i. apud.

Maledicat, i. male precetur, sc. seruus. *Corruas*, sc. Deo puniente.

11. *Generatio*, i. hominum genus est.

15. *Sanguisugæ*, &c. Sensus est. Cupiditatis, quæ velut sanguisuga quædam est. Duæ sunt filiæ, imo tres, seu potius quatuor, quæ nunquam satiantur.

16. *Infernus*, &c. videntur per hæc intelligenda; cupiditas vindictæ, quæ solet ad infernum ducere, & libidinis, quæ maximè viget in fœminis, & diuitiarum terrenarum, & honorum, qui more ignis alta petunt. *Terra*, sc. arida.

17. *Subsannat*, i. deridet. *Partum*, Chald. & 70. senectutem. *Suffodiant*, i. dignus est, cuius oculos suffodiant. *De torrentibus*, i. qui circa torrentes solent nidificare. *Filij Aquilæ*, i. Aquilæ, Hebr.

19. *Adolescentia*, sic 70. At Hebr. & Chald. adolescentula, seu virgine.

20. *Talis est*, i. similiter latet. *Comedit*, &c. q. d. peccat, & celat peccatum, rem turpem honeste expressit. Complut. Comedens, vel q. d vt qui comedens. & tergens os, negat se comedisse.

21. *Mouetur*, i. turbatur. *Et quartum*, pro, imo vero quatuor quæ.

Sustinere, i. ferre, seu tolerare.

22. *Saturatus, cibo*, i. opibus abundans.

23. *Odiosam*, i. odio dignam propter mores.

Hæres, sc. expulsa domina.

24. *Terræ*, i. inter terrestria.

26. *Lepusculus*, pro, cuniculus.

28. *Stellio*, lacertæ genus. vulgo Tarantola.

29. *Bene*, i. magnifice. *Et quartum*, pro, imo vero quatuor. *Feliciter*, Chald. pulchrè.

31. *Gallus*, sc. non castratus. *Nec est Rex*, pro, & Rex, nec est, sc. Regi nemo potest resistere.

32. *Et qui stultus*, &c. q. d. Accidit etiam in rebus humanis interdum apparere ineptum qui est ad dignitatem euectus. *Si enim*, pro, quod si *Intellexisset*, sc. periculum, vel suam stultitiam. *Ori suo*, &c. q. d. petere eum gradum destitisset.

33. *Exprimit*, sc. postea contuso lacte.

Emungit, sc. nates. *Sanguinem*, q. d. à paruis venitur ad magna.

CAPVT XXXI.

1. LAmuelis, i. eius, cum quo est Deus. *Visio*, i. doctrina per reuelationem accepta.

2. *Quid*, sc. dicam tibi, vel dicis tu aut optas? Vteri mei, sc. fructus. *Votorum meorum*, i. carissime.

3. *Substantiam*, 70. diuitias. *Vias tuas*, i. actiones, 70. mentem & vitam. *Ad delendos*, pro, id quod tandem perdit.

4. *Regibus*, i. tibi.

5. *Iudiciorum*, i. iustitiæ.

8. *Aperi*, &c. q. d. patrocinari in causa sua, qui opera tua eget. *Pertranseunt*, q. d. in hac vita peregrinantium.

10. *Fortem*, i. virtute excellentem. *Procul*, &c. q. d. rara res, vt solent quæ vltimis terris afferuntur.

11. *Spoliis*, i. re domestica, q. d. per vxoris diligentiam abundat rebus ad vitam necessariis.

12. *Ei*, sc. viro. *Suæ*, sc. vxoris.

13. *Consilio manuum*, i. opera, seu industria sua.

14. *Institoris*, i. mercatoris. *Panem*, i. victum, q. d. comparat etiam ex longinquo allata.

15. *De nocte*, i. ante lucem. *Prædam*, i. cibum.

16. *Fructu*, i. labore, seu lucro. *Plantauit*, sc. conducens operas.

17. *Lumbos suos*, i. se.

18. *In nocte*, q d. etiam nocte laborat.

19. *Fortia*, i. res grandes.

20. *Aperuit*, sc. vltro, & liberaliter.

21. *Duplicibus*, i. egregie.

22. *Stragulatam*, i. variam & pretiosam.

23. *Nobilis*, i. celebris, seu clarus. *Portis*, scil. vrbis, ibi enim fiebant iudicia. *Senatoribus*, i. iudicibus.

24. *Sindonem*, i. telam, seu linteum. *Tradidit Chananæo*, i. vendidit mercatori.

25. *Fortitudo*, &c. q. d. præcipuè vero se virtutibus ornat. *Decor*, i. honestas. *Ridebit*, i. gaudebit. *Nouissimo*, sc. in morte, vel senectute.

26. *Sapientiæ*. 70. sapienter, Chald. in sapientia. *Lex*, i. doctrina. *Clementiæ*, Chald. gratiæ, q. d. gratiosa eius sunt verba.

27. *Semitas*, i. statum, q. d. modum procedendi.

30. *Pulchritudo*, sc sine Dei timore. *Laudabitur*, i. digna laude, seu laudari solet.

31. *Date ei*, sc. laudem.

De fructu, i. ob fructum.

Portis, i. locis publicis.

ECCLE

ECCLESIASTES,

Id est, Concionator.

Scilicet, more concionatoris loquitur de Mundi vanitate, Heb. Coheleth, id est, congregatrix, scilicet, anima, vel sapientia: sic autem dicitur, vel quod congregata hic multa doctrina, vel quod congregationi, seu Ecclesiæ loquatur. Not. autem Gregor. 4. Dialogorum cap. 4. quædam hic dici ex vulgi & insipientium opinione.

CAPVT I.

2. *ANITAS vanitatum*, i. vanissima vanitas, scil. occupat res humanas.

Omnia vanitas, scil. respectu meliorum. Hieron. epist. 50.

3. *Amplius*, id est, excellens vtilitate, Chaldæus, reliquum post mortem, 70. abundantiæ.

6. *Per meridiem*, &c. Fit id, & quotidie in sphæra obliqua, & quotannis. Sol enim ad meridiem vergit interdiu, & hyeme, noctu vero, & æstate ad Aquilonem.

Spiritus, i. ventus, q. d. per omnia discurrit. *In circulos*, q. d. subinde circuit.

11. *Nouissimo*, i. extremis temporibus.

13. *Occupationem*, scil. discendi studium. *Pessimam*, i. molestissimam.

14. *Afflictio*, i. molestia, 70. electio sic inf. *Spiritus*, i. animi.

17. *Doctrinam*, i. scientiam.

18. *Indignatio*, i. molestia, Chaldæus, indignatio Domini contra sapientes; qui peccant, & non agunt pœnitentiam.

Qui addit, &c. Aug. 4. Trin. qui addit scientiam infirmitatis suæ, addit dolorem peregrinationis suæ ex desiderio patriæ suæ, & conditoris sui.

CAPVT II.

3. VIno, i. voluptate. Vide Cant. 1.
4. *Magnificaui*, i. magnifice extruxi.

8. *Substantias*, Chald. thesauros datos in tributum, 70. possessiones.

12. *Sequi*, sc. plene, eius voluntatem faciendo.

14. *Sapientis oculi*, &c. q. d. circumspectus est, Chald. Sapiens contemplatur in principio quod futurum est in fine.

15. *Hoc*, sc. talis cogitatio.

20. *Renunciauit*, i. desiit.

21. *In sapientia*, &c. i. sapienter, prudenter, & solicite.

Magnum malum, i. grandis molestia.

24. *Comedere*, &c. q. d. honeste vti fructu laborum. August. 17. de Ciu. Ad corporis, & sanguinis Christi mensam refert.

Ostendere animæ bona, i. animam oblectare.

26. *Suo*, scil. Dei. *Cassa solicitudo mentis*, Hebræus, eadem sunt verba, quæ supra vertit, afflictio spiritus.

CAPVT III.

1. ET *suis spatiis*, &c. Chald. & 70. & opportunitas omni negotio sub cœlo.

3. *Occidendi*, scil. auctoritate publica, vel forte ad illud alludit, ego percutiam, & ego sanabo. Deuteron. 32.

Sanandi, forte resurrectionem intelligit.

5. *Spargendi*, scil. diruto pariete. *Amplexandi*, q. d. nuptiarum.

6. *Perdendi*, i. expendendi.

Abiciendi, sc. vt solet in tempestate.

7. *Scindendi*, i. lacerandi vestem, scilicet, vt fit in luctu.

8. *Odij*, Chald. odio habendi peccatorem.

10. *Distendantur*, i. occupentur, vel affligantur, q. d. consideraui vitam hanc plenam esse molestiis.

11. *Ab initio ad finem*, i. perfecte.

12. *Lætari*, Chald. delectari in lege, sc. Dei.

13. *Videt bonum*, i. fruitur bono.

14. *Omnia opera*, q. d. Mundi fabrica, vel illud innuit Christi, omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus eradicabitur.

Non possumus, &c. q. d. nihil in eis diminutum est, aut superfluum.

Timeatur, sc. dum eius potentia, & sapientia ex operibus eius æstimatur.

15. *Permanet*, sc. in se, vel sibi simili. *Fuerunt*, sc. in eadem specie.

Instaurat, sc producendo simile.

Abiit, i. esse desiit.

16. *Impietatem*, 70. impium. *Iniquitatem*, Chald. peccatorem, sc. iniquum.

17. *Iudicabit*, sc. in die iudicij.

18. *Probaret*, sc. an in Deum sperarent, ne mortem quidem timentes.

19. *Amplius*, scil quantum ad mortem corporis attinet, Chald. de peccatore intelligit, qui vt bestia moritur.

Vanitati, i. mutationi.

20. *Locum*, sc. terram.

21. *Nouit*, sc ratione naturali.

22. *Suo*, Chald. suo bono.

Partem, i. felicitatem in hac vita.

Adducet, sc. iterum in mundum, Chald. introducet, 70. ducet.

CAPVT IV.

1. CAlumnias, i. oppressiones.

Eorum, sc. opprimentium.

3. *Feliciorem*, sc. quantum ad hoc. *Natus est*, Heb. & Chald. fuit.

4. *Cura superflua*, Hebr. eadem sunt verba, quæ supra vertit afflictio spiritus.

5. *Comedit carnes suas*, i. se conficit fame.

6. *Pugillus*, i. manus.

8. *Pessima*, i molestissima.

9. *Ergo*, abundat, nec est. Heb. Chald. aut in 70.

11. Si

11. *Si dormierint*,&c.q.d. vt duo dormientes simul,se inuicem calefaciunt, sic duo habitantes simul se inuicem iuuant.

12. *Funiculus*, &c. Chald.& quanto melius est esse tres iustos,qui vt funiculus, &c.

14. *Quod*,pro,vide etiam quod.

15. *Secundo*, scil. successore expulsi, vel mortui Principis, vt statim explicatur.

16. *Non lætabuntur*,q.d.qui nihil sciunt aut curant de eius principatu,seu gloria,quam ille tamen putat,aut optat omnibus esse notam.

17. *Pedem*,i. affectum, vel, q. d. vide,quomodo ingrediaris, Chald. ne venias plenus peccatis ante Dominum.

Audias, scil. verbum Dei,Chald.audias doctrinam legis,à sacerdotibus,& sapientibus.

Quid,pro, quantum, quasi dicat, non cogitant, quantum Deum offendant, quamtumque puniendi sint.

CAPVT V.

1. CORam Deo,sc.qui vbique est.

In cælo, q. d. reuerere tantam maiestatem, cum præsertim tam vilis sis.

2. *Somnia*,sc.curis similia,vel q. d. somnus obrepit fatigatis multa cura.

3. *Infidelis* i.non adimpleta.

Stulta,scil.stultum est promittere Deo quod non sis facturus.

5. *Carnem*, id est, corpus scil. loquendo quod non oportet.

Angelo,sc. custode.

Prouidentia,sc.Dei.Plane enim prouidet,qui dat Angelum custodem.

6. *Vanitates*, &c. sc. sequi solent vanitatem, & loquacitatem. Modesti, & taciturni non multa somniant.

7. *Prouincia*, Chald.ciuitate,70.regione.

Negotio,i. re.

8. *Rex*,scil.Deus, q.d. omnia Deo subiecta, qui omnes iudicabit.

11. *Operanti*,i. labore manuum victum paranti.

12. *Malum* sc. sæpe diuites occiduntur,vt diuitiis spolientur.

13. *Egestate*,sc.quod pater spoliatus bonis,nihil ei reliquerit.

16. *Comedit*,sc.auarus. *Tenebris*, sc. peccati,vel, q.d.sine lætitia animi.

19. *Satis*,i.multum.

Dierum, sc. molestorum.

CAPVT VI.

2. NEc tribuit, scilicet, ob peccata eius,vt addit Chaldæus.

3. *Et plures*,&c.repetitio,more Hebræo.

Melior,i. felicior,quantum ad hoc.

4. *Venit*,sc.in mundum, q.d. quid enim illi profuit vita,è qua nullum fructum retulit.

Tenebras,i. mortem.

5. *Solem*, Chald. lucem legis,potest & ad abortiuum referri, q.d. quamquam abortiuus solem non videat, &c.

Cognouit,&c. si ad iniquum referatur, q. d. non aduertit differentiam boni & mali, quantumque bono studendum esset.

6. *Vixerit*,sc.quis.

Bonis, sub. quid ei prodest.

Locum,sc.mortem.seu sepulcrum, q.d. cum omnibus tandem moriendum sit, quid prodest vixisse, si virtute careas? Chald. Ad gehennæ locum, quo omnes peccatores eunt,descendet anima eius, quia non fecit iudicium & iustitiam.

7. *In ore*,i.propter victum.

Non implebitur,q.d. at anima alio cibo pascitur.

8. *Illuc*,vbi est vita,Chald.in paradisum.

9. *Nescias*,sc.an sis vnquam consecuturus.

Hoc,sc.desiderare,quod nescias.

Præsumptio,Hebr.est verbum idem, quod supra vert t,afflictio,& 70 electio.

10. *Qui futurus est*, &c. q. d. semper nascentur homines prioribus similes, fragilitate & miseria, &c.

Contra fortiorem,&c.Chal. consistere in iudicio coram Deo, qui est fortior illo.

11. *Verba*, scilicet, Philosophorum, vel verba, pro, res, quasi, dicat, multa sunt, de quibus homines vanissimè disputant, cum deberent virtuti operam dare.

CAPVT VII.

1. MAiora se, q. d. res quæ humanum captum superant, nec eas scire ad salutem pertinet.

2. *Nomen*,i.fama, seu bona existimatio.

Dies mortis,&c.sc.tunc euadimus pericula vitæ, cum nascimur,in ea ingredimur,Chal. dies mortis iusti, quam natiuitatis improbi.

4. *Ira risu*,q. d.indignari malis,quam arridere.

Vultus,sc. indignantis.

5. *Vbi tristitia*, &c. q. d.sapiens compunctioni studet,& pœnitentiæ operibus;stultus delitiis.

7. *Sic risus*,i.adulatio, & blanditiæ, q. d. parum durant,parumque iuuant.

8. *Perdet robur cordis*, i.deiicit animum.

9. *Orationis* Hebr.verbi,i.rei. Chal.negotij,q.d. parum est cœpisse,nisi perficias.

11. *Stulta*,q.d.mirum est,aut quis nescit res semper in peius procedere.

12. *Vtilior*,sc.quam diuitiæ sine sapientia.

Videntibus,*solem*, i. viuentibus.

13. *Sicut enim*,&c.q.d. etsi enim vtraque protegit,at hoc plus habet,&c.

14. *Despexerit*,i.abiecerit,Hebr. deprauarit,seu incuruauerit, 70. peruerterit, Chald. ad cœcos & claudos refert.

15. *Bona*,i.læta,seu prospera.

Sicut enim,&c.q.d. veniet enim mala,quia Deus non vult nos semper lætos esse, sed aliquid pati dum viuimus.

Querimonias,scil. ob tribulationem. Facit enim Deus & disponit omnia iuste.

16. *In iustitia sua*, q. d. cum tamen iuste viuat, eoque videretur debere diutius viuere.

17. *Iustus multum*, q. d. Noli esse nimis seuerus, sed clementer age, & ignosce.

Obstupescas, accidit id hæreticis.

18. *Multum*,q.d.caue à peccatis grauibus.

Stultus, scilicet, stultum est, velle Deum habere inimicum.

Non tuo,q.d.immatura morte,sc. Deo puniente.

19. *Istum sed*, &c. q. d. bonum est adiuuare vnum,sed etiam aliis benefaciendum.

20. *Confortauit*,Chald.& 70.adiuuabit.

Super,i. plusquam.

21. *Enim*, abundat more scripturæ.

22. *Accommodes*,scil. curiose inuestigando, q.d. multa dissimulanda.

23. *Scit enim*,&c. q.dicat, dissimula & ignosce, scit enim,&c.

24. *In sapientia*,i. intelligere.

26. *Rationem*,sc.operum Dei,Heb.& 70. supputationem,q.d. singula nosse.

27. *Ama*

27. *Amariorem*,i. molestiorem,& nocentiorem.
Venatorum , sc. dæmonum.
28. *Vnum & alterum*,sc.conferendo inter se.
Rationem,sc. eius, quod sequitur.
29. *Virum*,sc.perfectum.
Mulierem,sc.perfectam.
30. *Quæstionibus*,Hebr.& Chald.computationibus,q.d.rerum curiosarum inquisitionibus.

CAPVT VIII.

1. QVis,sc.nisi sapiens.
Verbi,pro,verborum,q.d. respondere propositis quæstionibus , vel expedire difficilia negotia. *Potentissimus*,&c. q. d. Dei est gratia hæc , vel Deus interdum ita eum deiicit , vt non videatur esse sapiens.70. impudens odio habebitur.
2. *Ego*.vox sapientis , quamquam Chald. & 70. non habent,Ego,sed solum, obserua.
Os,id est, præceptum, quasi dicat, obediendum Regis præceptis.
Iuramenti Dei, i. quæ iureiurando confirmauit: vel quæ præcepit de non iurando temere , Chald. caue,ne iures in nomine Domini in vanum.
3. *Ne festines*,&c.q.d.quod si Regem offendisti, redi cum eo in gratiam , fugere enim non tutum, Chald. ad Deum sic refert. Tempore indignationis Dei ne cesses orare ante eum,sed quære misericordiam ab eo.
5. *Mali*.Chald.mali in sæculo venturo.
Tempus,Chald. tempus orandi.
Responsionem,i.quando,& quid respondendum; seu respondendi opportunitatem,Hebr.iudicium,i. rationem,sc.rei gerendæ.
6. *Afflictio*,sc.in expediendis negotiis.
8. *Spiritum*,i,animam,scil.ne à corpore discedat, vt interpretatur,Chald.
Morti,sc.ne moriatur.
Bello,i. tentationibus.
9. *Suum*,i.dominantis,vel subditi.
10. *Sepultos*,sc lic. honorifice, vel q.d. mortuos, Chald sepultos qui abierunt ex mundo,vt comburantur in gehenna.
Loco sancto,sc.Ecclesia fidelium,vel sacro aliquo ministerio fungentes.
Vanitas, sc. falli hominum hypocrisi,vel fallere.
12. *Sustentatur*,sub.fit audicior *Erit*,i.obueniet.
13. *Non sit*,Hebr.Chald.& 70.non erit.
14. *Habeant* , Hic addit Chald. Accidere mala iustis ad purgationem leuium culparum, & mercedem futuri sæculi, iniquis vero bona ad remunerationem bonorum, quæ hic fecerunt.
Vanissimum, sc. securos, viuere peccatores , nec Dei iudicium timere.
15. *Comedere*,&c. scil. spiritualem cibum & potum,vel q.d.frueretur rebus iuste acquisitis.
16. *Distentionem*,i.occupationem,seu molestiam.
Est homo,&c.q d etiam si quis die noctuque inuestiget tamen non possit inuenire.
17. *Inuenire*,i.exacte cognoscere.

CAPVT IX.

1. HOmo, sc.iustus.
2. *Vniuersa*,sc.prospera & aduersa.
3. *Pessimum*,id est, difficilimum intellectu , seu molestissimum.
Inferos,q.d.ad sepulcrum,Hebr. mortuos,Chald. ad supplicium peccatorum refert.
4. *Melior est*,&c.q.d. mulum præstat vita morti.
5. *Esse morituros*, adeoque possunt agere pœnitentiam, quod mortui non possunt.
Nouerunt,sc.quod possit prodesse ad vitæ emendationem. *Mercedem*,q.d.non possunt amplius mereri. *Quia obliuioni* , pro præterea obliuioni , q. d. nec id habent quod optarunt, dum viuerent,sc. sui memoriam perpetuam.
6. *Amor*,sc rerum mundanarum.
7. *Quia Deo*,pro, si tamen Deo.
8. *Omni tempore* , &c. quasi dicat , stude semper vitæ puritati , & bonæ famæ , quæ bonis operibus comparatur.
9. *Vita*, Chald.vita bona.
Pars,q.d. id tibi conuenit.
10. *Instanter*,Heb.secundum vires tuas.
Opus,&c. sc.per quæ quis possit mereri. *Inferos*, q. d. post mortem.
11. *Cursum*,sc. prosperum,q.d. nihil succedit,nisi Deus adiuuet.
Tempus, casumque, q.d. multo aliter succedere, ob multa quæ solent impedire, quam illi sperabant.
12. *Malo*,i. calamitoso.
17. *Silentio* , Hebr. & 70. quiete , q. d. libenter auscultantur.

CAPVT X.

1. PRetiosior , &c.q.d. sic sapientiam,quæ pretiosior est quauis gloria,parua, modicaque temporis stultitia perdit : illud enim , paruaque , cum, stultitia iungendum.
2. *In dextera*,q.d.sapiens dexterè operatur, stultus præpostere & infeliciter.
4. *Potestatem habentis*,i.dæmonis,Chald.concupiscentiæ malæ.
Super te,i. contra te.
Locum tuum,sc. statum virtutis.
Curatio,q.d. ista cura & solicitudo contra tentationem , quæ sanam conseruat animam.
6. *Positum*,sc à principe.
Diuites, i. sapientes.
7. *Seruos* , scil. peccati. *Principes*, sc. iustos , seu sanctos viros.
Foueam,q.d.malum alteri parat.
Spem,sc.proximi, vel suam imprudenter.
9 *Transfert*,sc.incaute.
10. *Exacuetur*,sub.si accidit animo.
11. *Occulte detrahit* , Chaldæus , triplici lingua malum narrat
14. *Multiplicat*,sc. de rebus præteritis,aut futuris quas nemo scit.
Ignorat homo , &c. quidam putant esse vocem stulti non credentis Dei iudicium.
15. *In vrbem pergere*,i. alioqui notissima.
16. *Mane*,i.ante debitum tempus.
17. *Nobilis*,i.dignus imperio. vel nobili animo.
18. *In pigritiis*, i. ob negligentiam reficiendi.
Humiliatur, i.cadit, vel consumitur. *Infirmitate* , 70. segnitie.
19. *In risu*,Hebr.ad risum,i,voluptatem, Chald. ad gaudium.
Faciunt,sc. voluptati dediti.
20. *In cogitatione*,q.d ne occultissime quidem.
Pennas q.d.volucres.repetitio, more Hebr.
Sententiam,Heb verbum,70. sermonem tuum.

CAPVT XI.

1. PAnem,q.d.eleemosynam. *Aquas*,i. pauperes, qui in vita peregrinantur , vel discurrunt quærentes,victum. *Illum*,Chald.mercedem illius in sæculo hoc,& venturo.
2. *Septem*,i.multis. *Nec non & octo*,q.d.imo vero omnibus,sic Luc.6.Omni petenti te tribue.

Mali,

Mali, sub. à quo per dictam beneficentiam liberaberis.

3. *Si repleta*, &c. q. d. cor plenum charitate copiosè dat eleemosynam, vel, vt nubes effundunt pluuiam, ita diuites debent diuitias communicare.

Si ceciderit, &c. q. d. vel mortis memoria ad id deberet inducere. *Austrum*, i. statum salutis.

Aquilonem, i. statum damnationis.

4. *Qui obseruat*, &c. q. d. qui terretur difficultatibus, omittit opera necessaria.

5. *Spiritus*, i. animæ ad corpus.

6. *Mane semina*, &c. q. d. ne cesses vnquam benefacere.

7. *Dulce lumen*, &c. Chald. dulcis est lux, & futurum est vt illuminetur facies iustorum ex splendore Maiestatis Dei, & sit pulchritudo eorum, vt Solis. *Solem*, sub. sed moriendum tamen est.

8. *Temporis*, sc. mortis. *Dierum*, sc. post mortem secuturorum.

9. *Lætare ergo*, pro, lætare sane, Ironice.

In bono sit, i. se exhilaret. *A carne*, q. d. esto castus.

Voluptas, sc. carnis. Hebr. iuuentus, 70. amentia, quidam vertunt pubertatem, qua significatur voluptas, cui ea ætas dedi solet. *Vana*, i. perniciosa. Quidam hunc versum faciunt principium c. 12.

CAPVT XII.

2. Tenebrescant, &c. q. d. antequam deficere incipiant sensus, seu visus. *Nubes post pluuiam*, i. post catarrhũ, vapores capitis seu humores.

3. *Commouebuntur custodes*, &c. i. debilitabuntur manus. *Fortissimi*, sc. crura. *Molentes*, sc. dentes. *Videntes*, sc. oculi.

4. *Ostia in platea*, i. patentia labia. *In humilitate*, &c. q. d. remisso sonitu, quem dentes edere solebant. *Consurgent*, i. excitabuntur, sc. sensus, senes facile excitantur. *Volucris*, sc. cuiusuis, vel galli.

Filiæ carminis, id est, aures, quæ musica solent delectari.

5. *Excelsa*, &c. q. d. etiam validi, alioqui in senecta timent. *Florebit*, &c. q. d. canescet caput instar amygdali florescentis. *Impinguabitur locusta*. Chal. inflabuntur pedes. *Capparis*, i. libido, quæ in senectute extinguitur. *Domum æternitatis*, i. sepulcrum, vbi ad finem vsque mundi iacendum.

6. *Funiculus argenteus*, i. spina dorsi, quæ in senibus flectitur. *Recurrat*, &c. i. retrahatur cerebri membrana, quæ colore aureo, vel aurea, i. pretiosa.

Hydria, i. sanguinis receptacula.

Fontem, Iecur, velut fons est sanguinis.

Rota, i. caput. *Cisternam*, i. cor, vnde hauriuntur spiritus vitales.

7. *Spiritus*, sc. iustorum, Aug. q. 24. in Ios.

Ad Deum, Chaldæus, vt stet in iudicio ante Dominum.

11. *Pastore vno*, sc. Deo.

13. *Hoc est*, &c. q. d. in eo sita hominis felicitas in hac vita.

14. *Iudicium*, Chald diem iudicij magni.

Pro omni abscondito, q. d. quod fiet de omni re, quamlibet occulta.

CANTICVM CANTICORVM.

Id est, excellentissimum canticum.

Tractat vero Christi, & Ecclesiæ, seu animæ sanctæ amorem mutuum, sub Sponsi, & Sponsæ nomine.

CAPVT I.

1. OSCVLETVR, pro, vtinam osculetur, i. me amet, seu mecum pacem habeat. Vox sponsæ. *Osculo*, Hebr. & 70. osculis. *Meliora*, i. suauiora. *Vino*, i. quauis alia voluptate, vide Eccl. 2. q. d. superant diuini amores, & deliciæ quosuis alios.

2. *Fragrantia*, sc. vbera, q. d. odore suauissimo plena, vel omnium vnguentorum odorem superantia: vt, vnguentis, regatur etiam à meliora, 70. & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. *Oleum*, pro, velut oleum, i. vnguentum. *Nomen*, scilic. prædicatum, i. fama.

Adolescentulæ, id est, animæ puræ, seu virtute proficientes.

Dilexerunt, sc. tractæ suauitate odoris diuini.

3. *Trahe me*, opus est Dei gratia trahente.

Curremus, sc. post te. mutatio personæ, more scripturæ, cui etiam familiare est, ordinem non seruare, quem solent humani scriptores. *Cellaria*, i. penetralia. q. d. reuelant mihi arcana sua. *Super vinum*, i. plusquam vinum, sc. dulcium.

4. *Nigra*, sc. exterius.

Formosa, sc. interius. *Sicut tabernacula*, coniungendum cum, nigra. *Cedar*, i. posterorum Cedar filij Ismaelis, sc. Nomadum.

Sicut pelles, i. tentoria splendentia intus auro & gemmis: coniungendum vero id cum formosa.

5. *Sol*, i. tribulationum æstus, seu potius lux diuina, quæ mortificationem corporis affert.

Filij, &c q.d. fratres mei.

Matris, scilic. Ecclesiæ. *Pugnauerunt*, q. d. sunt me persecuti.

Non custodiui, sc. sic seruare non potui, quin aliquid aduersi pateretur, vel, q. d. quomodo alienas animas custodiam, qui meam vix possum?

6. *Quem diligit anima mea*, i. delecte mi.

Vbi pascas, sc. contemplantes te, exprimitur desiderium contemplatiuorum.

Cubes, i. quiescas.

Meridie, i. vehementi amore, vel claro lumine, q. d. ostende mihi, quo modo te cognoscere possim, & amare vehementer.

Vagari, sc. vagantur, qui Deo per amorem non adhærent. *Greges sodalium*, i. fidelium multitudinem, qui per multa vagantur, paucorum est enim Deum gustare.

7. *Ignoras te*, admonetur anima cognitionis sui. hic enim gradus ad Dei cognitionem, & amorem sc. per humilitatem. *Post vestigia*, &c. quasi dicat: Adiuua proximos tuos quacunque te potes: sic enim à Deo impetrabis quod optas, quodque tibi opus est, sc. tui, Deique cognitionem. *Hædos*, i. animas tibi creditas.

Pastorum, sc. Apostolorum, & sanctorum Doctorum, q. d. Institue secundum Catholicam doctrinam.

8. *Equitatui*, i. equis. *Meo.* Loquitur Salomon in persona Christi. *Pharaonis*, i. quibus iuncti equi pulcherrimi ex Ægypto adducti. *Assimilaui*, sc. ob pulchritudinem, vires, celeritatem, & onerum portationem, quam suadet caritas; iuxta illud: Alter alterius onera portate.

9. *Turturis*, Hebr. Torim, quod & Turtures significat, & ornamenta gemmarum, vel monilium infra quidem eandem vocem vertit, murenulas. Turture verò castitas significatur; Genis autem pudor. *Collum*, sc. prædicatio. *Monilia*, sc. prædicanda, quæ animas ornent comparituras ante Deum.

10. *Murenulas*, sc. torques instar murenulæ maculatos, q. d. Dabo tibi pulchram prædicandi, seu docendi gratiam. *Vermiculatas*, &c. i. notis argenteis distinctas, sc. Dei verba auro & argento solet scriptura comparare.

11. *Accubitu*, sc. in Eucharistia se communicans, velut vna discumbentibus. *Nardus*, i. fides caritate formata hac enim præcipue accedendum ad Eucharistiam.

12. *Myrrha*, sc. oportet pro Christo pati, præsertim communicantes, repræsentatur enim eo mysterio maxime Christi passio ad imitandum. *Inter vbera*, i. in corde, Hieron. 1. cont. Iouin.

13. *Botrus*, pro velut botrus. *Cypri*, Arbor est odoratissima in Engaddi, vbi etiam vineæ pulcherrimæ prope mare mortuum e quibus balsamum, sc. id prouenit ex arbusto viti simili. quidam Camphoram vertunt, Hebr. Copher.

14. *Columbarum*, i. simplices.

15. *Lectulus*, sc. contemplationis locus, vbi anima Deo iungitur. *Floridus*, sc. desideriis sanctis plenus, & cœlesti suauitate.

16. *Tigna*. sc. sustentacula. *Cedrina*, q. d. fortia, & constantia. *Laquearia*, sc. quæ prope tectum, i. mentis eleuationes.

Cypressina, q. d. stabiles, odoriferæ, & rectæ.

CAPVT II.

1. EGo, verba Christi, vel Ecclesiæ.

2. *Sicut lilium*, &c. verba Christi. *Amica mea*, s. anima perfecta. *Filias*, id est imperfectos, & peccatores, qui ob fidem & Sacramenta filij dicuntur. Sic Deut. 32. & Isa. 1 etiam improbi, filij dicuntur.

3. *Sicut malus*, &c. verba Ecclesiæ. *Malus*, q. d. frugifer, & vtilis, itemque suauis. *Filios*, i. fideles, qui sub eius vmbra viuunt. *Vmbra*, i. protectione.

4. *Ordinauit*, sc. est ordo in caritate, suntque alia plus quam alia diligenda, vt Deus plus quam cætera omnia, & meliores quam deteriores, & coniunctiores quam remotiores.

5. *Floribus*, i. desideriis, sc. desideriis viuit amans. *Fulcite*, i. corroborate. *Malis*, sc. fructibus bonorum operum roboratur animus. *Langueo*, 70. vulnerata sum sc. vulnerat, amat, & occidit veterem hominem pertingenti gladio vsque ad diuisionem animæ & spiritus, vt Paulus ait.

6. *Laua eius*, sc. sponsi. *Sub capite*, descriptio complexus. *Amplexabitur*, pro, amplexatur; nisi ad futuram gloriam referatur. sed & habent hic sponsæ Christi suos amplexus, quos explicare solius puto esse, qui sit expertus.

7. *Adiuro*, i. obtestor. verba sunt Christi.

Capreas, &c. Angelos significat, vel sanctas animas ob celeritatem cursus in Deum. *Camporum*, Libertas spiritus, & latitudo significatur. Longum esset omnia notare; nec essent hæc scholia, vt promisimus. Boni ergo consulat lector, si nobis constamus. *Suscitetis*, i. contemplantem interpelletis. *Euigilare*, sc. ad curas huius vitæ, quibus sancti dormire videntur cœlestibus intenti.

8. *Vox dilecti*, sc. Attenta sponsa statim vocem agnoscit. *Venit*, etiam videt ad se venientem, sc. expectabat.

Saliens, &c. i. more transilientis montes & colles, q. d. citissime.

9. *Similis est*, &c. Agilitatem describit, ex amore ad sponsam currentis. *Parietem*, velut paries est peccatum, & quidquid in nobis impedit perfectam cum Christo coniunctionem. *Fenestras*, sc. ex alto aspicit nos.

Cancellos, sc. illum perfecte non possumus videre, præsertim peccato impediti.

10. *Veni*, sc. ad me te vehementer amantem.

11. *Hyems*, i. infidelitatis, seu vitæ malæ. *Imber*, i. ambulandi impedimenta.

12. *Flores*, i. bona desideria. *Tempus*, &c. q. d. quin etiam fructus. *Turturis*, sc. Spiritus sancti, qui postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

13. *Grossos*, s. primos fructus, eosque dulcissimos. *Et veni*, sc. post relictam peccati hyemem, tempore florum & fructuum, i. desideriis, & bonis operibus ad Christum venitur.

14. *Columba*, &c. q. d. similis columbæ habitanti in foraminibus, &c. Quidam ad Christi vulnera referunt. Certe Christus petra, & vulnera foramina, & ibi tuta animæ habitatio per meditationem & imitationem.

Faciem, sc. gratum Christo videre pulchram animam.

Vox, sc. confessionis & laudis, itemque doctrinæ.

15. *Vulpes paruulas*, sc. hæretici statim in principio opprimendi nam postea difficile est. *Floruit*: eoque prouidendum ne damnum accipiat.

16. *Mihi*, sc. attendit. *Lilia*, i. virginum choros. Hieron.

17. *Dies*, sc. cœlestis. *Inclinentur*, i. abeant, Heb. fugiant. *Reuertere*, sc. in cœlum ascensione. *Similis esto*, &c. q. d. idque celerrime.

CAPVT III.

1. LEctulo, i. quiete corporis. *Per noctem*, i. sine mentis lumine.

Non inueni, sc. non inuenitur à suauiter viuentibus, vt dicitur Iob. 28. nec in tenebris.

2. *Surgam*, sub. dixi apud me. *Non inueni*, scil. non inuenitur in mundi negotiis, & distractionibus.

3. *Vigiles*, sc. Angeli.

4. *Pertransissem*, s. mundana, illis, vt recederem è mundo mouentibus.

Introducam, i. cum eo simul intrem, scil. sancti Christum induti cœlum intrant.

Matris, sc. cœlestis Ierusalem. *Cubiculum*, repetitio.

5. *Adiuro*, &c. Vide Cap. 2. *Dilectam*, sc. me, si tamen sunt verba sponsæ, & non potius sponsi.

6. *Desertum*, viam semotam à mundo.

Sicut virgula, &c. quasi dicat fragrans odore virtutum.

Myrrha, hac significatur mortificatio, thure vero oratio, puluere virtutes cæteræ.

7. *Lectulum Salomonis*, i. Ecclesiam Christi.

Sexaginta, i. plurimi. *Ambiunt*, s. Pastorum est & Prædicatorum. circuire. *Fortissimi.* Tales oportet esse Ecclesiæ Pastores, & Concionatores, sc. omnium perfectissimos.

8. *Bella*

8. *Bella*,sc.ſpiritualia. *Timores nocturnos*,Chald. dæmones qui ambulant in nocte.

9. *Ferculum*,i.thronum, ſeu tentorium,ſcil. Eccleſiam. Alij,lecticam vertunt, vel thalamum.

Lignis,ſc.fidelibus. *Libani*,Mons eſt altus,& talem eſſe oportet vitam fidelium.

10. *Columnas*,ſc fidei articulos. *Argenteas*, eloquia Domini argentum igne examinatum.*Reclinatorium aureum*,ſc. ſupereminentem charitatem, & cæteris pretio antecellentem. *Purpureum*,ſc.per tribulationes & martyria aſcenditur. *Media*,ſc.quidquid interiacet,ornandum charitate,ſine qua nihil perfectum. Itaque & ſuprema, & infima, & latera charitate fulcienda, vt ſolent throni vndique coccineo ſerico intus obduci.

Filias,ſc.omnes propter electos.

11. *Egredimini*, ſc. à ſtatu imperfecto. *Videte*,i. contemplamini.

Salomonem,i. Chriſtum. *Diademate*,ſc.humanitate,vel ſpinea corona. *Mater*, ſc. Maria,vel ſynagoga. *Die ſponſationis*,i.incarnationis,vel paſſionis.

Lætitia, ſcilicet, & læto animo natus,& paſſus, propter nos.

CAPVT IV.

1. *Abſque eo*,&c.ſcil.interiora Deus videt, & in iuſtis approbat, quin etiam delectatur, 70. extra ſilentium,i.præter id quod tacetur,vel præter ſilentij modeſtiam: nam infra,& cap.6.vertunt extra ſilentium tuum.Hebr.*longe* aliter habent. *Capilli*,i.cogitationes.

Sicut greges,ſc.vtiles,& grauidæ bonis operibus, quæ ſuo tempore edunt. *Aſcenderunt*,ſcil.ad ſuperiora montis. Aſcendendum ſemper cogitatione ad perfectiora.

2. *Dentes*,i. paſtores, per quos fideles Chriſto incorporãtur,iuxta illud:Petre,occide,& manduca.

Tonſarum,ſc.oportet ſpoliari,nudoſque Chriſtum ſequi. *Lauacro*,ſc. oportet mundos eſſe;eos præſertim qui cæteros debent mundare.*Gemellis*,ſcil. pariunt multos Chriſto.

3. *Coccinea*,ſc. caritate feruentia. *Labia*,i.prædicatores quos maxime oportet caritate flagrare.

Punici,ſc.verecundæ,& modeſtæ.*Gena*,ſc. prædicatores qui maxime ſpectabiles in Eccleſia magnoque ei ornamento. Repetitio.

4. *Collum*, i. doctrina eccleſiæ. *Clypei*,ſc.ſententiarum,verbum Dei clypeus. Prou. 30.

5. *Vbera*,i. teſtamenta. *Hinnuli*,ſcil. eſt ſcriptura breuis,& conciſa,& velut ſine ordine ſaltans.

Gemelli,ſc.ſibi eſt ſimper ſimilis,& conſtans.

Liliis,ſc.eſt in tota ſcriptura pulchritudo,& ſuauis odor Dei,ſi quis modo ſenſum habeat.

6. *Donec*,&c.interim paſcit nos ſcriptura,& ducit. *Aſpiret*,vide ſup.cap.2.

Inclinentur,i.recedant.

Vmbræ, ſcilicet, errorum, tribulationum, & miſeriarum.

Vadam.Si eſt vox ſponſi (& non ſponſæ) id quidem Chriſtus in ſuis.

Montem, i. eccleſiam, vel perfectionem: vbi maxime vigent mortificatio,& oratio per myrrham & thus ſignificatæ,certe ſancti omnes hiſce duobus maxime inſignes.

7. *Tota*,&c.Id Hier. 3.cont.Pelag.ad futuram vitam refert. Alij, ad præſentem, vbi etiam perfecti multi, à parte autem fieri totius nominationem moræ ſcripturæ.

Macula,ſc.peccati mortalis,vnde iuſti immaculati dicuntur.Pſalm.17.118.Eph.1.in futura autem vita nulla erit,nec venialis.

8. *Libano*,i.eccleſia militante.*Coronaberis,de capite Amana*,70.tranſibis à principio fidei,q.d.à fide ad ſpeciem.*Capite*,i.vertice.*Iungendum*,autem cum veni. *Amana*,&c. Per montes hos ſignificatur perfectionis ſtatus,vnde iuſti ad coronas vocantur.

Leonum, i. perſequentium te.vocantur & Pardi obfraudum varietatem.

9. *Vulneraſti*,ſc. amore,q.d. feciſti.vt te ea cauſa amarem. *Vno*, ſc. fide, alter enim eſt humana ratio, Hieron.ad virginitatem refert, 1.cont.Iouin.aitque ſiniſtrum eſſe nuptias.*Crine*,ſc.caritate, quæ excellit inter virtutes,70.torque,quod eodem poteſt referri,maximum enim ornamentum caritas.*Colli*,ſc. ex iis,qui collum demiſſi tegunt. alludit ad fœminarum crines, qui oblongi, & caritas longanimis eſt,& diuturna.Caritas nunquam excidit.

10. *Mammæ*,ſc.caritatis,quibus aluntur paruuli in Chriſto.

11. *Fauus*,&c. Deſcribit ſermonis gratiam, dulcedinem & puritatem.*Sub lingua*,i.in verbis.

12. *Hortus concluſus*,ſc. in iuſtis & ſanctis. Auguſt.5.de bapt. *Fons*, ſc. abundant ſancti fructibus operum,& aquis gratiarum;ſuntque mundo clauſi, aperti Deo.

13. *Emiſſiones*, i. propagines. *Paradiſus*,pro,vt Paradiſus, id eſt, hortus,Hebr.Pardes vnde nomen Paradiſi.

Cypri,pro,& Cypri. Vide cap.1.

14. *Nardus*,pro,vt Nardus.Nota per hæc omnia ſignificari operum bonorum fructum, & ſuauitatem.

Primis,i.præſtantiſſimis.

15. *Fons*,pro, vt fons.

16. *Surge*,i.abi. *Auſter*,ô caritas,vel Spiritus ſancte. *Fructum*,ſc.bona opera,quæ Dei gratia fiunt.

CAPVT V.

1. *Veni*,i.intraui,q.d.feci quod petiſti.

Hortum,ſcil gratiarum, & virtutum,vel eccleſiam, vel animam.

Myrrham,ſcil. paſſionum, quas Chriſtus multas magnaſque ſuſtinuit,iiſque nos velut meſſe ſuſtentat,ſc.meritis ſuis, & exemplo.

Aromatibus,i. gratiis, & virtutibus, de quorum odore dictum: Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni,&c. *Comedi*, ſc. in membris meis. In corpore myſtico caput Chriſtus,membra fideles. *Fauum*,fauus humanitas, mel diuinitas, vinum amor,lac,puritas;vel Dei verbum omnia hæc:Nam dulce, confortans, & nutriens.

2. *Dormio*,ſc. rebus mundi, vox ſponſæ. *Vigilat*, ſc. Deo.

Soror,ſc.humanitate. *Amica*,ſc.caritate.

Columba,ſc.ſimplicitate.

Immaculata,ſc.puritate.

Rore,ſc. noctis exprimuntur ſanctorum labores. Die ac nocte laborantes, inquit Paulus *Cincinni*, &c. Repetitio. Significat vero excipiendos humaniter,& fouendos,qui pro Chriſto laborant,& quidem Chriſtum,ipſum præcipue, qui pro nobis tantopere laborauit præſertim nocte paſſionis.

3. *Expoliaui*, vox excuſantis difficultatem, q.d. Quid me iterum induam, & ſurgam ex lecto, vt aperiam?pedes etiam inquinabo, dum obuiam pergo?ſc.refugit ſenſus labores, etiam in ſanctis, ſed vincunt per Dei gratiam omnem difficultatem, vt ſtatim demonſtratur.

4. *Foramen*, i. mentem, per quam aditus eſt ad voluntatem,q.d.tetigit mentem meam,excitans pigritiam. *Venter*, &c. q. d. ad eius tactum interiora commota.

5. *Surrexi*, sc. abiecta segnitie. *Manus mea*, &c. q.d. Multa exemplo sponsi me pati oportuit.

Digiti, &c. repetitio.

6. *Pessulum*, q.d. abstuli impedimenta. *Declinauerat*, sc. fingit interdum, se longius ire, vt sponsæ amorem probet. *Liquefacta est*, Hebr. & 70. egressa est, sc. extra se. *Non respondit*, scil. probans patientiam, & constantiam.

7. *Custodes*, sc. Angeli mali, quibus improbi parent, vel boni, per quos Deus suos probat. *Percusserunt*. Passiones corporis significantur. *Pallium*, l'assiones corporis sign.ficantur. *Pallium*. Amissio temporalium, 70. theristrum, vestis est fœminea æstatique apta, vt nomen indicat.

8. *Langueo*, 70. vulnerata sum, vide supra, cap. 2.

9. *Ex dilecto*, pro, à dilectis, seu præ dilectis, i. præ reliquis omnibus dilectus.

10. *Candidus*, sc. puritate. *Rubicundus*, sc. caritate, Hier. tamen, i. cont. Iouin candidum dicit virginitate, rubicundum martyrio.

11. *Caput*, sc. diuinitas, quæ super omnia. *Coma*, sc. sancti ei adhærentes, *Elatæ*, i. germina tenera, quæ velut palmæ comæ. *Sancti quidem*, alti vita, fructiferi.

Nigra, sc. mortificatione.

12. *Oculi*, scilic. Prælati, & doctores, seu contemplatiui.

Columbæ, q. d. simplices. *Aquarum*, sc. scripturæ, vel gratiarum. *Lacte*, i. puritate, vel Dei verbo. Iam vos mundi estis propter sermoné, inquit Christus.

13. *Genæ*, sc. scripturæ, per quas cognoscitur.

Areolæ, scilic. plenæ scripturæ rebus medicinalibus, salutiferis, odoriferis. *Pigmentariis*, scil. diuinis scriptoribus.

Labia, scil. præcepta, & consilia, quibus docetur mortificatio.

Primam, i. perfectam, Chal. electam 70. plenam.

14. *Manus*, &c. sc. opera perfecta caritate. *Hyacinthis*, i. spebus cælestibus Heb. Tharsis, Lapis est, quem Hier. alibi vertit Chrisolytum, hic vero hyacinthum, scil. est colore cæruleo, seu cœlesti. *Venter*, &c. q.d. mens candida, incorruptibilis, plenaque gratiis. *Eburneus*, 70. vt pixis eburnea.

15. *Crura*, i. fortitudo, seu martyres, quorum mira constantia velut marmoris, & caritas auro significata.

Vt Libani, scil. altus vita, plenusque arboribus, i. imitatoribus.

16. *Guttur*, i. eloquia, seu prædicatio.

CAPVT VI.

1. HOrtum, sc. ecclesiam, vel animam sanctam. *Aromatum*, i. virtutum. *Pascatur*, sc. delectatur Deus sanctitate suorum.

Lilia, sc. merita, vel animas in cœlo.

2. *Ego*, &c. vide sup. cap. 2.

3. *Sicut Ierusalem*, scil. refert ex parte ecclesia terrestris cœlestem. *Terribilis*, sc. hostibus, dæmonibus, & hæreticis.

4. *Oculos*, sc. curiosos. *Auolare*, scil. fugit Deus curiosos, simplicitatem amat & modestiam. *Capilli*, &c. Vide supra c. 4.

6. *Cortex*, scil vbi mira granorum connexio, & ordo, Hebr. fragmen, sicut supra, vertit. Vide c. 4.

7. *Reginæ*, i. sanctæ ecclesiæ, vel animæ.

Octoginta, q. d. Multi quidem boni, sed plures improbi. *Adolescentularum*, id est, imperfectarum animarum.

8. *Vna est*, sc. ecclesia Christi.

Matri, scilicet, cœlesti ecclesiæ, seu Ierusalem.

Electa, q.d. carissima.

Viderunt, &c. q. d. eam qui norunt omnes laudant, & perfecti, & imperfecti, etiam mali.

9. *Progreditur*, sc. proficiunt hic boni in dies, nec nisi in cœlo terminus est. *Aurora*, sc. nondum plena luce beatitudinis. *Vt luna*, sc. à sole Christo lumen accipiens. *Vt sol*, in capite suo Christo.

10. *Descendi*, Verba sponsæ, secundum quosdam.

Nucum, i. animarum multis expositarum iniuriis, vt solent nuces lapidibus. *Poma conuallium*, i. fructus humilium. *Floruisset*, sc. de sideriis. *Mala punica*, i. operum bonorum varietas.

11. *Nesciui*, q. d. Non tantum vidi fructus quantum optabam; vel non probaui quæcunque vidi.

Quadrigas, &c. q. d. ob pericula belli spiritualis. *Aminadab*, i. populi mei spontan[illegible] sc. fidelium Deo libenter seruientium.

12. *Reuertere*. Vox adolescentularum, seu animarum proficere cupientium.

Sulamitis, i. perfecta. *Intueamur*, sc. & possimus imitari. *Quid videbis*, &c. q. d. volumus discere à te certandi modum, ideoque te videre.

CAPVT VII.

1. IN *calceamentis*, q. d. quam bene calceati pedes ad euangelizandum. *Iuncturæ fæmorum*, i. virtus generandi filios in Christo. *Sicut monilia*, q.d. magni pretij, & pulchræ. *Artificis*, sc. Dei.

2. *Vmbilicus*, i. vterus, quo fœtus spirituales foues.

Tornatilis Hebr. rotundus, q.d. perfectus.

Nunquam indigens, i. plenus.

Poculis, sc. verbi Dei.

Tritici, q.d. panis, quo tuos alis.

Liliis, i. puris animabus, vel gratiis.

Vbera, Vide cap. 4.

4. *Collum*, &c. q.d. prædicatio, fortis, nitida, & sine erroris carie. *Oculi*, i. pastores. *Piscinæ*, q.d. pleni aquis doctrinæ. *Hesebon*. ciuitas est in Galaad.

Filiæ multitudinis, Hebr. Bath. Rabim, nomen proprium: significat vero, filiam multorum, q.d. locum capacissimum, sc. ecclesia omnes vocat, & capit, si modo ingredi velint. *Nasus*, i. discretio spirituum, quæ longissimè prospicit, & iudicat constanter. *Turris Libani*, Chald. arx Sion, quæ vocatur Turris Libani. *Contra*, i. versus.

5. *Caput*, sc. Christus. *Carmelus*, Mons est altus, & fertilis sic & Christus. *Coma*, sc Sancti capiti Christo iuncti, vel sanctæ cogitationes. *Sicut purpura*, sc. caritate pulchri. *Iuncta canalibus*, q. d. prope aquas fluentes ad hortos, i. doctrinam ad animas irrigandas, scilic. sancti pulchri non solum vita, sed & doctrina.

6. *In deliciis*, sc. spiritualibus, q.d. cum te Deus illustrat donis tuis, & ad se subleuat.

7. *Palmæ*, Iustus, vt palma. *Botris*, sc. vnde exprimitur vinum lætificans.

8. *Dixi*, i. statui apud me, verba sunt vnius ex adolescentulis. *Erunt*, sc. mihi.

Oris, i. verborum, vel vultus.

9. *Guttur*, i. prædicatio. *Potandum*, sc. in membris suis. *Ruminandum*, sc. per meditationem.

10. *Dilecto meo*, sc. tota dedita. *Conuersio*, scil. per amorem, q.d. inuicem diligimus.

11. *Agrum*, i. loca, à tumultibus remota. *Villis*, sc. aptis contemplationi.

12. *Mane*, q.d. deinde maturè.

Vineas, i. animas visendas. *Tibi*, i. tuis membris, quæ propter te lactabo.

13. *Mandragoræ*, id est, scripturæ verba, quæ more mandragoræ obliuionem inducunt, scilicet, temporalium.

Poma,

Poma, i. fructus virtutum, sc. opera.

Et vetera, q.d. sanctorum noui & veteris etiam testamenti. *Tibi*, i. ad tui gloriam, & laudem, cuius gratia etiam facta.

CAPVT VIII.

1. F*Ratrem*, q.d. vt te videam hominem factum. *Matris*, sc. Mariæ, quæ omnium fidelium mater. *Foris*, sc, in mundo hoc, qui est velut foris respectu cœli. *Despiciat*, sc. tanto à te honore dignatam, qui propter me homo factus sis.

2. *Domum matris*, &c. Vide cap. 3. *Dabo*, &c. q.d. delectabo te perfecto amore.

Condito, i. aromatico, q.d. pretioso. *Malorum granatorum*, i. virtutum, quæ ordinatæ inter se, & connexæ. Item pulchræ, & dulces.

3. *Laua*, &c. Vide sup. cap. 2.

5. *Ascendit*, sc. ad perfectionem. *Deserto*, i. mundo.

Deliciis, scil. consolatione spirituali tracta à Deo anima recedit à mundo. *Innixa*, &c. sc. nisi Deo iuuante & sustentante non ascenditur.

Arbore malo, sc. cruce, verba Christi. *Te*, sc. mortuam peccato, ô anima. *Corrupta*, sc. peccato, dum Christum crucifigit, & Iudæa, & Gentilitas, Hebr. & 70. parturiit, q.d. ibi te Ecclesia peperit, sc. per Christum, vel Eua nos olim peperit, vbi fuisset sub arbore, peccato corrupta. & nos illic à Deo suscitati, cum semen promitteret, quod nos esset redempturum.

6. *Vt signaculum*, &c. q.d. fac mei semper memineris, vt solent qui signum aliquod aspiciunt.

Super brachium, q. d. vsque ad mei semper gloriam opereris.

Quia fortis, &c. q. d. Id vero efficiet amor, qui omnia potest.

Vt mors, sc. separat à mundo Dei amor.

Dura, i. valida repetitio.

Infernus, i. mors. *Æmulatio*, i. zelotypia, sc. quam facit caritas.

7. *Eum*, sc. hominem, q.d. contemni potest quamlibet magnum pretium dans, est enim minus caritatis dignitate.

8. *Soror*, sc. gentilitas. *Vbera*, scil. scripturæ testamenta.

Alloquenda, i. ad fidem per prædicationem inuitanda, seu ad desponsationem cum Christo.

9. *Murus*, q.d fortis. *Ædificemus*, &c q.d. Addamus, scilic. ei vnde fiat fortior, sc. habenti dabitur, & abundabit.

Ostium, s. per quod Christus, ingrediatur.

Compingamus, &c. quasi dicat, ornemus, seu perficiamus.

10. *Ego murus*, id est, ego quidem Dei gratia fortis sum.

Vbera, sc. vnde manat doctrinæ lac.

Sicut turris, i. stabilia. *Facta sum*, i. comparui.

Pacem, sc. ab eo datam.

11. *Vinea*, sc. Ecclesia. *Pacifico*, sc, Christo. Hebr. Salomoni *In ea*, &c. q.d. in fidelium multitudine.

Custodibus, sc. pastoribus.

Vir, i. quisque. *Affert*, &c. q.d. afferre solet plurimi pretij fructum quotannis.

12. *Mille tui*, q.d. tibi quidem mille proueniunt, i plurimum gloriæ.

Pacifice, Heb Salomon, q.d. ô Christe.

Ducenti, q.d. magnum meritum.

13. *Quæ habitas*, &c. Christi verba. *Auscultant*, sc. quid loquaris. *Audire*, q.d. vide, vt loquaris digna quæ audiam & probem.

14. *Fuge*, scil. in cœlum ascendendo. vox sponsæ, Chald. fuge de terra hac immunda ad cœlos.

Assimulare, &c. q.d. idque citissime.

Super montes, coniungendum cum, fuge.

Aromatum, i. beatorum.

SAPIENTIA.

Auctor incertus, sed doctrina Salomonis. Describit vero sapientiam, eiusque opera.

CAPVT I.



T*ERRAM*, i. homines in terra. *In bonitate*, i. bene, vel esse illam bonam. *Simplicitate*, i. sinceritate.

2. *Fidem habent*, i. credunt.

3. *Virtus*, i. potentia, sc. Dei, quæ multis eius operibus est comprobata. *Corripit*, i. castigat.

5. *Sanctus disciplinæ*, pro, sanctæ disciplinæ, seu à quo est omnis disciplina *Fictum*, i. fictionem.

Sine intellectu, i. insipientes.

Corripietur, scilicet, quod fictum est, vel secundum Aug. homo.

A superueniente, iniquitate, q. d. tum deprehenditur fictio, cum superuenit iniquitas. Quidam intelligunt Spiritum sanctum velut correptum, & pulsum ab iniquitate recedere ab homine.

6. *Enim*. Not. huiusmodi dictiones, scil. enim, quoniam, quia, & similes non semper causam reddere, sed solum sermonem continuare.

A labiis, pro labiis, q.d. puniet ob labiorum maledicentiam.

Renum, i. interiorum.

7. *Hoc quod*, pro, hic qui, sc. spiritus, qui Græcè neutro genere dicitur, id quod secutus interpres.

Continet, sc. conseruat, vt pote Deus.

Scientiam vocis, i. notitiam omnium, sermonum, quasi dicat, optime nouit, quid quisque loquatur, etiam corde.

8. *Prateriet*, i. omittet, sc. punire.

Illum, sc. loquentem iniqua, q.d. non euadet Dei punitionem.

9. *Interrogatio est*, q. d. inquiretur in cogitationes impij.

Auditio, i. fama.

Correptionem, i. punitionem.

10. *Zeli*, sc. Dei.

11. *Nihil prodest*, pro, multùm nocet. *Obscurus*, i. clandestinus.

In vacuum, i. impune.

Mentitur, sc. detrahendo.

12. *Zelare*, i. vobis adsciscere, vt solent qui aliquid valde amant, q. d. nolite sectari ea, quæ mortem afferunt

In errore, i. per errorem. *In operibus*, i. per opera.

13. *Non fecit*, scil. mors peccato inuecta est in mundum.

14. *Sanabiles nationes*, i. salutares creaturas.

Medicamentum, sc. malum, q. d. venenum, Græc. φάρμακον, pharmacum. *Exterminij*, i. exterminans, q. d. perniciosum, seu interimens. *Infernorum*, i. inferni, seu peccati, sc. à Deo factum; hominum enim socordia factum, vt peccatum regnet.

15. *Iustitia enim*, &c. q. d. si homo iustitiam à Deo datam conseruasset, immortalis euasisset.

16. *Æstimantes*, &c. i. perinde se ad illam habentes, vt amicam. *Defluxerunt*, Græc. ἐτάκησαν, contabuerunt. *Sponsiones*, i. fœdus.

Quoniam, &c. Græc. quoniam digni sunt, qui sint partis ejus, sc. mortis, q. d digni sunt morte.

CAPVT II.

1. Refrigerium, Græc. medela, seu remedium, sc. ne moriatur.

2. *Sermo scintilla*, i. res quædam instar scintillæ.

3. *Quæ extinctio*, sc. scintilla spiritus. *Aggrauata*, i. oppressa.

4. *Per tempus*, i. temporis progressu.

5. *Finis*, i. post finem, sc. mortem. *Consignata*, sc. finis i. mors, q. d. certa, & designato tempore.

6. *Tanquam in iuuentute*, i. more iuuenum, vel dum sumus iuuenes.

11. *Iustitiæ*, q. d. pro iusto ducamus, quidquid facere possumus.

12. *Circumueniamus*, &c. vox Iudæorum contra Christum. *Diffamat*, i. diuulgat. *Disciplinæ*, q. d. vitæ indisciplinatæ.

14. *Traductionem*, Græc. redargutionem.

15. *Immutatæ*, i. multo aliæ.

16. *Nugaces*, Græc. adulterini, seu spurii.

Præfert, i. magnifacit, Græc. beatificat, seu beata prædicat.

17. *Tentemus*, &c. i. videamus, quo tandem euadant res eius.

19. *Interrogemus*, i. exploremus, vt est Græc. *Reuerentiam*, id est, modestiam, seu mansuetudinem vt est Græc.

20. *Respectus*, &c. q. d. ex verbis eius deprehendetur quis sit, vel ironice, q. d. scilicet tunc apparebit quod ille iactabat, se filium Dei esse.

21. *Sacramenta*, Græc. mysteria, q. d. Dei arcana, seu occulta iudicia, & opera. *Iudicauerunt*, i. secum reputarunt, seu expenderunt.

32. *Inexterminabilem*, i. non moriturum, si non peccasset. *Similitudinis suæ*, pro similem sibi.

CAPVT III.

1. Mortis, sc. æternæ.

2. *Afflictio*, i. calamitas, seu punitio.

3. *In exterminium*, sc. opinione insipientium.

Iter, i. discessus. *Exterminij*, scilic. esse illis visus est, q. d. putarunt illos hinc à nobis in exitium discessisse.

Pace, i. felicitate.

4. *Spes*, &c. q. d. id quod sperabant, plene, & in perpetuum sunt assecuti.

5. *Bene disponentur*, i. bene cum illis agetur.

6. *Erit respectus*, i. ratio habebitur.

7. *Tanquam scintillæ*, i. cum splendore & agilitate, *Arundineto*, Græc. stipula, καλάμη.

8. *Iudicabunt*, sc. cum Christo. *Nationes*, i. gentes.

Et dominabuntur, &c. repetitio, q. d. velut solent domini seruos iudicare, vel principes erunt, vt solent populorum domini.

9. *Acquiescent*, i. obedient. *Donum*, i. gratia. *Est*, i. contingit.

10. *Secundum quæ cogitauerunt*, i. vt merentur eorum cogitata. *Correptionem*, i. punitionem. *Iustum*, i. id quod iustum est.

12. *Mulieres*, i. vxores.

13. *Creatura*, i. progenies. *Quoniam*, pro, at vero. *Respectione*, Græc. visitatione, q. d. in die iudicij.

14. *Spado*, qui se castrauit propter Regnum cœlorum, sc. cœlebs. *Manus*, i. opera. *Fidei*, sc. respondens, quam seruauit; iuxta illud: Fidem seruaui, de reliquo, &c.

Templo Dei, sc. cœlo.

15. *Radix*, q. d. non pereunt radices sapientiæ, sed suo tempore fructum ferunt.

16. *In consummatione erunt*, i. consumentur, seu peribunt. Græc. inconsummati erunt, q. d. imperfecti, & immaturi, sc. peribunt ante tempus, seu antequam fructum vllum edant. *Semen*, sc. profectum, nempe filij.

17. *In nihilum*, i. pro nihilo. *Computabuntur*, sc. apud Deum & homines.

Nouissima, Græc. in nouissimis.

18. *Spem*, sc. apud Deum. *Agnitionis*, sc. causæ cuiusque q. d. die iudicij. *Allocutionem*, sc. consolantem, Græc. solatium.

19. *Nationis*, i. progeniei. *Consummationes*, i. fines, q. d. habent infelices exitus.

CAPVT IV.

1. Generatio, i. hominum genus.

Claritate, i. fama, vel q. d. quam pulchra est & clara casta generatio.

2. *Eduxerit*, i. subduxerit, sc. ex mundo per mortem, vel aliquo recesserit.

Inconquinatorum, i. mundorum, sc. magnum est periculum in castitatis certamine, ne anima maculetur. Ideoque maius victoriæ præmium.

Vincens, i. obtinens vincendo.

3. *Multigena*, i. multiplex, seu multiplicata.

Spuria vitulamina, Aug. 2. de doct. Christ. cap. 12. ait legendum, adulterinæ plantationes, Græc. quidem, μοσχεύματα, i. propagines, seu stolones.

4. *In tempore*, i. ad tempus.

5. *Inconsummati*, i. imperfecti.

6. *Iniquis somniis*, i. illegitimo concubitu. *Interrogatione*, i. inquisitione, seu examine, q. d. si quis roget, seu inquirat, vnde sint orti.

9. *Cani*, pro canities.

10. *Placens factus*, pro, cum placeret.

12. *Nugacitatis*, i. vanitatis. *Bona*, pro, bonam mentem, sc. affert interdum ei tenebras mundi vanitas fallaciis suis.

Inconstantia, sc. vaga est concupiscentia, & alia atque alia subinde appetit. *Sensum*, i. mentem.

13. *Consummatus*, &c. q. d. breui tempore factus perfectus censetur diu vixisse.

14. *Talia*, sc. quod sequitur, & quod dictum est.

16. *Condemnat*, sc. per suam bene actam vitam.

Consummata, i. perfectionem assecuta, vel vitam finiens.

17. *Videbunt*, &c. coniunge cum, Populi autem, &c.

Munierit, sc. securitate donans, Complut. minuerit, sc. dies vitæ præciderit.

19. *Decidentes*, i. morientes. *Contumelia*, i. ignominia. *Sine voce*, sc. vt non habeant quod dicant, aut conquerantur. *Supremum*, i. extremum, q. d. extremè.

20. *Traducent*, id est, palam conuincit, Græc. coarguent.

CAPVT V.

1. **T**Vnc, ſc. poſt mortem. *Labores*, i. laborum mercedem, ſc. negantes, vel defraudantes.

2. *Videntes*, ſc. iuſtorum ſtatum felicem. *Subitatione*, &c. q. d. tam ſubita & inſperata ipſis ſalute ſanctorum.

3. *Similitudinem*, i. prouerbium, vt, ſcil. cum quis malum imprecaretur, diceret. Accidat tibi, vtilis, &c. ſic Pſalm. 43. poſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus.

6. *Intelligentia*, Græc. iuſtitiæ.

7. *Laſſati ſumus in via*, Græc. impleti ſumus viis. *Vias difficiles*, Græc. deſerta inuia.

11. *Argumentum*, i. indicium.

12. *Locum deſtinatum*, Græc. ſcopum.

16. *Cogitatio*, i. cura.

17. *Decoris*, i. præclarum. *Speciei*, i. ſpecioſum.

19. *Certum*, Græc. non fictum, ſcilicet, verum, ſeu ſincerum.

21. *In lanceam*, i. loco lanceæ,

22. *Exterminabuntur*, i. interficientur, ſcilicet, iniqui, vel eiicientur, ſc. fulgura. *Inſilient*, ſcil. fulgura, ſeu fulmina.

23. *Petroſa*, Græc. lapides iaciente.

24. *Spiritus virtutis*, i. vehemens ventus. *Dinidet*, Græc. ventilabit, ſeu iactabit. *Ad eremum perducet*, i. deſolabit.

CAPVT VI.

1. **F**Inium terræ, q. d. prouinciarum, quæ ſuis finibus diſtinguuntur, vel partis quiſque ſuæ.

3. *Continetis*, ſc. imperio, q. d. gubernatis.

4. *Interrogabit*, i. examinabit.

7. *Exiguo*, i. pauperi, ſeu plebeio.

8. *Subtrahet*, i. accipiet, q. d. reſpectum habebit, Græc. formidabit, ſeu verebitur. *Æqualiter*, Græc. ſimiliter.

9. *Fortioribus*, Græc. potentibus. *Cruciatio*, Græc. ſcrutatio, ſeu inquiſitio.

10. *Excidatis*, i. cadatis, ſc. peccando.

11. *Iuſte*, i. tanquam iuſti. *Reſpondeant*, ſc. in die iudicij, q. d. ſe defendent.

12. *Diſciplinam*, i. eruditionem.

16. *Senſus eſt conſummatus*, q. d. ea vero eſt optima cogitatio.

17. *Viis*, ſcilicet, quibus ſuos quærit, vel ab iis quæritur.

Prouidentia, i. conſilio, ſc. ipſorum. *Occurret*, ſc. vt adiuuet cogitata.

19. *Ergo*, Græc. autem. *Dilectio*, ſc. ſapientiæ, q. d. attendere diſciplinæ, argumentum eſt dilectionis ſapientiæ. *Incorruptionis*, i. integritatis vitæ.

24. *Facta ſit*, i. in animis hominum ingeneretur. *Sacramenta*, i. myſteria, ſeu arcana. *Ab initio natiuitatis*, q. d. primam originem.

27. *Diſciplinam*, i. eruditionem.

CAPVT VII.

2. **S**Omni, i. concubitus. *Conueniente*, i. concurrente, ſeu accendente.

3. *Similiter factam*, pro, ſimilem.

4. *Inuolumentis*, i. faſciis.

6. *Ergo*, Græc. vero.

7. *Propter hoc*, ſc. vt vitam, in quam ingreſſus eram, recte traducerem. *Senſus*, i. intelligentia.

10. *Speciem*, i. pulchritudinem.

11. *Honeſtas*, ſc. diuitiæ.

12. *Ignorabam*, ſc. antea.

13. *Honeſtatem*, i. diuitias.

15. *Ex ſententia*, i. ſententioſe. *Præſumere*, i. audere. Græc. cogitare. *Emendator*. Græc. director, ſeu corrector.

16. *Scientia*, i. artificioſorum.

17. *Sunt*, i. exiſtunt, ſc. in mundo.

18. *Viciſſitudinem*, pro, viciſſitudinarias. *Conſummationes*, i. fines ſeu perfectiones.

21. *Improuiſa*, Græc. manifeſta.

22. *Multiplex*, Aug. epiſt. 102. multiplex, quia multa habet; ſimplex, quia nihil aliud eſt quam quod habet, ſic dicitur filius habere vitam in ſemetipſo, & eadem vita eſt ipſe. *Subtilis*, ſcil. ab effectu, quo etiam modo ſequentia accipienda. *Mobilis*, ſc. faciens animam facile ad bonum mobilem.

23. *Certus*, i. firmus. *Intelligibiles*, pro, intelligentes. *Mundus ſubtilis*, Græc. mundos ſubtiliſſimos, vt ad ſpiritus referatur angelicos.

24. *Mobilior*, ſc. actiuitate, ſeu efficacitate.

Munditiam, q. d. non poteſt enim vllius rei contactu inquinari.

25. *Vapor*, i. afflatus. *Claritatis*, i. gloriæ.

26. *Candor*, i. lux non obſcurior luce, de qua manat. Aug. 4. Trin.

27. *Nationes*, q. d. omne hominum genus.

29. *Prior*, i. potior.

CAPVT VIII.

1. **E**Rgo, Græc. autem. *A fine vſque ad finem*, i. per omnia.

3. *Generoſitatem*, &c. q. d. inde apparet, quanta ſit eius nobilitas, quod cum Deo commoratur.

6. *Senſus*, i. intelligentia, ſc. artificium.

7. *Huius*, ſc. ſapientiæ. *Virtutem*, i. fortitudinem.

8. *Æſtimat*, i. iudicat. *Verſutias*, i. difficultates, ſeu fallacias.

Monſtra, i. prodigia.

9. *Allocutio*, i. conſolatio, ſeu exhortatio.

11. *In iudicio*, id eſt, cum erit de aliquo ferendum iudicium.

12. *Suſtinebunt*, i. expectabunt.

15. *Videbor*, i. apparebo, ſeu conſpiciar eſſe.

17. *Immortalitas eſt in cognatione ſapientiæ*, q. d. in familiaritate, ſeu coniunctione.

18. *Honeſtas*, id eſt, diuitiæ. *Certamine*, id eſt, exercitatione.

19. *Bonam*, i. in bonum propenſam.

20. *Et cum eſſem*, &c. q. d. creſcente vero magis magiſque bonitate conſecutus ſum corporis munditiam.

21. *Continens*, i. compos, q. d. aſſequi ſapientiam. vide Eccleſ. 6. ſimilem phraſim.

CAPVT IX.

1. **M**Iſericordia, pro, miſericors.

3. *Diſponit*, pro, diſponeret, i. gubernaret. *Directione cordis*, i. recto corde. *Iudicium indicet*, pro, ius diceret.

4. *Reprobare à pueris*, i. excludere à numero ſeruorum.

5. *Minor*, i. minus idoneus, ſc. niſi adiuuet.

6. *Computabitur*, i. reputabitur.

8. *Dixiſti*, i. voluiſti, ſeu iuſſiſti.

Ab initio, i. olim.

9. *Tecum*, ſc. præparauit. *Directum*, i. rectum.

10. *Mecum laboret*, id eſt, doceat me laborare. Auguſt. 4. Trin.

11. *In ſua*, pro, cum ſua.

12. *Sedium*, i. ſolio.

15. *Quod corrumpitur*. Græc. corruptibile.

Senſum, id eſt, mentem.

16. *Æstimamus*, id est, deprehendimus, seu coniectamus.
17. *Sensum*, i. consilium seu voluntatem.
18. *Et sic*, sc. iuuante tua sapientia.
Sint, pro, fuerint.
19. *Sanati* Græc. saluati, seu seruati.

CAPVT X.

2. *Continendi*, sc. sub imperio.
3. *Iniustus*, sc. Cam. *Fraternitas*, Græc. fratris.
4. *Sanauit*, i. seruauit.
5. *Sciuit*, i. agnouit, seu approbauit. *Iustum*, scil. Abraham. *Misericordiam*, sc. promissam de posteritate innumera. *Fortem*, i. constantem.
6. *Iustum*, sc. Loth.
7. *Constat*, pro extat. *Incerto tempore*, pro intempestiuos. *Incredibilis*, pro, incredulæ. *Figmentum*, i. simulacrum, seu statua.
8. *Prætereuntes*, i. negligentes. *Lapsi*, Græc. læsi. *Memoriam*, i. memoriale.
9. *Obseruant*. i. colunt.
10. *Profugum iræ*, i. fugientem iram. *Iustum*, sc. Iacob. *Regnum Dei*, sc. iustitiam, & pacem. *Honestauit*, i. locupletauit. *Compleuit*, Græc. multiplicauit. *Labores*, i. laborum fructus, sc. pecora.
11. *Honestum*, i. diuitem.
12. *Inimicis*, sc. Esau. *Seductoribus*, sc. Laban.
13. *Iustum*, sc. Ioseph. *Peccatoribus*, Græc. peccato, sc. cum tentaretur à domina sua. *Foueam*, i. profundum carcerem Græc. lacum.
14. *Maculauerunt*, i. per calumniam infamarunt, Græc. vituperauerunt, sc. inique accusantes. *Claritatem*, i. gloriam.
15. *Populum*, sc. Hebræorum. *Iustum*, i. nihil tale merentem. *Nationibus*, i. populo Ægyptiorum.
16. *Serui Dei*, sc. Mosis. *Reges*, pro, Regem, scil. Pharaonem.
17. *Mercedem*, scil. spoliatis Ægyptiis. *Diei*, i. per diem. *Stellarum*, pro, velut stellarum.
19. *Altitudine inferorum*, i. maxima, scil. maris profunditate. *Illos*, sc. Hebræos.
20. *Ideo*, sc. quia à sapientia adiuti.
Pariter, id est, simul. Alludit ad Canticum, de quo Exod. 15.
21. *Mutorum*, i. qui prius loqui non audebant.
Infantium, i. imperitorum, vel puerorum, qui & ipsi canebant cum reliquis.

CAPVT XI.

1. *In manibus*, i. opera. *Propheta*, sc. Mosis.
2. *Casas*, Græc. fixerunt tabernacula, seu tentoria.
Requies, i. consolatio, seu refrigerium.
6. *Cum illis deessent*, sc. Hebræis aquæ in deserto.
7. *Sempiterni*, i. perennis, seu semper fluentis, scilicet, Nili.
Humanum Græc. cruentum, seu saniosum.
8. *Minuerentur*, Græc. turbarentur. *In traductione*, i. ob apertam iniuriam, Græc. in correptionem, id est, punitionem, quasi dicat, cum Ægyptij turbarentur, te puniente occisionem infantium.
Illis, sc. Hebræis.
10. *Tentati*, sc. Ægyptiaca seruitute. *Disciplinam*, i. correptionem.
11. *Interrogans*, i. examinans.
12. *Absentes*, sc. ab vrbe regia.
13. *Duplex*, i. grandis. *Præteritorum*, sc. malorum, quibus Hebræos affecerant.
14. *Per sua tormenta*, i. dum cruciarentur.
Secum, i. cum Iudæis. *Commemorati*, i. recordati, q. d. agnouerunt tandem Dei potentiam.
In finem exitus, q. d. quem tandem finem, & exitum habuissent Hebræorum res vel, q. d. tandem.
15. *Quem*, sc. Mosen. *Praua*, i. calamitosa. Græc. olim. *Proiectum*, sc. in fluuium. *Deriserunt*, i. contempserunt. *In finem euentus*, i. ad extremum, seu seu tandem. *Sitientes*, sc. ipsi, q. d. cum sitirent, deerat quod biberent, Iudæis vero supererat.
16. *Iniquitates*, sc. puniens. *Mutos*, Græc. irrationales. *Superuacua*, Græc. viles. *Mutorum*, Græc. irrationalium.
18. *Impossibilis*, pro, impotens. *Inuisa*, sc. creata ante lucem conditam Græc. informi.
19. *Vaporem*, i. halitum. *Odorem*, Græc. sonitum.
21. *Spiritu*, id est, impetu. *Ab ipsis factis*, pro, ob ipsa facta.
22. *Superat*, id est, adest.
23. *Momentum*, i. minimum pondus, seu inclinatio. Vide Isai. 40.
24. *Propter pœnitentiam*, id est, vt pœnitentiam agant.
25. *Odiens*, q. d. odisses, non fecisses.
26. *Vocatum*, quasi dicat, electum ad id vt conseruetur.
27. *Omnibus*, sc. hominibus, sub. si pœniteant.

CAPVT XII.

1. *Partibus*, id est, paulatim, quasi dicat, per partes corripis.
De quibus; pro, in quibus.
3. *Exhorruisti*, Græc. odisti.
4. *Medicamina*, i. veneficia.
6. *Auctores*, sc. cædis. *A medio sacramento*, i. interposito iuramento.
7. *Perciperet peregrinationem*, i. coloniam, scil. peregrinos seruos tuos.
9. *Verbo*, i. imperio.
10. *Partibus*, i. per partes, seu paulatim. *Iudicans*, i. puniens. *Naturalis*, i. innata. *Non poterat*, sc. quia obstinata in malo.
11. *Nec timens*, &c. quasi dicat, nullius rei timore adduci posses vt illis parceres, vel, quamquam neminem timeres, tamen veniam dabas, i. non pro illorum meritis puniebas, quin etiam pepercisses si pœnituissent.
12. *Tibi imputabit*, Græc. te accusabit.
13. *Vt ostendas*, pro, sed vt ostendas.
15. *Condemnare*, &c. Græc. condemnare alienum æstimas, &c.
Virtute, i. potentia, q. d. à te.
16. *Virtus enim*, &c. q. d. à te originem habet omnis iustitia.
17. *Traducis*, i. puni, Græc. arguis.
18. *Virtutis*, i. potentissimus. *Reuerentia*, i. moderatione, veluti reueritus.
Subest, id est, adest.
19. *Bonæ spei*, id est, bene sperare, scilicet, de tua misericordia.
20. *Debitos*, i. destinatos, seu dignos.
22. *Das disciplinam*, i. castigas.
Iudicantes, i. expendentes tantam bonitatem.
Iudicatur, q. d. dum castigamur.
24. *Superuacua*, Græc. vilia.
25. *Iudicium*, i. punitionem. *In derisum*, q. d. velut puerilibus & ridiculis pœnis punisti.
26. *Ludibriis & increpationibus*, quasi dicat, leuibus pœnis.
27. *Per hæc*, scilicet, animalia, sub. puniebantur. *In ipsis*, i. per ipsa, sc. cruciantia.
Videntes, i. animaduertentes.
Finis condemnationis, i. extrema seu perfecta condemnatio.

CAPVT

CAPVT XIII.

1. SVbest, pro, inest. *Videntur*, i. conspiciuntur, q.d. ex creaturis. *Qui est*, scil. Deum. Vide Exod. 3.

2. *Spiritum*, i. ventum. *Gyrum*, i. orbem. *Nimiam*, i. copiosam, seu vehementem. *Deos*, pro, & Deos.

3. *Specie*, i. pulchritudine.

5. *Magnitudine*, i. excellentia. *Speciei, & creaturæ*, Græc. & specie, & creaturis. *Cognoscibiliter*, Græc. per analogiam, seu comparationem, ἀναλόγως.

6. *Est querela*, i. fit reprehensio. *Fortasse*, iunge cum, quærentes.

8. *Iterum autem*, pro, sed tamen.

9. *Potuissent*, pro potuerunt. *Æstimare*, i. cognoscere.

10. *Inter mortuos*, i. mortua, seu desperata.

11. *Conuersationem*, i. vsum.

12. *Esca*, sc. coquendæ extincto igne.

13. *Verticibus*, i. nodis. *Vacuitatem*, i. otium.

14. *Comparet*, i. assimilet.

17. *De*, i pro. *Inquirit*, sc. opem.

CAPVT XIV.

1. ITerum, i. præterea, q. d. videre est aliam hominum dementiam.

3. *Mari*, sc. rubro. *Firmissimam*, Græc. tutam.

4. *Sanare*, i. seruare. *Arte*, i. naui per artem facta.

5. *Vacua*, i. otiosa, q. d. vt seruirent vsibus hominum, sc. nauibus aduecta.

6. *Perirent*, sc. diluuio. *Ratem*, sc. Arcam Noë.

Remisit, i. reliquit. *Natiuitatis*, i. generationis, q.d. posteritatem. *Quæ*, sc. spes, vel rates.

7. *Iustitia*, i. beneficium, sc. seruando homines in mari, vel q.d. quo quis iuste vtitur, sc. ad vsum aliquem honestum.

9. *Similiter*, Græc. æque.

10. *Tormenta patietur*, i. destruetur, s. Deo puniente.

11. *Non erit respectus*, q.d. nec eis parcetur.

Odium, Græc. abominationem. *Facta*, i. conuersæ ab impiis. *Tentationem*, Græc. scandala.

Muscipulam, Græc. laqueum.

12. *Fornicationis*, sc. spiritualis, qua Deus deseritur.

Exquisitio, Græc. excogitatio.

13. *Erunt*, i. permanebunt.

14. *Superuacuitas*, Græc. vana gloria. *Breuis*, &c. q d. breuiter sunt excogitata, & facta, sc. adiuuante ambitione.

18. *Qui ignorabant*, q. d. ignorantes, seu stultos.

19. *Assumpsit*, i. conduxit, scil. ad opus faciendum.

21. *Incommunicabile*, sc. creaturis. *Nomen*, scil. Dei.

22. *Non suffecerat*, pro, quasi non sufficeret.

Inscientia, i. ignorantiæ.

23. *Obscura*, i. clandestina. *Vigilias habentes*, Græc. comessationes agentes.

25. *Fictio*, Græc. dolus. *Turbatio*, i. tumultus, *Tumultus*, i. perturbatio *Bonorum*, i. rerum bonarum

26. *Immemoratio*, i. obliuio, *Natiuitatis*, i. generationis sc. per vitium contra naturam. *Inconstantia*, sc. deserto per iniuriam coniuge.

29. *Noceri*, i. lædi, seu læsum iri. *Sperant*, i. timent, seu expectant.

30. *Vtraque*, pro, ob vtraque, s. ea, quæ sequuntur. *Euenient*, sc. mala, quæ non expectant.

31. *Virtus*, sc. quæ possit prohibere punitionem. *Perambulat*, sc. puniens. *Iniustorum*, i. iniquorum.

CAPVT XV.

1. VErus, id est, verax.

2. *Magnitudinem*, Græc. potentiam, sc. peccata remittendi. *Computati*, i. in pretio, q.d tibi chari, seu in tuorum numero.

3. *Nosse*, sc. vt par est, etiam amando. *Consummata*, i. perfecta, q.d. sine Dei cognitione nulla perfecta iustitia.

Virtutem, i. potentiam. *Radix*, i. principium, sc. fide inchoatur æterna vita.

4. *Vmbra*, i. adumbratio. *Sculpta*, Græc. maculata.

6. *Illos*, pro, illa, vel illos, sc. deos.

8. *Debitum*, sc. moriendi, seu à corpore discedendi, vel q.d. redditurus Deo vitæ suæ rationem.

9. *Laboraturus*, sc. postea in supplicio. *Concertatur*, pro, certat cum *Aurificibus*, &c. sc. vt eos arte superet.

Prefert, Græc. ducit, seu reputat. *Superuacuas*, i. vanas.

10. *Cinis*, q.d. terrenum. *Terra superuacua*, pro, vacua super terra, i. vilior terra, vt est Græc.

13. *Scit*, i. potest facile scire. *Materia*, sc. eadem.

14. *Anima*, Complut. animæ suæ, i. illorum.

15. *Pigri*, i. inepti.

16. *Similem*, i. viuentem.

18. *Illis*, sc. insensatis. *Sunt deteriora*, sc. ea animalia ob cultum impium, vel quia nocent, sc. serpentes & crocodili.

19. *Bona*, i. tanquam bona, i. pulchra, q.d. nemo illorum aspectu delectatur, adeo sunt turpia & horribilia, Græc. sensus est, nulla alia animalia horum aspectu delectata ea concupiscere, adeo esse deformia. *Laudem*, &c. q. d. vel à Deo fuit serpens vituperatus, & maledictus olim, quem isti nunc pro Deo colunt.

CAPVT XVI.

1. EXterminati, Græc. cruciati.

2. *Pro quibus tormentis*, i. quorum tormentorum loco, q. d. contra vero. *Disposuisti*, Græc. beneficio affecisti. *Concupiscentiam*, delectamenti, i. delicias quas concupierat. *Ortygometram*, i. coturnices.

3. *Ea*, sc. animalia, vt muscas, ranas, & similia, quæ cibos illorum contaminabant. *Concupiscentia*, i. esca concupita. *Facti*, sc. paulo ante deficientibus cibis, quos optabant, vel in Ægypto dum seruirent.

4. *Sine excusatione*, i. ineuitabilem. *Exterminabantur*, Græc. cruciabantur.

5. *Illis*, sc. Hebræis. *Exterminabantur*, i. perimebantur.

6. *Signum*, sc. serpentem æneum. *Ad commemorationem*, &c. q. d. vt sic monerentur Dei præceptis obedire, & non murmurare, & conqueri.

7. *Conuersus*, sc. ad serpentem æneum illum adspiciens.

11. *In memoria*, i. vt recordarentur. *Examinabantur*, Græc. pungebantur, s. à serpentibus. *Obliuionem*, sc. tuorum præceptorum.

12. *Malagma*, i. fomentum, seu medicamentum.

Sermo, i. voluntas, quæ sermone exprimitur.

14. *Exierit*, scil. è corpore. *Recepta*, sc. in aliam vitam.

16. *Nouisti*

16. *Nouis aquis*, i. insuetis pluuiis, vel aquis sanguineis. *Consummati*, i. consumpti.
17. *Valebat*, i. poterat, seu operabatur.
18. *Mansuetabatur*, pro, mansuescebat.
19. *Ignis*, sc. aquæ mistus. Vide infr.
20. *Pro quibus*, i. quorum loco, seu è contrario.
21. *Substantiam*, &c. quasi dicat, per substantiam enim tuam, id est, sustentantem panem, sc. Manna. dulcedinem, &c.

Conuertebatur, sc. sapore. Id vero quidam de solis iustis intelligunt.

23. *Iterum*, i. præterea, sc. accidit. *Oblitus est*, sc. manna non consumens, sed coquens.
25. *Transfigurata*, scil. varios sapores accipiens manna. *Gratia*, i. benignæ prouidentiæ. *Desiderati*, id est, dilecti.
26. *Natiuitatis*, i. è terra nati.
28. *Benedictionem*, i. munus, sc. accipiendum. *Ad ortum lucis*, i. diluculo.
29. *Superuacua*, Græc. inutilis.

CAPVT XVII.

1. VErba, i. res. *Indisciplinatæ*, i. imperitæ, seu sine disciplina.
2. *Natione*, sc. Hebræorum. *Fugitiui*, &c. q. d. profugi, seu exules à prouidentia diuina, quæ perpetuo homines per solem illuminat.
3. *Obscuris*, i. occultis. *Obliuionis*, sc. alij aliorum obliti erant, oppressi calamitate. *Dispersi*, sc. huc illuc, dum mortem fugiunt.
4. *Personæ*, i. laruæ, seu spectra. Not. hic multa, quæ in Exod. fuerant omissa.
6. *Non videbatur*, sc. cum dispareret. *Deteriora*, sc. quam essent.

Derisus, i. ludibria, sc. nihil illos iuuantia. *Correptio*, pro corripiebatur, sc. tanquam inanis.

8. *Illi*, scilicet, Magi.
9. *Etsi*, pro etiam cum.

Et aerem, pro, etiam aërem.

10. *Condemnationis*, q.d. ipsa se condemnat.

Præsumit, i. præsagit, seu sibi repræsentat.

11. *Proditio*, i. destitutio, seu defectio.
12. *Expectatio*, i. spes. *Maiorem computat*, &c. Complut. maiorem putat potentiam eius causa, &c. q.d. plusquam est re vera malū putat sibi imminere.

Præstat, pro, imminet, seu aduenit.

13. *Impotentem vere noctem*, i. quæ superari non poterat. *Ab infimis*, pro, velut ab inferis. *Altissimis*, i. profundissimis. *Inferis*, non est, in Complut.
15. *Monstrorum*, sc. in somno apparentium.

Traductione, i. extra se eductione, seu punitione, Græc. traditione.

16. *Decidisset*, sc. præ metu lapsus. In carcere, pro, velut in carcere.
17. *Praeoccupatus*, sc. timore, seu perturbatione.
19. *Suauis*, sc. alioqui. *Inuisus*, i. non visus.
21. *Superuentura*, scil. in inferno. *Erat*, pro, erant. *Ergo*, pro, autem. *Grauiores*, sc. ob peccatorum conscientiam.

CAPVT XVIII.

1. IPsi, sc. Hebræi, vocātur autē sancti, i. Deo dicati.
2. *Læsi*, sc. ab Ægyptiis. *Ledebantur*, sc. amplius.

Differentia, sc. inter ipsos, & Ægyptios, dum alij seruantur, alij puniuntur.

3. *Propter quod*, sc. vt appareret differētia. *Hospitij*, sc. deserti, vbi per 40. annos bene à Deo tractati.
5. *Traductionem*, i. punitionem. Græc. correptionem. *Filiorum*, sc. primogenitorum.
6. *Cognita*, scil. Deo per Mosen præmonente. *Iuramentis*, scil. Dei promissionibus. *Animæquiores*, id est, bono animo.
7. *Suscepta*, i. loco beneficij accepta.
8. *Prouocans*, sc. ad tui cultum, & amorem.
9. *Sacrificabant*, sc. agnum Paschalem. *Pueri*, i. filij. *In concordiam*, i. vnanimiter. *Disposuerunt*, sc. seruare. *Similiter*, sc. persuasi, q.d. parati ad prospera & aduersa, quibus etiam iusti obnoxij.
10. *Inconueniens*, i. confusa.
12. *Nomine*, i. genere, sc. primogenitorum. *Praeclarior*, sc. primogeniti. *Exterminata*, i. interempta.
13. *Veneficia*, q. d. cum antea nollent credere videntes Magos suos veneficiis similia Mosis operibus facere. *Spoponderunt*, Græc. confessi sunt.
15. *Sermo*, i. præceptum. *Exterminij*, i. perniciosam, vel exterminandam.
16. *Insimulatum*, i. non fictum, sed efficax. *Vsque ad cœlum*, q.d. cœlesti virtute res fiebat.
21. *Seruitutis*, i. ministerij. *Allegans*, i. mittens, *Necessitati*, Græc. calamitati.
22. *Turbas*, i. turbationem illam, seu plagam populum turbantem. *Illum*, sc. Angelum interemptorem, vel ignem. *Se*, pro, populum. *Subiecit*, i. compescuit. *Parentum*, id est, patribus facta. *Testamentum*, id est, pactum.
23. *Ad viuos*, sc. ad interimendos.
24. *Poderis*, i. talari. *Erat*, sc. figuratè descriptus.
25. *Tentatio*, i. probatio. Græc. experientia. *Sufficiens*, sc. ad illorum correctionem.

CAPVT XIX.

1. NOuissimum, i. extremum.

Præsciebat, sc. Deus. *Futura*, i. quid essent facturi. *Se educerent*, i. discederent, sc. Hebræi.

3. *Inscitia*, i. stultam.
4. *Necessitas*, sc. diuinæ ordinationis, seu punitionis. *Commemorationem*, i. memoriam. *Repleret*, pro, impleret.
5. *Nouam*, i. inusitatam, & mirabilem.
6. *Ad suum genus*, &c. q. d. in proprio quoque genere à principio accepto, nouam induebat figuram.

Pueri, i. serui.

7. *Campus*, pro, velut campus.
8. *Natio*, i. Hebræa gens. *Monstra*, i. prodigia, seu signa,
9. *Equi*, q. d. liberi, & soluti. *Depauerunt escam*, i. manna pasti sunt.
10. *Pro natione*, i. loco nascentium.
11. *Creaturam*, Græcus, generationem, seu progeniem.

Epulationis, i. delicatas.

12. *In allocutione*, Græc. ad consolationem.

Ortygometra, id est, coturnix.

Vexationis, id est, supplicia.

Non sine, quasi dicat, præcedentibus. *Argumentis*, scilicet, iræ Dei.

14. *Respectus*, i. ratio agendi.
15. *Institutis*, i. ciuilibus legibus, scil. Hebræi in Ægypto.
16. *Iusti*, sc. Loth. *Vnusquisque*, sc. Ægyptiorum. *Transitum*, i. ingressum.
17. *In se*, pro inter se. *Custodiunt*, sub. sic accidit elementis mutatis.

Vnde, &c. quasi dicat, quod ex iis, quæ acta sunt perspici potest.

18. *Agrestia*, scilicet, iumenta Iudæorum per mare transeuntia. *Natantia*, scil. ranæ, quæ vexarunt Ægyptios.
20. *Coambulantium*, i. inter flammas incedentium. *Escam*, sc. Manna.

ECCLE

ECCLESIASTICVS.

q. d. Concionalis, scilicet, mores instruit.

Græcus, Sapientia Iesu filij Sirach Auctor Iesus filius Sirach, cuius nepos Iesus, item filius Sirach, librum ex Hebræo in Græcum transtulit.

PROLOGVS.

MVLTORVM *& magnorum*, id est, multarum & magnarum rerum. *In quibus*, pro in quo.

Loquentes, sc. ex lege, & Prophetis docentes.

Discentes, sc. eam doctrinam. *Amplius*, i. multum.

Sequentes, pro, sequi, seu describere. *Deficiunt*, i. admittunt vim suam. *Hæc*, sc. quæ transtuli. *Inter se*, i. propria lingua. *Anno*, sc. ætatis meæ, vel regni Ptolomæi. *Ad finem*, &c. q. d. quæ opus erant ad perficiendum librum hunc, & dandum illis qui, &c.

CAPVT I.

1. ÆVum, i. sæculum, q. d. ante omne tempus.
2. *Dinumerauit*? sub. nisi Dei sapientia?

3. *Inuestigauit*, i. comprehendit.

4. *Creata*, sc. in Angelis vel producta per intellectum à Deo Patre. *Ab æuo*, i. ex æternitate.

5. *Ingressus*, i. viæ. *Æterna*, i. immobilia, vel ad æternitatem ducentia.

6. *Radix*, i. origo, seu principium, vnde orta.

Astutias, i. cautiones. *Cognouit*, sc. plene.

7. *Multiplicationem ingressus*, id est, multiplices vias.

8. *Illius*, pro, suum.

9. *Creauit*, i. produxit, sc. gignendo. *In Spiritu sancto*, pro, cum Spiritu sancto, quem vna cum filio produxit: procedit enim à Patre, & Filio. *Vidit*, sc. in illa omnia à se per illum facienda.

10. *Carnem*, i. hominem. *Secundum datum*, i. prout cuique voluit communicare.

11. *Timor Domini*, describit initium sapientiæ.

Gloria, sc. vera hominis.

14. *Dilectio Dei*, &c. q. d. in Dei dilectione consistit sapientia.

15. *Apparuerit*, sc. sapientia. *In visu*, q. d. se manifestans.

16. *Vulua*, q. d. iam inde ab infantia Deum timere incipiunt. *Agnoscitur*; scil. per bona opera in illis esse.

17. *Scientia religiositas*, q. d. Dei cultus verus.

19. *Consolationis*, i. cum Deus solet consolari, aliàs, consummationis, i. mortis.

20. *Plenitudo à fructibus illius*, pro, implens suis fructibus, sc. timentem Deum; Græc. inebrians fructibus suis, i. replens.

21. *A generationibus*, i. fructibus. *A thesauris*, pro, thesauris. *Illius*, pro, suis.

22. *Corona*, id est, ornamentum.

Replens, Græc. germinans.

23. *Et vidit*, &c. q. d. timens Deum expendit diligenter sapientiæ opera, quamquam hæc non sunt in omnibus exemplaribus Græcis. *Vtraque*, sc. pax, & salus, vel timor & sapientia.

24. *Compartietur*, i. communicabit, seu distribuet pro cuiusque capacitate.

25. *Rami*, adeoque fructus.

27. *Peccatum*, Græc. additur & iram.

28. *Qui sine timore est*, Græc. iracundus.

30. *Bonus sensus*, q. d. sensatus vir. *Verba illius*, pro, verba sua, q. d. tacebit, reprimens iram. *Enarrabunt*, sc. laudantes.

31. *Significatio*, i. declaratio, seu demonstratio.

33. *Iustitiam*, Græc. mandata.

34. *Sapientia enim*, &c. q. d. coniunctæ enim sunt hæ virtutes, sc. sapientia, disciplina, &c. *Adimplebit*, sc. Deus vel sapiētia. *Illius*, sc. præcepta seruantis.

31. *Incredibilis*, i. non parens.

37. *Scandalizeris*, i. offendas.

38. *Illis*, sc. labiis. *Inhonorationem*, i. dedecus.

39. *Synagogæ*, id est, congregationis, quasi dicat, coram multis.

Elidat, i. prosternat, seu puniat.

CAPVT II.

1. TEntationem, sc. superandam.
2. *Deprime*, i. humilia. *Festines*, i. quidquam, præcipitanter agas. *Obductionis*, i. ingruentis mali, seu tribulationis.

3. *Sustentationes Dei*, i. quæ Deus vult sustineri, q. d. à Deo immissa aduersa, vel quamdiu Deus expectari se vult. *Sustine*, i. expecta illum. *Crescat*, sc. per gratiam, vel gloriam. *In nouissimo*, i. post toleratam tribulationem, vel in fine vitæ.

4. *Applicitum*, q. d. quidquid auersi accidat.

Accipe, i. libenter excipe. *Humilitate*, id est, afflictione.

5. *Receptibiles*, i. acceptabiles, sc. Deo. *Humiliationis*, i. tribulationis, seu afflictionis.

6. *Crede*, i. confide, sic infr. sæpe. *Recuperabit*, i. suscipiet, seu tuebitur. *Veterasce*, i. consenesce.

7. *Sustinete*, i. expectate.

Euacuabitur, i. frustrabitur.

11. *Confusus*, quod spe sua frustratus sit.

12. *Despexit*, sc. Deus.

14. *Duplici*, scil. dantes partim se, Deo, partim mundo.

Duabus, sc. partim in bonum, partim in malum.

15. *Dissolutis*, sc. non collectis in Deo.

16. *Sustinentiam*, i. patientiam.

17. *Inspicere*, i. inquirere.

18. *Incredibiles*, id est, increduli, seu diffidentes.

Conseruabunt, pro, seruabunt, q. d. obedient præceptis.

19. *Replebuntur*, sc. plene implentes eam.

21. *Inspectionem*, i. donec respiciat, & liberet, seu q. d. vsque dum iudicet.

22. *In manus Domini*, quod horrendum est, secundum Paulum.

23. *Secundum enim*, &c. sub. quod si pœnitentiam egerimus miserebitur, quia, &c.

CAPVT

CAPVT III.

1. **F**Ilij, sc. sunt. *Natio*, i. soboles, sc. fructus.
2. *Iudicium*, i. sententiam.

3. *Honorauit in filiis*, i. voluit à filiis honorari. *Iudicium*, i. sententiam, seu auctoritatem, q. d. & à filiis requirit, vt matri deferant.

4. *Exorabit*, i. veniam impetrabit. *Dierum*, i. quotidiana.

7. *Refrigerabit*, i. recreabit.

10. *In nouissimo*, i. vsque ad extremum.

11. *Domos*, i. familiam. *Fundamenta*, sc. domorum, q. d. domos destruit.

12. *Contumelia*, sc. à te illata.

14. *Suscipe*, i. foue.

15. *In tua virtute*, quasi dicat, quia te vides fortiorem illo. *Eleemosyna*, *patris*, i. patri præstita beneficentia. *Obliuione*, sc. apud Deum.

16. *Peccato*, sc. patienter tolerato. *Restituetur*, pro retribuetur. *Et iniustitia*, &c. q. d. & dabitur à Deo iustitia, seu iustitiæ præmium.

17. *Commemorabitur*, i. recordabitur, sc. Deus. *Sereno*, sc. tempore claro & calido.

18. *Derelinquit*, i. inopem destituit.

19. *Super*, i. præter, q. d. non solum gloriam acquires, sed etiam diligeris ab omnibus.

20. *Magnus*, pro maior.

22. *Fortiora*, i. superantia vires tuas. *Superuacuis*, i. ad te non pertinentibus. *Eius*, sc. Deus.

25. *Sensum*, i. captum naturalem. *Ostensa*, q. d. illa sola cogita.

26. *Suspicio illorum*, q. d. dum se putant illa posse capere. *Sensus*, i. opinio, sc. dum se putantes intelligere errant. *Durum*, id est, in malo obstinatum. *Nouissimo*, id est, fine.

28. *Duas vias*, Vide sup. cap. 2. *Scandalizabitur*, id est, offendet.

29. *Peccator*, sc. non pœnitens.

30. *Frutex enim*, &c. q. d. peribunt quæ agunt, dum non cogitant.

31. *Intelligetur*, i. deprehendetur, q. d. studebit sapientiæ.

32. *Intelligibile*, i. intelligens.

34. *Reddit gratiam*, i. benefacit.

CAPVT IV.

1. **D**Efraudes, sc. non dando.
5. *Propter iram*, id est, iratus, vel, q. d. Time Dei iram. *Relinquas*, i. occasionem des. *Quærentibus*, scil. à te eleemosynam. *Retro*, i. post tergum, seu clam. *Maledicere*, id est, malum imprecari.

7. *Presbytero*, i. seniori, *animam tuam*, i. te.

8. *Declina*, i. inclina. *Debitum*, i. si quid ei debes, vel eleemosynam.

9. *Acide*, i. ægre, seu cum tædio.

12. *Sapientia*, scil. Dei. *Præibat*, sc. ducens illos.

13. *Placorem*, i. placibilitatem, seu benignitatem.

15. *Sancto*, sc. Deo.

16. *Iudicabit*, i. poterit gubernare. *Intuetur*, sc. attente auscultando.

17. *Illam*, i. eius bona. *Creatura*, i. filij, q. d. firma erit progenies. *Illorum*, pro, illius.

18. *Quoniam in tentatione*, &c. q. d. quem Deus elegit variis modis probat.

19. *Et probationem*, pro, ad probationem. *Doctrinæ*, i. disciplinæ. *Tentet*, i. exploret. *Suis*, i. illius. *Credat*, &c. q. d. confidat fore firmum. Loquitur de Deo more humano.

20. *Firmabit*, sc. post probationem. *Directum*, quasi dicat, faciet viam expeditiorem, sublatis difficultatibus.

21. *Intellectum*, i. cognitionem.

22. *Oberrauerit*, scilicet, à recto, succumbens tentationi.

23. *Tempus*, sc. benefaciendi.

24. *Anima*, sc. saluanda, seu à peccato seruanda. *Confundaris*, i. erubescas.

25. *Confusio*, i. pudor. *Adducens peccatum*, sc. cum pudet bene agere. *Gloriam*, sc. cum pudet peccare.

26. *Accipias faciem*, i. reuerearis aliquem. *Faciem tuam*, i. te, q. d. contra animam tuam. Græc. animam tuam. *Mendacium*, sc. dicens, vel approbans.

27. *Reuerearis*, i. timeas corripere peccantem.

28. *Decore*, id est, cum decet eam promere, seu decorum est.

29. *Firmamentum*, sc. animi, apparet, seu est.

30. *Ineruditionis*, q. d. indisciplinatè prolato.

31. *Pro peccato*, sc. faciendo, q. d. nulli obedias peccatum suadenti.

32. *Fluuij*, quasi dicat, contra id, quod vires tuas superat.

33. *Agonizare*, i. certa. *Pro anima tua*, i. causa salutis animæ tuæ.

CAPVT V.

1. **I**Niquas, i. inique acquirendas. *Obductionis*, i. punitionis. Vide cap. 2.

2. *In fortitudine*, i. pro, viribus, sc. his potius illa reprimenda.

3. *Potui*, sc. quod volui.

5. *Propitiato peccato*, Græc. propitiatione peccati, q. d. time ne forte nondum sit remissum.

10. *Iniustis*, i. iniuste acquirendis. *Obductionis*, i. inducti supplicij.

11. *Ventiles*, q. d. ne sis inconstans. *Duplici*, i. non sibi constanti.

12. *Sensus tui*, id est, quam percepisti. *Scientia*, scil. quam habes de rebus agendis. *Prosequatur*, id est, comitetur.

13. *Mansuetus*, scil. cum humilitate accedens, & animi quiete.

14. *Indisciplinato*, i. imperito, seu imprudenti.

17. *Denotatio*, i. vituperatio. Vide cap. 19.

CAPVT VI.

1. **P**Ro amico, i. ex amico, vel vt placeat alicui amico. *Et omnis*, pro, itemque omnis.

2. *Velut taurus*, i. superbe. *Per stultitiam*, sc. puniente Deo tuam stultiam.

3. *Comedat*, sc. ipsa stultitia, seu stultitiæ punitio.

4. *Qui*, pro, eum, qui. *Sortem*, &c. sc. infernum.

5. *Eucharis*, i. gratiosa. *Abundat*, i. abunde reperitur, seu fructum fert.

6. *Pacifici*, i. beneuoli. *Vnus de mille*, i. quem è multis elegeris.

7. *Possides*, i. paras tibi. *Credas*, scilicet, antequam probes.

8. *Secundum tempus suum*, id est, quamdiu est ei commodum.

9. *Odium*, scil. quod in corde celabat. *Et rixam*, pro, per rixam.

11. *In domesticis*, i. inter domesticos.

12. *Contra*, i. coram. *Absconderit*, sc. ex modestia non se ingerens.

13. *Attende*, i. caue, sc. sæpe qui amici videntur, non sunt, aut mutantur.

15. *Contra*,

15. *Contra*, &c. quasi dicat, composita bonitati, &c.
16. *Immortalitatis*, quasi dicat, velut impassibilem reddens, scil. magnum affert adiumentum & consolationem.
17. *Æque*, i. pariter, seu vnanimiter. *Secundum illum*, i. conformis, q. d. alter ipse.
18. *Inuenies*, id est, disces, vel, quasi dicat, nunquam te deseret.
19. *Arat*, sc. spe fructus. *Sustine*, i. expecta.
20. *Generationibus*, i. fructibus.
21. *Illa*, i. illius studio. *Excors*, i. stultus.
22. *Lapidis*, sc. probantis aurum. *Proiicere*, sc. à se.
23. *Secundum nomen*, scil. Hebraicè, dicitur enim Chocmah quasi abscondita, Camas enim abscondere.
24. *Intellectus*, i. prudens.
25. *Torques*, q.d. sine tè totum ab illa colligari.
26. *Acedieris*, i. tædio afficiaris.
28. *Continens*, i. compos, sic Sap. 8.
30. *Bases*, i. firmamentum.
32. *Stola*, pro, velut stolam. *Gratulationis*, i. festiuam, seu lætam.
33. *Attenderis*, i. auscultaueris, seu credideris.
35. *Dei*, id est, Deo. *Prouerbia laudis*, id est, laudabiles sententiæ.
37. *Concupiscentia sapientia*, i. sapientia, quam concupiscis.

CAPVT VII.

2. *Iniquo*, i. iniquitate.
3. *In sulcis*, &c. q. d. semina iniustitiæ. *Septuplum*, i. abundanter.
4. *Ducatum*, i. principatum.
5. *Iustifices*, i. velut iustum defendas.
7. *In multitudine*, id est, cum offensione multitudinis. *Populum*, scil. regendum, vel placandum, cum furit.
8. *Alliges*, sc. iterando.
10. *Exorare*, pro, orare, scil. Deum. *Despicias*, id est, negligas.
11. *Suscipiet*, i. sine pœnitentia peccati.
13. *Arare*, id est, machinari. Vide Ose 10. idem verbum.
14. *Omne*, id est, vllum. *Non est bona*, id est, pessima est.
15. *Oratione*, i. precibus, q.d. esto attentus, vt non sit opus repetere verba, vel, ne sis verbosus, iuxta illud, Orantes nolite multum loqui.
17. *Reputes*, i. computes, seu socium præstes.
18. *Ira*, scil. Dei.
19. *Vermis*, i. dolor torquentis conscientiæ.
20. *Pecuniam differentem*, id est, ob pecuniam, quamuis eximiam, quasi dicat, ob vllam rem. *Auro*, i. ob aurum.
22. *In veritate*, i. bene, seu, vt debet. *Animam suam*. i. se, sc. ad laborem.
28. *Odibili*, i. odiosæ. *In toto corde*, coniungendum cum sequentibus, vt patet ex Græc.
31. *Sanctifica*, i. sanctè, seu vt sanctos tracta.
32. *Cum brachiis*, id est, offerendo armos secundum legem.
34. *Purgationis*, i. hostiarum pro peccato. *Cum paucis*, q. d. id quod paucorum est, vel offerendo saltem pauca, si multa non potes.
35. *Brachiorum*, i. laborum, vel armorum hostiæ, qui dabantur sacerdoti.
Sanctificationis, id est, pro obtinenda sanctificatione. Vide Num. 18. *Initia sanctorum*, id est, sanctas primitias.
36. *Benedictio*, sc. Dei vel tua beneficentia.
37. *Datus*, i. doni, q. d. gratum est donare. *Gratiam*, i. eleemosynam.
38. *In consolatione*, i. consolando. *Ambula*, id est, adesto, Græc. luge.
39. *Dilectione*, sc. proximi.

CAPVT VIII.

2. *Litem*, sc. vt te spoliet.
3. *Extendit*, scilicet, se cupiditas. *Conuertit*, scilicet, ad se.
4. *Non strues*, pro ne struas, q.d. ne des illis occasionem male loquendi.
5. *Communices*, i. conuerseris. *Loquatur*, sc. iactans se nosse tuos.
6. *Corruptione*, i. peccato, ex Græc. videtur legendum correptione, q.d. digni obiurgatione.
8. *Gaudium*, scilicet, cœleste, quod impeditur odio inimici.
9. *Prouerbiis*, i. sententiis.
11. *Incendas*, q. d. ne irrites. *Incendaris*, q. d. caue ab illis.
15. *Fœnerari*, i. mutuum dare.
16. *Quasi restituens*, id est, de restituendo, seu soluendo.
17. *Iudicem*, sc. iuste iudicantem.
18. *Mala*, scilicet, quæ solet facere. *Vadit*, id est, solet agere.
19. *Elidet*, i. occidet.
21. *Pariet*, i. molietur.
22. *Falsam*, i. malam.

CAPVT IX.

1. *Zeles*, id est, zelotypia prosequaris, sc. ostendens te malè suspicari de ipsa. *Sinus tui*, id est, vxorem tuam, quæ tecum cubat. *Super*, i. contra. *Doctrina nequam*, i. quam tu male suspicando illam docuisti.
2. *Anima tua*, id est, tui, scil. vt possit de te quod voluerit.
Ingrediatur, &c. q. d. abutatur potestate à te data.
3. *Multiuolam*, i. multos amantem, seu appetentem, Græc. meretricem.
4. *Saltatrice*, Græc. cantatrice. *Efficacia*, scil. illecebrarum.
5. *Scandalizeris*, i. offendas, seu labaris.
6. *Fornicariis*, i. meretricibus. *Animam tuam*, i. te. *In vllo*, i. vllo modo.
7. *Oberraueris*, i. vageris.
8. *Alienam*, i. eius, quæ non est vxor tua.
11. *Exardescit*, i. accendit.
12. *Aliena*, i. non tua vxore. *Nec*, pro, multoque minus. *Accumbas*, sc. mensæ. *Cubitum*, sc. tuum innixus, & colloquens, vt fit.
13. *Alterceris*, &c. quasi dicat, ne inuicem ad potum inuites.
Declinet, i. inclinetur. *Sanguine*, i. concupiscentia, quæ maxime in epate viget, Græc. spiritu.
16. *Zeles*, i. affectes.
17. *Inferos*, i. mortem.
18. *Suspicaberis timorem*, i. anxius eris timore.
19. *Committere*, sc. contra illum.
20. *Communionem mortis*, id est, quam facile sit interfici. *Dolentium arma*, i. iratorum, qui facile occidunt, Græc. pinnacula ciuitatis, id est, loco periculosissimo.
23. *Sensu*, i. mente.
24. *In Manu*, quasi dicat, ex artis peritia. *Sensu*, id est, prudentia.

CAPVT X.

4. *IN tempus*, i. opportuno tempore.
5. *Faciem Scribæ*, i. personam doctoris. *Imponet*, &c. q. d. faciet honorabilem.

6. *Omnis*, i. vllius. *In operibus iniuriæ*, id est, per iniuriam.

10. *Hic*, sc. auarus. *Venalem*, sc. dat pro pecunia. *Proiecit intima sua*, q. d. perdidit se, vel, exuit omne m humanitatem, sc. crudelis est, & sine misericordiæ visceribus.

11. *Breuis vita*, sc. ob solicitudines, quæ vitam consumunt.

12. *Breuem*, pro, at recentem. *Sicut*, &c. Id coniungendum cum potentatus vita breuis.

13. *Cum enim*, &c. id coniungendum cum. *Quid superbit*, &c.

14. *Apostatare*, &c. i. cum olim apostatauit.

15. *Superbia*, scilicet, per quam quis præfert voluntatem suam diuinæ. *Maledictis*, q. d. erit omnibus execrabilis.

16. *Exhonorauit*, i. affecit ignominia. *In finem*, i. tandem, vel penitus.

18. *Arefecit*, scilicet, occidendo. *Ipsis gentibus*, id est, eo populo.

10. *Ipsis*, scil. terris.

21. *Sensu*, i. mente, seu spiritu.

22. *Creata*, sc. à Deo.

23. *Semen*, q. d. genus.

24. *In oculis illius*, q. d. illos aspiciet.

26. *Non despicere*, pro, noli despicere.

28. *Inscius*, i. imperitus.

29. *Cunctari*, i. negligens esse.

31. *Da honorem*, i. sustenta, vel serua mundam à peccato. *Meritum*, q. d. debes enim hoc ei.

32. *In animam*, i. contra salutem animæ. *Iustificabit*, i. excusabit, seu defendet.

33. *Gloriatur per*, pro, honoratur, seu gloriam habet propter.

34. *Gloriatur*, i. honoratur.

CAPVT XI.

2. *IN spec e sua*, i. ob eius formam. *In visu suo*, i. ob deformitatem.

3. *Breuis*, i. parua. *Initium*, i. principatum, ἀρχήν.

4. *Inuisa*, i. incognita, sc. perfectè.

5. *Insuspicabilis*, i. quem nemo putabat.

6. *Alterorum*, pro, aliorum.

7. *Interroges*, i. exquiras causam.

9. *Molestat*, q. d. ad te non pertinente. *Certeris*, pro, certes, i. contendas. *Iudicio*, i. consessu.

10. *Multis*, scilicet, negotiis. *Secutus*, scilicet, diuitias. *Effugies*, scilicet, peccatum. *Præcucurreris*, i. festines, vel locupleteris.

11. *Dolens*, sc. quod non sit diues.

12. *Marcidus*, i. æger. *Virtute*, i. viribus *In bono*, i. fauens ei.

14. *Honestas*, i. diuitiæ.

15. *Apud Deum*, q. d. à Deo sunt. Complut. apud Dominum, Græc. à Domino. *Bonorum*, Græc. bonorum operum. *Apud ipsum*, Græc. ab ipso.

17. *Datio*, i. donum. *Profectus*, id est, fauor. Græc. beneplacitum.

18. *Agendo*, i. viuendo.

19. *In eo*, quod dicit, id est, vt possit dicere, vel adeo vt dicat.

20. *Illum*, pro, illi.

21. *Testamento*, i. pacto, sc. cum Deo facto. *In illo*, pro, de illo. *Tuorum*, i tibi impositorum.

22. *Loco*, Græc. labore.

23. *Honestare*, i. ditare.

25. *Opus*, scilicet, benefacere.

26. *Ex hoc*, pessimabor, i. posthac mali patiar.

27. *In die*, &c. q. d. in prosperis cogita supplicia, in aduersis præmia.

29. *Malitia*, i. afflictio. *Horæ*, i. breuis. *Luxuriæ*, i. delitiarum.

30. *Laudes*, scil. vt beatum. *Quoniam*, Græc. &. *Filiis*, id est, operibus, scil. in bonis perseueret vsque ad mortem.

31. *Dolosi*, Græc. diaboli.

32. *Cor superborum*, sc. eructat superbiam, & inducit in laqueum. *Et sicut*, pro, estque sicut.

Videns, i. obseruans.

33. *Conuertens*, sc. male interpretando. *Imponet*, sc. per calumniam.

34. *Sanguis*, i. cædes.

35. *Subsannationem*, Græc. maculam, seu notam.

36. *Admitte*, pro, si admiseris.

In turbine, i. more turbinis.

CAPVT XII.

1. *CVi*, scil. sunt quibus benefacere est, operam perdere. *Gratia*, quasi erit gratum, & benè collocatum beneficium.

4. *Misericordi*, i. pio. *Suscipias*, i. adiuues. Not. quod hæc duo videntur ex sequenti versu huc transposita, nam quod sequitur cum præcedentibus est connexum, vt patet. *Et impiis*, &c. iunge cum fine præcedentis versus, vt proxime dixi.

6. *Potentior*, scil. ad nocendum.

7. *Duplicia*, id est, mista, q. d. abutetur ad malum beneficio. *Quoniam*, &c. Hæc videntur per Librarij errorem repetita ex superioribus, id quod etiam alibi obseruare est, vt in Prouerbiis & libro hoc.

8. *Bonis*, i. prosperis. *Malis*, i. aduersis.

9. *In tristitia*, q. d. dolent. *Malitia*, i afflictione. *Agnitus est*, sc condolet, & adiuuat, alioqui agnoscitur non esse amicus.

10. *Æramentum æruginat*, i. vas ex ære æruginem facile contrahit. *Nequitia*, sc. facile redit.

11. *Adiice animum*, i. attende.

12. *Conuersus*, sc. contra te. *Stimuleris*, i. compungaris animo, sc. quod eos non seruaueris.

13. *Bestiis*, i. feris.

14. *Declinaueris*, sc. ad inferiorem fortunam, seu statum. *Supportabit*, i. tolerabit, sc. te adiuuans.

15. *Indulcat*, i. dulciter agit.

18. *Suffodiet plantas tuas*, id est, supplantabit te, scil. deiiciet.

19. *Mouebit*, sc. præ lætitia. *Vultum*, sc. à ficta tristitia in lætitiam.

CAPVT XIII.

1. *HOnestiori*, i. ditiori, Græc. potentiori. *Et*, pro, igitur.

3. *Cacabus*, sc. æneus. *Confringetur*, sc. olla.

5. *Assumet*, i. adiunget sibi.

6. *Super te*, sc. ad inopiam redactum.

7. *Supplantabit*, i. decipiet. *Narrans*, scilicet, & promittens.

8. *Suis*, i. quos edet à te datos. *Ad te*, i. coram te.

9. *Manus*, i. auxilium.

10. *In stultitia humilieris*, i. per stultitiā deiiciaris.

11. *Noli*, &c. quasi dicat ne facias per deiectionem animi contra id quod dictat recta ratio. *In stultitiam*, i. stulte.

12. *Discede*, sc. cito ex modestia.

13. *Improbus*, i. importune te ingerens. *Impingaris*, i. eiiciaris.

14. *Ne*

14. *Ne retineas*, &c. verba transposita, pro, retine ne, quasi dicat, contine te, ne loquaris velut cum æquali, sc. libere.

Ex multo, pro, in multa.

15. *Conseruabit*, pro, obseruabit. *Malitia*, i. afflictione, q. d. te affliget in vincula coniectum.

16. *Auditui tuo*, i. quid audias. *Subuersione*, i. pericula subuersionis.

17. *Verba*, scil. quibus te tentat. *Quasi in somnis*, &c. q. d. ne crede plusquam somniis, sed vigila ne capiaris.

18. *In salute*, i. pro, salute.

20. *Caro*, i. animal.

22. *Canem*, i. peccatorem immundum, Græc. quæ pax hyenæ cum cane? *Pars bona*, i. communicatio, Græc. pax.

25. *Commotus*, sc. aliqua calamitate.

26. *Recuperatores*, i. adiutores, seu fautores.

30. *Conscientia*, scilicet, possidentis. *Nequissima*, &c. quasi dicat, detestatur paupertatem velut rem pessimam.

31. *Siue in bona*, &c. quasi dicat, in lætitiam, vel tristitiam.

32. *Et faciem*, pro, id est, faciem, quasi dicat, hominem, qui ex conscientiæ tranquillitate semper sit læto vultu.

CAPVT XIV.

1. *Delicti*, i. ob delictum.

2. *Tristitiam*, sc. ex conscientia peccati. *Spe*, scil. in Deum.

3. *Sine ratione*, i. frustra, nescit enim vti. *Liuido*, i. auaro qui etiam sibi inuidet vsum pecuniæ, itaque abstinet.

4. *Ex animo*, pro, toto animo. *Luxuriabitur*, id est, deliciabitur.

5. *Nequam*, sc. negans necessaria vitæ. *Iucundabitur*, i. fruetur

6. *Inuidet*, scil. vsum rerum, adeoque abstinet ex auaritia. *Redditio*, quasi dicat, redditur sic ei quod meretur.

8. *Liuidi*, i. auari, vide supr. *Faciem*, scil. à paupere, non subueniens. *Despiciens*, scil. fraudando necessariis.

9. *In parte iniquitatis*, i. te, quam inique appetit.

Donec consumat, q. d. adeo vt etiam consumat, sc. siti insatiabili.

10. *Ad mala*, quasi dicat, male vtitur rebus suis. *Indigens*, i. cum esurit. *Tristitiam*, ex auaritia abstinet, & patitur.

11. *Tecum*, pro, tibi, q. d. vtere.

12. *Testamentum inferorum*, id est, decretum mortis. *Quia*, &c. quasi dicat, id enim non potes ignorare. *Testamentum enim*, &c. quasi dicat, decretum est enim omnibus illud, quod olim dictum est, morte morieris.

13. *Amico*, i. proximo.

14. *Die bono*, q. d. fac bene quotidie. *Et particula*, &c. q. d. ne finas tibi elabi opportunitatem benefaciendi.

15. *In diuisione sortis*, i. cum diuideretur hæreditas.

16. *Da*, sc. pauperi. *Accipe*, i. vtere, sc. rebus tuis.

Iustifica, sc. per bona opera.

17. *Inuenire*, Græc. quærere, q. d. non est pauper cui des.

19. *Carnis & sanguinis*, i. hominum.

20. *Ibit cum illo*, i. similiter peribit.

21. *Iustificabitur*, i. approbabitur, sc. à Deo. *In illo*, i. per illud, seu propter illud.

22. *In iustitia*, i. de iustitia. *Sua*, id est, propria, vel sapientiæ.

In sensu suo, i. mente sua. *Circumspectionem Dei*, id est, Deum omnia aspicere.

23. *Illius*, scilicet, Dei. *Suis*, pro eius, scilicet, sapientiæ. Græc. αὐτῆς.

24. *Per fenestras*, i. velut per fenestras, in interiora domus, sc. à longe, & imperfectè possunt penetrari arcana sapientiæ.

25. *Paulum*, scilicet, ad alligandum tentorium, vbi habitet.

Casulam, i. tabernaculum. *Manus*, i. latus, q. d. prope, Græc. manum. *Per æuum*, i. diu, vel perpetuo.

27. *Feruore*, i. æstu, sc. concupiscentiæ, vel tribulationis. *Requiescet*, Græc. hospitabitur, seu habitabit, q. d. particeps erit gloriæ eius.

CAPVT XV.

1. *Continens*, i. compos. *Illam*, scil. sapientiam, de qua supra.

2. *Mater*, sc. filio. *A virginitate*, i. virgo, q. d. vt sponsa.

3. *Flectetur*, scil. ille.

8. *In illa*, pro, cum illa. *Inspectionem Dei*, sc. diem iudicij vniuersalis, vel particularis. Vide sup. c. 2.

9. *Laus*, sc. Dei, vel sapientiæ.

10. *Astabit*, quasi dicat, ipsa per se est laudabilis, etsi nemo laudet. *Abundabit*, scil. sapientia, vel eius laus.

11. *Abest*, sc. à me bonum.

12. *Implanauit*, i. fecit errare.

13. *Execramentum erroris*, i. errorem execrabilem, Græc. abominationem seu nefas.

16. *Fidem placitam*, i. fidelitatem gratam, sc. Deo. *Seruare*, iungendum cum, *si volueris*.

17. *Aquam, & ignem*, id est, contraria, scilicet, quæ sequuntur.

18. *Dabitur*, i. eueniet.

21. *Spatium*, Græc. licentiam.

CAPVT XVI.

1. *Credas*, i. fidas. *Respexeris*, i. magni feceris.

4. *Vtile*, pro, vtilius.

5. *Ab vno*, &c. i. opera vnius prudentis, *tribus*, (i. familia seu gens) impiorum desolabitur velociter.

6. *Fortiora*, i. maiora.

7. *Ignis*, sc. malitiæ, vel punitionis. *Incredibili*, i. infideli. *Ira*, sc. Dei.

9. *Peregrinationi*, i. vitæ. *Præ superbia verbi*, i. ob superbiam factorum, seu operum.

11. *Petitum*, sc. Hebræorum. Vide Num. 14. & 26.

* *Ceruicatus*, i. duræ ceruicis, q. d. etiam vni id accidisset quod illis, si solus talis fuisset.

12. *Exoratio*, pro, exorari, quasi dicat, Deus quidem à pœnitentibus facile placatur, at impœnitentes punit; vtque est misericors, ita & castigatur seuerus.

13. *Effugiet*, scilicet, iram Dei. *Sufferentia*, id est, tolerantia seu expectatio, quasi dicat, cito dabitur merces misericordi.

14. *Faciet locum*, sc. in cœlo per meritum. *Intellectum*, i. prudentiam, quasi vitam prudenter actam.

15. *Summo*, i. alto, sc. cœlo.

17. *Abyssus*, id est, mare. *Illius*, scilicet ad iudicium venientis.

18. *Fundamenta*, i. profunda.

19. *Insensatum*, sc. in peccatoribus. *Procellam*, i. vim punientem.

20. *Iustitiæ*, sc. punientis.

21. *Testamentum*, i. pactum, scil. cum Deo initum de seruando eius præcepta, quasi dicat, à multis parum obseruatur.

Interrogatio, id est, inquisitio.
Consummatione, id est, morte.
22. *Minoratur corde*, i. deficit mente, seu iudicio.
23. *Sensus*, i. mentis. *In aequitate*, i. cum aequitate, seu rectitudine, sc. cum veritate.
25. *Iudicio*, i. sapientia. *Illorum*, sc. operum, i. creaturarum. *Initia*, i. principatus, ἀρχαὶ.
26. *Illorum*, sc. operum, vt coelorum.
27. *Angustiabit*, id est, impediet, scilicet, occupato eius loco.
28. *Incredibilis*, i. incredulus.
30. *Denunciauit*, id est, se prodet, q. d. apparet, Graec. operuit.
Ante faciem, pro superficiem. *Ipsim*, sc. terrae. *Ipsam*, sc. terram.

CAPVT XVII.

2. *Secundum se*, i. propria, sc. ipsius hominis. *Virtute*, i. fortitudine.
3. *Et tempus*, pro, id est, certum tempus, sc. vitae.
4. *Carnem*, i. animal.
5. *Disciplina*, Graec. scientia.
6. *Spiritus*, id est, spiritualem, seu de rebus spiritualibus.
8. *Sanctificationis*, i. sanctum, sc. Dei. *Gloriari*, pro, glorientur.
9. *Disciplinam*, Graec. scientiam. *Haereditauit*, id est, fecit possidere velut haereditatem ad posteros transmittendam.
10. *Testamentum*, id est, pactum, scil. praecepta perpetuo seruanda, quae statim explicans vocat iustitiam, & iudicia.
11. *Honoris*, i. gloriae, sc. in monte Sinai. *Honorem*, i. gloriam, seu maiestatem.
12. *Attendite*, i. cauete. *De proximo*, sc. diligendo per praecepta decalogi.
14. *Rectorem*, sc. Angelum, vel hominem.
15. *Pars Dei*, sc. peculiaris, & velut haereditas cara esse. Vide Deut. 7. *Israel*, nominatiuus est.
16. *Velut Sol*, i. aperta, & nuda.
17. *Testamenta*, id est, pacta inter Deum, & homines, q. d. etiam si non obseruant, tamen clara est obligatio.
18. *Sacculus*, scil. meritorum, seu diuitiarum. *Gratiam hominis*, pro gratum Deo hominem.
19. *Resurget*, scil. Deus ad iudicium, iuxta illud Psalm. 81. Surge Deus, iudica terram. *Conuertet*, sc. malos, q. d. mittet in Infernum.
20. *Sustinere*, pro, vt sustineant. *Sortem veritatis*, i. coelestem, veramque haereditatem.
22. *Minue*, scil. poenitentia & emendatione. *Offendicula*, i. delicta, quibus Deus offenditur.
23. *Execrationem*, i. quod Deus execratur, seu peccatum, quod est execrabile, Graecum abominationem.
24. *Propositionis*, i. proposita, sc. à Deo, q. d. in vocatione tua.
25. *Vade*, sc. per bona opera. *Viuis*, i. iustis. *Confessionem*, i. laudem.
26. *Nihil*, i. non existente. *Perit*, q.d. non potest mortuus Deum laudare.
28. *Se*, i. Deum.
29. *Omnia*, sc. perfecte, q.d. nemo sine peccato. *Placuerunt*, i. delectantur.
30. *Caro, & sanguis*, i. homo.
31. *Virtutem altitudinis*, id est, summam altitudinem, quasi dicat, altissima quaeque, ne dum humana. *Terra*, scilicet, origine. *Cinis*, scil. morte, vt carbo igni extincto.

CAPVT XVIII.

1. *Simul*, i. pariter, q.d. nullo excepto, Graec. communiter. *Iustificabitur*, Graec. iustus, q.d. à Deo est omnis iustitia, in eoque solo perfectissima.
4. *Adiiciet*, i. aggredietur.
5. *Non est minuere*, &c. q. d. ita sunt Dei opera perfecta, vt nihil demi, aut addi possit.
6. *Consummauerit*, q.d. cum fecerit peruestigandi finem, tunc poterit incipere.
Aporiabitur, Graec. incertus erit, q. d. non plene assecutus.
7. *Gratia*, Graec. vtilitas. *Et quid*, &c. q.d. nunquid Deum potest bono suo iuuare, aut malo laedere?
8. *In die aui*, i. prae aeternitate.
10. *Praesumptionem*, i. temeritatem, seu audaciam. *Nequam*, i. perniciosa.
11. *Propitiationem*, sc. parcendo peccatis.
12. *Proximum*, sc. vnum, & alterum. *Carnem*, i. animantem.
13. *Habet*, sc. Deus.
14. *Miseretur*, &c. Graec. miseretur excipientium disciplinam, & festinantium ad iudicia eius. *Festinant*, id est, sunt diligentes. *Iudiciis*, id est, praeceptis, sc. faciendis.
15. *Bonis*, sc. rebus. *Querelam*, i. reprehensionem. *Tristitiam*, i. molestiam.
17. *Super*, i. melius quam. *Vtraque*, q.d. iusti habent & verba bona, & data seu opera.
18. *Datus*, i. donum. *Indisciplinati*, Graec. inuidi. *Oculos*, scil. vel proprios, vel pauperis, scilicet, diu expectando.
19. *Iudicium*, sc. Dei.
20. *Medicinam*, sc. praeseruatiuam, vel, qua possis aegrotans curari. *Interroga*, i. examina.
21. *Humilia*, i. castiga, sc. continentia, vt Graec. additur. Nempe temperantes leuiter aegrotant.
24. *Ira*, sc. Dei. *Consummationis*, i. finis, sc. mundi, vel vitae. *In conuersatione faciei*, Graec. auersione faciei, scil. Dei à malis, vel q. d. cum mutuabitur rerum facies.
26. *Citata*, id est, subita, quasi dicat, Deus cito mutat quae vult.
27. *Delictorum*, scilicet, dum viuit. *Attendet*, id est, cauebit.
28. *Astutus*, i. cautus. *Confessionem*, i. laudem.
29. *In verbis*, iunge cum, *egerunt*. *Impluerunt*, Graec. compluerunt, seu more imbris effuderunt, q. d. protulerunt abundanter. *Prouerbia*, i. sententias. *Iudicia*, i. vitae praecepta.
30. *Voluntate*, Graec. appetitibus.
31. *Inimicis*, sc. daemonibus.
32. *Immodicis*, id est, superfluis. *Commissio*, scilicet, peccati.
Illorum, pro, in illis, vel propter illa.
33. *Mediocris*, pro, vel mediocris, quasi dicat, ne vel mediocriter contende vti mutuo. *Sacculo*, quasi dicat, cum non habes vnde possis soluere. *Inuidus*, q. d. inimicus seu male prospiciens.

CAPVT XIX.

2. *Apostatare*, i. à Deo deficere. *Arguunt*, i. reprehensione dignos faciunt, vel probant, etsi abstinent, demonstrant.
3. *Fornicariis*, i. meretricibus. *Extolletur*, pro, tolletur, sc. de vita. *Exemplum*, sc. aliorum. *Numero*, scil. sanctorum, vel viuentium.
4. *Minorabitur*, sc. sapientia, vel fama. *Insuper habebit*, i. peius habebit, sc. in dies.
5. *Denotabitur*, i. vituperabitur *Vita*, sc. spirituali, vel etiam corporali.

7. *Iteres*,

7. *Iteres*, &c. quasi dicat, ne referas aliis detractionem auditam.

Minoraberis, i. detrimentum patieris.

8. *Amico, & inimico*, i. cuiuis passim. *Sensum tuum*, i. quid de aliis sentias. *Tibi delictum*, i. contra te ab aliquo peccatum, vel coram te.

9. *Audiet*, sc. ille. *Te*, sc dixisse. *Custodiet*, i. obseruabit. *Defendens*, i. vlscifcens. *Sic*, sc. cum odio.

11. *A facie verbi*, i. vbi aliquid audiuit. *Parturit*, i. ad efferendum impetitur desiderio.

12. *Sic verbum*, sc. vult excutere dicendo.

13. *Non intellexerit*, i. putet non esse peccatum. *Non feci*, sc. quicquam mali. *Si fecerit*, sc. sciens malum esse.

14. *Non dixerit*, sc. quod illum putas dixisse.

15. *Commissio*, sc. delicti, nisi quis corripiat.

18. *Omnis*, i. perfecta. *In illa*, sc. docetur. *Dispositio*, Græc. factio, i. impletio.

19. *Nequitia*, id est, male agendi. *Disciplina*, id est, scientia.

20. *Nequitia*, Complut. nequitia prudentiæ, i. astutiæ, vel, q. d. etiam in viris prudentibus.

22. *Certa*, i. recta ducens in finem aliquem.

24. *A multa*, i. ex multa. *Quod ignoratum est*, q. d. atque ita celat, quasi ignoret,

25. *Etsi*, pro, & est qui si.

27. *Ingressus*, i. incessus.

CAPVT XX.

1. *Mendax*, i. frustranea. *Iudicium*, &c. q. d. multi errant iudicando.

2. *Quam bonum*, pro, quanto melius. *Confitentem*, scilicet, peccatum suum. *In oratione*, scil. petendo veniam.

Prohibere, sc. à venia.

3. *Iuuenculam*, sc. sibi creditam. *Iniquum*, sc. corrumpit iustitiam sibi commendatam.

4. *Effugies*, sc. emendatus.

6. *Sensum loquelæ*, i. scientiam temporis, quo loquendum sit. *Tempus*, i. opportunitatem. *Aptum*, scil. ad loquendum.

7. *Lasciuus*, i. impudens, seu procax.

9. *Processio*, i. successus.

10. *Cuius*, i. cui debetur.

11. *Propter gloriam*, sc. assequendam. *Minoratio*, i. submissio, vel, q. d. contingit excidere gloria.

12. *Redimat*, i. emat. *Restituens*, sc. ei, à quo fuerant furto sublata, vel venditori.

13. *Effundetur*, q. d. contemnuntur.

14. *Septemplices*, i. multi, sc. ad accipiendum.

15. *Inflammatio*, sc. per iram.

16. *Fœnerator*, i. mutuum dat. *Expetit*, i. repetit.

18. *Falsæ linguæ*, i. adulatores.

19. *Habendum*, sc. ab accipiente ex ipso, vel retinendum apud se. *Directo*, i. recto.

20. *Falsa*, i. mendacis, vel adulantis. *In pauimento*, q. d. cum non putat.

21. *Acharis*, i. non gratiosus. *In*, pro, quæ in. *Erit*, i. esse solet.

22. *Parabola*, i. sententia.

23. *Stimulabitur*, i. cruciabitur, sc. quia non fecit quod volebat.

24. *Præ confusione*, i. quia pudet facere quod debet. *Ab imprudenti*, i. ob imprudentem.

26. *Gratis*, i. temere, sc. promittendo quod præstare non poterat.

27. *Potior*, i. tolerabilior, sæpe enim minus nocet.

28. *Sine honore*, i. contemptibiles.

29. *Producet*, i. proferet, seu manifestabit.

30. *Inaltabit*, i. altum faciet. *Iniquitatem*, i. iniquitatis supplicium.

31. *Mutus in ore*, i. cum aliquis obmutescit. *Auertit*, i. impedit. *Correptiones*, i. punitiones secundum iustitiam.

CAPVT XXI.

2. *Suscipient te*, sub. & tractabunt vt leones.

4. *Romphæa*, i. gladius. *Sanitas*, scil. nisi Deo medicante.

5. *Substantiam*, sc. contumeliosi.

6. *Aures eius*, sc. Dei. *Iudicium*, sc. quod à Deo petit in causa sua.

Festinatò, id est, cito.

7. *Vestigium*, &c. q. d. argumentum est mali animi: vel sequetur talis viam peccatorum.

8. *Labi*, i. subtrahere.

9. *Impendiis*, i. pecuniis. *Hyeme*, q. d. incommoda ratione agit.

11. *Complanata*, &c. q. d. pulchra specie.

12. *Sensum*, i. intelligentiam, vel sensum eius, pro, suum, sc. in officio.

13. *Sensus*, i. intelligentia.

14. *Sapiens in bono*, i. capax bonæ disciplinæ.

15. *Sensus*, i. intelligentia.

Amaritudo, scilicet, peccati.

18. *Scius*, i. peritus, seu sapiens. *Ad se adiiciet*, i. assumet ad vsum suum.

19. *Quasi sarcina*, q. d. molesta.

20. *Cogitabunt*, sc. auditores.

21. *Exterminata*, i. euersa, adeoque neglecta. *Inenarrabilia*, i. incomposita, inintelligibilia.

22. *Compedis*, &c. q. d. nescit explicare quæ scit, quasi esset ligatus.

24. *Ornamentum*, pro, velut ornamentum.

25. *Confundetur à persona*, i. erubescit ob personam, q. d. non adit.

27. *Auscultare*, sc. quid intus dicatur. *Contumelia*, q. d. videbitur ei id ignominiosum.

28. *Ponderabuntur*, sc. priusquam proferantur.

29. *In ore*, &c. q. d. omnia effutiunt fatui, at sapientes os corde reprimunt.

30. *Animam*, sc. est hæc diabolo similis.

31. *Permanserit*, scilicet, in eo vitio, quasi dicat, quamdiu talis erit.

CAPVT XXII.

1. *In lapide*, &c. q. d. similis est piger conspurcato, luto iniecto ab aliquo, scil. odiosus est ob pigritiam à diabolo iniectam. *Aspernationem*, i. contemptibilitatem.

2. *Manus*, sc. inquinatæ, q. d. dignus est, quem omnes vitent.

3. *In deminoratione*, i. contemptibilis.

4. *Confundit*, i. pudefacit.

5. *Audax*, scil. fœmina. *Non minorabitur*, quasi dicat, non est inferior culpa impiis. *Vtrisque*, scil. patre, & marito.

6. *Musica*, pro, velut musica. *In omni tempore*, q. d. cum opportunitate adhibita flagella, & correctio, pro doctrina enim Græc. disciplina.

7. *Testam*, q. d. operam perdit.

12. *Nequissimi*, &c. q. d. vita fatui nequam, nequissima est & peior morte.

13. *Omnes dies*, sc. luctu digni.

16. *Acediaberis*, i. tædio afficieris.

17. *Super*, i. plusquam.

Grauabitur, pro, graue est.

19. *Loramentum*, id est, alligamentum. *Confirmatum*, vulgo risoluto.

21. *Impensa*, id est, arte, quasi dicat, neglectim, non adhibita cura.

23. *Omni tempore non metuet*, coniungendum cum ſequentibus.

24. *Pungit*, i. ſtimulat, ſeu excitat. *Profert ſenſum*, i. facit promere quod ſentit.

25. *Deiiciet*, i. fugabit.

26. *Ad amicum*, i. amici gratiam.

27. *Eſt concordatio*, i. licebit concordare, q. d. non perit amicitia.

Superbia, ſc. illum contemnente. *Doloſa*, i. doli, ſeu fraudis.

30. *Ante*, pro velut ante.

31. *Amicum*, ſub etiam pauperem, & inferiorem te.

Per illum, i. eius ope, vel cum præcedentibus iungendum.

32. *Audiet*, ſc. dediſſe mihi damnum.

33. *Certum*, i. firmum.

CAPVT XXIII.

1. EOrum, ſc. fatuorum, de quibus ſupra, vel labiorum errantium.

Exprobratione, i. opprobrio digna vita.

2. *Superponit*, i. pro, imponet. *Flagella*, q. d. quis reprimat, ne malum cogitem. *Ignorationibus*, i. peccatis ignorantiæ. *Non parcant*, q. d. caſtiget ſane, ſi errem loquendo. *Eorum*, ſc. labiorum.

4. *Illorum*, ſc. peccatorum.

5. *Dederis*, i. permittas. *Deſiderium*, ſc. mali.

6. *Infrunita*, i. impudenti. *Ne tradas*, q. d. ne permittas me eſſe impudentem.

7. *Oris*, i. de oris cuſtodia. *Scandalizabitur*, id eſt, offendet.

8. *Illis*, ſc. labiis, vel operibus malis.

10. *Nominatio*, ſc. iurando. *Ab eis*, pro, in eis, ſc. à peccato.

11. *Interrogatus*, i. examinatus. *Et nominans*, q. d. nominando Deum.

13. *Fruſtauerit*, ſc iuramentum non implendo. *Diſſimulauerit*, i. corrigere errorem ſuum. *Dupliciter*, ſc. fallendo, & non pœnitendo.

14. *Retributione*, i. punitione.

15. *Contraria*, i. oppoſita, ſeu obiecta intelligit forte blaſphemiam.

16. *Miſericordibus*, i. piis, ſc. Dei ſeruis. *Voluptabunt*, i. delectabuntur.

17. *Verbum*, id eſt, res.

18. *Conſiſtit*, pro, conſiſtes, q. d. habebis ex eo honorem.

19. *In conſpectu illorum*, i. videns eos à te contemni. *Aſſiduitate*, i. conſuetudine, ſc. negligendi parentes.

Patiaris, ſcilicet ab aliis.

22. *Calida*, ſc. concupiſcentia inordinata gulæ, vel auaritiæ.

23. *Ore*, i. appetitu, ſc. luxuriæ. Id eſt ſecundum.

24. *Panis*, i. fœminæ. *Finem*, ſc. vitæ, vel, q. d. donec perficiat.

25. *Transgreditur*, ſc. per adulterium. Id tertium. *In*, i. contra.

27. *Oculi*, &c. pro oculos tamen hominum timet ille. *Timentes illum*, Græc. timor illius.

28. *Et abſconditas partes*, pro, & abditiſſima quæque.

29. *Poſt perfectum*, i. poſtquam creata ſunt.

30. *Fugabitur*, i. fugientem inſequentur.

32. *Sic*, &c. Id ad tertium pertinet.

33. *Incredibilis*, i. inobediens.

34. *Eccleſiam*, i. populi cœtum. *Adducetur*, ſc. punienda. *Reſpicietur*, i. inquiretur, ſc. an ſint legitimi.

34. *Tradent*, i. mittent. *Filij*, ſc. ex adulterio.

36. *Maledictum*, i. execrationem. *Eius*, ſc. matris.

37. *Derelicti*, i. ſuperſtites. *Reſpicere in*, pro, attendere.

38. *Ab eo*, ſc. qui Deum timet.

CAPVT XIV.

1. ANimam ſuam, i. ſe, q. d. volo iam introducere ſapientiam ſe commendantem.

2. *Virtutis*, i. exercitus cœleſtis. *Plenitudinem*, i. multitudine. *Admirabitur*, i. erit in admiratione.

6. *Sicut nebula*, ſc. tenebris, quæ erant ſuper faciem Abyſſi, vel ſimul erat nebulæ quiddam ſimile tunc.

7. *Columna*, ſc. de qua Pſal. 89. in columna nubis loquebatur ad eos.

8. *Gyrum*, i. orbem. *Circuiui*, pro circumdedi. ſeu circumpoſui, vel, q. d. mihi ſoli noti cœli, & orbis.

11. *Virtute*, i. potentia. *Calcaui*, i. mihi ſubieci. *Requiem*, i. populum, in quo velut requieſcerem.

Hæreditate, ſc. Dei populo.

12. *Creauit*, ſc. quantum ad humanitatem; vel poſitum pro, genuit. *Tabernaculo*, ſc. eccleſia.

13. *Hæreditare*, i. poſſide velut hæreditatem.

14. *Creata*, ſc. quantum ad humanitatem prædeſtinata. vel poſitum pro, genita. *Habitatione*, ſc. in corpore. vel tabernaculo teſtimonij. *Miniſtraui*, pro, feci miniſtrari.

15. *Sic*, ſc. miniſtrans. *Sion*, ſc. Ieruſalem, vel Eccleſia.

Firmata ſum, i. firmiter manſi. *Similiter*, pro, præterea.

16. *Radicaui*, i. radices egi. *In parte*, i. ſorte. *Hæreditas*, pro, quæ eſt hæreditas. *Plenitudine*, i. pleno cœtu.

17. *Cedrus*, iunge cum, *in Libano*. *Sion*, per ſin dicitur. & Hermon vide Deut. 4. hic Græc. Hermon.

18. *Palma*, iunge cum, *in Cades*. *Cades*, pro, Engadi, ſeu Gadi, quæ pro Iericho, Græc. Gaddi.

19. *Platanus*, iunge cum, *iuxta aquam*. *In plateis*, i. viis latis, ſeu palam.

20. *Aromatizans*, i. fragrans. *Vngula*, genus aromatis, quod Exod. 30. dicitur onyx, i. vnguis.

Gutta, ſc. ex myrrhæ frutice fluens. dicitur & ſtacte.

21. *Libanus*, i. thus. *Non inciſus*, Græci atomum dicunt. Vide Plin. lib. 12. cap. 14. *Vaporaui*, i. repleui odore. *Miſtum*, i. adulteratum miſtione aliqua.

23. *Fructus*, pro, fructuſque. *Honeſtatis*, i. diuitiarum, Græc. πλύτυ.

25. *Virtutis*, i. fortitudinis.

26. *Generationibus*, i. fructibus.

28. *Mea*, q. d. ſapientum.

30. *In me*, i. me iuuante.

32. *Hæc*, ſc. præſtat. *Teſtamentum*, i. pactum.

33. *Iuſtitiarum*, pro, iuſtitiæ, ſc. faciendæ. *Hæreditatem*, ſc. promiſit, ſi illa ſeruarent. *Promiſſiones*, i. promiſſa, ſc. ſe daturum.

34. *Poſuit*, i. ſtatuit, ſc. Deus.

35. *Implet*, i. facit abundare.

Phiſon, i. Ganges. *Nouorum*, i. nouarum frugum.

36. *Senſum*, i. intelligentiam.

37. *Aſſiſtens*, ſ. cum copia aquarum ſpiritualium. *Geon*, id eſt, Nilus.

38. *Perficit*, i. facit. *Infirmior*, ſc. animus.

39. *A mari*, i. pluſquam mare. *Eius*, ſc. ſapientiæ. *In Abyſſo*, pro, velut Abyſſus, i. profundiſſimum.

41. *Fluuij Dyorix*, i. foſſa à fluuio diducta. *Paradiſo*, q. d. à Deo.

41. *Inebriabo*,

42. *Inebriabo*,i. irrigabo.
43. *Appropinquauit*,&c.i.mari similis factus est.
44. *Antelucanum*, i. diluculum,sc. quod paulatim crescit. *Longinquum*,i.remotas gentes.
45. *Inferiores*,&c.sc.limbum, quo Christus descendit, vel quasi dicat terram, quo descendit, carnem sumpturus. *Dormientes*,i. mortuos,sc.corpore, vel anima per peccatum.
46. *Quasi prophetiam*,q.d. reuelatam. *Desinam*, sc.effundere.*Sanctum*,sc.vitæ æternæ.

CAPVT XXV.

3. **A**Ggrauor *anima*,i.indigne fero vitam.
6. *Canitiei*, i. senibus.
Presbyteris,i.senibus, repetitio.
8. *Corona*,i. ornamentum.
9. *Insuspicabilia cordis*, i. de quibus nemo male suspicetur,seu sentiat.*In lingua*,i.modo meo, seu vt potero eloqui.
10. *Inimicorum*,sc.spiritualium.
16. *Adglutinandum*,&c.q.d.coniunctum est cum Dei timore,sc.ex vtroque nascitur Dei dilectio.
17. *Omnis*, i. summa.Id videtur decimum, nisi diuidas sapientiam,& scientiam; tunc enim erit timor Domini.
18. *Et omnem*,&c. q. d. omnem molestiam feras potius, quam tristitiam, & omne malum potius, quam malitiam mulieris.
20. *Obductum*,i.inductam afflictionem. *Et non*, pro,potius quam.
21. *Vindictam*,sc. in te factam.
23. *Quam*,pro,potius quam.
24. *Tanquam vrsus*, sc. indignabunda.
Saccum,sc.plena malitia,vel horrida.
25. *Modicum*, scilicet, celans animi mœrorem præ pudore.
26. *Breuis*,i.parua.
Super malitiam,pro, præ malitia.
Sors,&c.q.d experiantur id peccatores, seu obueniat eis talis sors.
28. *Et non*,pro ne forte.
In specie,i.conspecta forma.
29. *Irreuerentia*,i. probrum,seu impudentia.
Confusio,i.pudor,sc.viro suo.
31. *Mulier nequam*,sc. ista tria facit.
32. *Debiles*,sc.facit,q.d.despondere animum.
Beatificat,i,honorat,Græc.consolatur.
34. *Exitum*, scil. per foramen aliquod sub.alioquin effundentur tota.
Veniam, Græc. libertatem. *Prodeundi*,scilic.pro suo arbitratu.
35. *Ad manum tuam*,i.prope te,seu te ducente.
Confundet, i.pudefaciet.
36. *A carnibus tuis*,à corpore tuo, seu à te.
Abscinde,i.dimitte,dato libello repudij,vel thoro separa.
Abutatur te,i.tua patientia,& lenitate.

CAPVT XXVI.

1. **D**Vplex,q.d.diutius viuet.
2. *Fortis*,sc.animo.
In pace,pro;pace.
3. *Pars*,i.sors,seu hæreditas. *Parte*,i.sorte.
4. *Diuitiis*,&c.q.d. siue vir diues sit,siue pauper, lætus erit tali vxore.
5. *Facies*,sc.in vultu solet apparere timor.
6. *Delaturam*,i.proditionem,seu infamiam. *Populi*,sc.furentis.
7. *Omnia*,sc.hæc.
8. *Dolor*,pro,at dolor. *Id quartum est*.
9. *Communicans*, id est, dicens, scilicet, quæ de viro suspicatur.
10. *Mouetur*,adeoque & boues turbat & opus.
Ita,sc.inquieta est.
Scorpionem,q.d.læditur.
Ira magna,pro,iram magnam affert.
11. *Fornicatio*,i.impudicitia.
13. *Non auertente se*, i.curiosa.
14. *Irreuerentia*,i. impudentia.
Te neglexerit,i. tua monita contempserit.
15. *Os aperiet*, &c. honeste describit turpem actum.
16. *Ossa*,i.corpus.
17. *Datum*, i.donum.
18. *Immutatio*, i. pretium, seu quicquam quo commutes.
Anima.sc.talis.
21. *Altissimis*, sc.cœlis.
Species,i pulchritudo.
22. *Et species*,pro, sic & species.
23. *Columna*,pro sicut columnæ.
Et pedes,pro,sic & pedes, i. crura.
Stabilis,i. constantis.
24. *Fundamenta*,pro,sicut fundamenta.
Æterna, i. firmissima.
27. *Romphaeam*,i.gladium,q.d. punitionem.
28. *Species*,i.rerum genera.
Negligentia,sc.recti,Græc.delicto. *Labiorum*.sc. mendacis.

CAPVT XXVII.

1. **O**Culum,i.mentem,sc.à recto.
2. *Angustiabitur*, i. premetur,sc. contrahens.
3. *Conteretur*,i.consumetur,sc.cessabit.
Cum delinquente,sc.in morte,vel q.d.comprimetur inquam,delictum,& delinquens: vt sit explicatio præcedentis. Sit autem compressio vi quadam,& lædit & ipsa negotiatio velut impellit in peccatum, & animæ nocet.
4. *Instanter*,i.diligenter.seu continenter.
5. *Aporia*, i. perplexitas, seu defectus, sc. mistæ sunt dubiis hominum ratiocinationes.
7. *Rusticatio*, i. cultus. *Verbum*, scil. producitur velut fructus.
8. *Sermonem*,sc. eius perspectum. *Tentatio*,i. exploratio,sc.producitur cuiusque mens verbis.
9. *Poderem*,i.togam.*Agnitionis*,i.iudicij Dei.
10. *Veritas*,i.iustitia. *Reuertetur*,q.d ad illos accedit,cumque illis manet.
13. *Tempori*,i.opportunitati, scilicet, cum poterunt capere.
Cogitantium,i. prudentium.
14. *In delictis*,sc.lætantur,cum malefecerint.
15. *Obturatio aurium*,q.dicat,ferri à piis auribus non potest.
16. *Auditus grauis*,pro,auditui molesta.
17. *Fidem*,sc.quam dederat de tacendo.
Ad animum suum,i. vt optat.
18. *Fide*,i. fidelitate.
19. *Non persequeris*, q. dicat, fugiet te nec assequeris illum.
20. *Sic,&*,pro,seu, vt continuetur cum sequentibus, vel q.d.perinde est,ac perdere amicitiam.
23. *Et maledicti*, &c. q. si ei fecisses iniuriam, posset reconciliari; at non item si reuelasti secretum eius.
24. *Mysteria*,i.arcana.
Desperatio est, q. d. desperata est reconciliatio tanta est infelicitas proditoris.
25. *Annuens*,sc. simulando amicitiam.*Abiiciet*, i.remouebit ab ea cogitatione.

26. *Condulcabit*, i. dulciter loquetur.

Peruertet, i. mutabit. *Scandalum*, q. d. ex verbis tuis quæret tibi perniciem.

27. *Odiui*, &c. q. d. nihil æque odi ac talem.

28. *Diuidet vulnera*, q. d. ipsum vulnerabit.

29. *Statuit*, sc. vt ei noceat.

31. *Illi*, pro, illis.

33. *Continens*, i. retinens, q. d. illis obnoxius.

CAPVT XXVIII.

1. A *Domino*, &c. q. d. à Deo punietur. *Seruans seruabit*; i. diligenter obseruabit, sc. vt puniat.

2. *Soluentur*, Græc. peccata tua soluentur, i. remittentur.

7. *Tabitudo*, i. corruptio. *Eius*, sc. inimicitiæ, q. d. obedienti iracundiæ suæ.

9. *Testamentum*, i. pactum, sc. præcepta. *Despice*, i. dissimula, & ignosce.

10. *Lite*, id est, contentione.

12. *Virtutem*, i. potentiam. *Substantiam*, i. diuitias, sc. potentes, & diuites facile irascuntur.

13. *Festinatum*, i. præcipitanter susceptum. *Testificans*, sc. inique, vel quæ minatur alteri malum.

14. *Vtraque*, &c q. d. potest homo iram accendere, & extinguere.

16. *Tertia*, i. detrahens. Nota quod Chal. in prouerbiis pro detractore, & susurrone, solet vertere, linguam tertiam: forte quia tertius est, vni apud alterum detrahens.

19. *Viratas*, pro, viriles, seu fortes. *Eiecit*, scil. domo.

Laboribus, i. rebus labore partis.

20. *Respicit illam*, i. illi deditus est.

21 *Comminuet ossa*, q. d. multo peius lædit.

22. *Quasi*, pro, vt.

23. *Tectus*, i. defensus, seu tutus, q. d. qui longe ab ea est, nec cum illa quicquam habet commercij.

25. *Infernus*, i. mors seu sepulchrum.

26. *Permanebit*, sc. diu impunita, vel q. d. non manebit apud iustos.

29. *Confla*, sc. vt ex eis facias stateram, & frænos.

Stateram, sc. ad ea prius ponderanda quam efferas.

Rectos, id est, qui regant.

CAPVT XXIX.

1. F*Oeneratur*, pro, velut mutuum dat, sc. reddendum à Deo, vel, q. d. qui dat eleemosynam, multo magis dabit mutuum. *Manu*, i. operibus.

2. *Redde*, sc. mutuum ab eo tibi datum.

3. *Confirma verbum*, i. promissum imple.

4. *Quasi inuentionem*, &c. q. mutuum non reddunt, quasi esset res inuenta.

6. *Murmurationum*, i. dantia occasionem murmurandi.

Tempus, sc. non esse opportunum.

7. *Aduersabitur*, q. d. tergiuersabitur, seu repugnabit.

Solidi, i. integræ summæ, quod vulgo capitale dicitur.

Illud, sc. quod retinet, vel totum debitum, q. d. ita nolunt soluere, quasi reperissent.

Sin autem, pro, vel etiam vel, quod si non, q. d. si vero soluat, tamen illum reddit sibi inimicum.

Gratis, id est, sine causa.

10. *Timuerunt*, sub. & ideo dare mutuum noluerunt.

11. *Super*, &c. q. d. age fortiter, & ei qui eget, da, & ignosce, si non possit reddere.

Trahas, i. differas dare, vel opprimas non valentem soluere.

13. *Perde*, i. expende, seu da non recuperaturus.

Perditionem, sc. animæ tuæ, i. perniciem vel, q. d. vt pereat sine fructu.

14. *Pone*, &c. q. d. expende iuxta Dei præcepta: vel magnum puta thesaurum, facere Dei præcepta.

15. *In corde*, q. d. faciens illum tibi amicum, vel illum consolans.

Exorabit, sc. à Deo liberationem.

16. *Super*, i. plusquam.

19. *Fidem*, i. sponsionem. *Confusionem*, i. pudorem.

Derelinquet, i. deseret, sc. eum, cui promisit. *Sibi*, abundat, more Hebræo.

20. *Dedit animam*, i. se periculo exposuit.

21. *Repromissorem*, i. fideiussorem.

22. *Adscribit*, q. d. vult de illius bonis solui suum debitum.

23. *Repromittit de*, i. fideiubet pro. *Perdiderit*, sc. ille, pro quo promisit. *Reuerentiam*, i. pudorem.

24. *Nequissima*, i. infeliciter succedens. *Dirigentes*, i. recte. & prospere agentes, Græc. diuites.

25. *Gyrans*, i. versans.

26. *Nequam*, i. infelicem, sc. quia cogitur soluere pro principali, cuius se fecit fideiussorem. *Agere*, sc. negotia etiam aliena. *Iudicium*, i. litem.

27. *Recupera*, q. d. adiuua. *Incidas*, sc. eius causa in periculum.

28. *Initium*, i. caput, seu summa ἀρχή.

29. *In perere*, i. apud alienos.

30. *Pro magno*, i. velut si magnum esset. *Peregrinationis*, i. quod accidit peregrinantibus.

31. *Nequam*, i misera.

32. *Hospitabitur*, &c. q. d. etiam qui hospitio excipit, multa cogitur ferre molesta, vel si hospitio exceptus es, cogeris vicissim excipere cum molestia.

33. *Cæteros*, sc. meos socios.

34. *Exi*, subaudi, audies in domo aliena exceptus.

A facie honoris, i. aduentu honoratorum.

Necessitudine, i. necessitate, s. excipiendi amicum.

Factus est, pro excipiendus est.

35. *Correptio*, sc. dicendo. Abi domo. *Fœneratoris*, id est, mutuum dantis.

CAPVT XXX.

1. N*Ouissime*, i. senectute, pater filium videns bene moratum vel q. d. tandem, sc. filius sic correctus.

Palpet, sc. filius mendicans, vel vagabundus.

3. *Zelum*, i. iram, vel inuidiam.

7. *Colligabit*, sc. pater. *Sua*, i. filiorum, q. d. medebitur ipsorum corruptis moribus. *Vocem*; i. rumorem de illorum improbitate sparsum.

8. *Remissus*, i. dissolutus, seu sine disciplina.

9. *Lacta*, &c q. d. si blandiaris, sic se geret, vt timeas ei.

10. *Obstupescent*, sc. præ dolore, q. d. præ mœrore obmutescas, vel des pœnas, & crucieris, nec possis corrigere: qui comedit acerba, non potest alia comedere, datque erroris pœnas.

11. *Despicias*, i. corrigere negligas.

12. *Induret*, i. durus euadet.

13. *Operare in illo*, i. operam pone diligentem in eo docendo.

Offendas, i. incidas, q. d. ne forte turpiter agat.

14. *Malitia*, i. ægritudine, vel vitiis.

15. *Census*, i. diuitiæ.

16. *Gaudium*, sc. ex bona conscientia.

17. *Æterna*, sc. per mortem.

18. *Bona*,&c.q.d. perinde sunt auaro diuitiæ,vt mortuo epulæ.

19. *Effugatur*,i. longe est, q. d. nihil ei prosunt diuitiæ.

Mercedes iniquitatis,i. quod meretur eius iniquitas,sc.vt frui non possit iis,quæ possidet.

21. *Suspirans*,sc.quia non potest quod optat.

22. *In consilio tuo*,i.dum deliberas de aliquo.

23. *Iucunditas*,sc. in rebus bonis. *Sanctitatis*. i. sanctus.

Longauitas,i. vitam producit.

24. *Eius*,sc.animæ, vel Dei.

26. *Zelus*,i.indignatio,vel inuidia. *Cogitatus*, i. solicitudo.

27. *Splendidum*,sc.Dei luce. *Bonum in epulis*,&c. i.bene cibis vtitur,sc.non parce, vt auari, sed liberaliter & diligenter familiam alit.

CAPVT XXXI.

1. HOnestatis,i.quam diuitiæ afferunt. *Cogitatus*,i. solicitudo.

2. *Præsciemia*,i.prouidendi in futurum. *Sensum*, i.mentem,sc.interdum à recto.

3. *Et in requie*, &c. q.d. etiam dormiens cogitat de diuitiis.

4. *In diminutione*, &c. q. d. etiam victum minuens, vt possit ditescere.

5. *Iustificabitur*,i.liber erit peccato.

Consumptionem,i. perditionem.

6. *Casus*,i. incommoda & pericula. *In specie*,i.ob pulchritudinem,sc.qua sunt decepti.

7. *Sacrificantium*, sc.auro, est enim auaritia Idololatria quædam.

Deperiet,i.peribit,Græc.capietur.

13. *Si multa*,& sub.potero indulgere genio.

14. *Nequam*, sc. eius, qui inuitauit, forte enim ægre fert sua consumi.

A b omni facie sua, i. effuse,q. dolere solet maxime,cum alij lætantur. *Viderit aliquem*,sc.lætari,vel te suauiter vesci.

16. *Inuidia*, sc.oculi nequam. *Contaminatus*, i. notatus,vel affectus,seu lacessitus.

17. *Comprimaris*,i.replearis.

20. *Disciplina*, q. d. modestiæ, quam disciplina docet.

23. *Infrunito*, i. impudenti, seu intemperanti,q. d.torquent illum.

25. *Coactus*,i.grauatus.

26. *Inuenies*,sc.vera esse.

27. *Velox*,i. diligens. *Omnis non*,i. nulla, sc.vere, q.d.raro ægrotabis.

28. *Splendidum*,id est,liberalem. *Veritatis*,id est, probitatis. *Fidele*,i.certum, seu stabile.

29. *Pane*,pro,in pane,q.d. in dando cibum. *Verum est*,q.d.& merito quidem vituperatur talis.

30. *In vino*,pro,vinum.

31. *Arguet*,i.ostendet.

32. *Æqua*,i.æquabilis,seu commoda.

33. *Vino*,sub.nisi mors.

38. *Irritationem*,sc.animi.

40. *Imprudentis offensio*,i.facit imprudentem offendere,seu per imprudentiam.

41. *In iucunditate*,i.dum potando hilarescit.

42. *Repetendo*,scil.si quid debet. Importunum id tali tempore.

CAPVT XXXII.

1. COnside,q.d. dum poteris sedere,seu quiescere, cum illorum curam habueris; vt statim explicat.

3. *Recumbe*,i.quiesce. *Gratia*, id est, gratiosum, seu decorum.

Dignationem, i. dignitatem. *Corrogationis*, i. ob operam tuam.

5. *Primum verbum*,q.d.in primis vero. *Diligenti scientiam*,i.discendi cupidis.

Musicam,i.concentum,q.d.ordinem,i.procedito ordine in differendo, vel de musica honesta loquitur,solita in conuiuiis adhiberi.

7. *Comparatio*,i.concentus.

8. *Signum*,i. sigillum.

9. *Reuerentia*,i.pudore,sc.modestia. *Bona gratia*, i. beneuolentia.

11. *Si bis*,&c q.d.Ne responde,nisi bis rogatus. *Habeat caput*,q.d. summatim dic,sc.pauca prudenter.

14. *Grandinem*, Græc.tonitruum, q.d. vt tonitru cum fulgure excipitur, ita verecundia cum beneuolentia.

15. *Te trices*,i. impedias,seu intrices, vel legendum,tetrices,i.tetricus sis & tardus.

Prior,pro,primum,i.ante omnia. *Domum*,i.conscientiam. *Auocare*,sc. à tumultib. *Lude*,i. recreare spiritualiter.

16. *Age*,&c.q.d.meditare,vt soles. *Et non*,&c.q. d.idque pure,& humiliter.

17. *Super*,pro,in. *Inebriantem*,i.implentem.

19. *Insidiose*,i.fictè,Græc.simulatè. *Scandalizabitur ab ea*, i. offendet in illa, q.d. potius damnum referet,quam lucrum.

20. *Inuenient*,&c.q.d.recte iudicabunt. *Iustitias*, i. bona opera.

21. *Comparationem*,i. consentaneam sibi defensionem,vel exemplum similium hominum.

22. *Disperdet*,i.despiciet, seu negliget. *Alienos*, sc.à consilio. *Timorem*,pro timore.

23. *Cum eo*,pro,secum. *Suis*,&c.q.d.in iis,quæ sectatur,temeritatis arguetur.

25. *Anima tua*,i.tibi.

26. *Attende*,i. caue,sc. ne quid,te fallentes,mali agant.

27. *Ex fide anima*,i.conscientiæ fide informatæ.

28. *Minorabitur*, i.egebit.

CAPVT XXXIII.

2. IVstitias,i.bona opera.

3. *Fidelis*, scil. conseruans illum, & vere præmium suo tempore dandum promittens.

4. *Interrogationem*, &c.q. d. qui sibi propositam interrogationem declarat, eo ipso viam parat responsioni.& libenter ab eo, qui se rogauit, audietur, & disciplinatè respondebit.

5. *Quasi rota*, &c. sc. huc illuc voluitur desideriis,& imaginationibus.

6. *Sic & amicus subsannator*, hæc per parenthesim legenda.est autem sensus:Vt equus admissarius hinnit,non gratia sedentis, sed equæ visæ;ita fictus amicus blanditur,non amici causa, sed cōmodi sui.

7. *Et iterum*,pro,itemque.

Annus,sc.solaris, maior lunari. *A sole*, sc. causa est,vel à sole ne?

9. *Immutauit*,i.varie disposuit. *Celebrauerunt*,sc. homines.

Ad horam,i.certo seu præfinito tempore.

10. *Ipsis*,scilicet, diebus.

Dierum, scilic. communium, seu non festorum. *Solo*,i.humo.

11. *Disciplina Domini*,pro,sapientiæ suæ. *Vias*,i. viuendi rationem,multiplex enim hæc in hominibus. Aug. tamen id Simplic. ad mortalitatem refert,ab omnibus per peccatum contractam.

12. Sancti

12. *Sanctificauit*, scilicet, faciens sacerdotes, vel sanctos.
Maledixit,scilicet,peccatores. *Conuertit*,&c.pro euertit,separans ab aliis, Græc. euertit illos à sedibus suis.
14. *Via eius*,i.figuli actiones,sc. circa vasa. *Reddet*,sc.Deus.*Iudicium*,sc.iustum.
15. *Duo & duo*,q.d.bina quæque vbi,sc.vnum alteri oppositum.
20. *Mulieri*,i. vxori. *Possessionem*,i.opes. *Depreceris*,sc.repetens.*Illis*,sc.quæ dedisti.
21. *Immutabit*,pro immutet,sc. ab eo quod proxime docui.*Caro*,i.homo.
23. *Præcellens*,q.d.stude excellere.
25. *Disciplina*,i.correctio,seu castigatio.
26.*Operatur*,&c.q.d.etiam castigatus quæret ab opere quiescere, quid si laxes disciplinam? haud dubie quæret libertatem,seu fugiet.
28. *Maleuolo*,i.malitioso.
30. *Non amplifices*,&c. q.d ne quemquam multum graues sed cum iudicio.
31. *Sanguine animæ*, i. multo labore, & sudore parta pecunia.
33. *Extollens*,pro,tollens se,scil abiens.*Quæras*, sc.de illo,q.d.qui possit indicare vbi sit.

CAPVT XXXIV.

1. MEndacium pro mendax,i.falsa.
Viro insensato,pro,viri insensati.
2. *Visa*,i.somnia,seu visiones.
3. *Hoc secundum hoc*, i. repræsentatio quædam per similitudinem. *Ante faciem*,&c. q.d. vt accidit in speculo,vbi ante faciem,&c.
5. *Malefacientium*,i.iniquorum.
6. *Parturientes*, q. d. cum desiderio proferendi, vel cum molestia quadam.
7. *Exciderunt*,sc. bono,vel spe sua.
8. *Sine mendacio*,&c.q.d.non est opus istis mendaciis ad obseruandam Dei legem. *Complanabitur*, i.explicabitur,sc.sine istis visionibus.
9. *Intellectum*,i.res intellectu dignas.
10. *In multis factus*,i.multa expertus. *Malitiam*, i.malitiæ cognitionem,seu astutiam.
11. *Implanatus*,i.deceptus *Nequitia*,i.nequitiæ cognitione,sc.calliditate.
12. *Enarrando*, id est, mihi narrata. *Verborum*, i. rerum.
13. *Horum*,sc.quæ vidi,& expertus sum.
14. *Quæritur*,sc.à Deo.& defenditur,Græc.viuet. *Respectu illius*,i.Deo respiciente.
18. *Quem*,sc Deum.
19.*Potentia*,i.potens.*Virtutis*,i.forte.*Meridiani*, sc æstus.
20. *Deprecatio*, i. reconciliatio, vel depulsio, Græc.custodia,sc.custodit,ne offendas,vel ignoscit. *Casus*,i.ne cadas,vel si cecideris.
21 .*Subsannationes*, sub.potius sunt,i.irrisiones.
22. *Solus*,sc.sufficit,vel quæritur.*Sustinentibus*,i. expectantibus.
25. *Homo sanguinis*,i.homicida.
26. *In sudore*,pro, sudore partum,vel sudanti, sc. mercenario.
28. *Quid prodest* i.quis fructus?
30. *Baptizatur à mortuo*, i. lauatur ob tactum mortui.
31. *In peccatis*,i.ob peccata.

CAPVT XXXV.

3. MVltiplicat oblationem,i.multum orat.
Et propitiationem,&c.q.d.& recedere ab iniustitia est sacrificare ob propitiationem peccatorum, & pro his deprecari.
4. *Retribuet*,pro,qui retribuit, q. d. qui benefacit,est sicut qui offert Deo similam.
7. *Omnia*, scilic. quæ de Dei oblationibus sunt instituta.
8. *Impinguat*,&c.q.d acceptatur à Deo tanquam pinguis.
9. *Memoriam*,i.recordari.
10. *Bono*, i. læto.
Minuas,i.omittas offerre.
11. *Sanctifica*,i.offer,seu consecra Deo.
12. *Donatum eius*,i.quod dedit tibi. *Bono*,i.læto.
Adinuentionem,&c. q. d. inueni quod des,vel da quod inuenerit manus tua,i. quod poteris.
13. *Septies tantum*,i.multo plus.
14. *Praua*,i.de male acquisitis
15. *Inspicere*,i.attendere,q.d.offerre.*Gloria*,i.respectus,seu acceptio,etiam si gloriosa sit.
16.*In pauperem*,i.contra pauperem,q.d.non placatur donis diuitis qui pauperem læsit.
18. *Super*,id est,contra. *Deducentem eas*,i.cogentem flere.
19. *Delectabitur*, q. d. libenter exaudiet. Complut.non delectabitur, q. d. displicebit ei iniuria, quæ flere facit.
20. *Adorat*,i.colit.*In oblectatione*,i.libenter.
21. *Consolabitur*,i. quiescet.
22. *Elongabit*, i. diu differet. *Patientiam*, Vide Lucæ 18. *Ipsorum*,sc. iniquorum.
23. *Plenitudinem*,i multitudinem *Contribulet*,i. conterat
24. *Adæ*,i.hominis.
26. *Speciosa*,i. pulchra,& grata.

CAPVT XXXVI.

3. ALLeua, i. eleua. *Alienas*,scilic. à te per infidelitatem.
4. *Sanctificatus es*,i ostendisti sanctitatem tuam, & potentiam.
6. *Immuta*,i.ede alia,vel,q.d.muta per miracula, rerum ordinem.
7. *Dextrum*. Loquitur more hominum, qui præcipue dextro brachio vtuntur.
9. *Extolle*,pro,tolle,vel q d.sublatum deiice.
10. *Festina*, i.accelera,sc.ad punitionem.
Finis,scilicet, destinati malis, Græc. iræ. *Enarrant*,sc. homines.
11. *Saluatur*, i. euaserit,seu fugerit, vel qui hic non punitur.*Pessimant*,i.pessime tractant.
13. *Hæreditabis*,i.possidebis velut hæreditatem.
14. *Super quam*,&c.i.quæ dicitur populus tuus, seu quæ te colit.*Coæquasti*,i.comparasti,sc. Exod.4. vel habuisti loco primogeniti.
15.*Sanctificationis tuæ*,i.vbi coleris.*Requiei tuæ*, q.d.vbi peculiariter habitas.
16. *Virtutibus tuis*,i. operibus tuæ potentiæ.
17.*Creatura*,sc peculiares,seu cliente .*Suscita*,i. imple. *Precationes*,sc.pro aduentu Messiæ.
18. *Sustinentibus*,i.patienter expectantibus.
Prophetia,sc.qui eam dandam prædixerunt.*Fideles*,i.veraces.
19. *Benedictionem*,i.vt benedicens optabat.Vide Num.*Conspector*,&c.q.d.cui omnia sæcula nota, & subiecta.
20. *Et est*,pro,sed est.
21. *Fera*, i. venationis. *Sensatum*, scilicet,deprehendit statim.
23. *Excipiet*,scil.in maritum,q.d.non valde examinant fœminæ,quibus nubant. *Et est*, &c. q.d.at videndum diligenter viro,qualem ducat.

24. Spe

24. *Species*, i. pulchritudo. *Et super*, &c. q.d. eis que super omnia alia placet.
25. *Si est*, i. quod si vxori inest. *Curationis*, scil. iræ & tristitiæ, curarumq; mariti. *Est &*, pro, & est. *Secundum*, &c. q. d. felicissimus est omnium hominum.
26. *Secundum illum*, i. simile illi. Vide Gen. 2.
Vt requies, pro, quietis.
27. *Egens*, sc. vir adiutorio, & solatio.
28. *Credit*, pro, fidat. *Nidum*, i. fixam habitationem.
Obscurauerit, i. nox aduenerit. *Succinctus*, i. expeditus

CAPVT XXXVII.

1. *Amicitiam copulaui*, i. amicus sum.
2. *Inest*, sc. in eo, quod sequitur.
3. *O præsumptio*, &c. q.d. ô scelus, Græc. ô. cogitatio praua. *Cooperire*, i. vt cooperias.
Aridam, i. terram. *Illius*, sc. sodalis.
4. *Sodalis*, sc. fallax. *Oblectationibus*, sc. prosperitatis.
5. *Hostem*, sc. amici. *Accipiet*, sc. causa ventris.
7. *Cum eo*, Græc. cum eo, cui suspectus sis.
Zelantibus, i. inuidentibus.
8. *Omnis*, sc. talis. *In semetipso*, i. in propriam vtilitatem.
9. *Cogitabit*, sc. suam vtilitatem.
10. *Sudem*, q.d. impedimentum, seu offensionem, sc. contra te.
11. *Tracta*, i. consulta. Ironice loquitur, q.d. si tractes, operam perdes. *Æmulatur*, i. zelotypia persequitur, sc. de pellice.
12. *Traiectione*, i. permutatione, sc. dicet is, quod in rem suam ei videatur esse, non quid conueniat.
14. *Non attendas*, &c. q.d. Ironice loquebar. non enim tales consulendi.
16. *Secundum animam tuam*, i. tibi conformis, seu amicitia iuncta. *Qui cum titubaueris in tenebris*, i. offenderis, condoleat tibi.
17. *Cor*, &c. i. prudentem virum adhibe tibi.
Plures, i. potius.
18. *Quam*, pro, plusquam.
20. *Verbum verax*, i. rectum consilium.
21. *Verbum nequam*, i. prauum consilium. *Immutabit*, s. à bono in malum. *Ex quo*, s. corde.
Partes, i. differentiæ. *Vita*, hæc præmium boni.
Mors, hæc mali *Dominatrix*, i. gubernatrix, q. d. multum illa pendent ex lingua.
22. *Suauis*, i. indulgens sc. non facit, quæ alios docet.
23. *Defraudabitur*, i. successibus carebit.
24. *Defraudatus*, i. priuatus.
25. *Sensus*, i. mentis.
26. *Fideles*, i. stabiles.
28. *Viri*, i. cuiusque. *Numero*, sc. certo, vel paruo. *Israel*, q. d. populi fidelis. Innumerabiles, scil. æterna vita.
30. *Tenta*, i. explora. *Nequam*, sc. prauo aliquo desiderio.
Potestatem, q. d. coërce.
31. *Placet*, pro, placere debet.
32. *Omni*, pro, vlla. *Omnem*, pro, vllam.
34. *Adiiciet*, i. producet.

CAPVT XXXVIII.

1. *A Rege*, pro, à Rege etiam. *Donationem*, i. remunerationem Græc gloriam.
6. *Ad agnitionem*, &c. i. vt ab hominibus agnosceretur, eisque seruiret. *Illorum*, sc. medicamentorum.
Honorari, i. vt honoretur, seu glorificetur.
7. *Pigmenta*, i. confectiones ex diuersis speciebus.
Non consummabuntur, &c. q. d. non sunt sufficientia ad pacem, & sanitatem mundi, nisi Deus adiuuet.
Pax Dei, pro prosperitas, seu sanitas à Deo est
10. *Manus*, i. opera.
11. *Suauitatem*, i. gratam Deo oblationem, seu thus.
Memoriam, sc. offertur in memoriam beneficiorum Dei. *Impingua*, i. pinguem offer. *Da*, pro, da etiam, q.d. ne negligas medici operam.
13. *Illorum*, sc. medicorum. *Incurras*, pro, incurrere te sit necesse.
14. *Requiem*, sc. quam efficere student in ægroto.
Illorum, sc. ægrotorum, q.d. vt possint cum cæteris sanis conuersari.
15. *Incitat*, &c. sc. accidunt morbi ob peccata.
16. *In*, pro, super. *Dira*, i. acerba. *Iudicium*, i. morem.
17. *Delaturam*, q.d. ne quis calumnietur, quod illum oderis, si non fleas. *Tristitiam*, scil. ne tibi noceat.
18. *Detractionem*, id supra vocauit delaturam.
19. *Cooperit*, i. obruit, seu opprimit. *Flectit*, q.d. incuruat.
20. *Abductione*, pro, obductione (i. plaga) sic enim supra, sæpe vertit verbum Græcum. *Substantia inopis*, i. vita afflicti. *Secundum cor eius*, q.d. ex corde pendet, sc. miserum est se animo excruciare sine vllo fructu.
22. *Conuersio*, i. reditus ad vitam. *Huic*, s. mortuo.
Pessimabis, i. lædes, s. nimia tristitia.
23. *Memor esto*, verba mortui ad viuum. *Hodie*, i. paulo post.
24. *In requie*, i. cum decumbit moriturus, vel vbi requieuit.
Requiescere, i. cessare, q.d. auerte mentem ab ea cogitatione. *Illum*, sc. ante mortem, vel te ob illum mortuum tristem, Græc. super illo.
25. *Vacuitatis*, i. otij. *Actu*, i. negotiis.
26. *Iaculo*, sc. in cuius cuspide est stimulus.
27. *Vigilia*, i. vigilantis studium.
28. *Similitudinem*, i. expressionem.
29. *Concertatur*, i. conflictatur.
30. *Innouat*, i. subinde ferit. *Contra similitudinem*, q. d. subinde aspicit typum vasis formandi, quem ante se habet.
31. *Innumera*, i. multiplex, seu assidua.
33. *Virtutem suam*, i. se, seu pectus.
34. *Linitionem*, sc. quæ solet adiungi, vasi ad ornamentum. *Fornacem*, sc. qua vasa coquenda.
37. *Inhabitabunt*, sc. homines. *Ecclesiam*, i. congregationem sapientum, vbi de rebus grauibus consultatur. *Transilient*, sc. tales artifices.
38. *Testamentum*, i. decretum. *Palam facient*, i. declarabunt. *Disciplinam*, i. doctrinam.
Iudicium, i. ius, seu iuris prudentiam. *Parabolis*, i. sententiis reconditis, sc. proferendis.
39. *Æui*, i. seculi, seu mundi. *Confirmabunt*, sc. arte sua. *Deprecatio*, s. ad Deum, vt adiuuet. *Accommodantes*, sc. operi, q.d. intenti. *Conquirentes*, i. studentes.

CAPVT XXXIX.

1. *Narrationem*, pro, enarrationem, seu explicationem.
2. *Versutias*. i. argutias, seu obscuritates.
Parabolarum, id est, sententiarum reconditarum, sc. scripturæ, vt quidam volunt. *Introibit*, i. penetrabit.

3. *Occulta*,

3. *Occulta*,&c.repetitio more scripturæ.*Conuersabitur*,pro,versabitur,q.d.studebit.

4. *Ministrabit*,i.aliquo publico munere fungetur.

5. *Pertransiet*,sc.dicendi causa.*Bona*, &c. i. prospera & aduersa.*Tentabit*,i.experietur.

9. *Tanquam imbres*,i.copiose.

10. *Ipse*,sc.Deus.*Suis*,sc. cordis penetralibus,vel suis,i.Dei.q.d.arcana legis Dei consulet.

11. *Ipse*,scil. sapiens. *Sua*,i. propriæ,vel suæ,pro, eius, sc. Dei

Testamenti,i.pacti.

12. *Delebitur*,sc.memória eius.

13. *Requiretur*,i.celebrabitur.

14. *Gentes*,i.populi.*Ecclesia*,i.fidelium cœtus.

15. *Mille*,sc.imitatores,vel q.d.si diu vixerit, relinquet nomen,i.famam, plus quam mille alij. *Requieuerit*. sc. ipse per mortem, vel cesset eius fama. *Proderit*,q.d. illi profuerit,vita quam agit.

16. *Consiliabor*, &c.id est, consilia dando edissetam. *Vt furore*,&c. q. d. vehementer ad dicendum impellor.

17. *In voce*,i.loquens.*Dicit*,sc.sapientia,*Fructus*, pro,filij.

18. *Libanus*, i.thus.

19. *Florete*,pro, producite. *In gratiam* , pro,cum gratia.

Canticum,pro,cantico,sc.Deum.

22. *Verbo*,i.præcepto,seu imperio.*Stetit*,scilic.in mari rubro,& Iordane. *Exceptoria*,q.d. ita retenta aqua velut in vase.

23. *Placor*, i. placabilitas , seu fauor. *Minoratio*, i. defectus. *Ipsius*, i. ab ipso data, scil. Dei perfecta sunt opera.

24. *Carnis*,i.hominis.

26. *Dicere*,i.cur quis dicat,sc.de Dei operibus.

Quid est,pro,quorsum.*Quærentur*,q.d.suum habent vsum requisitum,seu necessarium.

28. *Cataclysmus*,i.diluuium.*Hæreditabit*,i.possidebit.

29. *Directæ*,q.d conformes,sc.sanctis fauet,malos punit, vel sanctis placent , malis sunt offensiones,i.displicent.

30. *Bona & mala* , sc. bona , si velint.mala,quia præuisi peccaturi.Græce mala.

31. *Initium*,i.caput,seu summa ἀρχὴ,q.dicat. hæc præcipue necessaria.

33. *Confirmauerunt*,pro constanter exequuntur.

Tormenta,i. flagella.*Consummationis*, sc. mundi, vel q d.cum Deus statuit aliquem perdere.*Confundent*,pro,effundent ; vel cum confusione , seu perturbatione exequentur.

37. *Epulabuntur*,i. delectabuntur.*In necessitate*, i.cum opus erit.

38. *Confirmatus*,sc.in eo quod sequitur.

39. *Hora sua*,i.tempore suo.

40. *Nequius*,q.d.nullum habet vsum.*Comprobabuntur*,sc.bona esse,& vtilia.

41. *Nomen Domini*,pro, Dominum.

CAPVT XL.

1. OCcupatio,i.molestia. *Creata*, pro, destinata, seu iniecta,scil. ob peccatum. *Iugum*,i.pondus. *Matrem*,sc.terram.

2. *Cogitationes*,scilicet,plenæ curis. *Adinuentiones expectationis* , id est , designationes rerum expectatarum.

Finitionis,i.obitus.

3. *A præsidente*,&c.q.dicat,nemo est liber dictis molestiis.

4. *Furor*,id est,indignatio.*Zelus*,i.æmulatio, seu inuidia.

Tumultus, i. perturbatio. *Fluctuatio*, id est, perplexitas.

5. *Refectionis*,i.quietis.

Scientiam,i.cognitionem,q.dicat,perturbat imaginationem.

6. *Modicum*, &c. q. fere nihil quiescit. *Respectus*,Græc speculæ,q.d.tanquam si vigilet.

7. *Tanquam*, &c. q.d. interdum sibi videtur bellum fugere,seu periculum aliquod.

Salutis suæ,id est,cum saluus esset in lecto. *Admirans*,&c.q.d. miratur se timuisse, cum nihil esset timendum.

8. *Carne*,i.animante,scil.id accidit. *Septuplum*,i. multo magis.

9. *Adhæc*,i.prætetea. *Mors*,i.pestis.*Sanguis*, i. cædes *Romphæa*,i.gladius.

11. *In mare*,sc.vnde procedunt.

12. *Munus*,sc.datum ad corrumpendum.

Fides,i. veritas.

13. *Substantiæ*,i. opes. *Tonitruum*,sc.quod paulo post cessat.

14. *In aperiendo*,&c.i.ad breue tempus.

Lætabitur,scil.iniquus. *In Consummatione*,&c.i. tandem deficient.

15. *Nepotes*,i.posteri. *Et radices*,&c. q.d. orti ex immundis.

Super,pro,velut super,q.d.non firmiter fixæ. *Sonant*,sc.vento concussæ.

16. *Super*,pro, velut super,i.iuxta, q.d. vt solent viridia prope aquas , quæ parum durant. *Fœnum*,i. herbam.

17. *Gratia*,i.benignitas,seu beneficentia. *Paradisus in benedictionibus*,pro, paradisi fructus. *In seculo*,pro,in sæculum.

18. *Sibi sufficientis*,i. sua sorte contenti.*Condulcabitur*,i.dulcis est.

19. *Ædificatio*, pro,& ædificatio, q. d. duo hæc celebre nomen faciunt.*Hanc*,pro,hoc,i.hæc.

22. *Gratiam*,i.venustatem.*Stationes*,i.plantationes,seu segettes.

23. *Conuenientes*,scil. grati sunt inuicem,seu delectant.

25 *Est constitutio pedum*,i.firmant,seu stabiliunt hominem.*Beneplacitum*,i.probatum.

26. *Virtutes*,i.vires.

27. *Minoratio* , i. defectus, seu inopia. *Adiutorium*,sc.aliud,q.d.satis per se adiuuat.

28. *Et Super* , pro, quem super, q. d. magnifice opertus,i.ornatus,sc.Paradisus,vel timor.

29. *Indigeas*,Græc. mendices,sc.ex ignauia, q.d. para tibi vnde viuas , ne cogaris alienam mensam adire.

Indigere,Græc.mendicare,sc.ex inertia.

30. *In cogitatione victus*,pro,vitæ,q.d.non est cogitanda,seu habenda pro vita.

31. *Custodiet se*,i.cauebit à tali vita.

32. *Imprudentis*,Græc.imprudentis. *Condulcabitur*,id est,dulcis erit,q.d.laudabitur. *Inopia* , Græc. mendacitas.

Ignis,sc.fames ; non enim semper est qui alat.

CAPVT XLI.

2. QVieto,i.libero curis. *Directæ*,i.prosperæ. *Cibum*,sc.cum voluptate.

3. *Iudicium*,i.mos,seu lex.*Minoratur*,i.deficitur. *Defecto ætate*,i.decrepito.

4. *Incredibili* , non credenti, est id senum, quod sæpe decepti sint.

5. *Iudicium*,i.morem. *Carni*,i.homini, scilicet,vt moriatur.

6. *Anni*,sub.his contentus esto.

7. *Inferno*

7. *Inferno*, i. morte, q.d. non est, quod tempore mortis quis queratur se parum vixisse.

8. *Conuersantur*, sc. libenter, velut amici.

9. *Semine*, i. posteritate.

11. *In maledictione*, &c. q.d. maledicta natiuitas vestra ob talem, sc. fœtum. vel pro, in maledictionem, sc. peccatorum. *Pars*, i. portio, sc. in supplicio.

13. *Maledicto*. sc. peccato.

14. *In corpore*, i. ob corporis mortem.

Nomen autem, &c. q.d. at etiam nomen, & non solum vita peribit.

16. *Numerus*, i. paucitas.

17. *In pace*, i. cum animi tranquillitate. *Enim*, pro, autem.

19. *Reueremini*, &c. q.d. pudeat vos horum, quæ iam dicam.

20. *Reuerentiam*, i. pudorem, Græc. verecundiam, q.d. non omnis verecundia approbatur. *Beneplacent in fide*, i. probantur vere, seu merito, q.d. sunt quæ merito improbentur.

21. *A patre*, i. coram patre seu ex reuerentia in patrem.

24. *De furto*, id coniungendum proximè præcedentibus, q.d. vbi habitas, ne fureris. *Veritate*, &c. q.d. Item, que ob Dei veritatem, & legem prohibentem iniustitiam omnem. *Discubitu*, sc. immodesto, Græc. discubitu super cubitum. *In panibus*, i. cibo capiendo.

Offuscatione, i. perperam descripta ratione.

25. *Silentio*, sc. non resalutando. *Cognati*, pro, à cognato.

26. *Partem*, sc suam alicui.

27. *Scruteris*, i. solicites ad malum.

28. *Improperij*, q. d. ne improperes eis.

CAPVT XLII.

1. *Duplices*, i. iteres, sc. referendo quod audisti secretum.

His, s. quæ statim dicam, q d. ne de iis erubescas.

2. *Testamento*, i. pacto, sc. seruando. *De iudicio*, pro, in iudicio. *Iustificare*, sc. caue.

3. *Verbo*. i. salutatione. *Datione*, i. diuisione, sc. facienda fideliter.

4. *Acquisitione*, sc. iusta.

5. *Corruptione*, i. iniustitia, sc. vitanda. *Sanguinare*, i. cruentare flagellis.

6. *Signum*, q. d. notanda, vt caueatur, vel claudenda, & obliganda. *Claude*, sc. ne quis furetur.

8. *Indicantur*, i. condemnantur, vel accusantur, q.d. id nec faciendum, nec permittendum. *Probabilis*, i. probatus.

9. *Abscondita*, &c. q.d. oportet illum clam vigilare, & obseruare eius actus. *Adulta*, q.d. ne nimis progrediatur ætate. quod 1. Cor. 7. vocat Paulus superadultam. *Viro*, i. marito. *Odibilis*, sc. ob multam ætatem.

10. *Paternis*, sc. ædibus. *Trangrediatur*, i. peccet.

11. *Luxuriosam*, i. ad lasciuiam pronam. *A detractione*, i. ob detractionem. *Obiectione*, sc. criminis, q.d. exprobratione.

12. *Omni*, pro, vlli. *In specie*, i. ob pulchritudinem, q.d. ne curiose aspicias cuiusquam pulchritudinem. *Iniquitas*, i. peccatum.

14. *Melior*, &c q.d. minus periculosum castitati, conuersari cum malo homine, quam cum bona fœmina. *Et mulier*, &c q.d. nam mulier facile inducit in pudorem ob peccatum, vel infamiam.

15. *In sermonibus Domini*, i. diuinis verbis.

17. *Stabiliri*, i. vt esset stabilita Complut. stabilis.

18. *Abyssum*, i. profunda quæque. *In astutia*, &c. q.d. omnes eorum astutias nouit.

19. *In signum aui*, i. temporum signa.

Vestigia, i. ea per quæ possint deprehendi.

21. *Decorauit*, i. ornauit.

22. *Nec adiectum*, &c. q. d. Deo nihil accrescit, aut deficit vnquam. vel, Dei operibus nihil addi aut demi potest, ita sunt perfecta.

23. *Desiderabilia*, i. amabilia, seu iucunda. *Tanquam, scintilla quæ*, Græc. vsque ad scintillam, i. minimum quid operum Dei, q.d. relucet eius potentia & sapientia etiam in rebus minimis.

24. *Viuunt*, i. vigent. *In omni necessitate*, i. cum opus est.

25. *Deesse*, sc. in mundo rerum necessariarum.

26. *Vniuscuiusque*, sc. rei.

CAPVT XLIII.

1. *Altitudinis*, &c. pro, ex altitudine firmamenti. *Eius*, sc. apparet. *In visione gloriæ*, pro, gloriosa conspicitur.

2. *Sol in aspectu*, &c. & cum aspicitur: & in ortu, & in exitu, i. occasu, Dei gloriam declarat. *Vas*, i. instrumentum.

3. *Sustinere*, i. subsistere. *Fornacem*, &c. q.d. fornacis instar ardorem continet.

4. *Tripliciter*, pro, valde, seu vehementer. *Exufflans*, i. emittens.

5. *Sermonibus*, i. præcepto.

6. *Omnibus*, sc. gentibus, vel mutationibus suis. *Æui*, i. temporis.

7. *Festi*, scil. Neomeniæ, & Paschæ. *In consummatione*, i. cum perfecta, seu plena fuerit.

8. *Nomen*, scil. Hebraicè. Tareach enim Hebr. mensis, & luna. nam Hebræis à luna mensis incipit: vtuntur enim mensibus lunaribus. *Consummatione*, i. plenilunio.

9. *Vas castrorum*, i. velut instrumenta bellica, sc. stellæ ipsæ.

11. *Verbis sancti*, i. Dei præcepto. *Ad iudicium*, i. imperium, sc. exequendum.

13. *Girauit*, i. cinxit, sc. Deus. *Gloriæ suæ*, i. glorioso, seu ostendente Dei gloriam. *Aperuerunt*, i. extenderunt, vt solent quæ aperiuntur, seu explicantur.

14. *Accelerauit*, i. celeriter solet mittere, s. Deus. *Iudicij sui*, i. imperio suo, seu, pro suo arbitratu.

15. *Thesauri*, sc. pluuiæ grandinis, &c. *Commouebuntur*, s. terræ motu. Vide Psalm. 103.

In voluntate eius, i. eum vult. *Verberauit*, i. terruit. *Spiritus*, i. venti.

19. *Auis*, i. auium multitudo. *Deponens*, sc. se in terram *Demergens*, i. demittens se, sc. in terram.

21. *Gelu*, i. pruinam. *Tribuli*, sc. spinarum cacumina, & lignorum, ea aspergi solent.

22. *Crystallus*, i. glacies. *Requiescet*, sc. glacies. *Se aquis*, pro, aquas.

23. *Montes*, i. montium herbas. *Igne*, pro, ignis.

24. *Medicina*, i. remedium. *Omnium*, sc. incommodorum gelu. *Nebulæ*, sc. calidæ: nam tempore calido dissoluitur gelu. *Ab ardore veniente*, i. ob aduentum caloris. *Humilem efficiet*, i. dissoluet. *Eum*, sc. frigidum ventum.

25. *In sermone*, i. præcepto. *Eius*, sc. roris, vel ardoris, vel Iesu. *Siluit*, i. cessat. *Abyssum*, i. mare in illa (sc. Abysso) insulas, ἐν αὐτῇ νήσους.

27. *Creatura*, i. creatio, vel natura.

28. *Ipsum*, sc. Deum. *Confirmatus est*, &c. q.d. consequitur quidque suum tandem procedendo finem.

Sermone, i. præcepto.

29. *Consummatio*, &c. in summa verborum. *In omnibus*, Græc omnia.

30. *Gloriantes*, pro, glorificantes, sc. Deum. *Ad quid*, pro, quid tandem.

32. *Superualebit*, i. excellet.

34. *Replemini virtute*, q.d. sumite vires.

35. *Ab initio*, sc. in se ipso.

CAPVT XLIV.

1. G*Eneratione*, i. ætate.

2. *Fecit*, Græc. fecit in eis.

3. *Potestatibus*, Græc. regnis. *Prophetis*, Græc. in prophetiis. Vide cap. 46. *Dignitatem*, pro, secundum dignitatem.

4. *Præsenti*, sc. illo tempore.

Verba, i. præcepta.

5. *Peritia*, Græc. disciplina. *Carmina*, i. cantica, seu laudes.

6. *Pulchritudinis*, q.d. decori, sc. in Dei cultu. *Pacificantes*, i. pacifice agentes.

7. *Generationibus*, i. ætatibus.

8. *Nomen*, i. rationem, seu causam, sc. etiam ipsi. *Eorum*, pro, suas.

9. *Sunt*, sc. alij, vt infideles, seu iniqui.

10. *Misericordiæ*, pro, misericordes.

12. *Testamentis*, i. Dei fœdere, q.d. seruauit Deus cum illis quod Patribus ipsorum promiserat in fœdere.

16. *Det*, i. prædicet, sc. cum redibit.

17. *Reconciliatio*, q. d. Deo est conciliatus, seu gratus fuit tempore diluuij.

18. *Dimissum*, i. seruatum. *Reliquum terræ*, pro, reliqui homines, seu hominum reliquiæ.

19. *Testamenta sæculi*, i. fœdus æternum. *Omnis caro*, pro vllum animal, seu vllus homo.

20. *Testamento*, i. pacto, sc. de circumcisione.

22. *Crescere*, pro, cresciturum.

23. *A mari*, sc. occidentali, quod magnum solet vocari. *Mare*, sc. mortuum. *Flumine*, sc. Euphrate.

Terræ, sc. Palæstinæ.

25. *Benedictionem*, &c. i. omnes gentes in ipso, seu eius semine benedicendas.

Testamentum, i. pactum.

Caput, scil. cum ei apparuit in summitate scalæ, Gen. 28.

26. *Agnouit*, sc. fauens. *Partem*, sc. cuique tribui suam.

27. *Homines*, Græc. hominem, sc. Mosen. *Carnis*, i. hominis.

CAPVT XLV.

1. I*N benedictionem*, i. cum laude.

2. *Sanctorum*, pro, sanctis. *Monstra placauit*, q. d. ad eius preces fecit cessare plagas Ægypti.

3. *Regum*, pro, Regis, sc. Pharaonis. *Iussit illi*, i. dedit præcepta, sc. in Sinai. *Ostendit*, sc. in Sinai. *Gloriam suam*, i. sc. specie quadam gloriosa.

4. *Fide*, i. fidelitate in Deum. *Lenitate*, i. mansuetudine.

5. *Elegit*, sc. in ducem populi. *Carne*, i. homine.

Audiuit, &c. Græc. audire fecit eum vocem tuam.

6. *Coram*, i. in præsentia sua, sc. loquens cum illo facie ad faciem. *Disciplinæ*, i. mores instituentem.

Suum, sc. Dei. *Iudicia*, i. præcepta.

7. *Sibi*, pro, ei, sc. in faciendo miracula.

8. *Testamentum*, i. pactum, sc. de sacerdotio perpetuo. *Beatificauit in gloria*, i. mirifice glorificauit.

9. *Iustitia*, i. iustitiam significante. *Stolam gloriæ*, i. gloriosam vestem. *Vasis virtutis*, q.d. instrumentis potentibus, i. vestibus miris, quibus eius auctoritas declarabatur.

10. *Circum pedes*, i. vestem talarem.

11. *Memoriam*, sc. Dei.

12. *Stolam*, sc. rationale. *Iudicio, & veritate*, Alludit ad Vrim & Thummim.

13. *In memoriam*, Vide Exod. 28

14. *Corona*, sc. lamina cingens frontem. *Mitram*, i. Cidarim, seu Tiaram. *Signo sanctitatis*, sc. insculptum erat in lamina, Sanctitas Domino. *Gloria*, &c. q.d. ornamentum honorificum, artificiosum, & intuentium oculos valde oblectans.

15. *Ad originem*, pro, ab origine, sc. mundi.

18. *Compleuit*, i. consecrauit, ita vocat scriptura consecrare quod impleantur, i. perficiantur manus ad offerendum, vel quia in ipsa consecratione implebantur manus sacerdotum muneribus, quæ Deo offerrent.

19. *Testamentum*, i. pactum. *Glorificare*, pro, benedicere.

20. *In memoriam placare*, i. vt memor Deus placaretur.

21. *Potestatem*, sc. docendi, & interpretandi. *Testamentis iudiciorum*, pro, pactis, & præceptis, seu præceptis testantibus Dei voluntatem.

Testimonia, i. præcepta.

22. *Alieni*, sc. ad quos sacerdotiū non pertinebat.

24. *Monstra*, i. prodigia, seu mira iudicia, & insolita.

25. *Addidit*, sc. miraculo florentis virgæ.

27. *Ipse*, sc. Deus.

28. *Tertius*, sc. à Mose & Aaron. *Imitando*, Græc. zelando, q.d. dum zelaret ipse.

29. *Stare*, pro dum staret. *Reuerentia*, i. pudore, sc. dum illum puderet fornicationis populi cum Madianitidib.

30. *Pacis*, i. de prosperitate. *Principem sanctorum*, scil. sacrorum, vel sacerdotum, i. summum sacerdotem, sc. esse.

31. *Et testamentum*, pro, sicut testamentum, q.d. sicut & Dauidi promisit regnum perpetuum.

Daret, sc. Pontifex. *Iudicare*, sc. Regem. *Ipsorum*, i. populi. *In gentem*, pro, in gente, seu generatione.

CAPVT XLVI.

1. I*N Prophetis*, pro, in prophetia, seu munere prophetico, sc. omnia agebat secundum diuinam reuelationem. Vide sup. cap. 44. *Nomen*, sc. Iosue saluator interpretatur.

2. *In salutem*, i. ad seruandum in bello.

3. *Romphæas*, Græc. romphæam, i. gladium, sc. dimicando, vel hastam, vt alludat ad id, de quo Ios. 8. cum hastam eleuauit.

4. *Dominus*, sc. per ipsum. Græ. Domini.

5. *Iracundia*, scilic. contra hostes. *Impeditus*, i. detentus.

6. *In saxis*, sc. adiuuans illum proiectis saxis. *Fortis*, genitiuus est.

7. *Descensu*, sc. Bethoron.

8. *Potentes*, sc. hostes, q.d. fugauit.

9. *Misericordiam*, i. beneficium. *Stare*, sc. persuadens, vel, q.d. stando contra populum rebellantem.

Gentem, sc. Iudaicam.

10. *Constituti*, i. existentes, q.d cū duo soli essent, vel iunge cum, inducere. *Illos*, i. reliquum populum.

13. *Suo nomine*, iunge cum, *vt sit*, q.d. nominatim cuiusque eorum celebris est memoria.

14. *Pullulent*, i. suo tempore resurgant.

15. *Ad filios*, pro, ad filios vsque.

16. *Renouauit*, i. nouum instituit. *Imperium*, sc. regium. *Principes*, sc. Saul & Dauid.

17. *Congregationem*, Græc. synagogam. *Vidit*, i. agnouit.

Deus, Græc. Dominus, q.d. respexit Deus Iacob, sc. adiuuit. *Fide*, i. fidelitate, sc. in Deum.

19. *Viri*, sc. ipsius Samuelis.

22. *Secul.*, i. ætatis. *Christi*, i. vncti, sc. Regis Saul. *Omni carni*, i. vllo homine.

23. *Regi*, sc. Saul. *De terra*, sc. ascendere visus Pythonissæ. Hic apparet fuisse vere Samuelem, & non dæmonem Samuelis specie. *Delere*, pro, delendum, sc. bello. *Gentis*, sc. Iudaicæ. Vide 1. Reg. 18.

CAPVT XLVII.

2. *CArne*, scil. sacrificij Adeps in Dei honorem comburebatur.

3. *Lusit*, i. velut ludens leonem interfecit, & vrsum.

4. *Gente*, sc. sua.

5. *Exultationem Goliæ*, i. exultantem Goliam.

6. *Cornu*, i. potentiam & gloriam.

7. *Decem millibus*. Alludit ad illud: Percussit Dauid decem milia, 1. Reg. 18. *Glorificauit*, sc. populus. *Benedictionibus Domini*, i. laudibus magnis. *Gloria*, i. gloriosam, sc. diadema regium.

8. *Cornu*, i. potentia.

9. *Confessionem sancto*, i. laudem Deo. *In verbo gloriæ*, i. glorificans, sc. ipsum.

11. *Contra*, i. ante.

12. *Vsque in*, &c. i. dum vixit, vel dum viuerent. *Amplificarent*, i. celebrarent.

13. *Testamentum*, i. pactum.

14. *Illum*, sc. Dauid. *Deiecit*, sc. Deus.

15. *Suo*, i. Dei. *Sanctitatem*, i. sanctum templum.

16. *Retexit*, pro, texit, i. operuit, sc. more fluuij, sapientia.

17. *Comparationibus*, i. parabolis.

18. *Dilectis*, sc. Deo. Videtur alludere ad nomen Iedidiah. Vide 2. Reg. 12.

19. *Nomine*, i. virtute, q.d. Deo iuuante.

20. *Complesti*, i. multiplicasti.

21. *Potestatem*, &c. q.d. abusus es potestate & libertate, cum posses corporis concupiscentias reprimere.

22. *Prophanasti*, i. contaminasti dedecore. *Inducere*, &c. q.d. ita vt Deus iratus filios tuos puniret, Regni parte priuans.

24. *Corrumpet*, i. destruet. *Electi*, sc. Dauid.

25. *Dedit reliquum*, i. reliquit aliquos.

27. *Gentis*, i. populi, sc. iuuenum. *Stultitiam*, scil. secutum.

29. *Ieroboam*, sc. etiam auertit.

30. *Auerterunt*, i. expulerunt, sc. peccata.

31. *Quæsiuit*, sc. populus. *Defensio*, i. vindicta, sc. Dei. *Liberauit*, scil. imponendo finem peccandi in ea regione.

CAPVT XLVIII.

2. *PAuci facti*, i. consumpti. *Sustinere*, i. ferre, sc. nolebant obedire.

4. *Amplificatus*, i. magnificatus. *Similiter tibi*, i. vt tu.

6. *Deiecisti*, sc. prædicando. *Perniciem*, i. interitum. Vide 3. Reg. 19. & 21. 4. Reg. 9. 2. Par. 21. *De lecto*, sc. prædixit non surrecturum Ochoziam.

7. *Iudicium*, sc. Dei, Græc. reprehensionem. *Defensionis*, i. vltionis.

8. *Vngis*, sc. per Eliseum Iehu. *Pœnitentiam*, Græc. retributionem, i. vindictam. Vide 3. Reg. 19. *Prophetas*, pro, Prophetam. sc. Eliseum.

10. *Scriptus*, q.d. de quo est scriptum. Vide Malac. vlt. *Iudiciis temporum*, i. disposito à Deo, seu præfinito tempore. *Lenire*, pro quod sis lenitutus.

Cor patris, &c. q.d. facere filios sentire idem quod Patres, sc. sancti.

11. *Decorati*, i. ornati, seu honestati.

12. *Vita viuimus*, &c. q.d. noti sumus solum dum viuimus.

13. *In Eliseo completus*, pro, Eliseum repleuit.

14. *Verbum aliquod*, i. res vlla. *Prophetauit*, i. Prophetæ opus fecit, sc. mortuum suscitans.

15. *Monstra*, i. prodigia, seu miracula. *in morte*, i. instante morte.

23. *Commemoratus*, i. recordatus. *Purgauit*, i. liberauit. *In manu*, i. opera, seu prædictione.

26. *Addidit*, sc. Deus, cû id per Isaiâ prædixisset.

27. *Vidit*, sc. Isaias. *Vltima*, sc. Christi aduentum. *Consolatus*, sc. prædicens liberandos è captiuitate, seu per Christum à peccatis. *In sempiternum*, i. sæculi finem. Iunge cum sequentibus.

CAPVT XLIX.

1. *IN compositione*, &c. pro, velut compositio odorifera, facta opere vnguentarij, q.d. suauissima.

2. *Vsui*, i. lauto.

3. *In pœnitentia*, pro, ad pœnitentiam, i. vitæ reformationem per pœnitentiam.

4. *Ipsius*, pro, suum.

5. *Præter*, sub. fere. Nam fuerunt & alij quidam etiam boni: vel intellige iuxta sequentem notationem. *Peccatum*, sc. idololatriæ; vel potius, quod excelsa non abstulerunt.

7. *Dederunt*, i. meruerunt, vt daretur.

8. *Incenderunt*, sc. alienigenæ. *In manu*, i. prophetante, seu iuxta prophetiam.

9. *Euertere*, i. ad euertendum. Vide Ier. 1. *Eruere*, pro ad diruendum.

10. *Conspectum*, i. visionem.

11. *Imbre*, i. sub imbris figura. Vide Ez. 13. & 28. *Benefacere*, &c. q.d. etiam meminit prosperitatis dandæ bonis à Deo. Vide Ezech. 18. & 33. *Ostenderunt*, sc. per opera.

12. *Pullulent*, q.d. reuirescent resurgendo. *Redemerunt*, i. seruarunt. *Se*, pro illum. *Fide virtutis*, pro fide, & virtute.

31. *Amplificemus*, i. celebremus. *Signum*, i. ornamentum.

17. *Qui natus est homo*, pro, quis hominum natus ei similis.

18. *Visitata*, i habita eorum ratio, vt transportarentur. *Prophetauerunt*, pro, prophetata sunt, scilic. transportanda.

19. *In origine*, pro, velut origo, i. omnium principium, sc. excellit.

CAPVT L.

1. *SImon*. Dicitur is fuisse tempore Ptolomæi Philadelphi.

2. *Duplex*, &c. q.d. cum templum repararet.

3. *Emanauerunt*, apparet istum fodisse puteos ad aquæ copiam, forte prope templum.

5. *Domus*, i. templi.

8. *Gloria*, i. splendidas eius fulgore. *Thus redolens*, i. arbor thuris odorem emittens.

11. *Pullulans*, i. emittens ramos, seu flores. *Stolam gloriæ*, i. vestem splendidam. *In consummatione virtutis*, i. perfecte, sc. omnibus vestibus sacerdotalibus.

12. *Gloriam dedit*, &c. q.d. decorabat sanctas vestes, quibus erat amictus.

13. *Partes*, sc. sacrificiorum.

15. *Consummatione*, i perfecto munere. *Amplificare*, i. perficere, Græc. ornare.

18. *In memoriam*, sc. vt Deus populi recordaretur.

30. *Gloriantes*, pro, glorificantes. sc. Deum. *Ad quid*, pro, quid tandem.
31. *Superualebit*, i. excellet.
34. *Replemini virtute*, q. d. sumite vires.
35. *Ab initio*, sc. in se ipso.

CAPVT XLIV.

1. Generatione, i. ætate.
2. *Fecit*, Græc. fecit in eis.
3. *Potestatibus*, Græc. regnis. *Prophetis*, Græc. in prophetiis. Vide cap. 46. *Dignitatem*, pro, secundum dignitatem.
4. *Præsenti*, sc. illo tempore.
Verba, i. præcepta.
5. *Peritia*, Græc. disciplina. *Carmina*, i. cantica, seu laudes.
6. *Pulchritudinis*, q. d. decori, sc. in Dei cultu. *Pacificantes*, i. pacifice agentes.
7. *Generationibus*, i. ætatibus.
8. *Nomen*, i. rationem, seu causam, sc. etiam ipsi. *Eorum*, pro, suas.
9. *Sunt*, sc. alij, vt infideles, seu iniqui.
10. *Misericordia*, pro, misericordes.
12. *Testamentis*, i. Dei fœdere, q. d. seruauit Deus cum illis quod Patribus ipsorum promiserat in fœdere.
16. *Det*, i. prædicet, sc. cum redibit.
17. *Reconciliatio*, q. d. Deo est conciliatus, seu gratus fuit tempore diluuij.
18. *Dimissum*, i. seruatum. *Reliquum terræ*, pro, reliqui homines, seu hominum reliquiæ.
19. *Testamenta sæculi*, i. fœdus æternum. *Omnis caro*, pro vllum animal, seu vllus homo.
20. *Testamento*, i. pacto, sc. de circumcisione.
22. *Crescere*, pro, cresciturum.
23. *A mari*, sc. occidentali, quod magnum so let vocari. *Mare*, sc. mortuum. *Flumine*, sc. Euphrate.
Terra, sc. Palæstinæ.
25. *Benedictionem*, &c. i. omnes gentes in ipso, seu eius semine benedicendas.
Testamentum, i. pactum.
Caput, scil. cum ei apparuit in summitate scalæ, Gen. 28.
26. *Agnouit*, sc. fauens. *Partem*, sc. cuique tribui suam.
27. *Homines*, Græc. hominem, sc. Mosen. *Carnis*, i. hominis.

CAPVT XLV.

1. IN *benedictionem*, i. cum laude.
2. *Sanctorum*, pro, sanctis. *Monstra placauit*, q. d. ad eius preces fecit cessare plagas Ægypti.
3. *Regum*, pro, Regis, sc. Pharaonis. *Iussit illi*, i. dedit præcepta, sc. in Sinai. *Ostendit*, sc. in Sinai. *Gloriam suam*, i. sc. specie quadam gloriosa.
4. *Fide*, i. fidelitate in Deum. *Lenitate*, i. mansuetudine.
5. *Elegit*, sc. in ducem populi. *Carne*, i. homine.
Audiuit, &c. Græc. audire fecit eum vocem tuam.
6. *Coram*, i. in præsentia sua, sc. loquens cum illo facie ad faciem. *Disciplina*, i. mores instituentem.
Suum, sc Dei. *Iudicia*, i. præcepta.
7. *Sibi*, pro, ei, sc. in faciendo miracula.
8. *Testamentum*, i. pactum, sc. de sacerdotio perpetuo. *Beatificauit in gloria*, i. mirifice glorificauit.
9. *Iustitia*, i. iustitiam significante. *Stolam gloriæ*, i. gloriosam vestem. *Vasis virtutis*, q. d. instrumentis potentibus, i. vestibus miris, quibus eius auctoritas declarabatur.
10. *Circum pedes*, i. vestem talarem.
11. *Memoriam*, sc. Dei.
12. *Stolam*, sc. rationale. *Iudicio, & veritate*, Alludit ad Vrim & Thummim.
13. *In memoriam*, Vide Exod. 28
14. *Corona*, sc. lamina cingens frontem. *Mitram*, i. Cidarim, seu Tiaram. *Signo sanctitatis*, sc. insculptum erat in lamina, Sanctitas Domino. *Gloria*, &c. q. d. ornamentum honorificum, artificiosum, & intuentium oculos valde oblectans.
15. *Ad originem*, pro, ab origine, sc. mundi.
18. *Compleuit*, i. consecrauit, ita vocat scriptura consecrare quod impleantur, i. perficiantur manus ad offerendum, vel quia in ipsa consecratione implebantur manus sacerdotum muneribus, quæ Deo offerrent.
19. *Testamentum*, i. pactum. *Glorificare*, pro, benedicere.
20. *In memoriam placare*, i. vt memor Deus placaretur.
21. *Potestatem*, sc. docendi, & interpretandi. *Testamentis iudiciorum*, pro, pactis, & præceptis, seu præceptis testantibus Dei voluntatem.
Testimonia, i. præcepta.
22. *Alieni*, sc. ad quos sacerdotiū non pertinebat,
24. *Monstra*, i. prodigia, seu mira iudicia, & insolita.
25. *Addidit*, sc. miraculo florentis virgæ.
27. *Ipse*, sc. Deus.
28. *Tertius*, sc. à Mose & Aaron. *Imitando*, Græc. zelando, q. d. dum zelaret ipse.
29. *State*, pro dum staret. *Reuerentia*, i. pudore, sc. dum illum puderet fornicationis populi cum Madianitidib.
30. *Pacis*, i. de prosperitate. *Principem sanctorum*, scil. sacrorum, vel sacerdotum, i. summum sacerdotem, sc. esse.
31. *Et testamentum*, pro, sicut testamentum, q. d. sicut & Dauidi promisit regnum perpetuum.
Daret, sc. Pontifex. *Indicare*, sc. Regem. *Ipsorum*, i. populi. *In gentem*, pro, in gente, seu generatione.

CAPVT XLVI.

1. IN *Prophetis*, pro, in prophetia, seu munere prophetico, sc. omnia agebat secundum diuinam reuelationem. Vide sup. cap. 44. *Nomen*, sc. Iosue saluator interpretatur.
2. *In salutem*, i. ad seruandum in bello.
3. *Romphæas*, Græc. romphæam, i. gladium, sc. dimicando, vel hastam. vt alludat ad id, de quo Ios. 8. cum hastam eleuauit.
4. *Dominus*, sc. per ipsum. Græ. Domini.
5. *Iracundia*, scilic. contra hostes. *Impeditus*, i. detentus.
6. *In saxis*, sc. adiuuans illum proiectis saxis. *Fortis*, genitiuus est.
7. *Descensu*, sc. Bethoron.
8. *Potentes*, sc. hostes, q. d. fugauit.
9. *Misericordiam*, i. beneficium. *Stare*, sc. persuadens, vel, q. d. stando contra populum rebellantem.
Gentem, sc. Iudaicam.
10. *Constituti*, i. existentes, q. d cū duo soli essent, vel iunge cum, inducere. *Illos*, i. reliquum populum.
13. *Suo nomine*, iunge cum, *vt sit*, q. d. nominatim cuiusque eorum celebris est memoria.
14. *Pullulent*, i. suo tempore resurgant.
15. *Ad filios*, pro, ad filios vsque.
16. *Renouauit*, i. nouum instituit. *Imperium*, sc. regium. *Principes*, sc. Saul & Dauid.
17. *Congregationem*, Græc. synagogam. *Vidit*, i. agnouit.

Deus,

Deus, Græc. Dominus, q.d. respexit Deus Iacob, sc. adiuuit. *Fide*, i. fidelitate, sc. in Deum.

19. *Viri*, sc. ipsius Samuelis.

22. *Sacul.*, i. ætatis. *Christi*, i. vncti, sc. Regis Saul. *Omni carni*, i. vllo homine.

23. *Regi*, sc. Saul. *De terra*, sc. ascendere visus Pythonissæ. Hic apparet fuisse vere Samuelem, & non dæmonem Samuelis specie. *Delere*, pro, delendum, sc. bello. *Gentis*, sc. Iudaicæ. Vide 1. Reg. 18.

CAPVT XLVII.

2. *Carne*, scil. sacrificij Adeps in Dei honorem comburebatur.

3. *Lusit*, i. velut ludens leonem interfecit, & vrsum.

4. *Gente*, sc. sua.

5. *Exultationem Golia*, i. exultantem Goliam.

6. *Cornu*, i. potentiam & gloriam.

7. *Decem millibus*. Alludit ad illud: Percussit Dauid decem milia, 1. Reg. 18. *Glorificauit*, sc. populus. *Benedictionibus Domini*, i. laudibus magnis. *Gloria*, i. gloriosam, sc. diadema regium.

8. *Cornu*, i. potentia.

9. *Confessionem sancto*, i. laudem Deo. *In verbo gloria*, i. glorificans, sc. ipsum.

11. *Contra*, i. ante.

12. *Vsque in*, &c. i. dum vixit, vel dum viuerent. *Amplificarent*, i. celebrarent.

13. *Testamentum*, i. pactum.

14. *Illum*, sc. Dauid. *Deiecit*, sc. Deus.

15. *Suo*, i. Dei. *Sanctitatem*, i. sanctum templum.

16. *Retexit*, pro, texit, i. operuit, sc. more fluuij, sapientia.

17. *Comparationibus*, i. parabolis.

18. *Dilectis*, sc. Deo. Videtur alludere ad nomen Iedidiah. Vide 2. Reg. 12.

19. *Nomine*, i. virtute, q.d. Deo iuuante.

20. *Complesti*, i. multiplicasti.

21. *Potestatem*, &c. q.d. abusus es potestate & libertate, cum posses corporis concupiscentias reprimere.

22. *Prophanasti*, i. contaminasti dedecore. *Inducere*, &c. q.d. ita vt Deus iratus filios tuos puniret, Regni parte priuans.

24. *Corrumpet*, i. destruet. *Electi*, sc. Dauid.

25. *Dedit reliquum*, i. reliquit aliquos.

27. *Gentis*, i. populi, sc. iuuenum. *Stultitiam*, scil. secutum.

29. *Ieroboam*, sc. etiam auertit.

30. *Auerterunt*, i. expulerunt, sc. peccata.

31. *Quæsiuit*, sc. populus. *Defensio*, i. vindicta, sc. Dei. *Liberauit*, scil. imponendo finem peccandi in ea regione.

CAPVT XLVIII.

2. *Pauci facti*, i. consumpti. *Sustinere*, i. ferre, sc. nolebant obedire.

4. *Amplificatus*, i. magnificatus. *Similiter tibi*, i. vt tu.

6. *Deiecisti*, sc. prædicando. *Perniciem*, i. interitum. Vide 3. Reg. 19. & 21. 4. Reg. 9. 2. Par. 21. *De lecto*, sc. prædixit non surrecturum Ochoziam.

7. *Iudicium*, sc. Dei, Græc. reprehensionem. *Defensionis*, i. vltionis.

8. *Vngis*, sc. per Eliseum Iehu. *Pœnitentiam*, Græ. retributionem, i. vindictam. Vide 3. Reg. 19. *Prophetas*, pro, Prophetam. sc. Eliseum.

10. *Scriptus*, q.d. de quo est scriptum. Vide Malac. vlt. *Iudiciis temporum*, i. dispositio à Deo, seu præfinito tempore. *Lenire*, pro quod sis leniturus.

Cor patris, &c. q.d. facere filios sentire idem quod Patres, sc. sancti.

11. *Decorati*, i. ornati, seu honestati.

12. *Vita viuimus*, &c. q.d. noti sumus solum dum viuimus.

13. *In Eliseo completus*, pro, Eliseum repleuit.

14. *Verbum aliquod*, i. res vlla. *Prophetauit*, i. Prophetæ opus fecit, sc. mortuum suscitans.

15. *Monstra*, i. prodigia, seu miracula. *in morte*, i. instante morte.

23. *Commemoratus*, i. recordatus. *Purgauit*, i. liberauit. *In manu*, i. opera, seu prædictione.

26. *Addidit*, sc. Deus, cũ id per Isaiã prædixisset.

27. *Vidit*, sc. Isaias. *Vltima*, sc. Christi aduentum. *Consolatus*, sc. prædicens liberandos è captiuitate, seu per Christum à peccatis. *In sempiternum*, i. sæculi finem. Iunge cum sequentibus.

CAPVT XLIX.

1. *In compositione*, &c. pro, velut compositio odorifera, facta opere vnguentarij, q.d. suauissima.

2. *Vini*, i. lauto.

3. *In pœnitentia*, pro, ad pœnitentiam, i. vitæ reformationem per pœnitentiam.

4. *Ipsius*, pro, suum.

5. *Præter*, sub. fere. Nam fuerunt & alij quidam etiam boni: vel intellige iuxta sequentem notationem. *Peccatum*, sc. idololatriæ; vel potius, quod excelsa non abstulerunt.

7. *Dederunt*, i. meruerunt, vt daretur.

8. *Incenderunt*, sc. alienigenæ. *In manu*, i. prophetante, seu iuxta prophetiam.

9. *Euertere*, i. ad euertendum. Vide Ier. 1. *Eruere*, pro ad diruendum.

10. *Conspectum*, i. visionem.

11. *Imbre*, i. sub imbris figura. Vide Ez. 13. & 28. *Benefacere*, &c. q.d. etiam meminit prosperitatis dandæ bonis à Deo. Vide Ezech. 18. & 33. *Ostenderunt*, sc. per opera.

12. *Pullulent*, q.d. reuirescent resurgendo. *Redemerunt*, i. seruarunt. *Se*, pro illum. *Fide virtutis*, pro fide, & virtute.

31. *Amplificemus*, i. celebremus. *Signum*, i. ornamentum.

17. *Qui natus est homo*, pro, quis hominum natus ei similis.

18. *Visitata*, i habita eorum ratio, vt transportarentur. *Prophetauerunt*, pro, prophetata sunt, scilic. transportanda.

19. *In origine*, pro, velut origo, i. omnium principium, sc. excellit.

CAPVT L.

1. *Simon*. Dicitur is fuisse tempore Ptolomæi Philadelphi.

2. *Duplex*, &c. q.d. cum templum repararet.

3. *Emanauerunt*, apparet istum fodisse puteos ad aquæ copiam, forte prope templum.

5. *Domus*, i. templi.

8. *Gloria*, i. splendidas eius fulgore. *Thus redolens*, i. arbor thuris odorem emittens.

11. *Pullulans*, i. emittens ramos, seu flores. *Stolam gloria*, i. vestem splendidam. *In consummatione virtutis*, i. perfecte, sc. omnibus vestibus sacerdotalibus.

12. *Gloriam dedit*, &c. q.d. decorabat sanctas vestes, quibus erat amictus.

13. *Partes*, sc. sacrificiorum.

15. *Consummatione*, i perfecto munere. *Amplificare*, i. perficere, Græc. ornare.

18. *In memoriam*, sc. vt Deus populi recordaretur.

20. *Amplificauerunt*, sc. Dei laudes.
21. *Honor*, i. cultus.
22. *In omnem*, pro, super omnem, sc. vt benediceret.
24. *Plus*, i. prolixe.
26. *Credere*, sc. det. *Suis*, sc. Israelitis, Græ. nostris.
27. *Gens*, i. digna gentis nomine, sc. Samaritani conflati ex variis gentibus. Vide 4. Reg. 17.
28. *Sichimis*, sc. Samaritani.
29. *Renouauit*, sc. scribendo.
31. *Vestigium eius est*, q. d. ambulat in luce Dei.

CAPVT LI.

1. COnfitebor, i. laudabo, seu celebrabo.
3. *Perditione*, i. morte.
4. *Astantium*, sc. contra me. Apparet fuisse per calumniam accusatum.
6. *Flammæ*, i. tribulationis vndique opprimentis. *Æstuatus*, i. combustus.
7. *Altitudine*, i. profunditate. *Inferi*, i. sepulchri, q. d. a periculo mortis manifesto.
9. *Inferno deorsum*, sc. limbo.
10. *Circumdederunt*, sc. aduersarij.
11. *Memoratus*, i. recordatus. *Sunt*, i. adesse solent, sc. te inuocantibus.
13. *Exaltasti*, s. gloria. *Defluente*, i. faciente fluere & dilabi, vel q.d. vt à me dilaberetur, s. ne morerer.
14. *Patrem*, &c. Ecce personarum diuinarum distinctio.
15. *In Confessione*, i. confitendo.
16. *Perditione*, i. interitu.
18. *Oberrarem*, sc. peccando, vel peregrinando.
19. *Effloruit*, vel vt efflореret, sc. in me.
21. *Modice*, i. paruo tempore, seu labore.
24. *Consiliatus sum*, i. decreui. *Illam*, i. eius præcepta.
Zelatus, i. studiose secutus.
25. *In illa*, i. pro illa, sc. obtinenda.
26. *Luxit*, i. splenduit.
27. *Agnitione*, pro, agnoscens. Græc purgatione seu puritate.
28. *Possedi cor*, i. factus sum cordatus. *Derelinquar*, sc. à Deo.
29. *Venter*, i. animus.
30. *Linguam*, sc. eruditam. *Mercedem*, sc. laboris mei.
32. *In his*, pro, de his. *Sitiunt*, q.d. aridæ sunt, & sapientia indigent.
36. *In multo*, &c. pro, velut multum, &c.
37. *Misericordia*, i. benignitate, seu beneficentia.
38. *Ante tempus*, sc. mercedis, vel q.d. mature.

ISAIAS.

CAPVT I.

1. VISIO, i. reuelatio. Chal. prophetia. *Amos*, s. fratris Amasiæ Regis Iuda. *Super*, 70. contra. *Iudam, & Ierusalem*, i. tribum Iuda & Benjamin.
2. *Enutriui*, 70. genui *Spreuerunt*, Chald. rebellarunt contra.
3. *Præsepe Domini*, pro, Dominum præsepis, hypallage. *Me*, s. Dominum suum. *Non intellexit*, Chal. non intellexit vt conuerteretur ad timorem mei.
4 *Graui*, i. grauato, 70. pleno *Nequam*, i. maligno. *Blasphemarunt*, Hebr. & 70. ad iracundiam prouocauerunt.
5. *Super quo*, pro, ad quid, q.d. frustra fecero. *Languidum*, sc. morbo.
6. *A planta*, &c. Chald. à populo vsque ad principes.
Tumens, Hebr. purulenta, seu putrida.
7. *Deserta*, pro, deseretur, sc. tempore captiuitatis Babylonicæ, de hac enim sermo. *Deuorant*, pro, deuorabunt.
8. *Filia Sion*, i. Ierusalem, Chald. Cœtus Sion. *Quæ vastatur*, pro, vastata. Chald. & 70. obsessa.
9. *Exercituum*, s. cœlestium, & terrestriũ, seu Angelorum, & hominum. *Semen*, i. aliquot superstites. *Similes*, q. d. destructi penitus.
10. *Sodomorum*, sc. similes.
11. *Quo*, q.d. quorsum offertis. *Plenus*, i. satur, q.d. nauseam mihi pariunt. *Nolui*, pro, nolo, q.d. non mihi placent.
12. *Cum veneritis*, pro, venitis, 70. ne veniatis. *Vt ambularetis*, &c. q. d. nihil aliud facitis, quam calcare atria.
13. *Iniqui*, pro, quia iniqui.
14. *Calendas*, Hebr. & 70. Neomenias, sc. festa principij cuiusque mensis. *Laboraui sustinens*, q. d. defessus sum ferendo, 70. non amplius remittam peccata vestra.
15. *Sanguine*, i. homicidiis.
16. *Cogitationum*, Hebr. & Chald. operum. *Quiescite*, i. desinite.
17. *Iudicium*, i. est iuste agere.
18. *Arguite*, sc. nisi fecero quod sequitur, Hebr. 70. disceptemus. *Vermiculus*, repetitio. Idem enim est coccineus color, & vermiculi. ex granis enim fiunt vermiculi, quorum sanguine color fit, qui vulgo, grana dicitur, sc. à granis illis.
19. *Bona*, sc. fructus.
21. *Quomodo*, admirantis. *Fidelis*, i. quæ olim fidem seruabat. *Iudicij*, i. æquitatis, seu iustitiæ.
23. *Principes*, &c. explicatio præcedentis. *Infideles*, Heb. contumaces, Chal. rebelles 70. inobediẽtes
Retributiones, i. munera, vt sit repetitio, vel q. d. alter alterum iuuat inique, vt ab illo vicissim inique iuuetur. sic enim Chald. interpretatur. *Iudicant*, i. ius reddunt.
24. *Heu* 70. væ. *Consolabor*, sc. sumpta vindicta.
25. *Excoquam*, i. purgabo more ignis. *Scoriam tuam*, 70. inobedientes Chal. improbos tuos. *Omne stannum tuum*, Chald. omnes peccatores tuos. 70. omnes iniquos à te, & omnes superbos.
26. *Iusti*, Hebr. & 70. iustitiæ.
27. *In iudicio*, Chald. cum factum fuerit in ea iudicium. *Iniustitia*, 70 cum eleemosyna.
28. *Conteret*, sc. Deus.
29. *Confundentur*, i. pudefient. *Ab idolis*, i. ob idola, sc. quæ coluerant, nec potuerunt ab eis liberari.
Elegeratis, sc. ad colenda idola.
31. *Fauilla stuppæ*. Hebr. stuppa, Chald. stuppa lini, 70. stipula stuppæ. *Vtrumque*, i. fortitudo, & opus, seu vt est Hebr. fortis, & operator. 70. iniqui, & peccatores, Chald. impij, & opera eorum praua.

CAPVT II.

1. SVper Iuda, 70. de Iudæa.
2. *Mons*, i. locus altissimus, sc. dignitate. *Domus Domini*, i. Ecclesiæ. *Omnes*, sc. ex omni natione aliqui.

4. *Arguet*

4. *Arguet*, sc. peccatorum. *Lanceas*, i. lancearum ferrum. *Ad prelium*, quasi dicat, erit summa pax per longum tempus, vel semper secundum Christi legem. At sunt bella inter Christianos. An secundum Christi legem?

6. *Repleti*, scil. peccatis, Chald. repleta est terra idolis.

Olim, Chald. & 70. ab initio, q.d. vt eorum maiores. *Pueris alienis*, i. filiis alienigenarum, q.d contraxerunt matrimonia cum alienigenis 70. multi filij alienigenæ nati sunt eis, Chald. in legibus populorum ambulant.

Adhaserunt, sc. coniugio, vel vitæ imitatione.

7. *Repleta est*, &c. q.d. cum rebus omnibus abundarent, tamen idola coluerunt.

9. *Incuruauit se*, sc. idolis, vel pro, incuruabitur, i. humiliabitur, sc. à Deo. Vide inf. *Ne ergo dimittas*, Hebr. & non parces. *Fossa humo*, Hebr. & Chald. puluere. 70. terra.

10. *A facie timoris*, i. ob timorem.

11. *Humiliati sunt*, pro, humiliabuntur.

Illa, sc. punitionis Dei.

13. *Cedros*, &c. per hæc superbi, & obstinati intelliguntur.

16. *Tharsis*, 70. maris, Chald. totum versum sic vertit. Super omnes habitantes in insulis maris, & morantes in palatiis pulcherrimis.

19. *Voragines*, Chald. cauernas, 70. foramina.

22. *Quiescite*. &c. q.d. desinite timere homines, & magnifacere, qui etsi se per iram efferunt, & magni videntur, tamen nihil sunt, sed Deum timete.

Excelsus, 70. in quo, Chald. quasi nihilum.

CAPVT III.

1. ET *fortem*, 70. & validam, Hebr. quidem est fœmininum.

2. *Ariolum*, Hebr. Chald. & 70. coniectorem, scil. ex coniecturis futura prædicentem. *Senem*, i. longa experientia doctos.

3. *Principem*, i. ducem. *Honorabilem vultu*, i. auctoritate venerabilem, & gratiosum. *Prudentem eloquij mystici*, Heb. dicendi peritum, Chald. prudentem in consilio 70. prudentem auditorem.

4. *Effœminati*, Heb. paruuli, seu pueri, Chald. infirmi, 70. illusores.

5. *Corruet*, scil. vt fieri solet in seditione, & tumultu, Chald. irruet.

6. *Domesticum*, i de domo, seu familia, 70. vel domesticum. *Vestimentum tibi est*, i. bene es vestitus, seu vestibus abundas. *Ruina*, i. calamitas, seu miseria Chald. potestas. *Sub manu tua*, q.d. fulci ruentem domum vel ciuitatem.

7. *Non sum medicus*, i. non possum mederi tanto malo, Chald. non sum sufficiens, vt sim princeps, 70. non ero tuus princeps.

8. *Ruit*, &c. verba Prophetæ.

9. *Agnitio vultus*, &c. q.d. ex vultu eorum apparet qui sint. *Eis*, i. contra eos, scil. testificans. *Reddita sunt*, &c. 70. consuluerunt, seu consultauerunt consilium malum contra se, dicentes: Alligemus iustum, quoniam inutilis nobis est: igitur fructus operum suorum comedent.

10. *Quoniam bene*, Chald. quod beatus est.

11. *In malum*, i. lædenti alios, Chald. quia opera eius mala sunt, 70. coniungunt cum sequentibus sic. Mala secundum opera manuum eius accident ei.

12. *Exactores*, sc. iniqui. *Viam gressuum tuorum*, i. vitæ tuæ rationem. *Dissipant*, i. perdunt, seu deprauant, sc. faciunt peccare, 70. conturbant.

13. *Stat*, sc. paratus, 70. constituetur.

14. *Cum senibus*, &c. sc. isti præcipue iudicandi, eos enim statim alloquitur.

15. *Commolitis*, i. cæditis, sc. colaphis, vel comminuitis, 70. confunditis, sc. pudore.

16. *Eleuata*, scilic. superbia. *Filia*, de fœminis loquitur.

Nutibus oculorum, sc. lasciuis, Chald. stibio linitis oculis. *Plaudebant*, Chald. crinibus circumuolutis, 70. trahebant tunicas. *Composito gradu*, Chald. prouocantes, 70. ludentes.

17. *Crinem*, i. pilos pudendorum. Hebr. pudenda, 70. turpitudinem, q. d. permittet ab hostibus violari.

18. *Illa*, sc. vltionis, seu punitionis. *Lunulas* i. ornamenta lunæ forma, 70. tunicas fimbriatas.

20. *Mitras*, i. vela capitis. *Discriminalia*, i. instrumenta quibus capillos discriminant, dicuntur etiam discernicula, à discernendo, i separando. *Periscelides*, i. crurum ornamenta, Chald. pedum armillas.

22. *Mutatoria*, i vestes pretiosas, sic dictas, quod aliis mutatis, seu depositis induantur celebrioribus diebus, seu cum procedendum est. *Linteamina*, 70. vestes per domum, i ordinarias, seu quotidianas, sc. quibus domi vtuntur.

23. *Sindones*, forte sudariola intelligit, *Theristra*, i. vestes subtiles æstiuas.

24. *Fascia pectorali*, i. linteo, quo fœminæ dorsum, & pectus tegunt, vt videre est Genuæ.

26. *Mærebunt*, &c. i. mœstiam indicabunt, & luctum vel expriment videntibus desolationem, lacrymas.

Desolata, scil. ciuibus spoliata. *Sedebit*, sc. lugentium more.

CAPVT IV.

1. SEptem, i. plurimæ. *Mulieres*, sc. viduæ. *Inuocetur*, 70. vocetur, q.d. esto vir noster, dicamurque vxores tuæ. Significatur tot perituros Deo puniente, vt viduæ multæ vix sint inuenturæ virum vnum, cui earum aliqua nubere possit. *Opprobrium*, sc. sterilitatis, aut cœlibatus.

2. *Die*, i. tempore, scil. post punitionem sequetur prosperitas spiritualis per Christum. *Germen Domini*, &c. Chald. Christus Domini, in gaudium & gloriam.

Fructus, sc. Christus, repetitio est. *Terra*, sic dictum, terra nostra dabit fructum suum, Psalm. 84.

3. *Sion*, Sion & Hierusalem nomine Ecclesia intelligitur. *Omnis qui*, pro, nempe omnis qui.

In vita, i. in libro vitæ, 70. in vitam, Chald. ad vitam æternam.

4. *Si abluerit*, pro, cum abluerit, 70. quia abluet.

Filiarum, i. congregationis. *Sanguinem*, i. homicidia, per quæ reliqua peccata intelliguntur. *Iudicij*, sc. puniendo, vel in ipsis, vel in Christo, per cuius passionem iustificamur, adiuncta tamen etiam nostra cooperatione. *Ardoris*, i. caritatis & diuinæ & nostræ. August. 20. Ciu. cap. 25. ad Purgatorium refert.

5. *Et creabit Dominus*, 70. & veniet (scil. Dominus) & erit.

Montis Sion, i. Ecclesiæ. *Nubem per diem*, q. d. faciet cum Christianis spiritualiter quod olim fecit cum Iudæis corporaliter.

Et fumum, q. d. densam nubem, Chaldæus, & caliginem.

Gloriam, i gloriosos viros, scilicet, sanctos vel super omnem gloriam, i. gloriosissima, scilic. protectio diuina erit.

CAPVT V.

1. CAnticum,sc. mœstum. *Patruelis*,Chaldæus, & 70.dilecti,q.canticum ipsius,seu de ipso, nempe de vinea sua, vt statim additur. *Vineæ suæ*, pro,de vinea sua.*Cornu*,i.colle excelso.Chald.monte excelso.

Filio olei,i.pingui,Chald. in terra pingui, 70. in loco pingui.

2. *Elegit*,pro,eiecit,q.d. purgauit eam lapidibus, vel,lapidum materia cinxit,vt 70. interpretantur.

Electam, i. electis vitibus. *Turrim*, Chald. sanctuarium.*Torcular*,Chald.altare.*Vuas*,Chald.opera bona.

Labruscas,Chald. opera iniqua.

4. *An quod*,Heb.cur,q.d.Dignum ne fuit?

5. *Spem eius*, Chald. maiestatem meam. *Maceriam*, Chald.domum sanctuarij.

6. *Nubibus*, Chald. Prophetis. *Pluant imbrem*, Chald.prophetizant prophetiam.

7. *Germen eius delectabile*, Chald. plantatio lætitiæ eius,i.ei iucunda,70.nouella plantatio dilecta.

Iudicium,i.quod iustum est. *Clamor*,sc.oppressorum,vel,q.d.clamant ad me iniustitiæ,Chald. multiplicant peccata.

8. *Terminum*,i.finem,q.d.sic vt omnia occupetis.

9 *Nisi fuerint*,&c.sub. ne mihi posthac credatis, aut quid simile,q.d. omnino erunt. Hebraismus est frequentissimus in scriptura; Latini dicunt. Dispeream,nisi,&c.

10. *Lagunculam*,Hebr. batum minima est liquidorum mensura: significatur ergo magna penuria vini & frumenti. *Triginta modij*, Hebr. Chomer, Chald.corus.

Modios tres,Heb.Epha.Chald.tria sata.

11. *Opus Domini*,i.quod Deus fieri præcipit,vel pauperes,Chald. legem Domini,sc.fuit Dei manu scripta.

Manuum, Chald. potentiæ, q d. non cogitatis, quantus Deus sit,& quam timendus,quod eius opera demonstrant.

13. *Ductus est*,pro, ducetur, sic infra præterita pro futuris.

Scientiam,i. Dei cognitionem,70.quia non cognouerunt Dominum.

14. *Infernus*,i.sepulcrum,vel locus supplicij,q.d. plurimi morientur,vel condemnabuntur. *Animam*, i.capacitatem, seu seipsum.

Termino, i.fine, q. d. indesinenter,seu supra modum, 70. sine intermissione.

16. *Iudicio*,sc.à se facto.*Sanctificabitur*, i.sanctus apparebit,70.glorificabitur. *In iustitia*,scilic.quam exercebit.

17. *Agni*,Chald.iusti.*Ordinem*,q.d.quisque loco suo,seu iuxta vocationem suam. *Et deserta*,&c. Chald. & substantias impiorum iusti possidebunt. *In funiculo vanitatis*,i.modis illicitis,70.quasi funiculo longo.

18. *Vinculum*,pro,vinculo.*Plaustri*,quasi dicat, valido,tali,n. iugum ligatur. Chaldæus, totum locum sic vertit: Væ qui incipiunt paulatim peccata, augentque vt crescant & fortia fiant vt vinculum plaustri.

19. *Opus eius*,i.quod minatur,vel promittit.

Sancti,i.Dei,cuius sanctitatem Israel colit.

20. *Malum bonum*,&c.Aug.Enchi.c.19.de rebus ipsis loquitur,inquit,non de hominibus.

22. *Miscendam*, i. propinandam vel infundendam,sc.in vas.vtrumque enim significat etiam miscere.Vide Prou.9. *Ebrietatem*, i. id quod inebriat, Hebr. & 70. siceram.

23. *Aufertis*,sc. condemnando.

24. *Lingua*,i. flamma,quæ linguæ similis.

Calor flammæ,Heb.paleam flamma,Chald.manipulum flamma.*Puluis*, Chald.fauilla. *Ascendet*,i. euanescet. *Eloquium*,i.præcepta. *Blasphemauerunt*, Hebr. contempserunt, Chald. abominati sunt,70. exacerbauerunt.

25. *Conturbati sunt*, Chald. commoti sunt, q. d. tremuerunt.

26. *Signum*, i. vexillum. *Nationibus*,i. gentibus, sc.Babyloniis.*Sibilabit*,i.cōuocabit,Chal.clamabit.

De finibus,q.d.à longe (distat enim procul à Ierusalem Babylonia) eos adducet.

27. *Laborans*,i.defatigatus.Hebr. & Chald. corruens.

In eo,sc.exercitu,seu populo.

29. *Leonis*,sc.conspecta præda.

30. *Sonabit*,sc. Deus,vel exercitus ille.*Eum*,scil. populum Iudæorum. *Eius*, pro,sua.

CAPVT VI.

1. SEdentem,sc.specie humana.*Ea*,quæ sub ipso, Hebr.fimbriæ eius,sc.oræ vestis,seu tapeti,infimæ,Chald.splendor gloriæ eius.

2. *Illud*,sc.solium.*Eius*,pro,suam quisque,sc.non audens aspicere,vel eius,sc.Dei,secundum Hier.ep. 142. Chal.duabus velabat vnusquisque faciē suam, vt non videret,& duabus,velabat pedes suos,vt non videretur,& duabus ministrabat,Hier.ait,faciem,& pedes Dei, quia nemo potest scire quid ante mundum fuerit, aut post mundum futurum sit, media tantum cognoscimus.

Volabant,sc. parati ad Dei iussa.

3. *Clamabant*,sc. inuitando ad Dei laudem. *Gloria*,i.rebus Dei gloriam manifestantibus,& ad eum glorificandum excitantibus.

4. *Commota*,70.sublata,i. eleuata,vel loco mota.

Cardinum,i.postium. *A voce*,i.vi vocis.

Clamantis,70. clamantium *Fumo*,Chald.caligine,Hieronym.epist.150.errore & tenebris, veriique ignorantia.

5. *Tacui*,scil.non arguens liberè delinquentem populum, pudore vel timore perterritus. Hieron.2. cont.Pelag.

Pollutis labiis,sc.in sermone peccauerat,Hieron. epist. 142.

Vidi,Dicunt Iudæi ideo Isaiam interfectum,quia id dixit, cum Deus dicat:neminem se posse videre, & viuere, Hier.

6. *Calculus*,Hebr. carbo. *Altare*,scil.holocausti, quod in ea visione simul cum templo repræsentabatur.

7. *Auferetur*,pro,sic erit ablata.

8. *Nobis*,Hier.ep.143.indicatur,inquit,personarum diuersitas sicut vnitas diuinitatis in eo quod vnus loquitur

9. *Dices*, pro, dic. *Audite*, &c.pro,audietis quidem,sed noletis intelligere,Hier. audite audiendo, & ne intelligatis, & videte videndo,& ne cognoscatis,q.d.audietis,sed non intelligetis:videbitis,sed non cognoscetis. Accidit id Iudæis tempore Christi. Chal. audientes audiunt & non intelligunt: & vidētes vident,& nesciunt,70.auditu audietis,& non intelligetis;& vidētes videbitis,& non cognoscetis.

10. *Excæca*,i.prædic excæcatum iri,Chald.infatua,70.incrassatum est cor populi huius & auribus suis grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt, ne forte videant &c. *Aggraua*, i. obtura implendo re aliqua,vel obtunde.

Vsquequo,sc.tales erunt.

11. *Homines*,sc. abductos in captiuitatem, *Quæ derelicta fuerat*, Chald.desolatio.

13. Deci

13. *Decimatio*, i. decima, q.d. reliquiæ aliquæ superetunt, Chal. relinquetur vnus ex decem.

Conuertetur, sc. ad Deum.

Ostensionem, sc. latentis virtutis, vt solet in arboribus, quæ cadentibus foliis mortuæ videbantur, Cha. combustionem, 70. deprędationem, q.d. etiamsi videantur periisse, vt solent combusta, & deprædata, tamen reuiuiscent. Quidam ostensionem interpretantur desolationem, q.d. etiam illi pauci vastabuntur.

CAPVT VII.

1. D*Omui*, i. familiæ, q. d. Regi. *Requieuit*, 70. consensit, Chal. coniuncta est, q.d. iniit Rex Syriæ societatem cum Rege Israel. *Ephraim*, sic dicta Israel ab Ieroboam primo Rege, qui ex tribu Ephraim.

Eius, sc. Regis, vel domus Dauid.

3. *Qui derelictus est Iasub*, Heb. Sear Iasub, quod Latinè est, Reliquiæ conuertentur. *Superioris*, erat altera inferior. *Fullonis*, sc. siccabantur illic panni aqua purgati.

4. *Sileas*, i. quiescas; q.d. bono animo esto. *Caudis*, i. extremitatibus.

6. *Suscitemus*, i. excitemus.

8. *Et caput*, pro, Rex, & *Damasci*, q.d. non Ierusalem.

9. *Et caput*, q. d. cum tamen nunc sit caput. *Non permanebitis*, 70. non intelligetis.

11. *Signum*, scil. in confirmationem dictorum. *Inferni*, q. d. deorsum quanquam id non est Hebr. Chald. aut in 70.

12. *Non tentabo*, simulat religionem.

13. *Dauid*, 70. Iuda *Molestos*, sc. contemnendo.

Hominibus, Chald. Prophetis. *Quia molesti estis*, pro, nisi etiam molesti sitis. *Deo*, sc. non credendo, non fidendo, non obediendo.

14. *Propter hoc*, q.d. quia non facitis quod debetis, faciet Deus quod se dignum est. *Vobis*, sc. domui Dauid.

Signum, scil. potentiæ suæ, bonitatis & misericordiæ.

Virgo, sic etiam Chald. & 70. Heb. עלמה Halma. i. virgo abscondita. Vide Gen. 24. & Hieron. 1. cont. Iouin. & quidem Punica lingua, quæ ab Hebræa deducta est, virgo Alma dicitur.

Vocabitur, Chald. vocabit, sc. mater (non enim in terra patrem habebit) Hebr. & 70. vocabis, sc. tu mater: est enim Hebr. persona fœminea.

15. *Butyrum, & mel*, i. cibos vsitatos infantibus in Iudæa.

Vt sciat, pro, sciendo, vel quia sciet, Chald. donec sciat, 70. antequam sciat, q.d. antequam perueniat ad communem ætatem discretionis.

16. *Antequam sciat*, &c. q.d. antequam nascatur Christus.

Derelinquetur, sc. desolata. *Terra*, sc. Syria, & Samaria, seu Iuda.

Quam tu detestaris. Chald. pro qua tu tribulationem pateris, 70. quam times, seu cui times, ex quibus videtur intelligenda terra Iuda. Id quod confirmant proxime sequentia. *A facie*, i. causa.

17. *Cum Rege*, coniunge cum, *adducet*, q.d. per Regem illum puniet, Heb. & 70. Regem, pro, nempe Regem, sc. Sennacherib.

18. *Sibilabit*, &c. q.d. vocabit Ægyptios & Assyrios, illi dicuntur muscæ, ob copiam; hi apes, quia fortiores.

20. *Conducta*, Chald. acuta, 70. inebriata. *In his*, pro, nempe in his, i. per hos. *In Rege*, pro, nempe in Rege.

Pilos pedum, i. pubem, sic aqua pedum dicitur vrina. Intellige vero per caput, & barbam, regem & nobiles; reliquos per pubem.

21. *Homo*, i. quisque vel aliquis. *Vaccam*, Chal. & 70. vitulam. *Boum*, sc. filiam. *Duas*, sc. solas.

22. *Relictus*, sc. ab hostibus.

23. *Argenteis*, Chald. drachmis argenti, 70. siclis, sc. quæ tanti vendi possint. *In spinas*, sc. penuria colentium.

24. *Sagittis*, sc. metu serpentum.

25. *Sarrientur*, q.d. non item accidet cultis montibus. Mira in Prophetis transitio subita ab aduersis ad prospera, & contra, quod valde notandum.

CAPVT VIII.

1. S*Tylo hominis*, sc. litteris vsitatis, Chald. scripturam claram.

2. *Testes*, sc. scripturæ. *Zachariam*, quid, si iste est, de quo in Euangelio Christus?

3. *Prophetissam*, vxorem suam intelligit.

4. *Patrem suum*, &c. Hebr. pater mi, & mater mea.

Fortitudo, i. vires, & opes. *Coram Rege*, i. iubente Rege.

6. *Iste*, Iuda. *Aquas Siloe*, Chald. regnum domus Dauid, quietum, vt aquæ Siloe. *Assumpsit*. Alludit ad defectionem Israel à Iuda, apparetque hinc, fuisse male factam etsi Deo permittente, & ordinante bene, vel potius sensus est. Quia populus Israel voluit Ducibus Rasin & Phace destruere Regnum Iuda, aliumque Regem constituere. Vide cap. 7. Forte etiam de populo Iudaico loquitur, qui ad illos Reges videbatur defecisse, vt infra indicatur. Itaque dicit, populus iste, sc. Iudaicus.

7. *Eos*, sc. Regnum Israel.

8. *Ibit*, pro, ibit etiam. *Ad collum*, Chald. ad Ierusalem, q. d. omnia subuertet præter Ierusalem. *Tua*, i. vbi nasceris.

9. *Populi*, sc. Assyriorum, vel Israel. *Vincimini*, Complut. & hic, & infra. vincemini, q.d. præparate sane vos ad bellum, certe vincemini. *Audite*, scil. quod dico,

10. *Deus*, sc. qui vestra consilia dissipabit.

11. *Sicut in manu forti*, i. mira virtute, Chald. in fortitudine prophetiæ.

12. *Non dicatis coniuratio*, i. ne coniuretis in Regem vestrum vt ab eo deficiatis ad hostes. *Timorem eius*, i. quod timet, sc. populus.

13. *Sanctificate*, i. glorificate fidendo ipsi. Chal. sanctum dicite, q.d. colite. *Ipse pauor*, &c. q.d. ipsum timete, non homines. *Terror*, Chald. fortitudo.

14. *In sanctificationem*, q.d. vos sanctificabit, sc. eos, qui se timent, & colunt, &c. nam aliis in lapidem, &c.

Duabus, sc. Iuda & Israel.

16. *Testimonium*, sc. id, i. hanc prophetiam. *Signa*, i. tege, vt solent quæ obsignantur. Chald. signa, & absconde legem, quia nolunt discere eam, 70. sigillabunt legem ne discant. *in discipulis meis*, i. in gratiam discipulorum meorum, quibus resignabitur, vt discant, sc. Christi tempore, qui eis aperiet scripturas.

17. *Faciem suam*, sc. Christum Iudæi non cognouerunt.

18. *Ecce ego*, verba Christi. Vide Hebr. 2. *In signum*, &c. sc. & Christus, & eius discipuli miracula multa fecerunt, positique sunt omnibus in exemplum vitæ.

19. *Nunquid*, q. d. respondete. *A mortuis*, scil. Diis sub. petemusne oracula? Complut. ac mortuis? q. d. nonne Deus est de omnibus rebus consulendus? 70. quid requirent de viuis mortuos?

Chaldæus, vnusquisque populus ab idolo suo requirit, viui à mortuis.

20. *Magis*, i. potius, scil. recurrendum. *Iuxta verbum hoc*, i. ita faciendum. *Non erit*, &c. q. d. manebunt in tenebris.

21. *Transibit*, sc. quisque eorum. *Per eam*, scil. terram, vel legem. *Deo*, Chald. idolo.

CAPVT IX.

1. PRimo tempore, i. primum, scil. initio prædicationis Christi. *Alleuiata*, i. liberata peccatis.

Nouissimo, i postea. *Aggrauata*, sc. peccatis, non recepto Christo, q. d. Iudæorum alij credent alij in infidelitate manebunt. Quidam tamen aggrauatam intelligunt grauidam fide, & operibus bonis, vt sit repetitio præcedentis. *Maris*, i. qua itur ad mare Mediterraneum.

Trans, scil. respectu Orientalium. *Gentium*, scil. erat vicina Tyriis, & Sidoniis. & superior dicebatur, nam inferior prope lacum Genesareth.

2. *Vmbra mortis*, i. tenebrosa, q. d. cæca erroribus, 70. & vmbra mortis.

3. *Multiplicasti*, sc. ô Christe. *Non*, Chald. ei, scil. לא pro לו & quidem, 70. plurimam partem populi deduxisti in lætitia, seu reduxisti cum lætitia. *Lætitiam*, scil. quia multi a fide deficient. Id, si legas non multiplicasti.

4. *Iugum*, sc. excussisti, quo premebatur. *Oneris*, scil. peccatorum vel legis. *Virgam*, i. dominium, seu tyrannidem, qua premebatur, sc. diaboli. *Humeri*, 70. quæ super collum. *Sceptrum*, repetitio. *Exactoris*, i. tyrannice imperantis. *Superasti*, Hebr. confregisti, Chald. contriuisti, 70. dissipasti. *Sicut*, scil. olim factum. *Madian*, i. quo superatus Madian. Vide Iud. 7.

5. *Prædatio*, sc. bello capti hostes, vel qui per vim alios opprimunt. *Sanguine*, sc. interfectorum, q. d. qui inique occidunt. *Combustionem*, q. d. punientur Dei hostes igni sempiterno.

6. *Paruulus*, &c. quasi hinc victoria, & lætitia, de quibus supra. *Filius*, sc. Dei & Virginis. *Principatus*, &c. Quidam Ecclesiam intelligunt, quæ ab illo sustinetur: sic Achatius in Concil. Ephes. at Tertul. 3. contra Marc. Insigne, inquit, potestatis suæ crucem humeris prætulit, non vt alij Reges capite diadema, aut manu sceptrum. *Vocabitur*, Hebr. vocabit, pro, vocabitur.

Admirabilis consiliarius, 70. magni consilij Angelus. Not. Hic Hier. dicere, solum pro his omnibus Christi epithetis apud 70. esse, magni consilij Angelus; cætera deesse, & tamen & illa apud 70. nunc sunt, & erant olim, vide Euseb. lib. 7. demonst. & Chrysost. lib. de Christi Deitate.

Pater futuri sæculi, Hebr. pater sæculi, seu æternitatis, Chald. vir permanens in æternum Christus. *Princeps pacis*, 70. addunt: Adducam enim pacem & sanitatem eius super principes.

7. *Multiplicabitur*, 70. magnum erit. *Solium Dauid*, i. Ecclesiam per id figuratam. *Confirmet*, 70. dirigat *Iudicio, & iustitia*, i. iusto iudicio, seu perfecta iustitia.

Zelus, i. amor iusti, vel hominum.

8. *Verbum*, 70. mortem. *Cecidit*, q. d. atque accidit, sicut Dominus dixerat euenturum Chald. auditum est.

Israel, repetitio. Idem enim Iacob & Israel. significatur vero populus Israeliticus, quem Deus per Isaiam prædixit vastandum ab Assyriis.

9. *Sciet*, sc. Deum esse veracem.

10. *Succiderunt*, sc. hostes. *Immutabimus*, i. eorum loco sufficiemus.

11. *Rasin*, pro, nempe Rasin. *Eum*, scilicet, populum Israel.

In tumultum vertet, Chald. excitabit, scilicet, contra Israel.

12. *Toto*, scil. aperto, q. d. auidissime. *Extenta*, scil. ad percutiendum.

13. *Percutientem*, sc. Deum.

14. *Caput, & caudam*, vide infrà. *Incuruantem*, &c. i. deprimentem, scil. proximos, 70. magnum, & paruum.

17. *Lætabitur*, scil. fauens. *Hypocrita, & nequam*, 76. iniquus, & prauus.

Stultitiam, Chald. mendacium, 70. iniusta. *Eius*, scilicet, Dei.

18. *Succensa est*, 70. succendetur. *Ignis*, pro, igni, vel, q. d. ardebit vt flamma. *Veprem*, pro, velut veprem, vel q. d. impios, qui sunt vt vepres & spinæ. *Vorabit*, sc. ignis calamitatis vel inferni. *In densitate*, pro, velut in desitate, q. d. more densi saltus igni correpti.

Conuoluetur, &c. q. d. tandémque euanescet, vt solet fumus eleuatus.

19. *Conturbata est*, pro, conturbabitur.

20. *Declinabit*, scil. quærens escam. *Ad dexteram*, &c. lege sic, ad dexteram, & sinistram (q. d. huc illuc) & esuriet, & comedet, &c. *Carnem brachij sui*, Chald. substantiam proximi sui.

21. *Manasses*, 70. comedet Manasses.

CAPVT X.

1. ET scribentes, pro, nam scribentes, 70. scribentes enim.

3. *Visitationis*, i. punitionis Dei. *Longe*, sc. Assyria.

Gloriam, i. opes, de quibus soletis gloriari, q. d. quid tunc fiet de rebus vestris? vel, quem tunc pecunia exercitum comparabitis, qui vos defendat?

5. *Assur*, 70. Assyriis. potest & nominatiuus esse, q. d. væ vobis, nam Assur, &c. *Virga furoris mei*, i. qua vtor ad puniendum iratus. *Baculus*, sc. quo percutiam vos.

6. *Fallacem*, Chald. hypocritam, 70. iniquam.

Furoris mei, i. cui sum iratus. *Mandabo*. Not. Dei permissionem in malis dici mandatum, quia ea in bonum iustitiæ suæ ordinat sic Dauid dixit maledictionem à Deo præceptam, 2. Reg. 16.

8. *Mei*, i. mihi subditi.

9. *Charcamus*, sc. expugnata est à me. *Emath*, 70. Arabia. *Samaria*, scilicet, expugnabitur, vel expugnata est.

10. *Idoli*, i. vbi coluntur idola. *De Samaria*, sub. auferam.

12. *Cuncta opera sua*, i. quidquid destinauit facere per Assyrios. *Magnifici*, Chal. elati. *Altitudinis*, notatur fastus & arrogantia.

14. *Derelicta*, sc. ab aue.

15. *Quomodo*, &c. sub sic eleuatur Assur, & exaltatur contra me.

16. *Pinguibus*, i. fortibus. *Tenuitatem*, Chald. plagam. *Succensa*, lege sic, quasi combustio succensa, q. d. consumam velut igni subiecto gloriam eius, i. potentiam, seu exercitum. quo gloriatur.

17. *Lumen Israel*, id est, Deus. *In ignem*, id est, velut ignis, scil. suos illuminans, & defendens; hostes perdens.

Spinæ, & vepres, Chald. Principes, & Satrapæ, scil. Assyriorum. *Stultus*, Chald. multitudinis exercitus.

Carmeli, i. agri fertilis, seu arboribus consiti, scil. exercitus repetitio.

Ab anima ad carnem, i. anima, & corpore, Chal. animæ cum corporibus.

19. *Ligni*

19. *Ligni saltus*, Chald. bellatorum. *Scribet*, i. poterit describere.

20. *Percutit*, sc. hostis, qui antea seruiebat.

21. *Reliquiæ*, i. reliqui, seu pauci.

22. *Consummatio*, i. perfectio, seu consumptio, scil. re, ad paucos eosque perfectos, redacta, 70. sic locum hunc totum reddiderunt, verbum enim (accusatiuus est) consummans, & abbreuians in iustitia (scil. Deus) quia verbum abbreuiatum Dominus, Dominus exercituum faciet in vniuerso orbe. *Inundabit iustitiam*, i. affluet iustitia.

23. *Consummationem*, Chald. consumptionem impiorum.

24. *In via Ægypti*, i. more Ægypti, q. d. vt olim te percussit Ægyptus.

25. *Consummabitur*, i. cessabit, scil. contra te, & vertetur contra Assyrios. *Eorum*, i. Assyriorum, scil. vertetur.

Virgam, pro, iuxta virgam, sc. qua percussit Ægyptios in mari. *In via Ægypti*, i. vt olim percussit Ægyptios, repetitio.

27. *Computrescet*, 70. corrumpetur, q. d. dissoluetur. *Iugum*, sc. quo te premebat. *A facie olei*, i. propter Dei misericordiam, Chald. à facie Christi.

28. *Veniet*, scil. Assyrius. Describit ciuitates, per quas Assyrius transit in Ierusalem. *Vasa*, i. impedimenta, seu instrumenta bellica.

29. *Sedes nostra*, q. d. dicent, sedeamus hic, & quiescamus.

30. *Hinni*, i. clama, sc. ad vicinas ciuitates, aduentare hostes. *Filia*, i. congregatio, q. d. popule. *Paupercula*, pro, & paupercula.

31. *Migrauit*, sc. fugiens.

32. *Adhuc dies*, &c. q. d. dicent, opportunum est, vt in Nobe subsistamus, Chald. adhuc dies magnus. & multum tempus vt ingrediatur (sc. Ierusalem) stabit & Sennacherib. in Nobe vrbe sacerdotum contra murum Ierusalem.

33. *Confringet*, sc. Assyrios. *Laguncul.am*, pro, vt lagunculam. *Excelsi statura*, comparat milites arboribus, & exercitum saltui.

CAPVT XI.

1. RAdice, i. stirpe, seu progenie. Chal. filiis. *Et flos*, &c. Chald. & Christus de filiis filiorum eius vngetur.

2. *Pietatis*, sic etiam. 70. at Hebr. timoris.

3. *Arguet*, sc. peccatores.

4. *Terram*, Chald. peccatores terræ. *Virga*, Chal. & 70. verbo *Spiritu*, Chald. eloquio.

5. *Iustitia cingulum*, &c. q. d. hærebit ei iustitia perpetuo, more cinguli, Chald. erunt iusti in circuitu eius.

Et fides, 70. & veritas, Chald. & fideles accedent ad eum.

6. *Habitabit*, &c. Chald. in diebus Christi multiplicabitur pax in terra & habitabit, &c.

Lupus cum agno, &c. q. d. feroces alioqui cum mansuetis. *Minabit*, id est, ducet, q. d. facile erit cuiuis eos regere.

7. *Pascentur*, sc. Dei verbo. *Leo quasi bos*, &c. q. d. feroces homines induent mansuetorum mores, viuentque simul, & eadem vtentur mensa. sermo metaphoricus, qui frequens in Prophetis.

8. *Ab vbere*, sc. pendens, q. d. lactans, vel abstractus, scil. ablactatus. *Super foramine*, &c. q. d. nihil timebitur, quia nihil noxium. *Aspidis*, i. vbi ante solebat aspis morari, i. noxius conuersari.

9. *Monte*, scil. ecclesia. *Repleta est*, pro repleta erit tunc. *Scientia*, i. cognitione. *Operientes*, scil. terram, q. d. abundantissime.

10. *Radix Iesse*, scil. Christus qui de radice, id est, stirpe Iesse, Chald. filius filiorum Iesse. *Qui stat*, &c. 70. qui consurgit, vt sit princeps gentium. *Signum*, i. vexillum, ad quod populi congregentur. *Ipsum gentes*, &c. 70. in ipso gentes sperabunt, Chald. ipsi regna obedient.

Sepulcrum, Hebr. & 70. requies, Chald. mansionis locus.

11. *Secundo*, sc. per Apostolos, qui prius per se.

Relinquetur, sc. non interfectum. *Phetros*, 70. Babylonia. *Æthiopia*, Chald. India. *Elam*, id est, Chaldæa, seu Persia. *Senaar*, Chald. Babylonia, 70. solis ortu.

Emath, 70. Arabia.

12. *Signum*, i. vexillum, sc. per Apostolos.

Nationes, i. gentes, sc. ad fidem amplectendam.

Plagis, i. extremitatibus, Hebr. alis, seu angulis, Chald. ventis, 70. alis.

13. *Zelus*, i. simultas, seu inuidia.

14. *Volabunt*, sc. Apostoli prædicatione. *In humeros*, 70. in nauibus, Chald. vno humero in, i. vnanimiter contra. *Prædabuntur*, sc. captiuantes in fidei obsequium.

Filios Orientis, i. Orientales. *Præceptum manus*, sc. sequentur, q. d. iussis obedient.

15. *Linguam*, id est, sinum, seu oram. Intelligit autem mare rubrum quod Ægypto propinquum, vel mare Ægyptum alluens. *Flumen*, Chaldæus, Euphratem

Septem, i. multis. sensus est, Omnia futura Apostolis peruia, sublatis omnibus impedimentis.

16. *Relinquetur ab Assyriis*, i. à dæmonum potestate liberabitur.

CAPVT XII.

1 COnfitebor, i. benedicam, seu laudabo. *Conuersus*, scil. in misericordiam, Chald. & 70. auersus. *Consolatus*, scil. per incarnationem, seu redemptionem, Chald. & 70. misertus.

2. *Saluator*, sc. Iesus. *Fiducialiter agam*, Chald. & 70. confidam in eo. *Fortitudo*, 70. gloria. *Laus mea*, i. quem laudem.

3. *Aquas*, Chald. doctrinam nouam. *Fontibus*, scil. Apostolis seu Euangeliis. *Saluatoris*, sc. Iesu. *Confitemini*, i. benedicite, scil. laudando, gratias agendo. *Adinuentiones*, i. consilia, Chald. opera, 70. gloriosa, scil. consilia, seu opera. *Excelsum*, Chal. forte, 70. exaltatum.

5. *Cantate Domino*, 70. laudate nomen Domini. *Magnifice*, Chald. magnalia, 70. excelsa. *Annunciate hoc*, Chal manifestum est hoc. Hoc 70. hæc.

6. *Habitatio*, Chald. congregatio, 70. habitator. *Sanctus*, sc. Christus, qui sanctus sanctorum, suosque sanctificat.

CAPVT XIII.

1. ONus, id est, prophetia de punitione, seu calamitate, 70. visio contra Babylonem. vide cap. 15.

2. *Super*, i. contra. *Montem*, i. superbam Babylonem nisi forte montem aliquem Persiæ, vel Mediæ intelligat. *Caliginosum*, scil. errorum tenebris, 70. campestrem. *Leuate*, scil. ô Medi & Persæ. *Signum*, i. vexillum. *Portas*, scil. Babylonis. *Duces*, scil. exercitus hostilis.

3. *Sanctificatis*, Chald. præparatis, sc. militibus.

Gloria mea, id est, expeditione, quæ cedit in gloriam meam.

4. *Montibus*, scil. Mediæ, & Persiæ. *Regum*, sc. Cyri, & Darij, ille Persarum Rex, hic Medorum.

Gentium,

Gentium, 70. & gentium. *Militiæ belli*, 70. genti bellicosæ.

5. *Summitate cœli*, i. extremitate terræ, vbi videtur tangere cœlum. *Dominus*, sc. adest vlturus. *Vasa*, i. instrumenta. *Terram*, sc. Babyloniæ, vel orbem, vt ad diem iudicij referatur, cuius figuræ quædam sunt præcedentes Dei punitiones.

7. *Tabescet*, 70. timebit

8. *Combustæ*, pro, velut combustæ, sc. aridæ, vt solent exusta. Ita dictum à Christo, arescentibus hominibus præ timore.

9. *Crudelis*, sc. impiis sæua videtur Dei iustitia. *De ea*, sc. eiectos.

10. *Stellæ*, &c. isto loquendi modo solet scriptura maximam calamitatem significare: afflictis enim enim omnia videntur tenebrosa. Potest & ad diei iudicij tenebras referri, de quibus est in Euangelio.

11. *Infidelium*, Chald. impiorum, 70. iniquorum, sc. non sunt iniqui fideles Deo. *Arrogantiam fortium*, 70. iniuriam superborum. *Humiliabo*, i. deprimam.

12. *Pretiosior*, &c. q. d. rari erunt superstites, seu qui tantam calamitatem euadant: pretiosa quæque rara, ideo pretiosum pro raro, Chald. id de iustis Deique amantibus intelligit. *Mundo obrizo*, Hebr. & Chald. auro Ophir, 70. lapide ex Ophir.

13. *Propter hoc*, i. vt vlciscar. *Turbabo*, sc. tenebris. *Mouebitur*, sc. terræ motu. & hic loquendi modus in scriptura magnam Dei iram, hominumque calamitatem significat.

14. *Fugiens*, sc. leonem. *Ouis*, sc. fugiens lupum. *Congreget*, sc. vt seruet, q. d. frustra fugient, nec enim poterunt euadere. *Fugient*, sub. nec euadent tamen. omnis enim, &c.

20. *Vsque in finem*, 70. in æternum. *Vsque ad generationem*, &c. 70. per multas generationes, vt sit explicatio præcedentis, vel repetitio, nunquam enim rediit ad pristinum splendorem, Hieron. ait. suo tempore à bestiis fuisse habitatam. *Arabs*, Chal. vicina est Arabiæ desertæ.

21. *Bestiæ*, Chald. simiæ. *Pilosi*, Chald. & 70. dæmones, sc. apparere solent dæmones specie hircorum.

22. *Vlulæ*, aues sunt Chald. cati, 70. onocentauri.

Sirenes, Chald. dracones, 70. ericij. *Delubris*, Chald. & 70. domibus. *Voluptatis*, scil. quondam, Chald. & 40. eorum.

CAPVT XIV.

1. **T**Empus eius, Chald. tempus interitus Babylonis. Quidam id coniungunt sequenti capiti, vt ad Christum referatur. *Elongabuntur*, i. differentur.

Aduena, Gentiles intelligit fidem Christi recepturos.

2. *Tenebunt*, i. comitabuntur redeuntem, 70. accipient.

Eos, sc. Israelitas. *Adducent*, Id factum præcipiente Cyro, & Artaxerxe. Vide 1. & 2. Esd.

Exactores suos, i. oppressores, 70. dominantes sibi, sc. quondam.

4. *Parabolam*, istam, i. parabolicum canticum, 70. planctum hunc.

7. *Terra*, sc. antea Babyloniis subiecta, vel Iudæa.

8. *Abietes*, &c. per hæc intelliguntur homines principes. *Libani*, sub. dicentes, sc. quod sequitur. *Dormisti*, i. mortuus es.

9. *Infernus*, &c. q. d. descendenti tibi in infernum occurrerunt qui illic erant cum tumultu, &c. Descriptio est metaphorica per similitudinem aduentus Principis victi in bello. *Tibi*, i. vt tibi occurrerent, repetitio.

Gigantes, i. tyrannos.

12. *Lucifer*, Chald. qui eras splendidus inter filios hominum. Id solet ad diabolum referri, qui à Deo splendidus creatus. *Cælo*, i. altitudine gloriæ tuæ.

Mane oriebaris, i. vt stella cum oritur, ita fulgens domo egrediebaris, Chald. sicut stella lucebas.

13. *Astra Dei*, 70. astra cœli, Chald. populum Dei.

Testamenti, i. Sion, vbi tabulæ legis, Chald. fœderis, 70. sublimi.

Lateribus Aquilonis, q. d. ad dexteram orbis, i. loco digniori.

15. *Infernum*, sc. locum damnatorum. *Profundum laci*, 70. fundamenta terræ, Chald. extremitatem laci domus perditionis.

16. *Ad te inclinabuntur*, sc. vt iacentem videant, 70. Super te mirabuntur.

18. *In gloria*, i. gloriose. *Vir in domo sua*, i. quisque domi suæ, seu in sepulcro suo.

19. *Pollutus*, 70. abominabilis. *Obuolutus*, i. commistus.

Fundamenta laci, i. profundum foueæ.

20. *Consortium*, &c. q. d. non habebis vt illi gloriosam sepulturam. *Tuam*, i. tibi subiectam, 70. meam.

Tuum, 70. meum. *Non vocabitur*, q. d. delebitur memoria.

21. *In iniquitate*, i. ob iniquitatem, Chald. propter peccata, 70. pro peccatis. *Ciuitatum*, i. ciuitatibus, 70. bellis, Chald. inimicis.

22. *Germen, & progeniem*, Chald. filium & nepotem.

23. *Terens*, i. excutiens.

24. *Si non*, i. omnino sic.

25. *Assyrium*, sc. exercitum Sennacherib. Vide 4. Reg. 19. *Eis*, sc. Iudæis.

28. *Onus*, i. prophetia de calamitate, Chald. onus prophetiæ, 70. verbum.

29. *Percussoris*, sc. Oziæ, vel Achaz. *Regulus*, sc. Ezechias filius Achaz, pronepos Oziæ, Chald. totum locum sic reddidit: de filiis filiorum Iesse egredietur Christus, & erunt opera eius in vobis quasi serpens volans.

Absorbens volucrem, Hebr. serpens ignitus volans, 70. serpens pennatus.

30. *Pauperes*, Chald. mites.

31. *Aquilone*, i. Assyria, vel Iudæa. *Fumus*, i. molestus exercitus, Chald. malum. *Gentis*, sc. Gentilibus de Christo quærentibus.

32. *In ipso*, &c. 70. per ipsum saluabuntur populi multi.

CAPVT XV.

1. **O**Nus, *Moab*, Chald. onus calicis maledictionis ad propinandum Moab. sic supra, & inf. 70. verbum contra Moab. sic sup. & inf. *Vastata est* 70. peribit.

Ar, vrbis nomen, Chald. Lehaiath. *Murus*, Chald. vrbs.

Conticuit, Chald. ipsis dormientibus.

2. *Ascendit*, sc. Moab. *Domus &*, Chald. in domos, Hebr. in Baith, i. in domum, scil. templum idoli, quod erat in arce Dibon. *Excelsa*, i. altaria seu loca edita, vbi idola colebantur. *Nabo*, sc. euersum.

Caluitium, &c. scil. euulsis capillis, seu tonsis, barbaque

barbaque rasa, olim mœrorem significabant. Vide Iob 1.

4. *Expediti*, i. armati seu milites, Chald. accincti.

Vlulabunt, sc. depositis armis. *Eius*, pro, eorum, seu cuiusque. *Sibi*, abundat, more Hebræo.

5. *Ad Moab*, i. propter Moab, loquitur in persona Moabitarum. *Vectes*, i. fortes sc. fugient.

Vitulam conternantem, i. populum fortem, similemque vitulæ trienni, Hebr. Chald. & 70. vitulam triennem.

7. *Operis*, sc. mali, q. d. pro meritis punientur.

Visitatio, i. punitio.

Torrentem Salicum, i. Euphratem, de quo: in salicibus in medio eius suspendimus, &c. Chald. mare Occidentale. *Ducent*, sc. hostes.

8. *Circuibit*, &c. q. d. omnia plena erunt clamore, & planctu.

9. *Additamenta*, Chald. congregationem exercitus.

Leonem, sc. Nabuchodonosor. *Et reliquiis terræ*, Chald. & residuum terræ eorum diripietur.

CAPVT XVI.

1. **D***omine*, Non est Hebr. Chald. aut in 70. *Petra deserti*, vrbs est Moabitarum. erat autem Ruth, è qua Christus, Moabitis. *Filia*, i. congregationis sc. Ierusalem.

2. *Filia*, i. oppidula, seu vici. *Transcensu*, i. transitu.

Arnon, nomen est fluuij, & ciuitatis Moabitarum.

3. *Pone quasi*, &c. q. d. quære tenebras. *Fugientes*, sc. Israëlitas, vel Moabitas.

4. *Mei*, non est Chald. nec apud 70. *Puluis*, sc. persequentium, Chal. hostis. *Consummatus*, i. consumptus. *Miser*, Chald. deprædator. *Conculcabat*, i. vastabat, sc. hostis.

5. *In misericordia*, i. per misericordiam sc. Dei. *Sedebit*, sc. Christus. *Tabernaculo*, Chald. ciuitate.

7. *His qui*, &c. Moabitæ significantur.

8. *Sunt*, pro, erunt. *Flagella*, i. palmites, sc. ciues, 70. vites. *Relicta* pro, quæ relictæ. *Transierunt*, sc. fugientes, vel potius in captiuitatem abductæ.

Mare, i. Euphratem.

9. *In fletu Iazer*, i. sicut fleui super Iazer. Loquitur in persona Moabitarum. *Vineam*, i. ciues, seu populum.

Inebriabo, i. rigabo, q. d. effundam copiosissime lachrymas. *Calcantium*. Chald. deprædantium, comparatur hostium vastatio conculcationi vuarum, & segetum. *Irruit*, sc. hostiliter.

10. *Carmelo*, i. locis fertilibus.

11. *Venter*, i. interiora. *Ad*, i. propter. *Quasi cithara*, &c. i. submisse flebit, vt solent mœrore deiecti.

12. *Laborauit*, sc. frustra supplicans idolis. *Sancta*, i. templa. *Valebit*, sc. liberari.

13. *Ex tunc*, i. olim, sc. multo antequam eueniret.

14. *In tribus annis*, i. post tres annos, vel post paucos. *Quasi*, i. vt solent, sc. præfigi. *Super*, Chal. cum. *Multus*, 70. honorabilis.

CAPVT XVII.

1. **I***N ruina*, i. post ruinam.

3. *Adiutorium*, sc. destructa Samaria, Chald. dominium.

Erunt, q. d. peribit eorum gloria, & Israelis.

4. *Iacob*, i. Israelis, sc. capti ab Assyriis.

5. *Et erit*, &c. q. d. redigetur ad paucitatem, seu inopiam.

Restiterit, sc. relictum à messoribus. *Raphaim*, Chald. Gigantum, 70. dura.

6. *Excussio oleæ*, pro, excussa olea. *Duarum, vel trium*, pro, duæ, vel tres, &c. *Eius*, scil. manere solet.

7. *Inclinabitur*, Chald. innitetur, 70. confidet, sc. tribulatio solet ad Deum reducere.

8. *Delubra*, i. simulacra.

9. *Eius*, sc. Israel, vel Damasci. *A facie*, &c. i. cum inuaderent olim Israelitæ terram Chananæorum.

10. *Fidelem*, Ironice secundum Hieron. 70. infidelem.

Germen, 70. semen. *Alienum*, 70. infidele, s. quod fructum non reddat.

11. *In die*, &c. q. d. vbi plantaueris. *Labrusca*, sc. nascetur loco vuæ. *Et mane*, &c. q. d. etiam si cito floreat, at tempore messis nihil erit.

In die hæreditatis, i. adueniente tempore possidendi. *Dolebit*, sc. spe sua frustratus.

12. *Populorum*, sc. Assyriorum. Mira in Prophetis transitio ad alia, & frequentissima; quod diligenter aduertendum.

13. *Increpabit*, sc. Deus, 70. exterminabit. *Turbo*, Chald. rota, 70. puluis rotæ.

14. *Nos*, sc. Dei populum.

CAPVT XVIII.

1. **T***Erra*, sc. Ægypto. *Cymbalo alarum*, i. quæ cymbalis, i. cymbis, seu nauibus alatis vtitur. alas vocat vela. *Flumina*, pro, flumen, sc. Nilum. *Æthiopia*, sc. ex Æthiopia fluit Nilus.

2. *Vasis papyri*, i. nauibus ex papyro, quod iunci est genus quoddam, 70. epistolas papyraceas verterunt.

Ite: vox mittentium nuncios, vel Prophetæ per Ironiam: q. d. ita sane Nuntij, nihil enim proficietis.

Ad gentem conuulsam, &c. Chaldæus ad populum vim patientem, & direptum, olimque, & deinceps potentem, 70. ad gentem excelsam, & populum peregrinum, & durum. Quidam putant Iudæos significari, ad quos missa sit legatio Ægyptiorum. Alij gentes ad Christi fidem vocatas. Forte significatur gens aliqua, à qua petierunt auxilium Ægyptij, vel cui promiserunt. Plane difficiles intellectu Prophetæ. *Postquam non est alius*, q. d. habitantem in extremis terris, vel cui nullus comparandus, solus enim Deum colit, vt ad Iudæos referatur.

Expectantem, sc. auxilium. Chald. oppressam, 70. sine spe. *Flumina*, Chald. populi.

3. *Signum*, i. vexillum, sc. Assyriorum. Quidam crucis intelligunt, & tubam prædicationis Euangelicæ.

4. *Ego quiescam*, &c. Chald. quiescere faciam populum meum, & benefaciam, & consolabor sicut, &c. 70 securitas erit in mea ciuitate, sicut, &c. *Loco meo*, sc. cælo.

5. *Ante messem*, &c. q. d. Ægyptij florebant, & velut messem magnam promittebant, sed sunt per Assyrios excisi.

Immatura perfectio, i quod non erat ad maturitatem seu perfectionem peruenturum loquitur de fructu, sed metaphoricè, intelligens homines. *Falcibus*, i. Assyriorum armis.

6. *Et relinquentur*, &c. Describitur Ægyptiorum vastatio.

7. *In tempore illo*, q. d. post ea, quæ dicta sunt.

A populo,

A populo, &c. vide supr. *Ad locum*, pro, nempe ad locum. *Nominis* id est, vbi inuocatur nomen. *Montem Sion*, i. Ecclesiam, vel Ierusalem.

CAPVT XIX.

1. *AScendet*, &c. q. d. se manifestabit. Solebat enim Deus in nube se ostendere, Chald. reuelabitur in nube gloriæ suæ. *Ingredietur*, loquitur de Deo, more humano. *Commouebuntur*, Chaldæus, conterentur.

Cor Ægypti, pro, cor Ægyptij cuiusque.

2. *Concurrere*, &c. quasi dicat, faciam inter ipsos dissensionem.

3. *Dirumpetur*, Chald. tabescet, 70. conturbabitur. *Spiritus*, i. sapientia, vel vita.

4. *Rex*, sc. Assyrius.

5. *Arescet*, &c. exaggeratio calamitatis, q. d. destituentur prorsus.

6. *Aggerum* i. inter aggeres fluentes.

7. *A fonte*, q. d. desinente fonte aquam mittere.

8. *Emarcescent*, 70. lugebunt.

9. *Subtilia*, Chald. retia, 70. byssum.

10. *Flaccentia*, i. deficientia. *Omnes*, scilicet, confundentur.

11. *Diceris*, pro, dicitis, scil. vestrum quisque. *Filius regum*, Chald. & tu filius regum.

13. *Taneos*, Metropolis Ægypti, vbi Moses signa fecit. *Angulum*, i. firmamentum, & decus, Chald. Principes, 70. tribus.

14. *Miscuit*, i. propinauit, vt solet vinum. Vide supra cap. 5. *Vertiginis*, Chald. & 70. erroris.

15. *Et non erit*, &c. Chald. & non erit Ægyptiis Rex qui regnet, nec Princeps, nec Satrapa, nec præfectus, nec dominator. *Caput & caudam*, i. principes, & plebeios.

Incuruantem & refrenantem, scil. per imperium subditos, 70. principium, & finem.

16. *Quasi mulieres*, Chald. infirmi, sicut mulieres.

17. *Terra Iuda Ægypto*, 70. terræ Iudæ Ægyptus, scil. Timebunt Iudæi videntes tam seuere punitos Ægyptios: secundum nostram lectionem significatur dominium fidelium, seu fidei super gentiles, idque maximo pauore, i. admiratione super Dei consilio de humana salute.

18. *Quinque*, sc. præcipuè. *Chanaan*, i. Iudaica, sc. fidelium verum Deum confitentium. *Ciuitas solis*, sc. Heliopolis. *Vocabitur vna*, i. erit vna ex illis.

19. *Altare*, plane indicatur noua lex, nam vetus non permittebat altare extra Ierusalem. *Titulus*, i. columna, sc. erecta ad honorem Christi, vel statua.

20. *Saluatorem*, sc. Iesum.

23. *Assur*, pro, cum Assur, sc. Deo, vel Assyriis. q. d. alij aliis erunt fideles gentiles subiecti, sc. est ordo in Ecclesia.

24. *Tertius*, sc. in fidei receptione. *Benedictio*, 70. benedictus.

25. *Cui*, sc. terræ, vel Israeli. *Hæreditas autem*, Hebr. Chald. & 70. hæreditas sc. etiam est.

CAPVT XX.

1. *SArgon*, qui & Sennacherib.

2. *In manu Isaiæ*, 70. ad Isaiam. *Vadens*, sc. triduo. *Nudus*, id est, sacco illo, quo erat indutus, spoliatus.

3. *Trium annorum*, sc. calamitatis.

4. *Minauit*, i. ducet. *Captiuitatem*, i. captiuos. *Natibus*, Chald. pudendis.

5. *Timebunt*, scilicet, Israelitæ, vel Ægypti, secundum 70.

Ab Æthiopia, &c. quasi dicat, quod confiderint in auxilio Æthiopum, & Ægyptiorum.

6. *Insulæ*, i. Iudææ, quæ mari cingitur, & lacu, vel Ægypti, quæ inter duo maria. *Nos*. Hinc apparet potius de Iudæis intelligendum. Ægyptij enim captiui ducti.

CAPVT XXI.

1. *DEserti maris*, i. Chaldæorum, vel Persarum, & Medorum venientium contra Chaldæos, Chaldæus, exercitus venientis à deserto vt aquæ maris. *Venit*, sc. exercitus contra Babylonem.

2. *Qui incredulus*, &c. Chald. violenti violentiam inferunt, & direptores diripiunt, 70. præuaricans præuaricatur, iniquus inique egit. *Elam*, id est, Persa. Elam enim in Persia. *Obside*, sc. Babylonem. *Eius* i. Babylonis, scil. quem à se afflictis exprimebat, Chald. omnes, qui gemebant à facie Regis Babylonis quiescere feci, sc. illo interempto.

3. *Propterea*, &c. vox Chaldæi.

4. *Miraculum*, Chald. interitum, 70. timorem.

5. *Pone mensam*, quasi dicat epulare sane, ô Rex, seu Chaldæe.

6. *Vade*, sc. ô Chaldæe. vel ô Isaia, vt pertineat id etiam ad visionem.

7. *Currum*, 70. ascensorem. *Duorum equitum*, Chald, & duos equites, 70. duos equites, i. duo equitum genera, scil. super asinos, & camelos.

8. *Clamauit*, sc. speculator. *Leo*, i. Darius, sc. aduenit, Chaldæus, sicut leo, scilicet, exercitus, vel ego sum, &c.

9. *Biga equitum*, pro, nempe duo equitum genera. *Respondit*, sc. speculator.

10. *Tritura*, &c. alloquitur Babylonem, vel Ierosolymam. Vocat autem Trituram, & filiam, seu vt alij legunt, filium, vel filios trituræ ob calamitates, quibus attrita.

11. *Duma*, 70. Idumææ. *Ad me clamat*, pro, audio clamorem. *Quid*, scilicet, vidisti, aut sensisti de hostibus?

12. *Dixit custos venit mane*, &c. q. d. & mane & nocte quærite, & quoties vultis euntes, & recurrentes, actum est de vobis, Chald. dixit Propheta, est merces iustis, & est vindicta impiis, si conuertimini, dum potestis conuerti.

13. *In saltu*, scil. fugientes. *Dodanim*, Chald. Dan. 70. Dedan nomen loci, vel populi.

14. *Sitienti*, sc. Arabi, in fuga.

16. *In vno anno*, i. post annum vnum elapsum. vel, post breue tempus *Mercenarij*, sc. cui certum tempus præfigitur. *Cedar*. Regio est Arabiæ, Chaldæus, Arabum.

CAPVT XXII.

1. *VAllis*, &c. Chald. prophetiæ super ciuitate, quæ habitat in valle, sc. Ierusalem, quæ valle circumdata. *Visionis*, i. prophetiæ.

2. *Gladio*, sub. sed fame.

3. *Procul fugerunt*, pro, cum procul fugissent, sc. deinde capti.

4. *Filiæ*, Chald. cœtus.

5. *Domino* 70. à Domino. Chald. coram Domino. *Scrutans*, sc. hostis. *Montem*, i. Ierusalem, vel prope, sc. stat hostis.

6. *Elam*, i. Persa. *Equitis*, i. equitantis, sc. super currum. *Parietem*, i. murum.

8. *Operimentum*, 70 portæ. *Videbis*, i. inspicies, sc. an inde possis iuuari. *Domus saltus*, sc. quam fecit Salomon. Vide 3. Reg. 7.

9. *Congregastis*, pro, congregabitis, sci. ad bibendum in obsidione.

10. *Domos*, sc. minus necessarias, vt dirueretis ad muri refectionem. *Numerastis*, præterita pro futuris.

11. *Aquam*, sc. excipiendam. *Piscina*, iunge cum, muros. *Qui fecerat*, sc. Deum omnium auctorem.

Eam, scil. aquam, vel Ierusalem. *De longe*, i. iam olim, iunge cum, operatorem. *Vidistis*, i. considerastis.

12. *Caluitium*, i. euulsionem capillorum, vel rasuram, qua vtebantur in mœstitia Iudæi, 70. rasurā.

Ad cingulum sacci, Chald. ad cingendum saccos, q. d. ad induendos & cingendos.

13. *Cras*, i. cito.

14. *Donec*, q. d. puniam, donec. *Moriamini*, Chal. moriamini morte secunda.

15. *Tabernaculo*, 70. pastophorio, i. cubiculo prope templum.

16. *Tu*, s. agis? *Quasi quis*, Chald. & 70. quid tibi est? *Tibi hic*, i. in terra hac. *Tabernaculum*, sc. vbi post mortem habites.

17. *Subleuabit*, i. auferet.

18. *Coronans coronabit*, i. cingens cinget. *Erit*, sc. ad nihilum redactus, vel ignominia, vt statim additur. *Ignominia*, Chal. in ignominiam. Alij, ô ignominia. fuit enim is proditor domini sui, sc. Regis.

22. *Clauem*, &c. q. d. auctoritatem in aula regia. *Super humerum*, Chal. in manu.

23. *Paxillum*, pro, velut paxillum, sc. firmiter. Chal. præpositum, 70. Principem. *Fideli*, i. firmo. *Erit in solium*, &c. q. d. nobilitabit paternam domum.

24. *Suspendent*, perstat in metaphora paxilli, vnde pendent aliqua. *Vasorum*, i. instrumentorum templi.

25. *Paxillus*, sc. Sobna. Vide cap. 36.

CAPVT XXIII.

1. *MAris*, Hebr. Tharsis, 70. Carthaginis, q. d. lugeant negotiatores. *Venite*, s. onustæ mercibus, *Cethim*, i. Græcia, vel Italia, vel Cypro. *Reuelatum est*, sc. esse destructam Tyrum. *Eis*, sc. negotiatoribus.

2. *Tacete*, sc. præ tristitia. *Insula*. Tyrus olim Insula erat. *Negotiatio*, pro, negotiatores. *Repleuerunt*, sc. opibus, vel mercibus.

3. *Nili*, sub. iacitur, q. d. in irrigua terra. *Fluminis*, i. ex irrigatione Nili. *Facta*, s. Ægyptus aduecto frumento. *Gentium*, adeoque Tyri.

4. *Sidon*, sc. vnde Tyrij prodierunt, adeoque debueras defendere. *Mare*, i. Tyrus, quæ in mari.

Non parturiui, pro, vtinam nunquam parturissem, & sic in sequentibus.

6. *Insula*, i Tyro.

7. *Nunquid*, &c. vox condolentis, & Tyrios alloquentis. *Longe*, sc. in Chaldæam.

8. *Coronatam*, q. d. velut Reginam vrbium finitimarum,

9. *Gloria*, sc. Tyri. *Terræ*, sc. Tyriorum.

10. *Transi*, &c. q. d. fuge aduentantem hostem.

Quasi fluuium, i. cito, Chald. migra de terra tua, quasi aquæ fluminis. *Cingulum*, i. fortitudo militum. olim milites accincti balteis.

11. *Extendit*, sc. Deus. *Chanaam* Tyri Chananæi erant vnde in Euangelio. Chananæa dicitur mulier Syrophænissa.

12. *Calumniam sustinens*, i. oppressa, scil. nunc ab hostibus, Chald. & 70. iniuriam facere solita *Virgo*. sic vocantur in Prophetis Regna, quod custodiantur, vt solent virgines. *Filia* sic dicitur Tyrus, quod ex Sidone orta, sc. Sidoniorum Colonia. *Consurgens*, &c. pro, si consurgens transfretes.

13. *Talis*, i. similis Chaldæis, sc. gloria, & diuitiis. *In captiuitatem*, &c. q. d. & tamen victus est, cum tantus esset.

15. *Sicut dies Regis*, i. quantum solet viuere homo, etiamsi Rex sit.

Meretricis, q. d. incipiet ad se allicere negociatores, vt solet meretrix cantu amatores.

16. *Sume*, &c. descriptio morum meretricum.

17. *Fornicabitur*, i. quæstum faciet negociando. perstat in metaphora meretricis, 70. erit emporium.

18. *Sanctificata*, i. consecratæ, sc. per eleemosynam post conuersionem ad fidem.

Non condentur, &c. sc. in pauperes distribuentur. *Habitauerunt*, pro, habitant, Chald. ministrant. *Erit*, i. seruiet.

Vsque ad vetustatem, sc. vestibus, quæ diu durent, vel vsque ad senectutem, i. tota vita.

CAPVT XXIV.

1. *TErram*, 70. totum terrarum orbem. Quidam tamen Iudæam intelligunt. *Nudabit*, sc. habitatoribus.

2. *Populus*, sc. afflictus.

Fænerator, i. mutuum dans.

3. *Prædabitur*, sc. à Domino.

4. *Luxit*, &c. præterita pro futuris. *Defluxit*, Chald. desolata est.

Infirmata, i. viribus destituta, Chald. deserta est. *Altitudo*, Chald. fortitudo.

5. *Infecta*, sc. peccatis, Chal. & 70. peccauit. *Ab*, Chal. sub, 70. propter.

Ius, i. Dei præcepta. *Sempiternum*, i. perpetuo eis obseruandum.

6. *Maledictio*, i. calamitas. *Et peccabunt*, Chald. & desolati sunt, 70. quia peccauerunt.

Insanient, Chald. consumpti, sunt, 70. pauperes erunt.

7. *Luxit*, sc. vino deficiente.

10. *Ciuitas vanitatis*, i. mundus.

11. *Vino*, sc. deficiente.

13. *Hæc erunt*, Chal. relinquentur soli iusti. *Excutiantur*, Chal. post excussionem.

14. *Hi*, scilicet, pauci reliqui. *Hinnient*, id est, vocem tollent.

Mari, i. insulis, vel mundo.

15. *Doctrinis*, q. d. docti fidem. Chald. lumine.

16. *Laudes*, 70. miracula. *Gloriam*, pro, nempe gloriam. *Iusti*, sc. Christi.

Secretum, &c. q. d. mysterium id magnum est, paucisque notum. Chal. secretum, præmium iustorum monstratum, secretum, vindicta impiorum reuelata est mihi. Væ eis qui vim faciunt.

Væ mihi preuaricantes, 70. væ præuaricatoribus. *Præuaricantes*, sc. Iudæi, vel impij.

18. *A voce formidinis*, i. propter timorem.

Cadet, &c. per hæc significatur nullum euasurum.

Cataracta, 70. fenestræ.

21. *Illa*, sc. iudicij. *Visitabit*, sc. puniens.

Militiam, &c. i. excelsos quosque vel dæmones, qui olim Angeli.

22. *In congregatione*, i. instar.

Lacum, sc. inferni.

Visitabuntur, s. die iudicij, antea illic inclusi, nam corpore etiam deinde punientur, vel q. d. quantocunque tempore in inferno manserint, semper tamen punientur, nullaque erit supplicij leuatio.

23. *Luna*, & *Sol*, Chal. cultores Lunæ, & Solis. *Ierusalem*, sc. cœlesti.

CAPVT XXV.

1. *Cogitationes*, Chald. & 70. consilia. *Fideles amen*, i. omnino veras, Chaldæus, opere confirmatas, quasi dicat, olim promissa præstitisti, 70. veræ fiant, id est, confirmentur opere, seu exhibitione.

2. *Posuisti in tumultum*, i. diruisti. *Vrbem*, scil. Ierusalem alienorum, scilicet, a te, per iniquitatem Iudæorum, vel Romanorum, nam facta est Ierusalem arx Romanorum. *Non ædificetur*, sc. splendore antiquo. vel loquitur de Mundi destructione in die iudicij.

3. *Fortis*, sc. fide & operibus, 70. pauper. *Gentium*, scil. ad fidem conuersarum.

4. *Turbine*, i. oppressione. *Æstu*, i. afflictione. *Robustorum*, scilicet, opprimentium pauperes, & debiles.

5. *Siti*, i. loco arido, sc. deprehensos torquet.

6. *Isto*, scilicet, Ierusalem post Christi aduentum. potest & de cœlesti intelligi beatitudine. *Conuiuium*, &c. Metaphorica descriptio spiritualium deliciarum.

7. *Faciem vinculi*, i. iniecta vincula, scil. errorum, & peccatorum. *Orditus est*, sc. diabolus.

8. *Præcipitabit mortem in sempiternum*, 70. absorbuit præualens mors pro, absorpta est, vt Paulus citat 1. Cor. 15. quamquam Paulus videtur secutus Hebr. quæ verti possunt, absorbuit mortem, vincendo. possunt & 70. sic intelligi, Christi mors præualens absorbuit, sc. mortem hominibus debitam. *Opprobrium*, sc. quo laborat apud infideles, quasi erraret fide; vel seruitutem diaboli.

9. *Dicet*, sc. populus fidelis. *Iste*, sc. Christus. *Sustinuimus*, i. expectauimus. *Salutari*. i. salute, vel saluatore, sc. Iesu.

10. *Moab*, i. mundus seu diabolus, sc. delebuntur errores & peccata. *in*, pro, sub. *Plaustro*, i. tribula seu traha.

11. *Sub eo*, Hebr. in medio eius, Chald. inter eos. *Sicut extendit*, &c. q. d. porrecta vtraque manu puniet. *Manum eius*, i. suarum.

12. *Tuorum*, i. ô Moab.

CAPVT XXVI.

1. *De illa*, sc. tempore Euangelij. *Cantabitur*, sc. à fidelibus. *Saluator*, sc. est, q. d. Christus est fortitudo nostra. Chald. & 70. salus. *Ponetur*, &c. q. d. erunt tutissimi fideles in Ecclesia.

2. *Portas*, scil. Ecclesiæ, vel cæli. *Veritatem*, scil. Euangelium.

4. *In sæculis*, &c. pro, in sæcula æterna, i. in perpetuum, potest autem coniungi cum, sperastis, vel cum, Domino.

5. *Habitantes*, &c. id est, superbos, vel Ierosolymitanos.

Ciuitatem, scilicet, Ierusalem, vel Romam, vel mundum.

6. *Conculcabit*, i. subiiciet, vel contemnet. *Pauperis*, sc. Christi, & Apostolorum.

8. *In semita*, &c. q. d. dum nos punis, vel in rectitudine, seu iustitia. *Sustinuimus*, i. expectauimus, scil. vt opem ferres, seu liberares. *Memoriale tuum*, i. tui memoria, vel tuam nostri memoriam. *In desiderio animæ*, pro, desiderauimus.

9. *Desiderauit*, 70. consurgit ad. *Te*, Chaldæus, orare te.

Cum feceris, &c. i. cum punieris peccatores, 70. quia lux præcepta tua super terram.

10. *Misereamur*, sc. expectando ad pœnitentiam. vox Dei.

In terra sanctorum, &c. quasi dicat habitans inter iustos, 70. tollatur impius, ne videat gloriam Domini.

11. *Exaltetur*, &c. quasi dicat, ostende tuam potentiam, vel puni. *Non videant*, scil. ad salutem, sed confusionem.

Zelantes, i. inuidentes, scil. Iudæi saluti gentium. vel zelantes non secundum scientiam.

13. *Possederunt*, &c. 70. posside nos Domine, extra te alium non scimus, inuocamus nomen tuum. *Domini*, scilicet, Dæmon, Mundus, & Caro. *In te*, scil. confidimus.

14. *Morientes*, scilicet, in peccatis. *Viuunt*, pro, viuent, scil. cum iustis. *Gigantes*, i. tyranni, seu oppressiores aliorum.

Resurgant, pro, resurgent, scil. ad vitam æternam, Vide Psalm. 1.

15. *Indulsisti*, sc. remittendo peccata, vel non puniendo. *Glorificatus es*, sc. ab ingratis. *Elongasti*, i. produxisti, q. d. dilatasti ecclesiam.

16. *Murmuris*, i. ingemiscente, Chald. tacite, 70. parua. *Eis*, scil. adhibetur, vel prodest.

17. *A facie tua*, Chald. quia peccauimus coram te, 70 propter timorem tuum.

18. *Salutes*, id est, opera salutis. *Ceciderunt*, i. Deo se humiliauerunt, vel, ideo à nobis superari non potuerunt.

19. *Tui*, i. propter te vel in gratia tua. *Mei*, vox Dei.

Puluere, id est, humilitate, vel q. d. sepulti. *Lucis*, id est, matutinus, 70. sanitatis ipsis est. *Ros tuus*, i. gratia, vel auxilium. *Gigantum*, i. improborum, seu violentorum.

20. *Cubicula*, i. sepulcra, Hieron. epistol. 61. & Tertul. lib. de resurr. car. *Indignatio*. sc. Dei. vide locum similem Iob. 14.

21. *Egreditur*, scilicet, ad puniendum, q. d. manifestabit suam potentiam. *Reuelabit*, id est, manifestabit. *Sanguinem*, &c. Chald. sanguinem innocentem super se effusum, q. d. apparebunt peccatores, & punientur à Deo.

CAPVT XXVII.

1. *Gladio*, i. potentia, vel verbo. *Leuiathan*, 70. draconem, sc. diabolum. *Vectem*, Not. dici Leuiathan, quia in mundo, velut in mari cete, discurrit, serpentem, ob venenum, & astutiam, vectem ob vastitatem; tortuosum, ob fraudes. Factum vero quod hic dicitur, per Christum.

2. *Vinea meri*, i. ecclesia, in qua vinum gratiæ lætificans cor. *Cantabit ei*, sc. laudem Deo, Hebr. tamen [ei] est fœmineum, q. d. de ea, i. de se.

3. *Propinabo*, sc. gratiam, & auxilium porrigam. *Visitetur*, sc. ab hostibus, vel à me puniatur.

4. *Non*, pro, nonne, vel quasi dicat, non soleo irasci, nisi peccatores occasionem dent. *Quis dabit*, &c. quasi dicat, meretur quidem vinea punitionem ob peccata.

In prælio, i. velut prœliantem.

5. *Tenebit*, sc. conuersa faciet, ne percutiam.

6. *Egrediuntur*, sc. Apostoli. *Impetu*, sc. spiritus. *Iacob*, i. Israelitis. *Semine*, sc. verbi Dei.

7. *Se*, i. Deum, sc. in suis. *Percussit*, sc. Deus. *Eum*, scilicet, populum Iudæorum, quasi dicat, nunquid eos puniuit, vt merebantur eorum peccata, quibus Deum offenderant, Christum occidendo, & sanctos?

Occidit, sc. populus Iudaicus. *Interfectos eius*, i. propter Deum occisos, sc. martyres.

8. *In mensura*, &c. quasi dicat, erit cum puniet Deus illum pro ratione peccatorum, sc. respondente pœnarum

pœnarum mensura, mensuræ culpæ. *Abiecta*, sc. prorsus à Deo vinea, i. Iudæi.

Meditatus est, sc. Deus. *Per diem æstus*, i. tempore punitionis, sc. à se faciendæ.

9. *Idcirco redit ad illud*, *Qui egrediuntur*, &c. *Super hoc*, Hebr. & Chald. in hoc, sc. per prædicationem Euangelij, & Dei gratiam. *Cum posuerit*, &c. q. d. cum Idololatriam, & errores deleuerit.

10. *Ciuitas*, sc. Ierusalem. *Relinquetur*, i. deseretur.

Summitates, i. ramos, sc. virgultorum nascentium destructa ciuitate.

11. *In siccitate*, &c. q. d. in penuria, & vastitate affligentur fœminæ, videntes eos adeo stultos, vt à fœminis possint doceri. Quidam tamen, conterentur, ad ipsos referunt, sed Hebr. est fœmineum. Alij legunt, conteretur, sc. messis.

12. *Fluminis*, Chal. Euphratis. *Torrentem Ægypti*, 70. Rhinocoluram, est id nomen oppidi, vbi torrens eodem nomine diuidit Palestinam ab Ægypto.

Vnus, & vnus, i. singuli, seu sigillatim, vel ordine quisque, vel pauci.

13. *Tuba*, sc. prædicationis Euangelicæ.

Assyriorum, &c. Per Assyrios & Ægyptios intelliguntur Gentiles. *Monte*, sc. Ecclesia.

CAPVT XXVIII.

1. *Corona superbiæ*, i. regno superbo, sc. Israel. *Vertice*, Hebr. & 70. capite, i. principio. *Errantes à vino*, i. præ ebrietate, 70. ebrij absque vino.

2. *Dominus*, 70. furor Domini. *Turbo*, pro, sicut turbo.

3. *Pedibus*, sc. Assyriorum. *Ebriorum*, Chald. insipientis principis.

4. *Temporaneum*, i. præcoqui fructus, 70. præcox ficus.

Maturitatem, sc. aliorum fructuum. *Deuorabit*, sub sic Assyrij Israelem.

5. *Dominus*, Chald. Christus Domini.

6. *Spiritus iudicij*, i. donum bene iudicandi sc. à Domino dabitur, Chald. in verbum veritatis, scil. erit Christus.

Sedenti, sc. iudici vel Regi. Quidam Ezechiam intelligunt. *Ad portam*, Chald. in domum suam. Quidam Ierusalem intelligunt, Assyriis ab Angelo occisis.

7. *Verum*, &c. Redit ad eos, de quibus dixit supra. Notandum id in Prophetis, quod sæpe velut interposita longa parenthesi, ad superiora redeunt, ita fiunt difficillimi intellectu. Quidam tamen id, vt & proxime dicta ad duas tribus referunt. *Hi*, i. Sacerdos, & Propheta, q. d. non solum populus. *Præ vino*, i. vt solent ebrij.

Videntem, sc. omnia Deum.

8. *Locus*, sc. vacuus sordibus, i. peccatis.

9. *Docebit*, sc. Deus. *Auditum*, i. disciplinam, quæ audiendo percipitur. *Lacte*, i. deliciis, seu vita imperfecta.

10. *Quia*, sc. dicunt isti non credentes Dei verbis.

Manda. &c. q. d. toties promittit, & nunquam præstat quamdiu expectabimus? *Modicum ibi*, 70. adhuc parum, q. d. promittit paulo post se præstiturum, & nunquam præstat.

11. *In loquela*, &c. q. d. Ita non intelligunt, ac si Deus cum illis peregrino sermone loqueretur, aut labiis male proferentibus.

12. *Cui dixit*, i. cum tamen ei aperte dixerit.

13. *Et erit*, &c. q. d. contemnent, & dicent more suo. Manda, &c. *Capiantur*, sc. ab hostibus, vel diaboli queis, vel Dei punitione.

15. *Fœdus*, q. d. non timemus mortem. *Mendacium*, non ita illi dicunt, sed ita interpretatur Propheta, sc. fallacem esse illorum spem.

16. *Idcirco*, continuatiua particula, non causatiua, q. d. attamen. *Sion*, i. Ecclesiæ. *Lapidem*, sc. Christum. *Probatum*, 70. electum. *Angularem*, sc. Iudæos, & Gentiles copulantem. *Fundatum*, i. positum firmiter, vt totum pondus sustineat. *Non festinet*. sc. volens statim exhiberi, sed expectet patienter, 70. non confundetur.

17. *In pondere*, i. moderatum, seu rectum.

Grando, sc. Euangelij vis, vt Romanus exercitus, vel Dei punitio. *Mendacij*, i. fallacem. *Protectionem*, sc. istorum mendacem. *Aqua*, sc. doctrinæ Euangelicæ, vel milites Romani, vel Dei vindicta. *Inundabunt*, i. subuertent.

18. *Inundans*, i. vehemens, & subuertens.

19. *Mane*, &c. q. d. per totum diem & noctem, sc. assidue.

20. *Coangustatum*, &c. q. d. redigemini, Deo puniente, in maximas angustias.

21. *Diuisionum*, Hebr. perazim. Alludit autem ad victoriam, de qua 2. Reg. 5. *Sic*, pro, sicut. *Gabaon*. Vide Ios. 10. *Opus suum*, i. iustitiam, seu punitionem.

Alienum, &c. q. d. non proprium Dei punire, sed misereri, & parcere, illud velut ab eo alienum.

22. *Constringantur*, &c. q. d. durius puniamini.

Consummationem, i. consumptionem, seu destructionem.

Abbreuiationem, q. d. eamque breui futuram.

24. *Nunquid tota*, &c. significat Deum more agricolæ, omnia facere propter fructum, idque accommodatissime, sc. debitis modis, etsi variis, homines tractantem.

25. *Gith*, Genus est seminis calidi, & nigri. Vnde Græc. μελάνθιον, vulgo nigella.

26. *Iudicio*, i. sapienter agere.

27. *Serris*, i. dentata tribula.

28. *Panis*, Chald. frumentum, sc. tritici grana.

Comminuetur, sc. mola. *Comminuet eum*, sub. sed faciet tandem panem, quem comedat.

29. *Et hoc*, &c. q. d. hunc agendi modum Deus docuit homines, & ipse seruat in operibus suis mirabili consilio, & iustitia.

Iustitiam, Chald. sapientiam.

CAPVT XXIX.

1. *Ariel*, Chald. altare. Quidam templum intelligunt, vel Ierusalem, quæ dicitur Ariel, i. Leo Dei, ob fortitudinem, vel principatum.

Ciuitas, Chald. constructum in ciuitate. *Expugnauit*. Vide 1. Par. 11. *Additus est*, &c. q. d. post aliquot annos cessabunt festi dies.

2. *Circumuallabo*, i. obsidebo, sc. per Assyrios, vel Romanos.

Quasi Ariel, i. vt leo, circa quem multa cadauera, Chald. vt altare circumdatum sanguine victimarum.

3. *Quasi sphæram*, i. vndique.

4. *De terra*, sc. deiecta, seu prostrata. *Quasi Pythonis*, i. submissa.

5. *Sicut puluis*, &c. i. innumera. *Ventilantium*, sc. hostium. *Pertransiens*, sc. velociter. *Praualuerunt*. pro præualebunt.

6. *Visitabitur*, i. punietur, sc. ciuitas.

7. *Sicut somnium*, &c. q. d. non diu lætabuntur victores.

9. *Obstupescite*, scilicet, ô Iudæi increduli, q. d. ô stupidi, fluctuantes, & ebrij, Deo sic vos ob peccata puniente.

10. *Miscuit*, scil. vt solet qui potum temperat & propinat. quanquam etiam miscere propinare significat. vide suprà cap. 19. Chald. immitit in vos, 70. potauit vos.

Soporis, Chald. erroris, 70. compunctionis, id est, pertinaciæ in malo defixæ, vt Græci interpretantur. *Operiet*, id est, faciet, ne intelligantur aut vt errent, permittet.

13. *Appropinquat*, sc. mihi. *Et timuerunt*, &c. 70. frustra autem colunt me docentes præcepta hominum, & doctrinas. *Mandato hominum*, i. iuxta hominum traditiones peruersas. Vide Matth. 15.

14. *Admirationem*, Chald. percussionem.

Peribit,&c.70.perdam sapientiam sapientum.

15. *Abscondatis*, i. abscondi putetis.

16. *Non intelligis*, 70. non sapienter me fecisti, Chald. non intelligis me.

17. *Libanus in Carmel*, i. alta deprimentur, vel steriles Gentiles fertiles fient. *Et Carmel*, id est, ager fertilis, scilicet, olim Iudæi. *In saltum*, sc. infrugiferum, q.d. steriles fient.

19. *Addent*, i. augebunt.

20. *Praualebat*, scil. diabolus. *Consummatus est*, Chald. consumptus est, 70. periit. *Illusor*, sc. deceptor diabolus, Chald. deprædator, 70. superbus. *Super iniquitatem*, i. vt inique agerent.

21. *In porta*, i. publice, vel in iudicio, quod olim ad ciuitatis portam fiebat. *Frustra*, i. sine causa.

22. *Redemit*, id est, eripuit, scilicet, à Chaldæis vel idololatria.

Modo, i. nunc Chald. posthac.

23. *Sed*, sc. lætabitur.

24. *Mussitatores*, i. susurrones, sc. Iudæi contra Deum soliti murmurare.

CAPVT XXX.

1. DEsertores, Chald. transgressores, 70. apostatæ. *Ex me*, Chald. ex verbo meo, 70. per me, i. iuxta meam voluntatem.

2. *Os meum*, Chald. verba Prophetarum meorum. 70. me. *Vmbra*, i. protectione.

4. *Principes*, sc. legati. *Tani*, Hebr. Zoan, seu Tsoan, est enim צ prima litera. ciuitas est Ægypti, itemque Hanes, quæ Hebr. Chanes. per ח.

6. *Onus*, &c. q. d. onusta duxerunt, iumenta ad Austrum i. Ægyptum. *In terra*, &c. q.d. transierunt per desertum, vbi magna rerum inopia. *Ex eis*, pro, in eis, scilicet locis degunt. 70. inde. *Portantes*, sc. legati per ea loca transibunt. *Diuitias*, scilicet, munera ad Regem Ægypti.

7. *Superbia*, 70. vana consolatio. *Quiesce*, q. d. desine petere auxilium à superbis Ægyptiis.

8. *Ingressus*, sc. ad populum. *Scribe*, sc. Prophetiam.

Buxum, id est, buxeam tabulam, scilicet, vt diu conseruetur.

Nouissimo, Chald. iudicij.

9. *Ad iracundiam prouocans*, sc. me, Chald. rebellis 70. incredulus.

10. *Videntibus*, Chald. & 70. Prophetis. *Videre*, Chald. prophetare, 70. annuntiate nobis. *Aspicientibus*, Chald. doctoribus, 70. visiones videntibus. *Aspicere*, 70. loqui, Chald. docere.

11. *Auferte à me viam*, Chald. auertite nos à via recta. *Declinate*, &c. repetitio. *Sanctus Israel*, Chal. verbum sancti Israel.

12. *Calumnia*, Chal. & 70. mendacio. *Et in tumultu*, Chald. & rapina, 70. & murmurastis. *Super eo*, sc. mendacio, &c.

13. *Et requisita*, i. dum quis quærit ibi inniti, seu saluari. *Eius*, sc. muri.

14. *Comminuetur*, sc. ciuitas, per murum significata. *Et non inuenietur*, pro, ita vt non inueniatur.

Igniculus, i. parum ignis.

15. *Si reuertamini*, &c. 70. cum conuersus ingemueris, tunc saluaberis. *Quiescatis*, id est, cessetis, sc. à peccatis.

Silentio, q.d. patientia. *Spe*, sc. in Deum.

Noluistis, sc. audire.

16. *Fugietis*, sc. hostes.

17. *Quinque*, i. paucorum. *Fugietis*, 70. fugient multi. *Montis*, scil. fixus, quem nauigantes aspiciant, vt rectum cursum teneant, sic vestræ calamitatis exemplo vitabunt pericula multi, vel in montem è naufragio eiectus.

18. *Propterea*, 70. & rursum. *Exaltabitur*, id est, glorificabitur. *Iudicij*, i. iustus, 70. *Iudex*, Chal. faciens iudicium.

Expectant, eum, Chal. sperant in salutari eius.

19. *Populus*, 70. populus sanctus. *Sion*, Chaldæus, & 70. in Sion. In 70. & *Plorabis*, scil. vt solent destituti.

Miserebitur, sc. Deus.

20. *Panem*, quasi dicat, etsi ad tempus affligor tamen non deseret, sed liberabit. *Arctum*, 70. tribulationis.

Breuem, Heb. afflictionis, q.d. cibabit, pane lacrymarum, i. tribulatione. *Auolare*, &c. q.d. nunquam deerit qui te doceat, &c. vel semper habebis Christum docentem te per scripturas, & suos ministros.

21. *Momentis*, sc. quod sequitur.

22. *Contaminabis*, id est, conuertes in vsus profanos, per hæc intelligitur errorum & peccatorum abiectio.

Egredere, q.d. Abi in malam crucem.

23. *Pluuia*, &c. per hæc intellige etiam spiritualia.

24. *Migma*, i. commistionem, sc. multorum granorum, 70. paleas mistas hordeo ventilato.

25. *Riui*, &c. quasi dicat, magna fertilitas. *Multorum*, scil hostium. *Turres*, id est, fortissimi quique, Chald. principes.

26. *Lux lunæ*, &c. q. d. erit tunc maxima lætitia. Quidam tamen id referunt ad beatorum statum, quo cœli renouandi.

27. *Nomen*, i. verbum, sc. filius. *E longinquo*, sc. è cœlo. *Furor*, sc. in hostes animæ spirituales. *Labia*, i. prædicatio. *Indignatione*, sc. contra peccata.

28. *Spiritus*, indignatio. *Gentes*, id est, Gentilium errores.

29. *Vobis*, sc. liberatis, seu redemptis.

30. *Gloriam vocis*, pro, gloriosam vocem. *In turbine*, pro, velut in turbine.

31. *Assur*. diabolus. *Virga*, sc. Dei punitione.

32. *Fundatus*, i. firmus, & fortis. *In tympanis*, &c. i. cum summa piorum lætitia. *Præcipuis*, Chal. fortibus. *Eos*, sc. hostes.

33. *Ab heri*, id est, antea, seu olim. *Tophet*, id est, infernus. Chald. gehenna. Not. Tophet, locum esse prope Ierusalem in valle Hennom, vnde gehennæ nomen (nam Ge, vallis) vbi parentes filios comburebant in honorem Idolorum. Vide Iere. 7. Significat autem in Scriptura Infernum. *Rege*, scil. Deo. *Ligna*, sc. ipsi damnati. Quidam sulphur per ligna intelligunt, de quo Apoc. 14. & 20. & 21.

CAPVT XXXI.

2. IPse, scil. Deus. *Sapiens*, Chald. in sapientia sua, 70. sapienter. *Malum*, id est, calamitatem, sc. super Iudæos.

Abstulit,

Abstulit, Chald. fecit irrita, 70. frustrabitur, q. d. puniuit, vt prædixit. *Auxilium*, &c. 70. spem illorum vanam.

3. *Inclinabit*, Chald. leuabit, 70. inducet.

4. *Prælietur*, sc. contra hostes populi sui.

5. *Volantes*, sub. & pullos suos protegentes, vel quasi dicat, cito subueniet. *Transiens*, scil. inter suos, more ducis.

8. *Non viri*, sub. sed Angeli. *Non à facie gladij*, sc. humani. Hebr. & Chald. à facie gladij, sc. Angeli. *Vectigales*, Chald. occisi, 70. victi.

9. *A terrore*, i. ob terrorem. *Cuius ignis*, &c. id est, qui colitur sacrificiis, quæ comburuntur in Sion. potest etiam ad charitatem referri, qua in Ecclesia colitur, 70. beatus qui habet semen in Sion, & domesticos in Ierusalem.

CAPVT XXXII.

1. REx, scilicet, Christus. *Principes*, scil Ecclesiæ Prælati.

2. *Vir*, i. quisque piorum, sc. tutus. *Siti*, pro, siccitate, sc. loco arido, Chald. terra sitiente, q. d. nihil iustis deerit, sc. rerum ad salutem necessariarum. *Vmbra*, pro, sicut vmbra.

4. *Stultorum*, sc antea tales gentiles ante fidem. *Plane*, i. aperte.

5. *Non vocabitur*, & 70. non dicent vltra stulto, vt princeps sit. Chaldæus, non dicentur amplius impij iusti.

Maior, Chald. fortis.

6. *Stultus enim*, &c. q. d. apparebit enim statim quis stultus sit. *Ad*, i. contra. Chald: ante.

7. *Vasa*, i. arma, seu instrumenta, Chald. opera. *Iudicio*, i. iust. vel in iudicio, sc. se defendens.

9. *Mulieres*, i. vrbes, Chald. prouinciæ. *Filiæ*, Chal. ciuitates. *Confidentes*, sc. in diuitiis & potentia.

10. *Dies & annos*, i. aliquot annos. *Consummata*, i. consumpta.

11. *Exuite*, scil. pretiosis vestibus. *Accingite*, scil. saccis.

12. *Vbera*, sc. lacte carentia.

13. *Super humum*, &c. q. d. si iustos punire soleo, quid fiet impiis.

14. *Super speluncas*, id est, ad speluncas confugientium, vt lateant. *In æternum*, Chald. ad tempus, sc. longum.

Onagrorum, sc. qui illic pascentur. *Pascua*, pro, & pascua.

15. *Effundatur*, scil. tempore Euangelij. *Spiritus*, Chaldæus, refrigeratio. *Erit desertum*, &c. vide suprà cap. 29.

16. *Solitudine*, scil. gentilitate, quæ antea sterilis, cum fuerit facta Carmel, i. fertilis.

17. *Silentium*, i. tranquillitas, Chal. & 70. quies.

19. *Grando autem*, &c. q. d. punientur iniqui. *In descensione saltus*, i. descendet in saltum, sc. in homines incultis moribus. *Ciuitas*, sc. Ierusalem.

20. *Omnes aquas*, i. loca irrigua, sc. spiritualiter. *Immittentes*, sc. eo. *Pedem*, &c. Chald boues ad calcandum, & asinos ad colligendum, sc. frumentum. Quidam per bouem Iudæum intelligunt: per asinum gentilem: quod ille fuerit sub iugo legis, hic vero sub idololatriæ stultitia.

CAPVT XXXIII.

1. QVi prædaris, alloquitur Sennacherib, vel Tyrannos.

2. *Te enim*, &c. 70. in te enim confidimus. *Brachium*, i. robur. *Mane*, i. cito, vel quotidie, Chald. omni die.

3. *Voce*, i. vi, seu strepitu. *Angeli*, sc. qui exercitum Sennacherib deleuit. *Exaltatione*, id est, sublimi potentia.

4. *Congregabuntur*, sc. à Iudæis. *Vestra*, sc. ô Assyrij. *Bruchus*, 70. locusta.

5. *Quoniam*, &c. 70. qui habitat in cœlis.

Iudicio, & iustitia, Chald. operantibus iudicium, & iustitiam.

6. *Erit fides*, i. apparebit veritas, scil. promissorum Dei, Chald. faciet Deus quod promisit. *Tuis*, sc. ô Christe. *Diuitiæ*, &c. 70. in thesauris salus nostra, illic sapientia, & scientia, & pietas in Dominum, hi sunt thesauri iustitiæ.

7. *Videntes*, scil. Iudæi aliter succedere, quam sperabant.

Foris, i. publice. *Angeli pacis*, i. legati missi ad pacem componendam cum Assyriis. *Flebunt*, sc. non impetrata pace.

8. *Pactum*, sc. de pace, quam Iudæi optabant. *Proiecit*, sc. Deus vel hostis.

Non reputauit, i. nihil fecit.

9. *Terra*, sc. Iudææ.

Confusus, sc. videns se cedris, i. ciuibus spoliatum, vel vasis. *Libanus*, scil. Ierusalem, vel templum. Vide Ezech. 17. Zach. 11. *Obsurduit*, q. d. desiit audiri cedrorum strepitus flante vento, Heb. excisus est, Chald. cuulsus est. *Saron*, Regio est Galilææ fertilissima.

10. *Exaltabor*, id est, glorificabor, scil. ostensa mea potentia.

11. *Concipietis*, sc. deliberatione. *Ardorem*, sc. iniquitatis, Chald. cogitationes impietatis. *Parietis*, sc. executione. *Stipulam*, Chald. opera mala, sc. fomenta ignis æterni. *Spiritus vester*, i. vestra consilia, 70. vana erit fortitudo spiritus vestri. *Vorabit*, i. perdet.

12. *Spinæ*, pro, vt spinæ.

14. *In Sion*, i. Ecclesiæ lumine. *Hypocritas*, Chal. impios, 70. iniquos.

15. *Veritatem*, Chald. recta. *Auaritiam*, Chald. mammonam iniquitatis. *Ex calumnia*, Complut. & calumniam, Chald. & rapinam, 70. & iniustitiam. *Sanguinem*, Chald. effundentes sanguinem innocentem, 70. iudicium sanguinis, scil. iniquum. *Malum*, 70. iniquitatem, Chaldæus, operantes iniquitatem.

16. *Munimenta*, &c. q. d. & loco tutissimo. *Panis*, Chald. cibus sufficiens. *Fideles*, i. non deficientes, Chald. permanentes.

17. *Regem*, id est, Deum in cœlo, vel in terra Christum.

Terram de longe, sc. cœlestem hæreditatem hinc longe distantem, vel è cœlo terram, Chald. descendentes in terram Gehennæ.

18. *Timorem*, i. res timorem incutientes.

Vbi est, &c. q. d. requires qui te doceat, in magna Doctorum penuria, vel, quis te sapientiam præter Deum poterit docere, & ducere tuto, aut liberare? vel, vbi Philosophorum dogmata falsa post lucem Euangelij? Vide 1. Corinth. 1. vbi Paulus hæc ad mundanam sapientiam refert.

19. *Videbis*, sc. tempore gratiæ. *Alti*, i. profundi, & obscuri. *In quo*, &c. scil. in gentilium eloquentia parum est sapientiæ.

20. *Sion*, i. Ecclesiam, vel, ô Ecclesia. *Ierusalem*, sc. cœlestem. *Claui*. His solent alligari funes tentoriorum, 70. paxilli.

21. *Ibi*, sc. in Ecclesia. *Nauis*, sc. hostium.

23. *Tui*, sc. hostis. *Dilatare signum*, Chald. velum extendere.

24. *Nec dicet*, &c. quasi dicat omnes erunt fortes spiritu.

CAPVT XXXIV.

1. *PLenitudo*. id est, quidquid in ea est, 70. habitantes in ea. *Germen*, Chald. habitatores, 70. populus.

2. *Militiam*, i. exercitum, sc. multitudinem, 70. numerum. *Interfecit*, &c. præt. pro futuris.

3. *Tabescent*, 70. rigabuntur.

4. *Tabescet*, &c. hyperbole, qua significatur magna calamitas, & forte dies iudicij, quo vel cœli possent præ Dei indignatione dissolui. *Militia*. 70. stellæ

Sicut liber, i. volumen membranæ, quo solent Iudæi vti complicaturque in orbem. *Defluet*, 70. cadet. Vide Matth. 24.

5. *Inebriatus*, sc. sanguine, vel furore. *Gladius*, i. vltio. *Interfectionis meæ*, i. à me interficiendum, 70. perditionis, Chald. quem condemnaui. *Ad iudicium*, Chald. in iudicio, 70. cum iudicio.

6. *Repletus*, explicatio superiorum. *Agnorum*, i. plebis. *Hircorum*, i. principum. *Arietum*, i. potentum, & diuitum. *Victima*, i. cædes. *Bosra*, vrbs est primaria in Idumæa, videtur autem hic significari Mundus, vel secundum quosdam Iudæa, de qua infra.

7. *Descendet*, sc. in sepulcrum, vel infernum. *Vnicornes*, 70. & Chaldæus, robusti. *Tauri cum potentibus*, Chaldæus, principes cum ducibus, 70. tauri & arietes.

8. *Iudicij*, Chald. vltionis. *Sion*, i. iniuriarum factarum Ecclesiæ, vel Sion iudicium, intellige vastationem Ierusalem factam à Romanis.

9. *Conuertentur*, &c. q.d. reddetur Idumæa, vel Ierosolyma sterilis, vel potius Mundanorum studia euadent in supplicium æternum tandem.

10. *Non extinguetur*, sc. ignis. *In sæcula sæculorum*, 70. in multum tempus.

11. *Onocrotalus*, Chald. catus, 70. auis. *Mensura*, Chald. linea, 70. funiculus.

12. *Innocabunt*, i. optabunt.

14. *Dæmonia*, Chald. feræ. *Pilosus*, &c. Chald. dæmones inter se colludent. *Lamia*, Chald. noctua.

15. *Milui*. 70. cerui.

16. *Libro Domini*, i. quem scripsi à Deo reuelatum. *Ex eis*, scil, quæ dixi.

Quæsiuit, sc. quasi deesset. *Congregauit*, Chald. congregabit.

17. *Eis*, sc. animalibus. *Mensuram*, Chal. funiculo, repetitio. *Ea*, sc. regione. Not. significari per hæc, vel Idumææ, vel Mundi desolationem, vel Ierusalem, vt supra indicaui.

CAPVT XXXV.

1. *DEserta*, sc. gentilitas.

2. *Germinabit*, scilicet, opera bona. *Gloria*, i. pulchritudo. *Libani*, metaphorice spiritualia significantur. *Decor*, id est, fertilitas, 70. honor. *Gloriam*, &c. explicatio præcedentium. *Domini*, sc. Christi.

3. *Confortate*, sc. ô Prophetæ, vel Apostoli. *Genua*, i. crura. Not. quod Hebr. 12. citatur hic locus secundum 70. pene iisdem verbis.

4. *Adducet*, sc. impiis. *Retributionis*, sc. retribuens eis quod merentur. *Deus ipse*. Hic aperta Christi diuinitas.

Ipse, sc. per se.

6. *Deserto*, i. mundo, qui antea velut desertum.

Aqua, sc. gratiæ.

7. *Arida*, sc. gentilitas. *Dracones*, i. dæmones, & vitia. *Viror*, &c. q. d. virtutes.

8. *Semita*, scilicet, arcta via in cœlum ducens, *Pollutus*, scil. peccatis. *Stulti*, i. imperiti alioqui.

9. *Leo*, &c. per hæc vitiosi homines significantur.

10. *Sion*, i. Ecclesiam. *Sempiternam*. Id in cœlo.

CAPVT XXXVI.

1. *LAchis*, vrbis est nomen, quam obsederat.

Manu graui, Chald. exercitu multo. *Agri fullonis*, Chal. vbi fullones extendunt pannos.

3. *Super domum*, 70. œconomus de hoc vide supra cap. 22. Quidam domum Dei intelligunt: erat enim summus Pontifex. *Scriba*, id est, doctor, seu legisperitus.

A commentariis, i. historiophus, Chal. qui erat, super memorialia, i. historias. Quidam cancellarium interpretantur.

5. *Recessisti*, sc. negando tributa.

6. *Super Ægyptum*, pro, nempe super Ægyptum.

7. *Cuius abstulit*, &c. Male interpretatur quod ille pie fecerat, euerterat ille Idolorum altaria, & ea, quæ extra templum, vt in hoc solum sacrificaretur iuxta Dei præceptum. Vide 4. Reg. 18.

8. *Et dabo*, pro, si enim dedero tibi.

10. *Domino*, i. Dei voluntate. Not. quòd infideles Deum Iudæorum vocabant Iehouah, i. Dominum, scil. vtebantur eodem nomine quo Iudæi, sicut & Iudæi in illorum Deos vocabant nominibus, quibus & ipsi, vt Baal, quod Dominum significat.

12. *Vrinam pedum*, Hebr. aquam pedum, i. vrinam: sic enim appellant modeste quod ad pedes fluat, 70. vrinam suam.

16. *Benedictionem*, Chald. pacem.

17. *Panum*, Chald. agrorum. Not. hic differentiam historiæ & prophetiæ: cum enim hæc sit obscurissima, illa tota aperta: quanta enim facilitas huius capitis?

CAPVT XXXVII.

2. *PRophetam*, sic etiam 70. & Complut. & non (vt quidam legunt) Prophetæ.

3. *Correptionis*, scilicet, qua à Deo corripimur, Chaldæus, opprobrij. *Venerunt filij*, &c. q. d. accidit nobis dolor, qualis grauidæ, quæ non potest fœtum emittere.

Filij, i. fœtus. *Partum*, i. pariendi tempus, vel locum, Hebr. vuluam.

6. *A facie verborum*, id est propter verba. *Pueri*, id est, famuli.

7. *Spiritum*, scilicet, voluntatem reuertendi in patriam.

8. *Audiuit*, pro, audisset.

14. *Libros*, i. literas, Chald. epistolas.

22. *Despexit*, scilicet, Sennacherib te ô virgo, vel, virgo te ô Sennacherib, secundum quosdam, quod mihi non probatur etsi Hebræa videantur fauere. *Virgo filia*, Chaldæus, Regnum cœtus, scilicet, solet regnum custodiri, vt virgo. Quidam putant ita dici ob religionis integritatem. At solet scriptura sic vocare etiam Regnum Israel idololatria contaminatum.

Caput mouit, est id irridentium.

Filia Ierusalem, Chaldæus, popule qui habitas Ierusalem.

24. *In manu*, i. per ministerium. *Libani*, id est, Ierusalem.

Cedrorum, per arbores homines intelliguntur. *Saltum*, i. templum.

Carmeli eius, q. d. fertili loco situm.

25. *Fodi*, sc. puteos. *Vestigiis pedis*, i. militibus me sequentibus. *Aggerum*, i. munitos, vel inter aggeres fluentes.

26. *E*;

26. *Ei*, sc. Ierusalem. *Plasmaui illud*, 70. decreui. scilicet, permittere quod nunc facis, Chald. præparaui illud.

Compugnantium, id est, mihi rebellantium per peccata.

27. *Breuiata manu*, i. viribus destituti.

30. *Tibi*, sc. ô Ezechia. *Pomis*, Chald. renatis ex illis. 70. reliquis.

31. *Emittet*, &c. q.d. roborabuntur, & crescent more arborum.

32. *Saluatio*, pro, saluati, vel salutem intelligit mundo allatam inde per Apostolos, *Zelus*, i. vehemens amor in suos.

36. *Egressus*, scilicet, à cœlo, vel vrbe quam tuebatur.

38. *Ararat*, Chald. & 70. Armeniæ.

CAPVT XXXVIII.

1. VSque ad mortem, i. letaliter. *Morieris*, comminatio est, non absoluta denunciatio.

2. *Parietem*, Chald. parietem domus sanctuarij.

3. *In veritate*, i. sincere, non simulate.

8. *Achaz*, 70. patris tui. *Lineis*, Chald. horis.

Sol, i. vmbra solis, vt supra, vel sol ipse etiam regressus est. Vide 4. Reg. 20.

9. *Scriptura*, 70. oratio, sc. conscripta fuit.

10. *Dixi*, sc. cum ægrotarem.

Quæsiui, i. optaui. 70. relinquam.

11. *Dominum*, i. Domini templum, vel opera.

Quietis, i. cum quiete.

12. *Generatio*, i. vita, sic enim vocatur vitæ vnius tempus, vel, q.d. filiis careo, 70. defeci à cognatione mea.

Conuoluta, id est, sublata, 70. recessit. *Odirer*, i. texerer.

Succidit, sc. textor Deus.

13. *Ad mane*, i. diutius, sc. me victurum. *Contriuit*, sc. Deus, vel morbus.

14. *Clamabo*, pro, clamo, vel clamabam. *Meditabor*, i. gemo, vel gemebam.

In excelsum, sc. ad Deum.

Responde, q. d. defende me, Hebr. & Complut. sponde, Chald. fac quod oro.

15. *Fecerit*, sc. quæ patior.

16. *Si sic*, &c. q.d. si talis est humanæ vitæ conditio, vt corripias, i. castiges, & viuifices, ecce amara est.

18. *Infernus*, q.d. mortui, Chald. qui habitant in inferno.

Lacum, Chald. lacum peditionis. *Veritatem tuam*, i. tuarum promissionum impletionem 70. misericordiam tuam, Chald. salutare tuum.

19. *Veritatem*, 70. iustitiam.

21. *Iussit*, pro, iusserat antea. *Cataplasmarent*, i. emplastrum imponerent.

22. *Dixit*, pro, dixerat. *Domini*, sub. & datum est id, de quo supra.

CAPVT XXXIX.

1. LIbros, Chald. & 70. epistolas.

2. *Verbum*, i. res, 70. aliquid. *Potestate*, i. regno, Chald. dominatione.

5. *Exercituum*, id est, potentissimi. *Filiis*, i. posteris.

8. *Bonum*, i. æquum, Chald. rectum. *Fiat*, sub. precor.

Veritas, id est, quod mihi Deus promisit, 70. iustitia.

CAPVT XL.

2. AD cor, i. consolatoria. *Militia*, i. tempus præfixum, sc. quo erat vexanda, 70. humilitas. Quidam legunt malitia, i. afflictio.

Duplicia, i. multa, sc. bona, quidam tamen intelligunt dupliciter, i. grauiter punitam. *Pro omnibus*, &c. q.d. cum tamen digna non esset.

3. *Vox*, &c. Hæc de Ioanne Baptista intelliguntur.

Domini, Chald. Domino, sc. Christo venturo. *Rectas*, &c. 70. rectas facite semitas eius, vt citatur ab Euangelistis. *Solitudine*, i. mundo.

4. *Vallis*, i. humiles. *Exultabitur*, 70. implebitur, sc. Dei gratiis. *Mons*, &c. i. superbi. *Praua*, i. distorta, q d. reformabuntur hominum mores.

5. *Gloria Domini*, sc. Christus in carne apparebit.

Caro, i. homo. *Pariter*, 70. salutare Dei. *Quod*, 70. quia. *Locutum est*, i. ita futurum prædixit.

6. *Vox*, sc. à me auditur. *Omnis*, *caro*, Chald. omnes impij. *Gloria*, Chald fortitudo.

7. *Spiritus*, id est, ventus, scilic. flante vento cadunt flores.

9. *Qui*, sic etiam Chald. & 70. vt ad Prophetam referatur; at Hebr. quæ, vt referatur ad Sion, & Ierusalem, vnde primum orta prædicatio, sc. per Christum & Apostolos.

10. *Dominus Deus*, sc. Christus. *Merces*, sc. quam suis est daturus, ipse enim merces *Opus*, scil. de quo Ioann. 17. opus quod dedisti mihi, vt facerem. *Coram illo*, q. d. intendet operi sibi commisso quam diligentissime.

11. *In brachio*, i. brachiis extensis, vt solent Pastores.

Portabit, Chald. leniter ducet, 70. consolabitur.

12. *Quis*, &c. q.d. quis nisi Deus omnibus rebus mensuram & modum præscripsit? & tamen tantus cum sit, pro homine homo fieri dignatus est. *Pugillo*, pro, velut pugillo, 70. manu.

Palmo ponderauit, pro, velut palmo mensurauit. *Tribus digitis*, i. trium personarum indiuiso opere, Chald. mensura, 70. pugillo.

Liberauit, 70. statuit.

13. *Adiuuit*, 70. cognouit, sicut à Paulo citatur Roman. 11.

15. *Momentum*, i. minimum quid. *Statera*, i. bilancem facile inclinans. Vide Sap 11.

16. *Sufficiet*, sc. ad ignem sacrificiorum, si pro dignitate agendum sit.

18. *Fecistis*, sc. ô Idola fabricantes. *Ponetis*, pro, posuistis, q.d. itane pro Deo adorare Idola, quæ nihil habent cum Deo commune?

21. *Fundamenta terræ*, sc. à Deo iacta, q.d. Nonne agnoscitis Dei veri potentiam?

22. *Sedet*, i. præsidet. *Velut nihilum*, i. facillime, 70. quasi cameram.

23. *Dat*, i. facit. *Secretorum scrutatores*, i. philosophos, 70 Principes. *Inane*, Chald. & 70. nihil.

24. *Nec plantato*, &c. id est, ac si non esset plantatus, &c.

Turbo, i. tempestas.

25. *Assimilastis*, &c. q. d. Nunquid mihi quidquam simile est, aut æquale.

26. *Numero*, sc. certo. *Militiam*, i. exercitum 70. ornatum, sc. stellas.

Omnes, sc. & cœlos, & stellas. *Ex nomine vocat*, i. plene nouit, seu facit adesse vbi vult, vt solent domini seruos vocantes *Reliquum fuit*, i. defuit, Chal. impeditum est ab ordine suo.

27. *Abscondita*, &c. i. ignotæ Deo res meæ.

Iudicium, i. causa, vel mores. *Transibit*, i. erit ignotum. sic dicimus, præterit me, i. ignoro.

29. *Non sunt*, sc. fortes, 70. non dolentibus, mœrorem.

30. *Pueri*. Chald. iuuenes, q.d. alioqui robusti. *Et laborabunt*, pro, laborando. *In infirmitate*, i. præ debilitate. *Mutabunt*, Chal. addent.

31. *Pennas*, i. alas. *Aquila*, Hæc sæpe pennarum mutatione iuuenescet.

CAPVT XLI.

1. *TAceant ad me*, i. tacite me audiant, Chald. auscultent verbum meum. *Mutent fortitudinem*, q.d. roborentur, & disceptent mecum. *Iudicium*, sc. de hoc, quod me relicto Idola colunt.

2. *Iustum*, sc. Abraham. *Dabit*, pro, dedit sic inf. *Gentes*, pro, dedit. sic infra.

Gentes, &c. sc. victoriam, de qua Gen. 14. *Obtinebit*, pro, obtinuit Chald. contriuit. *Dabit*, pro dedit, sc. hostes.

3. *Semita*, &c. q.d. tam velociter, vt non tam ambulasse, quam volasse videatur.

4. *Vocans*, sc. creando. Chald. ordinans. *Generationes*, i. homines.

Nouissimus, i. post omnia, sc. æternus, vel q. d. principium omnium, & finis.

5. *Viderunt*, sc. quæ feci. *Accesserunt*, sc. vt viderent opera mea.

6. *Vnusquisque*, &c. q.d. & tamen in fabricando idola se mutuo adiuuant.

Glutino, i. re aliqua tenaci, sc. alligari Idoli partes. *Confortauit*, Chald. fortificauit.

9. *In quo*, Chald. & 70. quem.

Extremis, sc. Ægypto.

10. *Declines*, Chald. frangaris, 70. erres. *Iusti mei*, i. qua soleo iustos meos. 70. iusta mea, Chald. veritatis.

12. *Consumptio*, i. consumpti, Chald. nihilum.

13. *Adiuui*, pro, adiuuo.

14. *Vermis*, i. abiecte, 70. paruule. *Mortui*, i. velut mortui.

15. *Plaustrum*, i. traham, seu tribulam. *Rostra*, i. dentes. *Montes*, i. reges. *Colles*, sc. principes.

17. *Egeni*, i. humiles. *Pauperes*, sc. spiritu.

Aquas, sc. gratiæ, vel refrigerium, Chald. doctrinam.

18. *Collibus*, i. locis aridis antea q.d. ex rudibus faciam doctos.

19. *Spinam*, pro, spinum, genus est cedri, Chald. setim, Genus est cedri, cuius mentio frequens in Exodo. Not. per arbores significari iustos.

20. *Hoc*, 70. & Complut. hæc, sc. bona.

21. *Facite*, &c. q.d. vestram causam proferte, ô idololatræ.

Forte, i. validum argumentum.

22. *Nuncient*, scil. idola, vel eorum Prophetæ. *Eorum*, sc. quæ futura sunt.

24. *Opus vestrum*, &c. q.d. nihil potestis. *Abominatio*, pro, abominabilis. *Elegit*, sc. vt coleret.

25. *Suscitauit*, scil. Cyrum, qui Iudæos liberet. *Veniet*, pro, venient, sc. alij. *Vocabit*, &c. q.d. me agnoscet.

Adducet, pro, conculcabit. *Magistratus*, i. principes, sc. Babyloniæ. *Plastes*, i. figulus. *Humum*, i. lutum.

26. *Quis*, sc. ex diis gentium. *Annunciauit*, scil. ventura, vel ab exordio. i. ea quæ à principio.

Et à principio, repetitio. *Iustus es*, q. d. vicisti, Chald. & 70. verax es.

Sermones, sc. futura prædicentes, vel q.d. loqui non possunt.

27. *Primus*, sc. à captiuitate rediens, adsunt, sc. liberati. *Euangelistam*, i. læta annunciantem.

28. *Istis*, sc. idolis, vel idololatris. *Consilium*, sc. sanum. *Verbum*, sc. bonum.

CAPVT XLII.

1. *SEruus meus*, Chald. seruus meus Messias. *Complacuit*, &c. q.d est mihi carissimus.

Anima, Hieron. epist. 151. Animæ nomine, Dei significatur affectus. *Spiritum*, Chald. Spiritum sanctum. *Iudicium*, scil. Dei, vel quod iustum est. *Proferet*, Chald. reuelabit.

2. *Clamabit*, sc. more perturbatorum. *Foris*, q.d. in plateis. Aug. 20. Ciu. 1. ab his, qui foris sunt, ab eius corpore præcisi.

3. *Linum*, i. mixam, seu ellychnium. *Fumigans*, sc. pene extincto lumine. *Non extinguet*, q.d. neminem lædet, quin etiam vilissimos iuuabit, seu pene deficientes. Chald. per calamum mansuetos, per linum pauperes intelligit. *In veritate*, &c. q.d. vere iudicabit.

4. *Non erit*, &c. q.d. magna animi quiete, sc. nulla passione turbatus prædicabit. *Iudicium*, i. iustam, & rectam legem Euangelicam. *Et legem*, &c. 70. & in nomine eius gentes sperabunt, quomodo citatur Matth. 12.

Insulæ, i. remotissimi quique. *Expectabunt*, sc. cum desiderio.

5. *Flatum*, Chald. spiramentum.

6. *Te*, sc. ô Christe. *In iustitia*, i. cum iustitia, q. d. iustum & iustificantem. *Seruaui*, &c. præt. pro fut.

In fœdus, sc. feriendum cum suo sanguine. *Populi*, 70. generis Israel.

7. *Conclusione*, i. carcere, sc. peccatorum.

9. *Fuerunt*, sc. à me prædicta. *Noua*, i. Inusitata, & mirabilia.

10. *Nouum*, q. d nouis laudibus celebrate. *Laus eius*, sc. audiatur, vel cantetur. *Plenitudo*, 70. nauigantes.

11. *Desertum*, i. mundus. *Habitabit*, pro, habitantes. *Cedar*, Regio est Arabiæ. *Petræ*, i. rupium. Quidam vrbis nomen putant. Vide sup. c. 16.

12. *Ponent*, 70. dabunt.

13. *Egredietur*, sc. ad iudicandum. *Zelum*, Chal. iram. *Vociferabitur*, &c. aget more irati.

Confortabitur, i. præualebit.

14. *Tacui*, i. iram continui. Dei verba sunt. Apud Prophetas frequens personæ mutatio. *Semper*, 70. à sæculo, q.d. diu. *Vt parturiens*, sc. cum vi effundens conceptam iram.

15. *Absorbebo*, i. perdam, Chald. consumam.

16. *Praua*, i. distorta. *Hæc verba*, i. res has.

Feci, præt. pro, futuro.

17. *Conuersi*, sc impij frustrati spe.

18. *Intuemini*, 70. respicite. *Ad videndum*, i. vt videatis.

19. *Venundatus est*, sc. seruus peccati, vt qui venditur, 70. qui recessit.

20. *Custodies*, i. obseruabis, seu attendes.

21. *Sanctificaret eum*, Chald. iustificaret Israel. *Legem*, Chald. legis factores.

22. *Iuuenum*, i. fortis, q. d. fortiter illaqueati, Chald. iuuenes sunt omnes, *Dicat*, sc. raptori. *Redde*, sc. quod diripuisti.

24. *Cui*, i. contra quem.

25. *Cognouit*, i. resipuit. *Intellexit*, Chald. proposuit animo timorem eius.

CAPVT XLIII.

1. *IAcob*, i. Ecclesia, seu popule fidelis. *Vocaui*, sc. vt solent domini seruos.

Cum

2. *Cum transieris*, &c. q.d. in omnibus periculis te liberabo.

3. *Propitiationem*, i. redemptionem, q.d. pro te perdidi, multas gentes tibi aduersantes, Chal. & 70. commutationem.

4. *Dabo*, i. perdam. *Te*, sc. seruando. *Anima*, i. vita, q.d. perdam vitæ tuæ insidiantes.

5. *Semen tuum*, Chald. filios tuos.

6. *Prohibere*, Chald. morari. *Affer*, i. reduc, q.d. reducendos curabo.

8. *Educ*, Chald. & 70. eduxi, pro adducam, sc. ad lucem Euangelicam.

Et oculos, &c. q. d. oculos habet, sed non videt: aures, & non audit.

9. *Congregata*, sc. in Ecclesiam ex omnibus mundi partibus.

Vobis, sc. ô cultores Idolorum. *Prima*, 70. à principio, q.d. mundi creationem, & quæ Dei reuelatione sola possunt sciri, vel primo ventura. *Iustificentur*, i. causam suam iustificent, sc. quod veraces sint dij eorum.

Verè, Chald. & 70. verum. At Complut. cum sequentibus iungit, q.d. sanè vos, &c.

10. *Vos*, sc. ô Apostoli. *Seruus meus*, Chald. seruus meus Christus.

Formatus, 70. alius. Quidam legunt formator, scil. rerum.

12. *Annunciaui*, sc. futura. *Alienus*, i. alius, scilic. Deus, qui ista faceret.

14. *Misi*, pro, mittam, sc. Cyrum, vel Christum.

Vectes, i. impedimenta. *Chaldæos*, scilic. detraxi seu perdidi.

Nauibus, sc. per Euphratem.

16. *Mari*, sc. rubro. *Aquis*, sc. Iordanis. *Torrentibus*, Hebr. Chald. & 70. vehementibus.

17. *Eduxit*, i. fecit exire ex Ægypto, scilic. contra Hebræos.

Obdormierunt, sc. submersi in mari rubro.

Resurgent, Chald. surrexerunt.

18. *Ne memineritis*, &c. q. d. Atque vt antiqua omittamus.

19. *Nunc*, i. cito. Deserto, i. gentilitate.

Viam, scilicet, salutis. *Flumina*, id est, copiam gratiarum.

20. *Bestia*, &c. scilic. gentiles ante fidem, vt feræ.

21. *Formaui mihi*, Chaldæus, præparaui cultui meo.

22. *Non me*, &c. q. non me coluisti, vt debueras.

In me, i. causa mea.

23. *Seruire*, sc. graui seruitute, vel præt. pro fut. q. d. non à te post hac exigam sacrificia ista, sed alia potiora.

24. *Argento*, sc. multo. *Calamum*, scilic. aromaticum. 70. thymiama. *Inebriasti me*, Chald. impinguasti altare meum.

Seruire, i. induere formam serui, vel grauari, more seruorum. *In peccatis tuis*, i. ob peccata tua.

Laborem, sc. Passionis, vel q.d. molestiam.

26. *Me*, sc. quid tecum egerim. *Narra si quid habes*, 70. dic tu iniquitates tuas primus.

Iustificeris, id est, causam tuam iustifices, q.d. te defendas.

27. *Primus*, sc. Adam. *Interpretes*, sc. Moses, & Aaron Chaldæus, doctores, 70. principes. *In me*, i. contra me.

28. *Contaminaui*, i. ostendi contaminatos peccato, & indignos, qui terram promissam ingrederentur.

Dedi, sc. in deserto.

Blasphemiam, Chaldæus, & 70. opprobrium, sc. hostium.

CAPVT XLIV.

2. *Rectissime*, Chald. & 70. Israel.

3. *Sitientem*, i. aridam, sc. gentilitatem.

Semen tuum, Chald. filios tuos. *Stirpem tuam*, Chald. filios filiorum tuorum.

4. *Inter*, pro, vt inter. *Vocabit*, sc. se, q.d. dicet se Israelitam, i. Christianum.

Domini, sc. sermo, q.d. Domini sum.

Assimilabitur, id est, cognominabitur, sc. Israelita, i. Christianus.

6. *Absque me*, i. præter me.

7. *Vocet*, i. dicat clare. *Annunciet*, sc. futura.

Ordinem, sc. futurorum. *Antiquum*, sub. docui eum etiam de futuris. Dij ergo gentium ventura, &c.

8. *Annunciaui*, sc. futura. *Testes*, sc. huius rei.

Quem ego non nouerim, sc. nihil posse sine me, Chald. cui à me non sit data fortitudo.

9. *Amantissima*, i. dilecta simulacra. *Confundantur*, i. merito confundi debeant.

10. *Quis*, sc nisi demens aliquis, q.d. quæ insania est Deum formare.

11. *Participes eius*, Chald. cultores eorum. *Confundentur*, sc. die iudicij, vel vbi errorem intellexerint per Euangelium.

13. *Runcina*, vulgo planula dicitur, qua fabri tabulas læuigant, Chald perpendiculo. *Angularibus*, videtur significari, instrumentum triangulare fabrorum, Chald. dolabra. *Tornauit*, Chald. formauit, 70. regulauit.

16. *Vah*, 70. dulce mihi. *Focum*, Chald. ignem.

18. *Obliti*, i. illiti re aliqua visum impediente, Chald. obturati. 70. obtenebrati.

20. *Liberabit*, sc. errore. *Dextera*, i. opera dexteræ, sc. Idolo.

21. *Seruus*, sc. iure creationis.

23. *Fecit*, sc. redemptionem. *Israel*, Chaldæus, in Israel.

Gloriabitur, Chald. laudabitur, 70. glorificabitur.

25. *Vertens*, q.d. ostendens esse in nos. *Conuertens*, &c. q.d. faciens frustrari eorum opera. *Stultam*, sc. apparere.

26. *Suscitans*, i. implens, 70. statuens. *Suscitabo*, Chald. instaurabo.

27. *Profundo*, Chald. Babyloni, 70. Abysso.

28. *Pastor meus es*, quasi d. tu reduces populum meum, vt solet pastor gregem, Chald. dandum ei regnum, 70. vt sapiat.

CAPVT XLV.

1. *Christo*, i. vncto, q.d. Regi. *Apprehendi*, q.d. quem adiuui, præt. pro fut. *Vertam*, scil. ante eum in fugam.

2. *Gloriosos*, sc. principes. *Æreas*, i. fortes.

3. *Arcana secretorum*) Chald. abstrusas opes.

Voco, sc. multo ante quam sis.

4. *Assimilaui*, scil. pastori, vel, q. d. feci, vt esses figura, & similitudo Christi mundum è captiuitate liberaturi, Chaldæus, direxi, 70. Suscepi, Hebr. cognominaui.

5. *Amplius*, Chald. alius. *Extra*, i. præter. *Accinxi*, Chald adiuui, 70 confortaui.

7. *Creans*, i. faciens. *Malum*, i. bellum, seu calamitatem.

8. *Rorate*, sc. misso Spiritu sancto in Virginem, vel Christo in mundum. *Iustum*, sc. Christum.

Oriatur, sc. per Christum iustificamur.

9. *Testa*, pro, cum sit velut testa. *Samiis terræ*, i. vasis è terra. Samia vasa vocantur à Samo Insula, vbi pulchra fiebant. *Manibus*, i. artificio.

10. *Quid*

10. *Quid generas*, i. cur me genuisti? q. d. vt indignum est queri de parentibus, quod genuerint: ita de Deo, qui fecerit.

11. *Mihi*, i. Prophetis meis, q. dicat per eos me interrogate.

12. *Manus*, i. virtus. *Militia*, 70. stellis.

13. *Eum*, sc. Cyrum, vel Christum. *Iustitiam*, i. punitionem, sc. Chaldæorum: vel, si ad Christum referatur iustificationem hominum. *Ædificabit*, i. permittet ædificari, sc. Cyrus: vel Ecclesiam ædificabit, sc. Christus.

In pretio, i. accepto pretio, q. d. gratis.

14. *Labor*, i. opes labore partæ. *Sabaim*, i. Sabæorum. Per hos populos Gentiles intelliguntur ad Christum conuersi. *Sublimes*, i. proceri. *Vincti*, pro, velut vincti, sc. compulsi spiritu. *Tantum*, Chald. in veritate.

In te, sc. ô Christe. *Absque*, i. præter. Not. non esse vnam personam præter aliam Deum, quia vna sola est diuinitas.

16. *Errorum*, Chald. idolorum.

17. *Saluatus est*, pro, saluabitur.

19. *Dixi*, iungi potest cum, frustra. *Iustitiam*, Chald. veritatem.

20. *Leuant*, i. gestant, sc. humeris, vel ponunt loco edito.

21. *Annunciate*, sc. reliquis, vt veniant. *Hoc*, scil. quod futurum est, seu quod supra dixi.

23. *In memetipso*, i. per me ipsum. *Iustitia*, i. iustum. *Non reuertetur*, i. non erit irritum.

25. *Ergo in Domino*, pro, per Dominum, sc. iurabit non per idola, Hebr. tantum in Domino. *Dicet*, pro, dicit, scil. Dominus. *Eum*, sc. Deum.

26. *In Domino*, i. per Dominum. *Laudabitur*, Chald. & 70. gloriabitur.

CAPVT XLVI.

1. *Confractus est*, Chald. incuruatus est, 70. cecidit, *Bel*, Idoli nomen. *Nabo*, 70. Dagon. Vide 1. Reg. 5.

Iumentis, sc portanda in Persidem, capta Babylonia. *Onera vestra*, i. quæ vos solebatis gestare.

2. *Contabuerunt*, Chald. præcisa sunt. *Eorum*, sc. qui ipsa colebant.

3. *Vtero meo*, Dei vterum, intellige viscera misericordiæ. *Vulua*, i. vtero, repetitio, 70. infantia.

4. *Canos*, i. senectam. repetitio, q. d. per totam vitam vestram. *Portabo*, 70. sustineo vos. *Feram*, 70. dimittam, Chald. dimittam peccata. *Portabo*, 70. suscipiam.

5. *Assimilastis*, &c. q. d. nunquid aliquid mihi simile est, quod pro Deo adoretis? Vide sup. c. 40.

8. *Confundamini*, 70. ingemiscite, Chald. confortamini. *Redite*, &c. 70. pœnitentiam agite, reuertimini corde.

9. *Vltra*, i. præter me.

10. *Nouissimum*, q. d. longe post futura.

11. *Auem*, sc. Cyrum festinantem. *Mea*, sc. executorem in expugnanda Babylonia, & liberandis Hebræis.

Illud, sc. quod promisi. *Creaui*, pro, creabo, Chald. præparabo.

12. *Duri corde*, 70. qui perdidistis cor.

13. *Feci*, Chald. est. *Iustitiam*, sc. Christum. *Gloriam*, i. filium.

CAPVT XLVII.

1. *Descende*, &c. imperatiua pro futuris. *Virgo*, &c. Chald. regnum congregationis Babyloniæ, sc. Regna custodiuntur, vt solēt virgines. *Tenera*, Chald. delicata.

2. *Tolle molam*, q. d. seruies in pistrino, olim serui molam vertebant, vt fit apud Mauros. *Turpitudinem tuam*, 70. operimentum tuum. *Humerum*. Hebr. plantam.

Transi, &c. q. d. vt possis ducta in captiuitatem flumina transire.

3. *Ignominia*, i. turpitudo, sc. pudenda. *Opprobrium*, id est, quod videri probrosum est. *Capiam*, scil. de te.

4. *Redemptor*, sc. olim ex Ægypto, & deinde ex Babylone.

6. *Contaminaui*, i. veluti sordidam tractaui, expellens è sedibus suis, Chald. profanaui, sc. mittens in profanam Babyloniam.

7. *Hæc*, sc. tibi euentura, quæ nunc prædico. *Nouissimi tui*, i. eorum, quæ te tandem manebant.

8. *Amplius*, 70. alia *Sterilitatem*, i. orbitatem, sic infra proxime.

9. *Venerunt*, pro, venient.

Duritiam, Chald. & 70. fortitudinem, sc. obstinationem.

11. *Ortum*, i. vnde, seu quando veniat. *Expiare*, i. effugere, Chald. auferre.

12. *Sta*, &c. Ironice.

14. *Facti sunt*, præterita pro futuris. *Non sunt*, &c. q. d. ille ignis non erit, vt solet prunarum ad calefaciendum, sed flammæ ad comburendum.

Facta sunt, pro, fient.

Errauerunt, sc. huc illuc fugientes.

CAPVT XLVIII.

1. *Nomine Israel*, i. Israelitæ. *Aquis*, i. semine, q. d. de fonte, Chald. cognatione. *In nomine*, i. per nomen. *In* i. cum.

2. *De ciuitate*, &c. sc. Ierusalem ciues. *Constabiliti sunt*, Chald. confidunt.

4. *Durus*, &c. q. d. obstinatus, superbus, & impudens.

5. *Ex tunc*, i. multo ante.

6. *Omnia*, sc. impleta. *Annunciastis*, i. diuulgastis, sc. ad gloriam meam, vel q. d. ego prædixi, non vos, 70. cognouistis, q. d. non cogitastis. *Conseruata*, scil. apud me, q. dicat, ignota, seu occulta sunt multa.

7. *Creata sunt*, sc. quædam. *Ex tunc*, 70. olim, sc. tibi prædicta. *Ante diem*, 70 prioribus diebus.

8. *Audisti*, sc. ea, vel præcepta mea vt faceres.

Ex tunc, 70. à principio. *Scio*, pro, sciebam.

Ex vtero, i. iam inde à natiuitate.

9. *Laude*, &c. Chald. propter laudem meam sustentabo te.

Infrenabo, i. retinebo, vt solet equus, ne præcipitet.

10. *Non quasi argentum*, q. d. leuiter afflixi, pro, affligam. *Elegi*, Chald. probaui.

11. *Blasphemer*, scilic. quasi impotens, aut non verax.

Alteri, sc. dolis, q. d. non patiar coli pro diis.

12. *Voco*, q. d. cui nomen indidi Israelis. *Nouissimus*, 70. in sempiternum.

13. *Vocabo*, pro, vocaui. *Stabunt*, pro, steterunt, i. adfuerunt, dixit, & facta sunt.

14. *De eis*, sc. diis gentium. *Hæc*, sc. quæ ego, q. d. quis eorum potest dicere talia, qualia ego? *Eum*, sc. Israelem, vel Cyrum. *Suam*, sc. liberando Iudæos.

Brachium, i. fortitudinem, sc. ostendet.

15. *Directa*, 70. prosperata.

16. *Accedite*, verba Christi, vel Isaiæ.

Abscondito, scilic. palam locutus est Christus in mundo, & Deus legem dedit in monte Sinai.

Ex tempore, &c. q. dicat, antequam quicquam in tempore

tempore fieret, cum Deo eram cuncta componens, scil. cum patre filius. *Misit*, scil. secundum humanitatem.

19. *Eius*, sc. Israelis.

20. *Efferte*, i. diuulgate.

21. *Sitierunt*, sc. diu.

22. *Pax*, 70. gaudere.

CAPVT XLIX.

1. *AVdite*, Chald. obedite. *Vocauit*, scilicet, nomine Iesu.

2. *Os meum*, Chald. verba in ore meo. *Gladium*, sc. verbum Dei penetrabilius omni gladio. *Sagittam*, Gladio vicini cæduntur, sagitta remoti, sc. prædicatum est Iudæis, & gentibus.

Abscondit, sc. quoad mitteret in mundum, continuit in sinu filium pater, Chrys. in corporis pharetra abscondita diuinitas.

3. *Seruus*, sc. propter formam serui. *Israel*, & Christus Israelita.

4. *In vacuum*, sc. pauci Christo obediunt, paucique saluantur.

Consumpsi, sc. moriendo. *Iudicium*, i. iustitia, seu meritum. *Cum Domino*, 70. apud Dominum, Chald. manifestum coram Domino. *Opus*, Chald. merces operum meorum, 70. Labor. *Cum Deo*, Chald. & 70. coram Deo.

5. *Non*, Hebræi legunt, ei, etsi Hebr. est non: dicunt enim esse לא pro לו vt interdum solet, & alibi notauimus.

6. *Dixit*, sc. Deus. *Suscitandas*, scilic. ad vitam gratiæ. *Feces*, Chaldæus, captiuitatem, 70. dispersionem.

7. *Sanctus*, i. sancte colendus, & sanctitatis auctor.

Contemptibilem animam, sc. mundi iudicio, 70. despicientem animam suam. *Abominatam gentem*, 70. qui abominationi habetur à gentibus. *Dominorum*, 70. principum. *Videbunt*, sc. tuam dignitatem. *Consurgent*, i. assurgent, sc. honoris causa.

Adorabunt, scilic. te venerabuntur, vel Christi diuinitas intelligitur, ad quem hæc quidam referunt.

8. *Placito*, i. beneplaciti, seu quo mihi placuit, 70. opportuno. Paulus 2. Corinth. 6. vertit accepto. *Exaudiui*, pro, exaudiam. Exauditus est pro sua reuerentia.

Fœdus, i. fœderis prædicationem seu confirmationem, aut renouationem. *Suscitares*, 70 constitueres, bono statu. *Terram*, i. homines in terra habitantes, Chald. iustos, qui iacent in puluere. *Dissipatas*, Chald. desolatas, 70. desertas.

9. *Reuelamini*, i. in lucem prodite, seu apparete.

Super, i. iuxta, scil. conspicue. *Planis*, q. d. locis commodis.

10. *Portabit*, 70 ducet.

11. *In viam*, q. d. reddam planos, iuxta illud: Et aspera in vias planas. *Semita*, sc. depressæ. *Exaltabuntur*, sc. ad commoditatem viatorum, q. d. tollam impedimenta ad me veniendi.

12. *Longe*, i. oriente. *Mari*, i. occidente.

Australi, sc. Meridie.

13. *Consolatus*, scil. misso filio, vel adueniens filius.

14. *Dixit*, scilicet, ante Christi aduentum, videns differri tam diu. *Sion*, i. fidelium congregatio, vel Iudæi.

16. *In manibus*, pro, velut in manibus ne possim obliuisci. *Muri*, i. ciuitas, sc. quam statui defendere, nempe Ecclesia.

17. *Structores*, i. qui te ædificent, sc. Apostoli.

Exibunt, sc. eiecti.

18. *Vide*, sc. conuersam gentilitatem. *Absorbebant*, i. perdebant.

20. *Sterilitatis*, Chald. transmigrationis.

22. *Signum*, i. vexillum, sc. prædicationis Euangelicæ. *Portabunt*, fit hoc reliquiis sanctorum.

Puluerem pedum, &c. q. d. seque ad pedes tuos deiicient. Fit hoc, cum pontificis pedes fideles osculantur. Vide inf. cap. 60.

24. *Nunquid*. &c. q. d. faciet Deus quod videtur impossibile, sc. vt tollatur à diabolo præda.

26. *Carnibus suis*, q. d. edent carnes proprias præ fame. *Caro*, i. homo.

CAPVT L.

1. *MAtris*, sc. synagogæ. *In iniquitatibus vestris*, Chald. propter peccata vestra. *Venditi*, sc. diabolo. q. d. non ego vos vendidi prior, aut dimisi vt à me discere coacti sitis, sed vos ipsi vltro discessistis à me per peccata deficientes. *In sceleribus*, i. ob scelera.

Dimisi, i. abieci tandem.

2. *Vir*, i. quisquam, sc. qui me reciperet. *Increpatione*, i. præcepto, seu ira. *Desertum faciam*. Chald. siccabo, q. d. possum siccare si velim.

3. *Saccum*, pro, velut saccum.

4. *Sustentare*, &c. 70. quando oporteat loqui verbum.

Lassum, i. fatigatum, seu afflictum. *Erigit*, i. excitat. *Mane*, i. mature seu in vitæ principio, sc. conceptione, vox Christi, vel mane, i. quotidie.

5. *Aperuit*, &c. Chal. misit me ad prophetandum.

Abij, sc. renuens.

6. *Percutientibus*, 70. flagellis. *Vellentibus*, 70. alapis. *Increpantibus*, i. calumniantibus, q. d. expositus fui Iudæorum calumniis.

7. *Confusus*, i. pudefactus.

8. *Iustificat me*, sc. per gratiam, vel, q. d. qui meam causam defendit, vt iustam.

9. *Omnes*, sc. me condemnantes, vox Christi.

Tinea, i. conscientiæ vermis.

10. *Serui*, sc. Christi secundum humanitatem.

11. *Ignem*, sc. cupiditatis, vel supplicij. *Ambulate*, pro ambulabitis.

Lumine, i. flamma, q. d. puniemini supplicio quod vobis per peccata accersistis.

CAPVT LI.

1. *QVod iustum est*, Chald. veritatem. *Petram*, sic vocat Abraham ob fidei firmitatem.

Cauernam laci, i. Saræ vterum.

2. *Attendite*, i. explicatio præcedentis. *Vnum*, i. cũ solus esset sine prole, Chald. solus erat in sæculo, sc. quem vocarim. *Multiplicaui*, i. ditaui seu dedi filios.

3. *Delicias*, Hebr. Heden, 70. Paradisum.

4. *Tribus*. i. gens, Chald. congregatio, 70. Reges.

Lex, sc. Euangelica.

Iudicium, i. doctrina. *Requiescet*, pro faciet requiescere, vel permanebit.

5. *Iustus*, sc. Christus. *Brachia*, i. vires, seu potentia. *Insulæ*, i. gentes. *Sustinebunt*, i. expectabunt, 70. in brachium meum sperabunt.

6. *Liquescent*, Chal. transibunt. *Atteretur*, Chal. & 70. veterascet.

7. *Iustum*, i. iustitiam, Chald. veritatem, 70. iudicium.

Blasphemias, Chaldæus, superbias, 70. contemptum.

8. *Vermis*, sc. conscientiæ. *Tinea*, repetitio.

9. *Consurge*, sc. ô Christe, 70. exurge Ierusalem.

Induere,

Induere,&c.q.d.ostende te fortem. *Brachium*, i. potentiam,vel,ô brachium, alloquitur enim Christum, & verbis fœmininis, quia brachium, Hebr. fœmineum.

Antiquis,sc.ostendisti potentiam tuam tuam.*Seculorum*,Chald quæ ab initio fuerunt.*Superbum*,sc. diabolum,vel Pharaonem,Chald.fortes. *Draconem*, Chald.Pharaonem,& exercitum eius.

10. *Mare*,sc.rubrum. *Liberati*, scil. Hebræi ex Ægypto.

11. *Domino*,sc.Christo.*Reuertentur*,sc.ad Deum, à quo facti & redempti.*Sion*,sc.cœlestem.

12. *Quis tu*, pro,indignum vt tu.

13. *Eius*,sc.hostis.

14. *Veniet*,sc. Christus. *Aperiendum*, sc. salutis ostium.

Non interficiet, scil. non venit, vt perdat, sed vt saluet.

Panis eius,Chald.cibaria iustorum.

15. *Ego autem*,&c.verba Patris ad Christum.

Tuus,sc. quatenus homo es.

16. *Cœlos*,i.cœlestes viros.

Terram, i. terræ habitatores, sc. in Ecclesia, vel terram nouam.

Sion,i.Ecclesiam.

17. *Soporis*, i. stuporis. sc. stuporem inducentis, seu soporem mortiferum,Chald. maledictionis,70. furoris.

19. *Fames,& gladius*,explicatio præcedentium.

20. *Oryx*,animal est capræ simile,Chald. sagunculа contracta.70.beta semicocta.

CAPVT LII.

1. FOrtitudine tua, sc. à Deo tibi data.Induimini Dominum nostrum Iesum Christum.

Vestimentis, scilic. virtutibus ad Christum excipiendum.

Gloria tua, i. quæ te gloriosam reddunt, seu ornant.

Sancti,sc.Dei,vel templi,Chald.& 70. sancta.

Incircumcisus,sc.corde,q.d.infidelis,vel peccator, Aug. lib.cont.Donat.post collat.id intelligit de futura vita. Alij referunt ad liberationem à persecutione infidelium.

2. *Sede*,sc.loco honesto, quæ antea in puluere,i. statu peccati. *Vincula*,s. peccatorum.

3. *Gratis*, i. sine pecunia, vel, q. d. vltro vos dedistis peccatis. *Redimemini*, sc. è Babylone, vel ex peccato.

4. *Assur*,sc.postea: vel potius pro Ægyptiis accipitur,qui ex Assyriis oriundi. Vide Ezech. 31. & quidem, quid hic attinebat ad Assyrios transire? Plane si quis vtrumque locum diligenter legat, videbit Assur pro Ægypti Rege accipi; quamquam cur ita vocetur,non satis scio.

Calumniatus est:Chald.oppressit.

5. *Quid mihi*,&c.q.d.quin libero,sc.à peccato,vt olim ab Ægypto. *Gratis*. Vide sup. *Dominatores*,sc. principes. *Et iugiter*, &c. 70. propter vos nomen meum blasphematur in gentibus semper.

6. *Nomen meum*,q.d. me agnoscet. *Loquebar*,sc. per Prophetas. *Adsum*,sc.factus homo.

7. *Super montes*, & Christus in montibus aliquando docuit. *Sion*,i.ô Sion,sc Ecclesia,vel potius Sioni,vt Hebr.indicatur, Chald.reuelatum est Regnum Dei tui.

8. *Speculatorum*,Chald. gubernatorum, 70. custodum *Leuauerunt vocem*,70.exaltata est.

Oculo ad oculum. Chald. oculis suis. *Videbunt*, Chald.videbunt magnalia Dei.

9. *Deserta*,sc.aridæ antea animæ.

10. *Parauit*, Chal. reuelauit,pro, reuelabit, 70. reuelabit. *Brachium*, i. potentiam, vel filium. *Omnes fines*, q. d. totus orbis.

11. *Recedite*, sc. à peccatis, vel seruitute diaboli, vel commercio infidelium. Vide 2. Cor.6. *Eius*,sc. Babylonis, i. mundi. *Mundamini*, Chald. electi estote, 70. separamini. *Vasa*, sc. quibus in templo ministratur Deo.

12. *In tumultu*, &c. q. d. quieta erit per Christum liberatio. *Fuga*, sc. vt olim ex Ægypto.

13. *Intelliget*, i. prudenter aget. *Seruus meus*, Chald. seruus meus Christus.

14. *Obstupuerunt*, sc. visis miraculis. *Inglorius*, i. contemptus, scilicet, in passione. *Eius*, Mutatio personæ, pro, tuus.

15. *Asperget*, sc. aqua baptismi, vel sanguine, scilicet, redemptione, Chaldæus, disperget, scilicet, dilatans Ecclesiam.

Continebunt, scilicet, non male loquentes de eo, vt antea.

Narratum, sc. antea. *Viderunt*, 70. videbunt, scil. Christi miracula. *Contemplati sunt*, 70. intelligent, scil.gentes ad salutem pertinentia.

CAPVT LIII.

1. QVis, 70. Domine quis. *Credidit*,pro credet. *Auditui nostro*, i. auditis à nobis,q.d.prædicationi nostræ, Chald. nuncio nostro. *Brachium*, i. filius, secundum August. cont. serm. Arian.Not. quod brachium eiusdem est substantiæ cum pectore, vnde procedit; nec ab eo separatur cum porrigitur: sic nec Filius missus in mundum à Patre separatus, cui est consubstantialis.

2. *Virgultum*, scil. è terra, i. Maria. *Eo*, scil. Deo, q. d. Deo faciente, vel approbante. *Sitienti*,i. arida, scil. virgine.

Species, &c. scil. propter flagella, sputa, & alapas,& patibuli iniurias.Hieron.epist.140.*Aspectus*, i. forma, seu pulchritudo. *Desiderauimus*, scil.pulchriorem apparere, q. d. non sic tractari: vel pro, non desiderauimus, vt subintelligatur negatio præcedens, q. d.non erat desiderabilis, i. decorus, 70. nec decor.

3. *Nouissimum*, pro, velut nouissimum, i. abiectissimum. *Dolorum*, &c. Chald. doloribus, & infirmitatibus expositus.

Infirmitatem, 70. infirmitatem ferre. *Vultus*,sc. in gloria, & splendore,qui eum decebat.

Eum, sc. esse qui erat.

4. *Languores*, 70. peccata. *Tulit*,i.abstulit.

Dolores, sc. quos peccata nostra merebantur,70. pro nobis dolet, Chald. delicta nostra propter eum dimittentur. *Nos*, i. Iudæi. *Leprosum*, i. dignum qui expelleretur à conuersatione, more leprosi. *A Deo*, sc. ob peccata sua. *Attritus*, 70. infirmatus. *Disciplina*, &c. q. d. castigatus est, vt nos pacem haberemus, Chald. in doctrina eius multiplicabitur pax super nos.

Liuore, i. plagis.

6. *Iniquitatem*, Chald.remissionem iniquitatum.

8. *De angustia*, &c. q. d. & iniqua passione, & iudicio occisus est, 70. in humilitate iudicium eius sublatum est. *Quia*, pro, qui tamen. *Abscissus est*, &c. q. d. occidetur.

9. *Dabit*, Chald. tradet in gehennam. *Pro sepultura*, q. d. eo quod ipsum occiderunt inique. *Diuitem*, id est, potentes, scil. Pilatum, & Principes Sacerdotum.

10. *Peccata*, sc. expiando. *Semen*, scilicet, filios spirituales.

Dirigetur, i.implebitur, vel prosperabitur.

11. *Scientia*

11. *Scientia sua*, id est, sui cognitione, sc. fide, vel per sapientiam suam. *Iniquitates*, i. pœnam iniquitatum.

12. *Dispertiam ei*, sc. iuxta illud, dabo tibi gentes, & 70. possidebit. *Fortium*, sc. dæmonum. Vide Luc. 11.

CAPVT LIV.

1. *Lauda*, &c. 70. lætare sterilis, quæ non paris, erumpe & clama, quæ non parturis; atque ita citatur Gal. 4. Alloquitur vero Ecclesiam ex gentibus factam. *Sterilis*, s. gentilitas ante fidem. *Hinni*, i. iubila, seu exulta. *Deserta*, sc. olim gentilitatis.

Eius, sc. synagogæ. *Virum*, sc. Deum, cui per fidem olim desponsata.

2. *Parcas*, i. cesses, seu negligas. *Consolida*, i. fortiter fige, metaphora à tendentibus tentoria.

3. *Ad dexteram*, &c. Chal. ad Austrum, & Aquilonem. *Semen*, i. filij. *Desertas*, sc. fide olim. *Hereditabit*, i. possidebit.

4. *Confusionis*, sc. de peccatis. *Viduitatis*, i. cum sine Deo esses, quem per peccata amiseras. *Dominabitur tui*, q. d. obedies ei. *Vocabitur*, i. agnoscetur esse.

6. *Vocauit*, sc. ad se. *Vxorem*, pro, velut vxorem, *Dixit*, pro, dicit.

7. *Ad punctum in modico*, 70. tempore modico.

8. *In momento indignationis*, 70. in furore paruo.

Misertus sum, 70. miserebor. *Dixit*, pro, dicit.

9. *Istud est*, i. accidit.

10. *Montes*, &c. q. d. citius montes loco suo mouebuntur, quam desinam misereri.

11. *Tempestate conuulsa*, sc. more arboris, Chald. iniuria affecta, 70. instabilis.

12. *Sculptos*, 70. crystalli. *Desiderabiles*, i. pretiosos, 70. electos. significantur per hæc virtutes, seu electorum perfectiones.

13. *Doctos à Domino*. Vide Ioan. 6. 1. Thessal. 4. Aug. de gratia Christi, c. 12. & seq. Chal. discentes legem Domini. potius videtur fides intelligi, quæ donum Dei est, nec nisi Deo persuadente suscipitur.

14. *Recede*, pro, recedas. *Calumnia*, i. oppressione, 70. iniquo. *Quia*, 70. &.

15. *Accola*, 70. proselyti, sc. ad fidem conuersi.

Mecum, pro, meus, scil. antea, cum fide careret. *Aduena*, i. peregrinus, sc. gentilis.

16. *Creaui*, &c. q. d. ego afflixi, ego eripiam.

17. *Omne vas*, Chald. omnia arma. *Fictum*, Chal. & 70. paratum.

Dirigetur, 70. prosperabitur.

Iudicabis, Chald. & Complut. condemnabis, 70. vinces.

Hæc, i. talis, s. in pace & securitate æterna.

CAPVT LV.

1. *Omnes*, Hebr. ô omnes. *Sicientes*, Chald. discere volentes. *Aquas*, s. doctrinæ, & gratiæ.

Emite, i. comparate, seu accipite. *Vinum*, sc. lætificans cor. *Lac*, sc. purum, & dulcem cibum.

2. *Quare appenditis*, &c. q. d. cur ea sectamini, quæ mentem non possunt satiare.

3. *Fideles*, i. stabiles. q. d præstabo certissime promissam Dauid misericordiam, 70. sancta Dauid fidelia; sicut citatur Act 13.

4. *Testem*, sc. meæ voluntatis. *Eum*, sc. Christum.

5. *Quam nesciebas*, i. à te alienum, 70. nescientem te.

Vocabis, sc. ad fidem Christum alloquitur. *Deum tuum*, sc. quantum ad humanitatem.

6. *Prope est*, sc. in terris conuersans, vel dum tempus est misericordiæ.

7. *Multus*, sc. sæpe, multumque ignoscens.

10. *Cælo*, i. aëre. *Infundit*, i. perfundit.

12. *Egrediemini*, sc. de diaboli captiuitate. *Ducemini*, sc. in beatitudinem. *Manu*, 70. ramis. metaphorice significat ingentem bonorum lætitiam.

13. *Salsuncula*, Herba est breuis, 70. stipite vili.

Nominatus, Chald. & 70. in nomen & q. d. celebritatem. *Signum*, i. monimentum, vel victoriam. pro hac enim solent signa, seu monumenta statui Hieronym. ad crucis lignum refert & quidem per hanc parta est victoria.

CAPVT LVI.

1. *Salus*, pro, Saluator, sc. Christus. *Iustitia*, 70. misericordia.

2. *Hoc*, sc. quod proxime dictum, vel quod sequitur.

Apprehenderit, 70. retinuerit. *Polluat*, i. profanet.

Omne, pro, vllum.

3. *Diuidet*, pro, diuisit. *Eunuchus*, sc. qui se ob regnum Dei castrauit, voluntarie continens.

4. *Volui*, sc. consilia. *Tenuerint*, i. seruauerint.

5. *Nomen*, i. præmium, seu gloriam quandam excellentem. Vide Aug. c. 25. de sanct. virg. *A filiis*, &c. i. quam sit habere filios, &c.

7. *Montem*, sc. cælum. *Domum*, sc. Ecclesiam.

Populis, 70. gentibus sicut citatur Marc. 11.

Cunctis, sc. Ecclesia omnes amplectitur; vnde & Catholica dicta.

8. *Ad eum*, sc. Israelem, vel Christum. *Congregatos*, sc. Ecclesiam.

9. *Deuorandum*, sc. impios, q. d. digni sunt qui à feris deuorentur.

10. *Speculatores*, sc. pseudoprophetæ. *Eius*, scil. congregationis impiæ. *Latrare*, sc. contra vitia.

11. *Saturitatem*, q. d. insatiabiles.

12. *Venite*, sc. dicunt inuicem. *Ebrietate*, Hebr. sicera. *Multo amplius*, q. d. in dies peius.

CAPVT LVII.

1. *Iustus*, i. Christus, vel homines iusti. *Recogitet*, sc. causam permissionis Dei. *Misericordiæ*, i. pij, 70. iusti. *Colliguntur*, sc. ad patres, i. moriuntur.

Quia, 70. & *Intelligat*. 70. consideret, sc. causam.

A facie, &c Chald. propter malum, quod venturum est q. d. auferet eos hinc Deus, vt non videant mala.

2. *Veniet pax*, sc. illi, sub. dicit Deus. *Cubili*, 70. sepultura. *Directione*, i. vitæ rectitudine.

3. *Auguratricis*, i. veneficæ, q. d. impij, seu scelesti, 70. iniqui.

4. *Super*, i. contra. *Scelesti*, 70. perditionis.

Mendax, i. adulterinum, 70. vile.

5. *Consolamini*, i. delectamini. *Torrentibus*, 70. vallibus. *Pars tua*, q. d. diuitiæ & deliciæ tuæ, colere idola.

7. *Cubile*, i. templum, vbi adulterium Idololatriæ.

8. *Memoriale*, i. quod tibi in mentem reducat. deos tuos, sc. idola. *Iuxta me*, i. me vidente. *Discooperuisti*, sc. turpitudinem tuam. *Adulterum*, q. d. adulterata es cultu idolorum. *Dilatasti*, &c. q. d. cum multis es fornicata, sc. colens multos deos. *Stratum*, q. d. adulterari.

Manu aperta, i. palam manus. pro, loco.

9. *Regi*, sc. Assyriorum, vel Ægypti. *Vnguento*, q. d. more meretricis, vt ei placeres.

Legatos, sc. confidendo in hominibus. *Vsque ad inferos*, i. vilissime, seu profundissime.

10. *Laborasti*, scilic. profecta ad petendum auxilium.

Quiescam, 70. desinam, Chald. conuertar. *Vitam manus tuæ*, Chald. diuitias multas, sc. manuum labore partas. *Rogasti*, 70. rogasti me.

11. *Timuisti*: per interrogationem legendum.

Mentita, sc. mihi fidem non seruans. *Tacens*, i. dissimulans.

12. *Iustitiam*. Ironice, q.d. tua flagitia.

13. *Congregati*, sc. milites, vel principes fœderati. *Auro*, 70. tempestas. *Montem*, sc. cœlum.

15. *Æternitatem*, Chal. in cœlis, 70. in æternum. *In sancto habitans*, 70. in sanctis requiescens.

16. *Litigabo*, Chald. & 70. vlciscar. *Vsque ad finem*, i. semper. *Quia spiritus*, &c. q. d. ego enim animas creo. *Egredietur*, pro, egreditur. *Flatus*, i. animas. vide Aug. 7. de Gen. cap. 3. & 13. Ciu. cap. 24. *Faciam*, Hebr. Chald. & 70. feci, q. d. amo animas, quas feci, ideoque ignosco.

17. *Vagus*, i. errans, 70. tristis.

18. *Consolationes*, 70. consolationem veram.

Eius, Chald. super eum.

19. *Labiorum*, i. confessionis peccatorum vel laudis.

20. *Conculcationem*, Chald. cœnum, sc. solent fluctus cœnum eiicere ad littus.

21. *Pax*, 70. gaudere.

CAPVT LVIII.

2. DE die in diem, i. quotidie. *Quærunt*, i. consulunt. *Vias*, i. leges. *Volunt*, i. velle videntur.

Rogant, &c. q. d. velut mecum expostulant, exigentes ius, quod statim explicat.

3. *Nescisti*, i. videris nescire, non enim exaudis. *Vestra*, sc. non mea, q. d. facitis quod lubet.

4. *Ad lites*, i. litigando. *Impie*, 70. humilem.

In excelso, i. à me. *Clamor*, sc. contentionum, vel, q. d. vt vos exaudiam.

5. *Sternere*, q. d. in sacco, & cinere iacere.

6. *Fasciculos deprimentes*, i. onera, quibus proximum opprimis, 70. obligationes violentarum cautionum de soluendis vsuris, & huiusmodi. *Confracti sunt*, Chaldæus, vim patiuntur. Onus, 70. scripturam iniquam.

7. *Vagos*, 70. sine tecto. *Carnem tuam*, 70. Domesticos seminis tui.

8. *Mane*, i. sol mane. *Lumen*, i. prosperitas, vel mentis illuminatio. *Sanitas*, i. liberatio. *Citius*, 70. cito.

Anteibit, sc. in cœlum euntem. Iustitia, scilic. operum, seu meritum. *Colliget*, id est, suscipiet, 70. circumdabit.

9. *Catenam*, sc. peccatorum, Chald. corruptelam iudicij. *Digitum*, scilic. minando, aut conuitiando. *Quod non prodest*, Chald. verba rapinæ 70. murmurationem.

10. *Animam*, i. viscera misericordiæ. *Repleueris*, 70. saturaueris. *Tenebris*, i. calamitatibus.

Lux, i. prosperitas.

11. *Liberabit*, 70. impinguabit, Chald. corpus tuum viuificabit in vita æterna.

12. *Deserta sæculorum*, id est, diu antea diruta, & deserta.

Generationis, & generationis, i. diutissime duratura, 70. sempiterna. *Septum*, q. d. muniens vias, scilic. bono exemplo, 70. maceriarum, Chald. viæ rectæ.

Inquietem, q. d. faciens quietas vias, sc. est quies in obseruantia præceptorum Dei, Chald. conuertens impios ad legem, Hebræus, ad habitandum, quasi dicat, faciens viatores quiescere in domibus ædificatis.

13. *Auerteris*, &c. q. d. in sabbatho non laboraueris.

Voluntatem, i. negotia. *Delicatum*, i. delitias, scil. cessando à negotiis, & intendendo diuinis. *Gloriosum*, i. honore dignum, Chald honoraueris. *Vias*, 70. opera.

Sermonem, sc. qui non doceat, 70. verbum in ira, Chald. verbum violentiæ.

14. *Altitudines*, Chald. munitiones, 70. bona, q. d. dabo cœlestia.

CAPVT LIX.

1. ABbreuiata, i. debilitata. *Aggrauata est*, i. obsurduit.

2. *Diuiserunt*, sc. velut pariete interposito, quem deinde Christus soluit.

Exaudiret, 70. misereatur.

3. *Sanguine*, i. homicidiis, Chald. sanguine innocentum.

4. *Innocet iustitiam*, Chald. oret in veritate, 70. loquatur iusta. *Nihil*, Chald. & 70. vanitate, *Laborem*, i. molestiam, sc. proximi, 70. cædem.

5. *Ruperunt*, q. d. parant noxia, & plena veneno. *Telas araneæ*, i. inutilia, seu non duratura.

7. *Inutiles*, Chald. inique, 70. stultorum.

8. *Iudicium*, i. iustitia. *Incuruatæ*, i. deprauatæ, 70. peruersæ. *Ignorat*, i. non curat, negligit.

9. *Elongatum*, &c. quasi dicat, longe recessimus à iudicio, & iustitia, i. rebus iustis. Not. quod possunt hæc omnia ad Christi tempora referri, scilicet, ad Iudæos, qui illum sunt persecuti. *Lucem*, i. prosperitatem.

11. *Meditantes*, i. cogitabundi. Heb. gemendo.

Iudicium, iustitiam, scilic. in hominibus, q. d. ne quisquam alij noceret.

12. *Responderunt*, Chald. contra nos testificati sunt, 70. restiterunt. *Cognouimus*, q. d. negare non possumus.

14. *Retrorsum*, q. d. recessit, seu deseruit nos. *Iudicium*, i. recta viuendi ratio. *Ingredi*, sc. ad nos, quia nolebamus.

16. *Vir*, sc. iustus, dignusque viri nomine. *Aporiatus est*, sc. qui indigebat auxilio, q. d. ad summam est inopiam & angustiam redactus. *Saluauit*, sc. inopem.

Sibi, abundat, more Hebraico. *Iustitia*, 70. misericordia. *Eum*, sc. ope indigentem.

17. *Zeli*, i. indignationis.

18. *Quasi*, pro, & quasi. *Vicissitudinem*, i. retributionem. *Insulis*, pro, etiam insulis, i. remote habitantibus.

19. *Spiritus Domini*, i. vehemens ventus.

20. *Sion*, datiuus est, q. d. Ecclesiæ, sc. in die iudicij.

21. *In te*, sc. ô Christe.

CAPVT LX.

1. ILluminare, Chald. & 70. illuminare Ierusalem, Hebr. deest Ierusalem. *Lumen*, sc. Christus, qui lux mundi, & Dei gloria.

2. *Orietur*, 70. apparebit. *Gloria*, sc. per miracula.

3. *Tuo*, sc. ô Ecclesia. *Ortus tui*, pro, orto in te, Chald. & 70. tuo.

4. *De latere surgent*. Quidam legunt, sugent, Hebræus, iuxta latus nutrientur, Chald. super latera portabuntur, 70. super humeros portabuntur.

5. *Videbis*, sc. multitudinem filiorum. *Affiues*, sc. gaudio 70. timebis. *Multitudo*, Chal. & 70. diuitiæ.

Fortitu

Fortitudo, i. reges & principes, Chald. substantiæ.

6. *Inundatio*, Chald. turba, 70. greges. *Camelorum*, Chald. Arabum. *Omnes*, i. plurimi, Chald. omnes hi.

7. *Cedar*. Regio est Arabiæ, itemque Nabaoth.

Ministrabunt, i. inseruient. Intellige verò per hæc conuersionem Gentium, & sacrificia spiritualia.

Placabili, i. vbi placor. *Maiestatis*, Chald. laudis, 70. orationis.

8. *Fenestras*, sc. columbarij. q. d. suo quisque loco & gradu, Chald. quæ reuertuntur ad columbaria sua. Not. per nubium volatum & columbarum, significari velocitatem ad Ecclesiam venientium.

9. *Insulæ*, i. etiam remotissimæ gentes. *In principio*, 70. in primis *Tuos*, s. ô Ecclesia. *Cum eis*, sc. offerendum. *Quia*, Chald. qui.

10. *Muros*, i. templa. *Reconciliatione*, Chald. voluntate, Hebr. beneplacito, 70. misericordia.

Misertus sum tui, 70. dilexi te.

11. *Fortitudo*, i. potentissimi quique Chald. diuitiæ.

13. *Gloria Libani*, i. pulcherrima quæque.

Locum pedum, i. ecclesiam, in qua habito.

14. *Curui*, i. humiles, 70. timentes. *Humiliauerunt*, i. afflixerunt, sc. antea.

Vestigia, &c. q. d. ad pedes tuos se inclinantes. Fit hoc Papæ. *Detrahebant tibi*, 70. & Chald. irritabant te.

15. *Non erat*, sc. ex gentilibus. *Superbiam sæculorum*, i. gloriam æternam, Chald. gloriam sæculi. 70. exultationem æternam.

16. *Suges lac gentium*, Chald. satiaberis diuitiis populorum. *Mamilla*, &c. 70. diuitias regum comedes.

Fortis, 70. Deus.

17. *Pro ære*, &c. q. d. pro paupertate succedent diuitiæ, pro afflictione lætitiæ, &c. *Ponam*, &c. 70. dabo principes tuos in pace (i. pacifice regentes) & Episcopos tuos in iustitia, i. iuste præsidentes.

18. *Laudatio*, i. laus Dei.

19. *Non erit*, &c. Hæc præcipue ad cœlestem beatitudinem referenda.

20. *Sol*, i. prosperitas. *Minuetur*, 70. deficiet, Chald. per solem regnum intelligit per lunam gloriam.

Complebuntur, i. cessabunt.

21. *Terram*, sc. viuentium, i. cælum. *Ad glorificandum*, i. euadet in gloriam.

22. *Minimus*, i. parua familia. *Mille*, i. referta plurimis fidelibus. *Paruulus*, i. parua domus.

Fortissimam, 70. magnam. *Eius*, pro, suo.

CAPVT LXI.

1. *SVper me*, vox Christi. *Eo quod*, 70. cuius causa. *Vnxit* i. repleuit gratia.

Ad annunciandum, &c. 70. Euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, & vocare annum Domini acceptum, & diem retributionis, &c. Vide Luc. 4. *Indulgentiam*, Chal. libertatem. *Clausis*, Chald. vinctis, 70. cæcis.

Apertionem, sc. carceris peccati, 70. visum, seu visus restitutionem.

2. *Placabilem*, i. reconciliationis *Domino*, pro, Domini. *Vltionis*, i. reprobos die iudicij.

Deo nostro, pro, Dei nostri.

3. *Sion*, i. Sionis, vel in Sion vel Sionem, q. d. ex desiderio cœlestis patriæ. *Coronam*, *pro cinere*, i. gloriam, pro abiectione. *Oleum*, q. d. perfusionem.

Pallium laudis, q. d. operiam, seu ornabo laude, 70. habitum gloriæ. *Fortes*, Chald. principes. *Iustitiæ*, i. per iustitiam.

Glorificandum, sc. Deum, 70. gloriam.

4. *Deserta*, sc. Dei cultu. *A sæculo*, i. longo tempore.

In generatione & generationem, i. diutissime.

5. *Alien*, sc. olim à fide. *Pascent*, &c. q. d. erunt prælati vestri.

6. *Vos*, sc. ô Apostoli seu prælati. *Fortitudinem*, Chald. diuitias.

Superbietis, i. eritis gloriosi, Chald. lætabimini, 70. eritis admirabiles.

7. *Duplici*, i. magna. *Partem*, i. sortem, sc. ministerium prælatorum, & gradum. *Terra sua*, i. cœlo.

Duplicia, i. corporis & animæ bona, vel q. d. maxima.

8. *Opus*, Chald. mercedem operum. *In veritate*, i. fideliter.

9. *Scietur*, Chald. magnificabitur. *Semen*, i. filij. *Germen*, Chald. & 70. nepotes.

10. *Gaudens*, &c. vox Ecclesiæ. *Iustitiæ*, 70. lætitiæ.

11. *Germinabit*, Chald. reuelabit, 70. proferet.

CAPVT LXII.

1. *TAcebo*, i. cessabo, sc. Deum orare, vel optare *Iustus*, sc. Christus.

2. *Tuum*, scil. ô Deus vel potius, ô Ecclesia. est enim Hebr. pronomen fœmineum, vt etiam supra, Chald. & 70. iustitiam tuam. *Vocabitur*, i. imponetur. *Inclytum tuum*, Chald. & 70. gloriam tuam. *Nouum*, s. Ecclesia Christi. *Nominabit*, i. declarabit.

3. *Corona*, &c. q. d. plurimi fies à Domino.

4. *Voluntas*, &c. q. d. mihi gratissima. *Inhabitata*, sc. à fidelibus.

5. *Habitabit enim*, Chal. & 70. sicut habitat.

Virgine, i. sponsa. *Et habitabunt*, Chald. & 70. sic habitabunt, sc. cum magna lætitia.

Et gaudebit, Chald. & 70. & sicut lætatur.

Et gaudebit, 70. sic lætabitur.

6. *Custodes*, sc. Angelos, vel Doctores, vel Pastores.

Tacebunt, i. cessabunt, sc. custodire, vel laudare Deum. *Taceatis*, i. cessetis, s. recordari, vel laudare.

7. *Ei*, i. eius laudibus, seu orationi ad Deum. *Hierusalem laudem*, i. Ecclesiam laudabilem.

8. *In dextera*, i. per dexteram. *In brachio*, &c. 70. per fortitudinem brachij sui. *Si dedero*, &c. q. d. non eritis vltra sub hostium potestate.

10. *Per portas*, sc. monendo singulos, vt se præparent.

Populo, sc. ad Ecclesiam confluenti.

Eligite, i. remouete, seu colligite, 70. eiicite de via.

Signum, i. vexillum, sc. crucis prædicationem.

Populos, sc. congregatos.

11. *Auditum fecit*, i. faciet audiri, seu diuulgari.

In extremis, 70. vsque ad extremum. *Merces eius*, Chald. merces facientibus verbum eius. *Opus*, i. præmium, vel opus redemptionis humanæ. *Coram illo*, i. promptum, vel magnæ ei curæ.

12. *Eos*, sc. fideles Christi. *Tu*, sc. ô Ecclesia.

Quæsita, sc. ad habitandum.

CAPVT LXIII.

1. *QVis*, &c. vox Angelorum. *Edom*, sc. Idumæa, sc. mundo, vel Iudæa, vel q. d. de sanguine, i. passione. Edom enim rubrum. *Tinctis* scil. sanguine.

Bosra, Metropolis est Idumææ. hic autem accipitur pro Ierusalem: Bosra enim munitio, seu

 munita

munita) vel pro passione. Bosra enim etiam tribulatio, & vindemia, cui Christi passio assimilata paulo inferius.

Stola, sc. humanitate. *Loquor*, i. prædico, doceo.

3. *Torcular*, sc. passionis. *Gentibus*, i. hominibus.

Vir, i. quisquam, q. d. ego solus per passionem mundum liberaui, vel, ego solus hostes vici, id enim etiam in scriptura est calcare torcular, sc. hostes premere.

Eos, sc. hostes, peccata, & dæmones.

In furore, i. valde iratus.

Sanguis, i. peccata, q. d. passus sum pro mundi peccatis quæ suscepi delenda.

4. *Vltionis*, sc. contra peccata.

In corde meo, i. animo meo statutus olim.

5. *Mihi*, pro, me: vel abundat, & subauditur hic & inf. eos, sc. quos volui eripere; atque, ita Chald. & 70. Vide Psalm. 97. *Indignatio*, i. vlciscendi studium.

6. *Conculcaui*, i. vici, & mihi subieci, sc. expulsis errorib. *Virtutem*, i. robur, q. d. superaui.

7. *Laudem*, sc. cantabo, vel recordabor. *Indulgentiam*, Chald. & 70. misericordiam. *Misericordiarum suarum*, 70. iustitiæ suæ.

8. *Veruntamen*, i. vtique. *Negantes*, Chald. mentientes, q. d. fidem seruantes. *Est*, sc. Deus.

9. *In omni*, 70. ex omni, sc. iungunt cum superioribus.

Non est tribulatus? per interrogationem legendum, q. d. nonne ita sensit eorum afflictiones, ac si propriæ essent? At 70. ita legunt, vt sensus sit, neminem pro ipsis tribulatum, i. passum, nec Angelum, aut alium quenquam, nisi Deum, saluasse eos: secundum quam lectionem repetenda negatio sic, & non Angelus, i. nec Angelus. *Faciei eius*, i. ab eo missus, secundum vero nostram lectionem, Christus intelligendus Angelus, sc. magni consilij. *Portauit*, 70. suscepit, Chald. tulit. *Eleuauit*, 70. exaltauit, Chald. sustinuit.

10. *Sancti*, sc. Mosis, vel, pro sanctitatis, 70. sanctum.

11. *Recordatus*, sc. Israel, tandem aliquando.

Suis, i. eius, *Vbi est*, Vox Israelis, vel Prophetæ.

Qui eduxit, &c. 70. qui eduxit de terra Pastorem ouium quod citatur Heb. 13. vbi pro terra, est, mortuis; pro, pastorem, pastorem magnum. *Pastoribus*, sc. Mose & Aaron.

Sancti sui, sc. Mosis, Chald. sanctorum suorum, 70. sanctum, Vide sup.

12. *Ad dexteram*, i. velut dextera tenens, 70. dextera.

14. *In campo*, pro, in campum, q. d. lente, seu pedetentim.

15. *Attende*, sc. ad afflictionem nostram, & inopiam.

Zelus, i. vehemens amor. *Continuerunt*, sc. non ferentes opem.

16. *Nesciuit*, pro, nescit, q. d. non potest liberare, Hieron. non habet pro filiis, quia a te recessimus, Chald. non eduxit nos de Ægypto. *Nomen tuum*, sc. celebre, 70. nomen tuum super nos.

17. *Fecisti*, i. permisisti. *Tribus*, pro, ob tribus.

18. *Nihilum*, i. rem vilem. *Sanctificationem*, id est, Templum.

19. *Nec inuocaretur*, &c. q. d. nec te agnosceremus, vel non diceremur populus tuus.

CAPVT LXIV.

1. DEfluxerunt, id est, liquescerent, seu destruerent.

2. *Exustio ignis*, i. vt solent igni combusta.

Tabescerent i dissoluerentur.

A facie, pro, & à facie.

Turbarentur, sc. præ timore. Not. per hæc significari desiderium ingens Prophetæ, vt Deus ostendat potentiam suam saluando genus humanum, deuicta diaboli potestate.

3. *Feceris*, pro, faceres, sc. olim in Sinai. *Sustinebimus*, i. ferre potuimus, sed diximus, non loquatur nobis Dominus, &c. vel, q. d. si cœperis punire, non poterimus ferre vim tuam. *Descendisti*, scil. olim in montem Sinai.

4. *Absque te*, i. præter te.

5. *Occurristi*, pro, occurres.

Lætanti, & facienti, i. cum lætitia facienti. *Viis*, i. mandatis. *Et peccauimus*, pro, quia peccauimus. *Ipsis*, sc. peccatis.

Et saluabimur, pro, sed saluabimur, sc. per misericordiam tuam.

6. *Omnes*, loquitur in persona malorum, secundum Hier. *Abstulerunt*, sc. à via recta, seu à te.

7. *Teneat*, i. placet. *In manu*, i. causa.

9. *Satis*, Chald. supra modum, 70. nimis. *Ecce*, 70. & nunc.

10. *Sancti*, pro, sanctuarij, vel sanctitatis.

11. *Sanctificationis nostræ*, Chaldæus, sanctuarij nostri.

12. *Continebis*, sc. ne opem feras, vel hostes vlciscaris.

CAPVT LXV.

1. QVæsierunt, scilicet, gentiles. *Interrogabant*, i. consulebant, 70. totum locum sic verterunt: Apparui non quærentibus me, inuentus sum à non interrogantibus me, quod Rom. 10. citatur paulo aliter.

Ego, sc. adsum vox Christi.

2. *Populum*, sc. Iudaicum. *Incredulum*, &c. 70. non credentem, & contradicentem. *Cogitationes suas*, 70. peccata sua.

3. *Lateres*, i. altaria ex lateribus.

4. *Sepulcris*, sc. vt à mortuis in somnis responsa accipiant. *Prophanum*, i. carnium vetitarum.

5. *Dicunt*, scilicet, aliis *Immundus es*, Chald. purior te sum, 70. mundus sum.

Ignis, &c. Chal. vltio eorum erit in gehenna, vbi ignis, &c.

6. *Scriptum*, pro, velut scriptum, q. d. apertum, vel statutum. *Tacebo*, i. dissimulabo.

7. *In sinu eorum*, Chald. eis vltionem peccatorum ipsorum, & tradam morti secundæ corpora eorum.

Exprobrauerunt mihi, i. me probro, seu contumelia affecerunt. *Remetiar*, 70. reddam. *Primum*, i. pristinum.

8. *Benedictio*, pro, benedictum.

9. *Semen*, i. filios spirituales. *Montes*, sc. Ierusalem, per quam Ecclesia intelligitur.

10. *Campestria*, &c. q. d. dabo illis loca ampla & commoda.

11. *Fortunæ*, Chald. idolis, 70. dæmoni.

12. *Numerabo*, i. numeratos tradam, sc. nullo relicto. 70. tradam.

15. *In iuramentum*, id est, execrationem, sc. dicent cum iurabunt, Mihi contingat (nisi verum dico) quod Iudæis, 70. in satietatem, sc. tædebit vos nominare.

Interficiet, Chald. interficiet morte secunda.

Alio, sc. Christianos.

16. *In quo*, sc. nomine, vel tempore. *Amen*, Chal. viuo, 70. vero. *Meis*, sub. poterit quisque eorum dicere.

17. *Super cor*, i. in cogitationem.

18. Ieru

18. *Ierusalem*,pro,super Ierusalem.*Populum*,pro, super populum.

19. *Ierusalem*,sc.cœlesti.

20. *Dierum*, i. ætate, q.d. omnes erunt in cœlo adulta & perfecta ætate.*Puer centum*,&c. i. natus centum annos, si peccator sit, morietur tandem, & erit maledictus.id autem dicit ad ostendendam differentiam electorum & reproborum.

21. *Ædificabunt*, sc. in hac vita. intellige vero per hæc corporalia,res spirituales.

22. *Ligni*,Chald.& 70.ligni vitæ,q.d.erunt diuturni,seu perpetui, aut felices. *Inueterabunt*, i. diu durabunt.

23. *In conturbatione*, Chald. ad mortem, 70. in maledictionem.

25. *Lupus*, &c. significatur, homines alioqui contrarios moribus concordes futuros in Ecclesia, iisdemque cibis spiritualibus,& ritibus vsuros.*Serpentis*,i.diabolo.

Puluis,i.peccatores,seu reprobi.

CAPVT LXVI.

1. Sedes,pro,velut sedes.*Scabellum*,pro,velut scabellum,scilic.habitat Deus in iustis,conculcat impios.*Ædificabitis*,pro,ædificastis.

2. *Facta*,i.opera,sc.mea. *Pauperculum & contritum spiritu*, 70. humilem, & quietum. *Trementem sermones meos*,Chald. mutantem se propter sermonem meum.

3. *Qui immolat*,sc.in peccato,70.iniquus immolans.*Thuris*,sc.vt offerat,vel,q.d. qui in mei memoriam seu accepti beneficij thus offert.

Qui benedicit idolo,70.blasphemus. *Omnia*,scil. mihi ingrata.

4. *Illusiones*,i peccata,sc.quæ puniam,Chald.interitum.

5. *Glorificetur*,&c.Ironia, q. d. glorificetur sane Dominus,& appareat beneficentia eius in vos.

Ipsi,sc.inimici vestri.

6. *Populi*,sc.timentis,& tumultuantis adueniente calamitate,cum Deus puniet.

7. *Parturiret*,sc.Ecclesia,vel Maria,q.d.ante signa partus derepente pariet filium.*Partus*,70. dolor partus. *Peperit masculum*,sc.Christum.Chald.reuelabitur rex eius.

8. *Parturiet*,i.pariet,sc.omnes fructus,aut requirentes diuersa tempora. *Sion*, i. Ecclesia,sc.eodem die plurimos.

9. *Pariam*,sc.per Ecclesiam.

10. *Lætamini*,*cum*,70.lætare.

12. *Declinabo*, i. deriuabo. *Ad vbera*,&c. q.d. nutriemini à diuitibus, & principibus, vt solent paruuli à matribus.

13. *Ierusalem*, i. ecclesia militante, vel triumphante.

14. *Germinabunt*,i.reuiuiscent, scilicet,in resurrectione.

15. *Veniet*,scilic.die iudicij. *Quadriga*,i.Angeli, quorum opera vtetur.*Furorem*, Chald. maledictionem.*Increpationem*,i.punitionem.

16. *Gladio*,i.iustitia puniente. *Carnem*, i. hominem.

17. *Ianuam*, sc. domus, vel templi. *Abominationem*,i.cibos vetitos,seu Idolis immolatos.

18. *Opera*,70 noui opera. *Cum omnibus*,&c.Heb. Chald.& 70.omnes gentes,&c. *Gloriam*,i. maiestatem,sc.iudicij.

19. *Signum*, i. vexillum,sc. crucis, seu prædicationis.

In mari, Chald.maritimas. *Tenentes*,&c.i.populos vtentes sagittis. *Gloriam*,i.potentiam,seu miracula.

20. *In equis*,&c.q.d.commode,& facile.*Carrucis*, Chald.laudibus,70. vmbraculis.

21. *Leuitas* i.diaconos, seu ministros Ecclesiæ. Dicit vero. *Assumam*,quia non nascuntur ex certa familia vt in vet. Testamento.

22. *Facio*,pro,faciam.

Nomen, scilic. filiorum Dei, seu electorum, vel beatorum.

23. *Mensis*,&c.q.d.perpetuæ Neomeniæ, & sabbata,i.festa, sc. in cœlo. *Ex*,i. post, q.d. vnum aliud sequetur.

24. *Egredientur*, sc.mente. *Cadauera*, sc. mortui sunt damnati morte secunda.

Vermis,Chald anima.*Et erunt*,&c.Chal.& erunt impij iudicati in gehenna.

Vsque ad satietatem. id est,fastidium,vel abominationem, Chald. & dicent super eos iusti,satis vidimus.

Carni,i.hominibus,sc.sanctis.

IEREMIAS.

CAPVT I.

1. FVerunt,70.habitabat.

Anathoth. vicus est in Tribu Beniamin non longe ab Ierusalem. vide Ios.21.

3. *Factum est*,sub.etiam

Consummationem, scilic. magna ex parte, nempe mensem V.vt statim addit.

5. *Sanctificaui*,i. prædistinaui sanctificandum. sic Ioh.11.dicuntur filij Dei,qui adhuc infideles.Aug. ep.57.Chald. paraui.

In gentibus, quasi dicat, vt de gentilium populis multa prædicas, 70. in gentes, Chaldæus, propinantem calicem maledictionis in populis.

6. *A,a,a*, Heb.Ahah.

8. *A facie eorum*,i.ab eis.

9. *Dominus*,i.Angelus à Deo missus.

10. *Euellas*, &c. id est, prædices à me euellenda, destruenda, &c.

11. *Virgam vigilantem*,i. paratam percutere, 70. baculum nuceum, Chald. Regem festinantem ad malefaciendum.

12. *Vigilabo*,Chal.festinabo.

13. *Succensam*,i.bullientem, Chald.Regem feruentem quasi lebetem.

Et faciem,&c.q.d.apparet autem ex parte Aquilonis,Chald. & vexillum exercitus eius ex Aquilone venientis.

14. *Aquilone*, sc. Chaldæa, quæ Aquilonaris respectu Iudæa.

Pandetur,Chald,venire incipiet.

15. *Cognationes*,id est,familias.*Iuda*,sub. & Beniamin.

16. *Loquar iudicia mea*,i. expostulabo,vel ostendam me iuste punire, Chald.loquar vltionem iudiciorum meorum.

17. *Nec enim*,&c.q.d.faciam enim ne timeas.
18. *In ciuitatem*,&c.pro, velut ciuitatem,&c.

CAPVT II.

1. DEsponsationis,i.temporis, quo te in sponsam assumpsi.Chal.patrum vestrorum.
3. *Sanctus*,i.dedicatus. *Primitiæ*.q.d.cari, vt solent primi fructus,vel primi gentium fructus. Soli enim Iudæi fideles,reliqui idololatræ.
4. *Cognationes*,70.familiæ.
4. *Vanitatem*,Chal.idola.
6. *Sitis*,i.aridam, 70. sine aqua.*Imaginem mortis*, i. horrorem incutientem,70.infructuosam.
Vir,i. quisquam.
7. *Carmeli*,i.fertilem.*Abominationem*,Chald.cultum Idolorum.
8. *In me*, id est, contra me *In Baal*,i.sub nomine Baal.
9. *Vestris*,Heb.Chal.& 70.filiorum vestrorum.
01. *Cethim*,i.Græciæ, seu maris Mediterranei.
Cedar,regio est Arabiæ.
11. *Gloriam*,i.Deum qui est mundi gloria, & in quo solo gloriandum.
12. *Desolamini*,i. more desolatorum mœstitiam indicate.70.inhorrescite.
13. *Viua*,i.perpetuo fluentis, seu vitam dantis.
14. *Seruus*,sc.emptitius.*Prædam*,sc. hostibus.
15. *Leones*,Chal.Reges.
16. *Filij quoque*, q.d.Ægyptij.Hæ enim ciuitates Ægypti.
Constuprauerunt. q. d.tecum fornicati sunt, scil. cultu idolorum qui dicitur in Scriptura fornicatio.
17. *Viam*,i.suorum mandatorum.
18. *Ægypti*,sc. petens inde auxilium.*Turbidam*, sc. *Nili*,70. Geon.
Fluminis, sc.Euphratis.
19. *Auersio*,sc.à via recta.
20. *Meretrix*,sc. per idololatriam.
21. *Omne*,pro,per omnia,seu omnino. *Verum*,i. germanum,seu perfectum. *Prauum*, 70.amaritudinem *Aliena*,i.degenerans.
22. *Borith*, sc.qua Fullones vtuntur.
23. *Conualle*,scil.qua ibas ad idola. *Cursor*, pro, velut cursor.
24. *Onager*. Animal est velocissimum ob facilitatem respirandi. *Ventum*,scil.ad respirandum.*Amoris sui*,i.optatum.*Auertet*,scil.à cursu,i.capiet.
Deficient,70.laborabunt,sc.quærendo, q.d.facile inuenient.
Menstrui,i.peccatorum contaminatione.
25. *Nuditate*,sc.transeundo flumina, dum peregre petis auxilium, 70. via aspera. *Siti*, sc.quæ solet contrahi longo itinere.
Alienos,sc.deos,vel populos.
30. *Deuorauit*,&c.q. d.occidistis.
31. *Vestra*,sc.talis est.*Solitudo*,sc.vbi nihil est fructus,aut consolationis. *Serotina*, i. sero fructum ferens,70.plena sentium.
33. *Dilectionem*,q.d.meam amicitiam. *Malitias tuas*,&c.q.d.fecisti,vt pessimæ essent viæ tuæ,Chal. mala docuisti.ex viis tuis,q.d.fuisti exemplo pessimo per peccata tua, 70. inique egisti,vt pollueres vias tuas.
34. *Aliis*,i.vestium oris.
In fossis,q.d.latenter peccantes,sed palam.
In omnibus,&c.70.omni quercu.
36. *Confunderis*,q.d.non poterit tibi opem ferre.
37. *Super caput*,signum id dolentis.
Obtriuit,70.repulit.

CAPVT III.

1. VVlgo dicitur,i.dici solet.*Mulier illa*, Heb. & Chald.terra illa,q.d.nonne estis contaminati peccatis,
70. Mulier illa.
2. *Directum*, Chal. loca edita, sc. vbi idola coli solebant.
Eos,sc.amatores tuos.*Latro*,Chal.Arabs,70.cornix *Fornicationibus*,i.dolorum cultu.
3. *Serotinus*,i. tempore veris.
Frons,70. facies.
4. *Virginitatis*,i.pueritiæ.
5. *Irasceris*,sc.ô Domine. *In finem*,i.semper.
Potuisti,i.præualuisti.
6. *Auersatrix*,i.à Deo se auertens *Sibimet*, abundat,more Hebraico sic Italicè,sen'ando *Fornicata est*, i.idola coluit.
10. *In mendacio*,i.simulare.
11. *Iustificauit*,&c.q.d.minus peccauit comparatione Iudæ.
12. *Aquilonem*, scil. Israel erat ad Aquilonem respectu Iudæ.*Sanctus*,70.misericors.
13. *Dispersisti*,i.exposuisti,Chal.corripuisti, 70. effudisti.*Alienis*, sc. diis.
14. *Reuertentes*,pro recedentes,70.apostatæ.
Et duos,sc.pauci electi.*Cognatione*,i.familia,scil. vna sensus est. vnum vel duos de vna ciuitate, aut familia.
Sion,i.Ecclesiam,vel cœlum.
16. *Arca testamenti*,per hanc intelliguntur omnia legalia.
Fiet,scil. quicquam tale.
17. *Ierusalem*,i.Ecclesiam *Domini*,sc. Christi.
Nomine,i.virtute,seu inuocatione.
18. *Ad domum*,Chal.cum domo.*Simul*,significari videtur coniunctio Iudæorum & Gentilium in vnam fidem. *Aquilonis*, idest, Gentilitatis, vel Babylone.
19. *Quomodo*, i. quam præclare. *Exercituum*.i. multitudinis,70. Dei omnipotentis *Ingredi*, i. incedere,q.d.me sequi.
21. *In viis*,Heb.in excelsis, Chald. iuxta torrententes.70. ex labiis, *Israel* sc.in calamitatem incidentis,vel abducti in captiuitatem.
22. *Reuertentes*,i.recedentes. *Auersionis*,70.contritionis. *Ecce*,pro, dicite ecce.
23. *Multitudo*,70.fortitudo.
24. *Confusio*,i.res dignæ pudore.*Comedit*, Chald. & 70.consumpsit. *Laborem*,idest,bona labore parta.
25. *Dormiemus* futura,pro præteritis,q.d.iacebamus, velut in lecto.

CAPVT IV.

1. COmmoueberis,i. turbaberis.
2. *In iudicio,& in iustitia*,i.pro re iusta.
Eum,sc.Israel,i. fidelem populum.
3. *Nouate*,&c.q.d.expurgate animum, vt possitis diuinum semen recipere.
4. *Domino*, i. vt vult Dominus, seu ad honorem Domini.*Præputia*,i.peccata.
6. *Signum*, i. vexillum, sc. vt omnes intelligant bellum imminere,& se recipiant ad loca tuta.
Confortamini,Heb.fugite,Cal.migrate, 70. festinate.*Aquilone*,i. Chaldæa.
7. *Leo*,Chal.rex,sc.Nabuchodonosor. *Prædo gentium*,Chal.& 70.perdens gentes.
10. *Heu,heu,heu*,Heb.Ahah.
Ergone,Heb.verè,scil.hominum iudicio. vel,pro, veréne,q.d. itáne.

Pax

Pax, &c. Intelligebatur, si Deo obedirent.

Animam, i. vitæ perditionem.

11. *Deserto*, scilicet, quod est inter Babylonem & Iudæam.

Via filia, i. ducentis ad filiam, sc. Ierusalem.

Purgandum, subaudi, sed ad perdendum.

12. *Spiritus*, i. ventus, q. d. tempestas. *His*, scil. Chaldæis. *Mihi*, i. in obsequium meum vox Dei.

Loquar iudicia, &c. id est, conuincam, iuste me punire.

Eis, scil. Iudæis.

13. *Ascendet*, Chald. ascendet Rex.

15. *Annunciantis*, scil. calamitatem. *Dan*. ad Aquilonem est. *Idolum*, i. pœnam Idololatriæ, 70. dolorem Hebr. iniquitatem, i. pœnam iniquitatis. *De monte*, iungendum cum, facientis.

16. *Gentibus*, pro, de gentibus, sc. aduentantibus. *Custodes*, Chald. exercitus.

18. *Ista*, scilicet, est, q. d. horum causa est. *Tetigit*, i. afflixit.

19. *Ventrem*, i. interiora.

20. *Vocata est*, i. addita est Chald. accidit. *Pelles*, i. tentoria.

23. *Aspexi*, scilicet, prophetico, spiritu. *Terram*, id est, plebem.

Vacua, & nihili, Hebr. eædem voces, quas Genes. 1. vertit, inanis & vacua, Chald. etiam hic, deserta, & vacua.

Cælos, i. principes.

26. *Carmelus*, locus fertilis, & pascuus.

27. *Consummationem*, i. consumptionem, q. d. non prorsus perdam.

28. *Lugebit*, i. desolabitur. *Mœrebunt*, Chald. & 70. contenebrescent. *Locutus*, i. comminatus. *Eo*, sc. quod de puniendo cogitaui.

29. *Ciuitas*, 70. regio. *Ardua*, 70. speluncas, Chald. syluas.

30. *Cum ornata*, &c. etiam si ornetis. *Amatores*, i. qui antea amare & fauere videbantur. *Animam*, i. vitam, sc. perdere.

31. *Puerpera*, Hebr. Chald. & 70. primiperæ, i. primò parientis. *Intermorientis*, 70. deficientis. *Expandentisque*, scilicet, vt solent desperantes. *Væ*, scilicet, dicit.

CAPVT V.

1. IVdicium, i. quod rectum est. *Quærentem fidem*, i. veritatis studiosum, seu obseruantem.

Propitius ero, i. parcam. Aug. q. 40. in Gen. exaggeratio est, significans, ne vnum quidem posse inueniri; non tamen quod necesse sit, vbi tale reperietur, Dominum parcere. *Ei*, sc. Ierusalem. est enim Hebr. fœmineum, Chald. & 70. eis. i. populo.

3. *Fidem*, i. veritatem, seu fidelitatem.

4. *Sunt*, sc. tales.

5. *Iugum*, per iugum, & vincula, Dei præcepta intelliguntur, quæ homines in officio continent.

6. *Leo*, Chal. exercitus vt leo. *Ad vesperam*, solet lupus ad vesperam gregem inuadere, Chald. vespertinus.

Confortatæ, i. roboratæ, Chald. validæ.

7. *Super quo*, q. d. quo modo.

8. *Equi*, pro, velut equi. *Emissarij*, iungendum cum, equi

10. *Consummationem*, &c. q. d. ne penitus tamen destruatis. *Propagines*, i. murorum summitates, seu minas, Chald. palatia, 70. sustentacula.

11. *Domus Israel*, i. decem tribus. *Domus Iuda*, duæ tribus.

13. *Prophetæ*, Verba incredulorum.

In vanum, i. vana, seu falsa.

Responsum, scilicet, Dei, seu verum. *Hæc*, scil. dicta, vel dicenda statim.

14. *Do verba*, &c. q. d. prædic eis punitionem, qua vt igni consumentur.

16. *Quasi sepulchrum*, i. interficiens.

17. *Deuorabit*, Chald. occidet.

18. *Non faciam*, &c. i. non penitus delebo.

20. *Annunciate*, sc. ô Prophetæ.

22. *Dolebitis*, sc. pœnitentes, Chald. contremiscetis, 70. formidabitis. *Poterunt*, i. præualebunt.

24. *Temporaneam*, 70. maturinam.

25. *Declinauerunt*, i. auerterunt.

27. *Decipula*, i. cauea.

30. *Mirabilia*, 70. horribilia, Chald. fœda.

CAPVT VI.

1. COnfortamini, sc. ad fugam, Chald. migrate. *In medio*, Hebr. Chald. & 70. de medio.

Thecua, vicus est in monte, 12. milliaribus ab Ierusalem.

Clangite, sc. inuitantes alios ad fugam, ob hostium aduentum. *Bethacarem*, vicus est in monte situs.

2. *Assimilaui*, sc. olim cum prospere ageret.

3. *Pastores, & greges*, Chald. Reges, & exercitus.

4. *Sanctificate*, Chald. præparate. vox hostium. *Super*, Chald. contra. *Dies*, sub. & non expugnauimus ciuitatem.

6. *Visitationis*, i. punienda, Chald. cuius pe ata visitantur, 70. mendax. *Calumnia*, i. oppressio, sc. pauperum, Chald. violentia.

7. *Sic frigidam*, sc. calore virtutis extincto. *Vastitas*, 70. miseria.

Coram me, 70 coram ea.

Infirmitas, 70. dolor.

8. *Ne recedat*, &c. q. d. ne te prorsus abiiciam.

9. *Racemum*, sc. relictum post vindemiam, q. d. nullus relinquetur immunis à calamitate. *Conuerte*, &c. sc. dicet miles alteri. *Cartallum*, i. canistrum, q. d. reple.

10. *Incircumcisa*, Chald. obturatæ. *In*, pro, velut.

11. *Domini*, i. maximo. *Laboraui*, &c. q. dicat, ferre diutius non possum. Loquitur Deus more humano.

Effunde, 70 effundam, scilicet, iram.

Concilium, 70. congregationem. συναγωγῆς. *Plenè dierum*, i. decrepito.

14. *Cum ignominia*, i. ignominiose. Chald. mendaciter.

16. *Refrigerium*, Chald. requiem.

17. *Speculatores*, Chald. doctores. *Congregatio*, Chald. cœtus Israel.

19. *Terra*, Chald. terra Israel. *Fructum cogitationum*, Chald. retributionem operum.

20. *Calamum suaueolentem*, 70. cinnamomum.

23. *Vir*, 70. ignis.

25. *Pauor*, Chald. occidit, 70. habitat.

26. *Filia*, Chald. cœtus. *Vnigeniti*, i. velut mortuo vnigenito. *Vastator*, 70. miseria.

27. *Te*, sc. ô Propheta.

28. *Aes*, & ferrum, i. durissimi.

29. *Plumbum*, sc. quod solet adhiberi in purgatione argenti. *Frustra*, &c. q. d. perditur cum his opera, quia nolunt emendari.

CAPVT VII.

2. DOmus, i. atrij templi.

3. *Studia*, Chald. opera.

Habitabo vobiscum, Chald. & 70. habitare faciam vos, & sic infra.

4. *Est*, sub. ideoque nihil mali accidet nobis.
5. *Bene direxeritis* i. rectas feceritis.
6. *Calumniam*, 70. oppressionem, Chald. vim.
Malum, i. perniciem.
9. *Furari*, pro, cum tamen non cessetis furari.
10. *Inuocatum est*, pro, solet inuocari.
Liberati, sc. à malis. *Eo quod*, pro quanquam.
11. *Ego ego sum*, Hebr. & 70. ecce. *Vidi*, sc. quæ feceritis, & cogitaueritis.
13. *Mane*, i. tempestiue, scilicet, non differens monitionem.
Consurgens, i. more surgentis mane.
15. *Semen Ephraim*, i. decem tribus, quæ sic dicuntur ab Ieroboam Rege primo, qui de ea tribu.
16. *Obsistas mihi*, Chald. depreceris pro eis, 70. accedas ad me pro eis.
18. *Adipem*, Hebr. & Chaldæus, massam, 70. similaginem.
Reginæ, sc. Lunæ Chald. syderi, 70. militiæ.
19. *Prouocant*, sub solum. *Nonne*, sub. etiam.
Semetipsos sc. perdunt.
20. *Conflatur*, Chal. residet, 70. effunditur.
21. *Addite*, pro, addite sane, quasi dicat, nihil vobis proderunt.
22. *In die*, sub. sed posteà. *Verbo*, id est, re, Chald. negotio.
24. *Retrorsum*, sc. recedentes à me voluntate, vt qui terga vertunt.
29. *Capillum*, scil. in signum luctus. *In directum*, q. d. extende vocem, vt longe audiaris. *Furoris sui*, id est, cui iratus est.
30. *Offendicula*, Hebræus, Chaldæus, & 70. abominationes.
31. *Excelsa*, 70. altare. *Tophet*, locus est prope Ierusalem, vbi Iudæi immolabant filios suos. Vide Isai. 30.
32. *Tophet*, 70. altare Tophet. *Locus*, sc. alius sepeliendi, vel q. d. adeo multi erunt, vt vix sufficiat sepeliendi locus.

CAPVT VIII.

1. *PRophetarum*, Chal. pseudoprophetarum.
3. *Cognatione*, i. gente, 70. generatione.
Derelicta, sc ab hostibus loca, vel pro, qui, vel in quibus derelicti sunt, scil. non cum aliis occisi, Chald. in quibus remanserint.
5. *Contentiosa*, i. pertinaci, 70. impudenti.
Mendacium, i. iniquitatem, seu quod non decet. sic infrà.
7. *Cœlo*, i. aere. *Aduentus*, i. migrationis in alium locum. *Non cognouit*, Chaldæus, nesciuit facere. *Iudicium*, id est, præcepta, vel vltionem peccatorum.
8. *Stylus mendax*, Chaldæus, calamus falsans scripturam.
Scribarum, id est, doctorum, qui legem interpretabantur.
9. *Perterriti*, scil. hostium aduentu.
10. *Hæredibus*, scil. alienis, i. hostibus. *Propheta*, i. legis interprete, Chald. scriba.
11. *Sanabant*, i. sanare studebant. Vide supr. 6.
13. *Congregabo*, sc. ad cædem. *Non est*, &c. præsentia & præterita, pro futuris. *Et dedi*, pro, quia dedi, sc. præcepta. *Prætergressa*, pro prætergressi.
14. *Sileamus*, i. quiescamus à tantis malis, in quibus hic versamur, vel sedeamus mœsti & taciti. 70. proiiciamur. *Silere nos fecit*, i. mœstitia affecit, scilicet, silent mœsti, Chaldæus, pudefecit nos, 70. abiecit nos.
Fellis, Chald. maledictionis.
15. *Bonum*, id est, quidquam boni. *Medela*, Chaldæus, propitiationis. *Formido*, Chaldæus vindicta peccatorum.
16. *Dan*, scilicet, regione, per quam venit Nabuchodonosor.
Commota est, i. contremiscet.
17. *Serpentes*, Chald. populos occidentes, sicut serpentes. *Regulos*, 70. mortiferos.
Incantatio, quasi dicat, non admittunt incantationem, significantur Chaldæi Iudæam vastaturi.
18. *Dolor*, &c. Vox Prophetæ. vel Ierusalem.
19. *Filiæ*, Chaldæus, cœtus. *De terra*, id est, ob exercitum de terra, vel quasi dicat, existentis in captiuitate.
Rex eius, 70. medicus.
Vanitatibus alienis, i. deorum alienorum, Chald. cultu Idolorum.
20. *Messis*, Chald. tempus. *Saluati*, sc. ope illorum, à quibus expectabamus.
21. *Super*, &c. Vox Prophetæ.
22. *Resina*, mitigat hæc dolorem, astringit vulnera, & cicatricem obducit. *Galaad*, abundat ea regio resina & chirurgis, ponitur autem pro Ierusalem, quasi dicat defuntne hic medicinæ, & medici? scil. spirituales.
Obducta cicatrix, i. curatum vulnus.

CAPVT IX.

1. *ET plorabo*, pro, vt plorem. *Filiæ*, Chaldæus, cœtus.
2. *Mihi*, scil. reperire, 70. mihi.
3. *Arcum*, scilicet, mittentem sagittas id est, verba mendacia.
Confortati sunt, i. præualuerunt, seu obdurati sunt.
Egressi, pro, progressi. *Laborauerunt*, i. operam dederunt.
6. *Tua*, scil. ô Ieremia. *Doli*, i. dolosorum.
In dolo, i. præ dolo. vel legendum, doli in dolo, i. dolosissimorum.
7. *Conflabo*, 70. igne examinabo. *Filiæ*, 70. malitiæ filiæ, id est, ob malitiam filiæ, Chaldæus, peccatorum cœtus.
10. *Eo quod*, pro, ita, vt: sic & infrà. *Possidentis*, sub. pecora, quasi dicat, nemo erat. Chaldæus, pecoris, quasi dicat, nec peccora audiebantur, sc. etiam ipsa capta ab hostibus.
14. *Baalim*, 70. Idola.
17. *Sapientes*, i. peritæ lamentandi.
21. *Per fenestras*, q. d. clausis portis inuadet hostis per fenestras.
22. *Fœnum*, &c. Chaldæus, manipulus post messorem.
24. *Me*, Chald. timorem mei.
25. *Præputium*, scilicet, peccati: nam omnes isti, qui numerantur, erant carne circumcisi. *In comam*, pro, coma. erat id forte Arabum, seu Agarenorum, vt quidam aiunt.

CAPVT X.

2. *SIgnis*, i. quæ Astrologi putant certa esse euentuum signa.
5. *Palma*, sc. arboris, q. d. procera.
7. *Decus*, Chald. regnum.
8. *Probabuntur*, scilicet, esse, quandoquidem ligna adorant.
9. *Inuolutum*, sc. vt solent merces. *Tharsis*, q. d. per mare, Chald. Africa.
10. *Comminationem*, Chald. iram.
12. *Præparat*, Chald. fundauit, 70. erexit.
13. *In pluuiam*, pro, in pluuia, Chald. tempore pluuiæ.

14. *A scientia*,

14. *A scientia*, pro, in scientia, *Falsum*, i. non verus Deus.

16. *Virga hæreditatis*, pro, hæreditas. Iudæi agros funibus & virgis metiebantur.

17. *Congrega*, sc. ô Babylon, vel Ierusalem, vel Iudæa.

Confusionem, Chal. mercimonia, 70. substantiam. *Obsidione*, q.d. loco cito obsidendo, Chald. ciuitatibus munitis, 70. munitione.

18. *Terra*, sc. Iudææ, vel Chaldææ. *Hac vice*, Chald. hoc tempore. *Inueniantur*, scil. hostibus, Chald. recipiant retributionem peccatorum suorum.

19. *Væ*, &c. Vox populi. *Ego autem dixi*, postpositum fuit, id cum esset in principio versus ponendum.

Mea, i. merito mihi accidit.

20. *Tabernaculum*, sc. Ierusalem, *Funiculi*, sc. reliquæ Iudææ ciuitates. *Subsistunt*, i. sunt vel comparent.

Pelles, sc. tentoriorum, Chald. cortinas, sensus est: Non est qui ædificet diruta.

21. *Pastores*. Chald. Reges.

22. *Aquilonis*, sc. Chaldæa.

23. *Nec viri*, &c. explicatio præcedentis.

24. *In iudicio*, i. moderate.

25. *Decus*, Chald. habitacula, 70. pascua.

CAPVT XI.

1. *Audite*, sc. ô Prophetæ, *Verba*, i. conditiones.

3. *Audierit*, Chald. confirmauerit.

4. *Præcepi*, sc. obseruandum. *Fornace ferrea*, i. seruitute durissima.

5. *Suscitem*, Chald. confirmem, 70. statuam. *Est dies hæc*, i. apparet hodie. *Amen*, 70. fiat, sc. vt dicis, seu vis.

6. *Vociferare*, i. prædica, Chal. prophetiza, 70. lege. *Foris*, Chald. in vicis.

Contestans, &c. i. monui testibus adhibitis, vel (vt vulgo dicitur) protestatus sum.

Mane, &c. i. more tempestiue surgentis.

8. *Verba*, i. maledictiones adscriptas pacto.

9. *Coniuratio*, pro, velut coniuratio, Chal. rebellio.

13. *Confusionis*, i. ignominiosas, & pudendas.

14. *Laudem*, Chald. & 70. deprecationem.

16. *Vberem*, Cha. & 70. vmbrosam. *Vocauit*, sc. olim cum ei seruires. *Loquela grandis*, i. clamoris militum. *Fruteta*, i. populi.

19. *Mansuetus*, Chald. electus, 70. innocens, Heb. bos, q.d. sicut agnus, & sicut bos: est enim Aluph, quod bouem significat. *Portatur*, 70. ducitur. *Non cognoui*, sc. antequam reuelares. *Lignum*, sc. venenatum, Chald. venenum mortiferum. *Panem*, cibum: Tertul. panem interpretatur lib. 3. in Mar. Christi corpus, quod dandum erat sub specie panis lignum vero crucem.

20. *Videam*, Hebr. & Chald. videbo. *Causam*, Chald. iniuriam, 70. iustificationem.

21. *Non prophetabis*, i. ne prophetes, sc. calamitates vrbis. *Annum*, 70. in anno.

CAPVT XII.

1. *Iustus*, &c. q.d. iustior es, quam vt te cum disputare debeam, proponam tamen quod me mouet de tuis iudiciis. *Iusta*, i. quæ videntur iuste proponi posse, Hebr. & 70. & Complut. iudicia, Chald. interrogationem iudicij.

2. *Proficiunt*, &c. Chald. diuites facti sunt, & substantias possident, 70. filios generauerunt, & fecerunt fructum.

Renibus, i. intimis, sc. corde.

3. *Tecum*, i. apud te, vel quod tecum est, i. te amat, & colit. *Congrega*, pro congregabis, q.d. suo eos tempore punies. *Sanctifica*, Chald. præpara. *In diem occisionis*, i. tempus quo occidendi sunt.

4. *Lugebit*, i. desolata erit. *Quoniam dixerunt*, pro cum tamen dixerint, sc. impij. *Non videbit*, &c. Chald. non nouit finem nostrum, 70 non videbit Deus vias nostras, q.d. quid scit Deus, aut quid curat, quid de nobis futurum sit? sc. contempserunt minas Domini.

5. *Si cum peditibus*, &c. q. d. si tibi ciues tui tam molesti sunt, quantum erunt Ierosolymitani? *Laborasti*, i. fatigatus es. *Securus*, pro, vix securus.

Superbia, i. tumore. *Iordanis*, i. Ierusalem, vbi fluctus superbiæ.

6. *Bona*, i. blanda.

7. *Reliqui*, &c. verba Dei, vel Prophetæ. *Domum*, i. templum. *Dilectam animam*, i. populum, velut animam dilectum, vel animam meam, pro, animæ meæ, Chald. populum mihi dilectum.

8. *Odiui*, Chald. proieci.

9. *Discolor*, sc. quam ideo aliæ persequuntur. *Bestiæ*, sc. hostes.

10. *Pastores*, Chald. Reges, *Partem*, Chald. hæreditatem.

11. *Super me*, i. contra me, sc. conquesta, vel ad me, sc. opem petens, Chald. coram me, 70. propter me. *Recogitet corde*, Chald. timeat me.

12. *Vniuersæ*, pro vlli, more Hebr.

13. *Fructibus*, i. prouentibus, sc. videntes deesse ob peccata, Chald. operibus, 70. gloria.

14. *Vicinos*, sc. Moabitas, Idumæos, &c.

15. *Virum*, i. vnumquemque.

17. *Audierint*, Chald. disciplinam susceperint, 70. conuersi fuerint.

CAPVT XIII.

1. *Posside*, Chald. eme. *Lumbare*, i. baltheum, seu cingulum. *Pones*, &c. Omnia hæc secundum quosdam facta non re, sed visione significant autem captiuitatem Babylonicam. *Aquam*, i. lauandi causa.

2. *Possedi*, Chald. emi.

9. *Superbiam*, Chald. fortitudinem.

11. *Et in nomen*, 70. nominatum, i. celebrem.

12. *Lagunculа*, Hebr. Chald. & 70. vter.

13. *Prophetas*, Chald. pseudoprophetas. *Ebrietate*, i. cæcitate, vel tribulatione, quæ mentem obtundat, Chald. tribulatione.

14. *Virum à fratre*, i. vnumquemque à proximo. *Concedam*, Chald. clemens ero.

15. *Eleuati*, sc. superbia.

16. *Contenebrescat*, i. adueniat calamitas. *Caliginosos*, i. tenebrosos q. d. præcipitemini, vel Regio Babylonis intelligitur, quæ alias dicitur mons caliginosus. Vide Isa. 13. *Ponet*, sc. Deus. *In vmbram mortis*, i. obscurissimam.

17. *Hoc non audieritis*, Chald. disciplinam non susceperitis. *A facie*, i. causa *Grex*, i. populus.

18. *Dominatrici*, i. Reginæ sc. matri Regis Ioachim, Chald. vxori eius.

19. *Austri*, i. Iudææ, quæ Australis est Chaldææ.

20. *Qui venitis*, Alia lectio qui veniunt, Chald. & 70. venientes, sc. eos, qui veniunt.

Tibi, sc. Iuda.

Pecus, i. populus.

21. *Visitauerit*, i. punierit, sc. Deus.

Docuisti, sc. ostensis thesauris, & familiaritate. *Eos*, sc. hostes.

Quasi mulierem, &c. i. inopinato.

22. *Verè*

22. *Verecundiora*, i. pudenda, q. d. incidisti in summam ignominiam. *Plantæ*, i. pedes, seu crura, q. d. violata es, more fœminæ.

26. *Femora tua*, Chald. confusionem peccati tui. *Apparuit*, pro, apparebit.

27. *Hinnitus*, sc. ad libidinem, more equarum. *In agro*, 70. & in agris. *Post me*, id est, me sequendo. *Vsquequo adhuc*, scil. talis eris, vel expectabo vt emenderis?

CAPVT XIV.

1. *SErmonibus*, i. re. *Siccitatis*, i. sterilitatis, ob defectum imbris.

2. *Portæ*, id est, vires, in portis enim vrbium robur.

Obscuratæ, sc. mœstitia, vel vilitate.

3. *Capita*, sc. præ tristitia, vel pudore.

6. *Traxerunt*, Chald. biberunt. *Dracones*, qui sc. ob coloris copiam indigent multa refrigeratione. *Oculi*, scil. quærendis pascuis

7. *Responderint*, scil. testantes nos malos, 70. restiterint.

Nobis, Chald. contra nos. *Fac*, sc. clementer. *Tibi*, Chald. coram te.

8. *Expectatio*, i. spes. *Colonus*, 70. aduena, q. d. qui nos non cures, aut à nobis negligaris.

Ad manendum, sc. more transeuntis alio, possunt hæc ad Christum referri.

9. *Vagus*, 70. dormiens. *Fortis*, q. d. Cum sis fortis, videris tamen infirmus, 70. vir. *Qui*, pro, qui tamen.

Inuocatum est, &c. diceris Deus noster.

10. *Mouere pedes*, i. discursare, quærendo hinc inde opem.

13. *A, a, a*, Hebr. Ahah. *Propheta*, Chald. pseudoprophetæ.

14. *In nomine meo*, i, quasi à me missi.

17. *Taceant*, id est, cessent. *Virgo filia*, Chald. regnum cœtus.

18. *Abierunt*, sc. captiui.

19. *Bonum*, i. quicquam boni.

20. *Tibi*, Chald. & 70. coram te.

21. *Nec facias*, &c. repetitio. *Solij*. Iunge cum sequentibus, Chaldæus, tamen, & 70. iungunt cum præcedentibus, quasi dicat, ne solio gloriæ tuæ dedecus inferas.

22. *Imbres*, Chald. rores. *Hæc*, scil. quæ fiunt in mundo naturaliter, vel quæ patimur.

CAPVT XV.

1. *COram me*, sc. orantes pro populo. *Eiice*, i. prædic eiiciendos, sc. in exilium.

2. *Mortem*, i. pestem, sc. sunt destinati.

3. *Species*, pro, speciebus, i. generibus, sc. flagellorum, Chald. vltiones pessimas.

4. *Feruorem*, 70. angustias, Chald. commotionem, sc. vagando. *Super*, 70. pro.

5. *Rogandum pro pace tua*, Chald. salutandum te.

6. *Laboraui*, i. fatigatus sum. *Rogans*, sc. vt conuerteretur.

7. *Ventilabro*, pro, veluti ventilabro. *In portis*, Chald. per ciuitates.

8. *Mihi*, Chald. coram me. *Matrem Adolescentis*, Chald cœtum adolescentium. *Meridie*, i. palam.

9. *Septem*, id est, plurimos, q. d. orbata Ierusalem ciuibus. *Sol*, prosperitas, scil. repente adueniente calamitate.

10. *Væ*, Vox Ieremiæ. *Rixæ*, sc. expositum ob ea quæ prædico. *Discordiæ*, i. cui contradicitur.

Non fœneraui, i. mutuum dedi, quasi dicat nihil mihi est cum quoquam negotij, vt litigare mecum debeat.

11 *Si non*, &c. Verba Dei ad Ieremiam, q d. omnino tibi in reliquam vitam fauebo.

Occurrit, pro, occurram.

12. *Ferrum*, i. arma Iudæorum. *Ab Aquilone*, sc. venienti, i. armis Chaldæorum. *Æs*, sc. æri.

13. *Gratis*, i. sine pretio. *In omnibus peccatis*, 70. propter omnia peccata.

15. *In patientia*, i. sinendo me lædi ab hostibus. *Scito*. pro scis.

16. *Sunt*, sc. à me. *Comedi*, i. suscepi. *Inuocatum est*, &c. quasi dicat, dicor Propheta tuus, vel faues mihi.

17. *Sedi*, i. versatus sum. *Gloriatus sum*, 70. timui, Chald. nec sum delectatus, scil. refert ad præcedentia, & repetit negationem. *A facie*, &c. id est, propter prophetiam a te mihi datam. *Comminatione*, scil. in populum, 70. & Complut. amaritudine.

18. *Desperabilis*, pro, velut desperabilis. *Infidelium*, Chald. deficientium, scilicet, cum deberent fluere.

19. *Conuerteris*, sc. ad me, ô Ieremia. *Conuertam*, q. d. iuuabo, 70. restituam.

Pretiosum, &c. i. electus à reprobis, Chald. Si reuocaueris impios, vt sint iusti.

Quasi os, &c. Chaldæus, voluntatem verbi mei implebis.

Ad te, sc. obediendo tibi. *Eos*, sc. imitando illorum mores.

21. *Redimam*, 70. eruam. *Fortium*, 70. pestilentium.

CAPVT XVI.

2. *ISto*, scil. Anathoth, vel Iudæa. Quidam putant id Prophetæ dictum in persona aliorum, q. d. non est quod quisquam hic vxorem ducat.

3. *Stirpe*, i. semine.

4. *Ægrotationum*, Chald. ægrotationum famis.

5. *Conuiuij*, sc. quod fit in morte alicuius. *Misericordiam*, pro, nempe misericordiam.

6. *Incident*, i. lacerabunt, sc. alij pro eis. *Caluitium*, i. capitis rasura.

13. *Requiem*, Chald. & 70. misericordiam, quasi dicat, crudeliter, seu dure, tractabunt, aut non liberabunt.

16. *Piscatores*, i. prædicatores, qui animas piscantur, & venantur, vel hostes, qui capiant, & occidant.

18. *Primum*, q. d. postea miserebor. *Duplices iniquitates*, i. supplicium, pro iniquitatibus duplicibus, i. magnis.

Morticinis, i. cadaueribus immolatorum idolis, forte filios intelligit.

19. *Vanitatem*, 70. idola.

20. *Faciet*, i. decetne facere?

21. *Per vicem hanc*, Chald. & 70. tempore hoc. *Manum*, &c. Chaldæus, vltionem meam, & plagam potentiæ meæ. *Et virtutem*, pro, id est, virtutem.

CAPVT XVII.

1. *STylo*, q. d. indelebiliter. *In vngue*, i. cum digito. *Adamantino*, q. d. fortissimè. *Aratrum*, sc. in quibus idolis sacrificant.

2. *Recordati*, scil. vt imitentur patres.

3. *Sacrificantes in agro*, Chaldæus, ob cultum idolorum in agro. *Fortitudinem*, Chaldæus, substantiam, 70. diuitias.

Excelsa,

Excelsa, &c. lege sic: propter excelsa tua & peccata, &c.

4. *Ignem*, i. calamitatem, scil. peccatores sibi asciscunt pœnas ob peccata. *In æternum*, i. diutissime, vel semper; si de inferno intelligatur.

5. *Carnem*, &c. carnem pro fragilitate humana posuit, brachium pro potentia, August. lib. de grat. & lib. arb. cap. 4.

6. *Myrica*, vulgo Tamarice.

7. *Et erit*, pro, & cuius est.

8. *Non erit sollicitum*, 70. non timebit.

9. *Prauum*, Chald. dolosum, 70. profundum.

10. *Probans renes*, id est, examinans intima. *Fructum*, id est, opera. *Adinuentionum*, i. cogitationum, seu studiorum.

11. *Perdix*, pro, sicut perdix. *Fecit*, pro, sic fecit, scil. improbus. *Non in iudicio*, id est, iniuste. *Erit*, id est, apparebit, Chaldæus, vocabitur. *Insipiens*, Chald. impius.

12. *Solium gloriæ*, &c. quasi dicat, Deus excelsus habet solium suum gloriosum in templo à multis sæculis.

Altitudinis, 70 exaltatum. *Sanctificationis nostræ*, Chald. sanctuarij nostri.

13. *Expectatio*, id est, spes. *In terra scribentur*, quasi dicat, non in cœlo sunt scripti, Chald. cadent in gehennam.

14. *Laus*, 70. gloriatio, i. in quo glorior.

16. *Diem hominis*, i. prosperitatem humanam, Chald. diem malam, q. d. non eis optaui malum.

17. *Formidini*, q. d. fac ne timeam, Chal. in interitum, q. d. serua me.

18. *Induc*, pro, nduces. ' *up ici*, . g a i.

Contere, pro, conteres.

19. *Filiorum populi*, i. popularium, sic vocat portas vrbis, quia illic frequens populus.

22. *Eiicere*, i. efferre.

25. *Principes*, sc. è semine Dauid.

26. *Oblationem*, Chald. sacrificium confessionis, 70. laudem.

27. *Domos*, Chal. palatia.

CAPVT XVIII.

4. *Illud*, pro, ex illo. *Repente*, Chald. tempore quodam, 70. tandem. sic & infr.

8. *Quod locutus*, &c. i de quo reprehendi eam.

11. *Fingo*, id est, formo, scil. more figuli, Chaldæus, creo.

12. *Desperauimus*, quasi dicat, actum est, nolumus vllo modo.

13. *Virgo*, Chald. cœtus.

14. *Euelli*, i. impedire, ne fluant.

15. *Quia oblitus*, &c. q. d. nulla res deficit à sua natura, vnus est homo, qui degenerat. *Sæculi*, i. diu sibi vsitatis. *Non trito*, sc. à sanctis viris.

17. *Dorsum*, &c. q. d. deseram eos.

18. *Lex*, id est, legis interpretatio subetiamsi Ieremiam occidamus. *Lingua*, Chaldæus, falsis testimoniis.

19. *Vocem*, i. calumniam.

20. *Redditur*, i. reddi debet Complut. redditur.

Foueam, sc. more venatorum, vt caderem, q. d. struxerunt mihi insidias vt occiderent.

21. *Morte*, i. peste.

22. *Latronem*, Chald. exercitus, se per Romanos vastati. *Caperent*, Chal. occiderent.

23. *A facie tua*, &c. q. d. fit coram te, vt punias.

Abutere eis, Hebr. & 70. fac in eis, scilicet, quod soles puniendo impios, Chaldæus sume vindictam ex eis.

CAPVT XIX.

1. *A Senioribus*, pro, de senioribus, scilicet, duc tecum aliquos, Chaldæus, tolles tecum de senioribus.

2. *Fictiles*, i. vbi officinæ singulorum, Chald. sterquilinij. Not. quod habebat varia nomina, etiam Orientalis dicebatur.

3. *Tinniant*, sc. tremore concussæ.

4. *Alienum*, i. prophanum. *Innocentum*, sc. filiorum, quos diis immolabant.

5. *In cor meum*, quasi dicat, ne cogitaui quidem, Chald. nec volui.

7. *Animas eorum*, Chald. occidere eos.

8. *Sibilum*, sc. aspicientium, & admirantium.

13. *Domatibus*, id est, tectis: sunt hæc in Palæstina plana.

15. *Indurauerunt*, i. indomitam reddiderunt, sc. ne iugum subirent. *Audirent*, &c. Chald. obedirent verbis meis.

CAPVT XX.

1. *Princeps*, Chald. princeps sacerdotum, i. summus sacerdos.

2. *Neruum*, Chald. & 70. carcerem. *Domo*, id est, atrio templi.

3. *Vocauit*, pro, vocabit, sci. posthac. *Pauorem vndique*, 70. migrantem.

4. *Pauorem*, Chaldæus, interitum, 70. transmigrationem.

5. *Laborem*, i. labore parta seu in quibus laborauit. *Pretium*, i. pretiosum.

7. *Seduxisti*, scil. videris seduxisse, qui mihi promiseris securitatem *Inualuisti*, sc. contra me, permittendo tam multa pati.

8. *Iam olim*, id est, iamdudum. *Iniquitatem*, sc. ciuitatis.

9. *Dixi*, i. proposui, seu cogitaui. *Non recordabor eius*, id est, mentionem non faciam Dei, 70. non nominabo vltra nomen Domini. *Non sustinens*, scil. tot mala, vel vim ignis illius, q. d. coactus sum prophetare.

10. *Audiui*, &c. redit ad superiora. *Ab omnibus*, scilicet, illatum mihi terrorem. *Pacifici*, id est, amici, scil. antea.

Custodientes, id est, obseruantes, Chald. insidiantes, vt male faciant mihi. *Decipiatur*, Chald. erret, scil. Ieremias.

11. *Non intellexerunt*, adeoque non cauerunt.

12. *Probator iusti*, 70. probans iusta. *Renes*, i. interiora. *Videam*, Chald. videbo.

13. *Pauperis*, i. meam.

14. *Maledicta*, i. infelix.

15. *Maledictus*, quasi dicat, infelix fuit illa annuntiatio.

16. *Sit homo*, &c. q. d. satius erat nunquam fuisse talem nuntium. *Non pœnituit eum*, Chald. non sunt habitatæ. *Clamorem*, scil. hostium, vel suorum pereuntium. est id per exaggerationem calamitatis dictum, & non odio aliquo aut ira. sic Iob etiam loquitur, sc. modus est, quidam loquendi ad exprimendum dolorem. *Mane*, per mane & meridiem totus dies intelligitur.

17. *A vulua*, scilicet, egredientem. vel pro, in vulua, quasi dicat, præstitisset statim me à Deo occidi.

Æternus, 70. æterni, quasi dicat, nunquam fuissem in hanc lucem editus, Chald. essem quasi non essem, scil. conceptus solum, & non natus.

CAPVT

CAPVT XXI.

1. *PHassur.* Alius est iste ab illo, de quo suprà.
2. *Interroga*, Chaldæus, ora. *Recedat*, scilicet, Nabuchodonosor.
4. *Conuertam*, scil. in vos vel, q. d. sic auertam ab hostibus vt nihil contra eos possint. *Vasa*, i. instrumenta, scil. arma.
8. *Do*, i. propono. *Viam*, i. rationem.
9. *Quasi spolium*, scilicet, de quo lætatur qui nactus est. Chald. in euasionem.
11. *Et*, sub. dices.
12. *Mane*, i. tempestiue, & diligenter.
13. *Ad te*, Chaldæus, contra te mitto furorem meum. *Solidæ*, id est, munitæ, scilicet, montibus, Chaldæus, quæ habitas in fortitudine in ciuitatibus munitis.
14. *In saltu*, Chald. in vrbibus, scilicet, Iudæam syluæ comparat.

CAPVT XXII.

2. *QVi ingredimini*, Hebr. Chald. & 70. ingredientes. *Istas*, scil. palatij regij.
3. *Iudicium*, & iustitiam, i. iustum iudicium.
6. *Galaad*, &c. i. ô Ierusalem caput Iudææ sic solet scriptura alienis nominibus vocare alienatas à Deo vrbes.
7. *Sanctificabo*, Chald. præparabo, 70. inducam.
Super, i. contra. *Electas cedros*, i. magnificas domos. perstat in metaphora Libani, Chald. pulchritudinem fortium tuorum. *Mortuum*, scil. quemquam, vel Ioachaz, qui in Ægypto obierat. *Egreditur*, sc. Sellum de quo infrà.
11. *Ad Sellum*, pro, de Sellum, id est, Ioachin filio Ioacim filij Iosiæ ita quidam. Alij, in quibus Hieronym. Sedechiam intelligunt. Fit quidem 1. Paral. 3. mentio Sellum quarti filij Iosiæ: sed ille non regnauit. *Filium*, id est, nepotem, si Ioachin intelligatur.
13. *Non in iudicio*, i. inique, seu iniuste repetitio. *Frustra*, i. sine causa, sc. iniuste.
14. *Sinopide*, genus est rubricæ à Sinope vrbe Ponti.
15. *Cedro*, i. cuiuis præstanti Regi. *Comedit*, &c. i. diu vixit. *Tunc* cum Hebr. & Chal. & tunc.
16. *In bonum suum*, pro, eique tunc bene erat.
18. *Ioachim*, de hoc intelligenda secundum Hier. quæ hactenus reprehensa sunt. *Væ frater*, &c. voces plangentium mortuos. *Concrepabunt ei*, scil. flentes, 70. flebunt eum, Chald. plangent eum.
19. *Asini*, id est, vt solet asinus, scilicet, in sterquilinio, scilicet, interfectus est à Nabuchodonosor, & proiectus, extra vrbem, Hieron. ait occisum à latrunculis. Vide 4. Reg. 24.
20. *Libanum*, &c. q. d. in loca edita, opem petens. nihil enim proderit, Chald. in domum sanctuarij. loquitur vero ad Ierusalem. *Amatores*, sc. à quibus opem expectabas.
21. *In abundantia tua*, i. prosperitate, Chald. cum sederes tranquilla. *Via*, i. consuetudo.
22. *Pastores*, Chald. gubernatores. *Ventus*, i. vana spes, Chald. dispergentur in omnem ventum. *Ab omni*, i. ob omnem.
23. *Libano*, i. domibus cedrinis, Chal. in domo sanctuarij. *Nidificas in cedris*, Chal. in domo Regum nutris filios tuos. *Congemuisti*, &c. præterita pro futuris, Chald. quid facies, cum venerint, &c.
24. *Iechonias*, hic dicitur in lib. Reg. & Par. Ioachim.
Ioachim, scribitur Hebr. per p. *Annulus*, i. vt annulus, q. d. coniunctissimus & carissimus.
Euellam, i. à me proiiciam, scil. ob eius scelera.
27. *Terram*, scil. istam. *Leuant*, i. leuabunt, q. d. optabunt.
28. *Nunquid*, pro, nonne. sic infr. *Vas*, pro, vt vas, sic infrà.
29. *Terra*, scil. Israel.
30. *Sterilem*, scil. non relinquet filium successorem in Regno.

CAPVT XXIII.

1. *PAstoribus*, Chald. gubernatoribus.
Pascuæ meæ, i. quem pasco.
2. *Eiecistis*, Chald. vagari fecistis. *Visitabo*, i. puniam, *Studiorum*, i. operum.
3. *Eiecero*, Heb. Chald. & 70. eieci, seu expuli. *Rura*, 70. pascua, Chald loca.
4. *Pastores*, sc. Euangelicos. *Quæratur*, i. desiderabitur, seu deficiet.
5. *Dauid*, i. Dauidi. sic enim, Hebr. & 70. q. d. id quod Dauidi promisi, vel in domo Dauid. *Germen*, Chald. Messiam, 70. Orientem. *iudicium, & iustitiam*, i. quod iustum est.
6. *Iuda*, i. duæ tribus. *Israel*, i. decem tribus. *Dominus*, sc. Christus Deus est enim Hebr. hic Iehoua, quod soli Deo conuenit.
9. *Ad Prophetas*, Chaldæus, propter pseudoprophetas.
Contritum, sc. præ dolore. *Meum*, vox Ieremiæ.
A facie, i. propter, q. d. ob Domini præcepta, & verba sc. quæ video contemni.
10. *Maledictionis*, i. calamitatis, Chal. periurij.
Luxit, i. desolata est. *Malus*, i. ad mala. *Dissimilis*, sc. iustitiæ, seu Dei voluntati.
11. *Polluti*, sc. peccatis.
12. *Quasi lubricum*, q. d. cadent. *Samariæ*, i. decem tribuum. *Fatuitatem*, scil. nihil stultius Idolorum cultu.
Baalim Chald. nomine Idolorum.
14. *Similitudinem adulterantium*, i. imitationem Idololatrarum, scil. Israelitarum.
15. *Prophetas*, Chald. pseudoprophetas.
Terram, sc. Iuda.
17. *Blasphemant me*, Chald. irritant me, 70. abiiciunt verbum meum.
18. *Quis*, sc. ex istis.
19. *Turbo*, i. vehementia, Chald. increpatio, 70. commotio.
22. *Auertissem*, Hebr. Chald. 70. Complut. auertisset.
23. *Putasne*, pro, an. 70. affirmitiue legunt sic. Deus propinquus ego sum, & non Deus de longe, q. d. vbique adsum. *E vicino*, sc. tempore, q. d. recens, vt idola, & non æternus?
25. *Somniaui*, i. vidi visionem.
28. *Narret somnium*, sc. sicut somnium, & non vt visionem diuinam. *Paleis ad triticum*, i. verbis istorum ad verba Dei?
29. *Ignis*, scilicet, cui nihil potest resistere, aut impedire.
Proximo, i. aliis Prophetis, scil veris, quorum deinde dicta, falsis mistis contaminant.
32. *Miraculis*, Chald. temeritate, 70. erroribus.
33. *Propheta*, scilicet, falsus, Chaldæus, scriba. *Onus*, id est, prophetia de calamitate. *Vos estis onus*, Hebr. quod onus? quasi dicat, quid quæritis de onere? Chaldæus. Talis est prophetia, scilicet, quod sequitur. *Proiiciam*, &c. q. d. Hoc est onus, seu prophetia.
34. *Dicit*, sc. velut per ludum.
35. *Hæc dicetis*, i. sic interrogabitis, scil. modeste & humiliter.

36. Onus

36. *Onus erit*, &c. id est, punietur ob talem loquendi modum. *Et peruertistis*, pro, quia peruertistis, id est, mutastis, scilicet, modum interrogandi à Deo præscriptum.

39. *Portans*, pro, tollendo, q.d. omnino tollam. *Derelinquam*, Chald. proiiciam.

CAPVT XXIV.

1. *Fabrum*, Chaldæus, & 70. artifices. *Inclusorem*, Chald. ianitores, 70. vinctos, quidam gemmarum inclusores intelligunt: alij castrametandi peritos.

3. *Ficus bonas*, &c. q.d. quæ bonæ, optimæ sunt; quæ malæ, pessimæ.

4. *In bonum*, q. d. bene faciam.

6. *Ad placandum*, Hebr. Chald. & 70. in bonum. *Destruam*, sc. amplius, vel similiter.

8. *Ægypti*, scilicet, eo fugerant quidam metu Chaldæorum.

9. *Vexationem*, Chaldæus, commotionem, 70. dispersionem. *Omnibus*, pro, per omnia. certe id apparet hodie, per omnes enim regiones dispersi Iudæi.

Opprobrium, scilicet, vt malè audiant, vel contemptibiles sint. *Parabolam*, i. comparationem, sc. dicent de calamitoso. Miserior est Iudæo. *Prouerbium*, Chald. fabulam, scil. de quorum omnes calamitate loquantur, 70. odium.

Maledictionem, scil. erunt omnibus execrationi: vel cum mala imprecabuntur, dicent: Accidat tibi quod Iudæis.

Eieci, pro, eiecero, 70. expellam.

10. *De terra*, sc. expulsi.

CAPVT XXV.

1. *Primus*, cœperat imperare tertio Ioachim.

3. *De nocte*, Hebr. Chald. & 70. mane, seu diluculo, quasi dicat, tempestiue. Not. hic, quod Deus similiter alibi de se dicit, esse intelligendum fecisse per Prophetas.

4. *Diluculo*, i. mature supra vertit. de nocte.

9. *Cognationes*, id est. familias. *Seruum*, scilicet, seruientem mihi, qui per eum vos punio. *Sibilum*, vide supr. cap. 19.

Sempiternas, i. diuturnas, durauit enim captiuitas 70. annis, sc. à 19. *Nabuchodonosor*, de quo vide 4. Reg. 25. 2. Par. 36. 1. Esdr. 1. vel à primo, qui fuit quartus Ioacim. Vide infra. Not. vero hic tempus, quo est prædicta à Ieremia, scil. anno quarto Ioacim, à quo ad Cyri primum quidam numerant, 70. annos, sic Nabuchodonosor 45. Euilmerodac filius 23. Balsasar nepos 3. annis regnauit.

10. *Perdam*, id est, auferam. *Vocem molæ*, scil. terentis frumentum, vel condimenta. Intellige vero vel molæ strepitum, vel vocem molam versantis, 70. odorem vnguenti.

Lumen lucernæ, Chald. vocem cantantium ad lumen lucernarum.

11. *Septuaginta*, sc. vsque ad Cyrum.

12. *Sempiternas*, i. diuturnas.

13. *Illam*, sc. Chaldæorum.

14. *Quia seruierunt*, &c. pro, seruient, Hebr. & Chald. quia seruient etiam ipsi gentibus multis, & Regibus magnis.

15. *Sume*, factum, id visione. *Furoris*, id est, indignationis, seu punitionis.

18. *Est dies hæc*, i. hodie apparet. Id additum à Ieremia post captiuitatem.

20. *Generaliter*, Hebr. promiscue, seu mistim, Chald. regibus finitimis.

Ausitidis, Hebræus, Chaldæus, & 70. Hus, scil. de qua Iob, i. Hebr. עוץ.

22. *Mare*, i. littora maris, si mediterranei.

23. *Attonsi*, Vide sup. cap. 9.

24. *Arabiæ*, scilicet, Felicis. *Deserto*, scilicet, Arabiæ desertæ.

25. *Zambri*, Hebræus, *Zimri*. Forte sunt, quos Plin. lib. 6. cap. 28. Zamarenos vocat. est Arabiæ populus.

Elam, in Persia est, vnde Elamitæ.

26. *Vnicuique*, &c. i. cuique ab alio, sc. de prope, aut longe, q.d. omnibus, vt statim sequitur *Sesach*, Chald. Babylonis. Not. Hier. pro B. & L. sc. 2. & 12. littera à principio Alphabeti positas S, & C, quæ sunt 1. & 12. à fine dictumque pro Babel Sesach. *Bibet*, sc. erat à Persis vincendus.

27. *Bibite*, &c. forte imperatiua pro futuris.

28. *Bibentes*, &c. id est, omnino velitis, nolitis, bibetis.

30. *Decorem*, id est, templum, vel vrbem, vbi colitur, Chaldæus, terram domus Maiestatis suæ, 70. locum suum.

Celeusma, sc. vox militum se ad bellum inuicem hortantium.

31. *Sonitus*, Chald. tumultus, 70. interitus.

Iudicium, id est, disceptatio. *Iudicatur*, pro, in iudicium veniet. *Carne*, id est, homine. *Tradidi*, pro tradam.

32. *Summitatibus*, i. extremitatibus, forte Italia intelligitur.

33. *Domini*, Chal & 70. à Domino. *Summo*, i. extremo. *In sterquilinium*, Chald velut stercus.

34. *Pastores*, Chald. Reges. *Vestræ*, sc aduenerunt.

35. *Peribit fuga*, sc. non poterunt fugere.

37. *Conticuerunt*; sc. mœsta, desolata. *Pacis*, i. quæ antea in pace agebant.

38. *Dereliquit*, sc. Deus, qui vt leo templum tuebatur, Chald. migrauit Rex ex arce sua. *Tabernaculum*, scil. templum. *Columbæ*, i. Dei alioqui mitissimi, vel Nabuchodosor, qui sic vocatur ob celeritatem, & velut volatum ad cædem. Vide inf. c. 46. 16. Chald. inimici.

Domini, Hebr. & Chald. eius.

CAPVT XXVI.

3. *Pœniteat me*, &c. Chal. auertat. ego à malo, 70. quiescam à malis, sic infrà.

5. *De nocte*, 70. diluculo, seu mane atque ita etiam Hebræus, & Chaldæus. *Dirigens*, Hebræus, Chaldæus, & 70. mittens.

6. *Silo*, vrbs erat in tribu Benjamin, vbi Arca diu fuit cum tabernaculo, eo translata è Galgalis, sed capta postea à Philisthæis. *Maledictionem*, vide suprà cap. 24.

7. *Prophetæ*, Chaldæus, Scribæ, 70. pseudoprophetæ, sic etiam infrà. *Domo*, scilicet, in atrio populi.

9. *Eo quod*, pro, vt.

10. *Ascenderunt*, sc. erat loco editiori.

4. *Domus*, i. atrij templi. *Noua*, Chald. orientalis. Vide 4. Reg. 15. forte fuerat tunc instaurata.

11. *Iudicium mortis*, &c. i. dignus est morte.

13. *Studia*, Chald. & 70. opera.

15. *Contra vos*, i. in vestram perniciem.

16. *In nomine Domini*, i. à Domino missus.

18. *Excelsa*, Chald. silentia, 70. nemus.

19. *Pœnituit*, q.d. hactenus illud non fecit, at fecit postea redeunte populo ad peccata.

20. *Fuit quoque*, &c. vox hostium Ieremiæ.

23. *Ignobilis*, quasi dicat, non more Prophetarum sepultus est.

24. *Igitur*, &c. quasi dicat, præualuit tamen Achicham, qui ei fauebat.

CAPVT XXVII.

2. FAc, scilicet, tempore Sedeciæ. vide inf. &c. seq. vel error est in c. huius principio, vt notauit Hieron. debet enim incipere inde: Factum est verbum istud, &c. Reliqua coniungenda cum cap. præcedenti. *Vincula*, scil. quibus iuga boum ligari solent. Vide cap. seq.

Catena, Chald. iuga, 70. torques.

3. *Venerunt*, pro, venient. *Sedeciam*, sc. incitaturi ad rebellionem contra Nabuchodonosor.

6. *Seruiant*, quasi dicat, vt eis vtatur pro libito, velut reb. suis.

7. *Filio eius*, sc. Euilmerodach. *Filio filij*, sc. Balsasar. *Tempus*, sc. vltionis Chald. tempus interitus.

8. *Eius*, sc. Nabuchodonosor. Not. calamitates bellorum à Deo esse.

9. *Prophetas*, Chald. & 70. pseudoprophetas. *Faciant*, Chald. faciam.

10. *Eiiciant*, q. d. causa sint, vt longe faciam, & eiiciam, Heb. Chald. & 70. eiiciam.

15. *Eiiciant*, Hebr. & Chald. eiciam, sed idem est sensus, vt proxime notaui.

18. *Occurrant*, sc. precibus flectentes ad misericordiam Chald. deprecentur.

19. *Ad*, pro, de.

22. *Visitationis suæ*, Chald. memoriæ eorum in conspectu Domini.

CAPVT XXVIII.

1. ILlo, pro, quodam. *In anno quarto*, pro, nempe anno quarto, regni eius. *Propheta*, Chald. & 70. pseudopropheta.

2. *Contriui*, pro, conteram.

3. *Dierum*, id est, completi, Chald. in fine duorum annorum.

6. *Amen*, quasi dicat, vtinam ita sit. *Suscitet*, Chald. confirmet.

8. *Ab initio*, scilicet, prophetiæ, Hebr. Chald. & 70. à sæculo.

De fame, sub. & ita euenit. vt prædixerunt, Hebr. Chald. & 70. peste.

13. *Catenas ligneas*, Chald. iuga lignea. *Facies*, i. facere te oportet, q. d. feres iugum ferreum.

14. *Iugum ferreum*, i. duram seruitutem.

Posui, Chald. ponam.

16. *Mittam*, i. eiiciam.

CAPVT XXIX.

1. LIbri, i. epistolæ. *Prophetas* Chald. scribas, 70. pseudoprophetas.

2. *Domina*, i. regina, scil. mater Regis. *Faber*, &c. Vide cap. 24

8. *Propheta*, Chald. & 70. pseudoprophetæ.

10. *In Babylone*, id est, in regno Babyloniorum, tamdiu enim solum durauit Monarchia hæc. vide supr. cap. 25.

Septuaginta, vide supra cap. 25. *Verbum*, id est, promissionem.

11. *Patientiam*, id est, quod patienter expectatis, Chald. spem i. quod speratis.

12. *Ibitis*, i. incedetis, scil. in præceptis meis, vel, ibitis ad orandum, Chaldæus, suscipiam orationem vestram.

15. *Suscitabit*, Chald. suscitauit, 70. constituit, q. d. ne putetis missos à me esse Prophetas, qui vos prædicunt, cito esse redituros.

16. *Regem*, scilicet, Sedeciam.

18. *Eieci*, pro, eiiciam.

19. *De nocte*, i. diluculo, seu mane, quasi dicat, diligenter, & tempestiue.

22. *Frixit*, i. combussit.

23. *Stultitiam*, Chaldæus, ignominiam, 70. iniquitatem.

25. *Libros*, i. litteras. *Sacerdotem*, sc. summum.

26. *Arreptitium*, i. furiosum, Chal. stultum, 70. insanientem. *Prophetantem*, i. falsa, seu insana.

CAPVT XXX.

3. COnuersionem, Chal. & 70. transmigrationem, sc. abductos in Babylonem. *Israel*, scil. per Christum. Nam ex captiuitate Assyriaca Israel nunquam rediit. *Conuertam*, i. reducam.

5. *Audiuimus*, 70. audietis. Quidam hæc referunt ad Ecclesiæ tribulationes sub tyrannis, vel Antichristo.

6. *Generat*, Chald. pariat, 70. peperit. *Auriginem*, sc. pallorem ex metu, seu dolore.

8. *Iugum*, sc. diaboli, vel te persequentium. Alloquitur fideles. *Eius*, sc. hostis.

9. *Dauid*, Chald. Christo filio Dauid.

10. *Reuertetur*, sc. ad Ecclesiam.

11. *Consummationem*, quasi dicat, penitus perdam. *In iudicio*, id est, moderate, Chald. in iudicio misericordiæ.

12. *Insanabilis*, Chald. grauis, *Fractura*, i. tributio, seu calamitas. *Pessima*, 70. plena doloris.

13. *Iudicium*, i. causam. *Curationem*, i. vulnus curandi causa. *Vtilitas* Chald. medicina.

14. *Inimici*, i. vt solet inimicus. *Crudeli*, i. vt solet crudelis hostis. *Dura facta*, 70. multiplicata, Chald. roborata.

15. *Clamas*, i. conquereris.

16. *Propterea*, pro attamen.

17. *Obducam*, scilicet, sanatis vulneribus, Chaldæus, adducam sanitatem tibi. *Eiectum*, id est, velut à viro eiectam fœminam, Chald. vagam, 70. dispersam. *Hæc est*, sc. dixerunt.

18. *Conuersionem*, vide supra. *Tectis*, Chaldæus, ciuitatibus.

Ciuitas, sc. Ecclesia, Chald. Ierusalem.

Excelso, Chald. loco. *Ordinem*, Chald. decentiam, Hebr. & 70. iudicium, i. morem.

19. *Ludentium*, Chald. cantantium. *Attenuabuntur*, Chald. infirmabuntur.

20. *A principio*, 70. prius.

21. *Et erit dux*, &c. scilicet Christus, Chald. & vngetur Rex eorum ex illis, & Christus de medio eorum reuelabitur.

Ex eo, sc. Israel.

22. *Et eritis*, &c. Hunc versum negat Hier. esse in Hebræo, at nunc est. Apparet illum alio fuisse vsum textu, ac nunc est, quod valde notandum, ne quis miretur, si eius editio non per omnia conueniat cum Hebraicis, quæ nunc extant.

23. *Conquiescet*, Chald. residebit.

24. *Ea*, sc. quæ prædico.

CAPVT XXXI.

1. COgnationibus, i. familiis.

2. *Gladio*, id est, persecutioni Ægyptiorum, quasi dicat, quem eripui ex Ægypto, vel potius, gladio Dei, qui multos occidit in deserto. *Vade*, sc. ducente Christo.

Israel, i. fidelis populus ex Iudæis & gentibus.

3. *Longe*, Chald. iam olim.

4. *Virgo*, Chaldæus, cœtus. sic infrà. *Ludentium*, Chald.

Chald.canentium. Significatur per hæc lætitia spiritualis tempore Euangelij,& fertilitas.

5. *Vineas*, i. Ecclesias. *Samariæ*, i. totius orbis, vel gentilitatis, quæ more Samariæ idola colebat. *Plantantes*, sc. Apostolici viri. *Donec tempus*, &c. q. d. colligent suo tempore fructus. secundum legem ante annum quartum vesci non licebat. Vide Leuit. 19.

7. *Hinnite*, i.vociferamini iubilantes, & laudantes.

Contra caput, i. ad præcipuos, Chald. capite nudato in oculis omnium populorum. *Salua Domine*, Chald.redemit Dominus, 70. saluauit Dominus.

8. *Aquilonis*, i. infidelitatis. *Cæcus*, &c.q.d.omne hominum genus ad fidem vocabitur.

9. *Venient*, pro, abierunt, Chald. migrarunt, 70. egressi sunt,vel intellige fleturos præ lætitia. *Aquarum*, sc. doctrinæ & gratiæ. *Primogenitus*, i. velut primogenitus carus.

11. *Redemit*, &c. præt.pro futuris.

12. *Sion*, sc. Ecclesia. *Super frumento*, &c. pro, nempe frumentum, &c. significatur autem per hæc, bona spiritualia.

13. *Virgo*, Chald. cœtus Israel.

14. *Pinguedine*, Chald. deliciis, sc. spiritualibus.

15. *Excelso*, Hebr.& 70. Rama, i.excelso. *Rachel*, i. Regio Bethleemitica, vbi Rachel sepulta. *Filios*, sc. abductos in captiuitatem, vel potius ab Herode occisos. Sic enim Matt. interpretatur, vbi videre est Scripturæ difficultatem, cui enim illa interpretatio in mentem venisset? *Sunt*, i. comparent, seu viuunt.

16. *Operi*, i. tribulationi, labori, &c.q.d. remunerabo.

Inimici, scil diaboli.

18. *Transmigrantem*, 70. lamentantem, Chald. plorantem, & gementem ob transmigrationem.

Iuuenculus indomitus, Chald. vitulus non assuetus iugo.

19. *Ostendisti*, sc. statum quo eram sine te. *Femur*, sc.dolentium more, *Sustinuit opprobrium*, i.dedi pœnas probrosæ vitæ.

20. *Si*, pro, sane Chald. sicut. *Honorabilis*, Chal. & 70. dilectus.

Delicatus, Chald. amabilis. *Ex quo*, &c. q.d. ex quo proposui eum eligere, seu vocare, recordor eius, Chald. ex quo posui verba mea in corde eius, &c.

Conturbata, loquitur more humano.

21. *Speculam*, 70.speculatores. *Pone*, &c. Chald. pone in amaritudine cor tuum.

22. *Delitiis dissolueris*, 70. conuerteris.

Vaga, 70. desperata, Chald.auersa.

Creauit, pro creabit. *Nouum*, i. inusitatum & mirabile. *Fœmina*, sc. Virgo Maria. *Circumdabit*, sc. vtero.

Virum, sc. iam inde à conceptione perfectum.

23. *Pulchritudo*, &c. q.d.ô pulchra per iustitiam. *Sanctus* pro, sancte, sc. ô Ecclesia.

25. *Inebriaui*, pro, inebriabo, i. replebo potu, Chald. satiabo. *Lassam*, sc. & sitibundam. *Saturaui*, Chald. implebo bono.

26. *Ideo*, verba Ieremiæ exultantis.

27. *Semine*, &c.q.d doctrina omnibus accommodata, sc.sapientibus,& insipientibus.

28. *Vigilaui*, Chald. cogitaui. *Vigilabo*, Chald. lætabor.

29. *Non dicent*, &c. q.d.non reiicient culpam in alios,sed seipsi accusabunt. *Patres*, &c. Chald. patres peccauerunt, & filij percussi sunt.

30. *Omnis homo*.&c. explicatio præcedentis,q.d. qui peccauerit, ipse punietur.

32. *Dominatus sum eorum*, sc. puniendo, vel q d. cum tamen essem eorum Dominus. 70. neglexi eos.

33. *Illos*, scil. quos præfixi, vel veteris Testamenti.

34. *Docebit*, sc. in cœlo, August. de spir. & lit. cap.14.

35. *In lumine*, pro, ad illuminationem. *Ordinem*, Hebr. & Chald. statutum, i. legem.

36. *Defecerint*, sc. durante mundi cursu.

Coram me, Chald. ministrans coram me, i. mihi seruiens; seu sacrificans, sc. Missæ sacrificium nunquam deficiet.

38. *A turre*, &c. Vide Zach.14.

39. *Vltra norma*, i. præterea filum, sc.quo mensurantur ædificia, seu diriguntur, Chald. adhuc filum.

Eius, sc. portæ. 70. coram ea *Gareb*, &c. loca sunt vicina Ierusalem, quæ per hæc significatur amplianda, sc.Ecclesia Christi intelligitur.

40. *Cadauerum*, Chald.vbi ceciderunt cadauera Assyriorum. *Cineres*, 70. cineris. *Ad torrentem*, i. vsque ad torrentem, *Sanctum*, sc. sanctuarium, i.Ecclesia.

CAPVT XXXII.

2. *ATrio carceris*, pro, carcere atrij.

5. *Visitem*, verbum ambiguum ad bonum,& malum.

7. *Agrum*, id est, prædium, seu ædificium cum horto.

9. *Posside*, i. eme. est enim idem verbum Hebr. quod sup.vertit, eme.

9. *Stateres*, Hebr. & 70.siclos, sc. sanctuarij, quorum quilibet 4.denariorum, seu drachmarum, prophanus enim duarum, Chald. minas.

Argenteos, Chald. argenteos siclos, sc. appendit 17. stateres. paruum quidem pretium, sed & prædium forte exiguum. Adde quod tempore illo, quo captiuitas imminebat, vilia erant omnia.

10. *Signaui*, sc. sigillo publico.

11. *Possessionis*, pro, emptionis sic & inf.

Stipulationes, i. conditiones contractas. *Rata*, i. ratificationes.

Signa forinsecus, i. exemplum instrumenti apertum, vulgo, Copia.

15. *Possidebuntur*, pro, ementur. sic.& inf.

17. *Heu, heu, heu*, Hebr. Ahah. vnica dictio.

Extento, Hebr.& 70.excelso. sic & inf. *Omne verbum*, i. quicquam.

Millibus, sc. posterorum.

19. *Incomprehensibilis cogitatu*, Hebr. multus operibus, 70. potens operibus. *Adinuentionum*, i. consiliorum, seu operum.

20. *Hominibus*, sc.reliquis. *Est dies hac*, i. apparet hodie.

21. *Terrore*, Chald. & 70. visione, i. reuelatione, sc. facta Mosi.

24. *A facie*, i. vi.

25. *Data*, i. iamiam danda.

27. *Omne verbum*, i. aliquid.

29. *Domatibus*, i. tectis.

30. *Exacerbant*, i. irritant, seu ad iracundiam prouocant.

31. *In furore*, i. furorem merita.

32. *Prophetæ*, Chald. pseudoprophetæ.

34. *Diluculo*, i. diligenter, & tempestiue, sc. per Prophetas.

35. *Initiarent*, Chald. traducerent per ignem, 70. offerrent.

36. *Vos dicitis*, 70. tu dicis.

Tradatur, 70. tradetur.

24. *Igitur*, &c. quasi dicat, præualuit tamen Achicham, qui ei fauebat.

CAPVT XXVII.

2. FAc, scilicet, tempore Sedeciæ. vide inf. &c. seq. vel error est in c. huius principio, vt notauit Hieron. debet enim incipere inde: Factum est verbum istud, &c. Reliqua coniungenda cum cap. præcedenti. *Vincula*, scil. quibus iuga boum ligari solent. Vide cap. seq.

Catena, Chald. iuga, 70. torques.

3. *Venerunt*, pro, venient. *Sedeciam*, sc. incitaturi ad rebellionem contra Nabuchodonosor.

6. *Seruiant*, quasi dicat, vt eis vtatur pro libito, velut reb. suis.

7. *Filio eius*, sc. Euilmerodach. *Filio filij*, sc. Balsasar.

Tempus, sc. vltionis Chald. tempus interitus.

8. *Eius*, sc. Nabuchodonosor. Not. calamitates bellorum à Deo esse.

9. *Prophetas*, Chald. & 70. pseudoprophetas. *Faciant*, Chald. faciam.

10. *Eiiciant*, q. d. causa sint, vt longe faciam, & eiiciam, Heb. Chald. & 70. eiiciam.

15. *Eiiciant*, Hebr. & Chald. eiciam, sed idem est sensus, vt proxime notaui.

18. *Occurrant*, sc. precibus flectentes ad misericordiam Chald. deprecentur.

19. *Ad*, pro, de.

22. *Visitationis suæ*, Chald. memoriæ eorum in conspectu Domini.

CAPVT XXVIII.

1. ILlo, pro, quodam. *In anno quarto*, pro, nempe anno quarto, regni eius. *Prophetæ*, Chald. & 70. pseudopropheta.

2. *Contriui*, pro, conteram.

3. *Dierum*, id est, completi, Chald. in fine duorum annorum.

6. *Amen*, quasi dicat, vtinam ita sit. *Suscitet*, Chald. confirmet.

8. *Ab initio*, scilicet, prophetiæ, Hebr. Chald. & 70. à sæculo.

De fame, sub. & ita euenit. vt prædixerunt, Hebr. Chald. & 70. peste.

13. *Catenas ligneas*, Chald. iuga lignea. *Facies*, i. facere te oportet, q. d. feres iugum ferreum.

14. *Iugum ferreum*, i. duram seruitutem.

Posui, Chald. ponam.

16. *Mittam*, i. eiiciam.

CAPVT XXIX.

1. LIbri, i. epistolæ. *Prophetas* Chald. scribas, 70. pseudoprophetas.

2. *Domina*, i. regina, scil. mater Regis. *Faber*, &c. Vide cap. 24

8. *Prophetæ*, Chald. & 70. pseudoprophetæ.

10. *In Babylone*, id est, in regno Babyloniorum, tamdiu enim solum durauit Monarchia hæc. vide supr. cap. 25.

Septuaginta, vide supra cap. 25. *Verbum*, id est, promissionem.

11. *Patientiam*, id est, quod patienter expectatis, Chald. spem i. quod speratis.

12. *Ibitis*, i. incedetis, scil. in præceptis meis, vel, ibitis ad orandum, Chaldæus, suscipiam orationem vestram.

15. *Suscitabit*, Chald. suscitauit, 70. constituit, q. d. ne putetis missos à me esse Prophetas, qui vos prædicunt, cito esse redituros.

16. *Regem*, scilicet, Sedeciam.

18. *Eieci*, pro, eiiciam.

19. *De nocte*, i. diluculo, seu mane, quasi dicat, diligenter, & tempestiue.

22. *Frixit*, i. combussit.

23. *Stultitiam*, Chaldæus, ignominiam, 70. iniquitatem.

25. *Libros*, i. litteras. *Sacerdotem*, sc. summum.

26. *Arreptitium*, i. furiosum, Chal. stultum, 70. insanientem. *Prophetantem*, i. falsa, seu insana.

CAPVT XXX.

3. COnuersionem, Chal. & 70. transmigrationem, sc. abductos in Babylonem. *Israel*, scil. per Christum. Nam ex captiuitate Assyriaca Israel nunquam rediit. *Conuertam*, i. reducam.

5. *Audiuimus*, 70. audietis. Quidam hæc referunt ad Ecclesiæ tribulationes sub tyrannis, vel Antichristo.

6. *Generat*, Chald. pariat, 70. peperit. *Auriginem*, sc. pallorem ex metu, seu dolore.

8. *Iugum*, sc. diaboli, vel te persequentium. Alloquitur fideles. *Eius*, sc. hostis.

9. *Dauid*, Chald. Christo filio Dauid.

10. *Reuertetur*, sc. ad Ecclesiam.

11. *Consummationem*, quasi dicat, penitus perdam. *In iudicio*, id est, moderate, Chald. in iudicio misericordiæ.

12. *Insanabilis*, Chald. grauis, *Fractura*, i. tributio, seu calamitas. *Pessima*, 70. plena doloris.

13. *Iudicium*, i. causam. *Curationem*, i. vulnus curandi causa. *Vtilitas* Chald. medicina.

14. *Inimici*, i. vt solet inimicus. *Crudeli*, i. vt solet crudelis hostis. *Dura facta*, 70. multiplicata, Chald. roborata.

15. *Clamas*, i. conquereris.

16. *Propterea*, pro attamen.

17. *Obducam*, scilicet, sanatis vulneribus, Chaldæus, adducam sanitatem tibi. *Eiectum*, id est, velut à viro eiectam fœminam, Chald. vagam, 70. dispersam. *Hæc est*, sc. dixerunt.

18. *Conuersionem*, vide supra. *Tectis*, Chaldæus, ciuitatibus.

Ciuitas, sc. Ecclesia, Chald. Ierusalem.

Excelso, Chald. loco. *Ordinem*, Chald. decentiam, Hebr. & 70. iudicium, i. morem.

19. *Ludentium*, Chald. cantantium. *Attenuabuntur*, Chald. infirmabuntur.

20. *A principio*, 70. prius.

21. *Et erit dux*, &c. scilicet Christus, Chald. & vngetur Rex eorum ex illis, & Christus de medio eorum reuelabitur.

Ex eo, sc. Israel.

22. *Et eritis*, &c. Hunc versum negat Hier. esse in Hebræo, at nunc est. Apparet illum alio fuisse vsum textu, ac nunc est, quod valde notandum, ne quis miretur, si eius editio non per omnia conueniat cum Hebraicis, quæ nunc extant.

23. *Conquiescet*, Chald. residebit.

24. *Ea*, sc. quæ prædico.

CAPVT XXXI.

1. COgnationibus, i. familiis.

2. *Gladio*, id est, persecutioni Ægyptiorum, quasi dicat, quem eripui ex Ægypto, vel potius, gladio Dei, qui multos occidit in deserto. *Vadet*, sc. ducente Christo.

Israel, i. fidelis populus ex Iudæis & gentibus.

3. *Longe*, Chald. iam olim.

4. *Virgo*, Chaldæus, cœtus. sic infrà. *Ludentium*, Chald.

Chald.canentium. Significatur per hæc lætitia spiritualis tempore Euangelij,& fertilitas.

5. *Vineas*, i. Ecclesias. *Samariæ*, i. totius orbis, vel gentilitatis, quæ more Samariæ idola colebat. *Plantantes*, sc. Apostolici viri. *Donec tempus*, &c. q. d. colligent suo tempore fructus. secundum legem ante annum quartum vesci non licebat. Vide Leuit. 19.

7. *Hinnite*, i.vociferamini iubilantes, & laudantes.

Contra caput, i. ad præcipuos, Chald. capite nudato in oculis omnium populorum. *Salua Domine*, Chald.redemit Dominus, 70. saluauit Dominus.

8. *Aquilonis*, i. infidelitatis. *Cæcus*, &c.q.d.omne hominum genus ad fidem vocabitur.

9. *Venient*, pro, abierunt, Chald. migrarunt, 70. egressi sunt,vel intellige fleturos præ lætitia. *Aquarum*, sc. doctrinæ & gratiæ. *Primogenitus*, i. velut primogenitus carus.

11. *Redemit*, &c. præt.pro futuris.

12. *Sion*, sc. Ecclesia. *Super frumento*, &c. pro, nempe frumentum, &c. significatur autem per hæc, bona spiritualia.

13. *Virgo*, Chald. cœtus Israel.

14. *Pinguedine*, Chald. deliciis, sc. spiritualibus.

15. *Excelso*, Hebr.& 70. Rama, i.excelso. *Rachel*, i. Regio Bethleemitica, vbi Rachel sepulta. *Filios*, sc. abductos in captiuitatem, vel potius ab Herode occisos. Sic enim Matt. interpretatur, vbi videre est Scripturæ difficultatem, cui enim illa interpretatio in mentem venisset? *Sunt*, i. comparent, seu viuunt.

16. *Operi*, i. tribulationi, labori, &c.q.d. remunerabo.

Inimici, scil diaboli.

18. *Transmigrantem*, 70. lamentantem, Chald. plorantem, & gementem ob transmigrationem.

Iuuenculus indomitus, Chald. vitulus non assuetus iugo.

19. *Ostendisti*,sc. statum quo eram sine te. *Femur*, sc.dolentium more. *Sustinuit opprobrium*,i.dedi pœnas probrosæ vitæ.

20. *Si*, pro, sane Chald. sicut. *Honorabilis*,Chal. & 70. dilectus.

Delicatus, Chald. amabilis. *Ex quo*, &c. q.d. ex quo proposui eum eligere, seu vocare, recordor eius, Chald. ex quo posui verba mea in corde eius, &c.

Conturbata, loquitur more humano.

21. *Speculam*, 70.speculatores. *Pone*,&c. Chald. pone in amaritudine cor tuum.

22. *Deliciis dissolueris*, 70. conuerteris.

Vaga, 70. desperata, Chald.auersa.

Creauit, pro creabit. *Nouum*, i. inusitatum & mirabile. *Fœmina*, sc. Virgo Maria. *Circumdabit*,sc. vtero.

Virum, sc. iam inde à conceptione perfectum.

23. *Pulchritudo*,&c. q.d.ô pulchra per iustitiam. *Sanctus* pro, sancte,sc. ô Ecclesia.

25. *Inebriaui*, pro, inebriabo, i. replebo potu, Chald. satiabo. *Lassam*,sc. & sitibundam. *Saturaui*, Chald. implebo bono.

26. *Ideo*, verba Ieremiæ exultantis.

27. *Semine*, &c.q.d doctrina omnibus accommodata, sc.sapientibus,& insipientibus.

28. *Vigilaui*, Chald. cogitaui. *Vigilabo*, Chald. lætabor.

29. *Non dicent*,&c. q.d.non reiicient culpam in alios,sed seipsi accusabunt. *Patres*, &c. Chald. patres peccauerunt, & filij percussi sunt.

30. *Omnis homo*.&c. explicatio præcedentis,q.d. qui peccauerit, ipse punietur.

32. *Dominatus sum eorum*, sc. puniendo, vel q d. cum tamen essem eorum Dominus. 70. neglexi eos.

33. *Illos*, scil. quos præfixi, vel veteris Testamenti.

34. *Docebit*, sc. in cœlo, August. de spir. & lit. cap.24.

35. *In lumine*, pro, ad illuminationem. *Ordinem*, Hebr. & Chald. statutum, i. legem.

36. *Defecerint*, sc. durante mundi cursu.

Coram me, Chald. ministrans coram me, i. mihi seruiens; seu sacrificans, sc. Missæ sacrificium nunquam deficiet.

38. *A turre*, &c. Vide Zach.14.

39. *Vltra norma*, i. præterea filum, sc.quo mensurantur ædificia, seu diriguntur, Chald. adhuc filum.

Eius, sc. portæ. 70. coram ea *Gareb*, &c. loca sunt vicina Ierusalem, quæ per hæc significatur amplianda, sc.Ecclesia Christi intelligitur.

40. *Cadauerum*, Chald.vbi ceciderunt cadauera Assyriorum. *Cineres*, 70. cineris. *Ad torrentem*, i. vsque ad torrentem, *Sanctum*,sc. sanctuarium,i.Ecclesia.

CAPVT XXXII.

2. ATrio carceris,pro,carcere atrij.

5. *Visitem*, verbum ambiguum ad bonum,& malum.

7. *Agrum*, id est, prædium, seu ædificium cum horto.

9. *Possìde*, i. eme. est enim idem verbum Hebr. quod sup.vertit, eme.

9. *Stateres*, Hebr. & 70.siclos,sc. sanctuarij,quorum quilibet 4.denariorum, seu drachmarum, prophanus enim duarum, Chald. minas.

Argenteos, Chald. argenteos siclos, sc. appendit 17. stateres. paruum quidem pretium, sed & prædium forte exiguum. Adde quod tempore illo, quo captiuitas imminebat, vilia erant omnia.

10. *Signaui*, sc. sigillo publico.

11. *Possessionis*, pro, emptionis sic & inf.

Stipulationes,i. conditiones contractas. *Rata*,i. ratificationes.

Signa forinsecus, i. exemplum instrumenti apertum, vulgo,Copia.

15. *Possidebuntur*,pro, ementur.sic.& inf.

17. *Heu, heu, heu*, Hebr. Ahah. vnica dictio.

Extento, Hebr.& 70.excelso.sic & inf. *Omne verbum*, i. quicquam.

Millibus, sc. posterorum.

19. *Incomprehensibilis cogitatu*,Hebr.multus operibus,70. potens operibus. *Adinuentionum*,i. consiliorum, seu operum.

20. *Hominibus*, sc.reliquis. *Est dies hæc*, i. apparet hodie.

21. *Terrore*, Chald. & 70. visione,i. reuelatione, sc. facta Mosi.

24. *A facie*, i. vi.

25. *Data*, i. iamiam danda.

27. *Omne verbum*, i. aliquid.

29. *Domatibus*, i. tectis.

30. *Exacerbant*, i. irritant, seu ad iracundiam prouocant.

31. *In furore*, i. furorem merita.

32. *Prophetæ*, Chald pseudoprophetæ.

34. *Diluculo*, i. diligenter, & tempestiue, sc. per Prophetas.

35. *Initiarent*,Chald. traducerent per ignem,70. offerrent.

36. *Vos dicitis*, 70. tu dicis.

Tradatur, 70. tradetur.

37. *Eieci*, pro, eiiciam.
39. *Viam*, i. rationem me colendi.
41. *Plantabo*, Chald. stabiliam. *Veritate*, 70. fide.
In toto, &c. quasi dicat, omnino ex animo seu amantissimè.
43. *Dicitis*, pro, dicetis non post multos dies, 70. tu dicis.
44. *Conuertam*, i. reducam.

CAPVT XXXIII.

1. ATrio carceris, pro carcere atrij, sc. regij.
2. *Illud*, sc. quod prædicit, Hebr. eam, sc. Ierusalem, secundum quosdam, quanquam Hebr. fœmineum sumitur interdum pro neutro, vt hæc pro, id. *Paraturus*, id est, dispositurus, 70. totum locum sic vertunt, faciens terram, & plasmans eam, vt dirigat eam.
3. *Firma*, Chald. reseruata, i. occulta.
6. *Deprecationem*, id est, quod petunt, seu optant, Chaldæus, portam pœnitentiæ, Hebræus, abundantiam, seu multitudinem. *Veritatis*, scil. datis his, quæ promisi.
7. *Conuersionem*, Chald. & 70. transmigrationem, sc. captiuitatem. *A principio*, 70. prius.
9. *Erit*, sc. Ierusalem spiritualis, i. Ecclesia. *In nomen*, i. nominata, seu celebris, vel in gloriam.
Pauebunt, sc. hostes eorum.
10. *Dicitis*, i. dicturi estis breui. *Foris*, Hebr. & Chald. in plateis.
11. *Vota*, Hebr. & Chald. confessionem, i. laudem, 70 dona. *Conuersionem*, id est, captiuitatem. *A principio*, 70. prius.
12. *Accubantium*, i. accubare facientium.
13. *Numerantis*, solet id vesperi fieri, reducto grege ad caulas, intelliguntur vero per hæc officia pastorum spiritualium, Chald. adhuc discet populus per manum Messiæ.
14. *Verbum bonum*, sc. promissionem de Messia.
15. *Dauid*, i. Dauidi. *Germen*, Chald. Christum.
17. *Dauid*, i. Christo, vel de stirpe Dauid. *Vir*, i. Christus, vel fidelis successor.
Thronum, sc. Ecclesiam.
21. *Filius*, sc. Christus.
22. *Stellæ*, Hebr. Chald. & 70. militia.
24. *Hic*, scil. Babylonicus, seu iudaicus.
Eo quod, pro, ita vt. *Gens*, quasi dicat, alicuius monimenti.
26. *Conuersionem*, i. captiuitatem.

CAPVT XXXIV.

5. COmburent te, i. in tui gratiam aromata. verti poterat, Comburent tibi. Id enim potius Heb. indicant. *Væ Domine*, sc. dicentes.
8. *Prædicans*, i. voce præconis denuncians.
14. *Completi*, pro, compleri cœpti. *Septem*, 70. sex. *Et seruiet*, pro, seruiet enim.
15. *In oculis meis*, id est, coram me, vel me approbante.
Pactum. sc. de dimittendis seruis. *Super eam*, i. in ea. abundat vero, more Hebræo.
16. *Commaculastis*, Chald. violastis, scil. contemnentes meum præceptum.
17. *Libertatem*, Ironice. *Commotionem*, scil. capitis, i. derisum, 70. dispersionem.
18. *Transierunt*, sc. velut dicentes, ita fecemur, si fœdus violabimus.
19. *Eunuchi*, Chald. principes, 70. dynastæ, i. optimates, seu magistratus.
20. *Quærentium*, scilicet, occidere. *Animam*, id est, vitam.
21. *Recesserunt*, scil. ab obsidione, quod audissent aduentare Ægyptios in auxilium.
22. *Eo quod*, pro, ita vt.

CAPVT XXXV.

2. REchabitarum. Hi originem ducebant ab Hobab Mosis socero. *Exedram thesaurorum*, Chaldæus, gazophylacium.
4. *Domum*, id est, atrium templi. *Gazophylacium*, supra vertit exedram, 70. pastophorium. *Hominis Dei*, Chaldæus, Prophetæ Domini. *Thesaurum*, Chald. gazophylacium, Hebr. eadem vox quam vertit supra exedram & gazophylacium. *Vestibuli*, 70. viæ.
7. *Peregrinamini*, sc. erant peregrini, non Israelitæ, Chald. habitatis.
11. *Diximus*, sc. inter vos.
14. *Consurgens*, i. surgere faciens Prophetas, q. d. mature excitans.
16. *Firmauerunt*, i. constanter obseruarunt.
Stans, &c. q. d. seruiens mihi, Chal. ministrans coram me.

CAPVT XXXVI.

2. VOlumen, scilicet, membranam, in qua Hebræi, sua scribebant, & deinde inuoluebant.
5. *Clausus*, sc. carcere.
6. *Ieiuniy*, scil. fuerat id indictum ob metum, Chaldæorum.
7. *Cadat*, scilicet, prospere, Chaldæus, acceptabilis sit.
10. *Gazophylacio*, 70. domo. *Scribæ*, scilicet, regij cancellarij.
Vestibulo, Hebr. Chal. & 70. atrio. *Nouæ*, Chal. Orientalis primæ.
12. *Gazophylacium*, 70. domum.
16. *Vnusquisque ad proximum suum*, id est, omnes inter se.
19. *Et Ieremias*. Apparet fuisse tunc liberatum carcere.
21. *Arula*, i. focus editior.
23. *Scidit*, sc. ille iubente Rege, vel Rex.
Scalpello Scribæ, i. cutello pennario.
25. *Contradixerunt Regi*, Hebr. & Chald. rogauerunt Regem.
25. *Abscondit*, Chald protexit.
26. *Festinus*, Hebr. veniendo, id est, omnino, seu certissimè.
30. *Sedeat*, scil. diu. Filius enim eius Ioachim solum tribus mensibus regnauit.
31. *Et non*, pro, quia non. *Audierant*, Chald. obedierunt.

CAPVT XXXVII.

1. QVem, scil. Sedeciam.
2. *In manu*, id est, opera, quasi dicat, per Ieremiam.
11. *Diuideret*, scil. suis. *Possessionem*, Chaldæus, hæreditatem.
14. *Scriba*, scil. regij.
15. *Laci*, i. profundi loci, in quem vincti coniiciebantur. *Ergastulum*, 70. vincula.
16. *Sermo*, i. id quod prædicis.
20 *Vestibulum carceris*, pro, carcerem atrij, sc. qui erat in atrio regiæ. *Excepto pulmento*, sc. quod ei præterea dabatur Chald. de vico pistorum, 70. è loco vbi panes fiebant.
Mansit, sc. vsque ad vrbis expugnationem.

CAPVT XXXVIII.

1. *Populum*, &c. qui ad eum conueniebat in carcerem publicum.
4. *Principes*, sc. prædicti.
5. *Fas est*, Hebr. & Chal. possum.
6. *Lacum*, i. foueam, seu antrum. *Vestibulo*, Chal. & 70. atrio.
11. *Cellario*, Hebr. thesauro.
12. *Manuum*, i. brachiorum.
14. *Ostium*, scilicet, atrij templi, per quod Rex ingredi solebat.
16. *Animam*, &c. pro, animas nostras.
22. *Regis Iuda*, sc. Ioachin, qui & Iechonias.
Dicent, scilicet, tibi, quasi dicat, vel mulieres te reprehendent.
Pacifici, i. familiares. *Cœno*, Chal. confusione.
27. *Auditum*, sc. de actis cum Rege.

CAPVT XXXIX.

2. *Nona*, sic Hebr. Chald. & 70. *Aperta*, 70. diruta, Chald. pertupta.
4. *Duos muros*, scilicet, horti, 70. murum, & antemurale.
5. *Locutus*, &c. obiurgauit acriter, scil. ob violatum fœdus.
7. *Compedibus*, Chald. catenis æreis.
8. *Domum vulgi*, 70. domos populi.
9. *Superfluos*, id est, reliquos. *Remanserant*, scilicet, extra ciuitatem, *Magister*, Chald. & 70. princeps. *Militum*, Hebr. coquorum, seu laniorum, 70. coquorum, Chald. occidentium, scilicet, milites, more coquorum, seu laniorum occidunt.
10. *Cisternas*, Hebr. & 70. agros.
12. *Pone*, &c. q. d. faue illi, & benefac.
14. *Vestibulo*, 70. atrio, sc. ex carcere atrij. *Godolia*. Erat hic primarius vir, Iudæus, qui ad Chaldæos ante captam vrbem transfugerat.
16. *Erunt*, id est, apparebunt, quasi dicat, videbis oculis tuis.
18. *Salutem*, Chald. ereptionem, 70. lucrum, Hebr. spolium, q. d. in tua potestate, seu salua.

CAPVT XL.

2. *Dominus*, Hebr. Iehoua, quo nomine etiam Gentiles Deum Iudæorum vocabant. Id enim ei proprium. nam Deus commune omnibus diis.
3. *Factus est*, &c. i. accidit vobis hoc.
4. *Sunt*, i. erant.
5. *Munuscula*, pro munera.
11. *Dedisset reliquias*, i. reliquisset aliquos.
16. *Verbum hoc*, i. rem hanc.

CAPVT XLI.

1. *Regis*, sc. Ammonitarum, vel potius Iuda. *Et decem*, pro. nempe decem. vide 4. Reg. 25.
3. *Erant*, sc. in eius domo.
4. *Nullo*, sc. incolarum Masphat.
5. *Venerunt*, pro, veniebant. *Rasi*, &c. sc. quod audissent in itinere euersionem Ierusalem, & templi, quo ferebant munera.
6. *Plorans*, id est, fingens fletum ob eandem calamitatem.
7. *Laci*, i. cisternæ, 70. putei, sc. eos proiecit. *Fratribus*, i. reliquis sociis.
9. *Propter Basa* Chal. quando obsedit eum Basa.
12. *Ad aquas multas*, Chal. iuxta piscinam aquarum multarum.
14. *In Masphat*, Hebr. & Chald. de Masphat.
16. *De Masphat*, sc. abductas ab Ismaele. *Gabaon*, quo, sc. Iohanan eos prius adduxerat.

CAPVT XLII.

2. *Cadat*, i. grata. Chald. sit acceptabilis.
3. *Verbum*, i. rem.
4. *Audiui*, pro, exaudiui, sc. vos, q. d. faciam, vel intellexi quid opteris, faciam. *Secundum verba vestra*, i. vt petitis.
5. *Veritatis & fidei*, Chaldæus, verus, & fidelis, 70. iustus, & fidelis, quasi dicat, testamur Deum, nos facturos, &c.
6. *Bonum*, i. prosperum, seu iucundum. *Malum*, id est, aduersum, seu amarum.
7. *Cum autem*, &c. Hæc referuntur ad principium capitis 40. reliqua enim velut parenthesis sunt.
10. *Placatus sum*, Hebr. pœnitet me, Chald. conuersus sum.
15. *Posueritis faciem vestram*, id est, firmiter statueritis.
18. *Conflatus*, id est, effusus, vt metalla conflata, 70. stillauit. *Iusiurandum*, id est, execrationem, 70. desolationem.
20. *Decepistis*, sc. si intretis.
21. *Et non audistis*, pro, si non audieritis.

CAPVT XLIII.

2. *Superbi*, Chaldæus, impij.
7. *Taphnis*, sic & 70. At Hebræus, & Chaldæus, Tachpanches. Psalm. 77. Hebr. dicitur Thsoan, Chald. & 70. Tanes.
9. *Crypta quæ est*, &c. 70. in vestibulis in porta, &c. Chald. in iunctura ædificij, quæ est in porta, &c.
10. *Solium*, Chald. tentorium, 70. arma.
12. *Amicietur*, &c. q. d. ita se vestiet opibus Ægypti, vt solet quis pallio aliquo, aliquò abiturus, 70. & scrutabitur terram Ægypti, sicut pediculis purgat pastor vestimentum suum.
13. *Domus Solis*, 70. Heliopoleos.

CAPVT XLIV.

3. *Nesciebant*, sc. antea pro diis non habebant, vel deos esse nunquam cognouerunt, quod enim non est, scire non potest.
4. *De nocte*, Hebræus, Chaldæus, & 70. mane, seu diluculo.
Verbum, i. rem.
6. *Conflata* Vide sup. c. 42. *In plateis*. Chal. in vicis, 70. extra. *Vastitatem*, i. desolationem. *Secundum diem hanc*, i. vt apparet hodie.
9. *In regionibus*, Chald. in vicis, 70. extra.
10. *Sunt mundati* Chald. & 70. cessarunt.
12. *Iusiurandum*, i. execrationem. *Miraculum*, Chald. vastitatem, 70. perditionem.
14. *Fugerint*, sc. antea.
15. *Stabat*, i. erat, vel forte, cum stabat.
17. *Verbum*, id est, rem. *Egredietur de ore nostro*, id est, volemus, vbi nota os pro voluntate accipi. Vide Deut. 8.
Reginæ cœli, i. lunæ. Quidam tamen solem intelligunt, qui Hebraice est fœminini generis. Chald. syderi cœli. *In plateis*. Vide supra.
19. *Quod si*, &c. vox fœminarum. *Nunquid*, &c. q. d. imitamur viros nostros. *Faciemus*, 70. fecimus, Chald. facimus.
21. *In plateis*. vide supra.

22. *Et non poterat*, &c. Chald. & non placuit Domino vltra remittere. *Est dies hac*, i. apparet hodie.

23. *Testimoniis*, ita vocantur Dei præcepta, quod eius voluntatem testentur.

26. *In nomine*, i. per nomen, q. d. per me ipsum.

Nequaquam, &c. q. d. non patiar, vt vltra per Deum iurent, sunt enim indigni.

27. *Vigilabo*, Chald. visitabo.

30. *Ephree*, Pharaonis est nomen proprium, vel cognomen, Chald. claudum.

CAPVT XLV.

5. Grandia, q.d. quietem, seu prosperitatem. *Salutem*, q.d. saluam. Hebr. spolium, 70. lucrum.

CAPVT XLVI.

4. *Iungite*, sc. curribus falcatis.

5. *Vidi*, sc. prophetico spiritu.

8. *Ciuitatem*, sc. Charcamis, Chal. ciuitates.

10. *Victima*, Chal. occisio, 70. sacrificium.

11. *Virgo filia*, Chal. regnum cœtus. *Sanitas*, &c. q. d. plaga tua incurabilis.

12. *Fortis*, sc. miles.

14. *Memphis*, Hebr. Noph. *Prepara*, sc. ad excipiendum Chaldæorum exercitum. *Per circuitum*, i. vicinas regiones, seu vrbes.

15. *Computruit*, Chal. contritus est, 70. fugit.

16. *Multiplicauit*, sc. Dominus. *Columbæ*, i. exercitus velocis, vel gestantis in vexillo columbæ signum, Chald. inimici, 70. Græci.

17. *Tumultum*, &c. q. d. tumultuabitur, & superabitur, seu belli tumultum experietur. *Adduxit*, scil. contra eum.

18. *In montibus*, sc. est. *In mari*, i. prope mare.

Veniet, scil. quod prædixi, Chald. veniet interitus eius.

19. *Vasa*, i. instrumenta. *Filia*, Chald. cœtus.

20. *Vitula*, pro, velut vitula. *Stimulator*, sc. qui ad fugam impellat, Chald. populi interficientes.

21. *Mercenary*, sc. milites. Chald. principes.

22. *Eius*, sc. Ægypti. *Æris*, Chal. serpentis sibilantis.

23. *Supputari*, sc. exercitus Chaldæorum, vel populus Ægypti, qui hic saltus dicitur.

25. *Tumultum*, i. populum tumultuosum, vel multitudinem.

27. *Longinquo*, sc. reducens.

28. *In iudicio*, i. moderate, Chald. in iudicio misericordiæ.

CAPVT XLVII.

2. Aquæ *descendent*, Chal. populi venient. *Plenitudinem*, i. habitatores. *Vrbem*, &c. explicatio præcedentis.

A strepitu, i. præ strepitu. *Manibus dissolutis*, i. præ manuum dissolutione.

4. *Pro aduentu diei*, Chald. propter diem venturum.

Insula, Chald. insularum. *Cappadocia*, venerunt Cappadoces auxilio Palæstinis, & cum eis victi sunt.

5. *Caluitium*, id est, spoliatio, vel signa mœstitiæ, Chald. vindicta.

Conticuit, scil. præ mœrore. *Concideris*, id est, laniabis te, sc. præ luctu, 70. concides. & iungunt sequentibus.

6. *Refrigerare*, s. ab ardore cædendi. *Sile*, i. quiesce.

7. *Condixerit ei*, i. præceperit, sc. vt grassetur. Chal. præparauerit eum.

CRPVT XLVIII.

1. Ad *Moab*, i. de Moabitis.

2. *Cogitauerunt*, sc. hostes. *De gente*, i. ne sit gens *Conticesces*, sc. mœsta.

3. *Vox*, scil. audietur. *Oronaim*, duale est, q. d. ex vtraque Oron, seu Choron, scil. superiore, & inferiore.

5. *Ascendet*, sc. fugiens. *Contritionis*, i. vastatorum à se.

6. *Myrica*, sc. humiles, Chald. morantes in tentoriis, 70. asinus syluester.

7. *Habuisti*, sc. ô Moab. *Chamos*, Idolum Moabitarum.

9. *Date florem*, i. vocate sane floridam, Chald. auferte coronam à Moab, 70. date signa ipsi Moab.

10. *Fraudulenter*, 70. negligenter. *Prohibet*, s. cum Dominus cædere iubet. explicatio præcedentis. Intellige vero id de verbo Dei præcipue, quo interficienda peccata, quod notent concionatores, ne aliud agant.

11. *Facibus suis*, Chald. substantiis, 70. gloria.

Transfusus, perstat in vini metaphora, quod in fæcibus conseruatur.

Vase, Chald. loco. *In transmigrationem*. explicatio metaphoræ. *Gustus*, i. sapor, q. d. gloria, & splendor. *Odor*, i. fama.

12. *Sternent*, i. deiicient.

14. *A Chamos*, i. spe posita in idolo suo. *Bethel*, i. Idolis Bethel.

17. *Consolamini*. Ironice.

Qui scitis, &c. i. qui eum nostis, sc. populum Moabitarum.

18. *Siti*, i. loco arido, sc. puluere, vel desiderio, sc. ob rerum penuriam. *Habitatio filia*, Chald. regnum cœtus.

21. *Iudicium*, sc. Dei, Chald. vindicta.

25. *Cornu*, i. potentia, Chal. Regnum.

26. *Inebriate*, sc. Dei ira, seu vltione. *Allidat*, i. complodat, sc. more ebrij post vomitum.

27. *Fuit in derisum tibi*, i. derisisti. *Israël*, sc. cum captiuus duceretur. *Eum*, sc. Israëlem

30. *Eum*, (sc. iactantiam, q. d. plus se iactat, quam possit.

31. *Muri fictilis*. Nomen vrbis, Heb. Kit Cheres.

32. *De planctu*, i. simili planctu, 70. quasi planctum. *Iazer*, sc. vastatæ. *Propagines*, i. ciues.

Peruenerunt, sc. solum, & non transierunt, 70. attigerunt.

33. *Carmelo*, i. agro fertili.

Celeuma, canticum est nautarum, & vnas calcantium, à κελεύω iubeo, quod vno iubente cæteri cantu respondeant, & opere.

34. *De clamore*, &c. q. d. fugientes de Esebon continuabunt clamorem vsque Eleale, &c. *Ad Oronaim*, sc. clamabunt. *Conternante*, i. trima, q. d. olim pulchra & opulenta vrbe.

Pessima, i. inutiles, sc. desertæ, Chal. in desolationem, 70 in combustionem.

36. *Tibia*, sc. in luctu adhibita. loquitur vero in persona Moabitarum.

37. *Omne enim*, &c. descriptio status luctuosi.

39. *Quomodo*, &c. vox lamentantium. *Exemplum* sc. vindictæ Dei.

40. *Volabit*, sc. exercitus hostilis.

41. *Parturientis*, q. d. dolens & tremens.

44. *A facie*, i. causa.

45. *Quia*, pro, verum, q. d. non diu ibi tuti. *Verticem*, i. præcipuos, seu capita.

Tumultus,

Tumultus,i.tumultuantium,Chald. turbæ.

46. *Chamos*,sc.cultor.

47. *Conuertam*,sc.per Apostolos.*Iudicia*,,sc. Dei, q.d.vindicta.

CAPVT. XLIX.

1. AD *filios*,i.de filiis,vel contra filios. *Israel*,i. Israeli.

Melchom, i. Rex eorum, sc. Ammonitarum, vel idolum,quod sic vocabatur,sic & inf.

Gad, id est, regionem tribu Gad, quæ vltra Iordanem.

Eius,sc. Melchom.*Eius*,sc.Gad.

2. *Tumultum dissipata*,Chaldæus aceruum desolationis.

Filia,i.subdita oppida,seu villæ.

3. *Hai*,sc.tibi.vicina. *Filia*,i.villæ.

4. *Defluxit*, Chald. desolata est. *Filia delicata*, Chald. regnum insipiens.

5. *Ab omnibus*,pro,in omnibus, sc.locis.*A conspectu vestro*,i.ab inuicem.

6. *Faciam*,sc.per Euangelij prædicationem.

7. *Theman*, i. Idumæa : à Theman filio Eliphaz filij Esau.*Filiis*,70.prudentibus.

8. *Voraginem*,i.fossas,sc.ad latendum.

9. *Non*,Chald.num.*Racemum?*per interrogationem, q.d.aliquem, reliquissent, at hostes tui nihil relinquent.

Rapuissent,sc.tantum.

10. *Non erit*,sc dicere quod sequitur.

12. *Non erat*,s.hominum opinione. *Iudicium*, i. æquum,seu iustum, q.d.qui non videbantur mereri supplicium,70.lex.

13. *Sempiternas*,i.diuturnas.

14. *Eam*, sc. Bosra. *Consurgamus*, Chald. & 70. surgite.

15. *Paruulum*,i.abiectum. Chald.infirmum.

Te,sc.ô Popule Idumæorum.

16. *Apprehendere*,i.tenere.

19. *Ascendet*, sc. Nabuchodonosor.*Superbia*, i. tumore.

Iordanis,sc.illac transiturus erat contra Idumæos.

Robustam,sc.Idumæorum.*Præponam ei*, sc.dando victoriam contra eam.*Pastor*,Chald.Rex.

20. *Paruulis gregis*, i. vilissimi quique exercitus Chaldæorum.

Nisi, affirmat, more Hebr.

21. *Eius*.sc.Idumææ.

22. *Ascendet*,sc.exercitus.

23. *Auditum*,i.nuntium, seu rumorem. *In mari*, pro,velut in mari,sc.iactati.

27. *Benadad*.nomem Regis Syriæ.

28. *Regna*,i.ditionem.*Asor*.nomen vrbis.

Orientis,sc.Arabes Orientales.

29. *Formidinem*, i. milites timorem incutientes, 70.perditionem.

30. *Fugite*,sc.si potestis. Ironicè.

31. *Ostia*,sc.quia nullum timent.

32. *Attonsi*.Vide sup. cap.9. *Confinio*, 70. parte, Chald.latere.

34. *Elam*, i. Persiam, seu Persiæ certam regionem,dictam sic ab Elam filio Sem.

35. *Summam fortitudinem*,Chald.caput roboris.

36. *Ventos*,Chald.regna.

38. *Solium meum*,q.d.subiiciam mihi.

39. *Reuerti*,sc.ad fidem Euangelicam.

CAPVT L.

1. IN *manu*,i.opera.

2. *Annunciate*,sc.ô Prophetæ.

Auditum,pro,audiri.*Signum*,i. vexillum,sc.in signum victoriæ.

Bel, nomen Idoli Itemque Merodach. per quæ duo reliqua intelliguntur, Chald. confusi sunt cultores,Bel.& confracti cultores Merodach. *Confusa*, sc.quia non potuerunt defendere.

3. *Aquilone*,sc.Perside.

4. *Flentes*, sc. præ lætitia, Euangelij tempore. id enim hic præcipuè nunciatur,cuius tamen rei figura reditus Iuda,& aliquorum ex Israel, à captiuitate Babylonica.

5. *In Sion*,sc.ducentem.

6. *Pastores*,Chaldæus,Reges.*Transierunt*,scilic. errantes.

7. *Comederunt*,Chald.diripuerunt, 70. consumpserunt.

Non peccauimus,sc.opprimendo. *Decori iustitiæ*, i. ornanti eos iustitia. *Expectationi*,i. spei,sc.in quo sperabant.

8. *Quasi hœdi*, scilicet, læti,& subsilientes præ gaudio.

9. *Magnarum*,i.fortium,Chald.multarum.

10. *Replebuntur*, sc. spoliis.

11. *Magna loquimini*,70.gloriamini. *Effusi estis*, 70. lasciuiuis, Chald. exultatis. *Mugistis*,70. cornu petistis.

12. *Mater*,sc.Respublica,seu ciuitas. *Nouissima*, i. contemptissima.

13. *Ab ira*,i præ ira,vel ob iram.

14. *Domino*,i.contra Dominum.

15. *Clamate*, sc. oppugnantes. *Vbique*, Hebr. & Chald. per circuitum & iungitur cum,clamate.*Dedit manum*,sc.vt solent victi, q. d.victa est, *Fecit*, sc. aliis à se debellatis.

16. *Satorem*,&c.quasi dicat, etiam agricolas. *Columba*,i.velocis exercitus,Chald.inimici, 70. Græci.Vide sup.cap.46. vers.16.*Et conuertetur*, scil.ex agris fugiens.

17. *Leones*,Chald.Reges,sc.hostium.

Assur,sc.qui abduxit 10.tribus.*Exossauit*,Chald. consumpsit.

18. *Visitabo*,scilic.puniens.*Regem Assur*, sc.Sennacherib.

19. *Carmelus*, &c. Chald. & 70. in Carmelo & Basan,q.d.in locis fertilibus & pinguibus.

20. *Diebus*,sc.Euangelici status. Mira in Prophetis transitio à figuris ad figurata. *Non erit*, scil.quia per Christum remissa.

21. *Dominantium*,sc Chaldæorum. *Ascende*.sc. ô Dari,vel Cyre. *Quæ post eos sunt*, Chald. reliquias eorum.

22. *Terra*,sc.Chaldæorum.

23. *Malleus*,sc. Rex Babyloniæ secundum Chal. *In gentibus*,i.inter gentes.

24. *Illaqueaui*,Chald.venatus sum.verba Dei, vel Darij.

Nesciebas,sc.id tibi euenturum.

25. *Vasa*,i.arma Persarum,& Medorum.*Domino*, pro Domini.

26. *Aperite*, i. expedite viam. *Exeant*,sc.è difficultate viarum,q.d.facile incedant.

27. *Visitationis*,70.vltionis.sic & inf.

28. *Fugientium*,sc.Iudæorum.

29. *In Babylonem*,i.contra Babylonem.*Omnibus*, pro,nempe omnibus,

30. *Conticescent*,Chald. conterentur, 70. proiicientur.

31. *Superbe*,Chald.Rex impie.

33. *Calumniam*,Chal.& 70.vim. *Tenent*,Chald. violenter tenent.

34. *Defendet*,Chald. vindicabit. *Exterreat terram*,Chald.conterat impios terræ.

35. *Gladius*,sc.veniet.
36. *Stulti erunt*,Chald. insanient.
37. *Quasi mulieres*, Chaldæus, infirmi, vt mulieres.
38. *Aquas*, sc. Euphratis, qui fuit ab hostibus diuisus in multos riuulos,vt posset transiri. *Portentis*,Chald. Idolis.
39. *Faunis ficariis*, forte dæmones intelliguntur specie ficariorum apparentes,Hebr. vlulis, seu noctuis,Chald.felibus. *Sempiternum*,i.tempus longissimum.
41. *Aquilone*,i.Persia,& Media.
42. *Filia*,Chald.cœtus.
44. *Ecce*,&c.Vide sup. 49.

CAPVT LI.

1. *VEntilatores*,&c. Chald. direptores,qui diripiant eam.
Venerunt,pro,venient.
3. *Non tendat*,&c.q.d.frustra quis conabitur defendere.
4. *Regionibus*,Hebr.plateis,Chal.vicis.
5. *Viduatur*,i.desertus, Chald. derelictus. *Terra autem*,pro quamquam terra, q.d. etsi grauiter peccarint.
A sancto, sub. recedendo, vel pro, contra sanctum.
6. *Tacere*, i. dissimulare, vel cessare, sc. à fuga, Chald.occidi.
7. *Aureus*, i. excellens, sc. grauitate supplicij, quod per Babylonios exercuit. *Commotæ*, Chald. conturbatæ.
9. *Curauimus*.&c.vox Angelorum custodum,vel Prophetarum,vel sensus est, Actum est de ea,nemo potest defendere.
Iudicium, i. punitio iuste inflicta, vel meritum peccatorum.
Nubes,q.d.altissime.repetitio. Chald. cœlos cœlorum,70.astra.
10. *Protulit*,Chald.reuelauit.
Iustitias,&c.q.d.defendit causam nostram, & liberauit nos.
11. *Templi sui*,sc.incensi à Chaldæis.
12. *Leuate*,sc.ô Persæ,& Medi. *Signum*,i. vexillum in signum victoriæ. *Leuate*,Chald.suscitate,70. præficite.
13. *Super*,i.iuxta. *Aquas*,sc.Euphratis.
Pedalis,i.determinatus more mensuræ. *Præcisionis*,i.interitus.
14. *Animam*,i.vitam,q.d.per seipsum. *Hominibus*, Chald. exercitibus.
Brucho, 70. locustis. *Celeuma*, i.vox hostium se inuicem ad bellum hortantium seu exultantium.
15. *Præparauit*, Hebræus, firmauit, Chaldæus, fundauit.
16. *Dante*,&c.i.iubente. *Pluuiam*,pro,pluuia,q.d.tempore pluuiæ.
17. *A scientia*, i. præ scientia,sc.Dei.vel, pro,in scientia,sc.sua.
19. *Sicut hæc*,Chald.& 70.talis,sc.vt idola.
Pars,i.hæreditas. *Sceptrum*, Hebr. virga,Chald. portio.
Eius,sc.Dei Nempe fideles sunt velut hæreditas Dei,& Deus ipsorum hæreditas.
20. *Tu*, sc.ô Babylon. *Mihi*,i.contra me. *Vasa*,i. instrumenta.
23. *Iugales*,i.boues,Chald. par boum.
25. *Ad te*,i.contra te,sc.agam. *Mons*, sic dicitur ob superbiam,Chald.ciuitas. *Corrumpis*,i.perdis.
Petris, q.d. munitionibus tuis perstat enim in metaphora montis.
26. *Non tollent*, &c. q. d. perdam te prorsus,& reddam inutilem.
Lapidem,&c.Chal. Regem in Regnum,& principem in principatum.
27. *Sanctificate super eam*,Chald.præparate contra eam.sic & inf.
Ararat,i.Armeniæ maioris. *Menni*, i. Armeniæ inferioris. *Ascenez*,i.Scythiæ. *Tapsar*,Chald. populos bellatores,70.iaculationes. *Bruchum*, Genus est locustæ, 70. locustam. *Aculeatum*, Chald. inflammatum.
30. *Quasi mulieres*,sc.infirmi,seu debiles.
31. *Currens*, &c. q. d. concurrent simul multi nuntij.
Summo, i. extremo.
32. *Paludes*, scilicet, carecta, seu arundines Euphratis.
33. *Trituræ*,i.oppressionis.
34. *Teneritudine mea*,70. deliciis meis. *Eiecit*,i. expulit è regione mea.
35. *Iniquitas*, sc. Babylonis. *Caro mea*,i.mei ciues,oppressi.
Super,i.contra,sc.queritur.
Sanguis,i.effusus ab illis.
36. *Mare*,sc.Euphratem,vel abundantiam.
37. *Tumulos*,sc.lapidum.
38. *Rugient*,sc.Chaldæi præ ira,aut dolore.
39. *In calore*,id est, dum vino incaluerint. Vide Dan. 5.
Ponam,&c.q.d.potabo calice punitionis.
41. *Sesacsach*, i. Babylon. Vide sup. cap. 25. *In stuporem*,scilic, videbatur non posse vnquam expugnari.
42. *Mare*,i.grandis exercitus.
44. *Absorbuerat*,i. rapuerat,sc.de Ierusalem.
46. *In terra*,sc.Chaldæa. *Anno*,sc.primo.
Auditio, i. rumor belli. *Post hunc annum*,i. anno secundo. *Iniquitas*, i.violentia,sc. anno tertio Balsasar capta Babylon. *Et dominator*, &c.q.d.Rex Regem superabit.
48. *Laudabunt*,sc.Deum,70.exaltabunt.
49. *Terra*,sc.Chaldææ.
50. *Procul*, sc. ex Chaldæa,quæ procul à Hierusalem.
Domini,pro,templi,vel cultus Domini,sc.qui in Hierusalem fieri solebat.
51. *Confusi*,&c.vox Iudæorum.
52. *Mugiet*, i.gemet,sc.moriens, Chald. proiicietur,70.cadet.
53. *Si ascenderit*,&c.i.si altissimas turres, & muros ædificet. *A me*, sc.missi.
55. *Magnum*,sc.multorum ciuium, quia occidentur omnes.
Eorum, sc. hostium, vel Chaldæorum. q. d. qui olim sonabant vt fluctus, &c.
57. *Inebriabo*,sc.calice iræ meæ,seu punitionis.
Dormient, &c. Chaldæus, morientur morte secunda.
58. *Populorum*, sc.Chaldæorum se defendere conantium. *Ad nihilum*,sc.proderit. *Gentium*,sc.labores,repetitio.
59. *Cum Sedecia*, sc. inuisente Nabuchodonosor,Chald.in legatione Sedeciæ, 70. à Sedecia,scil. missus.
Prophetiæ,i.interpretationis, q.d.legationis, vel eius prophetiæ, quam ei Ieremias commendauit, Chald.& 70.munerum,sc.quæ ferebat.
64. *Verba*,Chald.prophetia verborum.

Quod

Quod quidam dicunt à Baruch additum, & quidem à Ieremia hæc eadem scripta sup. c. 39.

CAPVT LII.

1. IN *oculis*, Chald. coram, q. d. Deo vidente, & improbante.

3. *Quonam*, Chald. & ideo.

7. *Dirupta*, sc. à Chaldæis. *Viam portæ*, quidam cuniculum putant significari. *Duos muros*, 70. murum, & antemurale.

9. *Rheblatha*, quæ postea dicta Antiochia secundum Hieronymum. *Locutus*, &c. i. obiurgauit grauiter reddita causa.

11. *Compedibus*, Chald. catenis æreis.

12. *Stabat*, i. stare solebat.

16. *Reliquit*, sc. aliquos.

18. *Creagras*, i. foci instrumenta, seu coquinæ, sc. dum coquebantur carnes sacrificiorum. *Mortariola*, Chald. cochlearia.

19. *Quotquot*, &c. i. tam aurea, quam argentea.

20. *Non erat*, pro, immensum erat.

21. *De*, pro, in.

23. *Dependentia*, Chal. in latere vno, 70. vna pars, sc. omnia erant plura, nempe centum, sed latebant aliqua aspicientes columnam, scil. que retro erant. *Centum*, sc. in vno ordine, erant autem ordines duo. Vide 3. Reg. 7.

24. *Primum*, scil. summum. *Secundum*, scil. vicarium summi.

25. *Videbant faciem*, erant familiares.

28. *Septimo*. Quidam putant esse errorem in numeris, & legendum pro septimo, primo, pro 18. 8. pro 23. 19. vt patet ex 4. Reg. 24. & 25. & 2. Paral. 36. Ego id non ausim dicere, potius dicerem de aliis hic translationibus agi quam 4. Reg.

30. *Quatuor millia* &c. Aliter 4. Reg. 24. sed illic etiam vulgus numeratur, hic solum principes viri.

31. *Vigesimaquinta*, sc decreuit. fecit vero 27. vt dicitur 4. Reg. 25. *Anno*, sc. primo.

Eleuauit, q. d. honorauit, sc. calamitosi sunt capite demisso.

32. *Bona*, q. d. consolatus est eum amice collocutus. *Regum*, sc. captiuorum.

33. *Coram eo*, i. in eius aula.

THRENI.

Id est, Lamentationes.

70. Addunt, post captiuitatem Israëlis & desolationem Ierusalem planxisse Ieremiam, & dixisse quod sequitur.

CAPVT I.

1. PLENA, sc. olim. *Vidua*, q. d. desolata.

Domina gentium, s. multarum, quæ ei tributa pendebant, vt Ammonitæ, Moabitæ, 70. multiplicata in gentibus, sc antea.

2. *Caris eius*, 70. diligentibus eam. *Amici*, i. qui qui amici videbantur, scil. fœderati populi.

3. *Afflictionem*, &c. q. d. quia affligebat innocentes, & seruire faciebat, vel q. d. cum magna afflictione & seruitute migrauit. Quidam tamen afflictionis & seruitutis nomine peccatum intelligunt, sc. quod afflictionem animæ afferat, & seruitutem. sic interdum etiam amaritudo vocatur.

4. *Lugent*, i. videntur lugere, sc. desertæ prorsus. *Solemnitatem*, i. festa celebranda in templo.

5. *In capite*, i. domini, seu superiores. *Super*, i. contra. sc. afflixit eam, vt est Heb. & in 70.

6. *Filia Sion*, i. Ierusalem, quæ arci Sion subiecta, Chald. cœtus Sion. *Subsequentis*, i. abducentis, Hebr. & Chald. & 70. persequentis.

7. *Afflictionis*, sc. quam patiebatur propter præuaricationes suas. *Præuaricationis*, i. peccatorum, vel punitionis ob præuaricationem, sic solet scriptura iniquitatem vocare pœnam iniquitatis. *Cum caderet*, iunge cum, *Recordata est sabbatha*, i. festa, scil. Dei cultum, Chald. cessationem bonorum, 70. transmigrationem.

8. *Peccatum*, Chald. peccatum grande.

Instabilis, 70. in commotionem, sc. mota loco per captiuitatem. *Retrorsum*, sc. præ pudore, q. d. erubuit. solent erubescentes faciem auertere.

9. *Sordes*, Chald. immunditia menstrui, à qua non est mundata, sc. peccata.

In pedibus pro, ante pedes, Heb. in fimbriis, 70. ad pedes, q. d. apparent eius peccata, plane vt celare non possit.

Nec recordata, &c. q. d. cum ante oculos haberet peccata, non tamen cogitauit, quid sibi tandem ob ea euenturum esset.

Deposita, i. derelicta.

Erectus, i. elatus superbia, 70. præualuit.

10. *Quia*, pro, etenim. *Gentes*, sc. Ammonitas & Moabitas.

Ecclesiam, i. congregationem, sc. ne affinitatem contraherent, aut ciuitatis iura.

11. *Pretiosa*, Heb. est idem verbum, quod supra vertit desiderabilia.

12. *Vindemiauit*, i. abstulit ciues meos, sc. hostis, vel Deus.

13. *Ignem*, i. punitionem consumentem.

Erudiuit, i. castigauit.

Retrorsum, q. d. à felicitate in calamitatem, vel fecit, vt terga verterem hostibus.

14. *Vigilauit*, scilicet, Deus. *Iugum*, pro, super iugum, q. d. vt puniret iniquitates, quibus me subieceram.

Conuoluta, scilicet, iniquitates, i. iniquitatis supplicium.

15. *Magnificos*, i. præcipuos Chald. & 70. fortes.

Tempus, sc. destinatum punitioni. *Torcular*, scil. tribulationum. *Virgini*, i. Regno quod more virginis custodi solet. *Filiæ*, i. populi, seu populo vt sit appositio.

Iuda, nomine Iuda, intelligitur etiam Beniamin.

16. *Conuertens*, i. reducens, scil. ad statum lætitiæ, Chald. sustentans.

17. *Manu*

17. *Manus*, sc. vt solent, qui opem petunt, Chald. manus præ angustia, more parturientis. *Quasi polluta*, &c. q. d. abominabilis.

18. *Os*, i. faciem.

19. *Vocaui*, sc. in auxilium. *Amicos*, sc. Ægyptios, quos putabam amice adiuturos. *Cibum*, sub. & non inuenerunt.

20. *Venter*, i. mens, seu interiora. *Similis est*, id est, similiter interficit, mortem autem Chald. famem intelligit.

21. *Audierunt*, Chal. audierunt nationes.

Fecisti, i. punisti. *Consolationis*, scilic. ipsorum, Chald vltionis. *Fiat*, pro, & tamen fient. Complut. fiant.

22. *Vindemiasti*, 70. vindemiauerunt.

CAPVT II.

1. Filiam, Chald cœtum. *De cælo in terram*, i. à summa felicitate extremam calamitatem.

Inclytam, Hebr. decorem, Chald. pulchritudinem, 70. gloriam. *Scabelli*, i. sanctuarij, vbi propitiatorium, quasi Dei scabellum.

2. *Virginis*, Chald. cœtus, 70. filiæ. *Polluit*, i. profanauit, sc. tradendo gentibus, seu proiecit, vt rem pollutam, i. immundam.

3. *Cornu*, i. robur, Chald. gloriam. *Dexteram*, sc. ne ferret opem. *A facie*, i. in conspectu.

Ignem flammæ, pro, flammam ignis. *In gyro*, i. vndique.

5. *Humiliatam*, &c. q. d. & viros, & fœminas calamitatib.

6. *Dissipauit*. Chald. eradicauit. *Tentorium*, scil. templum.

Obliuioni tradidit, i. fecit omnino cessare, vt quæ obliuioni traduntur. *In opprobrium*, sc. exposuit.

7. *Maledixit*, i. veluti maledictam tractauit, sc. perdens.

Sanctificationi, i. sanctuario, seu templo. *Dederunt*, sc hostes. *Sicut*, sc. solet, q. d. exultanter.

8. *Funiculum*, i. mensuram, sc. vastationis.

Luxitque, sc. suam ruinam, q. d. corruit.

9. *Regem*, pro, nempe Regem, est enim explicatio præcedentis Metaphoræ. *In gentibus*, i. inter gentes.

Lex, i. obseruatio ceremoniarum in Dei cultu.

Prophetæ, &c. q. d. defecit magna ex parte prophetia ob populi peccata.

10. *Sederunt*, &c. describit gestus lugentium.

11. *Effusum*, &c. hyperbole. *Iecur*, i. viscera, seu interiora. *Super*, pro, ob.

12. *Triticum, & vinum*, i. cibus, & potus. *Vulnerati*, Chald. occisi gladio.

13. *Exæquabo*, i. æquiparabo, q. d. quis vnquam tantam vidit calamitatem? *Consolabor*, sc. simili exemplo.

Mare, Chald. fluctus maris in tempestate.

14. *Prophetæ*, Chald. pseudoprophetæ. *Assumptiones*, i. prophetias, quibus solent auditores assumi, seu subleuari, & erigi in spem. *Et eiectiones*, q. d. non erant subleuationes sed deiectiones, te enim prorsus deiecerunt illorum mendacia, scio aliter locum posse explicari ad veritatem, Hebr. quod & docti norunt, sc. prophetasse illos falsas hostium calamitates & expulsiones.

17. *Præceperat*, i. inter præcepta posuerat, prædicens se non obedientes puniturum. vide Leu. 26. Deut. 28. & 32.

18. *Clamauit*, sc. orans Deum, vt misereretur. Eorum, scilicet, Iudæorum. *Super*, i. ob, q. d. videns dirutos muros.

Deduc, sc. ô filia Sion. Vox Prophetæ. *Requiem*, q. d. ne cessa. Chald. consolationem.

19. *Lauda*, Chaldæus, attende lectioni, 70. meditare.

Cor tuum, Chald. peruersitatem cordis tui.

20. *Suum*, 70. vetris sui, sc. filios. *Ad mensuram palmæ*, q. d. minimos.

Si occiditur, pro, decetne vt occidatur? Chald. id intelligit dictum ex persona Domini, velut respondentis ad superiorem querimoniam. q. d. & quod vos fecistis, vt occideretis in templo Zachariam Sacerdotem & Prophetam, decuitne?

CAPVT III.

1. Ego, vox vel Prophetæ, vel Iudæi cuiusque, sic quæ sequuntur.

Videns, q. d. qui experior. *Paupertatem*, Chald. afflictionem.

2. *Minauit*, i. duxit. *Tenebras*, i. calamitatem. *Lucem*, i. prosperitatem.

3. *Tantum*, Chald. & 70. veruntamen.

Vertit & conuertit, sc. iterando flagella. *Tota die*, i. semper, seu assidue.

4. *Vetustam*, id est, vetustæ similem, scilicet, ob verbera.

5. *Ædificauit*, scilic. more hostis propugnacula. *Felle*, i. amaritudine.

6. *Tenebrosis*, i. calamitatibus, vel carcerem intellige, si ad Ieremiam referatur.

Sempiternos, i. in perpetuum, Chald. abeuntes in aliud sæculum.

7. *Circumædificauit*, sc. difficultates.

8. *Clamauero*, &c. pro, clamarem, & rogarem.

Exclusit, sc non admisit.

9. *Conclusit*, scil. ne possem euadere. *Lapidibus*, pro, velut lapidibus. *Subuertit*, sc. ne possem ambulare, 70. conturbauit.

10. *Vrsus*, pro, velut vrsus.

11. *Desolatam*, vox ciuitatis.

13. *In renibus*, i in interiora. *Filias*, i. sagittas.

14. *Factus*, &c. vox Ieremiæ.

Canticum, i. fabula & ludus, q. d. etiam canendo irrident me.

16. *Ad numerum*, q. d. velut singulos numerans, dum frangeret, Chald. lapidibus, 70. lapillo. quod quidam referunt ad panem durum, seu terra mistum. Vide Prou. 20.

17. *Repulsa*, 70. expulsa à pace, i. prosperitate.

Oblitus, q. d. desperaui consecutionem. Hæc populi vox.

Bonorum, sc. pristinorum, quasi dicat, antiquæ felicitatis.

18. *Finis*, sc. ille, quem sperabam, i. successus bonus, Chald. fortitudo, 70. victoria. *Spes mea*, i. quod sperabam.

19. *Paupertatis*, Chald. afflictionis. *Transgressionis*, i. abundantiæ, sc malorum, quæ patior, quod sequentibus verbis explicatur. Alibi vocat Scriptura supergressionem. Supergressæ sunt, inquit, caput meum. Metaphora à cumuli altitudine, vel aquæ egressæ alueum, Chaldæus, amaritudinis, 70. persecutionis.

20. *Memoria*, &c. q d. ego quidem qui obliuisci non possum, dum recordor, tabesco præ mœrore.

21. *Hæc*, sc. quæ sequuntur de Dei misericordia. *Sperabo*. 70. sustinebo, Chald. expectabo.

23. *Noui*, sc. quod sequitur, 70. nouæ, sc. misericordiæ Dei apparent, Chald. noua miracula. *Diluculo*, q. d. quotidie, seu tempestiue. *Fides*, i. veritas in promissis. Deum enim alloquitur.

25. *Bonus*, i. benignus.

26. *Silentio*, i. quiete.

28. *Super*

28. *Super se*, sc. iugũm Domini.

29. *Ponet*, &c. q. d. ie humiliabit. *Sit spes*, i. eueniat quod sperat.

30. *Dabit*, &c. q. d. feret etiam verbera, & contumelias.

Saturabitur, &c. q. d. feret etiam maximam copiam opprobriorum.

32. *Et miserebitur*, pro, tamen miserebitur.

33. *Ex corde*, i. quasi delectetur calamitatibus, proprium enim misereri, & parcere, Chald. intelligit, quia se homines non corde humiliarunt, punitos esse à Deo.

34. *Vinctos terræ*, pro, terræ alligatos, i. terrenos, q. d. homines Deus non conterit, quasi ea re delectetur.

35. *Declinaret*, &c. q. d. peruerteret causam iustam, iniquè iudicando. *Altissimi*, i. sui.

36. *Ignorauit*, sc. prædicta, q. d. non facit, nec probat, sed iuste iudicat, ideoque punit, quia id merentur peccata.

37. *Dixit*, &c. i. cogitauit apud se, accidere quidquam aduersi sine Dei voluntate. *Vt fieret*, pro, fieri aliquid.

38. *Exore*, &c. verba impij *Ore*, vero, i. præcepto, seu voluntate, q. d. erat, qui putat sine Dei voluntate accidere aduersa, aut prospera.

39. *Murmurauit*, pro, murmurat. *Pro peccatis*, i. excusans peccata.

40. *Scrutemur*, sc. potius.

42. *Inexorabilis es*, i. non vis eripere nos.

43. *Operuisti in furore*, pro, furore obruisti, sc. flagellis.

44. *Nubem*, pro, velut nubem, scilic. impedimentum.

45. *Eradicationem*, &c. pro, eradicatam & abiectam.

Aperuerunt, sc. velut deuorare cupientes. vide sup. cap. 2.

47. *Facta est*, i. euenit. *Vaticinatio*, i. quod prædictum per Prophetas, sc. euenit, Hebr. vastatio, Chal. tremor, seu terror.

48. *Diuisiones*, i. effusiones. *In contritione*, id est, ob contritionem.

49. *Tacuit*, i. cessauit. seu quieuit. *Requies*, Chald. consolatio.

51. *Deprædatus est*, i. consumpsit, sc. fletu. *In cunctis*, i. pro cunctis, q. d. flentem populi calamitatem. *Filiabus*, i. villis subiectis, vel fœminis.

52. *Gratis*, i. sine causa.

53. *In lacum*, vide Ierem. 37.

54. *Aquæ*, sc. tribulationum, vel cœnum intelligit, in quo erat mersus. *Dixi, perij*, i. cogitaui actum esse de me.

55. *Nouissimo*, 70. infimo, q. d. ex profundo lacu, seu fouea.

59. *Iudicium*, i. causam.

61. *Opprobrium*, sc quo me affecerunt.

62. *Mihi*, i. contra me.

63. *Sessionem*, &c. q. d. siue sedeant, siue surgant, me irrident.

Psalmus, i. fabula, & ludus

65. *Scutum*, i. tegumentum, quo, sc. cor tegatur, & opprimatur. Chald. contritionem.

Tuum, i. quo soles punire malos. *Sub cœlis*, i. tollendo ex hac vita.

CAPVT IV.

1. *AVrum*, i. principes. *Color*, sc prosperitas. *Lapides*, &c. sc. Sacerdotes, & Leuitæ.

2. *Reputati*, &c. i. tractati, vt vasa fictilia, scil vilipensi, vel contriti.

3. *Lamiæ*. Feræ genus in Africa, simile draconi, Hebr. & Chald. & 70. dracones. q. d. etiam dracones filios suos alunt lacte proprio, quod Ierusalem non facit, id quod crudele videri possit. *Struthio*, quia oua deserit. Vide Iob. 3.

4. *Siti*, sc. lactis.

5. *Croceis*, i. purpura, Hebr. & 70. coccino. Vnde quidam legendum putant cocceis, i. coccineis, scil. vestibus.

Stercora, quasi dicat, luto volutati, & inquinati sunt.

6. *Maior effecta*, i. grauius punita, veluti si maior esset, vel iniquitas, i. iniquitatis pœna, more Scripturæ.

Cœperunt, i. inceperunt, sc. oppugnare, q. d. subito submersa est, non diu fatigata obsidione, vt Ierusalem, 70. laborauerunt.

7. *Ebore antiquo*, sc. est id aliquantulum rubrum, Hebr. gemmis, seu margaritis, sc. rubris.

8. *Cogniti*, i. quod essent valde mutati forma, seu vultu. *Plateis*, 70. viis.

9. *A sterilitate*, i. ob sterilitatem.

10. *Misericordium*, sc. alioqui. *Contritione*, i. calamitate. Chald. tempore excidij.

11. *Ignem*, pro, velut ignem sc. punitionem.

12. *Terræ*, sc Iudææ. *Orbis*, sc. terræ ditionis Iuda, vel, q. d. nullus vnquam credidisset, &c.

14. *Cæci*. pro, velut cæci, & inopes consilij.

Sanguine, scilicet, à se effuso, vel à Chaldæis occisorum.

Non possent, aliquid subintelligendum, sc. surgere, aut ambulare, Chald. addit, videre. Hier. incidere, in commentario. nam in textu legit solum non possent.

Suas, pro, ipsorum, sc. hominum quorum opem implorabant.

15. *Clamauerunt*, scilicet, illi, quorum opem petebant.

Tangere, sc. vestes nostras. *Iurgati*, scil. inter se Iudæi. *Commoti*, sc. loco suo pulsi.

Dixerunt, pro, dictum est. *Habitet*, sc Deus, vel pristina felicitas & status.

16. *Facies Domini*, i. iratus vultus. *Diuisit*, i. se expulit.

17. *Sustineremus*, sc. expectantes opem ab Ægyptiis, vel dum adhuc res nostræ consisterent, nec essent collapsæ.

18. *Lubricauerunt*, &c. q. d. nihil firmum fuit nobis, sed omnia lubrica. *Finis noster*, repetit, more dolentium.

20. *Spiritus oris nostri*, pro, viuificator noster, seu, per quem respiramus. Chaldæus, Rex Messias, qui nobis dilectus sicut Spiritus vitæ, qui est in naribus.

Oris, 70. faciei, seu vultus. *Dominus*, ita etiam, 70. & quidem Hebr. est nomen Iehoua proprium Dei.

In peccatis, i. ob peccata. *Diximus*, id in persona iustorum. Omnes enim per Christum iustificati, eique acceptam referunt vitam animæ. *In gentibus*, Chaldæus, inter populos, q. d. sine te nulla est vsquam vita.

21. *Gaude*, pro, gaude sane nunc. *Hus* hinc (nisi duæ sint Hus) apparet Iob fuisse Idumæum. Vide Iob 1.

22. *Iniquitas*, i. pœna iniquitatis. id referendum ad tempus quo liberati per Christum Iudæi.

Transmigret, i migrare faciat captiuam, sc. Deus, vel quisquam. *Filia*, i. ô filia. *Discooperiet*, sc. Deus.

Peccata tua. Id sup. intellexit dicens, nudaberis, sc. apparebit turpitudo tua.

CAPVT

CAPVT V.

1. OPprobrium, sc. quo afficimur à gentibus.
3. *Pupilli*, pro, veluti pupilli.
4. *Nostram*, i. nobis necessariam, vel alias nostram, sed captam ab hostibus.
5. *Minabamur*, pro, trahebamur.
6. *Dedimus manum*, sc. supplicantes, vel fœdus facientes.
7. *Iniquitates*, i. iniquitatum pœnam.
8. *Serui*, sc. olim nostri, vt Idumæi, Moabitæ, &c.
9. *In animabus nostris*, i. cum vitæ nostræ periculo.
A facie gladij, i. propter hostes gladiis insequentes.
10. *A facie*, &c. i. ob calamitosam famem.
11. *Humiliauerunt*, sc. violantes.
12. *Manu*, sc. hostium.
13. *Impudice abusi sunt*, Hebr. & Chald. molere fecerunt, sc. in pistrino. *In ligno*, i. sub lignorum pondere, quæ ferre cogebantur, aut voluendo molam manubrio, Chald. in patibulo.
14. *Portis*, i. iudiciis, quæ in portis vrbium fiebant.
15. *Chorus*, sc. psallentium.
16. *Corona*, i. diadema, sc. regnum.
17. *Contenebrati*, sc. præ fletu.
18. *Montem*, sc. vbi templum, q.d. ob dirutum templum.
21. *Conuerte nos*, necessitas gratiæ Dei.
Sicut à principio, i. vt olim felices erant.
22. *Vehementer*, q. d. sufficere posset iam tanta punitio peccatorum nostrorum.

BARVCH.

Solet à Conciliis & Patribus nomine Ieremiæ comprehendi.

CAPVT I.

1. BABYLONICA, scil. quo se contulerunt ex Ægypto post Ieremiæ mortem.
2. *Quinto*, sc. captiuitatis.
Mensis, sc. primi. *In tempore*, pro, à tempore.
4. *Filiorum*, Græc. & filiorum.
8. *Acciperent*, sc. Iudæi. Apparet ipsos partem vasorum redemisse à Chaldæis. *Reuocare*, pro, restituendo.
Siban, respondet partim Maio, partim Iunio.
9. *Duxit*, pro duxisset.
10. *Manna*, pro Minchah, i. munus, s. cibarium sacrificium. *Aram*, Apparet sacerdotes, qui se receperant in Ierusalem, altare aliquod fecisse.
11. *Balthasar*, non successit iste patri, sed alter nomine Euilmerodach, nisi forte is etiam Balthasar vocabatur. Vide Dan. 5. *Sicut dies cœli*, i. diuturni.
Die opportuno, i. cum opportunum fuerit
15. *Iustitia*, scil. tribuenda, scil. q.d. vt iustus celebrandus.
Confusio, sc. conuenit. *Est dies hac*, i. apparet hodie.
17. *Credidimus*, sc. verbis eius, id non quadrat in Prophetas & iustos reliquos, sed in malos solos.
18. *In eum*, pro, ei. *Subiectibiles*, i. subiecti.
19. *Incredibiles*, i. increduli, seu rebelles.
Dissipati, i. separati, seu diuisi, sc. à Deo, Græc celeriter, seu inconsiderate.
20. *Constituit*, &c. i. per Mosen proposuit. Vide Deut. 28. *Die*, sc. apparet.
22. *Operari*, i. sacrificare: & id solum malorum fuit.

CAPVT II.

1. STatuit, i. executus est.
4. *Eos*, sc. de quibus sup. *Manu*, i. potestate.
6. *Iustitia*, vide sup. c. 1. *Est dies hac*, i. apparet hodie.
8. *Vt reuerteremur*, i. animo reuertendi.
6. *Vigilauit*, sc. qui videbatur dormire.
10. *Ante faciem nostram*, i. palam. nec enim possumus excusare ignorantiam.
12. *Iustitiis*, i. præceptis.
15. *Inuocatum*, &c. q. d. quod Israel te coluit, & nos eius posteri.
16. *Domo*, sc. cælo.
17. *Inferno*, i. sepulchro. *Spiritus*, i. anima.
Iustificationem, i. iustitiam, q.d. te iustum prædicabunt.
18. *Infirma*, i. agnoscens suam infirmitatem, vel, ex castigatione corporis debilis. *Esuriens*, sc. iustitiam, vel abstinentia se macerans.
20. *Puerorum*, i. seruorum.
21. *Opera facite*, i. seruite.
23. *Defectionem*, &c. q.d. faciam vos deficere,
Ab inhabitantibus, i. ob defectum inhabitantium.
26. *Emissione*, i. exilio.
26. *Hec dies*, id est, apparet hodie, scil. destructum.
27. *Fecisti*, pro, facies.
35. *Alterum*, id plane pertinet ad testamentum nouum, sc. legis Euangelicæ. nam etiam sempiternum dicitur, & additur, non mouendum loco amplius populum. certe enim Iudaicus per Romanos postea valde motus est, Deo puniente.

CAPVT III.

3. IN æuum? q. d. in perpetuum ne deseres nos? Græc, τὸν αἰῶνα, quod proxime vertit in sempiternum.
4. *Mortuorum*, i. sanctos, qui è vita discesserant, intelligit.
5. *Manus*, i. potentiæ. *Nominis*, sc. misericordis, & benigni.
6. *Laudabimus*, sc. liberati agemus gratias.
7. *Et vt*, Græc. vt.
8. *Peccatum*, id est, pœnam peccati. Græc. debitum.
Secundum omnes, id est, prout merentur omnes.
11. *Inueterasti*, i. consenuisti. *Cum mortuis*, pro, velut si iam cum mortuis esses, vt statim explicat, q. d. perinde fores, vt si esses mortuus. *Deputatus*, pro, reputatus, seu adnumeratus.

14. *Victus*, Græc. vita.
15. *Eius*, sc. sapientiæ seu disciplinæ. Vide inf.
17. *Ludunt*, i. delectantur. Forte venationem intelligit (& hic & sup.) ferarum.
18. *Inuentio*, sc. numeri, vel q. dicat, perierunt eorum opera.
19. *Exterminati sunt*, id est, perierunt è mundo sublati.
20. *Lumen*, sc. lucem hanc solis, sed non diuinam.
22. *Theman*, est Idumææ ciuitas.
23. *Merrha*, nomen regionis.
Fabulatores, i. fabularum interpretes. *Commemorati*, i. recordati.
26. *Ibi*, sc. in mundo, vel locis supradictis. *Scientes bellum*, i. bellicosi.
29. *Nubibus*, i. cœlo, repetitio.
30. *Super*, i. pretiosiorem quam.
31. *Possit*, sc. nisi duce Deo.
32. *Adinuenit*, i. fecit inueniri. *Prudentia*, id est, sapientia.
Præparauit, i. stabiliuit. *Tempore*, sc. duraturam.
33. *In tremore*, i. statim, more serui timentis herum.
34. *Custodiis*, i. stationibus, metaphora à militibus, dicuntur enim stellæ, militia cæli *Lætata sunt*, pro, lætificarunt homines, scil. luce sua, vel hilares, & promptas se exhibuerunt ad Dei imperium.
35. *Ei*, i. ad eius obsequium. *Cum iucunditate*, i. hilaritatem præseferentes luce.
36. *Æstimabitur*, i. vllo erit in pretio. *Aduersum eum*, i. cum eo collatus.
37. *Viam*, id est, rationem, scil. scientiæ Dei inuentum, & donum: ipso enim donante ab hominibus inuentæ.
Iacob, i. populo Israelitico, vt statim explicat, vel Patriarcha intelligitur. *Puero*, i. seruo.
38. *Visus*, scilicet, factus homo, qui antea, & semper Deus.

CAPVT IV.

1. IN *æternum*, scil. duratura vel in æternam vitam ducens.
2. *Contra*, pro, coram, seu ad.
3. *Ne tradas*, &c. q. d. ne te subiicias cuiquam præter Dei voluntatem: huic enim obedire gloria tua est, & dignitas, sc. seruire Deo regnare est: vel, ne cultum Deo debitum, alij tribuas.
5. *Animæquior esto*, i. bono esto animo, Gr. confide.
Memorabilis, Græc. memoriale, seu monimentum, scil. in quo seruatur memoria Israelis, i. Iacob, vel, q. d. insignis, dignusque memoria.
6. *Propter*, pro, propterea.
9. *Iracundiam*, i. vltionem. *Confines*, i. vicini. Vide infra vbi vertit vicinos.
10. *Superduxit*, i. super eos induxit.
13. *Iustitias*, i. præcepta.
14. *Memorentur*, i. recordentur, q. d. cogitent.
16. *Dilectos*, scilicet, filios. *A filiis*, pro, priuatam filiis. *Vnicam*, i. solam relictam. *Desolauerunt*, i. destituerunt prorsus.
20. *Pacis*, i. prosperitatis.
21. *Animæquiores estote*, Græc. confidite.
22. *Speraui*, pro, spero. *In æternum*, Græc. in æterno, scil. Deo. sic enim solet vocare Deum. *Super misericordia*, i. ob misericordiam.
24. *Vicinæ*, scil. gentes: supra idem verbum Græcum vertit confines. *Æterno*, Græc. τῦ αἰωνίυ, æterni, sc. Dei.
25. *Iram*, i. punitionem. *Ascendes*, q. d. calcabis.
27. *Ab eo*, pro, apud eum, sc. Deum.
28. *Requiretis*, pro, requirite.
30. *Exhortatur*, Græc. consolabitur. παρακαλέσει.
Nominauit, i. ex nomine nouit, sc. familiariter, vel fecit nominatam, i. celebrem.
35. *Ignis*, i. punitio. *Æterno*, i. Deo.
Longiturnis diebus, pro, multos dies. *I multitudine*, &c. pro diutissime.
37. *Vsque ad occidentem*, i. & etiam ex occidente, q. d. ex omni orbis parte Id præcipuè ad Euangelij tempus, & Chriastianos pertinet. *Sancti*, Græc. τῦ ἁγίυ, sancti scil. Dei.

CAPVT V.

1. ÆTerni, id est, Dei, vt patet ex Græco, τῆς δόξης τῦ αἰωνίυ.
3. *Qui*, Græc. omni quæ, sub. terræ.
4. *A Deo*, sc. datum, q. d. consequeris honorem summum. *Pax*, &c. Id est nomen, de quo proxime.
Iustitia, sc. præmium, & finis. *Pietatis*, scil. in Deum, sub. præmium.
5. *Vsque ad*, &c. Vide sup. c. 4. *Sancti*, sc. Dei.
6. *Pedibus*, i. pedestres. *In honore*, Græc. cum gloria, sic infrà.
7. *Humiliare*, &c. quasi dicat, tollere omnia impedimenta viæ, scilicet, spiritualis. Huc enim præcipue pertinent.
Diligenter, Græc. secure.
8. *Obumbrauerunt*, pro, obumbrabunt. *Suauitatis*, pro, suaue, sc. odoriferum, q. d. omnia iustis seruient, viamque ad Deum suauem facient. *Ex ipso*, scil. Dei donum est.

CAPVT VI.

2. GEnerationes, septem, i. 70. annos.
4. *In ipsis*, pro ipsorum.
5. *Adorantes*, Græc. adorante ipsa, sc. idola, vt ad turbam referatur.
6. *Exquiram*, id est, explorabo, scil. quid agatis, Græc. potest ad Angelum referri, q. d. ipse vestri curam habebit.
7. *Falsa*, i. falsi dij.
8. *Amanti ornamenta*, i. ornatus studiosæ,
11. *In semetipsis*, i. in suum vsum.
12. *Inter*, pro, super.
17. *Aut sicut*, &c. Græc. tanquam ad mortem abducendo.
19. *Corda*, i. interiora idolorum. *Comedunt*, i. consumunt.
23. *Specimen*, i. ornatum.
24. *Ex omni*, i. maximo. *In ipsis*, abundat, more Hebr.
26. *Apponuntur*, sc. ne cadat.
29. *Quia*, pro, an quia. *Apponunt*, sc. donaria.
31. *Contra*, pro, ad. *Mortui*, sc. alicuius, vbi solent audiri clamores, & gemitus.
40. *Non honorantibus*, sub. sed contemnentibus, sc. cum vident non posse ferre opem.
41. *Motum*, i. sensum. *Ipsi*, sc. Chaldæi.
44. *Falsa*, i. vana, seu nihili.
45. *Sacerdotes*, scil. qui modum præscribunt ea formandi.
47. *Falsa*, &c. i. falsam religionem, dignamque opprobrio.
48. *Apud se*, Græc. ad se ipsos, inter se.
49. *Sentiri*, i. existimari.
50. *Postea*, i. tandem. *Falsa*, i. falsi dij.
52. *Suscitant*, i. præficiunt.
53. *Corniculæ*, sc. volantes.
56. *Iniqui*, sc. fures.

59. *Obaudiunt*, sc. Deo.
60. *Idipsum*, i. similiter.
Spiritus, i. ventus.
63. *Speciebus*, i. formis.
67. *Prodesse*, i. consulere.
69. *Formido*, i. terriculamentum.
71. *Murice*, Græc. μαρμάρῳ, i. splendore, quamquam potest etiam marmoris verti. *Tineam*, i. tinea consumuntur. Græc. putrefactis.
Comeduntur, i. consumuntur. *Et erunt*, q. d. & afferent.
71. *Opprobriis*, i. ignominia.

EZECHIEL.

CAPVT I.

1. T, abundat, more Hebræo.
Tricesimo, Chald tricesimo ab inuento libro legis, tempore Iosiæ Regis. Quidam de ætate intelligunt Ezechielis. Alij à Iubileo proximo Ego potius dicerem intelligi à capto Ioachin, cũ quo Ezechiel abductus, sensumque esse vsque ad illum annum habuisse se visiones, quarum primam recenset, cæteras postea. Quæ vero fuerit visio anni 30. in quarto mense non dicit hic. Tantum ait, se habuisse visionem, deinde transit ad annum quintum capti Ioachin dicturus cap. 8. de sexto, & de aliis deinceps. Vide cap. 40.
Quarto, sc. mense.
Quinta, sc. die.
Dei, i. diuinas.
3. *Manus*, i. vis, seu spiritus, Chald. spiritus prophetiæ.
4. *Turbinis*, id est, tempestuosus, seu vehemens.
Inuoluens, scilicet, se, Chald, inflammatus 70. fulgurans.
5. *Eius*, scilicet ignis. *Aspectus*, i. apparentia, seu forma.
Similitudo, sc. facie.
6. *Vni*, pro, vnicuique.
7. *Pedes recti*, i. crura sine poplitibus, seu curuaturis.
Scintillæ, sc. quas emittebant.
8. *Manus*, id est, brachia. *Partibus*, i. lateribus, erant enim quatuor per quatuor latera animalium facies.
Partes, scilicet, ante, retro, dextrorsum, sinistrorsum.
9. *Iuncta*, &c. sc. erant ante Prophetam ordine omnia in recta linea, contingentia se pennis, vt solent quatuor homines manibus se coniungere, facie omnes aliquem vnum in locum conuersi. *Ante faciem*, i. rectà antrorsum.
10. *Hominis*, sc. ante. *Ipsorum*, i. cuiusque. *Aquila*, sc. retro opposita faciei hominis.
Desuper, scilic. eleuatior cæteris: quamquam hoc verbum non est in Hebræo, Chaldæo, 70. aut in Complut.
11. *Et facies eorum*, sc. tales erant. *Desuper*, sc. more auis se ad volatum componentis.
Iungebantur, i. vna erant extensæ ad volatum, Chald. directæ erant è regione altera alterius.
12. *Coram facie*, i. antrorsum recta. *Spiritus*, sc. impellentis.
13. *Hæc erat*, sc. quæ sequitur splendor ignis, &c.
14. *Reuertebantur*, sc. confecto itinere ad quod impellebantur, ante enim, vt dictum sup. non reuertebantur.
15. *Iuxta*, sc. infra, sua enim cuique rota erat subiecta.
Quatuor facies, sc. quatuor erant rotæ.
16. *Aspectus*, i. apparentia. *Maris*, q. d. cœruleo colore, seu cœlesti. *Vna similitudo*, &c. i. per omnia erant similes rotæ.
In medio rotæ, sc. coniunctæ erant, seque inuicem secantes ad angulos sphærales, vel quæque (vt quidam aiunt) duos habebat circulos se intersecantes. Vide cap. 10.
17. *Per quatuor*, &c. sc. quæque sequebatur suum animal, cui subiecta. significant vero volubilem populum, qui sequi debet prælatos. Hi vero per animalia significantur, sc. oportet esse homines, i. humanos; leones, i. fortes, vitulos, i. mortificatos, seu laboriosos.
Aquilas, i. contemplatiuos.
18. *Statura*, i. summæ partes, sc. æquales inter se erant flexus rotæ superiores, Hebr. Chald. & 70. dorsa seu terga.
Altitudo, i. proceritas.
21. *Euntibus*, sc. animalibus.
22. *Horribilis*, i. valde splendentis, Chaldæus, fortissimi.
23. *Rectæ*, &c. Chald. directæ vna è regione alterius, sc. more auium se ad volatum parantium. *Similiter*, sc. alis duabus.
24. *Sublimis Dei*, Hebr. Chaldæus, & 70. omnipotentis, quasi dicat, vehementissimum, quæ enim magna, solet scriptura Dei dicere, vt Dei montes, cedros, &c.
26. *Hominis*, sc. Christi.
27. *Electri*, hoc colore erat qui sedebat, sc. Christus duplici natura.
Intrinsecus, i. in medio. *Per circuitum*, id est, vndique, q. d. totum illum locum occupabat ignis splendens.
28. *Aspectum*, id est, colorem, seu apparentiam. Not. per quatuor animalia significari quatuor Euangelistas, qui per omnia similes, & concordes, quorum quisque facie Hominis & Aquilæ, & Vituli, & Leonis, quia Christi Humanitatem, Diuinitatem, Passionem, & Resurrectionem describit, idque Dei Spiritu mouente. Rotæ autem quatuor, Mundi quatuor partes quæ sunt Euangelicam prædicationem secutæ: colores deinde cœlestis, & igneus, cœlestia omnia, & charitatis plena demonstrant, itemque per charitatem in cœlum iri, pennæ, contemplatio; manus, actio. Ante, quod hic apparet, sc. Christus homo; Retro quod in futurum expectatur, scil. diuinitatis visio. Sinistra, quod passus, vt vitulus immolatus; dextra, quod vt leo fortiter resurrexit: nam & animalia Christum significant. Vide Apoc. 4.

CAPVT II.

1. LOquentis, sc. cuiusdam. Angelus erat Deum repræsentans.
Fili hominis, i. homo, ita vocat, vt conditionis suæ memor non extollatur ob visiones.

2. *Ingressus*

Ingressus est, 70. venit. *Spiritus*, sc. meus, qui præ timore defecerat, vel Dei, sc. gratia, & vis.

3. *Gentes*, i. Iudaicum populum constantem variis hominibus. *Apostatauerunt*, 70. irritantes me.

Recesserunt a me, 70. irritarunt me.

4. *Dura facie*, i. impudentes, seu obstinati.

Indomabili, Hebr. Chald. & 70. duro, quamquam Hieron. negat esse quicquam fere huius versus apud 70. At nunc est. Atque id dictum sit in vniuersum, ne quis miretur, me citare etiam alibi, quod Hier. negat esse Hebr. aut in 70. nunc enim est: cito ego quæ legi.

5. *Quiescant*, Chaldæus, desinant peccare, 70. timeant.

Scient, q. d. tamen scient. &c. nec poterunt ignorantiam excusare, vel pro sciant. *Propheta*, scilic. à Deo missus ad ipsorum salutem.

6. *Increduli*, 70. insanientes. *Subuersores*, Hebr. verti potest spinæ, pro, velut spinæ, Chald. duri. 70. congregabuntur in circuitu. *Tecum*, i. erga te, Chal. & 70. contra te. *Et cum*, pro nam cum. *Exasperans*, Chald rebellis, seu contumax, 70. irritans, sc. me: sic sup. & inf.

9. *Missa*, 70. extensa. *Inuolutus*, sc. complicata membrana, more Hebræorum, significabatur autem occultatio mysteriorum.

10. *Intus*, sc. sensu mystico. *Foris*, sc. litterali.

Lamentationes, sc. super pœnitentibus, *Carmen*, sc. iustorum laus, *væ*, sc. super impœnitentibus. Vide Hieron. cp. 46. & 48. In scripturis, inquit, pœnitens plangitur, iustus canitur, maledicitur desperans. *Carmen* Hebr. & Chaldæus, gemitus. *Væ*, Chaldæus, mœror.

CAPVT III.

1. I*Nueneris*, pro, inuenis, Chald. datur tibi.
3. *Venter*, i. mens, seu interiora, 70. os.

Dulce, sc. dulce Deum nosse, & prædicare.

5. *Et ignotæ*, &c. explicatio præcedentis.

Ad domum, pro, sed ad domum.

6. *Audiri*, i. intelligere.

7. *Omnis*, pro, fere omnis, alioqui enim multi inter illos boni. Vide cap. 9. *Attrita fronte*, Chald. impudenti facie, 70. contentiosi.

9. *Est*, pro, sit: sic sup. & infr. vbi eadem verba.

11. *Transmigrationem*, i. captiuos.

Hæc, sc. quæ præcepi vt illis diceres: sic supra in simili locutione intellige.

Quiescant, Chald. desinant peccare.

12. *Benedicta*, &c. Hæc erat vox.

De loco suo, sc. discedet, nempe è templo, vel, pro in loco suo, sc. cœlo, q. d. benedicatur ab Angelis, sic dictum: Gloria in altissimis Deo. Luc. 2.

13. *Vocem*, i. strepitum, sc audiui.

14. *Amarus*, 70. sublimis, seu suspenso animo.

Indignatione, 70 impetu. *Eum*, pro, autem.

15. *Aceruum*, &c. nomen loci secundum quosdam, Hebr. Tel Abib. *Sedi*, &c. facta hæc omnia non re, sed visione vsque ad finem cap. 1. secundum quosdam.

Mærens, Chald. tacens, Hebr. admirans, seu stupens: 70. conuersans.

17. *Speculatorem*, sc. vt moneas adesse hostem.

Ex me, i. meo nomine.

18. *In iniquitate*, i. ob iniquitatem. *Sanguinem*, i. mortem. *Requiram*, sc. te puniem.

19. *Impio*, 70. iniquo sic. & infr.

20. *Ponam offendiculum*, i. permittam incidere in periculum mortis.

25. *Data sunt*, pro, dabuntur, id est, iniicientur.

Ligabunt, sc. Iudæi, vel domestici, q. d. curabis te ligandum à tuis. *In eis*, pro, cum eis.

In medio, q. d. non poteris in publicum prodire, & cum illis conuersari, 70 de medio, q. d. teneberis illis vinculis.

27. *Fiat*, sc. iterum. *Audiat*, Chald suscipiat disciplinam. *Quiescat*, sc. à malis 70. qui incredulus est, incredulus sit. Aquila (vt refert Hier.) sic vertit: qui audit, audietur, qui relinquit, relinquetur.

CAPVT IV.

1. C*Oram te*, scilicet, vt solet charta, in qua scribendum.

2. *Arietes* Chald. duces.

3. *Sartaginem*. Tales Iudæi, sc. ferrei, & deniurati peccatis *Et erit*, &c. i. & obsidebis eam. *Signum*, scil. quod sit diruenda vna cum templo.

4. *Et pones*, &c. q. d. vt feras pœnam debitam iniquitatibus sic iacendo.

Israel, i. decem tribuum.

5. *Annos iniquitatis*. Videtur significari Deus tot annis tulisse illorum peccata.

6. *Quadraginta*. Tot annis peccatum est grauissime tempore Manasse.

7. *Prophetabis*, sc. prædicens destructionem.

8. *Obsidionis*, i. repræsentationis quod obsideat.

9. *Viciam*, 70. siliginem.

Latus, sc. sinistrum. Plane videntur ista facta sola visione, non re ipsa.

10. *Stateres*, i. sicli, quod si communes, seu vulgares, efficiebant omnes 40. drachmas, sc. vix semilibrammam libra vnciæ 12. vncia drachmæ 8. si vero templi 80. sc. vix libram. *A tempore*, &c. i. certo cuiusque diei tempore, sc. meridie, vel vesperi.

11. *Hin*, Mensura est liquidorum, continens quantum oua 72. quorum sexta pars. 12. significatur autem per hæc magna cibi, & potus penuria futura in obsidione Ierusalem.

12. *Hordeaceum*, sc. panem. *Illud*, sc. cibum, de quo sup. *Operies*, sc. ad coquendum significatur futura etiam penuria lignorum.

13. *Pollutum*, i. immundum, & velut coctum stercore. *Aaa*, Hebr. Ahah, vnica dictio. *Ecce anima*, &c. q. d. nunquam me profano cibo contaminaui, quo modo isto iam me inquinabo?

15. *Facies*, i. coques.

16. *Baculum*, Chald. sustentaculum, 70. firmamentum. *Solicitudine*, 70. indigentia.

17. *Ad fratrem suum*, i. cum fratre suo.

In iniquitatibus, i. propter iniquitates.

CAPVT V.

1. D*Uces*, i. curabis docendum per aliquem.
2. *Ciuitatis*, sc. depictæ in latere. *Iuxta completionem*, i. post expletos. *Obsidionis*, i. quibus iacens repræsentabis obsidionis miseriam. *Eius*, scil. vrbis. Not. primam partem significare intra vrbem interfectos; secundam, extra tertiam, fugientes, vel in captiuitatem abductos.

Nudabo, q d. persequar.

3. *Inde*, i. ex tertia parte vltima. *Summitate*, i. extremitate, sc. ora.

4. *Egredietur*, i. egressurus significatur.

Ignis, significatur nequitia abductorum in Babylonem.

5. *Terras*, i. gentium regiones explicatio præcedentis.

6. *Iudicia*, i. præcepta, 70. iustificationes, sic & infr.

Præcepta, Hebr. statuta, 70. legitima sic & inf.

Digitized by Google

7. *Superastis*,sc.peccando. *Iuxta iudicia*, i.mores, sc.bonos moraliter,vel, q. d. illi suos deos non reliquerunt.vos me reliquistis.

8. *Ad te*, scilicet, iratus veniam *Iudicia*, q. d. puniam te.

9. *Quod*,70.& Complut. quæ,i.qualia. *Non feci*, sc.hactenus.

10. *Ventum*,i.mundi partem apparet id nunc,vbi enim non sunt Iudæi.

11. *Nisi*,&c.Modus iurandi,q.d.nisi fecero, non habeat verax,aut simile quid. *Sanctum*, Chald.sanctuarium.

12. *Euaginabo*,q.d.persequar,& affligam.

13. *Consolabor*, scilic. more irati post vltionem, Chald. finiam.

15. *Blasphemia*,i.conuitium. *Increpationibus*,70. vltione.

16. *Sagittas famis*,sc.locustas,frugum rubiginem, &c. *Baculum*,Chal.sustentaculum,70.firmamẽtum.

17. *Sanguis*,i. cædes.

CAPVT VI.

3. R*Vpibus*,Chald.riuis.

5. *Vestra*, sc.ô filij Israel.Mutatio personæ frequens in Scriptura.

6. *Opera*,sc.idola,& delubra.

8. *In vobis*,pro,ex vobis. *In gentibus*, i.inter gentes. *Terris*,Chald. prouinciis,70.regionibus.

11. *Percute*, sc. femur. *Allide*,sc.ad terram signa hæc dolentis, seu indignantis. *Ad*, i. super, vel propter.

Malorum,i.scelerum, Chal.malas,i.pessimas.

12. *Longe*, sc. ab hoste. *Relictus*, sc. à peste, & gladio.

14. *A deserto*,sc.vsque ad Hierusalem.

Deblatha, dicitur etiam Reblatha. est in terra Emath.putatur à quibusdam esse Antiochia.

CAPVT VII.

1. T*V*,sc.audi.

2. *Plagas*,Chald.ventos. *Terra*, sc. Iudææ vndequaque vastandæ.

3. *Super te*,sc.ô terra. *Ponam contra te*,Chald. dabo super te,q.d.puniam te ob peccata tua.

4. *Vias*,i.pœnam viarum, sc.peccatorum, Chald. peccatum viarum. *Abominationes*, i. pœna abominationum.

5. *Afflictio*, Hebr.& 70. malitia, i. malum,afflictio,seu calamitas. *Afflictio*,sc.altera,Chal. malum post malum.

6. *Euigilauit*,sc.Deus 70.surrexit.

7. *Contritio*,i.afflictio,seu destructio, Hier. contractio legit (nisi mendum est) in commentario, forte, confractio, legendum. *Terra*,sc.Iuda. *Gloria*, i.lætitiæ.

Montium,sc.Iudææ,quæ montosa, Chald. nec licebit in montium vertices euadere.

8. *Scelera*,i.scelerum pœnam.

9. *Imponam*,vide sup.

10. *Dies*, Chald. dies vltionis. *Egressa*, i. parata vel pro,egredietur, sc. contra te. *Virga*, i.baculus, quo es cædenda,q.d.adest,seu prope est. *Germinauit superbia*,Chald.apparuit impius, sc.rex.ille, qui te destruet paratus est.

11. *Iniquitas*,&c.q.d. iam est paratus Nabuchodonosor iniquus & impius, quo vos velut virga sum flagellaturus, vel vestra iniquitas in causa est cur puniamini virga vlciscente impietatem. *Non ex eis*,sc.erit quisquam qui euadat flagellum. *Ex sonitu*,i.strepitu,fastu, q.d. nihil relinquetur impunitũ.

12. *Tempus*,sc.vltionis. *Lugeat*,i.doleat, quia,sc. etiamsi non vendidisset,perditurus erat.

13. *Non reuertetur*, sc. anno Iubilæi. *Adhuc viuentibus*,&c.i.etiam si eousque viuat.Chald.dum ipsi viuunt. *Visio*,i.prophetica comminatio. *Regredietur*, i.vacua redibit,sed implebitur,vel,q.d.non conuertetur à peccatis suis, Chald. non est conuersa ad pœnitentiam.

Confortabitur, i. prosperabitur, seu liberabitur, Chald.apprehendet pœnitentiam.

14. *Canite*,&c.q.d.canite sane, vt præparentur; nemo erit qui possit vrbem tueri, sed omnes animum despondebunt.

15. *Intrinsecus*,i.intra vrbem.

16. *Trepidi*,Chald.gementes. *In iniquitate*, i. ob iniquitatem.

17. *Aquis*,sc.sudore,vel vrina ex timore.

18. *Caluitium*,i.rasura, quæ solet adhiberi in calamitatibus.

19. *Proiicietur*,scilic. tanquam inutile perituris. *Erit*,i.eiicietur,vel, q.d. non pluris fiet,quam sterquilinium.

Animam, i. appetitum. *Scandalum iniquitatis*, i. ruina ob iniquitatem,70.cruciatus iniquitatum.

20. *Abominationum*, i.idolorum. *In immunditiam*, i.vt prophanetur à gentibus, vel vt proiiciatur, & contemnatur : sicut solet res immunda. Chald. in contemptum.

21. *Contaminabunt*,i.prophanabunt.

22. *Violabunt*,i.profanabunt,sc.gentes.

Arcanum,i.sanctuarium. *Emissarij*, i.emissi milites,Chald.impij.

23. *Conclusionem*,Chald.catenam, sc. in signum, quod ligabuntur. *Iudicio sanguinum*,i.peccatis morte dignis,Chald.peccatis homicidij.

24. *Possidebunt*,Chald.& 70. profanabũt. *Sanctuaria*, sc. erat in templo sanctum sanctorum, sanctum & atrium sacerdotum.

26. *Auditus*,i.rumor de hostibus,70.nuntius.

Lex,i.legis interpretatio,Chald.doctrina.

27. *Secundum viam*,i.pro meritis. *Secundum iudicium*,repetitio præcedentis. *Iudicabo*,i.puniam.

CAPVT VIII.

1. S*Exto*, sc. à capto Ioachin, seu Iechoniæ, vide sup. cap. 1. quo magis in mea illa opinione confirmor.

Sexto mense,sc. Augusto. *Manus*, i. operatio, seu vis,sc. prophetandi, Chald. spiritus prophetiæ à Domino.

2. *Similitudo*, 70. similitudo viri,scilicet, imago hominis.

Aspectus,i. species,seu forma.

3. *In cincinno*,Chald.capillis. *Dei*,i.diuina, seu à Deo. *Interius*, i. interioris atrij templi. *Idolum*, sc. Baal.

Ad prouocandum, explicat verbum,Zeli. *Æmulationem*,i.zelum Dei,seu iram, & indignationem: est enim Zelotes,ádeoque non ferens adorari præter se alienos deos.

4. *Ibi*,sc.apparuit mihi. *Videram*,sc. sup.c.1.& 3.

5. *Porta altaris*,sic dicta ab altari idoli.

6. *Putasne*,pro nonne. *Conuersus*,sc.alio.

7. *Atrij*,sc.sacerdotum. *Pariete*,sc.cellulæ cuiusdam prope portam.

8. *Apparuit*,sc.factum ex ipso foramine.

10. *Et vniuersa*,explicatio præcedentium. *Pariete*,sc.illius cellæ.

12. *Cubilis*,sc.cellæ illius, vel cuiusque domum, aut conscientiam significat per illam cellam figuratam.

Terram

Terram,sc.Israel,vel,q.d.mortalia non curat.

14. *Domus*, i.atrij. *Adonidem*, sc. veneris Amasium Hebr.Chald.& 70. Thammuz, i. Iunium, sc. mensem,quo ille mortuus est,& plangi solebat, pro illo posuerunt.

16. *Interius*,scilicet, sacerdotum. *Altare*,scilic. holocausti.

17. *Leue*,sc peccatum. *Ramum*, sc.quo idola tegerant,erat id genus quoddam adorationis, Chald. adducunt confusionem ad facies suas, i.faciunt rem dignam confusione,

18. *Faciam*,sc.illis quod merentur.

CAPVT IX.

1. CLamauit,sc.is de quo supra. *In auribus meis*, i.me audiente vide inf. *Vnusquisque*,scil. hostium,seu interfectorum. *Vas*, i.instrumentum,scil. militare,seu bellicum,q.d.arma.

2. *Porta*,atrij. *Superioris*,erat ad dexteram ingredientibus templum,& putant quidam dictam superiorem,quod esset inter Orientalem portam, & Aquilonarem,vel quod erat editior altera Aquilonari infimi atrij populi,duo enim populi atria. *Aquilonem*,sc.vnde hostes venturi.

Vnus,videtur iste septimus esse. *Lineis*, i. linea veste,70.talari veste. *Atramentarium scriptoris*, 70. zona sapphiri. *Altare*,sc.holocausti.

3. *Assumpta*,id est sublata, 70. ascendit,Chald. ait recessisse è sanctis sanctorum. *Ad limen*, 70. sub dio, sc. prope limen constitit illa imago antea visa Prophetæ.

4. *Thau*,i.signum,70.signum.Quidam putant ipsam litteræ figuram intelligi, quæ secundum Hier. olim antiquis,sc.Hebræorum litteris sic scribebatur T.vt Græci & Latini scribunt.

5. *Illis*, scilicet, sex. *Audiente me*, Hebr. in auribus meis, quod ideo noto,vt intelligatur Hieron. interdum verba,vt sup.interdum sensum transtulisse,vt nunc.

Percutite,significatur,vel quod illi merentur,vel quod postea à Chaldæis erãt passuri, aut à Romanis.

6. *Sanctuario*,i.templo,q.d.à sacerdotibus,& Leuitis. *Domus*,i.templi,sc. in atrio. *Contaminate*,&c. 70. contaminastis domum,& impleistis,&c.

8. *Heu,heu,heu*,Hebr. Ahah, vnica dictio,70. heu me.

9. *Sanguinibus*, i.homicidiis,vel peccatis dignis morte Chald.homicidiis. *Auersione*,sc.à Deo,Chal. peruersione iudicij.70.iniquitate, & immunditia.

Videt,i.curat.

10. *Viam*,Chald.vltionem viarum.

11. *Ecce*,id est,his gestis. *Dorso suo*,Chald.lumbis suis.

CAPVT X.

1. CHerubim,i.animalium,de quibus,c.1. *Quasi species similitudinis*,i.similitudo.

Ea,sc.firmamentum,& Cherubim.

2. *Dixit*,sc.qui sedebat in throno.

3. *A dextris*,Chal.ad Australem partem. *Domus*, i.templi.

Interius, sc.Sacerdotum.

4. *Eleuata*,&c. Vide sup.c.9.

5. *Exterius*, sc.populi. *Loquentis*, sc.olim in Sinai,Hebr.& Chald.cum loquitur,i.loqui solet.

7. *Cherub*,sc.vnus.

9. *Visio*,i.species.Chrysoliti,Hebr.Tarsis,70.carbunculi.

10. *Aspectus*,i.species. *Similitudo*. &c. q.d.erant omnes simillimæ.

11. *Partes*,Chald.latera sua,sc.antrorsum omnia per quatuor sua latera anteriora, vel potius omnia mouebantur in omnem partem,sc.etiam retrorsum, sinistrorsum,& dextrorsum.

12. *Colla*,Chald.& 70.dorsa,sc. rotarum, i. summitates, vel colla animalium. *Circuli*, 70. rotæ. Quidam putant quamque constitutam duobus circulis se intersecantibus.

13. *Volubiles*.Quidam vertunt,ô rotæ,voluntque aliquid eis fuisse præceptum,quod hic omittatur.

14. *Vnum*,pro.vnumquodque. *Cherub*,supra dixit bouis vnde apparet Cherubim vultu fuisse bouis; vel,hic vultum mutasse;communis quidem est sententia,Cherubim vultus esse pueris similes,scilic.ita fuisse olim depictos.

15. *Ipsum*,&c.pro,ipsa sunt animalia,Chald.ipsæ sunt creaturæ,sic etiam inf.

18. *Cherubim*,sc.de quibus proxime.

19. *Eleuantia*, Cherubim est quidem masculinum Hebr.at 70. neutra faciunt. Id ergo secutus est Hier.

Stetit,70. steterunt,sc.Cherubim.

21. *Quatuor,quatuor*,pro, in ipsis quatuor, quatuor, &c.

22. *Intuitus*, i. species,scilicet, erat,qualem antea videram, sup. vertit sæpe, aspectus. *Impetus*, i. incessus,sc.erat.

Ante faciem,i.antrorsum.

Ingredi,i ambulare.

CAPVT XI.

1. DOmus,i.atrij templi.

3. *Dudum*,70. recenter, q.d. non ita dudum aucta est ciuitas ædibus, diu manebit intacta ab hostibus. Alij multo aliter ex Hebræo vertunt, scil. non est prope, scil. vrbis vastatio, ædificemus ergo domos.

Hæc,sc.vrbs. *Lebes*,&c.q.d.sumus in vrbe, vt in olla carnes, nec exibimus dum vixerimus, vt nec carnes ex olla quamdiu coquuntur.

7. *Hi sunt carnes*. q.d. de iis potius dici potest, quod sint carnes, sc. à vobis occisæ, vt quæ ad coquendum,& edendum parantur.

9. *Iudicia*, i.vltionem.

10. *Finibus*, sc. Reblatha, vbi Nabuchodonosor principes occidit.& Sedeciam excæcauit. *Iudicabo*, Chald.vlciscar.

11. *In lebetem*,sc.vt dicitis.

12. *Iudicia gentium*,i.gentium mores.

13. *Consummationem*,i.consumptionem.

15. *Fratres tui,fratres tui*,&c.i.fratres tui,nempe & fratres,& viri,&c. *Recedite*,&c.q.d.recedite sane vos ex vrbe qui vos dedistis Babyloniis ex Ieremiæ consilio,nos in ea manebimus.

16. *Eos*, sc. fratres & reliquos, de quibus proxime.

Feci, i.abegi. *In sanctificationem modicam*, i. ero eis loco templi ad modicum tempus, sc. quo erunt dispersi,& exaudiam,vt solebam in sanctuario.

17. *Humum Israel*,scil. ecclesiam, quæ terra spiritualis Israel.

18. *Offensiones*,i.peccata. *Abominationes*,sc. idolorum cultum.

19. *Lapideum*, i.durum. *Carneum*, Chald.timens me,August.18. contra Faust.lapideum intelligit sine sensu,carneum cum sensu,sc.rerum diuinarum.

21. *Ponam*, i. reddam, q.dicat, puniam eos pro suis peccatis.

23. *Montem*,Chal.montem Oliueti.

24. *Adduxit*, pro,reduxit. *Transmigrationem*,i. captiuos.

CAPVT XII.

2. Domus exasperantis, Chaldæus, populi contumacis.

Exasperans, i. me ad iracundiam prouocans.

3. *Vasa transmigrationis*, i. instrumenta, quibus vti solent qui migrant. *Aspiciant*, i. considerent, sc. & conuertantur.

4. *Vasa tua*, i. suppellectilem.

5. *Parietem*, sc. domus.

6. *Portaberis*, Id hic, & infr. ex 70. sumptum est, nam Hier. vertit, portabis, sc. sarcinulas.

Portentum, Chald. signum, sc. figuram, seu typum futurorum.

8. *Mane*, i. postridie.

9. *Nunquid*, &c. Chald. si dixerint ad te, &c.

10. *Ducem*, sc. Regem. *Onus*, i. funesta prophetia. *Eorum*, Chald. eius.

12. *Parietem*, sc. horti. *Operietur*, sc. cæcitate.

14. *Ventum*, i. partem orbis.

15. *Dominus*, sc. iustus malorum vltor.

18. *Conturbatione*, Chald. tremore, 70. dolore.

Festinatione, & mœrore, Chald. desolatione, & stupore, 70. tormento, & anxietate.

19. *Solicitudine*, Chald. tremore, 70. indigentia.

Desolatione, Chald stupore, 70. interitu, seu destructione. *Vt desoletur*, pro, &, seu quia desolabitur.

Multitudine, sc populi deserta.

22. *In longum*, &c. q. d. omnes prophetiæ sunt de rebus multo post futuris.

Peribit, i. irrita erit. sc. quantum ad nos quorum tempore illa non erunt, Chald. cessabit.

23. *Sermo*, i. prædictio, 70. tempus.

24. *Omnis*, i. vlla. *Cassa*, Chald. & 70. falsa. *Ambigua*, Chald. mendax.

28. *Vltra*, i. longe. *Complebitur*, sc. cito.

CAPVT XIII.

1. Prophetas, Chald. pseudoprophetas.

3. *Spiritum suum*, i. suas phantasias, Chald. cogitationes cordis sui.

4. *Vulpes*, sc. dolosi, & latentes.

5. *Ex aduerso*, sc. hostium, vel iniquitatum, q. d. non defendistis populum, neque correxistis. Alloquitur pseupoprophetas.

Murum, i. defensionem. *Domini*, Chald. furoris Domini, sc. cum Deus per Chaldæos puniret, q. d. nihil populum iuuistis.

6. *Sermonem*, sc. falsum, seu mendacem.

7. *Cassam*, Chald. & 70. falsam.

8. *Vana*, Chald. falsa. *Vidistis*, Chald. docuistis.

Ad vos, Chald. mittam iram meam in vos.

9. *Manus*, i. percussio. *Vident vana*, Chald. prophetant falsa.

Diuinant, Chald. docent. *Consilio*, alij, concilio id est cœtu, Chald. secreto bono, 70. disciplina, seu institutione.

Scriptura, Chald. scriptura vitæ æternæ, sc. libro vitæ.

Terram, sc. viuentium. *Dominus Deus*, Heb. Adonai, Iehoua, i. Dominus, Dominus, sed quia Iehoua est Dei nomen proprium, recte versum, Dominus Deus. Atque id dictum sit in omnia similia loca, 70. Adonai, Dominus.

10. *Ipse*, pro, vnus ex ipsis. *Parietem*, i. falsam prophetiam, vel doctrinam. *Liniebant*, sc. iuuabant comprobantes. *Paleis*, sc. quibus lutum teneretur, & solidaretur, q. d. inani applausu.

11. *Temperatura*, sc. mistione luti & palearum, q. d. non solide,

13. *Spiritum tempestatis*, i. ventum vehementem, Chald. Regem fortem.

15. *Non est*, &c. q. d. corruit & paries, & ædificatores, sc. Prophetæ, vt statim dicitur, i. pseudoprophetæ.

17. *Filias*, i. fœminas, vel viros fœminis similes leuitate & mollitie.

18. *Manus*, i. brachij. *Capiendas*, i. decipiendas, seu venandas. *Viuificabant*, i. promittebant vitam & salutem.

19 *Violabant me*, i. prophanabant nomen meum, sc. prædicentes falsa meo nomine. *Propter pusillum*, &c. i. ob exiguam mercedem. *Interficerent*, id est, prædicerent interitum.

20. *Volantes*, q. d. vt solent naues ab aucupibus.

Eos, sc. pulullos, i. deceptionum instrumenta. *Ad volandum*, q. d. in libertatem more auis è laqueo ereptæ.

23. *Vana*, Chald. & 70. falsa. *Videbitis*, Chal. prophetabitis.

CAPVT XIV.

3. Immunditias, Chald. culpam idolorum, q. d. sunt ex animo idolatræ.

Et scandalum, &c. repetitio, more Scripturæ. *Contra faciem suam*, i. ante se. *Respondebo*, scil. quod optant.

4. *Homo, homo*, i. quicunque. *In multitudine*, i. pro merito multitudinis.

5 *Capiatur*, i. appareat quid, sc. voluat in corde, vel, decipiatur ob malitiam cordis, &c.

7. *Per me*, Chald. in verbo meo.

8. *Exemplum*, scil. diuinæ vltionis. *Prouerbium*, i. fabulam.

9. *Propheta*, i. qui putatur Propheta. *Decepi*, i. decipi permisi. *Et extendam*, &c. q. d. illum nihilominus puniam.

10. *Portabit*, sc. dando pœnas. *Iuxta iniquitatem*, &c. i. vterque pro suo peccato punietur, iniquitas, pro pœna iniquitatis, more Scripturæ, vel, inique respondebit inique interroganti, vt coniungatur cum superioribus.

11. *Non erret*, sc. videns puniri errantes. *A me*, sc. recedendo. *Vniuersis*, pro, vllis Hebr.

13. *Mihi*, contra me. *Virgam*, i. baculum, sc. sustentaculum, 70. firmamentum.

19. *Sanguine*, i. cæde.

21. *Iudicia*, i. flagella. *Pessima*, i. acerbissima.

22. *Educentium*, sc. in captiuitatem. *Viam*, i. mores, ob quos puniti à me alij, sed ipsi ex misericordia seruati.

Consolabimini, sc. acquiescendo meis iudiciis, 70. pœnitebit vos.

23. *Consolabuntur*, i. afferent consolationis materiam, dum sc. cogitabitis meam clementiam, & ipsorum salutem.

CAPVT XV.

4. Partem, Chald. extremitatem.

6. *Dedi*, i. dare soleo.

7. *Faciem*, Chald. vltionem. *De igne*, &c. q. d. ex vna calamitate ad aliam transibunt. *Posuero faciem*, &c. i. puniero eos.

CAPVT XVI.

3. Radix, &c. q. videris nata ex Chananæis, & Amorrhæis, &c. vel talis eras cum te primum vocaui.

4. *Non est*, &c. q. d. non est tibi adhibita cura, quæ

quæ solet recens natis, sed te reperi prorsus destitutam.

Salutem, scil. lauatur fœtus, vt componantur membra incurua ex vtero. *Sale*, quia adhibetur vmbilici vulneri, itemque fœtui siccando.

Pannis, i. fasciis.

5. *Pepercit*, i. misertus est. *Oculus*, sc. cuiusquam. *Animæ*, i. vitæ.

6. *Sanguine*, scil. qui cum fœtu egreditur, q. d. reperi te sordidam.

7. *Multiplicatam*, scil. viribus, opibus, dignitatibus, &c.

Ingressa, i. progressa. *Mundum*, i. ornatum. *Pilus*, scil. pudendorum.

8. *Et transiui*, pro, cum transirem. *Amantium*, quasi dicat, nubendi, solent enim nubiles amare adolescentes.

Ignominiam, i. nuditatem. *Iuraui*, scil. vt fit in sponsalitiis. *Ingressus sum*, i. pepigi. *Mihi*, sc. sponsa.

9. *Laui*, sc. à peccatis. *Oleo*, sc. misericordiæ.

10. *Discoloribus*, sc. pulchris vestibus sacerdotalibus, vbi varij colores. *Hyacintho*, Chald. pretiosis calceamentis. *Subtilibus*, sc. serico.

11. *Manibus*, i. brachiis.

12. *Inaurem*, id est, circulum aureum inauri similem.

Os, i. vultum, vel nares his enim etiam in Oriente aurum apponitur, sc. ex fronte pendens & naribus imminens, 70. nasum. *Decoris*, i. pulcherrimam.

13. *Similam*, &c. Chald. manna simile similæ, melli, & oleo. *Profecisti in regnum*, i. regnasti.

14. *Nomen*, i. fama.

15. *In nomine tuo*, id est, cum tam celebris esses, Chaldæus, ob nomen tuum, scilicet, elata. *Fieres*, scil. velut concubina.

16. *Excelsa*, 70. idola. *Consuta*, Chald. operta polymitis, sc. consutis inter se, vt solent, cortinæ. *Factum*, sc. vnquam, q. d. grauissime.

17. *Vasa decoris*, i. ornamenta pulchra. *Fornicata*, sc. colendo eas: solet enim Scriptura idololatriam fornicationem vocare.

19. *Factum est*, sc. ita vt dico, q. d. non potes horum quidquam negare,

20. *Mihi*, scilicet, mea virtute, mihique debitos. *Deuorandum*, scilicet, quasi dicat, in holocaustum.

22. *Adolescentia*, sc. in Ægypto.

23. *Accidit*, sc. quod statim dicetur. *Væ*, &c. id per parenthesim. Chald. væ tibi, quia peccasti, væ tibi, quia non es conuersa.

25. *Signum*, scilicet, altare, vel delubrum. *Pedes*, id est, crura.

Omni transeunti, quasi dicat, omnia idola coluisti tibi nota.

26. *Cum filiis*, &c. scilicet, illos imitata, vel illis coniuncta amicitia. *Carnium*, sic modeste vocat genitalia, sed simul pudefacit persistens in metaphora fornicationis.

27. *Iustificationem*, i. templum, & cultum, seu leges, 70. legitima tua. q. d. ritus, & ceremonias.

Filiarum, i. vrbium, vel gentium.

Erubescunt, q. d. etiam idololatras pudet tuorum scelerum, adeo sunt immania. Chald. ad quas, si misissem Prophetas meos, erubescerent: tu autem non es conuersa à via tua scelerata.

28. *In filiis*, pro, cum filiis.

29. *Cum Chaldæis*, Chal. & 70. & cum Chaldæis, i. Chaldæorum imitatione.

30. *In quo*, &c. Chald. quam fortis malitia cordis tui, 70. quid faciam cordi tuo?

31. *Fastidio*, scil. minoris pretij, quasi dicat, non aliter acquietura.

32. *Super*, i. præter.

34. *Fornicatio*, sc. talis. *Contrarium*, sc. ei, quod faciunt meretrices.

36. *Effusum*, sc. prodige.

Super, Chald. post, 70. ad.

Super idola, Chald. in omnibus idololatriis.

In sanguine, Chald. & 70. & in sanguine, i. cæde.

Dedisti, Chald. immolasti. *Sanguinem*, i. cædem.

Zeli, q. d. vt solent zelotypi occidere vxores in adulterio deprehensas.

40. *Multitudinem*, scil. hostium. Chald. exercitum.

Lapidibus, sc. vt adulteram.

41. *Mulierum*, i. gentium.

42. *Requiescet*, sc. sumpta vindicta. *Zelus*, i. zelotypia, seu amor. *Irascar*, i. puniam, q. d. abiiciam in totum curam tui, 70. non ero sollicitus vltra.

43. *Dedi*, pro, dabo, i. puniam. *Iuxta scelera*, id est, quantum merebantur paccata tua.

46. *Filiæ eius*, i. ei subiectæ vrbes. *Sinistram*, scil. aspiciendo ad Orientem.

47. *Pauxillum*, pro, paruum, scil. fuisset peccatum tuum.

Minus pene, sc. quam illorũ, q. d. minus graue fuisset, si peccasses vt illæ, Chald. tolerabile fuisset peccatum tuum, si similiter peccasses. *Sceleratiora*, pro, sed sceleratiora.

49. *Panis*, i. ciborum. *Abundantia*, scil. rerum, seu deliciarum. *Filiarum*, Chald. villarum.

51. *Iustificasti*, i. ostendisti te iustiores esse, seu minus iniquas.

52. *Ab eis*, i. quam eæ. *A te*, i. præ te, sc. comparatione tui.

53. *Conuertam*, &c. Ironice, q. d. ita illarum miserebor, vt Sodomæ misertus sum *Reuersionem*, pro, conuersionem, vt sup. est enim idem verbum, Hebr. q. d. ita, eas conuertam, sc. ad prosperitatem, vt conuerti Sodomam, & Samariam. *In medio*, i. instar, q. d. velut in medio.

54. *Consolans*, sc. solatium est miseris socios habere malorum.

55. *Et soror*, &c. & id Ironice, q. d. ita tu reuerteris ad antiquam prosperitatem, vt illæ. *Ad antiquitatem suam*, Chald. ad principium suum, 70. sicut fuerunt à principio.

56. *Audita*, &c. i. non meministi vnquam punitionis eius.

57. *Reuelaretur*, sc. per punitionem. *Opprobrium*, scil. nunc es tu illis. sic Psal. 78. Facti sumus opprobrium vicinis nostris.

58. *Scelus tuum*, i. pœnam sceleris.

59. *Sicut despexisti*, quasi dicat, puniam sicut mereris.

60. *Sempiternum*, sc. nunquam mutandum. Id ad Christi tempus referendum.

61. *Maiores*, 70. seniores. *Minoribus*, 70. iunioribus. intellige significari omnes nationes, & quæ Iudæis priores in mundo, & posteriores, seu secundum Chald. prouincias Iudæa maiores, & minores. vel, alludit ad illud quod supra dixit, Samariam esse sororem maiorem, sc. numero, Sodomam vero minorem. *Ex pacto tuo*, i. vi legis veteris, sed Christi meritis, Chald. cum tamen non feceris legem, q. d. non ex merito tuo.

CAPVT XVII.

2. ÆNigma, i. obscurum sermonem.

3. *Aquila*, scil. Nabuchodonosor, cuius alæ potentia, & opes. *Plumis*, 70. vnguibus.

Libanum, id est, Ierusalem.

Medullam, Chald. propaginem, 70. electa, scil. præcipua quæque.

4. *Summitatem*, &c. scil. Ioachin. *Chanaan*, id est, negotiatorum, vt statim explicat, scil. Chaldæorum, qui erant celebres eo tempore mercatores.

Negociatorum, 70. mutata, sc. Babylone.

5. *Tulit*, sc. Sedeciam. *Posuit*, sc. loco Iechoniæ.

Aquas, i. populos. *Superficie*, sc. terræ, q. d. in Ierusalem. ve. non valde firmo imperio.

6. *Latiorem*, 70. infirmam, Chald. fortem.

Respicientibus, Chald. incuruatis, scilicet, populo subdito.

Ad eam, sc. vitem, vel Aquilam.

7. *Altera*, sc. Rex Ægypti. *Mittens*, &c. i. confidens auxilio Pharaonis. *Irrigaret*, i. tueretur contra æstum, id est, iram Nabuchodonosor. *De areolis*, &c. q. d. ex Ægypto.

9. *Euellet*, scil. Aquila prior. *Distringet*, i. decerpet, seu perdet. *Non in brachio*, &c. q. d. nec ad id opus erit magnis viribus. *Regem*, sc. Iechoniam.

13. *Tollet*, sc. Sedeciam regem constituet.

17. *Contra eum*, sc. Nabuchodonosor. promiserat quidem multa se facturum, sed non fecit, nec bellum gessit.

18. *Spreuerat*, scil. Sedecias. *Fœdus*, sc. initum cum Nabuchodonosor. *Dedit*, &c. i. iniit fœdus cum Pharaone.

19. *Ponam*, &c. q. d. vlciscar.

20. *Præuaricatione*, i. ob præuaricationem.

21. *Ventum*, i. mundi partem.

22. *De medulla*, &c. id est, de semine regio. *Tenerum*, Chald. infantem, scil. Christum. *Distringam*, 70. auferam.

Montem, scilicet, Ecclesiam. *Et eminentem*, 70. & suspendam illud. Id quod ad Christi crucem quidam referunt.

23. *Volucres*, Chald iusti. *Volatile*, Chaldæus, mansueti.

Vmbra, i. protectione.

24. *Ligna*, &c. id est, sentes, vel homines. *Sublime*, scil. Sedeciam vel Iudæos. *Humile*, scil. Zorobabel, vel Christum. *Viride*, scil. synagogam. *Aridum*, sc. gentiles.

CAPVT XVIII.

2. PArabolam, &c. Hebr. parabolizatis parabolam istam in terra, &c. i. vtimini hac Parabola, seu prouerbio. *Patres*, &c. q. d. nos patimur propter peccata parentum nostrorum, Chald. patres peccauerunt, & filij percutiuntur.

3. *Si erit*, &c. q. d. non vtemini vltra tali parabola, seu prouerbio.

4. *Meæ*, i. à me creatæ.

6. *Comederit*, i. idolothyta, sic & inf.

7. *Contristauerit*, Chald. & 70. oppresserit.

9. *Veritatem*, i. quod rectum est.

10. *Latronem*, Chald. impium, 70. pestilentem. *Fecerit*, sc. filius. *Istis*, sc. peccatis.

11. *Omnia*, sc. supra dicta bona. *Et vxorem*, & pro, vel sic & in seq. dixit, si vel in vno illorum peccauerit.

12. *Abominationem*, 70. iniquitatem, sc. accedendo ad menstruatam, id enim supra posuit.

13. *Morte*, &c. i. occidetur, sc. per sententiam iudicis.

Sanguis, Chald. reatus mortis.

17. *Superabundantiam*, i. aliquid supra sortem, quæ vulgo Capitale dicitur.

20. *Anima*, i. homo. *Non portabit*, &c. Chald. non punietur ob peccatum patris. Not. hic neminem à Deo puniri ob parentum peccata, sed puniri tamen aliquando patres in filiis & nepotibus, vt alibi dicit Scriptura. Vide Exod. 20. *Super eum*, q. d. secundum eam iudicabitur.

22. *Non recordabor*, sc. vt condemnem.

In iustitia, i. propter iustitiam. *Viuet*, scil. hic, & in futuro.

24. *Non recordabuntur*, sc. vt pro iis remuneretur æterna vita. *In præuaricatione*, i. ob præuaricationem.

In ipsis, i. propter ipsa.

25. *Æqua*, i. recta.

27. *Viuificabit*, 70. custodiet.

30. *Idcirco*, sc. quia iustus sum. *Ruinam*, id est, perniciem.

31. *Nouum*, Chald. timens. *Spiritum nouum*, Chald. spiritum timoris. *Moriemini*, i. facitis digna morte, seu condemnatione?

CAPVT XIX.

2. MAter, sc. synagoga, vel Ierusalem. *Leæna*, pro, velut leæna, sc. fortis, & confidens.

Leones, sc. viros fortes, seu rapaces & oppressores.

3. *Vnum*, sc. Ioachaz fratrem Ioacim. *Leunculis*, i. principibus. *Comedere*, Chald. occidere, sic inf.

Leo, i. Rex.

4. *Non absque*, &c. Hebr. fouea, & Chald. in reti ipsarum captus est.

5. *Vnum*, sc. Ioacim.

7. *Viduas facere*, sc. ciuitates hominibus, vel fœminas, sc. occisis viris. *Eorum*, scil. hominum. *Plenitudo*, i. quidquid in ea erat. *A voce*, &c. i. sæuitiam eius.

8. *Vulneribus*, Hebr. fouea, & Chald. reti. *Carcerem*, inde tamen eductus, & in Ierusalem reductus, in ea occisus, quidam tamen id de Ioachin intelligunt.

10. *In sanguine tuo*, i. ob regiam stirpem, seu nobilitatem, 70. quasi flos mali granati. *Super*, id est, prope.

Aquam, q. d. loco optimo. *Aquis*, i. populis, vel rerum copia.

11. *Virga*, &c. q. d. multos habuit Reges.

Solida, 70. fortes.

12. *Ira*, sc. Dei. *Ventus*, sc. Chald. exercitus.

Ignis, i. calamitas, Chald. populi fortes, vt ignis.

13. *In desertum*, pro, velut in desertum.

14. *Ignis*, i. perditio. *Virga*, sc. Sedecia, ob cuius scelera destructa est.

Non fuit, &c. q. d. nec relictus est regni successor.

Planctus est, i. prophetia lamentationis.

Erit in planctum, i. incidet in magnam miseriam, sc. Ierusalem, seu synagoga.

CAPVT XX.

1. SEptimo, sc. capti Iechoniæ.

3. *Nunquid*, i. itane. *Non respondebo*, sc. quod vultis, vel quicquam.

4. *Iudicas*, i. condemnas, seu arguis.

5. *Leuaui manum*, i. iuraui, vel potentiam ostendi.

7. *Offensiones*, Chald. & 70. abominationes, scil. idola, vel scelera. *Oculorum suorum*, Chald. à conspectu suo.

8. *Dixi*, i. statui, vel cogitaui, q. d. dignos iudicaui supplicio.

9. *Feci*, i. abstinui à punitione, sic inf. vide v. 22.

Violaretur, i. male audiret, quasi non potuissem liberare.

11. *Viuet*, Chald. viuet vita æterna, si debite seruentur.

12. *Signum*, scil. religionis, seu pacti, vel amoris mei erga eos.
13. *Iudicia*, i. leges, 70. iustificationes.
17. *Interficerem*, scil. omnes
18. *Patrum vestrorum*, i. quæ obseruant patres vestri. *Iudicia*, i. mores, seu leges, scil. quas seruant iniquas.
20. *Sanctificate*, i. sanctè colite.
23. *Leuaui*, &c. quasi dicat, minatus sum, seu statui facere, omnino facturus, nisi Mosis oratio impedisset.
25. *Ergo*, pro, ergone, q. d. itane erant præcepta non bona, vt contemnenda ab eis essent?
26. *Et pollui*, &c. q. d. Itane munera, quæ iussi offerri pro peccatis, polluta erant, vt mihi offerre non debuerint, sed idolis potius? *Offerrent*, i. offerre iuberentur.
Et scient, pro, vt scirent. *Dominus*, scilicet, seruans eos.
27. *In hoc*, sc. quod sequitur. *Blasphemauerunt*, Chald. & 70. irritarunt.
28. *Irritationem*, scilicet, qua me irritabant, 70. furorem.
29. *Quid est*, &c. q. d. quis vos docuit ista?
Excelsum, hoc nomine significant loca edita, vbi idola colebant, seu altaria illic constructa.
Vocatum, sc. ab illis.
30. *Post*, i. sequentes. *Offendicula*, vide sup.
Respondebo, pro, vt respondeam?
33. *Effuso*, sc. in vos per flagella.
35. *Desertum*, scilicet, quod est inter Iudæam & Chaldæam.
Populorum, scil. pertinent deserta ad vicinos populos, vel, q. d. vbi non sunt homines. *Iudicabor*, id est, expostulabo, vel puniam, Chald. vindictam de vobis sumam.
37. *Vinculis*, pro, vincula, quasi dicat, cogam stare pacto.
39. *Ambulate*, pro, ambulate sane, q. d. facite quod lubet, non impune feretis. *Idolis vestris*, sub puniam vos, vel conuertam tamen vos.
40. *Domus Israel*, i. ecclesia Christi. *Initium*, 70. primitias. *Decimarum*, Chald. ciborum, 70. separationum, i. rerum quas mihi offerendas separabitis.
Sanctificationibus, i. sacris.
41. *Sanctificabor*, i. sanctè colar.
46. *Stilla*, i. vaticinare, scil. effundendo verba, more pluuiæ, Chald. doce, 70. aspice. *Saltum*, scil. Ierusalem plenam ciuibus, vt saltus arboribus frugiferis, & infrugiferis, seu viridibus, & aridis, sc. bonis & malis.
Meridiani, scil. ad Austrum est Ierusalem respectu Chaldææ.
47. *Facies*, i. homo. *Ab Austro*, &c. i. à Iudæa in Chaldæam ducti captiui. *Nec extinguetur*, i. extingui poterit ab aliquo.
49. *A, a, a*, Hebr. ahah., vnica dictio. *Dicunt*, i. solent dicere. *Per parabolas*, q. d. ita obscure, vt non intelligamus.

CAPVT XXI.

2. *Stilla*, Vide supr. cap. 20. *Sanctuaria*, id est, templum.
3. *Gladium*, sc. exercitum Chaldæorum. *Iustum, & impium*, i. omnes.
4. *Pro eo autem*, &c. q. d. si meos sic punio, quanto magis alios?
5. *Irreuocabilem*, scilicet, ante completam punitionem.
6. *In contritione*, &c. id est, vt solent quibus dolent lumbi.
In amaritudinibus, i. amare, 70. in doloribus.
7. *Auditu*, id est, rumore de calamitate Ierosolymitana.
Infirmabitur, Chaldæus, obscurabitur, 70. examinabitur.
Fluent, sc. præ sudore, vel lotio. *Venit*, sc. calamitas vel exercitus.
9. *Limatus*, i. tersus.
10. *Splendeat*, adeoque terreat. *Moues*, sc. loco, q. d. destruis regnum populi mei. *Succidisti*, pro, succides, sc. ô gladie.
11. *Ad leuigandum*, pro leuigatum, 70. paratum.
Manu, sc. hostis.
12. *Factus est*, pro, fiet, id est, exercetur ad punitionem.
Plaude, sc. more dolentium.
13. *Probatus*, sc. gladius. *Et hoc*, scil. apparebit, 70. & quid, scil. erit. *Sceptrum*, sc. Iuda. *Non erit*, sc. sceptrum, q. d. deficiet regnum Iuda.
14. *Percute*, &c. scilicet, in signum doloris, vel indignationis meæ. *Dupliciter*, &c. q. d. multipliciter interficiet.
15. *Acuti*, scilicet, manu tenentis capulum, Chald. acuti.
16. *Appetitus*, i. impetitus, q. d. in quamcunque partem voles, pro, volet is qui te vibrat.
19. *Pone*, i. designa. *Vna*, scil. Chaldæa. *Capiet*, scilicet, Chaldæus. *Capite*, scil. vbi vna via se in duas diuidit.
20. *Viam*, scil. vnam. *Ad Iudam*, scil. alteram viam ducentem.
21. *Commiscens*, scil. more sortibus vtentium: vel frequenter iaciens in altum, vt videat in vtram partem cadant.
22. *Aperiat os*, i. clamet.
23. *Otium*, q. d. videbitur Iudæis res otiosa, & sine periculo. *Iniquitatis*, id est, violati fœderis per Sedeciam.
Capiendam, sc. Ierusalem.
24. *Recordati estis*, quasi dicat, ita apparuerunt, vt coacti sitis aduertere, & recordari, vel, fecistis venire in memoriam hostibus. *Reuelastis*, i. fecistis apparere.
Cogitationibus, 70. adinuentionibus, seu studiis.
Manu, sc. Chaldæorum.
25. *Dux*, Chald. princeps Sedeciam intelligit. *Iniquitatis*, sc. puniendæ.
26. *Cidarim*, scil. Pontificis. *Coronam*, scil. Regis, q. d. auferetur & sacerdotium & regnum. *Humilem*, i. Ioachin qui postea restitutus. *Sublimem*, scil. Sedeciam.
27. *Iniquitatem*, i. pœnam iniquitatis, vel ob iniquitatem. *Ponam*, i. deponam, vel vlciscar.
Veniret, sc. Nabuchodonosor. *Iudicium*, i. facere vindictam.
Tradam, sc. Iudæam, vel iudicium.
28. *Opprobrium*, sc. quo affecerunt Iudæos, vel idola intelligit.
29. *Viderentur*, scil. à tuis vatibus. *Mendacia*, scilicet, prosperitas, cum sis puniendus. *Dareris*, i. proiiceteris.
30. *Reuertere*, sc. ô Chaldæe, qui es velut gladius.
In loco, pro, sc. in locum.
31. *Insipientium*, Chald. impiorum.
32. *Erit*, sc. effusus.

CAPVT XXII.

2. *Iudicas*, id est, arguis, seu condemnas, quasi dicat, argue, increpa.
Sanguinem, Chaldæus, in cuius medio effunditur sanguis.

3. *Tempus*,

3. *Tempus*, sc. punitionis. *Contra semetipsam*, i. in sui perniciem.

4. *Tuos*, Chald. interitus tui. *Annorum*, sc. quibus eris in captiuitate. *Dedi*, pro, dabo.

5. *Nobilis*, &c. i. nobilitate, flagitiis, & calamitatibus.

6. *Brachio suo*, Chald. fortitudine sua.

7. *Contristauerunt*, 70. oppresserunt.

10. *Verecundiora*, i. pudenda vxoris. Vide Leuit. 18. q. d. habuerunt rem cum nouercis.

Immunditiam, &c. quasi dicat itemque cum menstruata.

12. *Auare*, i. causa auaritiæ, sc. ad spoliandum.

13. *Complosi*, sc. more irati, & punire volentis.

14. *Sustinebit*, i. ferre poterit flagella. *Praualebunt*, i. poterunt se defendere. *Diebus*, sc. calamitosis.

16. *Possidebo*, i. subiugabo, vtraque in te iure domini in seruum.

20. *Congregatione*, &c. i. vt solet congregari argentum, &c. *Conflandum*, i. liquefaciendum.

24. *Et*, sc. vrbi, vel regioni. *Compluta*, q. d. rigata, seu lota. *Furoris*, sc. Dei, q. d. Deo irascente.

25. *Prophetarum*, sc. falsorum, Chal. scribarum, 70. ducum. *Pretium*, i. pretiosa, Chald. gloriam, 70. honores. *Multiplicauerunt*, sc. occisis viris.

26. [illegible], 70. distinxerunt.

Coinquinabar, i. prophane tractabar, Chald prophanabatur voluntas mea.

28. *Liniebant*, &c. agebant, vt qui linit sine temperamento, sc. agere mala fide. *Temperamento*, i. mistura palearum ad operis firmitatem, q. d. iubebant homines esse securos & bene sperare.

29. *Iudicio*, i. causa, seu iustitia.

30. *Sepem*, i. orationem ad me placandum, Chald. opera bona. De illis loquitur, quos reprehendit, alioqui erat Hieremias & Baruch & alij quidam boni.

31. *Effudi*, &c. præt. pro futuris.

24. *Iudicium*, Chal. vltionem. *Iudicabunt*, Chald. vlciscentur. *Iudiciis*, Chald. legibus.

25. *Zelum*, i. indignationem, Chal. vltionem. *In te*, i. contra te. *Exercent*, pro, exercebunt.

In furore, i. irati. *Nasum*, &c. q. d. reddent te turpissimam. *Nouissimum*, i. plebs infima, vel postremo relicti.

26. *Vasa*, i. instrumenta. *Gloria*, forte templum intelligit.

Requiescere, i. cessare. *De terra*, sc. allatam.

Eos, sc. deos.

28. *De quibus satiata*, Chal. quos detestata.

30. *Fecerunt*, pro, facient.

31. *Calicem*, supplicium. *Eius*, id est, quo punita est.

32. *Profundum & latum*, id est, grauissimum supplicium.

Quæ est capacissima, i. maximam. vel pro, capacissimus, sc. calix, qui Hebr. est fœminei generis.

34. *Fragmenta*, sc. testas vasis, q. d. prorsus totum calicem. *Lacerabis*, sc. præ mœrore.

35. *Corpus*, i. tergum. *Scelus*, i. sceleris pœnam.

36. *Nunquid*, &c. q. d. nonne æquum est, vt arguas, &c.

37. *Sanguis*, sc. inique ab eis effusus. *Deuorandum*, i. comburendum.

38. *Mihi*, i. contra me. *Polluerunt*, sc. peccatis, vel statuis idolorum.

39. *Hæc*, i. quod sequitur. vel q. d. tantum scelus, sc. proxime dictum.

40. *Ad quos nuncium miserant*, Chald. misso nuntio ad eos, sc. Chaldæos, vel Sabæos.

42. *Deserto*, sc. Arabiæ. *Eorum*, Hebr. earum.

43. *Attrita*, i. assueta, Chald. inueterata.

45. *Viri*, &c. q. d. faciam, vt sint qui talia iuste puniant. *Iusti*, sc. quantum ad vltionem iustam, alioqui enim erant idololatræ Chaldæi. Quidam tamen ad personas diuinas referunt.

46. *Multitudinem*, Chald. exercitum. *Tumultum*, Chald. interitum.

48. *Mulieres*, i. gentes, Chald. prouinciæ.

49. *Scelus*, i. sceleris pœnam. *Peccata*, i. pœnam peccatorum. *Idolorum*, i. cultus idolorum.

CAPVT XXIII.

2. DVæ, sc. Israel, & Iuda. *Matris*, scil. synagogæ, vel Saræ.

3. *Fornicatæ*, sc. cultu idolorum. *Subacta* 70. collapsa, sc. virginum erecta sunt. violatarum laxa. *Pubertatis*, Hebr. virginitatis sic & infra.

4. *Oolla*, i. tabernaculum eius, Hebr. Ahola.

Maior, scil. numero, nempe Israel. *Ooliba*, id est, tabernaculum meum in ea. Hebr. Aholibah. *Minor*, non est Hebr. nec in Complut. sed in 70. Intelligitur vero Iuda, quæ minor numero quam Israel. *Eas*, sc. vxores.

5. *Super me*, i. contra me, qui eram vir eius Chald. à cultu meo, 70. à me. *Propinquantes*, Chaldæos, vicinos suos.

6 *Cupidines*, i. expetibiles.

7. *Super eos*, i. cum eis. *Electos*, pro, nempe electo. *Immunditiis*, Chald. cultu idolorum.

8. *Iis*, scil. Ægyptij: *Dormierunt*, &c. q. d. docuerunt, eam cultum idolorum. *Fornicationem*, i. cultum idolorum.

10. *Ignominiam*, Chald. nuditatem, sc. pudenda.

Famosæ, i. nobilitatæ flagitiis. plur. pro, singulari, vel, q. d. vt famosæ mulieres. *Iudicia*, 70. vltiones.

11 *Suam*, sc. augens.

12. *Præbuit*, sc. se, vel fornicationem.

17. *Mammarum*, i. amatorium. verti poterat ex Hebr. amatum. *Et saturata*, id est, satiata, scil. fornicatione idololatriæ, Chald. donec detestata est, eos anima eius.

20. *Quorum carnes*, &c. per hæc significat metaphorice maximam, idololatriam.

21. *Visitasti*, i. repetisti, Chal. recordata es.

CAPVT XXIV.

1. NOno, sc. capti Iechoniæ. Vide cap. 33.

2. *Nomen*, scil. quota sit dies. *Confirmatus*, id est, roboratus. *Hodie*, scil. die decima (de qua sup.) obsidebatur.

3. *Per prouerbium*, i. parabolice. *Irritatricem*, i. me irritantem.

4. *Frusta*, scil. carnis. significantur varij status hominum, velut coquendi calamitatis igne. *Electa*, pro, & electa quæque. *Ossibus plena*. intelliguntur viri fortes, 70. excarnata ab ossibus, ossa non intra ollam ponenda erant, sed subtus, vt infra indicatur.

5. *Pinguissimum*, &c. quasi dicat, assume illa, quæ dixi ex pecore pinguissimo. *Sub ea*, scil. olla. Quidam tamen intelligunt ponenda intra ollam sum reliquis partibus.

Efferbuit, &c. pro, efferueat, & discoquantur, &c.

Discocta, i. valde cocta.

6. *Rubigo*, quidam spumam intelligunt. sed vide infra, vbi de vacuæ rubigine dicitur. *Per partes*, &c. q. d. vnum post alium perde, sc. ô hostis. *Non cecidit*, &c. q. d. sine vllo delectu.

7. *Eius*, i. ab ea effusus. *Super limpidissimam*, q. d. loco aperto, & non occulte peccauit, sed palam, & præmeditate.

8. *Dedi*,

8. *Dedi*,&c.q.d.& ego etiam aperte puniam.
11. *Rubigo*, i.malitia, Chald. peccata.
12. *Nimia rubigo*, Chald. operantes malum.
13. *Prius donec*, pro, quisquam.
14. *Venit*, sc. quod dixi. *Transeam*, i. prætermittam quod dixi, 70. differam.
16. *Tollo*, sc. per mortem. *Desiderabile*, &c. i. rem tibi carissimam, scil. vxorem. *Plaga*, Chaldæus peste.
17. *Mortuorum*, sc. clamore, & eiulatu. *Corona*, i. tiara, seu vitta, qua caput tegere solebat. lugebant enim mortuos aperto capite, & nudis pedibus, Chald. frontalia, 70. comas, sc. solebant radere, aut tondere caput lugentes. sic etiam infra.
Velabis, sc. more lugentium.
18. *Locutus*, scil. quid mihi accidere deberet.
Fecitque mane, i. postridie. *Præceperat*, sc. de non lugendo, &c.
21. *Polluam*, i. profanari à Chaldæis permittam.
Superbiam, i. de quo superbitis, Chald. gloriam.
Imperij, Chald. & 70. fortitudinis. *Pauet*, i. timet, ne amittat.
22. *Coronas*, vide supra. *Ad fratrem*, sc. conuersus, Chald. super fratrem.
24. *Portentum*, Chald. signum, sc. futurorum.
26. *Annunciet*, sc. quæ acciderunt Ierusalem.
27. *Silebis*, sed, sc. argues eorum peccata.

CAPVT XXV.

3. *POllutum*, i. prophanatum, sc. à Chaldæis.
4. *Orientalibus*, sc. Chaldæis. *Caulas*, Chald. palatia, 70. tentoria.
5. *Rabbath*, scil. Piladelphiam Syriæ, secundum quosdam.
8. *Omnes gentes*, q. d. nihil habent præ cæteris egregium, sed similiter obnoxij calamitatibus, & Chaldæis subiecti.
9. *Aperiam humerum*, Chaldæus, conteram fortitudinem.
10. *Filiis Orientis*, sc. dabo eas. *Filiis*, i. populo.
Eam, sc. terram.
16. *Interfectores*, Hebr. Kerethim, quo nomine vocantur qui 2. Reg. 8. Cerethi dicuntur. vide ibid. Quidam putat Cerethæos fuisse nobilem quandam Philisthinorum familiam, 70. hic Cretenses vertunt, sed quos intelligant, incertum.

CAPVT XXVI.

1. *VNdecimo*, sc. capti Iechoniæ.
2. *Populorum*, id est, ad quas populi multi confluebant. *Conuersa*, scil. illa populi frequentia & negociatio.
4. *Radam*, i. verram. *Dabo eam*, &c. q.d. faciam, vt in ea relinquatur sola rupes.
5. *Erit*, sc. ipsa, q. d. expandentur in ea retia ad solem, vt solet in deserto loco.
6. *Filiæ*, i. villæ ei subiectæ in continenti.
7. *Regum*, scilicet, ei subiectorum, vel, q. d. potentissimum.
9. *Vineas*, genus est instrumenti bellici, Chald. tormentorum percussiones.
11. *Nobiles*, i. elegantes, Chald. fortes.
14. *Vltra*, sc. qualis nunc es.
16. *Exuuias*, Hebr. & Chald. pallia, 70. coronas, seu diademata.
18. *Pauoris*, Chald. & 70. ruinæ.
19. *Abyssum*, Chald. exercitum. *Aquæ*, i. calamitates, vel milites, Chald. populi.
20. *Lacum*, id est, foueam, scilicet, sepulchrum. *Sempiternum*, id est, iam dudum mortuum, seu à multis seculis, vel in multa sæcula, vel intelligit damnatos ad inferni supplicia.
Nouissima, Chaldæus, infima, 70. profunda, q. d. terræ visceribus, vel inferno. *Sicut solitudines*, &c. sc. eris.
Gloriam, &c. q. d. cum restituero Ierusalem, vel manifestauero in mundo potentiam meam, Chald. gaudium in terra Israel dabo.

CAPVT XXVII.

2. *NEgociationi*, &c. Chald. quæ suppeditat negotiationem, populis, & insulis multis, 70. emporio populorum ab insulis multis
4. *Corde*, i. medio. *Finitimi*, pro termini tui, sc. in mari sunt, vel q. d. vicini tui. *Impleuerunt*, &c. q.d. pulcherrimam te fecerunt.
5. *Tabulatis maris*, i. pontibus, vel nauibus.
Malum, sc. nauis.
6. *Ebore*, scil. cælata ebore. *Prætoriola*, Chald. coopertoria in modum theatri.
Insulis Italiæ, Chald. prouinciæ Apuliæ.
7. *Varia*, scilicet, texta opere plumario, seu Phrygionico.
Insulis Elisa, Chald. de prouincia Italiæ. *Aradij*, Hebr. Aruad Insula est prop Tyrum.
9. *Gibly*, Hebr. Gebal. Quidam Biblij legunt à à Biblo ciuitate Phœniciæ prope Berytum, non longe à Tyro & Sidone. *Habuerunt*, pro, exhibuerunt, vel procurarunt.
11. *Pigmæi*, Chald. Cappadoces, 70. Medi.
13. *Thubal & Mosoch*, id est, Hispani, & Cappadoces.
14. *Domo Thogorma*, Chaldæus, prouincia Germaniæ. Quidam Phrygiam, seu Turciam interpretantur.
15. *Dedan*, vrbs est Idumææ, 70 Rhodiorum.
Negociatio manus tuæ, i. tecum mercaturam exercuerunt. *Ebeninos*, id est, ligna ebenina, Chaldæus pauones.
16. *Operum*, Chald. diuitiarum, 70. mercatus.
Guttam, scilicet, myrrhæ. *Scutulata*, Chaldæus, acu picta.
Chodchod, genus est, lapidis pretiosi, Chald. lapides pretiosos.
17. *Primo*, i. optimo, seu præcipuo.
18. *Pingui*, Chald. dulci condito.
19. *Stacten*, & hæc myrrha est. *Calamum*, scil. aromaticum, vulgo cannella. *Negotiatione tua*, Chald. nundinis tuis.
20. *Tapetibus ad sedendum*, Chald. vestibus pretiosis ad equitatum, 70. iumentis electis ad currus.
23. *Haran & Chene*, Chal. Carræi, & Canæi, 70. Charran & Chana. *Chelmad*, Chald. Media.
24. *Multifariam*, Chald. in omnis generis rebus eximiis. *Inuolucris*, Chald. palliis.
Cedros, i. naues ex cedro.
25. *Principes tui*, sc. ducebant.
26. *Aquis*, pro, aquas, scil. calamitatum. *Remiges*, id est, gubernatores vrbis persistit in metaphora nauis.
27. *Diuitiæ tuæ*, scilicet, diripientur. vel iunge cum cadent.
Tenebant, pro, qui tenebant.
31. *Radent*, pro radendo caput, facient.
32. *Vt Tyrus*, i. vrbs Tyro similis. *Obmutuit*, i. perdidit & vocem & vitam.
34. *A mari*, 70. in mari, Chaldæus, quæ habitabas in mari.
35. *Tempestate*, i. tua calamitate.
36. *Sibilauerunt*, scil. stupentes.
Perpetuum, id est, longum tempus, 70. annos, vt

vt dicitur Isai. 23. vel, quasi dicat, nunquam ad pristinum statum redibis.

CAPVT XXVIII.

2. D*Ixisti*, i. cogitasti. *Deus*, i. velut Deus. *Sedi*, pro, sedeo.

3. *Ecce*, Ironice, 70. nunquid.

4. *In*, 70. nunquid in *Fortitudinem*, Chaldæus, diuitias.

5. *In*, 70. aut in *Fortitudinem*, Chald. exercitus. *Robore*, i. opibus, Chald. copiis.

7. *Polluent*, Chald. dissipabunt, 70. sternent.

8. *Detrahent*, sc. in foueam.

10 *Incircumcisorum*, i. infidelium, Chald. impiorum, sc. qualem impij merentur. *Alienorum*, i. extraneorum, seu inimicorum.

12. *Signaculum similitudinis*, id est, signata seu expressa similitudo, scilicet, Dei. Hæc ad diabolum diriguntur.

13. *Lapis*, &c. per hæc intelliguntur ornamenta spiritualia Angelorum ante casum. *Opus decoris*, id est, pulchritudinis ornamenta. *Foramina*, scilicet, auri, quibus gemmæ inclusæ. quidam tibias intelligunt.

14. *Extentus*, scil. alis sapientiæ. *Protegens*, scil. inferiores illuminans, vel tegens arcam testamenti, q. d. repræsentatus per Cherubim templi. *Lapidum*, sc. Angelorum.

16. *Negociationis*, sc. mentis cogitationum. *Perdidi*, i. proieci.

17. *In decore*, i. ob decorem.

18. *Polluisti*, i. contaminasti. *Sanctificationem*, i. sanctitatem. *In cinerem*, i. contemptibilissimum.

19. *Non eris*, sc. qualis eras.

22. *Sanctificatus*, i. glorificatus per opera iustitiæ vlciscentis.

23. *Sanguinem*, i. cædem.

24. *Amaritudinis*, i. affligens, & contristans.

26. *Securi*, sc. ab hostibus, & molestiis.

CAPVT XXIX.

1. D*Ecimo*, scil. captiuitatis, Iechoniæ. *Duodecima*, 70. vna.

3. *Ad te*, pro, tibi, sc. faciam quæ sequuntur. *Draco*, i. cete. *Memetipsum*, sc. regem, vel q. d. qui ita superbis, quasi te ipse fecisses.

4. *Frenum*, Hebr. & Chald. hamum. *Pisces*, i. populum seu Ægyptios.

5. *Colligeris*, sc. ex ea dispersione.

6. *Baculus*, &c. i. infirmum præsidium, sc. contra Chaldæos.

7. *Apprehenderunt*, sc Iudæi, q. d. confisi sunt tuo auxilio. *Eorum*, sc. cadentium.

9. *Fluuius*, sc. Nilus, Chald. Regnum meum est, & ego subiugaui illud.

10. *Flumina*, i. Nili riuos. *Ad terminos*, pro, à terminis. ibi enim Siene, vel vsque, pro, nempe vsque.

14. *Phatures*, Metropolis Ægypti erat.

16. *Fugiant*, alludit ad factum Sedeciæ, qui fœdus initum cum Chaldæis violauit.

17. *Vicesimo*, &c. Vide cap. 1. quid dixerim. Illud enim mihi etiam ex hoc loco videtur confirmari posse.

Vna, i. prima.

18. *Decaluatum*, sc. ex gestatione galearum, vel oneribus. *Et mihi*, Not. seruientes regi fideliter in bello iusto Deo seruire, etsi id non cogitent placent enim Deo honesta & iusta.

20. *Et operi*, 70. pro ministerio. *Eam*, scilicet, Tyrum. Hinc apparet iam fuisse impletum, quod Deus supra minatus fuerat Tyro.

21. *Illa*, sc. liberationis Israel. *Cornu*, i. robur, & dignitas. *Apertum os*, i. loquendi libertatem, vel si ad Christum referatur (nam Ezechiel non vidit reditum à Babylonia) significat tunc credendas, & intelligendas prophetias, vel illa die, punitorum Ægyptiorum, quod non multo post factum.

CAPVT XXX.

2. V*Æ diei*, i. ô diem infelicem, 70. ô, ô dies, Chald. væ ob diem.

3. *Nubes*, id est, turbulentus. *Gentium*, scil. perdendarum.

4. *Gladius*, scil. Chaldæorum. *Æthiopia*, scil. vicina Ægypto.

5. *Lydi*, forte venerant ad opem ferendam Ægyptiis. *Omne reliquum vulgus*, Chald. omnes coniuncti eis.

Chub, i. Arabes. *Fœderis*, i. confœderatæ.

6. *A turre*, pro, vsque ad turrim. *Ea*, sc. Ægypto.

7. *In medio*, i. instar, vel significat vicina etiam dissipanda.

9. *Trieribus*, id est, triremibus, seu nauibus, Chaldæus, legionibus. *Die*, sc. calamitatis. *Veniet*, sc. calamitas.

12. *Aridos*, scil. vt possint transire milites. *Alienorum*, Chald. impiorum.

13. *Memphis*, vulgo Cairum dicitur.

17. *Ipsa*, 70. mulieres, forte intelliguntur vrbes ipsæ.

18. *Nubes*, sc. calamitatum obscuritas, Chald. velut militum nubes.

20. *Vndecimo*, sc. capti Iechoniæ.

21. *Brachium*, Chald. fortitudinem.

22. *Brachium forte*, Chald. principes fortissimos. *Confractum*, pro, confringendum.

CAPVT XXXI.

1. V*Ndecimo*, scilicet, capti Iechoniæ. *Vna*, id est, prima.

2. *Magnitudine*, Chaldæus, fortitudine, 70. celsitudine.

3. *Assur*, alij putant significari Regem Assyriorum, ego Pharaonem puto, seu Ægypti Regem. sic enim etiam vocatur Isai. 52. forte quod Ægyptij ex Assyriis oriundi. certe ad finem capitis dicitur; ipse est Pharao.

4. *Aqua*, alludit ad aquas Nili: significatur vero copia diuitiarum, & militum, magnaque ditio etiam longe protensa. *Eius*, sc. Abyssus. *Emisit*, sc. illa Abyssus opum. *Ligna*, i. homines. *Regionis*, sc. Ægypti, seu sibi subiectæ. *Arbusta*, Chaldæus, exercitus.

6. *Volatilia*, &c. per hæc significatur concursus multus populi per mare, & terram, in Ægyptum causa negotiandi.

8. *Cedri*, &c. vel hyperbole est, vel intelligitur illum superbe sic putasse, sc. neminem sibi parem. quamquam hæc ad Luciferum præcipue videantur referenda, qui putatur fuisse supremus Angelorum.

9. *Æmulata sunt*, &c. q. d. poterant inuidere, ei quæcunque in mundo pulchra. *Voluptatis*, Hebr. Heden sic infra.

11. *Eum*, scil. Pharaonem,

Fortissimi, scilicet, Nabuchodonosor. *Ei*, scil. quod meretur.

12. *Alieni*, i. externi populi, seu milites.

13. *Ruina*, q. d. trunco humi iacente. perstat enim in metaphora arboris.

14. *Vltimam*,

14. *Vltimam*, i. profundam, f. fepulcrum, vel infernum. *Lacum*, i. fepulcrum, Chal. lacum domus perditionis, fc. infernum.

15. *Induxi luctum*, f. ei, vel eius regioni, Chal. luxerunt eum. *Abyffo*, f. calamitatis, feu fupplicij, Chal. tribulatione. *Libanus*, i. regio Ægypti, vbi creuerat, vt in Libano Cedri.

16. *Confolata funt*, f. eum, 70. confolabantur eum. *Infima*, f. pofitum, q. d. deiectum & punitum.

17. *Nam &*, pro, fed & Hebr. etiam. *Ad interfectos*, Chal. cum interfectis. *Sedebit*, pro, qui fedebat. *Incircumciforum*, Chal. peccatorum.

Ipfe eft Pharao, &c. q. d. quæ hactenus dicta funt de Pharaone & eius populo intelliguntur.

CAP. XXXII.

1. **D**Vodecimo, f. capti Iechoniæ, f. paulo poft euerfam Ierufalem.

2. *Gentium*, i. inter gêtes verfanti. *Draconi*, i. ceto. *Ventilabas cornu*, f. more tauri, q. d. abutebaris potentia in tua ditione. *Aquas*, i. populos. *Flumina*, i. regiones. *Eorum*, fc. populorum, 70. tua.

4. *In terram*, fc. infepultum. *Super te*, i. tuum, & tuorum cadauera.

6. *Ex te*, i. fanguine tuo.

7. *Operiam*, &c. q. d. fequetur magna in tuo regno mœftitia, f. luce fignificare folet fcriptura profperitatẽ & lætitiã: contraria vero obfcuritate, & tenebris

8. *Super te*, i. propter te.

9. *Irritabo*, i. faciam, vt irafcantur tibi. *Contritionem*, 70. captiuitatem.

10. *Super facies*, i. ante facies, f. ipfis videntibus te cædi. *Pro anima fua*, i. timentes vitæ fuæ.

12. *Superbiam*, i. opes, gloriam, & dignitatem.

13. *Erant fuper*, i. pafcebantur iuxta.

14. *Quafi oleum*, i. quietas & puras.

15. *Plenitudine*, i. habitatoribus.

16. *Eft*, pro, erit *Eum*, Heb. eam, f. Ægyptum. *Filiæ*, Chald. villæ, fic & inf.

18. *Detrahe*, i. prædic detrahendam. *Vltimam*, i. infimam, fc. fepulchri. *Lacum*, i. fepulcrum, erant fepulchra velut cifternæ, vt etiam nunc fit in quibufdam ecclefiis.

19. *Quo*, i. quoniam, q. d. cui te ô Ægypte præfers? *Pulchrior*, Chald. potentior. *Incircumcifis*, Chald. peccatoribus, fic & inf.

20. *Attraxerunt*, f. ad mortem *Eam*, f. Ægyptum.

21. *Loquentur*, &c. q. d. conuerfabitur illic cum fui fimilibus.

22. *Ibi*, fc. in fepulchro, vel potius inferno.

23. *Data*, i. pofita. *Viuentium*, i. fidelium, Chald. Ifrael. fic & inf.

24. *Sui*, i. eius. *Portauerunt*, &c. i. dederunt vitæ ignominiofæ pœnas.

25. *Illius*, f. populi.

26. *Mofoch*, i. Cappadoces. *Thubal*, i. Iberi, feu Hifpani Quidam tamen Italos intelligunt. *Illius*, f. multitudinis.

27. *Cum armis fuis*. &c. q. d. in lecto feu domi fuæ, naturali morte. *Et fuerunt*, &c. q. d. eorum offa propter illorum peccata proiicientur infepulta.

28. *Tu*, f. ô Pharao.

30. *Aquilonis*, f. Affyrij, & Chaldæi. *Venatores*, Hebr. & Chald. Sidonij.

32. *Dedi*, f. per eos, q. d. ego fum vfus eorum minifterio contra Ifrael, fed illi abufi potentia fua.

CAP. XXXIII.

2. **G**Ladium, i. hoftes *De nouiffimis fuis*, i. infimis, Chald. de medio fui.

4. *Obferuauerit*, i. cauerit fibi. *Sanguis*, &c. q. d. ipfe fibi eft caufa mortis.

5. *In ipfo erit*, i. ipfi imputabitur mors fua, fc. fi occidatur.

6. *Animam*, i. aliquem *In iniquitate*, i. ob iniquitatem. *Requiram*, q. d. illum puniam vt homicidam.

8. *Dicente*, fc. per te.

10. *Super nos funt*, q. d. grauant nos.

12. *Viuere in iuftitia fua*, 70. faluari.

13. *Viuat*, Heb. Chald. & 70. viuet. q. d. faluabitur.

15. *Reftituerit*, fc. pauperi. *Vitæ*, i. ad vitam ducentibus, fc. æternam.

17. *Æqui ponderis*, i. æqua, 70. recta *Et ipforum* pro, immo ipforum. *Iniufta*, Chald. & 70. non recta

18. *In eis*, i. propter eas.

22. *Donec*, pro, cum. *Non filui*, q. d. libere locutus fum, vt prædixiffem, quæ videbant impleta ipfi.

24. *Ruinofis*, i. defolatis locis. *His*, pro, illis. *Vnus*, fc. Dei cultor. *Poffeffionem*, fc. perpetuam.

25. *In fanguine*, i. cum fanguine, fc. contra legem, *Immunditias*, idola, Chald. cultum idolorum.

26. *In gladiis*, i. cum gladiis, fc. ad effundendum fanguinem.

27. *Cadent*. id Godoliæ accidit.

31. *Quafi fi*, &c. i. multi fimul, Chald. vt folent difcipuli. *Canticum*, q. d. contemnunt, feu rident.

CAP. XXXIV.

4. **C**Onfolidaftis, Chald. & 70. confortaftis. *Abiectum*, Chald. & 70. errans. *Potentia*, i. fæuitia, q. d. tyrannice.

5. *Paftor*, fc. fuum officium faciens.

10. *Super paftores*, Chald. fuper gubernatores mittam furorem meum.

12. *Nubis & caliginis*, i. calamitofo.

13. *Riuis*, 70. vallibus. *Sedibus*, Chald. & 70. habitationibus.

16. *In iudicio*, i. vt par eft.

17. *Iudico*, difcerno, feu caufas iudico. *Inter pecus*, &c. Chal. inter virum, & virũ peccatores & impios.

18. *Nonne*, &c. Hæc ad gregem, de quo proxime fc. ad malos dicuntur.

20. *Pecus pingue*, &c. Chald. virum diuitem, & pauperem, 70. ouem fortem, & infirmam.

21. *Impingebatis*, i. impellebatis, fc. pauperes.

23. *Dauid*, i. Chriftum, cuius Dauid figura.

24. *Locutus fum*, adeoque ita fiet.

25. *Beftias*, &c. fc. dæmonum poteftatem, & malorum. *Securi*, &c. q. d. erit pax inter fideles, & tuta ab iniuriis vita.

26. *Collis*, fc. Ecclefiæ, 70. montis, Chal. fanctuarij *Benedictionem*, Chald. & erunt benedicti. *Benedictionem*, Chald, & erunt benedicti. *Benedictionis*. i. fructiferæ, & non nociuæ.

27. *Eorum*, fc. pecorum, i. fidelium Chrifti oſſiũ,

29. *Germen nominatum*, i. celebrem plantam, fc. Chriftum, vel populum Chriftianum, Chald. plantationem permanentem, 70. plantam pacis. *Imminuti*, i. confumpti, 70 pereuntes, *Gentium*, i. à gẽtibus.

31. *Homines*, q. d quæ dixi pecora, homines funt, Chald. domus Ifrael.

CAP. XXXV.

AD te, Chald. mitto furorem meum fuper te.

5. *Iniquitatis*, i. calamitatis, Chald. retributionis peccatorum, fc. cum à Chaldæis obfiderentur, his enim fe adiunxerant Idumæi.

6. *Sanguini*, i. cædi. *Sanguis*, Chald. occidẽs gladio. *Sanguinem*, i. confanguineos, *Sanguis*, Chald. effundens fanguinem.

9. *Sempiternas*, i. diuturnas.

10. *Duæ*, fc. Ifrael, & Iuda *Dominus*, fc. quem

timere debueras, & uereri.

11. *Iuxta iram tuam*, i. prout meretur ira tua, 70. secundum inimicitiam tuam *Zelum*, i. æmulationem Chald. æmulationem. *Iudicauero*. i. puniero.

13. *Super*, i. contra. *Derogastis*, 70. vociferati estis, Chald. multiplicastis.

CAPVT XXXVI.

2. INimicus, sc. Idumæus. *Altitudines*, i. montes.

Sempiterna, i. quæ ab initio mundi fuere, vel semper duraturæ.

3. *Ascendistis*, &c q.d. fuistis fabula populi. *Opprobrium*, sc. facti estis.

4. *Parietinis*, i. locis desolatis, seu dirutis.

5. *Zeli*, Chald. vltionis. 70. furoris, q.d. valde iratus.

Dederunt, i. vsurparunt, Chald. posuerunt.

Ex animo, Chald. insultatione animi.

Eiecerunt, sc. habitatores, vel despexerunt.

6. *Zelo*, Chald. indignatione. *Confusionem*, 70. opprobrium.

7. *Leuaui*, &c i. iuraui. *Confusionem*, 70. ignominiam, q.d. dabunt pœnas illati opprobrij Israeli.

8. *Ramos*, sc. arborum. *Veniat*, i. redeat. ad vos. Chald. veniat dies redemptionis.

9. *Ad vos*, Chald. apparebo super vos. *Conuertar*, sc. per misericordiam.

11. *Maioribus*, sc. tempore Christi.

13. *Deuoratrix*, &c. q.d. perdis habitatores suos.

14. *Non comedes*, &c. q.d. non poterit id iam dici, quia viuent diu in te.

15. *Auditam faciam*, i. audiri permittam. *Confusionem*.

70. i. ignominiam, *Portabis*, &c. i. patieris.

17. *Polluerunt*, i. contaminarunt sc. peccatis.

20. *Polluerunt*, i. dederunt gentibus ansam blasmandi. *Diceretur*, sc. per irrisionem, q.d. Habent deum qui eos non poterit defendere.

21. *Peperci*. & q.d. habui rationem honoris mei.

23. *Sanctificabo*, i. glorificabo. *Sanctificatus*, sc. ostensa mea iustitia per punitionem, & misericordia per liberationem. *Coram eis*, sic. Chald. & 70. & Complut. At Heb. coram vobis errore sc. scriptoris.

25. *Aquam*, sc. gratiæ, vel baptismi.

26. *Cor nouum*, Chald. cor timens. *Lapideum*, i. durum. Chald. impium. *Carneum*, i. molle, docile, seu, vt Aug. interpretatur, obediens. Chald. timens me, vt faciat voluntatem meam.

29. *Vocabo*, Chald. benedicam.

30. *Ligni*, i. arborum. *In gentibus*, i. apud gentes. Chald. inter populos.

33. *Instaurauero*, &c. per hæc præcipue intelliguntur spiritualia.

35. *Voluptatis*, Heb. Heden. *Sederunt*. Chald. inhabitantur. 70. apparuerunt.

36. *Derelicti fuerint*, Chald. remanserint.

37. *Faciam*, sc. quod sequitur. *Sicut gregem*, &c. q. d. vt solet grex pecorum multiplicari, sic multiplicabo homines.

38. *Solemnitatibus*, sc. in quibus magnus pecorum grex ad sacrificia, & hominum multitudo ad celebrationem congregatur.

CAPVT XXXVII.

1. MAnus Chald. spiritus prophetiæ. *In spiritu* i. per visionem, seu virtutem spiritus.

5. *Ecce ego*, significatur & Iudæorum liberatio, & corporum futura resumptio.

8. *Spiritum*, sc. vitalem.

9. *Spiritus*, sc. viuificans.

11. *Periit*, &c. explicatio præcedentis proxime. *Spes*, sc. in patriam reuertendi. *Abscissi sumus*. Chald. periimus.

12. *Sepulchris*, i. carceribus, sc. seruitute, & captiuitate.

16. *Lignum*, Chald. tabulam, 70. virgam. *Sociorum*, sc. illorum, qui de Beniamin, & Leui, Chald. fratrum.

Lignum Ephraim. Chald. qui est tribus Ephraim. *Sociorumq;*. Chal. fratrumque.

17. *In Lignum vnum*, i. coniuncta. *In vnionem*, i. vnita. sc. tempore Christi. Itemque per eos significati Iudæi, & Gentes.

19. *In manu Ephraim*, id dicitur, quia primus Rex Ieroboam fuit ex tribu Ephraim, & fere per reges è tribu Ephraim gubernati semper decem tribus Israel. Chald. quæ est trib. Ephraim. *In manu eius*. Hebr. in manu mea. 70. in manu Iuda.

22. *Rex. vnus*. sc. Christus.

23. *Sedibus*, 70. iniquitatibus.

24. *Dauid*, i. Christus. *Iudiciis*, i. præceptis.

26. *Sanctificationem*, Chald. sanctuarium. sc. Ecclesiam.

28. *In perpetuum*, sc. in æterna vita, & beata.

CAPVT XXXVIII.

1. GOg, i Antichristum, *Magog*, i. exercit⁹ Antichristi, qui maxime cõstabit Scythis sc. Turcis, Tartaris &c. Magog à quo Scythæ, fil. is Iaphet. Gen. 10. ab eo etiam terra dicta Magog. Vide Ioseph. lib. 1. c. 11. *Principem capitis*, Chal. principem summum.

Mesoch, i. Cappadocum, vel Moscouitharum.

Thubal, i. Iberiæ, sc. Aquilonaris quæ iuxta Pontu

Quidam. Gog. Gothos putant, qui Hispaniam & Italiam subiugarunt, magnamq; Asiæ, & Africæ partem.

4. *Educam*, sc. quo voluero, vel, è terra tua. Vide infra cap. 39.

6. *Gomer*, i. Galatæ. *Domus Thegorma*, Chald. prouincia Germaniæ.

7. *Prapara*. sc. ad bellum. *In praceptum*, q.d. præcipe. Chald. & 70. in custodiam.

8. *Visitaberis*, i. punieris à Deo. *Nouissimo*, sc. prope diem iudicij. Chald. fine. *Terram*, sc. Ecclesiam

Gladio, i. persecutionibus, quas fuerat ante passa.

11. *Absque muro* i. non munitam sc. Ecclesiam, quæ non se muris, & vectibus defendit.

12. *Vmbilici terra*, sc. Iudææ, quæ in mundi mediosita.

13. *Tharsis*, Chald. maris. 70. Carthaginis. *Leones*, Chald. Reges.

14. *Scies*, Chald. scies vltionem potentiæ tuæ, 70. consurges, sc. contra eum.

16. *Super*, i. contra *Eris*, sc. talis, 70. erit, sc. id. *Sanctificatus*, i. glorificatus sc. te puniendo.

19. *Telo*, Chald. vindicta. *Commotio*, i. turba, vel terræ motus.

20. *Pisces*, &c. Hyperbole est, ad significandam calamitatis vehementiam. *Sepes*, Chald. turres.

21. *Eum*, sc. Gog.

21. *Indicabo*, i. puniam. *Sanguine*, i. cæde. *Immensis*, Chal. & 70. grandinis.

23. *Sanctificabor*, i. glorificabor. *Notus ero*, Chald. manifestabo potentiam meam.

CAPVT XXXIX.

1. SVper, contra.

2. *Circumagam*, 70. congregabo. *Montes* Apparet ex his, & illis, quæ superiori capite dicta, de exercitu aliquo potentissimi Regis sermonem fieri, qui sit in Iudæam venturus. Id autem factum ne iam sit, an sit faciendum, incertum.

6. *Magog*, i. Gog. exercitum, vel terram. *Insulis*; sc. ditionis Gog.

7. *Polluam*, i. permittam pollui, sc. blasphemari, seu prophanari, *Israel*, i. Ecclesiæ.

8. *Venit, & factum est*, pro, cito veniet, & fiet quod dico.

9. *Arma*, sc. hostium *Septem*, i. multis. Hic plane videre est quam sit difficilis captu Scriptura, vel id quis intelligat? aut quæ proxime sequuntur.

11. *Nominatum*, Chald. aptum. *Sepulcrum*, pro, in sepulcrum. *Viatorum*, 70. venientium, Chald. vadorum.

Maris Chal. maris Genesar.

12. *Mundent*, sc. cadaueribus *Septem*, i. multis.

16. *Ciuitatis*, sc. vbi, vel iuxta quam sepelientur.

Amona, i. multitudo eius, 70. πολυανδρεῖον, i. cœmeterium, seu cadauerum multitudo.

21. *Ponam*, i. ostendam.

23. *In iniquitate*, i. propter iniquitatem.

Vniuersi, i. pene omnes, seu plurimi.

25. *Telum*, Chal. vltionem.

26. *Et portabunt*, pro, postquam portauerint, q. d. vbi pœnas dederint peccatorum suorum.

29. *Spiritum*, Chal. Spiritum sanctum, 70. furorem.

CAPVT XL.

1. NOstra, sc. cum Iechonia. *Percussa*, sc. Sedecia capto. *Illuc*, sc. in Iudæam, vel in Ierusalem.

2. *In visionibus*, q. d. in spiritu, seu per visionem.

Montem, sc. Sion. *Quasi*, ita apparebat, cum alioqui esset diruta.

3. *Vir*, sc. Angelus, qui repræsentabat Christum Ecclesiæ ædificatorem. *Calamus mensura*, pro, mensura calami, i. arundinis. *Porta*, scil. ædificij ciuitatis, seu templi.

5. *Domus*, i. templi. *Palmo*, pro, palmi continet autem palmus quatuor digitos coniunctos extensæ manus. *Ædificij*, sc. muri. *Calamo vno*, i. eadem mensura, sc. tanta erat altitudo, quanta latitudo, imo quanta etiam longitudo, secundum 70.

6. *Ascendit*, sc. ad portam muri. *Id est limen vnum*, lege, & limen vnum, i. limen alterum, & sic legit Chald. sc. duo limina sunt, inferius, & superius, quod dicitur superliminare quidam tamen duos postes intelligunt

In latitudine, sc. quanta erat muri latitudo.

Thalamum, i. exedram, seu cubiculum

Quinque, sc. distantiæ. Tanta enim erat vnius parietis inter thalamos. *Limen portæ*. &c. sc. portæ vestibuli quod erat ante portam Orientalem *Intrinsecus*, sc. eius, parietis crassitiem, seu latitudinem.

9. *Vestibulum*, sc. secundum latitudinem, seu altitudinem. *Frontem*, i. postem, sc. quisque erat vnius cubiti latitudinis. *Intrinsecus*, sc. non vt solent vestibula extra portam.

10. *Frontium*, i. postium.

11. *Porta*, sc. Orientalis.

12. *Finis*, i. terminus. *Vtrimque*, sc. ex vtraque parte thalami *Sex*, sc. vnusquisque.

13. *Tecto*, sc. fine parietis, 70. muro *Ad tectum*, sc. ex altera parte quantum ad latitudinem. *Ostium contra ostium*, sc. portæ, erant ita dispositæ ordine recto, vt qui per vnam aspiceret, per omnes visum transmitteret. vel significat thalamorum (quorum tres, alios tres respiciebant) ostia similiter ex opposito esse posita.

14. *Frontes*, sc. thalamorum. *Frontem*, sc. cuiusque.

15. *Ante faciem*, &c. Hic necesse habeo veniam peccati quippe multa prætereo. In his 9. capitibus, contentus pauca quædam solum notasse. Fateor ingenue me non intelligere, quid hæc sibi velint, miror que si quisquam intelligat. det lector meæ inscitiæ quæso, veniam.

16. *Obliquas*, Chald. obturatas, 70. absconditas, sc. ex vna parte latas, ex altera strictas *Portam*, 70. portam atrij. *Ante frontes*, &c. Chal. super frontes, capitella. 70. super frontes palmæ, hinc & inde.

15. *Exterius*, sc. populi, nam priora de atrio sacerdotum dicta, in quo thalami, seu exedræ: Quidam tamen aliter sentiunt, scilicet priora dicta de atrio immundorum, quod erat extimum omnium. 70. interius.

18. *In fronte*, Chal. in latere.

22. *Sculptura*, Chal capitella, 70. palmæ.

39. *Delicto*, 70. ignorantia.

42. *Vasa*, i. instrumenta.

CAPVT XLI.

1. FRontes, Chal. postes, i. quod super postes, sc. quantum erat superliminare. *Latitudinem*, q. d. idque secundum latitudinem templi.

Latitudo, sc. quantum ad spatium vacuum.

Latera, sc. à postibus ad finem vsque parietis vtrimque,

Viginti, sc. 10. vacui ostij, totidem parietum proximorum, superne vero item 20. sed superliminare 12. capiebat, nam postis quisque vnius cubiti.

3. *Duos cubitos*, scilicet quisque postis vnius cubiti.

Sex. sc. quantum ad vacuum. *Septem*, sc. hinc inde à poste ad angulum, ita fiunt 20. nam 14. pleni, & 6. vacui.

4. *Ante faciem*, i. qua parte templum respicit.

5. *Parietem*, sc. quantum ad altitudinem. *Domus*, i. templi. *Lateris*, Chald. tabulati, sc. erant tabulata circa templum, incipiebant autem, vt videtur, post 6. cubitos ab imo.

6. *Latera autem*, &c. Chald. Tabulata autem, tabulatum super tabulatum triginta tria, vndena per ordinem, defixa parieti per circuitum, vt capita trabium requiescerent super illud quod eminebat, nec trabes penetrarent per parietem domus. Quod ego ita intelligo, fuisse deambulatoria affixa templo extrinsecus per tres ordines, quorum quisque 11. habebat tabulata, sc. ad Austrum 4. & totidem ad Septentrionem, ad Occidentem vero 3. ad Orientem enim nullum, quod esset illic ingressus templi. extabat vero è pariete tantum vt sufficeret trabibus sustinendis ex ea parte, nam ex altera columnis. vt puto, nitebantur, quibus tabulata ipsa distinguebantur, alioquin vnum erat continuum in quoquo ordine.

Bis, i. vnum super alterum. *Triginta trium*, sc. tot erant latera, seu tabulata, vt supra dixi.

7. *Platea*, i. via, *Cœnaculum*, i. superiora.
Latius, sc. muri erant angustiores in parte superiori, vt fit. *in medium*, Chal. per medium
8. *Spatio*. sc. inter tres ordines tabulati.
9. *Quinque*, supra dixit quatuor, sed nunc comprehendit etiam partem extantem parietis, quod indicant illa verba: *Et erat interior*, &c. q. d. vnus cubitus, sc. interior erat intra templi parietem.
10. *Gazophylacia*, Chal. exedras, quidam putant fuisse Templo affixa. ego puto fuisse prope atrij parietes. *Domus*, sc. erat templum in medio atrij. Atrium vero id circumdabant reliqua atria sc. atrium mundorum, & immundorum.
Ostium, q. d erantque duæ portæ, vnde posset ab orantibus templum videri, sc ad Aquilonem, & Austrum, spatij quæq; cubitorum quinque. Quidam putant fuisse in ipso templo.
12. *Ad mare*, Chal. ad Occidentem.
13. *Domus*, 70. è regione domus, seu contra domum i. templum.
Et quod, pro id est quod *Centum*, sc. includit nunc murorum etiam crassitudinem, alioqui supra dixerat 90. erat enim crassus, seu latus, cubitos quinque, adeoque in duobus angulis longitudinis decem.
14. *Centum*, sc. latior erat ad Orientem, quam ad Occidentem.
15. *Dorsum*, Chal posteriora eius.
Ethecas, i. gazophylacia, seu exedras Hier. interpretatur solaria, quæ de cœnaculorum parietibus eminent seu mæniana. vulgo parapetti, seu loggie, aut poggiuoli.
16. *Terra autem*, Chal. idque à solo 70. à pauimento.
21. *Limen quadrangulum*, Chald. limina templi quadrata. *Aspectus contra aspectum*, Chald. sicut aspectus gloriæ.
23. *In templo*. sc. vnum. *Sanctuario*, sc. alterum.
24. *Ostiola*, i. valuæ, seu fores. Vide 3. Reg. 6.
25. *Forinsecus*, sc. ob cælaturas.
26. *Secundum latera*, explicatio præcedentis.

CAPVT XLII.

1. GAzophylacium, i. exedram, seu cubiculum,
7. *Peribolus*, Chal. paries.
13. *Ponant sancta sanctorum*, i. carnes sacrificiorum oblatorum.
14. *Ibi*, vide supra. Ignoscat mihi lector, si non interpretor quæ non intelligo reliqua multa, & in hoc capite, & sequentibus.

CAPVT XLIII.

2. GLoria Dei, i. quiddam gloriam Dei repræsentans.
Eratei, Chal. benedicentium nomen eius. *Maiestate*, Chal. splendore gloriæ.
3. *Venit*, Hebr. & 70. veni, Chald. prophetaui. Vide sup cap. 9.
5. *Interius*. sc. erat Ezechiel sacerdos.
6. *Qui stabat*, Heb. Chal. & 70. stabat, q. d. & erat quidam apud me.
7. *Dixit*, s. Deus. *Locus*, sc. hic est. *Fornicationibus*, Chal. idolis. *Ruinis*, Chald. cadaueribus, sc. prope templum sepultis, quod non licebat, 70. homicidiis, sc. à Regibus perpetratis.
11. *Precepta*, i. rationes ædificij. *Custodiant*, quomodo, aut quando, valde obscurum etiam nunc, forte tunc apertum, declarante Propheta.
12. *Lex*, i. ratio ædificandæ. *Montis*, scilicet Sion.

Sanctum sanctorum, i. sacrosanctum; q. d. totus mons sacrosanctus.
13. *Verissimo* sc. sacro. *Cubitum* sc. vulgarem.
Sinu, i. medio. *Cubitus*, sc. eminentia quædam cubitalis altitudine & latitudine, seu potius depressio in modum fossæ, vt postea dicitur, sc. in quam ligna inijciebantur. *Definitio*, &c. Chal. clausura eius super labium, scil. circumdabatur velut corona altitudinis palmi.
14. *Sinu*, Chal. fundamento.
15. *Ariel*, i. altare. sic dictum forte, quod more leonis deuoraret victimas. *Ariel*, enim quasi Leo Dei. *Vsque ad sursum*, q. d. in altum erecta, vel supra locata.
25 *Facies*, i. offeres.
26. *Implebunt manum eius*, id est consecrabunt illud Implere manum, vocat Scriptura consecrare, quod sacerdotum, cum consecrabantur, manus implerentur, scil. victimis quas offerrent, 70. manus eorum, scil. sacerdotum.
27. *Facient*, i. offerent, seu sacrificabunt.

CAPVT XLIV.

1. EXterioris, sc. atrij.
2. *Ingressus est*, vide principium cap. præcedentis.
3. *Principi*, id est, ad vsum solius principis, vt cum præcedentibus iungatur alioqui Hebr. & Chal. principium est tertii versus, Chald. Principi erit, sc. aperta, q. d. soli Regi aperietur. Vide cap. 46.
3. *Panem*, i. cibum, sc. partem hostiarum. *Portæ vestibuli*, pro, vestibuli portæ. sc. Orientalis
7. *Panes meos*, Chal. oblationem meam.
Adipem, 70. & adipem. *Dissoluitis*, sc. offerendo cum tantis peccatis.
8. *Vobismetipsis*, i. in vestram vtilitatem, non in gloriam meam
10. *Leuita*, i. qui de tribu Leui, sc. sacerdotes.
Portauerunt, pro, portabunt. Chal. & 70. suscipient, sic inf. q. d. dabunt pœnas iniquitatis
11. *Æditui*, &c. q. d. non fungentur officio sacerdotum, vt infra explicat. *In conspectu eorum*, 70. ante populum. *Eis*, i pro eis, sc. pro populo
14. *Ministerio*, sc. Leuitarum, & non sacerdotum.
15. *Errarent*, sc. per idololatriam.
16. *Mensam*, sc. panum propositionis.
18. *Vitta*, Chal. Tiaræ, 70. Cidares *In sudore*, i. dum laborant, adeoque sudant 70. violenter, q. d. astricte, sed laxe. Chal. ad lumbos, sed ad cor, q. d. circa pectus.
19. *Gazophylacio*. 70 exedris. *Sanctificabunt*, i. tangent, Chal. commiscebuntur cum populo.
20. *Non radent*, id prohibitum tunc, quia in vsu apud sacerdotes idolorum. Vide Bar. 6. alioquin licitum. vide Num. 6. Ezech. 5. Act. 21. & Amb. epist. 36.
23. *Pollutum*, Chal. profanum.
24 *Sanctificabunt*, i. sancte obseruabunt, & obseruari curabunt.
25. *Aliorum*, abundat, loquitur enim de virgine.
26. *Septem*, sc. alij à prioribus.
29. *Delicto*, 70. ignorantia.
30. *Primitiua*, &c. i. primogenita. *Reponat*, sc. Deus, vel sacerdos per preces, & sacrificia. *Domi tuæ*, i. familiæ.
31. *Morticinum*, i. sua sponte mortuum.
Captum, Chal. laceratum.

CAPVT

CAP. XLV.

1. SOrtito, Chald. & Hier. in possessionem. Hebr. & 70. in hæreditatem. *Sanctificatum*, i. Deo dicatum. *Millia*, sc. calamorum, seu cubitorum.

2. *Quingentos*, &c. in omnem partem cubiti quingenti. *Suburbana*, Chald. & 70. spatium.

3. *A mensura*, i. fine huius mensurati spatij.

4. *Sanctuarum*, i. templum, sc. ædificandum.

5. *Gazophylacia*, i. cellas, seu cubicula.

6. *Domus*, i. tribui, sc. habitaturæ Hierosolymis.

8. *De terra*, Chald hæc terra.

9. *Sufficiat*, sc. quod fecistis hactenus, q. d. cessate posthac à similibus, vel sufficiat dicta portio, q. d. estote ea contenti.

10. *Ephi*, aridorum est mensura. *Batus*, liquidorum: per has autem mensuras reliquæ intelligendæ.

11. *Iuxta mensuram*, &c. q. d. exigentur ad rationem Cori, qui Hebr. chomer.

12. *Vigenti obolos*: hinc colligunt quidam siclum communem (de hoc enim hic agi) & sanctuarij eundem fuisse: nam de illo idem dicitur Exod. 30.

Viginti sicli, &c. q. d. sicli sexaginta.

Mnam, sc. profanam: nam sacra maior erat.

13. *Tolletis*, sc. in templi dedicatione.

15. *Ducentorum*, q. d. ex ducentis vnum. *His quæ nutriuit*, Chald. pinguibus.

16. *Principi*, sc. Regi danda à populo: ille autem curare debebat, vt Deo offerrentur vel Pontificem intelligit nomine Principis.

17. *Et super*, &c. Chald. ad Principem pertinebit dare holocausta, &c. *Vniuersis*, pro, vniuersis denique.

Faciet, i. curabit offerri: nisi forte Principem intelligat sacerdotum.

18. *Vna*, i. prima. *Expiabis*, sc. ô Pontifex.

22. *Faciet*, i. offeret.

24. *Sacrificium*, sc. cibarium, Chald. in munus, Hebr. dicitur Minchah. *Per vitulum*, i. ad vnumquemque vitulum, Chald. in bouem.

25. *Solemnitate*, sc. tabernaculorum.

CAP. XLVI.

1. INterioris, sc. sacerdotum.

2. *Deforis*, Chald. exterioris.

5. *Quod dederit*, &c. i. iuxta facultatem suam.

11. *Nundinis*, Chald. festiuitatibus.

12. *Fecerit*, forte loquitur de professtis diebus.

14. *Cata mane*, i. singulis diebus mane. Hebr. Chald. & 70. mane mane.

17. *Remissionis*, Chald. iubilæi.

20. *Sacrificium*, sc. cibarium, Hebr. Minchah. *Efferant in atrium exterius*, sc. populi. *Et sanctificetur*, &c. Chald. ne commisceantur cum populo.

24. *Populi*, i. pro populo oblatas, nam supra de victimis oblatis pro sacerdotibus.

CAP. XLVII.

1. COnuertit, i. fecit reuerti.

Domus, i. templi. *Aqua*, significatur doctrinæ copia, & gratiarum.

2. *Porta*, sc. atrij sacerdotum.

Dextro, sc. templi.

8. *Tumulos*, &c. Chald. tractum Orientalem, 70. Galilæam Orientalem. *Mare*, sc. mortuum. *Sanabuntur*, i. fient ex amaris dulces, 70. sanabunt.

10. *Siccatio*, sc. ad solem extensarum.

11. *Littoribus*, Chald. piscinis. *In salinas*, &c. significatur reproborum damnatio.

13. *Funiculum*, i. partem.

16. *Domus Tichon*, Heb. chaser Tichon, 70. atria Tichon.

17. *Mari*, sc. magno.

18. *Orientale*, sc. mortuum.

22. *Aduenis*, 70. proselytis.

CAP. XLVIII.

1. MAre, Chald. in Occidentem, 70. vsque ad mare. *Vna*, sc. portio.

3. *Et super*, Chald. & iuxta.

8. *Primitia*, sc. pars terræ Deo offerenda. *Separabitis*, sc. in Dei honorem, seu cultum. *Millibus*, sc. cubitorum, vel calamorum.

12. *Primitiuis*, i. oblatione Deo facta. *Sanctum sanctorum*, i. sacrosanctum, sc. Deo dicata.

35. *Ciuitatis*, scil Ecclesiæ. Præterij Lector (vt vides) multa, vel quod non intelligerem, vel quod non putarem operæ pretium ea declarare, quæ nullum essent vsum habitura. Plane sunt hæc ob summam obscuritatem ita deserta ab omnibus, vt vix quisquam hinc aliquid citet, nisi forte quædam non admodum intellectu difficilia, eaque sensu potius mystico quam litterali. Quod si cui tantum est ingenij, vt se putet posse penetrare, legat sane quæ Doctores aliqui in hæc scripserunt. Addat, si placet, de suo quæ videbuntur. Credo vbi omnes vires intenderit, solam referet mentis defatigationem. Ego de me illud possum dicere, quod de se Ezechiel. c. 47. Torrentem non potui pertransire, quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis, qui non potest transuadari.

DANIEL.

Vbi Græca editio, Theodotionis est secundum Hier. non 70. Itaque nos pro 70. apponemus Græc.

CAP. I.

1. IOachim, sc. filij Iosiæ, & patris Ioachin, seu Iechoniæ.

3. *Præposito*, &c. vulgo dicitur Magister domus. Hispanice, Maior domus *Tyrannorum*, i. Principum.

4. *Macula*, i. corporis vitiū. *Eruditos*, &c. sc. erant ad Regem introducendi vbi fuissent eruditi, &c.

Possent stare, i. idonei essent ad assistendum, seu ministrandum.

5. *Annonam*, i. cibum, seu victum.

6. *Inter eos*, indicat non fuisse de semine regio; vel q. d. erant in eorum numero etiam hi, tanquam sc. ex regio semine.

9. *Gratiam*, &c. i. vt esset gratiosus & charus.

10. *Condemnabitis*, &c. i. eritis mihi causa perniciei.

11. *Malasar*, sc. qui præpositi respōsum retulerat.

12. *Tenta nos*, i. fac periculum. *Legumina*, Græc. semina terræ.

13. *Videris*, sc. vultus nostros se habere. *Facies*, pro fac.

16. *Tollebat*, sc. sibi.

17. *Disciplinam*, Græc. prudentiam.

Libro, Græ. litteratura.

19. *Steterunt*, i. ministrarunt.

20. *Intellectus*, Græc. scientiæ. *Decuplum*, i. valde multum. *Ariolos*, Græc. incantatores.

21. *Fuit*, sc. in palatio, vel pro, vixit.

CAP. II.

1. SEcundo. Hinc apparet non esse istum Nabucdonosor de quo supra, sed alium. Quidam dicunt secundo non regni, sed Monarchiæ. *Fugit*, i. excidet memoria.

2. *Arioli*, Græc incantatores. Hieron. Arioli dicuntur qui verbis agunt: Malefici qui rebus, vt victimis. *Magi*, qui philosophātur. *Chaldæi*, Hier. puto significari Genethliacos, qui vulgo Mathematici vocantur.

4. *Syriace*, sc. lingua Caldaica. *Rex*, hactenus Daniel Hebraice scripsit: hinc ad c. 8. vsque, Chaldaice.

5. *Coniecturam*, i. interpretationem, vt postea vertit eandem vocem Chaldæam, & supra etiam. *Publicabuntur*, i. confiscabuntur, vt vulgo dicitur, Græc. diripientur Chald. redigentur in sterquilinium, q. d. diruentur.

8. *Tempus redimitis*, i. commoditate temporis vtimini s. moras trahitis ad euadendū. *Sermo*, i. res ipsa.

9. *Vna est de vobis sententia quod*, &c. q. d. certum est quod, &c. Græ. scio quod, &c. *Interpretationem*, Græc. verbum, q. d. quod istam excusationem finxeritis ad me decipiendum, &c. *Loquamini mihi*, i. me verbis detineatis.

10. *Sermonem*, &c. i. præceptum facere, vel potius quod proponis explicare, id enim magis indicant Chald. & Græca. *Verbum*, i. rem.

11. *Sermo*, i. res. *Grauis*, i. difficilis. *Conuersatio*, Græ. habitatio.

12. *Perirent*, i. interficerentur.

18. *Sacramento*, i. arcano, Græ. mysterio.

19. *Mysterium*, supra eandem vocem vertit, sacramentum.

21. *Et scientiam*, iunge cum præcedentibus. *Disciplinam*, Græc. intellectū, seu intelligentiam.

23. *Fortitudinem*, i. vires, sc. ad rem tantam. *Sermonem*, i. rem, seu negotium.

25. *Transmigrationis*, Græc. captiuitatis.

26. *Putasne*, pro, nunquid.

28. *Capitis*, sc. in capite est imaginatio.

29. *Post hæc*, sc. tempora.

30. *In sapientia*, i. per sapientiam.

31. *Contra*, i. ante. *Intuitus*, i. aspectus, seu species.

34. *Manibus*, i. opera humana. Significatur vero Christus de Virgine conceptus, qui Mundi errores, & peccata destruxit, in quo velut statuæ aurum, imperium Babylonicum, argentum Persicum, æs Macedonicum seu Græcum, ferrum Romanum, quod ad extremum valde debile, & velut testaceum.

35. *Rapta sunt*, pro rapi solent, dum ventilatur messis. *Impleuit*, sc. doctrina sua, & potētia Christus.

37. *Dedit*, scilicet dat Deus regna, & potentiam etiam malis.

38. *Omnia*, i. plurima.

42. *Diuisum*, sc. differēs viribus, vt statim explicat: *Contritum*, i. fragile, seu facile contritu.

43. *Ex luto*, pro luteæ. *Humano semine*, i. generatione, sc. succedent alij aliis. *Non adhærebunt*, sc. amicitia, vel q. d. dissimiles erunt inter se viribus: posteriores enim debiliores multo.

44. *Suscitabit*, i. excitabit. *Regnum*, sc. Christi. *Consumet*, sc. non homines, sed vitia.

45. *Fidelis*, i. vera certa.

46. *Adorauit*, sc. vt Dei veri seruum, eique catum sic nos sanctos etiam adoramus, sc. propter Deum.

48. *In sublime extulit*, Græ. magnificauit.

49. *Foribus*, Græ. atrio q. d. in palatio.

CAP. III

1. EREXERAT. sc. vt in ea ipse adoraretur, secundum Hier. vide inf.

7. *Omnes*, sc. qui aderant.

9. *In æternum*, i. diutissime.

14. *Et statuam*. Hinc apparet, se etiam voluisse adorari in statua. Vide tamen infra.

16. *Respondere*, sc. verbis, q. opere ipso respondebimus, sc. constantia fidei nostræ, vel Deus pro nobis respondebit.

18. *Deos tuos*. Hic potius indicatur statuam fuisse idoli Belis. Vide Hier. Habac. 1. qui ita videtur sentire. Vbi tamen etiam dicit fuisse ipsius Nabucdonosor volentis adorari, sc. solet diuersas referre sententias in suis commentariis.

21. *Braccis*, Græc. Saraballis, vox est Chaldæa, significans, secundum Hier. & crura & brachas. Hispanice Sareguellas. *Tiaris*, Pilei genus est, quo Persæ & Chaldæi vtuntur, secundum Hier.

27. *Vera*, i. perfecta.

28. *Vera*, i. iusta. *Iuxta omnia*, i. in omnibus. *Veritate & iudicio*, i. iusto iudicio.

29. *Peccauimus*. Loquitur in persona populi secundum Hieron.

31. *Vltra*

32. *Vltra omnem terram*, i. omnium regum terræ, vel in omni terra.

33. *Confusio*, sc. pudet illos nostri. *Opprobrium*, sc. exprobrantur eis nostra peccata. *Colebat*, pro, colunt.

34. *Tradas*, scil gentibus, vel calamitati. *In perpetuum*, Græc. in finem, quod Hebr. phrasi idem significat. *Testamentum*, i. pactum.

37. *Humiles*, i. abiecti.

38. *Primitiarum*, sc. offerendarum.

44. *Ostendunt*, &c. i. affligunt seruos tuos. *In omnipotentia*, i. per omnipotentiam.

46. *Naptha*, genus est fomitis, ignis secundum Hier. sed cuiusmodi sit non explicat. Alij bituminis genus aiunt, quod flamma mire corripiat.

Malleolis, i. sarmentis.

50. *Roris*, pro, roscidum.

52. *Gloria*, i. gloriosum.

88. *Inferno*, i. sepulchro, sc. à morte.

90. *Religiosa*, i. Dei cultores.

92. *Filio Dei*, i. Angelo.

94. *Saraballa*, i. brachæ.

95. *Verbum*, i. præceptum. *Immutauerant*, sc. aliter facientes quam volebat. *omnem* i. vllum.

96. *Vastetur*, Græ. diripiatur.

97. *Promouit*, sc. restituit in pristinam dignitatem,

98. *Nabucdonosor*, &c. pertinent hæc ad caput sequens.

Multiplicetur, i. augeatur.

99. *Signa*, sc. digna quæ prædicentur.

100. *Fortia*, i. ex maxima virtute profecta. *In generatione*, &c. i. perpetua.

CAP. IV.

1. QVietus, Græ. abundans, sc. prospere agens. *Palatio*, Græ. throno.

Solutionem, i. interpretationem.

5. *Collega*, i. particeps imperij, Chald. tandem, Græ. nihil est eius loco. Hieron. tamen ait, Aquilam, Symm. & Theodor. collegam vertisse. *Deorum sanctorum*, Græc. Dei sanctum sic & infra. *Secundum nomen*, &c. dicebatur enim Baltasar, seu Beltsasar, vt est Chald. à Bal, seu Bel deo Babyloniorum, & Sidoniorum, qui in Scriptura dicitur Baal.

6. *Princeps*, sc. Rex eũ præposuerat incãtatoribus.

Impossibile, sc. explicare.

7. *Visio*, sc. talis erat.

8. *Aspectus*, i. videbatur protendi, Græ. latitudo.

9. *Nimius*, i. copiosus, *Vniuersorum*, sc. animantium. vide inf. *Bestia*, i. feræ.

Caro, i. homo.

10. *Vigil*, i. Angelus, sc. vigilant semper Angeli. *Et sanctus*, explicatio præcedentis.

12. *Germen*, i. stirpem. *Foris*, i. in agro, sc. versetur. *Rore*, &c. q.d. sub dio agat. *Pars*, i. victus, inf. vertit. pabulum.

13. *Cor*[illegible]*ra*, &c. q.d. fiat amens. *Tempora*, i. anni.

14. *Decretum*, sc. Deo iubente. *Sanctorum* sc. Angelorum. *Et petitio*, q.d. sancti id petierunt à Deo, vt fieret, Græc. interrogatio. Vide hinc an 1. Pet. 3. interrogatio possit intelligi petitio.

Excelsus, i. Deus.

16. *Somnium his*, q.d. tale quid accidat his.

19. *Vsque ad cœlum*, i. altissime. *Vniuersa*, Hyperbole.

20. *Pabulum*, Chald. & Græ. pars.

21. *Super*, i. contra.

22. *Ferisque*, pro, feris, Græ. agrestibus sic inf. Not. quod ex amentia putabat se feram, eoque cum feris habitabat. *Fœnum*, i. herbas.

23. *Cœlestem*, i. Dei in cœlo habitantis.

24. *Peccata*, i. punitionem peccatorum. *Eleemosynis*, Chald. iustitia, sc. sumitur pro eleemosyna, vt Matt. 6.

Ignoscet, &c. q.d. mitius tecum aget, Chald. prolongabitur pax tua, i. prosperitas.

26. *Duodecim*, sc à somnio. forte ob eleemosynas tamdiu dilata punitio.

27. *Respondit*, pro, locutus est. *Gloria decoris mei*, Græc. honorem gloriæ meæ.

28. *Ruit*, i. delapsa est, Græc. facta est.

30. *Capilli*, pro, pili. *Aquilarum*, Græ. leonum. Hyperbole est, q.d. totus repletus est oblongo pilo.

31. *Dierum*, sc. Deo præscriptorum.

Sensus, i. mens.

32. *In nihilum*, Græ. quasi nihil. *Virtutibus*, Græ. virtute, i. exercitu, sc. Angelis, seu stellis. *Resistat*. &c. Chald. percutiat manum eius. *Quare fecisti?* q.d. nemo potest impedire.

33. *Perueni*, i. redij.

Figura, Græ. forma, sc. erat antea deformis.

Magnificentia, i. maiestas.

34. *Vera*, i. perfecta. *Iudicia*, i. iustæ.

CAP. V.

1. BAltassar, Chald. Balsasar. Quidam putant nepotem Nabuchodonosoris ex filio Euilmerodac. at alibi filius dicitur. vide inf. & Bar. 1. Iosephus (vt refert Hiero.) Pronepotem dicit fuisse ipsius Euilmerodacis. quod magis crediderim, putarimque habuisse Nabuchodonosorem filium etiam alium, qui dicebatur Balthasar, de quo Baruch 1. vel forte ipse Euilmerodac, Balthasar etiam vocabatur *Grande conuiuium*, Chald. panem multum. *Mille*, Græc. Chiliarchis, sc. præfectis millium, i. plurimorum. *Bibebat*, sc. à Rege inuitatus ad potum.

2. *Pater*, i. auus, seu potius abauus. vide sup.

5. *Contra*, id est, è regione. *Candelabrum*, Græ. lampadem.

6. *Collidebantur*, sc. præ tremore.

7. *Tertius*, scil. vnus è tribus qui præcipui in regno, & Tristatæ dicebantur, secundum Hier.

8. *Legere*, apparet fuisse scriptam peregrinis litteris, certe Chaldæis ipsis ignotis.

10. *Regina*, sc. mater, vel auia.

11. *Deorum sanctorum*, Græc. Dei sancti.

12. *Ligatorum*, i. explicatu difficilium.

21. *Cum bestiis*, i. bestiale, seu tale vt cum feris libenter versaretur. *Fœnum*, i. herbas.

23. *Flatum*, i. spiritum vitalem.

26. *Compleuit*, i. finem ei imposuit.

27. *Minus*, sc. probitatis, quam par est.

28. *Diuisum*, sc. à te, i. separatum, seu ablatum.

30. *Interfectus*, sc. à suis, vt quidam dicunt.

31. *Darius*, non fit mentio Cyri, quia Darius eius erat auunculus, cuius ob id ratio habita.

CAP. VI.

4. LAtere, i. parte, q.d. in re aliqua ad regni gubernationem pertinente. *Suspicionem*, i. rem, ob quã de ipso posset oriri mala suspicio, q.d. culpã.

Omnis, i. vlla.

6. *Surripuerunt*, pro, suggesserunt, Græc. astiterunt

7. *Lacum*, i. foueam.

10. *Contra*, i. versus.

12. *Verus est sermo*. i. sic est.

13. *Sua*, q.d. vt solebat antea.

14. *Posuit cor*, Græc. contendit.

15. *Regem*, i. Regis voluntatem.

20. *Putasne*, i. nunquid.

23. *Credidit*, i. confisus fuit, seu fuit fidelis.

24. *Donec*, pro priusquam.

28. *Perseuerauit*,sc.in dignitate,Græ.prosperatus est.

Vsque adregnum, i.quamdiu regnarunt,Græc. in Regno.

CAP. VII.

1. MAri,per mare mundus intelligitur,per ventos Angeli præsides bestiarum,i.regnorum *Quatuor*,sc.Babylonici,Persici,Græci,Romani, pugna vero erat contra Angelos malos, vel inter se illi similis, de qua inf. cap.10.

4. *Leana*, sc.ob fortitudinem & libidinem. *Alas*, sc. velocitatem in victoriis. *Euulsa*,&c. q.d. superata, sublatumque ei imperium. *Quasi homo*,sc. debilis. *Cor hominis*, sc. suam agnoscentis infirmitatem, cum antea more feræ ageret,& sæuiret.

5. *In parte*,i.seorsum Chald. ad latus vnum,Græ. in partem vnam, sc. ad suam ditionem Persa, Babyloniam ,adiunxit vel significatur vnamquamque bestiam fuisse suo loco ab aliis superatam in ea visione, vel Persas & Medos non læsisse Iudæos, vt cæteræ bestiæ.

Tres ordines,sc. dentium,nempe erant simul coniuncta Regna Babylonis,Persiæ & Mediæ. *Comede*, &c. perde plurimos homines.

6. *Pardus*, sc. Alexander ,qui varius, vitiis & victoriis.

Alias,sc.velocissimus in victoriis.*Capita*,sc. successores Philippus , Antonius, Ptolemæus , Seleucus,vel duces,quorum opera vtebatur.

7. *Quarta*, sc. Romanum Imperium. *Cornua decem*,i.plurima Regna,in quæ diuisum.

8. *Paruulum*,sc.in principio Turca,vel Antichristus.

Tria, sc. Æthiopiæ , Ægypti, & Africæ. *Oculi*,i. sagacitas. *Ingentia*,i. superba.

9. *Antiquus*,i.æternus,sc. pater. *Candidum*,sc.puritate vel luce. *Ignis*, sc. ob vim & lucem. *Rota*, sc. solij.

10. *Millia*,&c.q.d.innumeri.*Iudicium*,pro,iudex, sc. Christus. *Libri*,sc.conscientiarum, seu cordium, vbi (Deus bone) quam multa scripta in quibusdam bona,in aliis mala.

11. *Aspiciebam*, sc. quo tandem res euaderet. *Bestia*,sc. quarta,seu Antichristus.

12. *Aliarum*, sc. trium. *Vita*, sc. quantum essent illa imperia duratura. *Tempus, & tempus*,i. suum cuiusque tempus.

13. *Obtulerunt eum*, i. multis comitantibus est præsentatus.

17. *Consurgent*, i. excitabuntur. primum quidem iam erat excitatum.

18. *Suscipient*.sc.tandem.*Regnum*,sc.Christi. *Sancti*,sc. electi.

19. *Et de cornu*,pro,nempe de cornu. *Grandia*,sc. blasphemias. vnde Apoc. 13.

24. *Alius*,sc. Antichristus.

25. *Tempora*,sc.festa Christianorũ,& ritus sacros. *Leges*,sc. Christi. *Tradentur*,sc.sancti cruciandi. *Tempus*,i. annum.*Tempora*,i.duos annos. *Temporis*,i.anni,vide Apoc.12.& 13.vbi dies 1260.qui 12. menses efficiunt,sc.tres annos & dimidium,sc.tamdiu permittenda Antichristo potestas.

26. *Iudicium*, i. iudex, sc. Christus. *Potentia*, sc. Antichristi. *Vsque in finem*,i.in perpetuum.

27. *Altissimi*, i. Dei, sc. Christi.

28. *Verbi*, sc. Angeli. *Verbum*, i. rem totam , seu Angeli sermones.

CAP. VIII.

Hactenus Chaldaice. Reliqua Heb. à Daniele scripta

1. PRincipio,sc.primo anno Regni.

2. *Susis*, metropolis est regionis. Quidam tamen pro castro vertunt regiam , vel metropolim *Ælam*,inde Elamitæ, dicta etiã Elemais,& Susiana. *Regione*,Heb. prouincia. *Vlai*,nomen portæ, forte ab Euleo fluuio præterlabente.

3. *Paludem*,supra vertit portam.Alij fluuium vertunt, seu riuum *Aries*, sc. Darius vltimus Persarum rex. Quidam tamen putant Darium primum Cyri auunculum, *Excelsius*,sc,Regnũ Persicum Medico.

4. *Arietem*,sc. illam, vel, si ille est Darius Medus iste intelligitur alter, sc. vltimus Persarum Rex. *Magnificatus est*,i.magnus euasit.

5. *Intelligebam*, i. considerabam. *Hircus*,sc. Alexander Macedo. *Caprarum*,sc.filius. Non tangebat, &c.q.d.idque velocissime. *Cornu*,i.robur.

8. *Cornua*, i. Regna Asiæ,cui imperauit Antigonus Macedoniæ,cui Philippus,qui & Arideus: Syriæ,cui Seleucus : Ægypti,cui Ptolemæus. *Ventos*,i. plagas.

9. *Cornu*,sc. Antiochus Epiphanes,qui fuerat Romæ obses. *Fortitudinem*, Græc. occidentem Hebr. gloriam,seu decus,sc. Iudæam Deum colentem.

10. *Fortitudinem cœli*, q. d. vehementer,Heb. & Græc. exercitum cœli, i. Dei populum, vt quidam interpretantur *Eiecit*,i.deiecit,sc.aliquos. *Fortitudine*, sc. proxime dicta. *Stellis*, i.sanctis viris, seu Dei cultoribus.

11. *Principem*,scil.Deum,in cuius templo posuit Iouis statuam. *Magnificatum est*, i. se extulit. *Iuge*, scil.quotidie sacrificabatur.mane & vesperi.

12. *Peccata*,sc.populi. *Veritas*,Græc iustitia. Forte iusti intelliguntur,quos est persecutus.

Prosperabitur, i.succedet ei quod vult. *Faciet*,sc. mala,vt optat.

13. *Sanctis*, i.Angelis. *Alteri nescio cui*, Heb.Palmoni,i. certo cuidam,Græc. Phelmuni, Hispani dicunt Fulano,sc. cum de aliquo loquuntur,cuius nomen tacent.

Visio,i.quod per visionem istam significatur.

Sacrificium, sc. auferendum. *Peccatum*, i. scelus tantum,sc.durabit? *Facta est*,pro,facienda est. *Fortitudo*,Græc exercitus,sc.Dei populus.

14. *Vesperam & mane*,i.diei naturalis spatium.

Dies 2300.sc.annos 6.menses 4.dies 20. *Mundabitur*,sc.per Iudam Machabæum.*Sanctuarum*,i.templum.

16. *Vlai*.vide supra.

17. *Tempore finis*, i. finito tempore præscripto, Græc. temporis fine.

18. *In gradu meo*,Græc.super pedes.

19. *Nouissimo*,i.fine. *Maledictionis*,i.calamitatis. Græc.iræ,sc.Dei punitionis.

21. *Rex primus*,i.Regni potentia insignis.

22. *In fortitudine eius*,i.pares ei fortitudine.

23. *Rex*,sc.Antichristus. *Propositiones*,Hebr.ænigmata,Græc. problemata,q. d. acutus, seque vendĩtans,vt Prophetam.

24. *Suis*,*sed*,sc.Deo permittente. *Faciet*,sc.mala.

25. *Dirigetur*,i.succedet ei. *Magnificabitur*,i.superbia efferetur. *Principem*,sc. Deum. *Sine manu*,sc. hominum,sed Dei.

26. *Vespere & mane*,i.in qua dicebatur de vespere & mane vide supra.*Signa*,i.tege seu occulta,q.dicat,res est arcana.

27. *Langui*, i. animo defeci. *Interpretaretur*, sc. quæ in visione non intelligebam, Græc. intelligeret.

CAP.

CAPVT IX.

1. ASsueri qui & Astyages.
2. *Vno*,i.primo.*Libris*,f. sacris,vt Ier. 29. & 25.
3. *Faciem*,versus Ierusalem,vt solebat.
4. *Confessus*,sc.peccata mea;& populi.*Custodientibus*,sc.hæc pacti conditio.
7. *Tibi*,sc.tribuenda,vel conuenit. *Est*, sc.apparet.
9. *Quia recessimus*,iungendum cum,*vobis confusio*.
11. *Stillauit*,Græ.venit, *Detestatio*,i.execratio. *Moysi*,sc. Deut. 27.
12. *Statuit*,i.confirmauit implendo,sc.Deus. *Iudicauerunt*, i. gubernarunt ius dicendo. *Nunquam*,Hyperbole.
13. *Reuerteremur*,i.recederemus, seu conuerteremur,q.d.agendo pœnitentiam. *Veritatem*,sc. verborum,quib. minabaris.
14. *Vigilauit*. sc. videtur Deus dormire cum non punit. *Malitiam*,i.afflictionem,sc.inferendam.
15. *Secundum diem hanc*,i.sicut apparet hodie.
16. *In omnem*, &c. Græ.in omni misericordia tua.
18. *Prosternimus*,i.proni fundimus.
19. *Attende*,sc.orationi meæ. *Fac*,sc. quod oro.*Inuocatum*, sc. dicitur ciuitas, & populus Domini.
21. *A principio*,i.in præcedente visione.
22. *Egressus*,sc.a facie Domini. *Docerem*,sc.quod aptus.
23. *Sermo*, i Dei præceptum,sc.vt ad te venirem. *Desideriorum*, sc.bonorum, vel q.d.Deo carus.res desiderii vocat Scriptura, quæ amantur, & sunt in pretio.
Visionem,i.quod te videre facio.
24. *Abbreuiatæ*,i.definitæ.*Præuaricatio*,sc.mundi, vt statim explicat. *Iustitia*, sc. per Christum, qui est etiam iustitia secundum Paulum. *Prophetia*, q.d.impleantur omnes visiones & prophetiæ de Christo. *Vngatur*,sc.Spiritu sancto, factus homo.
25. *Exitu*,sc. à quarto Sedeciæ anno, qui fuit.12. Nabuchodonosor, qui postea imperauit 34. (anni enim eius imperii omnes 45.(Euilmerodac autē 23. Balsasar3.Darius Medus 2.Cyrus 4.Tēpli instauratio &duratio 466. vnde si auferas 42.sc. à Christi morte vsque ad destructionem templi,fiunt 490.sc.septuaginta hebdomadæ annorum.nam 70.septies 490. *Ad Christum*,qui in vltima occisus est. *Platea & muri*,s. Ierusalem.
Angustia, sc. reædificata est ab Adriano, sed non fuit ea prosperitas Iudæorum,quæ olim.
26. *Sexaginta duas*,sc. & septem,nempe post 69. nam hebdomada 70.passus. *Populus*, qui eum negaturus est, totum id additum ab Interprete explicationis causa.
Populus,sc. Romanus.*Duce*, sc.Tite *Statuta*, sc.à Dei iustitia.
27. *Pactum*,sc. testamentum nouum, seu legem Euangelicam. *Multis*, sc. hominibus, vel per multa signa,& opera.*Vna*,sc.vltima, *Hostia*,&c.sc.sacrificia legis veteris, quæ Christo passo abrogata. *Sacrificium*,sc.cibarium,quod Heb.Minchah. *Abominatio*, &c.sc. Romanus exercitus,qui templum profanauit. *Vsque ad consummationem*, i. perfectionem, q.d.erit maxima.
Et finem, q.d.erit perpetua, seu diuturna.

CAPVT X.

1. ET verbum, &c.q.d.res quædam plena veritate, & Dei virtute,quamquam Heb.pro fortitudine militia.seu exercitus,significatur ergo, visionem esse de bellis.vide c. 11.
2. *Illis*,scil.tertio Cyri anno.*Lugebam*,scil.ob populi peccata.
3. *Desiderabilem*, Græc.desideriorum,i.pretiosos, seu delicatos cibos.
4. *Primi*,sc.qui dicitur Nisan,respondetque *Martio* vel Aprili.
5. *Vir*, i. Angelus viri specie. *Auro*, i. zona aurea. *Obrizo*, Heb.& Græ.Ophaz.
6. *Chrysolitbus*, Heb.& Græc.*Tharsis*,sc.cæruleus seu cœlestis significatur immortalitas,sicut auro charitas, *Fulguris*, significatur gloria *Lampas*,significatur claritas,intellectus *Aeris*, significatur fortitudo. *Multitudinis*, significatur copia scientiæ, seu docendi vis.
7. *Terror*,sc.ex præsentia Angeli, forte vocem audiuerat.
8. *Grandem*, i.excellentem. *Emarcui*,i.defeci,i.vt statim explicatur.
10. *Articulos*, Heb.palmas, sc.genibus nitebatur, & manibus,vt surgeret.
11. *Desideriorum*, i.Deo carus, vide sup. *In gradu tuo*,id est, rectus, vt antea,Græc.statu tuo,*Ad te*,i.vt tecum loquar.
12. *Intelligendum*,sc. Dei voluntatem de statu populi Iudaici.*Vt te affligeres*, pro te affligendo sc. per abstinentiam. *Sermones*, i. orationem, sc. exauditam.
13. *Princeps*,i.Angelus præfectus.*Restitit*,sc.agens apud Deum oratione, ne Iudæi omnes discederent, è Babylone ne Gentiles illi desererētur ab iis,qui ad Dei fidē eos possent conuertere.Ita fere Doctores. Mihi plane mirabilis videtur,& intellectu difficilima ista Angelorum inter se pugna.*Remansi*, sc. tamdiu impeditus.Græ.reliqui illum.*Regem*, Græ.Principem,i.Præfectum,sc. Angelum.
14. *Visio*, i. visione significatum. *In dies*,sc.plurimos implenda est.
16. *Similitudo*,&c.i.quidam homini similis. *Contra*, i.coram,seu è regione.
17. *Intercluditur*,Græc.non est relictus in me.
18. *Quasi visio hominis*,i.qui videbatur esse homo, sc.Angelus hominis specie.
19. *Pax tibi*,i.esto bono animo.
20. *Nunquid*, pro iam seu nunquid non. Apparet enim ei explicasse quod habebat in mandatis, sed scriptum non est: alioqui quæ est visio,de qua in pricipio capitis; aut quid noui attulit iste Angelus, si nihil præterea dixit; quanquam responderi potest explicasse in sequenti capite: est enim eadem visio secundum quosdam, quod mihi probatur, etsi Hier. negat.
Prælier,Quis hocintelligat;*Cum ego*,&c.& id qui intelligit, explicet. Quidam putant significari vbi pugnauerit contra Angelum Præfectum Persis, restare vbi pugnet contra Græcorum Præfectum, ad quos tandem transferendum erat imperium at quam pugnam? mirum si potest ab homine intelligi quidquid est in Scriptura.
21. *Annunciabo*,sc.priusquam à te discedam. *Scriptura veritatis*, i.Dei prouidentia, q.d.in Dei libro qui ipse est.*Nemo est*,s.à Deo mihi assignatus.

CAPVT XI.

1. EGo,verba Angeli.Id enim magis probo. *Confortaretur*,sc. Darius,q.d.iuui etiam ego illum vt qui Iudæis faueret plusquam Babylonij Reges.
2. *Stabunt*, sc. post Cyrum. *Quartus*, sc.Xerxes, qui bellum Græcis intulit innumerabili exercitu.
3. *Surget*, sc. multo post. *Rex*,sc.Alexander Magnus.
4. *Cum*,pro,postquam. *Ventos*,i.partes seu plagas

His,

His, sc. quatuor. Nam præter Philippum eius fratrem, Seleucum, Antigonum, & Ptolemæum, partem eius imperii tenuerunt Lysimachus, & alii quidam.

5. *Austri*, i. Ægypti, sc. Ptolemæus Philadelphus.

Eius, sc. Alexandri. *Præualebit*, sc. Antiochus Theos.

Super eum, sc. Ptolemæum.

6. *Annorum*, sc. aliquorum *Filiáque*, sc. Berenice, quæ data in vxorem Antiocho. *Semen*, i. filia. occisa enim à priori vxore Laodice, quæ in gratiam cum viro redierat. *Tradetur*, sc. morti.

Temporibus, sc. illis.

7. *Plantatio*, sc. frater eius Ptolomæus Euergetes.

Eis, pro, ea.

Regem, sc. Seleucum Callinicum filium Antiochi.

9. *Regnum*, sc. Seleuci.

10. *Filij*, sc. Antiochus Magnus & Seleucus Ceraunus. *Eius*, sc. Seuleuci Callinici.

Prouocabuntur, i. irritabuntur *Veniet*, sc. Antiochus Magnus. *Reuertetur*, sc. ad Regnum Syriæ occupatum à Rege Ægypti, *Eius*, sc. Ptolemæi Philopatoris filij Euergetis.

11. *Multitudo*, i. Antiochi exercitus.

12. *Non præualebit*, fugit enim Antiochus, & iterum fortiter pugnauit.

13. *In fine*, &c. sc. i. post aliquot annos.

14. *Filij præuaricatorum*, i. præuaricatores. sic filii hominum, i. homines, Græ. filii pestilentium.

Extollentur, sc. contra Dei voluntatem. *Visionem*, scil. Isaiæ, cap. 19. *Corruent*, sc. vbi in Ægypto habitassent, & templum construxissent, tandem destructi sunt vrbe vastata.

15. *Brachia*, i. vires, seu duces *Austri*, sc. Regis Ægypti Ptolomæi Epiphanis filij Philopatoris.

16 *Faciet* s. Antiochus. *Inclyta*, sc. Iudæa.

17 *Eius*, sc. Ptolemæi. *Recta*, i. fœdus æquis conditionibus. *Filiam*, sc. Cleopatram Antiochi filiam.

Fœminarum, i. pulcherrimarum. *Illud*, sc. Regnum Ægypti Compl. Illum s. Ptolemæum. *Stabit*, sc. tale consilium, i. non succedet ei dolus.

18. *Principem*, Græ. Principes, s. quos ditione priuabit. *Opprobrij sui*, i. quibus conuitiabatur vt hostibus, vel quos probrose tractauit.

19. *Corruet*, sc. in Elemaide victus à Persis.

20. *Vilissimus*, sc. Seleucus Philopator eius filius.

Furore, sc. belli. *In prælio*, explicatio præcedentis.

21. *Despectus*, sc. Antiochus Epiphanes frater eius, qui Regnum inuasit fraudato nepote Seleuco filio fratris. Sed nota, quod de hoc dicta, præcipue de Antichristo intelligenda sunt.

22. *Brachia pugnantis*, i. vires Ptolemæi Philometoris, eiusque nepotis ex sorore Cleopatra. *Dux fœderis*, scil. Ptolemæus.

23. *Superabit*, sc. Ægyptum. *In modico*, &c. i. cum paruo exercitu.

24. *Firmissimas*, sc. vrbes. *Tempus*, sc. commodum inuadendi, vel à Deo permissum, vt de Antichristo intelligatur quem Hieron. cum aliis ait Iudæum futurum, & de Babylonia venturum.

25. *Austri*, sc. Ægypti. *Eum*, sc. Regem Ægypti.

26. *Comedentes*, &c. sc. aulici, seu domestici,

27. *Duorum*, sc. Aquilonis & Austri. *Finis*, sc. negotii.

28. *Testamentum sanctum*, i. Iudæam, vbi Dei leges & cultus. *Faciet*, sc. mala.

29. *Simile*, sc. nihil faciet, impedientibus Romanis.

30. *Super* i. contra. *Trieres*, sc. triremes, seu naues.

Sanctuarii, Græc. sanctum, sic & inf. *Faciet*, sc. quod cogitauit. *Dereliquerunt*, &c. sc. ob peccata sua puniti Iudæi.

3. *Brachia*, i. milites seu duces. *Stabunt*, sc. in præsidium Ierusalem, Græ. surgent, *Fortitudinis*, i. potentis Dei. *Abominationem*, i. idolum Iouis quod posuerunt in templo. *In desolationem*, pro, in loco desolato.

31. *In testamentum*, i. fœdus *Obtinebit*, pro retinebit, sc. Dei cultum. *Faciet*, sc. Dei voluntatem.

32. *Dierum*, i. longi temporis.

34. *Auxilio*, sc. Machabæorum.

35. *Ruent*, sc. aliqui. *Conflentur*, sc. electi more auri in fornace, subaudi, permittet Deus illam persecutionem

Aliud, sc. prosperitatis.

36. Rex, sc. Antiochus, seu Antichristus. *Magnifica*, i. superba. *Dirigetur*. i. prosperabitur. *Iracundia*, sc. Dei contra populi sui peccata. *Perpetrata*, i. facta, q.d. Ita Deus decreuit.

37. *Reputabit*, i. curabit.

38. *Maozim*, i. fortitudinum, sc. cui acceptas feret vires suas, intellige diabolum, quem Antichristus occulte adorabit. Nam aperte se Deum dicet.

39. *Maozim*, i. fortitudines, sc. castella fortia. *Cum Deo*, &c. i. vbi reponat deum suum, sc. diabolum. *Eis*, sc. sectatoribus suis.

40. *Austri*, i. Aegypti, redit ad figuram. *Aquilonis*, sc. Antiochus.

41. *Gloriosam*, sc. Iudæam. *Principium*, Græc. principatus.

44. *Fama*, i. rumor, sc. de hostibus contra ipsum venientibus.

45. *Apadno*, i. solium suum. *Maria*, sc. mortuum, & mediterraneum. *Inclytum*, sc. Ierusalem, vel Oliueti.

Auxiliabitur, sc. dum eum Deus interficiet.

CAPVT XII.

1. *Ille*, sc. Antichristi. *Consurget*, sc. ad defensionem electorum, vide Apoc. 12. *Stat*, q.d. qui tutelaris est. *Tempus*, sc. tribulationis.

2. *Multi*, i. omnes vide Ioa. 5. *Vt videant semper*, i. experiantur supplicia, Gr. & confusionem æternam, Heb. & contemptum æternum.

4. *Claude*, &c. q.d. erunt hæc clausa, & velut sigillo obsignata *Statutum*, sc. à Deo quo adueniente intelligentur, Græc. consummationis. *Multiplex erit*, i. multiplicabitur. *Scientia*, sc. rerum sacrarum.

5. *Duo*, sc. Angelus Persiæ & Græciæ, *Fluminis*, sc. Tigris.

6. *Dixi*, sic Græc. & Hier. At Heb. & Compl. dixit sc. alter illorum.

7. *In tempus*, &c. id est per annum, & duos annos, & dimidium anni, sc. durabit persecutio Antichristi.

Manus, i. roboris seu multitudinis.

10. *Intelligent*, i. sapient, sc. quod oportet.

11. *Abominatio*, i. idolum, seu idololatria. *In desolationem* Græc. desolationis sc. tempore. *Dies*, &c. sc. tres annos cum dimidio, vt sup. dixit.

12. *Trecentos*. &c. adduntur aliquot superioribus, quia post tribulationem erit quies aliquandiu (vide Mar. 24.) & postea Christus veniet ad iudicium coronaturus eos vsque perseuerantes.

13. *Vade* q.d. morieris ante hæc. *Præfinitum*, sc. locum, Heb. ad finem, q.d. perseuera in bono, Græc. ad complementum consummationis, i. ad perfectionem.

Stabis, Græc. surges *Sorte tua*, sc. Abrahæ sinu.

In finem, &c. vsque ad resurrectionem mortuorum.

CAPVT

CAPVT XIII.

4. Pomarium, i. hortus, Græc. paradisus. *Honorabilior omnium*, Græcismus.
5. *Illo anno*, sc. quo hæc historia accidit. *Locutus*, sc. per Prophetas.
6. *Iudicia*, i. lites.
9. *Euerterunt*, i. peruerterunt. *Sensum*, i. mentem.
Viderent cœlum, i. Deum cogitarent. *Iudiciorum iustorum*, i. iusti & recti.
13. *A se*, i. alter ab altero.
14. *Venerunt in vnum*, i. repelti sunt simul.
17. *Smigmata*, Græc. smigma, i. saponem, vel quid simile.
22. *Mors*, sc. animæ.
23. *Melius*, Græc. eligibile. *Opere*, sc. peccati.
27. *Locuti sunt*, sc. calumniam quam parauerant.
29. *Ostys*. forte posticum intelligunt.
45. *Suscitauit*, i. excitauit. *Pueri*, Apparet hæc multo ante Cyri imperium accidisse, quo tempore Daniel senex erat. *Iunioris*, i. paruæ ætatis, q.d. adolescentis.
46. *Mundus*, &c. q.d. non approbo id iudicium, quo ista ad mortem est damnata.
50. *Honorem*, i. auctoritatem, seu iudicium, aut sapientiam.
52. *Dierum malorum*, i. in multis malis. *Venerunt*, pro, venient, sc. in lucem.
54. *Colloquentes sibi*, Græc. conuersantes inuicem. sic & inf. *Schino*, i. lentisco.
55. *In caput tuum*, i. in tui perniciem. *Scindet*, Græc. σχίσει, alludit ad vocem σχῖνος.
57. *Loquebantur vobis*, Græc. conuersabantur vobiscum, i. rem habeant *Sustinuit*, i. tulit.
58. *Prino*, Ilex est vel arbor similis.
59. *Vt secet*, Græc. πρίσαι, alludit ad vocem πρῖνος, quæ causa fuit quibusdam negandi hæc esse canonica, quod ille quippe Heb. aut Chald. loquens non potuerit vti his allusionibus: sed hi probare potius deberent nihil esse in illa lingua simile, certe in Latina est. potuit enim dicere, si Latine egisset, de lentisco, lente non morieris, sed subito, de ilice, ilico peribis; cur ergo negemus simile quid fuisse in sermone, quo est vsus? quod deinde Interpres Græcus Græce est imitatus, vt posset intelligi.
61. *Proximum*, scil. voce hac significatur vterque sexus.
65. *Astiages*. sc. cuius tempore id accidit, multis ante annis quam Cyrus Babyloniam expugnaret. Quidam tamen putant id pertinere ad sequens caput.

CAPVT XIV.

1. Erat, sc. multo post historiam præcedentem. *Conuiua*, i. familiaris.
Regis, sc. Cyri.
2. *Artaba*, dicitur vnaquæque continere sextarios 72.
Amphoræ, Græc. metretæ.
4. *Carnis*, i. viuentis.
8. *In Bel*, i. contra Bel.
10. *Misce*, i. infunde, sc. in vasa, vide Prou. 9.
19. *Mulierum*, sc. nudis pedibus fuerant omnes ingressi.
31. *Corpora*, i. cadauera forte damnatorum.
32. *Pulmentum*, i. pultem. *Alueolo*, i. vasculo.
34. *Non vidi*, pro, nunquam vidi.
35. *Capillo*, i. per capillos, Græc. coma. *Spiritus sui*, sc. Angeli, vel Abacuc.
37. *Diligentes*, Græc. quærentes.
41. *In momento*, Græc. statim.

OSEAS.

Fuit fere æqualis Isaiæ, Ioel, Abdiæ, Amos, Ionæ & Michææ, sc. eodem fere tempore hi omnes prophetarunt.

Oseas secundum quosdam fuit Ierosolymitanus. Alij tamen aliter sentiunt, vide Epiphan. lib. de Prophet. vita. Prophetauit autem de Iuda, & de Israel.

CAPVT I.

1. Beeri. Quidam putant, cum Prophetæ pater, aut auus nominatur; etiam hos Prophetas intelligendos, quod alij negant, & merito. *Oziæ*, qui & Azarias. *Ioathan* &c. Quid horum cuius regis tempore dixerit, incertum. *Ieroboam*, regnauit huius tempore *Ozias*, sc. cœpit anno huius 27. Additur ergo, vt sciatur quo tempore prophetauerit, sc. non longe a principio regni Oziæ.
2. *Principium*, &c. q.d. primum, quod ei dixit, est quod sequitur. *Loquendi Domino*, Chal. & 70. verbi Domini. *In Osee*, 70. ad Oseam *Fornicationem*, i. valde fornicationib. deditam, sc. volebat Deus significari Idololatriæ Israel assiduitatem. *Filios fornicationum*, sc. qui significent fornicationem filiorum Israel.
Fornicans fornicabitur, i. valde dedita erit Idololatriæ.
3. *Abijt*. Quidam hæc & similia Prophetarum gesta, vt Isaiæ, Ieremiæ & Ezechielis quæ aut turpia videntur, aut impossibilia, solo spiritu facta putant. Alij, facta esse reuera, nec esse quidquam turpe aut impossibile quod Deus præcipiat, & quidem hic fuisse meretricem coniunctam legitimo matrimonio, quod certe honestum.
4. *Adhuc modicum*, i. paulo post, sc. post aliquot annos factum id. *Visitabo*, &c. i. vlciscar sanguinem effusum à Iehu in Iezrael, etsi enim illud fieri Deus voluit, sed ille secundum quosdam animo dominandi fecit, & non parendi Deo. At 4. Reg. 10 apparet placuisse factum Deo, quare potius sensus est, sanguinem, i. peccata (quæ sanguines vocantur in Scriptura, quasi homicidia, sc. animæ, & hic Hebr. sanguines) Iezrael autem pro Israel sumitur cuius erat Metropolis, sicut etiam inf. c. 2.
Iezrael, 70. Israel. *Quiescere*, i. cessare, sc. mittendo captiuos in Assyriam.
5. *Arcum*, i. vires, Chal. fortitudinem bellatorum, sc. Israelitæ, arcu præcipue valebant in prœliis.
In

In valle. Apparet hic fuisse factum prælium cum Assyrijs, vel Iezrael, vt sup. pro Israel.

6. *Misereri*, 70. diligere, sc. nunquam rediere ex captiuitate (etsi id quidam putent) nisi forte pauci cum duabus tribubus ex Babylone redeuntibus. Quidam tamen putant solos rediisse qui antea cum Iuda habitabant, fugientes Idololatriam Israel. Vide 2. Paral 11. & 15. & 30. & Ioseph. 8. Antiq. ca 5. qui postea creuerunt vehementer numero. *Obliuiq̃ne obliuiscar*, i. penitus obliuiscar, 70. aduersando aduersabor eis.

7. *Saluabo*, sc. à Sennacherib liberabo primum, deinde à captiuitate Babylonica. *In Domino*, i. ope Domini, q. d. mea virtute.

8. *Ablactauit*, significatur priuandus Israel Dei lacte, i gratia & consolatione.

9. *Dixit*, sc. Dominus. *Non populus*, &c. q. d. deseram vos omnino. Apparet id nunc in Iudæis omnibus, nedum in decem tribubus adhuc captiuis.

10. *Israel*, sc. secundum spiritum. Transit enim Propheta ad Christianos, qui pene infiniti ab eo præuidebantur. vide Rom. 9. 1. Pet. 2. q. d deserentur a Deo Israelitæ secundum carnem: sed eorum loco succedent alij secundum spiritum. *Numerabitur*, i. potest numerari, sc. arena. *Dicetur*, 70. dictum est, quo modo à Paulo citatur Roman. 9.

11. *Congregabuntur*, sc. in nouam fidem & Ecclesiam.

Iuda, per Iudam Iudæi, per Israel Gentiles conuersi intelliguntur. *Ascendet de terra*, i. crescent, seu in superna tollentur. *Magnus dies*, i. celeberrimum tempus.

Iezrael, i. seminis Dei. sc. filiorum Dei, cum iustificantur & tandem glorificantur.

CAPVT II.

1. DIcite, sc. ô fideles, Chald. dicite ô Prophetæ. *Fratribus vestris*, i. Israeli & gentilitati per Oseę filios significatis. *Sorori*, alludit ad filiam Oseæ, per quam itidem significabantur Israelitæ, & gentes. Forte vero per tres, ob Iudam Israel & gentes, per fœminam autem, quia nomen vni fœmininum, scil. non misericordia, seu immisericordia.

2. *Iudicate*, i. increpate, sc. ô fideles. *Matrem*, sc. synagogam. *Non uxor*, i. non se vt vxorem gerit, sed vt adulteram. *Non vir*, q. d. nec ego ei præstabo quæ solet vir fideli vxori. *Fornicationes*, sc. peccata, vel idolorum cultum, Chald. opera mala. *A facie sua*, Chald. à conspectu suo. *Vberum suorum*, i. sui corporis, q. d. a se: vtitur autem ea voce, persistens in adulterij metaphora, alioqui de Idololatria loquens, Chald. ciuitatis suæ.

3. *Expoliem*, sc. donis meis. *Natiuitatis*, i. antequam accessisset ad Dei cultum, secundum Chald. vide Ezech. 16.

Inuiam, 70. sine aqua, Chald. desertam. *Siti*, i. desiderio rerum, quas non poterit obtinere, & præcipue quam omnes optant, felicitatis, cuius soli iusti compotes fiunt.

4. *Filij fornicationum*, Chald. Idololatræ.

5. *Quia fornicata*, &c. q. d. etiam mater idola coluit, suntque eam filij imitati, sc. plebs imitata Principes & seniores, vel maiores suos *Confusa est*, i. fecit digna confusione, i. pudore. *Amatores*, sc. deos, vel populos, quorum idola colebat. *Panes & aquas*, i. cibum & potum.

Lanam & linum, i. laneas vestes, & lineas, Chald. vestimenta sericea & byssina, 70. vestimenta & linteamina.

Oleum meum, &c. Chald. & omnia alimenta mea, oleum meum, & quæcunque mihi conueniunt.

6. *Sepiam*, &c. q. d. impediam, ne possis egredi, sc. obsidione, tribulationibus, &c.

7. *Sequetur*, sc. desiderio. *Apprehendet*, i. assequetur *Virum meum*, sc. deum. Faciunt id nunc quidam Iudæorum, facient plures in fine sæculi.

8. *Nescinit*, i. non aduertit. *Quæ fecerunt Baal*, Chald. ex quo fecerunt idola. Baal deus Babyloniorum & Sidoniorum. sic dicebatur forte à Belo patre Nini, qui pro deo cultus est, voce paulum mutata Quidam Iouem dicunt sic vocatum, & Iunonem Astarte, de qua Iud. 2. vide Aug. q. 16. In Iud. Dicitur autem Baalim & Astarot plurali numero, ob varia simulacra. sic etiam additur à loco, Phegor, à muscis, Zebub & eius modi alia sunt qui dicant sumi interdum pro quouis idolo. *Baal enim*, בעל dominus seu patronus.

9. *Conuertar*, &c. pro, reuertar, &c. sic vulgari lingua dicimus Tornero à pigliare. *Liberabo*, sc. velut iniq; possessa, 70. auferam. *Ignominiam*, Heb. nuditatem, sc. quam videri turpe est & ignominiosum.

10. *Nunc*, i. breui. *Stultitiam*, sc. quæ tantum benefactorem deseruerit & offenderit, Chald. ignominiam, 70. immunditiam, *Vir*, i. quisquam.

12. *Corrumpam*, i. perdam, sc. per hostes.

Eam, Heb. Chald. & 70. ea, sc. proxime dicta.

In saltum, q. d. redd am incultam, & feris expositam, 70. in testimonium. *Bestia*, sc. hostes. perstat enim in metaphora saltus.

13 *Visitabo*, 70. vlciscar. *Dies Baalim*, i. in tempora, quibus idola coluit. *Inaure*, &c. per hæc reliqua intellige, quibus ornabantur in solemnitatibus idolorum: meminit autem ornatus meretricij, persistens in metaphora, qua cœpit.

14. *Propter hoc*, i. quia tam grauiter laborat.

Lactabo, i. suadebo, alliciam, & velut decipiam id. n. etiam significat lactare, 70. decipiam. sic etiam Hebr. vide Pro. 1. & 16. in eadem significatione, videtur quædam deceptio, cum quis alterius persuasione à priori sententia dimouetur. factum id maxime prædicatione Euangelica. *Ducam*, &c. q. d. faciam vt olim cum ex Ægypto eduxi in desertum, miracula & mire protegam, 70. ponam illam quasi desertam, sc. segregatam à peccatis, & eorum occasionibus *Ad cor*, i. blanda, & consolatoria.

15. *Vinitores*, sc. Apostolos, & prædicatores, Chald. gubernatores eius. *Ex eodem loco*, sc. ex Iudæa, q. d. ex eadem gente, sicut olim Mosen & Aaron. At Isa. 61. dicuntur fore peregrini, sc. dilatata ecclesia per gentes. *Vallem Achor*, &c. q. d. vt olim post turbationem illam, de qua Ios. 7. per Achan factam, secuta sunt prospera punito illo in valle Achor. ita hic fiet: post aduersa dabo spem magnam bonorum, sc. per tribulationes habetur spes. Vide Rom. 5. *Ad aperiendam spem*, Chald. ad delitias animæ, 70. ad aperiendam intelligentiam eius, sc. per aduersa eruditur anima, & deuenit ad consolationem. *Canet*, alludit ad canticum Mosis post transitum maris, 70. humiliabitur.

16. *Baali*, etsi ista voce vterentur vxores ad viros (est n. q. d. vir mi, seu domine mi) tamen ob similitudinem cum nomine Idoli nolebat Deus eius vsum.

17. *Baalim*, i. idolorum, quæ sic vocabantur, quasi domini seu patroni, vt sup. dixi.

18. *Cum eis*, Heb. Chald. & 70. eis, q. d. faciam, vt omnia (etiam feræ) sint eis amica, & veluti fœderata, nihilq; noceat. Vide Isa. 11. de habitatione lupi cum agno, &c. id factum lege Euangelica mansuefactis hominum animis, *Terra*, sc. eorum

19. *Sponsabo*, Chald. stabiliam. *In iustitia*, i. per iustitiam sc. ipsa iustificatio est quædam sponsatio.

Iudicio, sc. per pœnitentiam, qua se homo accusat

sat & punit. *Misericordia*, scilicet ex hac procedit prima iustificatio sine meritis hominis. *Et miserationibus*, significat hæc adiectio maximam misericordiam.

20. *Fide*, sc. hæc fundamentum seu initium iustificationis. *Quia ego Dominus*, Chald. timere à facie Domini.

21. *Exaudiam cœlos*, &c. q.d. dabo aeri copiam imbrium, & ille terræ, & hęc populo meo copiosum reddet fructum dicitur vero per prosopopœiam, more scripturæ, ad maiorem rei expressionem.

22. *Exaudient Iezrael*, Chald. satisfacient populo meo 70. vt sup. Israel, etiam hoc loco.

23. *In terra*, 70. super terram, sc. dilatata per orbem ecclesia velut seminatis vbique fidelibus. *Et miserebor*, &c. 70. & diligam non dilectam, & sic citatur Rom. 9.

CAPVT III.

1. *ADhuc*, &c. Intelligi datur Oseæ vxorem adulterium commisisse, Deumque iubere, ne dimittat, sed amanter retineat, vel de alia sermo est, q.d. dilige illam adulteram, etsi digna non est amore. *Amico*, sc. adultero, vel viro suo vt intelligit Chald. *Filios Israel*, sc. omnes Tribus *Respiciunt*, Chald. conuertuntur. *Vinacia*, i. folliculos, qui manent expressa vua, q.d. vana & inutilia in quibus nihil succi seu boni, quod potest ad idola ipsa referri, vel alia, quæ male amabant relicto Deo.

2. *Fodi*, i. emi. Id enim fodere etiam significat, vt Gen. 50. quia verbum Heb. vtrumque significat, sc. Chald. redemi, vt sit vox Dei, 70. conduxi. Alij ad Prophetam referunt. videtur ergo de alia muliere, & non de Gomer sermo esse, cui Oseas id pretii dederit, tantum ne adulteraretur amplius. Quidam tamen putant duxisse in vxorem à viro repudiatam. *Argenteis* sc. siclis

Coro, &c. sc. 45. modiis: corus enim, qui & chomer 30. modij. Per hæc significantur data à Deo Iudæis bona quędam temporalia interim. quid enim aliud nunc habent? & pauca habent, & cum labore.

3. *Dixi*, verba Prophetæ, seu Dei potius. *Expectabis*, certe expectant Messiam, in eo quidem errantes, quod putant nondum venisse. *Fornicaberis*, i. idola coles, & id seruant. *Viro*, sc. alteri iuncta: colunt quidem Deum, quamquam vano cultu. *Expectabo*, sc. conuertentur tandem Iudæi.

4. *Quia*, &c. explicatio præcedentium. *Sedebunt*, solet id verbum fere de mœstis & desolatis dici, adeoque de viduis. *Rege*, Chald. rege de domo Dauid. *Ephod*, i. veste sacerdotali. 70. sacerdotio. *Theraphim*, i. simulacris, seu idolis, 70. manifestatione, vt sc. alludatur ad Vrim, quod erat in Ephod, Chald. responsa dante, sc. oraculis Dei.

5. *Posthac*, sc. in fine sæculi. *Dauid*, Chald. Christum filium Dauid, vide Ezec. 34. & 37. *Pauebunt*, &c. significatur reuerentia ad Christum. Chald. studebunt cultui Domini. *Bonum*, i. beneficia, & gloriam, & bonitatem, seu misericordiam. *Nouissimo*, &c. sc. tempore Antichristi; quo plurimi Iudæi conuertendi, non enim omnes.

CAPVT IV.

1. *IVdicium* Chald. disceptatio. *Veritas*, i. fides promissorum, seu dictorum. *Scientia*, Chald. timor, sc. scientia Dei intelligitur Deo obedientium, vide 1. Ioan 2.

2. *Maledictum*, i. maledicentia, & conuitium. Chald. periurium. *Inundauerunt*, i. abundarunt. *Et sanguis*, &c. Chald. & aggregant peccata peccatis, sc. vnum aliud excipit. Sanguinem vocat scriptura, & homicidium, & peccatum, quo anima occiditur.

3. *Lugebit*, Chald. vastabitur. *Infirmabitur*, Chald. delebitur. *In bestia*, pro, cum bestia, q.dicat etiam feræ peribunt, Chald. à bestia. *Congregabuntur*, sc. mortui, 70. deficient.

4. *Non arguatur*, &c. q.dicat, perditur opera admonendo istos *Vir*, i. quisq; sc. istorum, 70. non arguat quisquam. *Contradicunt*, q.dicat, non solum reprehendi nolunt, sed etiam contradicunt superioribus & doctoribus.

Hodie, q.d. cito. *Corrues*, sc. in summam calamitatem, videtur captiuitatem significare.

5. *Propheta*, Chald. pseudopropheta. *Nocte*, sc. calamitatis, Chald. tanquam in nocte, coniungit cum pręcedentibus. *Tacere*, sc. præ confusione, Chald. confusione induam congregationem vestram, 70. nocti assimilaui matrem vestram. *Feci*, pro, faciam *Matrem*, i. synagogam, sc. multitudinem, vel principes & seniores.

6. *Conticuit* sc. confusus, Chald. insipiens factus est.

Tu, sc. ô sacerdotum congregatio. *Scientiam*, i. Dei cognitionem, Chald. Dei timorem. *Obliuiscar*, &c. Chald. repellam filios tuos.

7. *Secundum multitudinem*, &c. i. quo plures fuerunt, plus peccarunt, & grauius.

8. *Peccata*, i. oblata pro peccatis à populo.

Comedent, pro, comedere solent. *Ad iniquitatem*, sc. fouendam, seu dissimulandam. *Subleuabunt*. i. solent animum dare, sc. laudando, vel non obiurgando, 70. accipient, q.d. acipiunt personam, ne sc. amittant oblationes, ita in peccatis populus fouetur.

9. *Et erit*, sc. punitus, vt statim explicatur.

Vias, i. opera, q.d. reddam quod merentur.

Cogitationes, i. quæ male cogitauit, seu designauit.

10. *Comedent*, &c. i. se dedunt voluptatibus, seu gulæ, nec satiantur, sc. voluptas non satiat. *Fornicati*, sc. idololatria, vel libidine *Cessauerunt*, 70. dirigentur, i. recte agent sc. relicto vitio. *Custodiendo*, sc. eius præcepta.

11. *Et ebrietas*, pro, id est ebrietas.

Auferunt cor, i. mentem, Chald. in errorem inducunt.

12. *In ligno*, pro, lignum, i. idolum. *Baculus* sc. per baculos, seu virgas, diuinabant idololatræ, vide Ezech. 21.

Annuntiauit, sc. futura, seu quæ volebat scire. *Spiritus*, i. animi ardor: vel dęmonem intelligit, qui ad fornicationem incitat, seu idololatriam:

13. *Fornicabuntur*, sc. me permittente in pœnam vestrorum peccatorum.

14. *Visitabo*, i. puniam, sc. cohibendo, vel non sic grauiter, vt vos *Quoniam ipsi*, &c. q.d. quia vos datis illis exemplum, eoque grauius peccatis. *Effœminatis*, i. scortis masculis, vel sacerdotes Priapi intelliguntur, qui erant veluti fœminæ mollitie & gestibus *Vapulabit*, i. pœnas dabit.

15. *Galgala* sc. ad colendum idola ibi enim colebantur. *Beth Auen*, i. domum iniquitatis, seu vanitatis sic dicebatur Bethel ob idola, Chald. Bethel: erat autem duplex, Altera in sorte Ephraim, quę & Luza, vbi i. idolum posuit Ieroboam, sc. vitulum aureum: altera in Beniamin. vide Ios. 16. & 18. Erat & Bethauen quædam prope Bethel, de qua Ios. 7. *Nec iurauer itis*, &c. q.d. Nolo per me amplius iuretis, quod sitis idololatræ.

16. *Lasciuiens*, i. œstro percita, iugoque; excusso fugiens, Chald. recalcitrans.

Declinauit i. recessit, seu aufugit, Chald. rebellauit *Nunc*, i. breui. *Agnum*, sc. qui ducitur non resistendo, vel q.d. vt agnum mactandum, qui libere finitur pasci. *In latitudine.*, sc. regione Medorum in quam abducetur captiua.

17. *Ephraim*, i. decem tribus. *Dimitte eum*, scil. ô Iuda, Chald. dereliquerunt suam religionem, 70. posuerunt sibi scandala.

18. *Separatum est*, pro, sit separatum à te, vel longe est à Dei cultu, Chald. ex rapina est. *Afferre ignominiam*, i. ignominiosa facere. *Protectores*, scil. Principes & Sacerdotes, Chald. Proceres.

19. *Ligauit.* pro, ligabit. *Spiritus*, i. ventus, q.d. cito volabunt alio captiui. *A sacrificiis*, i. ob sacrificia, sc. idolis facta.

CAPVT V.

1. *Sacerdotes*, videtur de Iuda loqui, quod si de Israel loquitur, intellige sacerdotes, qui ita vocabantur, non enim erant, cum non essent de familia Aaron *Iudicium*, i. condemnatio, sc. adest, vel q.d. ad vos pertinet iudicium, quod tamen peruertitis.

Laqueus, i. scandalum, sc. exemplo, & suasione idololatriæ *Speculationi*, ijs, qui vestræ speculationi, seu curæ sunt commissi, Chald. doctoribus vestris, sc. Prophetis, quos occidere solebant. *Expansum* sc. ad capiendum aues i. animas *Thabor*, mons in Galilæa, qui à Græcis dicitur stabyricum, altissimus & in vertice maxima planicie, Chald. montem excelsum:

2. *Declinastis* sc. offerre in Ierusalem? ne populus rediret ad Regem Iuda, vel declinando à Deo idolis obtulistis. *In profundum*, i. valde, seu vehementer, Chald. sacrificant idolis largissime. *Eruditor*, i. castigator, q.d. puniam, vel cum tamen sæpe eos de eo corripuerim.

3. *Israel*, repetitio. *Quia nunc*, &c. q.d. video quid nunc agat.

5. *Respondebit*, sc. dabit pœnas, quæ merito respondent culpæ. *Arrogantia*, 70. iniuria, *In facie eius*, Chald. ipsis videntibus. *In iniquitate*, i. ob iniquitatem.

Iuda, sc. postea, & ipse ductus in captiuitatem.

6. *In gregibus*, &c. q.d. positi in calamitate quærent Deum per sacrificia. *Ablatus est*, Chald. subtraxit se, 70. declinauit.

7. *Præuaricati sunt*, 70. Dominum dereliquerunt. *Alienos*, sc. à Dei cultu, Chald. ex filiabus gentium. *Nunc*, i. paulo post.

Deuorabit, sc. hostis. *Mensis*, Chald. per singulos menses, sc. subinde vastabuntur. *Partibus*, i substantia, seu possessionibus.

8. *Clangite*, &c. q.d. en adsunt hostes, conuocate vestros ad prœlium. *Gabaa*, & hæc, & Rama in tribu Beniamin, sunt autem vicinæ inter se, & tribus Beniamin, vicina est Ephraim, 70. pro Gabaa, colles, pro Rama, ex celsa vertunt: nam id significant Hebr. Videntur autem admoneri duæ tribus, dum viderint capi Israel ab Assyriis. *Tuba*, sc. ærea, nam buccina cornea.

Vlulate, sc. vt fieri solet in rebus desperatis.

Post tergum, sc. est hostis, vel Bethauen, quæ illi à tergo respectu Ierusalem.

9. *In desolatione erit*, i. vastabitur.

Correptionis, i. punitionis. *Ostendi fidem*, i. ostendam vera me prædixisse.

10. *Assumentes*, 70. transferentes, Chald. mutantes.

Terminum, sc. vicini, vt sibi assumant partem alieni. significat vero transgressionem legis Dei, & in vetitum progressum per idololatriam & peccata alia *Quasi aquam*, sc. cum impetu ruentem.

11. *Patiens est*, pro patietur, q.d. opprimetur ab hostibus, & iniuriis afficietur, *Fractus iudicio*, i. nemine iudicante & illum eripiente, vel q.d. Dei iudicio punitus. *Sordes*, i. idola. Chald. mammonam iniquitatis, 70. vana sc. idola.

12. *Quasi tinea*, &c. q.d. perdam omnino, etsi paulatim dans locum pœnitentiæ. *Putredo.*, i. caries, qua ligna consumuntur.

13. *Languorem*, i. afflictionem. *Vinculum*, i. laborem, Chald. & 70. dolorem, sc. ligatur anima re molesta.

Misit, sc. Iudas. *Regem*, sc. Assur.

Vltorem, i. vindicem, q.d. vt se iuuaret contra aliorum hostium iniurias, vide 4 Reg. 15. & 16.

Sanare, i. liberare omnino, nam tandem expugnati ducemini in captiuitatem.

14. *Leæna*, 70. panthera, vtraque est ferocissima. *Catulus leonis*, 70. leo.

15. *Locum meum*, q. d. deseram vos, vel ad Christi refertur ascensionem, Chald. in habitaculum meum cœleste. *Quaratis*, sc. oppressi malis.

CAPVT VI.

1. *Mane*, i. mature, diligenter, quamprimum.

Venite, sc, dicent alii aliis.

2. *Cœpit*, pro, rapuit, Chald. percussit. *Percutiet*. pro, percussit, vel q.d. etiamsi percussit.

3. *Post duos*, &c. q.d. cito, vel tertio, vt sequitur. *Tertia*, sc. tertia Christus resurrexit, Chald. resurrectionis mortuorum. videtur ad hunc locum Paulus allusisse, 1 Corint. 15. Quidam diem primam intelligunt legis naturalis, secundam scriptæ, tertiam Euangelicæ, vel primam 24. lunæ; secundam, qua passus viuificauit nos: tertiam, qua per resurrectionem fecit, vt resurgamus cum illo.

In conspectu eius, i. ipso fauente, vel ipsi placentes.

Sciemus, sc. per fidem. *Cognoscamus*, sc. per speciem, vel hic magis magisque. *Diluculum*, sc. fugans tenebras.

Egressus eius, i. Christi natiuitas, seu aduentus.

Imber, sc. secundans animas. *Temporaneus*, sc. autumni,

Serotinus, sc. veris.

4. *Quid faciam*, sc. vltra id quod feci, q. d. quid non feci, vt ad me redires? *Vestra*, i. qua volo in vos vti.

Nubes, sc. cito transit, quia peccatis vestris impeditis. vel qua vtimini in alios. sc beneficentia, q. d. parum durat per auaritiam impedita *Mane*, 70. matutinus.

5. *Dolaui in Prophetis*, i. per Prophetas corripui velut ictibus frequentibus pulsans & polire studens, Chald. monui per Prophetas *Occidi*, i. pene enecaui Prophetas ipsos, totiens mittens, & cogens solicite monere.

Et iudicia, &c. q.d. Itaque manifestum erit quam iuste te condemnem, seu puniam, qui toties monitus non resipueris. vel aperte te puniam, scil. toto mundo spectante.

6. *Et non*, pro, non solum, Chald. magis quam, q.d. non mihi placent vestra sacrificia, quia deest vobis misericordia, quam maxime requiro. *Scientiam Dei*, Chald. obseruationem legis Dei.

7. *Sicut Adam*, sc. olim in paradiso.

Ibi, in transgrediendo pactum, vel in terra, vbi

vbi eos posui sicut olim Adam in paradiso, Chald. in terra quam dedi eis. *In me*, i. contra me

8. *Galaad*, est in tribu Gad attributa sacerdotibus, dicta etiam Ramoth Galaad, & Ramatha. Vide Ioseph. 9. Antiq. cap. 4. *Operantium*, i. fabricantium, & colentium. *Idolum*, pro, idola 70. vana, Chald. violentiam.

Supplantata sanguine, i. ob sanguinem à se inique effusum, deiicietur, vt solent supplantati. Chald. effundens sanguinem innocentem.

9. *Fauces*, sc. sitientes sanguinem. *Sacerdotum*, sc. idolorum *Pergentes*, sc. Ierusalem adorandi causa, quos idcirco sacerdotes curabant in via interfici, ad quod Galaaditarum opera vtebantur. *Quia scelus*, &c. q.d. quod grande scelus est, vel, quia ea ratione impie cogitarunt Dei cultum tollere.

10. *Horrendum*. sc. quod sequitur.

11. *Pone messem tibi*, q.d. para te, nam etiam tu meteris ab hostibus. *Cum conuertero*, &c. subtum cassabit punitio per hostes, vel sensus est, est, ô Iuda, non prius messem pones, i. potieris abundantia rerum, quam conuertero te, tum vero bene tibi erit.

CAPVT VII.

1. **M**Endacium, i. iniquitatem, q.d. cum vellem sanare, seu (vt ait Chald.) exquirerem, apparuit iniquitas eius populi. *Et fur*, &c. q.d. & domi furta exercent, & foris, Chald. & domi furantur, & foris grassantur; vel sensus est, & spoliabuntur à suis, & ab hostibus. hi enim solent in scriptura vocari latrunculi, vt 4. Reg. 13. & 24. & quidem milites olim Latine latrones dicebantur, vel à λατρεύειν, i. seruiendo ob stipendium, vel quia solent latronum more grassari, & ex insidiis aggredi lattonum more, qui à latendo forte dicti.

2. *Omnem*, sc. veterem, q.d. Deus nos punit ob vetera peccata. *Nunc*, &c. q.d. etiam nunc peccant grauiter, & multa. *Adinuentionis*, i. studia mala, seu opera.

Coram facie mea, i. me vide nte.

3. *Regem*, scil. Ieroboam, & reliquos volentes idola coli.

Mendaciis, i. iniquitatibus, repetitio.

4. *Adulterantes*, sc. per idololatriam.

Quasi clibanus, i. ardentissime. *Quieuit*, &c. q.d. vt addito fermento expectatur dum tota massa inficiatur, sic illi videbantur aliquando Deum colere; at interim fermentabatur in eorum cordibus idololatria, totique corrupti sunt.

5. *Dies*, pro, in diebus, Chal. die; quo constitutus Rex, sc. Ieroboam *Furere à vino*, i. velut ebrij agere.

Extendit, sc. Rex. *Manum*, q.d. cœpit idola colere,

Illusoribus, 70. pestilentibus id enim significat vox Hebræa, vt Psal. 1. vide etiam Prou. 3. 2. Pet. 3.

6. *Applicauerunt*, sc. subditi. *Insidiaretur*, sc. vellet per fraudem inducere in idololatriam.

Tota nocte, &c. perstat in metaphora clibani, q.d. fecit vt qui totam noctem panes coquit. at inquit, dormiuit. id perinde est, ac si diceret, eius somnus non alius fuit quam coquere. sic solet quis dicere, meus cibus est id facere. *Coquens*, sc. persuadens idololatriam loquitur de Ieroboam. *Succensus* sc. ardore idololatriæ, vel, clibanus intelligitur: sed & is cor significat. *Ignis flamma*, pro, flamma ignis.

7. *Deuorauerunt*, i. perdiderunt, sc. dum eis in malo obsequuntur. *Iudices*, i. principes, seu superiores.

Ceciderunt, sc. per peccatum. *Clamet*, q.d. qui me inuocet vt deum suum.

8. *In populis*, &c. q.d. gentium mores imitabatur, quasi ex ipsis esset, vel se miscuit gentilibus fœdere, estque illos imitatus. *Non reuersatur*, adeoque paulatim consumitur.

9. *Alieni*, i. hostes, sc. Assyrij vel impij qui cultum idolorum persuaserunt. is enim eorum robur spirituale perdidit *Nescinit*, i. non aduertit, seu causam non cogitauit. *Cani effusi*, &c. [illegible]. etiam morti propinquus non resipiscit, nec periculum cogitat. *Ignorauit*, Chald. nesciuit timere me. *In facie eius*, Chald. ipso cernente, 70. in faciem eius, q.d. cum summo pudore & dedecore.

11. *Columba*, sc. hæc facile decipitur, quia simplex, non sagax, *Cor*. i. mentem, seu intelligentiam.

Abierunt, sc. opem petentes. vide 4. Reg. 15. vel pro, abibunt, q.d. tamen in Assyriam captiui migrabunt.

12. *Cum profecti fuerint*, sc. in Ægyptum, auxilium petentes, Chald. quocunque ierint, *Rete*, sc. exercitum Assyriorum. vide 4. Reg. 17. *Detraham*, i. cadere faciam in rete. *Secundum auditionem*, &c. i. sicut olim audiuit synagoga à Mose puniendos si peccarent. vide Deut. 27. & 28. vel secundum quod postulat clamor peccatorum ad me, vt puniam.

13. *Redemi*, sc. ex Ægypti seruitute.

Mendacia, sc. cum dixerunt, Exo 32. Hi sunt dij tui, &c. & Psal. 77. Nunquid Deus parare poterit mensam, &c. vel q.d. operati sunt contra me iniquitatem.

14. *Vlulabant*, sc. idola inuocantes, vel q.d. eiulabant malis pressi, nescientes à me opem petere.

Ruminabant, q.d. abundabant rerum copia, quam dederam. eaque vt bestiæ fruebantur, datorem non agnoscentes.

15. *Erudiui*, sc. per legem. *Brachia*, i. vires, sc. contra hostes *In me*, i. contra me. *Malitiam*, Chald. & 70. mala.

16. *Reuersi*, sc. ad ingenium, seu pristinos mores, Chald. auersi, *Iugo*, Chald. lege. *Dolosus*, sc. qui frangitur, vel alio quam velles sagittam iacit, denique non seruit sagittarij voluntati. *A furore*, i. ob furorem quanta enim insania vocare lignum deum suum? Chald. ob prauitatem.

Ista subsannatio, &c. q.d. sic me deriserunt, seu contempserunt, cum essent in Ægypto, sc. redeunt ad antiquos patrum suorum mores, Chald. ista erant opera eorum dum essent in terra Ægypti.

CAPVT VII.

1. **G**Vtture, pro, ore, q.d. elata voce prædic eis captiuitatem. *Quasi Aquila*, sc. hostis aduenit.

Super, i. contra. *Domum*, i. templum.

2. *Inuoc buns*, sc. in calam itate. *Deus meus* &c. vox inuocantium. *Israel*, i. nos Israelitæ.

3. *Bonum*, sc. Deum, vel bonitatem, i. iustitiam, seu virtutem.

4. *Ex me* i. secundum voluntatem meam.

Cognoui, i. approbaui, sc. quia male regebant, aut inique regnum occuparant, Chald. ex voluntat mea

5. *Proiectus est*, pro, proiicietur, sc. ab hostibus.

Vitulus, sc. quem adoras *In eos*, i. contra eos.

Non poterunt, &c. q.d. quamdiu durabit ista se emendandi difficultas.

6. *Ex Israel*, i. Israelis opus, seu inuentum.

Ipse, sc. vitulus, q.d. adeone esse amentes, vt non aduertant se adorare quod ipsi fecerint? *In aranearum telas*, i. inutile, & non valens defendere se adorantes.

7. *Quia ventum*, &c. q.d. frustra laborabunt,

vt si ventum seminarent. *Turbinem*, i. calamitatem.

Culmus, sc. spicam sustinens *Germen*, i. spica.

8. *Deuoratus est*, pro, deuorabitur, sc. ab hostibus.

Factus est, pro, fiet. *Immundum*, sc. quo vrina & sordes excipiuntur, Chald. & 70. inutile.

9. *Ascenderunt*, pro, ascendent, sc. captiui.

Onager, pro, vt onager, sc. solutus, seu vagans pro suo arbitrio. *Solitarius sibi*, pro, sibi relictus.

Amatoribus, sc. populis, quorum deos colebant, aut ope vtebantur.

10. *Conduxerunt*, sc. opem laturos contra hostes.

Congregabo, sc. tradendos Assyriis. *Quiescent*, &c. q.d. negabunt tributa Regi Assyriorum, id quod eis perniciem afferet. Vide 4. Reg. 17.

11. *Altaria*, sc. idolorum.

12. *Scribam*, pro, scripseram. *Multiplices*, sc. multa dedit præcepta. *Aliena*, i. ad se non pertinẽtes.

13. *Hostias*, etiam Deo immolabant, itaque dicuntur claudicare 3. Reg 18. *Nunc*, i. breui. *Visitabit*, i. puniet, sc. Deus *Conuertentur*, sc. opem petentes, sed frustra, vel loquitur de quibusdam, qui in Ægyptum fugerunt, vide cap. 9.

14. *Delubra*, i. templa idolorum. *Ciuitates eius*, i. Israelis. *Aedes eius*, i. Iuda. ita enim distinguit, Hier., & fauent Heb. vide 4. Reg. 25.

CAPVT IX.

1. SIcut populi, sc. solent, qui Deum nunquam noluerunt, adeoq; nesciunt quam grauiter peccent, quæque illos supplicia maneant. *Mercedem*, sc. meretriciam ab idolis, cum quibus fornicabaris.

Super, i. propter, q.d. expectando ab eis frumenti copiam.

2. *Area*, &c. q.d. puniam egestate *Mentietur*, i. deficiet, sc. non respondebit expectationi eorum.

3. *Habitabunt* sc. diu. *Domini*, i. à Domino data.

Reuersus est, sc. pars eo fugit, cæteris abductis in Assyriam, vel q.d. rediit ad mores, quos olim habuit in Ægypto, Chald. reuertetur. *In Assyriis*, i. inter Assyrios.

Comedit, pro, comederet, sc. cibos lege vetitos.

4. *Vinum*, sc. quod ei placeat *Et non*, pro, quia non.

Placebunt, sc. ipsi *Panis lugentium*, i. immundus, sc. ex contactu immundi vide Num. 19.

Omnes qui, &c. pro, quem quicunque comedit contaminatur. *Anima ipsorum*, i. ipsis, q.d. sibi potius faciunt sacrificia, vt epulentur, quam mihi vt seruiant.

Non intrabit, q.d. panis ille non ab illis mittitur ad templum Dei, sed in sua regione offerunt idolis, aut Deo, cum tamen ille iusserit deferri ad templum.

5. *Solemni* i. cum aderunt festa, nec poteritis captiui ad templum ire, vel die captiuitatis, qui est velut festus Deo punienti & velut hostias mactanti, vide Isa 34.

6. *Profecti sunt*, pro proficiscentur, sc. fugientes.

Memphis, olim Ægypti metropolis, dicitur nunc Cairo *Argentum*, i. ædes multa ædificatæ pecunia.

Vrtica, sc. in eis dirutis nascens. *Lappa*, i. herbæ spinosæ, 70. spinæ Lappa proprie est herba flosculum habens plenum aculeis, qui iniectus in vestem tenaciter adhæret; quo ludo solent pueri deiectari.

7. *Venerunt*, i. prope adsunt *Visitationis*, i. punitionis.

Scitote, pro, scito: *Israel* i. ô Israël, quidam tamen in accusatiuo legunt.

Prophetam, sc. qui tibi prospera prædicabat euentura *Spiritualem*, i. qui Dei spiritum se habere mentiebatur. *Amentia*, sub. hæc tibi calamitas accidit.

8. *Cum Deo meo Propheta*, i. qui debuerat secundum Deum prophetare, & vera docere.

Insania, sc. apparet, q.d. nihil aliud, quam insaniunt isti dum colunt idola.

9. *Profunde*, i. vehemẽter. *Gabaa*. Vide Iud. 19. & 20.

10. *Quas vuas*, &c. q.d. fuit mihi carissimus, vt solent in deserto repertæ vuæ, &c. *Prima*, &c. i. præcoces ficus. *Beelphegor*, sc. idolum Moabitarum vide Num. 25.

Confusionem, i. pudendo idoli cultu. erat Priapi simulacrum.

11. *Auolauit*, pro, auolabit, iungitur cum gloria, sc. gloriabantur quod multi essent: at peribunt etiam in partu, & vtero multi, vel q.d. recessit à me iam inde à puero, vt vel in vtero videantur filii imbibisse parentum impietatem.

12. *Faciam*, sc. filios interficiendo.

In hominibus, i. inter homines *Cum recessero*, sc. deserens eos, 70. Caro meã ex eis.

13. *Tyrus*, pro, velut Tyrus. potest & vt coniungi cum Tyro, & legi, vidi, per parenthesim. Chald. Par erat Tyro in prosperitate, cum legem seruaret.

In pulchritudine i. pulcherrime, seu loco optimo.

Educet, sc. ad bellum.

14. *Da*, pro, dabis, sc. quod merentur, sic infr.

15. *Galgala*, sc. ibi cultus Idolorum *Quia*, pro, idcirco. *Exosos habui*, Chad. execratus sum, 70. odi.

Adinuentionum, i. studiorum, seu operum.

Domo mea, id est, habitaculis quæ dederam. *Diligam*, sc. reducendo è captiuitate. *Recedentes*, scil. à me, seu à recto Chald. rebelles, 70. inobedientes.

16. *Percussus*, &c. præt. pro fut. *Amantissima*, &c. i. filios carissimos.

CAPVT X.

1. FRondosa, i. palmitibus abundans. *Adequatus*, i. respondens palmitum multitudini, 70. abundans. *Secundum multitudinem*, &c. q.d. abusus rerum copia à me data, idola coluit, vel quo plures erant homines, plura idolis altaria extruxerunt, sc. multiplicato populo aucta peccata.

2. *Diuisum*, i. separatum, sc. à me, vel q.d. Alij alia idola colunt, nec inter illos conuenit, tanta est idolorum multitudo, Chald. diuisum à lege. *Confringet*, sc. Deus per hostes ipsorum.

3. *Nunc*, i. breui. *Rex*, sc. qui possit ab hoste defendere. *Timemus*, Chald. & 70. timuimus.

Loquimini, &c. Ironia, q.d. iactate sane verba pseudoprophetarum, qui vobis prospera fore prædicunt.

Ferietis, pro, ferite, q.d. fidite sane mendaciis pseudoprophetarum *Amaritudo*, i. herbæ amaræ, & noxiæ.

Iudicium, i. supplicium, q.d. abundanter pœnas dabitis. *Sulcos*, i. vias vestras, scil. mores studiose ad malum compositos. metaphora à sulcis, vbi herbæ malæ copiose proueniunt

5. *Vaccas*, sc. vitulos à Ieroboam positos. Apparet coluisse vaccas more Ægyptiorum vide 3. Reg. 12.

Bethauen, sc. Bethel vide supra cap. 4. *Luxit*, pro, lugebit. *Eum*, sc. vitulum, q.d. propter eum, quia auferetur ab hostibus.

Et aditui, &c q.d. de quo olim sacerdotes tantopere exultarunt cum coleretur à populo.

Migrauit.

Migrauit; pro, migrabit, sc. gloria illa tempore captiuitatis.

6. *Delatus est*, pro, deferetur, sc. vitulus, vel Israel.

Vltori, sc. quo Deus vtetur ad vltionem, vel à quo Israel olim opera expectabat contra hostes.

In voluntate, i. votis suis, sc. frustratus, vel ob voluntatem suam, qua idola coluit, deumque offendit.

7. *Transire fecit*, i. cito perire, sc. ob idololatriam.

8. *Peccatum*, i. per quæ, seu in quibus peccabat.

Lappa, Chald. & 70. spinæ vide sup c.9.

Dicent, sc. oppressi calamitate, & desperantes.

9. *Ex diebus Gabaa*, sc. tempore, quo accidit quod dicitur Iudic. 19. quo etiam idola quidam colebant, vt dicitur Iudic. 17. & 18. 70. ex quo colles, q.d. ab antiquissimo tempore. *Ibi steterunt*, in iis peccatis perstiterunt.

In Gabaa, pro vt in Gabaa, q.d. grauiori prælio expugnabuntur, quam illud fuit contra Beniamin.

Iniquitatis, i. iniquos, sc. qui abusi vxore Leuitæ.

10. *Duas*, scil. Israel, & Iudæ. Vterque enim idola coluit, vel duas dicit ob cultum idolorum, & pessimos mores.

11. *Docta*, sc. assuefacta, q. dicat, assueti sunt idololatriæ, more bestiarum seruientes. *Transiui*, 70. veniam, sc puniens, vel domans per Assyrios.

Pulchritudinem, i. superbiam seu contumaciam.

Ascendam, sc. vt solet super equum, q.d. subiugabo.

Arabit, sc. seruiet Babyloniis, more iumentorum.

Iacob, i. Israeli, sc. seruiet similiter Assyrijs, vel hæc referenda ad tempus conuersionis, & fidei in Christum.

12. *In iustitia*, i. opera iustitiæ.

Metite, pro, metetis.

In ore, i. secundum os, pro, secundum rationem.

Misericordia, sc. qua vsi fueritis, q.d. sicut seminaueritis, sic metetis: sumitur autem misericordia pro beneficentia, more Scripturæ.

Nouale, sc. auulsis spinis. *Nouale* enim est ager nunc primum proscissus, 70. illuminate vobis lumen scientiæ. *Tempus*, sc. tunc maxime erit.

Venerit, sc. Christus.

13. *Impietatem*, i. per impietatem, seu impie.

Mendacij, i. iniquitatis. *Viis*, i. operibus, 70. curribus. *Fortium*, sc. militum.

14. *Tumultus*, sc. hostium, 70. perditio.

Eius, sc. Gedeonis. vide Iudic. 8.

Matre, &c. id apparet accidisse in exercitu Salmana.

15. *Fecit*, id est, faciet, q.d. si patiemini, ob idola culta in Bethel. *A facie*, i. propter.

Nequitiarum, i. nequissimæ.

CAPVT XI.

1. Sicut *mane*, i. cito. *Transit*, &c. q.d. parum durabit regnum Israelis.

Puer, &c. q.d. cum esset velut in pueritia, sc. in Ægypto inciperet multiplicari, Chald. quando puer erat Israel, &c. *Filium meum*, sic vocat, quod haberet pro filio, eoque carissimo eum populum. Vnde & Exod. 4. primogenitum vocat: Matth. 2. refertur ad Christum sensu allegorico, & secundum quosdam etiam litterali. Vocatus est autem per Mosen, & inde eductus Israel, 70. filios eius Chald. filios eos, q. d. habui pro filiis.

2. *Vocauerunt*, sc. Moses & Aaron, vel Prophetæ.

Sic abierunt, &c. q.d. non tamen obedierunt, sed verterunt terga. *Baalim*, i. idolis vide Exod. 32. Num 25.

3. *Nutritius*, pro, velut nutrix. *Portabam*, &c. q.d. ita defendebam, vt qui paruulum gestat in brachiis ne lædatur. Vide Deut. 1. & 32.

Nescierunt, i. non aduerterunt, aut non curarunt, sc. beneficium non agnouerunt.

4. *Adam*, i. hominis, sc. quibus solent homines ligari, nempe amore & beneficiis.

Traham, pro, trahebam, Chald. traxi.

In vinculis, &c. explicatio præcedentis.

Ero, pro, fui. *Exaltans*, &c. q.d. vt agricola qui iugum aufert, vt boues quiescant, sc. sinebat per desertum quiescere, non semper iter agere. *Super maxillas*, sc. pendens capistrum etiam auferens. *Declinaui*, i. demisi, scilicet è cœlo manna.

5. *Non reuertetur*, &c. q.d. non seruiet quidem iterum Ægyptijs, sed seruiet Assyriis.

6. *Cœpit*, &c. sc. cœperunt paulatim vastari ab Assyrijs. *Electos*, i. fortes.

Comedet, i. perdet, seu interficiet. ideo solet Scriptura dicere in ore gladij sc. deuorat. *Capita*, i. primates, Chald. proceres.

7. *Pendebit*, &c. q.d. exspectabit vt eos liberem, qui velut recedens deseruerim.

Simul, q. d. omnibus, seu & Israeli, & etiam Iudæ postea.

8. *Quomodo dabo*, &c. q.d. quid de te faciam?

Protegam, pro, protegámne? q.d. an dignus es quem defendam? *Sicut Adama*, sc. destruxi cum euerterem Sodomam. per interrogationem legendum, q.d. Nonne mereris similem illis vrbibus euersionem?

Conuersum est, &c. q.d. tamen mutabo sententiam, si tu mutes mores.

Conturbata, &c. i. velut pœnitens conturbabor affectu, q.d. vtar misericordia nisi forte hæc omnia per interrogationem legenda sint, q.d. an mutabo sententiam more hominis? an non exequar punitionem quam statui, & non perdam Ephraim, qui Deus sim iustus, & potens, &c. Quidam tamen ad affectum pietatis referunt, vt cœpi explicare.

9. *Conuertar*, i. permittam, seu sinam, 70. derelinquam. *Deus*, sc. clemens, qui facile flectar, vel iustus, qui puniam & potens cui nemo resistat.

Sanctus, sc. quem sancte colere debueras.

Non ingrediar, &c. q.d. num me quis impediet, ne ciuitatem ingrediar, & te puniam? Scio alios multo aliter explicare, sed cur ita non possit etiam explicari, non video.

10. *Post Dominum*, sc. Christum. id enim videtur ad ea tempora referendum.

Rugiet, sc. contra impios in iudicio. vel contra peccatores prædicatione, sc. magna vi.

Filij maris, i. remotissimi quiq; vt solent esse Insulani, qui nisi per mare adiri non possunt, ad quos prædicatio Euangeli perueniet, vel mundani. mare enim mundum solet significare.

11. *Auolabunt*, sc. ad prædicationem Euangelij ex locis vbi fuerint. nominantur vero Ægyptus & Assyria, quia illuc confugituri erant aliqui, & huc reliqui abducendi. *Columba*, sc. celeriter. *Domibus*, scilicet, ecclesiis particularibus.

12. *Negatione*, Chald. & 70. mendacio, q.d. non me vere colit, sed ficte *Iudas*, i. multi ex Iuda.

Testis, i. testans Dei bonitatem, & potentiam, eiusque cultum defendens.

Descendit cum Deo, id, est, ad partes Dei, à quibus Israel alienatus, q. d. tuetur causam Dei.

Cum sanctis, &c. i. pijs, Deumque colentibus, sc. Deum prædicat, vel permanet.

CAPVT XII.

1. P*Ascit ventum*, pro, pascitur vento, i. rem facit inutilem & vanam, sc. colendo idola, vel expectans opem ab Ægyptiis, *Æstum*, i. ventum calidum, & noxium, qualis solet esse in Asia Eurus.

Tota die, i. semper. *Mendacium*, i. nihil profutura, sed spem delusura. *Vastitatem*, i. interitus causas.

Oleum, per id intellige cætera, quæ ferebat, Chald. munera.

2. *Iudicium*, i. expostulatio, seu lis.

3. *Supplantauit*, &c. q.dicat, iam inde ab vtero ei bene feci, cum per supplantationem significaretur percepturus benedictionem. *Directus est*, i. prospere ei successit, Chald. præualuit Angelo, 70. præualuit ad Deum, seu fortiter egit, sc. luctatus cum Angelo qui Deum repræsentabat.

4. *Inualuit*, i. præualuit explicatio præcedentis. *Ad Angelum*, i. cum Angelo luctans. *Confortatus est*, Hebr. & 70. potuit, i. fortiter egit, seu præualuit, Chald. superauit *Fleuit & rogauit*, q.d. supplex petiit ab Angelo benedictionem, forte etiam cum lacrymis. *Inuenit eum*, scil. Iacob Angelum Dei nomine sibi loquentem. Vide Gen. 28.

Nobiscum, i. de nobis, cum sc. posteritatem promitteret vel in patre intelligitur filius etiam locutus.

5. *Exercituum*, 70. omnipotens *Memoriale eius*, i. Iacob Dei semper recordabatur vel Deum omnibus rebus pręferebat.

6. *Conuerteris*, pro, conuertere, futurum pro imperatiuo, more Scripturæ.

7. *Chanaan*, pro, similis est moribus Chananæis.

Dolosa, q.d. defraudat proximum. *Calumniam*, Chald. rapinas, 70. oppressiones.

8. *Idolum*, q.d. satis bonum Deum inueni, qui tantas diuitias repererim, 70. requiem.

Non inuenient, &c. q.d. non poterit inueniri in meis negotiis peccatum iniustitiæ.

Quam peccaui, pro, pro qua peccauerim.

9. *Ex terra*, Chald. qui eduxi te ex terra, 70. eduxi te ex terra. *Faciam*, scil si conuertaris, vel cum conuerteris ad Christum *Festiuitatis*, i. cum lætitia, Chald. antiquis.

10. *Super Prophetas*, Chald. cum Prophetis, 70. ad Prophetas, sc. vt te in viam reducerem. *Visiones multiplicaui*, q.d. Per multas visiones locutus, Chald. Prophetias multiplicaui. *In manu*, i. opera *Assimilatus*, i. vsus similitudinibus, & figuris.

11. *Idolum*, i. falsus Deus, sc. colitur. *Erant*, pro sunt, q.d. si vana colunt, quam opem ab eis expectant?

Acerui, sc. lapidum erunt, q.d. euertentur, & locus arabitur.

12. *In vxorem*, i. pro vxore. *Et in vxorem seruauit*, id est, & pro altera vxore oues etiam seruauit. Vide Gen. 29.

13. *In Propheta*, i. per Prophetam, sc. Mosen.

14. *Amaritudinibus*, i. peccatis, quæ mihi valde displicent. *Sanguis*, i. peccatum, sc. pœna peccati.

Opprobrium, sc. quo Deum affecit *Restituet*, i. reddet, sc. puniendo. Debetur pœna peccato, itaque cum redditur, videtur restitui debitum.

CAPVT XIII.

1. L*Oquente*, sc. olim de colendis idolis.

Ephraim, id est, Ieroboam Rege, qui de tribu Ephraim.

Israel, sc. populum, qui primo visus est exhorrescere ad tantam impietatem. *Deliquit*, sc. tandem persuasus.

In Baal, i. colendo Baal, seu idola. *Mortuus est*, sc. peccato, & se obnoxium fecit mortis supplicio, q.d. ideo occidetur.

2. *Quasi*, 70. secundum, q.d. vt solent à gentilibus fieri. *His*, pro, de iis, vel q.d. Alii aliis dicunt.

Homines, sc. etiam filios sacrificabant. vide Psal. 105.

3. *Matutina*, sc. quæ cito dissoluitur, sub. peribunt, vel cessabit eorum felicitas temporalis.

Puluis, Chald. stipula.

4. *Ægypti*, sc. te eduxi, & dixi quod sequitur.

5. *Cognoui*, 70. paui.

6. *Iuxta pascua sua*, i. cum eos pascerem, Chald. quando nutriui eos.

7. *Pardus*, i. Pantheræ mas. *Assyriorum*, i. qua itur in Assyriam per deserta. Alludit vero ad captiuitatem.

8. *Iecoris*, Heb. Chald. 70. cordis, q.d. viscerum.

Scindet, i. lacerabit.

9. *Perditio tua*, i. tu tibi causa es perditionis.

Tantummodo, q.d. ego solus te possum iuuare; vel ego id solum ago, vt te iuuem, sed non vis.

10 *Iudices tui*, sc. vbi sunt qui te possint defendere?

Dixisti, sc. 1. Reg. 8. *Et Principes*. Apparet eos etiam Iudices petiisse cum Rege.

11. *Dabo*, Chald. & 70. dedi. *In furore meo*, i. iratus.

12. *Colligata*, sc. hærens cordi, q.d. est obstinatus, vel reposita est apud me, vt solent quæ colligantur, sic Deu. 30. nonne hæc condita sunt apud me, &c. Chald. reposita. *Absconditum*, sc. in corde, vel apud Deum Chald. reseruatum, vt puniatur.

13. *Parturientis*, q.d. grauissimi. *Stabit*, i. consistet; 70. sustinebit, i. ferre poterit, vel resistet hostibus.

In contritione, i. dum conterentur, seu occidentur eius filii, sc. populus.

14. *Manu*, i. potestate. *Mortis*, Hebr. & 70. *Inferni*, scil. è limbo aut ne damnentur æterno supplicio. vel Infernus pro morte accipitur, cum præsertim vox Heb. etiam sepulcrum significet, sepulcrumque pro morte accipiatur. *Liberabo*, sc. per Christum.

De morte, repetitio. *Ero mors*, &c. 70. vbi causa tua ô mors, vbi inferne aculeus? vide 1. Corinth. 15. vbi apparet Paulum non legisse *Nixn* sed *nixs*

Morsus, sc. quia eduxit ex inferno aliquos, non omnes. vel q.d. perditio tua. *Abscondita est*, q.d. non video consolationem, sed calamitatem populo huic imminentem iam.

15. *Ipse*, sc. dominus vel hostis. *Ventum*, &c. sc. exercitum Assyriorum. *Deserto*, est quidem desertum inter Assyriam & Iudæam. *Siccabit*, &c. q d. omnino destruet. perstat n. in metaphora venti.

Vasis desiderabilis, i. supellectilis pretiosæ.

CAPVT XIV.

1. P*Ereat*, i. digna est interitu Chald. peccati rea est, 70. peribit, seu destruetur.

Amaritudinem, i. indignationem. *Pereant*, 70. cadent. *Elidantur*, Imper. pro Fut. *Fœtæ*, i. grauidæ, Chald prægnantes, 70. in vtero habentes.

2. *Iniquitate*, i. ob iniquitatem.

3. *Verba*, sc. confessionis peccatorum, & laudis Dei. Chald. verba confessionis. *Bonum*, sc. animum nostrum,

noſtrum, vel q.d. redde nos bonos, tibi deditos.

Vitulos, i. hoſtias ſeu ſacrificia. *Labiorum*, ſc. laudes tuas (ſacrificium laudis honorificabit me) & orationes, 70. fructum labiorum noſtrorum, quod Paulus citat Hebr. 13.

4. *Aſſur*, &c. quaſi dicat nec confidemus poſthac Aſſyriorum opi, nec Ægyptiorum equis. vide Iſa 31.

In te, i. tuus, vel tuæ curæ creditus. *Pupilli*, i. populi, qui eſt velut pupillus.

5. *Sanabo*, ſc. quando conuertentur per Chriſtum.

Contritiones, i. vulnera, ſc. peccatorum.

Spontaneè, i. vltro, ſeu ex mera liberalitate, ſine illorum meritis, 70. manifeſte.

6. *Ros*, ſc. fœcundans terram. *Vt Libani*, q.d. ſtabiliter.

7. *Ibunt*, i. creſcent. *Rami*, ſc. filii, vel virtutes, aut opera *Quaſi oliua*, i. ſpectabilis, fœcunda, & grata.

Gloria, i. ſplendor opum ſeu gratiarum.

Odor, i. fama. *Libani*, i. thuris, vel montis, erat enim odoriferus.

8. *Sedentes*, pro, ſedebuntque, i. quieſcent.

Vmbra, i. protectione. *Eius*, Chald. Chriſti ſui.

Tritico, i. Euchariſtia quæ ſub ſpecie tritici panis.

Quaſi vinea, ſc. latiſſime. *Memoriale*, i. memoria.

Eius, ſc. populi, vel Dei. *Libani*, i. templi ſcil. in templo. Offerri ſolitum, q.d. optimum, ſc. ſuaue, & lætificans, vel montis Libani. quod optimum erat.

9. *Ephraim*, ſc. conuerſus dicet, vel ô Ephraim.

Virentem, ſc abies ſemper viret. Chald. pulchram.

Ex me, i. me largiente. *Fructus*, Chald. remiſſio.

Inuentus eſt, Chald. inuenietur.

10. *Iſta*, ſc. ſupra dicta, præſertim de Chriſti myſteriis.

Intelligens, &c. repetitio. *Recta*, ſc. ducentes recta ad felicitatem. *Via*, i. præcepta.

Corruens in eis, Chald. tradentur gehennæ, quod non ambulauerint, per illas.

I O E L.

Fuit tempore Oſeæ. De duabus Tribubus prophetat. nam Oſeas de omnibus.

CAPVT I.

3. SVPER, i. de.

4 *Eruca*, vermis eſt herbas rodens, & frutices. *Bruchus*, ſpecies eſt locuſtæ, alatus vermis, folia arborum rodens. *Rubigo*, vitium frugum, & plantarum ex corrupto aere, vulgo Nebula, per hęc vero intelligitur Iudeæ per Chaldęos vaſtatio, vt ſtatim explicatur. quater vero vaſtata, vt in libris Reg. ſcribitur, ſc. tempore Ioacim, Ioachin, Sedeciæ, & tandem per Nabuzardan.

5. *Ebrij*, ſc. voluptatibus *Bibitis*, i. ſoletis bibere.

In dulcedine, i. dulce, ſc. dulces voluptates improbis, 70. ad ebrietatem. *Periit*, pro, peribit cito, i. auferetur vobis, 70. ablatum eſt.

6. *Gens*, &c. loquitur de exercitu ſub metaphora locuſtarum, quæ ſolent vaſtare omnia quacunque eunt, & de populo ſub vitis, & arborum nominibus.

7. *Proiecit*, ſc. in terram frondes, ſeu corticem.

Albi, ſc. ſublato cortice.

8. *Virgo*, i. adoleſcentula *Pubertatis ſuæ*, i. quem pubes accepit. Chald. adoleſcentiæ, 70. virginem, i. qui virginem duxit.

9. *Periit*, præt. pro futuris. ſic etiam inf. Chald. ceſſauit, 70. ablatum eſt. *Libatio*, adhibebatur hæc ſacrificiis vide Num. 28.

10. *Luxit*, Chald. deſolata eſt, 70. lugeat.

Confuſum, ſc. quod modicum eſſet, & expectationi non reſponderet, Chald. aruerunt vites. *Elanguit*, i. defecit, 70. imminutum eſt.

11. *Confuſi*, i. pudore ſuffuſi. *Vlulauerunt*, ſc. præ dolore.

12. *Confuſa eſt*, Chald. & 70. aruit. *Elanguit*, Chald. decidere, 70. imminutæ ſunt. *Confuſum*, Chald. deſiit.

13. *Accingite*, ſc. ſaccis. *Interiit*, 70. defecit.

14. *Sanctificate*, i. indicite, vel ſancte obſeruate; Chald. decernite. *Cœtum*, ſc. ad orationem.

Terræ, ſc. veſtræ.

15. *A, a, a*. Hebr. Ahah. i. heu, 70. hei mihi, hei mihi. *Dies*, q d. væ diei, Chal. propter diem.

Dies, i. tempus punitionis *Potente*, ſc. Deo, Chald. omnipotente.

16. *Veſtris*, ſic 70. at Heb. & Chald. noſtris.

Alimenta, ſc. ſacerdotum, q.d. ſacrificia. *Perierunt*, pro, peribunt, ſc. deficient.

17. *Computruerunt*, pro, morientur, ſcil. præ inedia.

Stercore, i. ſtabulis. *Confuſum eſt*, Chald. defecit, 70. arefactum eſt.

19. *Ignis*, ſc. Chaldæorum vaſtatio, vel etiam incendium. *Speciosa*, ſc. paſcua, Chald. habitacula ſic & inf.

Deſerti, i. terræ, quæ ſic. deſerta effecta eſt.

20. *Quaſi area ſitiens imbrem.* ſc. areola vbi aliquid eſt ſeminatum. id tamen non eſt Heb. Chald. aut in 70.

Exſiccati, ſc. per hoſtes obturantes, aut interrumpentes riuos.

CAPVT II.

1. TVba, ſc. conuocando populum ad pœnitentiam.

Sancto, ita dicitur ob templum in eo ſitum.

Terra, ſc. huius. *Domini*, ſc puniturí. poteſt etiam ad diem iudicij referri.

2. *Tenebrarum*, &c. i. calamitatis & mœſtitiæ, vt contra lux lætitiam & proſperitatem ſignificat.

Mane, i. lux ſolis, qui ſtatim, vt oritur, omnia luce occupat. *Similis ei* ſc. tam noxius Iudææ.

In annos, &c. q.d. in multas ætates, poſtea certè plus nocuere Romani.

3. *Ignis*, pro, velut ignis. *Coram eo*, i. ante eius aduentum.

4. *Quaſi aſpectus*, &c. q.d. ſimiles equis de locuſtis loquitur, ſed milites intelligit, totus enim

ermo metaphoricus. *Deserti*, i. vasta.

6. *Ollam*, i. ollæ colorem, sc. nigredinem præ timore, Chald. nigri quasi ollæ.

7. *Fortes*, sc. viri. *Viri in viis*, Hebr. vir in viis, pro, quisque in viis, q.d. more exercitus procedent ordine.

8. *Fratrem suum*, i. alterum, seu socium.

Demolientur, i. lædentur, 70. consumentur. indicatur vero per id quod solent locustæ, milites portis clausis per fenestras irruituros.

10. *Terra*, i. homines, vel hyperbole est ad exaggerandam calamitatem, vel de iudicij die sermo est. possunt & per cœlos intelligi Principes & nobiles, &c. vel tantam fore copiam locustarum, vt solum obscurent in aere volantes, sc. exercitum hostium immensum.

11. *Dedit*, 70. dabit. *Vocem*, sc. signum ad bellum more ducis forte tonitruum intelligitur, tunc etiam audiendum. vide 1. Reg. 12. Psal. 17. *Sui*, sc. quo vtetur, ad puniendum Iudæos. *Verbum*, i. præceptum.

12. *Fletu*, sc. fundendo lacrymas *Planctu*, fit is etiam corporis gestu, aut voce mœrorem indicante.

13. *Scindite corda*, Chald. auferte impietatem cordis vestri. *Vestimenta*, solebant Iudæi hæc scindere in calamitate aut re indigna. *Benignus*, i. facile ignoscens.

Præstabilis super malitia, Heb. pœnitens super malo, i. supplicio, scil. quod cogitauit inferre Chald. reuocans verbum suum ab inducendo malo.

14. *Quis scit*, &c. q.d. forte Dominus non puniet vos.

Conuertatur, sc. ad misericordiam, vel ad vos, à quibus est auersus, vide Ion. 3. locum similem No. vero dici per modum dubitantis; quia non semper Deus sententiam mutat, etiam, si quis pœniteat, sed punit temporaliter.

Post se, loquitur velut de homine, qui quæ veniens attulit dona, discedens reliquit. *Benedictionem*, i. bona, seu abundantiam rerum. *Sacrificium*, &c. i. locum sacrificii, &c. vel vnde possit offerri, & libari.

15. *Canite*, &c. vide sup. *Sanctificate*, sc. operibus, Hier. 2. cont. Ioui.

16. *Sanctificate Ecclesiam*, i. præparate populum, seu inducite ad sanctitatem. *Egrediatur*, &c. q.d. relinquant sponsi delicias.

17. *Vestibulum*, sc. templi. *Altare*, sc. holocausti.

Plorabunt, & dicent pro, plorent, & dicant.

Quare dicunt, pro, dicent, 70. ne dicant.

Vbi est, &c. q.d. ecce qualem Deum habent isti, qui eos non potest defendere. atque id est opprobrium, de quo sup. Vide Psal. 78. & 113.

18. *Zelatus est*, pro zelabitur, i. zelo & amore prosequetur, sc. postquam punierit captiuitate.

Pepercit, pro, parcet.

19. *Respondit*, sc. per me. *Mittam*, sc. post captiuitatem, & spiritualia, quæ per hæc intelliguntur, tempore Christi. *Vltra*, i. per longum tempus. Vide Isa. 2. 3. Reg. 10. 4. Reg. 6. similem locutionem *Opprobrium*, sc. de quo sup.

20. *Eum*, sc. Assyrium, qui inuasit Iudæam postquam rediere ex captiuitate vt dicitur Iudith 5. *Procul faciam*, sc. occiso Holoferne. *Faciem eius*, &c. q.d. exercitum immensum, qui videbitur pertingere à mari Galilææ vsque ad Occidentale. seu magnum. Hyperbole, vel faciam fugere in omnem partem dispersum. vide Iudith. 15. *Fœtor*, sc. cadauerum. *Superbe egit*, Chald. plurima fecit

21. *Magnificauit*, &c. pro, magnificabit facere, i. magnifice tecum aget, sc. cumulans bonis.

22. *Animalia*, &c. Alludit ad id quod supra dixit de gemitu animalium pro pascuis.

Germinauerunt, &c. præt. pro fut.

Virtutem, Chald. fructum.

23. *Sion*, i. ecclesiæ Christi. *Dedit*, pro dabit.

Doctorem, sc. Christum vide Isa. 30.

Matutinum, i. tempestiuum, sc. in autumno tempore seminis.

Serotinum, sc. veris, quo fructus crescunt. Intellige vero gratiam cœlestem, & doctrinam. *In principio*, i. olim, 70. antea, sc. cum mihi seruirent patres vestri sancti.

25. *Raddam*, &c. q.d. præteritam inopiam compensabo gratiarum vbertate. *Fortitudo mea*, Chald. exercitus meus. alludit ad id quod dixit de locustis significantibus exercitum Chaldæorum, per quem deinde significatus exercitus spiritualium hostium.

26. *In sempiternum*, sc. quantum est ex parte gratiæ, quę salit, i. salire facit in vitam æternam.

27. *Israel*, i. populi Christiani. qui Gal. 6. vocatur Israel Dei. *Amplius*, 70. præter me, sc. Deus.

28. *Effundam*, sc. largiter. vide Tit. 3. *Carnem*, i. hominem, q.d. omne hominum genus. *Somnia*, sc. per quæ Deus loquitur. *Visiones*, coniungendum etiam id cum senibus, vt & somnia cum iuuenibus, διὰ τὸ κοινὸ, more Scripturæ.

29. *Seruos*, sc. reliquos etiam non Iudæos, de his enim supra.

30. *Dabo*, sc. in secundo aduentu. *Sanguinem*, sc. prœliorum. de quib. Matt. 24. *Ignem*, i. fulgura, & fulmina, vel ignem præcessurum iudicium de quo, ignis ante ipsum præcedet.

31. *Sanguinem*, i. colorem sãguineum, sc. deliquio.

Horribilis, 70. manifestus, quo modo citatur Act. 2.

32. *Domini*. sc. Christi, sine cuius fide salus non constat. *Monte*, &c. i. in Ecclesia.

Dixit, sc. mihi vel per Isaiam, cap. 2.

Et in residuis, &c. Chal. & liberabuntur illi quos Dominus destinat.

CAPVT III.

1. *DIebus illis*. sc. sub extremum iudicium.

Conuertero, i. reduxero. sc. è seruitute peccati.

2. *Iosaphat*, sc. quæ est inter Ierusalem, & montem Oliueti, vnde Christus in cœlum ascendit. videtur dicta à Rege Iosaphat, cur autem, incertum. Quidam tamen non eam vallem putant hic significari, sed locum diuini iudicij (id enim interpretatur Iosaphat) quicunque ille sit, probabile est ibi iudicaturum, vbi docuit, & iudicatus est, sc. supra Ierusalem, adeoque supra eam vallem.

Disceptabo, i. iudicio contendam, & condemnabo.

Populo, &c. sc. electis. *Disperserunt*, &c. per ea quæ Iudæis acciderunt, significantur persecutiones iustorum.

3. *Sortem*, sc. vt fit in bello super præda.

Prostibulo, sc. vt corpore quęstum faceret. *Vino*, sc. emendo ex pecunia venditionis.

4. *Quid mihi, & vobis*, i. quid mihi vobiscum, seu quid vobis mecum? q.d. finite me, ne mihi sitis molesti.

Tyrus, & cæt. per hos intelliguntur qui fideles persequuntur. *Reddetis*, pro, redditis, q.d. nunquid vos læsi vt vlciscamini, persequentes populum meum?

Etsi, pro, quandoquidem. *Vicissitudinem*, Chald. & 70. retributionem, q.d. puniam ego vos.

5. *Desiderabilia*, i. cara, seu pretiosa, 70. electa. *Pulcherrima*, explicatio præcedentis.

6. *Filiis*

6. *Filij Graecorum*, i. Graecis sic vocabant Gentiles, quod fere Graece loquerentur.

7. *Suscitabo*, i. liberabo. *Conuertam*, Chald. & 70. reddam. *Retributionem*, Chald. mercedem, q.d. quod meretur vestra iniquitas.

8. *Et vendam*, &c. id quia nescitur vnquam factum, quidam referunt ad diem iudicij, quo impij tradendi Sabaeis, i. daemonibus per manus electorum, de quibus Psalm 149. & gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus, &c. Ego putarim factum, etsi Scriptura non dicat quando, certe hic dicit faciendum, non negarim tamen id factum vt reliqua multa, diem Iudicij significare *Sabais*, 70. in captiuitatem. Id enim etiam significat verbum Hebraeum.

Locutus est, Chald. ita decreuit.

9. *Clamate*, 70. praedicate. *Hac*, sc quae sequuntur.

Sanctificate, Chald. praeparate. *Suscitate*, i. excitate.

Robustos, 70. pugnatores. dicuntur haec per Ironiam, q.d. defendite sane vos quantum potestis, non euadetis iudicium meum, & punitionem

11. *Erumpite*, Chald. & 70. congregamini. *De circuitu*, i. vndique. *Ibi*, sc. vbi eritis congregati.

12. *In circuitu*, sc. circum me, vel vallem astantes, nec enim vallis tam exigua omnes capiet.

13. *Mittite* sc. ô Angeli. *Maturauit*, *messis*, Chald. venit tempus finis eorum, 70. adest vindemia, vide Apoc. 14.

Descendite, 70. calcate, Chald. conculcate interfectos.

Plenum, sc. vuis, i. impiis, supplicio conculcandis.

Multiplicata, sc. adeo, vt diutius ferenda non sit.

14. *Populi populi*, i. plurimi populi. *Concisionis*, i. caedis, seu perditionis, sc. vbi damnandi improbi.

15. *Obtenebrati sunt*, praet. pro futuris: significatur vero magna calamitas, more Scripturae, sic sup. 2. & Sopho. 1. Amos 8. sc. afflictis. obscura videntur omnia, & moeror ipse tenebras inducit.

16. *De Sion*. i. regione illa, quae prope Sion, vel existens supra Ierusalem. *Rugiet*, i. proferet terribilem in damnatos sententiam. *Mouebuntur*, i. stupebunt.

Coeli & terra, i. Angeli & homines. *Et Dominus*, sc. tunc erit maxime, vt semper fuit.

17. *Scietis*, sc. electi, q.d. tunc aperte videbitis. *Sion*. i. Ecclesia, quae tunc erit triumphans, hic enim militans. *Sancta*, sc. omnino non habens maculam, aut rugam *Alieni*, sc. improbi, Chald. extranei, vide Apoc. 22.

18. *Stillabunt*, &c. q.d. tunc vero implebitur illud de terra melle, & lacte manante, toties promissum, sc. erit vita iucundissima. *Iuda*, i. terrae beatorum.

Ibunt, sc. perpetuo. *Aqua*, sc. gratiarum & deliciarum.

Torrentem spinarum Heb. & Chald. vallem Sittim, i. spinarum, sc. cedrorum similium colore, & foliis, spinae albae. est autem locus in Moab trans mare mortuum. vide Num. 25, & Mich. 6. significantur vero per eas arbores, quae non putrescunt, beatorum incorruptio, & vitor, qui gloria Dei semper velut fonte irrigantur. Vide Apoc. 22.

19. *Aegyptus*, &c. per haec intelliguntur damnati. *Perditionis*, Chald. vastitatis, 70. desolationis

Sanguinem, sc. martyrum.

20. *Iudaea*, sc. coelestis.

Ingenerat. &c. repetitio.

21. *Mundabo*, &c. q.d. purgabo electos peccatis omnino. *Sion*, sc coelesti, vel terrestri, si superiora ad Christi tempora referantur, vbi Montes Apostoli, Aqua, mel, & lac, doctrina & gratia, &c.

HAMOS.

Fuit tempore Ioel. Prophetat vero de Israel & Iuda.

CAPVT I.

1. IN *pastoribus*, pro ex pastoribus. *Thecua*, vicus est in Monte 12. milliaribus ab Ierusalem, & 6. à Bethlehem ad Meridiem in sorte Iuda. *Terramotus*, sc. de quo Zach. 14. dicitur id accidisse, cum Ozias officium sacerdotale sibi vsurpauit. vide Ioseph. 9. Antiq. cap. 11.

2. *De Sion*, q.d. qui in Sion colitur.

Rugiet, sc. terrebit. *Vocem*, terribilem, repetitio.

Luxerunt, pro, lugebunt, Chald. desolabuntur.

Speciosa pastorum, sc. pascua, Chald. habitacula Regum.

Carmeli, sc. montis, qui prope Ptolemaidem. est enim alter ad Austrum Iudaeae, de quo 1. Reg. 25. significatur vero vastanda praesidia Israel secundum Chald. solet etiam accipi pro loco fertili, & amoeno sensusq; erit perituram fertilitatem Israel, & opes, vel etiam aliarum gentium, contra quas itidem prophetat.

3. *Super tribus & super quatuor*, i. tam multis, significatur enim multitudo, siue quod ista septem faciunt, qui numerus in Scriptura multitudinem significat, siue quod vulgo ter & quater multa significant. certe Genuenses cum saepissime volunt dicere, ter vel quater dicunt, & Virgilius, ô terque quaterque beati, id est, plurimum.

Conuertam eum, sc. ad me, ignoscens ei, Chald. parcam eis, sic. & inf. *Eum*, sc. populum.

Plaustris, Chald. Tribulis 70. serris. *Galaad*. sc. habitatores, Chald. habitatores Galaad, 70. grauidas Galaad. vide 4. Reg. 7.

4. *Domum*, i. familiam, sc. posteros. *Hazael*, sc. Regis Syrorum. *Domos*, Chald. palatia. *Benhadad*, scil. filii Hazaelis.

5. *Vectem*, i. portas vrbis, quae vectibus clauduntur, Chald. robur, 70. vectes. *Campo idoli*, i. planicie Damasci colentis idola. *Voluptatis*, i. plena deliciis.

Cyrenen. sc. Mediae ciuitatem vide 4. Reg. 16.

6. *Captiuitatem*, sc. captiuos Iudaeos. *Perfectum* q.d. omnes, Chald. perfecto exilio. *Concluderent*, sc. velut carcere. *In Idumaea*, sc. traditos Idumaeis

7. *Ignem*, sc. hostium exercitum, seu vastationem.

9. *Fratrum*, Chald. fraterni, sc. qui foedus feriunt, fiunt velut fratres.

11. *Fratrem*.

11. *Fratrem suum*, sc. Iudæos, vtrique enim ex Isaac.

Eius, i. ei debitam; vel eius, pro suam. *Vltra*, Chald. in perpetuum. *Vsque in finem*, Chald. in æternum.

12. *Theman*, vrbs est, & regio Idumææ. Chald. Austrum.

Bosra, i. Idumææ.

13. *Dilatandum*, sc. occisis infantibus, ne facti viri recuperarent bello.

14. *Rabbath*, postea dicta Philadelphia.

Vlulatu, i. clamore militum. *Turbine*, i. impetu hostium. *Commotionis*, i. turbationis, Chald. venti, 70. consummationis eius.

15. *Melchom*, i. Rex eorum, vel idolum, quod sic dicebatur. vide Ierem. 49. *Principes*, 70, Sacerdotes, & Principes.

CAPVT II.

1. *INcenderit*, quando id factum, non constat. Hebræi dicunt factum Regi Idumeæ, de quo 4. Reg 3. *Ossa*, sc. è sepulcro effossa. *Vsque ad cinerem*, Chald. eisque pro calce domum suam oblinierit.

2. *Carioth*, vrbs est Moab. *Sonitu*, i. vociferatione & strepitu militari.

3. *Iudicem*, i. Regem.

4. *Iuda*, i. duarum tribuum.

6. *Iustum & pauperem*, Chald. iustos & pauperes, q.d. peruertunt iustam pauperum causam.

Calceamentis, i. re vili, q.d. pro paruo pretio, seu munere ab aduersario oblato, Chald. vt opes possideant, sc. pauperum, quæ valde sunt exiguæ & viles.

7. *Conterunt*, i. conculcant, Chald. causam.

Super, Chald. quasi. *Viam* Chald. causam.

Declinant, Chald. peruertunt. *ierunt*, &c. 70. ingressi sunt ad eandem ancillam, sc. violandam. *Violarent*, q.d. atque ita violarunt, i. contempserunt.

Nomen, &c. q.d. me, qui præcepi ne facerent, sed sancte viuerent.

9. *Vestimentis*, sc. pauperum, Chald. lectulis.

Damnatorum, Chald. rapinæ, 70. ex calumniis.

Dei sui, Chald. idolorum suorum.

9. *Cedrorum*, i. maxima. Hyperbole est.

Eius, abundat more Hebræo. *Contriui*, &c. q.d. penitus destruxi, perstat in arboris metaphora.

10. *In deserto*, Chald. per desertum, 70. in deserto.

11. *Suscitaui*, 70. accepi.

12. *Vinum*, sc. contra præceptum, de quo Num. 6.

Prophetetis, sc. talia, vel q.d. tacete.

13. *Stridebo*, i. sonitum edam, qui longe audiatur, sc. militum quibus vos puniant, seu calamitatis, quam in vos inducam, Chald. coarctabo vos in tribulatione, vt solet coarctari plaustrum onustum manipulis.

Subter vos, i. in loco vestro. dicitur enim Heb. sub se esse, i. loco suo, vel q.d. grauatus mole peccatorum vestrorum. *Fœno*, 70. stipula, sc. paleis.

14. *Peribit fuga*, i. non poterit fugere.

15. *Stabit*, sc. contra hostes.

16. *Inter fortes*, i. qui fortis censetur. *Nudus*, sc. abiectis armis, seu inermis.

CAPVT III.

1. *SVper*, i. ad vel contra, *Cognationem*, i. familiam, 70. tribum.

2. *Conoui*, sc. familiariter, Chald. elegi. *Cognationibus*, i. nationibus. *Visitabo*, 70. vlciscar.

Super, i. contra.

3. *Nisi conuenerit eis*, q.d. non consentitis mecum, ideo non ambulabo vobiscum, sed recedam, nec vos protegam.

4. *Nunquid rugiet*, &c. sensus est: Non temere clamo per Prophetas, & minor, & irascor, nec vos magis effugietis iram meam, quam præda leonem capiam certe, vos laqueo meo quod iam tetendi.

6. *Si clanget*, &c. q.d. cur non timetis minas meas?

Malum, Chald. afflictio, q.d. cum vos apprehenderit calamitas, scitote à me esse, qui sic punio vestra peccata.

6. *Verbum*, i. rem, q.d. prædicit prius per Prophetas mala, vt homines resipiscant.

8. *Timebit*, q.d. quanto magis timendus Deus cum minatur? *Prophetabit*, q.d. num potest Propheta recusare munus creditum à Deo prædicendi mala?

9. *Auditum*, &c. q.d. etiam iudicio hostium vestrorum pessime egistis, & agitis.

10. *Iniquitatem*, i. inique parta, Chald. rapinam

Rapinas, Chald. prædam.

11. *Circuietur*, i. obsidebitur, sc. ab Assyriis.

12. *Eruentur*, sc. pauci aliquot *Plaga*, i. regione, q.d. loco seu angulo, sc. quiescentes, & nihil timentes.

Damasci, q.d. fidentes auxilio Damasci, in eoque velut quiescentes.

13. *Audite*, sc. ô Prophetæ.

14. *Altaris*, sc. dicati idolo.

15. *Hyemalem*, scil. habebant Reges palatia hyemalia, & æstiua. *Eburnea*, Chald. ebore stratæ.

CAPVT IV.

1. *VAccæ pingues*. q.d. ô qui genio indulgetis, & vita estis effœminati: potest & de fœminis intelligi, Chald. diuites substantiis. *Monte*, erat Samaria in monte sita. *Confringitis*, i. opprimitis. *Dominis*, sc. Regibus, vel viris. *Afferte*, &c. q.d. date quibus oblectemur.

2. *In sancto suo*, Chald. per sanctitatem suam, 70. per sanctos suos, *Leuabunt*, Chald. & 70. tollent. *Contis*, i. lanceis, 70. telis *Reliquias*, &c. i. reliquos ex vobis, vel partem carnium vestrarum, vel filios, Chald. filias vestras.

3. *Per aperturas*, sc. muri, 70. nudi. *Contra alteram*, i. coram altera, vel post alteram. *Armon*, i. Armeniam, Chald. vltra montes Armeniæ.

4. *Venite*, &c. q.d. facite sane impie, vt soletis, non longe est cum vos puniam. *Tribus diebus*, sc. adibant idola, ter in anno, vt olim templum, vel forte solebant tribus diebus conuiuari, inuitatis sacerdotibus, ad imitationem eius, quod dicitur Deut. 14. idque quotannis, separatis ad id decimis fructuum.

5. *Laudem*, i. sacrificium laudis, seu gratiarum actionis. *Vocate*, i. indicite, vel nominate, sc. iactabundi.

Voluntarias, sponte oblatas, non cogente præcepto.

Annunciate, i. prædicate, seu diuulgate. *Sic enim*, &c. q.d. quando ita vultis.

6. *Dedi*, 70. dabo *Stuporem*, sc. præ fame, 70. collisionem, sc. præ indignatione ob calamitates, vel præ tremore ob mala impendentia.

7. *Imbrem*, vide 3. Reg. 18. 4. Reg. 8.

9. *Vrente*, sc. segetes perdente. *Aerugine*, vitium est,

est, quo segetes pallescunt, dicitur & ærugo. *Multitudinem*, &c coniunge cum, comedit, &c.

10. *Mortem*, Chald. pestilentiam. *In via Ægypti*, sc. in eos qui ad Ægyptum abierant opem petituri, vel q.d. sicut olim in deserto cum ex Ægypto eduxissem.

Percussi, &c. vide 4. Regum 13. *Vsque ad captiuitatem*, Chald. 70. cum captiuitate. *Putredinem*, Chald. fœtorem.

11. *Torris*, q.d. pene consumpti.

12. *Hæc*, tacet quæ mala, more Scripturæ, quæ solet etiam sic dicere Hæc faciat mihi Dominus, &c. i. grauiter puniat? vel forte intelligit superius dicta, vbi præterita pro futuris accipienda. *In occursum*, 70. ad inuocationem, q.d. age pœnitentiam.

13. *Ventum*, pro ventos. 70. spiritum, quod potest, etiam de hominis anima intelligi. *Eloquium*, i. verbum, sc. præcepta. sic Psal. 147. annunciat verbum suum Iacob, &c. 70. Christum *Gradiens*, &c. q.d. qui est super omnia eleuatus, seu qui omnia etiam sublimia gubernat sua prouidentia. *Exercituum*, 70. omnipotens.

CAPVT V.

1. Leuo, i. sublata voce prædico, vel attollo, vt solet percussurus, Chald. & 70. assumo.

Super, i. contra. *Planctum*. appositiue, q.d. leuo quiddam flebile.

2. *Cecidit*, præt. pro fut. q.d. cadet statu suo, sc. expugnata ab Assyriis. *Virgo*, ita vocantur Regna, quod seruantur vt virgines solent, magna custodia. itaque Chald. solet vertere Regnum *Resurgat*, i. ex captiuitate redeat, & regnet. *In terram suam*, q. d. in sua regione, seu domi suæ in terram vsque deiecta est. *Suscitet*, i. erigat.

3. *Egrediebantur*, sc. ad bellum. *Domo*, pro domibus, i. familiis seu populo.

5. *Bethel*, in locis hic commemoratis idola colebantur *Inutiles*, Heb. in vanitatem, Chald. in nihilum, 70. non ens seu non existens, q.d. ad nihilum redigetur.

6. *Ioseph*, sic dicitur Israel, quia Ephraim (ex cuius tribu Ieroboam) filius fuit Ioseph vnde & Apoc. 7. pro Ephraim positus Ioseph. *Bethel*, pro, Betheli, sc. ignen, 70. domui Israel

7. *Absynthium*, i. amaritudinem, q.d. inique iudicatis, vel viuitis. iudicium enim significat etiam recte viuendi rationem. *In terra*, sc. velut proiectam, & iacentem, Chald. in terram proiicitis.

8. *Facientem*, iunge cum, *Quærite*, quod præcessit.

Arcturum, &c. per hæc signa, quæ sunt Septentrionalia, reliqua etiam intelliguntur. *Vocat*, sc. eleuat per vapores. *Effundit*, sc. ex nubibus.

9. *Subridet*, i. veluti ridendo (sc. facile) vel deridendo immittit. sic Psalm. 2. qui habitat in cœlis, irridebit eos, &c. 70. suscitans.

10. *In porta*, sc. ciuitatis, vbi fiebant iudicia, & erat populi frequentia, adeoque commodum Prophetis concionari. Chald. in domo iudicij. *Loquentem perfecte*, i. de vitæ perfectione, seu sanctitate, Chald. loquentem recta, 70. sermonem sanctum.

11. *Electam*, i. pretiosam *Quadro lapide*, i. pulchras. *Amantissimas*, Heb. Chald. & 70. desiderabiles.

12. *Fortia*, i. grauia, seu grandia. *Iusti*, sc. hominis, vel iusti i. iustitię, 70. conculcantes iustum. *Munus*, sc. vt inique iudicetis. *In porta*, pro, in iudicio.

13. *Tacebit*, sc. desinet monere, videns se operam perdere, vel Deum, iratum, & omnino puniturum.

Malum, vel peccatorum obstinatione vel calamitate certa.

14. *Dixistis*, i. soletis precari, seu optare.

15. *Iudicium* sc. iustum, q.d. rectos iudices. *Ioseph*, i. Israel.

16. *Planctus*, sc. ob calamitates *Quæ foris sunt*, 70. viis. *Væ, væ*, Hebr. Ho, ho. *Sciunt*, scil. ex arte, quæ olim in vsu.

17. *Vineis*, 70. viis *Pertransibo*, sc. puniens, seu percutiens

18. *Desiderantibus*, &c. i. dicentibus, velut si desiderent. Veniat sane iste dies, qui toties prædicitur. vide Ierem 17. vel q.d. væ optantibus, vt veniat Dominus, veniet enim magno ipsorum malo. *Vobis*, sc. optatis, qui puniri meremini, non iuuari *Tenebræ*, i. calamitas.

Lux, i. prosperitas.

19. *Coluber*, sub. sic vobis accidet, sc. vnam, fugientes cladem alia excipiet.

20. *Dies*, sc. ille quem minatur?

21. *Odorem*, q.d. non erunt gratæ mihi vestræ congregationes in festis.

22. *Pinguium*, sc. hostiarum pacificarum.

23. *Carminum*, i. laudum, quibus me celebras, vel idola.

24. *Reuelabitur*, i. apparebit. *Iudicium*, i. supplicium. *Fortis*, iunge etiam cum *Aqua*, Chald. inundans, quidam tamen sic intelligunt, reueletur iudicium. & iustitia copiose, q.dicat, viuite iuste si vultis euadere supplicium.

25. *Obtulistis*, sc. raro Deo sacrificarunt in deserto.

26. *Portastis*, 70. suscepistis, sc. portandum. *Moloch*, dicitur & Melchom Idolum est Ammonitarum, vnde videtur id intelligi de terra promissionis, quidam tamen hæc ad desertum referunt, forte factum cum venissent in terram Moab. Num. 25.

Imaginem, i. simulacrum. *Sydus*, sc. luciferum, secundum Hier. Dicitur autem Remphan, i. tenebræ, seu obscuritas, per irrisionem: quenquam Hebr. non est hæc vox, 70. Rompha. *Adorare*, i. vt adoraretis.

27. *Damascum*, Stephanus Act. 7. dicit Babylonem, sc. vtrumque factum. *Exercituum*, 70. omnipotens.

CAPVT VI.

1. Opulenti estis, Chald. quiete degitis, sc. in rerum temporalium copia. *Pompatice*, i. cum fastu, seu superbe. *Domum*, i. cœtum, vel q.d. inter populum

2. *Chalane*, vrbs est in Babylonia, postea dicta Ctesiphon. *Emath*, quæ postea dicta Antiochia: est & altera de qua inf. quæ dicta post Epiphania, (quæ & Reblatha) quæ minor erat, ideo hic magna dicta illa, ad distinctionem. *Si*, pro an *Latior*, i. fertilior, seu potior fructu, & amœnitate. *Termino*, i. regione.

3. *Malum*, i. calamitosum, sc. captiuitatis. *Solio iniquitatis*, q.d. vt subiecti sitis Regi iniquo, sc. Assyrio: vel iniquitas pro vltione iniquitatis posita, q.d. solio punituro iniquitatem.

4. *De grege*, sc. electum.

5. *Sicut David*, &c. q.d. defendere se volunt exemplo Dauid; cum ille fecerit ad Dei laudem, ipsi ad voluptatem corporis. *Vasa*, i. instrumenta, *Cantici*, i. musica seu ad cantum accommodata.

Vinum, sc. optimum *Phialis*, sc. pretiosis.

Vnguento, fiebat id ex oleo condito aromatibus, vnde interdum oleum vocatur, vt Luc. 7. Cant. 1. *Patiebantur*, pro, compatiuntur, Chald. dolent, *Contritione*, i. contritis, seu afflictis, sc. qui penuria rerum laborant.

Ioseph,

Ioseph, id est, Israelitarum, q.d. fratrum suorum.

7. *In capite*, i. inter primos.

8. *In anima sua*, i. per semetipsum, seu per vitam suam, *Domos*, Chald. palatia. *Ciuitatem*, sc. Samariam.

9. *Morientur* sc. gladio, vel peste.

10. *Eum*, i. vnumquemque eorum.

11. *Finis est*, q.d. nullum est amplius cadauer intus. *Tace*, &c. q.d. ne indignabundus Dei memineris, quasi auctoris tanti mali: sic enim voluit, cui resisti non potest, vel, ne frustra Deum inuoces, actum est enim de nobis.

12. *Mandauit*, i. ita decreuit, seu disposuit.

Maiorem, sc. Israel. *Ruinis*, sc. non redituram ex captiuitate, *Minorem*, sc. Iuda. *Scissionibus*, sc. plaga minori, quia rediit è captiuitate. Hinc apparet esse verba Prophetæ, Chald. percutiet regnum magnum percussione forti, minus vero regnum plaga remissiore.

13. *In petris*, i. per rupes. *Arari*, sc. in saxis.

Bubalis, i. bobus syluestribus, qui vulgo Busali q.d. nemo id facit sanæ mentis, vos autem peius.

Amaritudinem, i. iniquitatem. *Fructum*, i. opus. q.d. cum iuste facere deberetis, facitis iniuste.

14. *In nihilo*, i. rebus vanis, vel idolis. *Cornua*, i. potentiam.

15. *Hemath*, terminus terræ promissionis ad Aquilonem. *Torrentem*, sc. qui prope Rhinocoluram in mare influit, estque terminus ad meridiem. vocatur & torrens Ægypti Num. 34. Ios. 15. quia, sc. diuidit Iudæam ab Ægypto, & quia ex Nilo (vt quidam volunt) deriuatur; quod etiam Hier. hoc loco sentit, vocans Nili riuum.

CAPVT VII.

1. *Fictor*, i. formator, sc. cum facilitate, vt solet figulus, intelligit vero Deum, Chald. creatio, 70. generatio, *In principio*, &c. i. cum solent omnia germinare per imbrem in Vere decidentem. *Serotinus*, sc. imber, q.d. cœperunt germinare res Israeliticæ.

Tonsionem Regis, i. vastationem primam factam ab Assyriis, qua pars Israel à Rege Teglatphalasar abducta est, de quo 4. Reg. 15.

2. *Consummasset*, sc. locusta, i. exercitus Assyrius.

Herbam terræ, i. populum Israel. *Dixi*, sc. Deum orans *Suscitabit* i. restituet. *Paruulus*, i. ad paucos redactus, paruasque vires.

3. *Non erit*, i. non prosus peribit.

4. *Ad ignem*, i. vt igne perderet. sc. Iudam, q.d. iudicans protulit sententiam, vt igne vastaretur per Chaldæos.

Deuorauit, sc. ignis. *Abyssum*, i. aquarum copiam, sc. populi multitudinem. *Partem*, Chald. hæreditatem, scil. templum; quod erat velut pars seu hæreditas Dei.

5. *Quiesce*, Chald. parce.

7. *Super*, i. iuxta. *Trulla*, instrumentum est, quo parietes calce incrustantur, & poliuntur ad fortitudinem sc. & elegantiam.

8. *Ponam*, i. deponam, sc. desinam eos fortificare.

Superinducere, sc. linire, Heb. transire, sc. liniendo, 70. præterire, i. dissimulare & non punire Chald. dimittere eis.

9. *Excelsa*, 70. altaria. *Sanctificationes*, i. templa idolis dedicata, Chald. sacra, 70. festiuitates.

Domum, i. posteros, sc. filium Zachariam, de quo 4. Regum 15.

10. *Rebellauit*, Heb Chald. & 70. coniurauit.

Terra, i. populus. *Sustinere*, i. ferre. *Sermones*, i. Prophetias, seu prædictiones.

12. *Qui vides*, i. ô Propheta. *Fuge*, Chald. & 70. discede, *Comede*, &c. i. viue ibi.

13. *Sanctificatio*, &c. i. locus sanctus, vbi Rex colit suum Deum, domusque regia.

14. *Non sum*, 70. non eram, sc. antea, q.d. non sum officio Propheta, nec ita dudum, sed nunc primum ad id vocatus à Deo *Armentarius*, 70. caprarius, Chald. pecuarius *Vellicans*, i. scalpens, sc. vnguibus, vel ferro. aliter enim fructus ille non prouenit commode,

Sycomoros, arbor est ficui similis fructu, moro vero foliis, dicitur & Sicaminos, tam arbor quam fructus.

15. *Gregem*, Chald. & 70. oues.

16. *Super*, i. contra. *Stillabis*, i. loqueris seu comminaberis. Chald docebis, 70. turbabis. *Idoli*, Heb risus, i. dei ridiculi, sc. idoli.

17. *In gladio cadent*, 70. captiui ducentur.

Humus, q.d. possessionis tuæ. *Metietur*, q.d. diuidetur inter hostes, Chald. sorte diuidetur.

Polluta, Chald. & 70. immunda, sc. idolorum cultu, q.d. gentilium.

CAPVT VIII.

1. *Vncinus*, sc. erat auferendus populus ab Assyriis, vt poma vncino ex arbore, Chald. vas.

2. *Pertransseam*, i. prætercam, sc. omittam impunitum.

3. *Stridebunt*, sc. commoti seu sublati ab hostibus.

Templi, Apparet id dictum de Ierusalem.

Proycietur, sc. cadauer. *Silentium*, sc. erit, vt solet in mortalitate, seu peste.

4. *Conteritis*, i. opprimitis, seu vexatis.

5. *Mensis*, i. festum Neomeniæ, quo non licebat vendere, vt nec sabbato, Auari ergo videbantur per hæc duo festa frequenter occurrentia valde impediri.

Mensuram, sc. in dandis. *Siclum*, sc. pondus, vel monetam, sed & hæc ponderabatur cum soluebatur, vt est videre Gen. 23. Isa. 55. Ier. 32. Intelligunt vero augendum fraude in accipiendis à debitore,

6. *In argento*, Chald. & 70. argento, sc. paruo emptos, seu eorum bona. *Calceamentis*, i. vili pretio. *Quisquilias*. scil. sordes, seu purgamenta.

7. *In superbiam*, i. contra superbiam. *Si*, pro, non, q.d. nunquam obliuiscar.

8. *Commouebitur*, Chald. desolabitur, 70. turbabitur.

Lugebit, Chald. consumetur. *Ascendet*, sc. in captiuitatem. *Fluuius*, q.d. in magno numero.

Eycietur, sc. è terra sua, vel huc illuc diuidetur in regione hostium *Defluet*, i. ad paucitatem redigetur huc illuc diuisus: vel sensus est, ascensurum exercitum copiosum contra illos, & eiiciendos sedibus suis, & ad nihilum redigendos.

9. *Occidet*, &c. i. accidet maxima calamitas in media prosperitate. *Et tenebrescere*, &c. repetitio

10. *Saccum*, &c. sc. in calamitate induebant saccos, seu cilicia & capita tondebant. *Caluitium*, forte significat radendos in captiuitate, vt solent serui.

Eam, sc. terram, 70. eum. *Quasi luctum*, &c. i. in maximo mœrore.

11. *Audiendi*, sc. ab aliquo Propheta. certe post captiuitatem decem tribus nullum habuerunt.

12. *A mari*, sc. Galilææ *Ad mare* sc. magnum significatur

significatur per hæc in omnem partem se conuersuros quærendo verbum Domini. *Verbum*, sc. per Prophetam aliquem.

13. *Die*, sc. captiuitatis, seu obsidionis, q.d. in illa calamitate *Siti*, i. penuria rerum, fortè etiam siti.

14. *In delicto*, i. per idolum. *Dan*, hic etiam idolum colebant. quem Deum vocabant iurantes. *Via*, sc. iurabant etiam per viam, qua ibatur ad idolum. quod ibat in Bersabe.

CAPVT IX.

1. *Altare*, sc. holocausti. *Dixit*, sc. angelo alicui, vel Prophetæ. *Cardinem*, sc. templi. *Commoueantur*, i. cadant. sc. per Romanos destruendum erat. *In capite*, i. præcipuis, vel pro, in caput, sc. reddam, i. puniam. *Nouissimum*, pro, vsque ad nouissimum, q.dicat, omnes, seu ex omni conditione homines, 70. reliquos.

2. *Si descenderint*, &c. Hyperbole, cuius sensus est. Nullo modo euadent supplicium.

3. *Carmeli*, sc. montis. *Celauerint*, i. celare tentauerint. *Serpenti*, 70. draconi, sc. pisci alicui magno.

4. *In malum*, i. ad puniendum. *In bonum*, i. ad fauendum.

5. *Exercituum*. 70. omnipotens. *Tabescit*, i. desolatur, seu consumitur. *Ascendet*, &c. vide sup. c. 8.

6. *Ascensionem suam*, i. altum suum habitaculum, Chald. qui collocauit in excelso maiestatem suam. *Fasciculum*, sc. populi sui, seu electorum, Chald. ecclesiam suam. *Fundauit*, i. firmauit, Chald. decorauit.

7. *Vt filij Æthiopum*, i. Æthiopes, sc. peccatis deformes, vel q.d. vt illi colorem non mutant vnquam, ita nec vos vitam. vide Ier. 13. Cyrene, sc. vrbe Assyriæ, de qua sup. c. 1.

8. *Et conteram*, Chal. & disperdam, 70. & auferam. *Non conteram*, sc. prorsus, nam reliquiæ saluæ fient.

9. *Concutiam*, sc. afflictionibus, & laboribus. *Gentibus*, sc. dispersum. *Concutitur*, sc. frumentum. *Lapillus*, sc. lapilli solent teneri crebro cum grano, cadente puluere, 70. granum.

10. *Tabernaculum Dauid*, i. Ecclesiam Christi. *Cecidit*. sc. in plurimis Iudæorum *Readificabo*, i. instaurabo *Aperturas*, 70. quæ ceciderunt. *Antiquis*, sc. antiquorum sanctorum, Heb. Chald. & 70. sæculi, sc. antiqui.

11. *Possideant* sc. Apostoli, & Episcopi, veluti Christi vicarij. *Reliquias*, ita vocantur quos Deus sibi reliquit, seu elegit ad se tempore suo ducendos. vide Isa. & Mich. 2. Not. vero quod Actor. 15. citatur secundùm 70. sic. Vt requirant cæteri hominum Dominum, sc. facit Deus suos se requirere, & deinde eos possidet. idem autem est. reliquiæ Idumææ, & cæteri hominum. per Idumæos enim gentes omnes intelliguntur, vt statim explicatur, sc. reliqui electi ex omni natione.

Eo quod, &c. q.d. possidebunt meo nomine tanquam meos, id enim est inuocari nomen Dei super aliquem, sc. dici esse Dei seruum, seu populum.

12. *Comprehendet*, &c. q. d. erit tanta fertilitas temporalium. (per quam tamen spiritualis est intelligenda tempore Euangelii) vt duret messis vsque ad tempus arandi, & vindemia vsque dum seminetur.

Montes, sc. Apostoli. *Dulcedinem*, sc. doctrinæ. *Colles*, sc. desertæ olim gentes, seu superbæ.

13. *Conuertam*, &c. i. reducam populum meum è diaboli captiuitate, q.d. liberabo peccatis. *Ciuitates*, sc. ecclesias. *Vinum*, sc. doctrinæ euangelicæ, & gratiæ.

14. *Terra*, sc. ecclesia, vel cœlo.

A B D I A S.

Prophetauit tempore Amos de Idumæis. Putant multi fuisse illum, de quo 3. Regum 18. Alij negant.

CAPVT I.

1. *Visio*, Chald. prophetia. *Ad Edom*, Chald. de Edom 70. Idumææ. *Auditum*, parenthesis est vsque ad, ecce, Chald. nuntium.

Audiuimus, scil. ego, & aliquot alij Prophetæ. vide Ier. 49 70. audiui.

Legatum, &c. i. fecit velut legato misso, ad bellum parati contra Idumæos.

Surgite, &c. vox gentium, sc Babyloniorum.

Eum, sc. Edom, Hebr. Chald. & 70. *Eam*, sc. Idumæam.

2. *Paruulum*, Chald. infirmum. *Dedi*, pro, dabo, i. faciam. *Es*, pro, eris. *Scissuris*, q.d. locis editis, & munitis, eoque superbis, putans te non posse expugnari.

Exaltantem, &c. i. habentem altam sedem. *Solium*, Chald. & 70. habitaculum.

4. *Introiissent*, sc. per diem. *Quomodo conticuisses?* i. tristis maneres? q.d. quanto magis, cum te vastabunt hostes? *Sufficientia*, sub. at hostes omnia auferent.

Vindemiatores, sc. per vim *Reliquissent* ? q.d. certe vel racemum vnum reliquissent, at hostes nihil.

5. *Quomodo scrutati*, &c. q.d. omnia inuestigabunt, & tollent.

6. *Terminum*, sc. hostium regionem, vel q.d. extra terminos tuos. *Fœderis tui*, i. tibi. fœderati. *Pacis tuæ*, i. pacifici tui. *Insidias*, Chald. offendiculum. *In eo*, scil. populo Idumæorum, q.d. nescit cauere, & sibi consulere.

7. *Perdam*, &c, q.d. auferam mentem, qua sibi possent consulere, vel ostendam esse insipientes. *Monte*, sc. habitabant fere in montibus Idumæi.

8. *A meridie*, Chald. habitantes ad meridiem. *Vt intereat*, pro, & interibit.

9. *Interfectionem*, scil. interfecerunt Iudæos aliquot, Idumæi iuncti Babyloniis *Iacob*, i. Iudæos. *In æternum*, sc. æterno supplicio.

10. *Stares*, &c. vide Gen. 35. & Psal. 136. *Aduersus eum*. Heb. Chald. & 70. coram eo, seu è regione eius, sc. tanquam hostis. *Capiebant*, dicitur in præterito, quia factum erat cum puniti sunt Idumæi.

Alieni, 70. alienigenæ, sc. Chaldæi.

12. *Et non despicies*, &c. q.d cum tamen frater non fuisset à te despiciendus, nec tibi lætandum, &c. vel faciam ego, ne amplius possis despicere, lętam, &c. Quidam putant esse Dei monitionem, ne faciat ista, quæ hic dicuntur *In die*, sc. calamitoso. Quidam intelligunt sic, non inspicies, sc. cum voluptate, vel irrisione, diem calamitosum fratris, &c. *Peregrinationis*, i. malorum insolitorum, vel exilii, seu captiuitatis, Chald. confractionis.

Magnificabis os, i. superbe loqueris, sc. insultando.

Angustiæ, 70. tribulationis eorum.

13. *Ingredieris*, sc. vt hostis. *Emiseris* sc. à Chaldæis, qui opera Idumæorum vsi in expugnatione Ierusalem. Ait ergo non debuisse id facere vel monet ne faciat, iuxta ea quæ supra diximus.

14. *Exitibus*, sc. viarum, Chald. biuio. *Reliquos eius*, 70. fugientes ex eis.

15. *Domini*, sc. punituri per Chaldæos. vide Ier. 25. & 51. *Sicut fecisti*, hinc apparet superiora fuisse potius reprehensionem facti, quam monitionem: quasi diceret, punieris quia fecisti, quæ non debueras erga fratres.

Retributionem, i. quod retribuisti Iudæis.

16. *Bibisti*, Chald. lætitiam cepisti, sc. conuiuiis, vt solent victores *Super montem*, i. ob expugnatum montem, scil. Sion, Chald. de subuersione montis.

Bibent, sc. super te, i. te victo lætabuntur.

Omnes, sc. quæ te expugnabunt. *Iugiter*, sc. donec penitus consumaris. *Erunt*, sc. Idumæi.

Sint, pro, fuerint, q.d. penitus deficient.

17. *Saluatio*, scil. redierunt Iudæi ex captiuitate, vel de ecclesia Christi loquitur hic, & in sequentibus, vt multi putant. *Sanctus*, Chald. sancti, Heb. sanctitas, 70. sanctum, q.d. templum. *Possederant*, sc. finitimos hostes, id quidam ad Machabæorum tempora referunt.

18. *Iacob*, sc. duæ tribus *Ioseph*, sc. Israelitæ, qui se iunxerant Iudæis ante captiuitatem, & redierunt ex Babylone cum ipsis.

In eis, sc. Idumæis, velut stipula.

Reliquiæ, sc. fere nulli relinquentur, vel tandem prorsus nulli, vt nunc videre est.

19. *Philisthim*, i. terram Philistæorum.

20. *Transmigratio*, i. captiui, sc. cum è Babylonia redierint. *Filiorum*, Chald. sc. filiorum.

Loca, sc. possidebit. Hæc omnia (vt dixi) alij ad tempora Machabæorum referunt. Alii spiritualiter intelligunt, sc. impleta per prædicationem Euangeli, & quotidie impleri, per ea enim locorum nomina varias orbis regiones intelligi.

20. *Bosphoro*, i. prope Constantinopolim, quo partem Iudæorum aiunt Hebr. esse à Chald. translatam. dicit vero est, pro erit, sc. illo tempore. Forte nomen est vrbis alicuius Assyriæ, aut Chaldææ. Quidam Hispaniam putant significari. *Austri*, i. Iudææ, sc. quas olim possidebant.

21. *Saluatores*, i. propugnatores Iudæorum, seu duces. *Iudicare*, i. vt coerceant, & subiiciant.

Domino, i. colens Dominum, seu Domino subiectum: id autem præcipue in Ecclesia impletum.

IONAS.

Fuit tempore Abdiæ, & præcedentium Prophetarum. Prophetauit contra Niniuem Assyriorum Metropolim.

CAPVT I.

1. ET abundat, more Hebræo.

Ionam. Putant Hebræi fuisse filium Sareptanæ, de quo 3. Reg. 17. Fuit vero ex tribu Zabulon. fuit enim ex Geth, vt dicitur 4 Reg. 14. quæ in ea tribu Iosue 19.

2. *Prædica in ea*, Chald. prophetiza in eam, i. contra eam, sc. quod subuertetur post quadraginta dies, vt dicitur 3. cap. *Ascendit*, sc. clamore velut petens vindictam, vel fœtore.

3. *Fugeret*, causam fugæ ipse c. 4. explicabit.

Tharsis, Chald. mare Quidam putant Ciliciæ Tharsum, alii Charthaginem intelligi, quod hanc vocem, 70. interdum sic vertunt: etiam aliquando mare. hic eandem vocem reliquerunt, sc. *Tharsis*, quod indicat intellexisse eos esse nomen proprium, & quidem tanta eiusdem nominis repetitio hic verisimile id facit, cum præsertim Heb. paulo post mare vocet nomine vsitato, sc. ים Iam.

A facie, i. conspectu, sc. à loco, vbi ei præcipiebat, Chald. ne prophetaret in nomine Domini.

Naulum, i. pretium vecturæ. *Eius*, sc. nauis

In Tharsis, Chald. per mare.

4. *Conteri*, 70. dissolui.

5. *Viri*, Hebr. vir, i. quisque. *Suum*, sc. erant, vt fit, ex variis regionibus. *Vasa*, i. instrumenta, scil. partem rerum, quas nauis portabat, vel vasa, in quibus merces, cum mercibus. *Descendit*, pro, descenderat prius sc. vbi nauim est ingressus. *Dormiebat*, sc. præ mœrore, & fatigatione.

Sopore graui, 70. & stertebat.

6. *Sopore deprimeris*, 70. stertis. *Recogitet de nobis*, Chald. misereatur nostri, 70 saluet nos.

7. *Vir*, i. quisque. *Super Ionam*, scil. Deo ita disponente, qui malo solet vti ad bonum: illæ enim sortes superstitiosæ.

8. *Opus*, i. ars, seu officium. *Quo vadis*? Heb Chald. & 70. vnde venis?

9. *Hebræus*, Chald. Iudæus, 70. seruus Domini.

Timeo, 70. colo.

10. *Timuerunt*, sc. videntes potentiam tantam Dei, quem non colerent. *Quid*, i. cur, vel quomodo, q d. quomodo, ausus es tantum Deum offendere?

Et cessabit, pro, vt cesset.

11. *Ibat*, & intumescebat, i. subinde intumescebat.

14. *Domine*, Hebr. Iehoua, sc. id erat nomen proprium Dei Hebræorum. *In anima*, 70 propter animam, i. vitam quam perdimus. *Des super nos*, i nobis imputes.

Innocentem, sc qui nos nihil læsit, 70. iustum.

Sicut voluisti, &c. q.d. apparet ex his quæ fecisti te id velle quod facimus.

15. *Feruore*, Chald. tempestate, 70. commotione, sc. vt qui apprehenso eo, quem persequebatur, desinit currere.

16. *Immolaue*

16. *Immolauerunt*, sc. vbi in portum venerunt, Chald. promiserunt se sacrificaturos.

Vota, sc. de rebus alijs, vel est ὕστερον πρότερον, pro, vouerunt, & reddiderunt vota, immolantes, &c.

CAPVT II.

1. PIscem 70. cetum, cuiusmodi piscis fuerit incertum, solum enim scriptura fuisse ait grandem: id quod etiam ceti nomen significat. vulgo Balena putatur fuisse *Deglutiret*, sc. proiectum, ne mersus periret.

Tribus, forte non integris, vt nec Christus in sepulcro. cuius id figura.

3. *Clamaui*, sc. cum proijceret in mare.

Inferi, i. ceti, qui velut sepulcrum erat, vel vt Infernus, sc. profundum quiddam & tenebrosum, atque horribile, Chald. de infima abysso. *Exaudisti*, sc. sentiebat se nihil lædi & sperabat se inde liberandum.

4. *Corde*, i. medio. *Flumen*, i. aquæ copia, seu fluctus, 70. flumina *Gurgites*, i. aquarum copia, Chald. tempestates, 70. eleuationes. vide Psalm. 41. vbi eadem prorsus verba, quæ hic, & Heb. & in 70.

5. *Ego dixi*, &c. q.d. putabam me à te derelictum *Videbo*, i. spero me visurum.

6. *Animam*, i. animæ, seu vitæ periculum, Chald. mortem vide similem Psal. 68.

7. *Extremas*, Chald. radices, 70. scissuras, sc. cauernas quæ sunt ad montium radices prope mare.

Vectes, pro. velut vectes, q.d. ita eram conclusus, vt qui vectibus clauditur, *In æternum*, q.d. nisi Dei potentia numquam inde exire possem, sc. ex illis scopulorum cauernis, 70. æterni, q.d. fortissimi *Et*, pro, tamen.

8. *Vt veniat*, pro vt veniret, 70. & veniat, Chald. & venit *Templum*, sc. cœlum, vel templum Ierosolymitanum, vbi Deus solebat exaudire quóque se Ionas animo videtur conuertisse dum oraret.

9. *Custodiunt vanitates*, i. colunt idola.

Misericordiam suam, sc. Deum, à quo misericordia cuique expectanda est.

10. *In voce laudis*, i. laudando te.

Immolabo, sc. hostias.

11. *Dixit*, 70. præcepit.

CAPVT III.

2. LOquor, 70. locutus sum.

3. *Magna*, Heb. & 70. magna Deo. Chald. coram Domino, q.d. re vera magna.

Itinere, 70. quasi itineris viæ. *Trium*, sc. si quis vellet circumire, vel intus totam perambulare.

4. *Itinere*, 70. quasi itinere. *Vnius*, sc. incedebat per vicos prædicans.

Adhuc, i. restant solum, Chald. post.

Quadraginta, 70. tres, Iustinus in Tryph. legit quadraginta tres. Quidam putant ita Ionam dixisse, sed scripturam more suo, quo numero minores solet interdum omittere, posuisse solum 40. Alij putant vitiatum esse à librarijs textum, 70.

5. *In Deum*, Chald. verbo Domini, 70. Deo.

Prædicauerunt, i. indixerunt per præconem, scil Regis auctoritate.

6. *Et peruenit*, pro, nam peruenerat. *Regem*, sc. Sardanapalum, secundum quosdam *Sedit*, mœrentis & lugentis est sedere.

7. *Clamauit*, scilicet præco. *Ore*, i. præcepto. Chald. decreto.

8. *Clament*, sc. homines. *In fortitudine*, Chald. instanter, 70. vehementer. *Vir*, i. quisque. *Via*, i. viuendi ratione. *Manibus*, i. operibus.

9. *Ignoscat*, 70. pœniteat.

10. *Misertus est*, 70. pœnituit, Chald. conuersus est.

Super malitiam, i. malum, Chald. à malo.

CAPVT IV.

1. AFflictus, sc. vidit pœnitentiam illorum, credíditq; Deum parsurum, seque falsum Prophetam putandum, 70. contristatus. *Iratus*, i. tulit impatienter, 70. confusus.

2. *Verbum*, sc. quod dixi, te non facturum quod minabaris, vel verbum. pro re, q.d. causa fugæ meæ.

Tharsis, Chald. mare. *Ignoscens*, Chald. reuocans sententiam, 70. pœnitens.

4. *Putasne bene*, Chald. & 70. nunquid valde. sic. & infr. q.d. quid est quod tantopere doles, nunquid recte?

5. *Contra*, pro, ad. *Accideret*, sc. post quadraginta dies.

6. *Hederam*, sic vertit etiam Aquila, Sym. & Theodot. 70. cucurbitam Hebr. קיקיון qiqaion nomen arbusculæ diuersæ à cucurbita, & hedera, in quas verterunt Interpretes, quia illa Hebræa ignota in alijs regionibus, quidam tamen Recinum putant, quod Græce κίκι. Alii verbum Hebr. commune esse ad cucurbitam etiam & hederam.

Laborauerat, sc. æstu animi, & corporis.

7. *Ascensu*, &c. Chald. sub ascensum auroræ sequentis diei.

8. *Petiuit*, i. optauit. *Animæ suæ*, i. sibi.

9. *Bene*, Chald. & 70. valde. *Irascor*, 70. contristor. *Vsque ad mortem*, q.d. adeo vt pene moriar, vel vt mortem optem.

10. *Doles*, 70. pepercisti, Chald. misertus es, q.d. nolebas vt periret.

11. *Nesciunt*, sc. ob defectum rationis.

Sic, sc. discriminis. *Dexteram, & sinistram*, i. bonum & malum. Hier.

MICHÆAS.

Prophetauit contra Israel & Iuda.

CAPVT I.

1. 
Icheam. Alius est hic ab illo de quo 3. Reg 21. *Morasthiten,* Chald. de Maresa: est hæc in tribu Iuda. vide Ios. 15. Hiero. tamen distinguit à Morasthi, dicens diuersa esse loca.

Super, i. contra.

2. *Populi*, sc. Hebræi. *Terra* sc. Hebræorum.

Plenitudo, i. habitatores, seu quidquid in ea, 70. qui in ea. *Dominus*, Chald. Verbum Domini. *Vobis*, Heb. & 70. in vobis. Chald. contra vos. *In testem*, i. testis, sc. quod vos monuerim. *De templo*, i. cœlo, sc. erit testis, 70. de domo.

3. *Egredietur*, sc. ad puniendum, Chald. conspicuum se ostendet, sc. prodet se Deus per opera *Super excelsa*, q.d. potentes. Chald. robora.

4. *Montes*, i. principes. *Valles*, i. plebei. *Scindentur*, i. liquefient, 70. tabescent.

5. *In scelere*, i. ob scelus, 70. ob impietatem, *Iacob*, sc. decem tribuum. *Istud*, sc. accidet. *Inpeccatis*, i. ob peccata *Israel*, repetitio. Quidam tamen Iudam intelligunt, seu duas tribus.

Samaria, i. idololatria Samariæ. *Excelsa*, sc. vbi colit idola. *Ierusalem*, Chald. in Ierusalem.

6. *Lapides*, sc. ædificiorum. *Reuelabo*, i. detegam, sc. dirutis perietibus, seu muris.

7. *Mercedes*, i. idolis oblata, vel diuitiæ acquisitæ commercio idololatrarum gentium, aut amicitia, vel ipsorum opinione, ob culta idola, Chald. idola.

Idola, Chald. templa idolorum. *Meretrices*, pro meretricii, sc. idololatriæ, 70. fornicationis. *Vsque ad*, &c. q.d. dabuntur aliis idololatris, sc. Assyriis. qui ea putabunt mercedem esse suæ idololatriæ, Chald. in domum colentium idola tradentur. *Reuertentur*, scil. quæ non fuerint combusta.

8. *Plangam*, &c. Chald. plangent, & vlulabunt, ibunt nudi in captiuitatem, &c. 70. planget, & lugebit, ibit discalceata & nuda, faciet planctum. &c.

Draconum. Horum, & struthionum vox dicitur esse valde lugubris, cum dolent. *Struthionum*, 70. filiarum Sirenum.

9. *Plaga*, i. calamitas, vel scelus *Populi mei,* Erat enim Michæas ex tribu Iuda. *Ierusalem*, sc. eo vsq; peruenit exercitus Sennacherib, vel Chaldæorum exercitum intelligit.

10. *Annunciare*, sc. ne lætentur Philistæj audientes.

Ploretis, scil. vt possint hostes videre, aut audire, eoque gaudere. *Domo pulueris*, pro, intra domos dirutas, Chald. in domibus puluerulentis. Heb. Beth Hafrah, quod quidam aiunt esse nomen proprium, vt & reliqua, quæ sequuntur, quod non est improbabile.

11. *Transite vobis*, i. fugite, vel q.d. migrabitis in terram hostilem.

Pulchra. Quidam Samariam intelligunt Heb. Saphir. nomen proprium aliis vrbibus Iuda.

Egressa, sc. sponte, sed vi abducta, Chald. egressa salua.

In exitu, i. via Assyriorum, vel propinquior Assyriis. Quidam Samariam intelligunt. aliis est nomen proprium. Nam Hebr. habitatrix Tsaanan. *Ex vobis*, i. post vos, vel à vobis accipiet, i. intelliget ob vicinitatem Quidam Iudam intelligunt, alii esse nomen vrbis, quia Hebr. Beth Haetsel *Stetit sibimet*, i. non est ausa egredi foras, vel stetit, scil. intacta ab hostibus, cùm vos abduceremini, Intelligunt quidam Iudam, qui postea à Chaldæis abductus.

12. *In bonum*, i. ob amissa bona, vel ad operandum bonum. *In amaritudinibus*, i. peccatis, Hebr. Maroth, quod quidam putant esse vrbis nomen proprium. Alii Iudam intelligunt, seu Ierusalem.

13. *Quadriga*, sc. hostilis. *Stuporis*, sc. causa.

Lachis, scil. eo prius venit Sennacherib vide 4. Reg. 18. Isa. 36. est autem vrbs Iudææ, primaque videtur coluisse idola, vt statim indicatur.

Peccati, sc. idololatriæ.

14. *Dabit*, sc. Lachis. *Emissarios*, i. milites missos, sc. ad petendum opem à Gethæis; sed frustra, quia illi mendaces, nec fidei seruantes.

15. *Hæredem*, sc. rerum tuarum, Assyrium, vel Chaldæum. *Odollam*, est in tribu Iuda vt Maresa.

Gloria, pro, calamitas (per ironiam) seu ignominia.

16. *Decaluare*, &c. id fiebat in luctu, seu calamitate.

Super, i. propter.

Deliciarum tuarum, 70. delicatos tuos.

Aquila, sc. cum ei decidunt plumæ omnes, solet enim mutare plumas omnes, & iuuenescere.

CAPVT II.

1. *Inutile*, Chald. rapinam, 70. labores, i. peccata, quæ laborum causæ sunt, & dolorum: ideoque labores vocantur, & dolores, vt Psal. 9. & 54.

Operamini, i. designatis. *Luce*, &c. q.d. summo manè.

Manus, i. opera.

Calumniabantur, id est, per calumniam opprimebant Chald. & 70. diripiebant.

3. *Superbi*, Chald. & 70. erecti, q.d. deprimam eorum superbiam *Pessimum*, i. calamitosum.

4. *Parabola*, i. prouerbium, seu sermo parabolicus, sc. per similitudines, & metaphoras, quæ solent carminib. adhiberi. *Canticum*, sc. lugubre, Hebr. lamentabitur lamentatio, 70. planctus plangetur. *Cum suauitate*, sc. quæ calamitosi lugentes canunt, hostes solent cum suauitate imitari, cantantes eadem, Chald. in afflictione.

Pars, i hæreditas seu possessio. *Commutata est*, i. transiit in hostium potestatem. *Recedet*, sc. hostis, vel calamitas. *Reuertatur*, sc. hostis. *Diuidat*, sc. inter se.

5. *Mittens*, &c. i. diuidens tibi hæreditatem, seu, possessionem in congregatione Israel. q.d. priuaberis omni possessione.

6. *Loquamini*, &c. sc. solebant talia dicere, qui Prophetis prædicentibus mala non credebant. *Stillabit*, sc. calamitas, q.d. non patientur mala, quæ prædicitis.

7. *Abbreuiatus*, &c. q.d. nunquid tam paruæ est misericordiæ, vt nos perdere velit?

Tales,

Tales, ſc. quales vos Prophetæ prædicitis nos perdendi. Quidam tamen hæc dicta à Propheta intelligunt vt ſenſus ſit: Nunquid Dominus non poteſt facere quod prædicit? aut talia cogitat, qualia vos fingitis?

Verba mea, &c.q.d. nonne ſoleo fauere bonis? Dei verba. *Rectè*, Chald. in veritate. *Graditur*, i. viuit.

8. *In aduerſarium*, ſc. mihi, q.d. meæ voluntati repugnatis. *Deſuper*, &c. ſenſus eſt: Inſuper tunicam, & pallium, vel pallium quod ſuper tunicam eſt.

Suſtuliſtis, ſc. proximo, ſeu pauperi. *Simpliciter*, i. innocenter, ſeu nihil timentes *Conuertiſtis*, &c. i. hoſtiliter eſtis perſecuti.

9. *Deliciarum*, i. in quibus cum viris ſuis delectabiliter viuebant, q.d. ſeparaſtis à viris ſuis.

Laudem meam ſc. à vobis ſeducti idololatria, vel oppreſſi, impediuntur à laude mea: vel ſi paruulis earum, cum ſuperioribus coniungatur, ſenſus erit: Tuliſtis cultum meum, qui idola colatis.

10. *Ite*, ſc. in captiuitatem. Eius, ſc. terræ ob peccata veſtra. *Corrumpetur*, &c. q.d. peſſimè vaſtabitur.

11. *Spiritum*, ſc. propheticum. *Mendacium*, i. falſum, q.d. mallem falſa prædicere ſpiritu proprio, quàm tantam calamitatem, ſpiritu Dei. *Stillabo*, &c.q.d. cogor tamen prædicere tanta mala, quibus velut inebriandi ſitis. *In vinum*, &c. pro, vinum inebrians, vinum verò pro punitione more ſcripturæ, velut ex calice propinata: ebrietas verò pro abundanti potatione, q.d. maximum erit malum.

12. *Congregabo*, ſc. per Euangelicam prædicationem.

Totum, ſc. electos omnes ex Iſrael. *Vnum* ſc. locum, ſeu ouile. *Tumultuabuntur*, &c. q.d. erit maxima multitudo, quæ ſolet tumultum edere, ſc. multis colloquentibus, & ſtrepitum *A multitudine*, Chald. præ frequentia.

13. *Aſcendet*, ſc. in cœlum Chriſtus: *Enim*, non eſt Heb. Chald. aut in 70. *Pandens*, ſc. more aperientis viam præcedendo, & quidem Chriſtus paſſione ſua viam aperuit. *Portam*, ſc. qua hic concludebantur grauati corpore, vel in limbo, vel etiam in purgatorio.

Rex, ſc. Chriſtus.

Capite, i. principio, 70. dux erit.

CAPVT III.

1. *IVdicium*, i. quod iuſtum eſt, quodque oportet fieri ſecundum Dei legem, vide Ier. 5.

2. *Pelles*, q.d. qui facitis pauperibus quod ouibus facit qui decorticat, ſc. crudeliter opprimitis, aut ſpoliatis ſubſtantiis ſuis.

3. *Comederunt*, &c. perſtat in metaphora ouium occiſarum. *Lebete*, ſc. fieri ſolet.

4. *Adinuentionibus*, i. operibus & cogitationibus.

5. *Mordent*, &c. q.d. qui pro eſcis fauſta prædicant, ſc. iis, qui eis dant quod edant. *Sanctificant*, i. indicunt, ſeu nunciant, aut parant, q.d. oppugnant. ſeu hoſtes fiunt.

6. *Nox obis*, ſc. ô pſeudoprophetæ *Nox*, i. calamitas. *Pro viſione*, i. ob viſiones veſtras mendaces.

7. *Confundentur*, ſc. deprehenſis mendaciis ipſorum erubeſcent. *Operient*. ſc. præ pudore. *Reſponſum Dei*, ſcil. vt illi iactabant.

8. *Iudicio & virtute*, explicatio præcedentium, q.d. Dei iudicium, & potentiam prædico

10. *Sion*, Chald. domos in Sion *Sanguinibus*, i. peccatis, ſc. iniquè acquiſita pecunia, ſeu ſanguine pauperum oppreſſorum & à vobis ſpoliatorum.

11. *In muneribus*, i. ob munera. *Requieſcebant*, ſc. temerè de Deo præſumentes quod ipſos eſſet protecturus.

12. *Arabitur*, factum id à Chaldæis, vide Ier. 26.

CAPVT IV.

1. *NOuiſſimo dierum*, Chald. poſtremis dieb us, ſc. Euangelii tempore, de quo 1. Ioan 2. Nouiſſima hora eſt, vel q.d. poſterioribus diebus, vide Gen. 49. *Mons domus Domini*, i. Chriſtus, ſeu altitudo Eccleſiæ, & firmitas inconcuſſa.

Preparatus, i. firmatus, ſtabilitus. Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam *In vertice*, &c. q.d. ſupra omnia, quamuis excelſa. *Et ſublimis*, &c. repetitio, ſeu explicatio præcedentis. Vide. Iſa. 2.

2. *Et properabunt*, &c. repetitio.

Dicent, &c. q.d. ſe mutuo ad fidem, verique Dei cultum hortabuntur id quotidie fit, etiamſi iſta verba non dicantur: fit enim quod his verbis ſignificatur.

Viis ſuis, i. vita ſecùndum eius voluntatem inſtituenda, Chald. vias coram eo rectas. *Ibimus*, i. ambulabimus.

Quia, &c. verba Prophetæ. *Lex*, ſc. Euangelica, quæ ex Ieruſalem dilatata per orbem: vel Sion, pro Eccleſia accipitur, vt ſup.

3. *Iudicabit*, ſc. Chriſtus, vel Eccleſia tanquam ſuperior, ſc. ius dicet. *Populos*, ſc. ſibi ſubiectos.

Multos, i. varios. *Corripiet*, i. caſtigabit, eſt & id ſuperioris *Gentes* Chald. reges. *Vſque in longinquum*, i. remotiſſimas, Chald. i. perpetuum.

Concident, &c. per hæc ſignificatur ſumma pax futura inter obedientes perfectè legi Euangelicæ, quæ docet neminem lædere etiam læſum, nec reſiſtere malo, eaque contemnere vnde ſolet diſcordia, & bellum oriri. Quod ſi dicas: At bella ſunt inter Chriſtianos, & licitum eſt bellum gerere. eſt quidem licitum contra iniquos, quod ad iuſtitiam punitiuam pertinet, quæ non eſt paci contraria. Nec hi qui iuſtè gerunt, aliud quærunt quam vt in pace viuatur. quam quia iniqui impediunt, puniuntur, vt etiam à iudicibus ſcelerati, qui Reipublicæ nocent. Illud tamen ſemper manet, ſi omnes ſecundum Euangelium viuerent, nulla eſſent bella, nulla diſcordia, ſeu inimicitia inter homines *Ligones*, Chald. & 70. falces,

Vir, i. quiſque. *Vineam*, 70. vitem, Chald. fructum vitis ſuæ. *Exercituum*, 70. omnipotentis.

5. *Ambulabunt*, i. viuent, ſeu operabuntur.

In nomine Dei ſui, i. inuocantes Deum ſuum, illique confidentes. *In æternum*, &c. poteſt coniungi cum ambulabimus, & cum Domini, & cæt. *Vltra*, ſc. id quod capit intellectus.

6. *Claudicantem*, ſc. ſynagogam à recta via. v id. 3. Regum 18. 70 contritam, ſc. malis fractam *Afflixeram*, ſc. tribulationibus, 70. repuleram.

7. *Ponam in reliquias*, i. ex. ea mihi aliquos ſumam, ſeu relinquam qui me colant *Eam quæ laborauerat*, Chald. diſperſos, 70. repulſam. *Robuſtam*. Tales Apoſtoli, & quicunque perfecte Chriſtiani, ſc. vincunt hoſtes animæ. *Monte Sion*, i. eccleſia.

8. *Turris gregis*, ſic dicitur Ieruſalem, quod alta ſit, ſc. in montibus, & quia ad eam confluebat grex i. populus Iudæorum ob templum *Nebuloſa*, ſc. caligine ignorantiæ. *Et veniet*, pro, veniet inquam.

Prima, ſc. primum cœpit Chriſti Regnum, i. eius Eccleſia in Ieruſalem, Chald. priſca, q.d. Regnum Dauid, ſed ſpirituale. vide Luc. 1. *Filia Ieruſalem*, i. cœtui, ſeu populo Ieruſalem.

9. *Quare*, &c. q.d. quid te in istam calamitatem induxit? an deerat tibi Deus, & eius Prophetæ? non deerant, sed contempsisti. ideo te dolores isti apprehenderunt.

Rex, sc. Deus, vel Christus. *Consiliarius*, sc. Deus, vel Christus; vel Spiritus sanctus, vel Prophetæ.

10. *Satage*, i. age solicite, Chald. contremisce, 70. viriliter age.

Regione, Chald. & 70. campo, sc. Senaar, vbi Babylonia. *Ibi*, 70. inde.

11. *Nunc*, loquitur vt sup. velut in tempore captiuitatis, seu cladis Ierosolymitanæ *Lapidetur*, pereat, more adulteræ. *Aspiciat*, sc. quod optamus.

12. *Cogitationes*, Chald. secreta.

Fœnum, i. paleam, sc. triturandam, seu conterendam, Chald. & 70. manipulos.

13. *Tritura*, sc. hostes, q.d. contere, quod videtur spiritualiter intelligendum, sc. conuertendo ad fidem, separata palea infidelitatis: alioqui quando Iudæi Chaldeos contriuerunt? Quidam tamen ad Machabæorum tempora referunt, qui hostes multos occiderunt.

Cornu, i. potentiam, seu vires, q.d. maximum robur.

Interficies, sc. destruendo errores, 70. consecrabis.

Rapinas, i. spolia, quæ abstuleris, Chald. facultates, 70. multitudinem. *Fortitudinem*, i. milites, seu diuitias, Chald. pretiosam pecuniam. *Domino*, i. ad Domini gloriam & cultum, seu velut hostiam Domino.

CAPVT V.

1. NVnc, i. paulo post *Vastaberis*, sc. à Chaldæis.

Filia latronis, i. latrociniis, & flagitiis dedita.

Posuerunt, loquitur quasi re præsenti.

In virga, &c. q.d. contumeliose & indignis modis tractabunt. *Iudicis*, Chald. iudicum, sc. principum. Quidam Sedeciam intelligunt, alij Sacerdotes.

2. *Ephrata*, i. dicitur ad distinctionem. est enim altera in Tribu Zabulon. sic. & Matth. 2. additur terra Iuda, olim Bethlehem Ephrata dita. Vide Genes. 35. & 48.

Paruulus es, &c. q.d. paruulus quidem es vicus si conferaris cum præcipuis Iudæ ciuitatibus. At ego te magnam faciam. Ideo Matth. 2. redditus est sensus illis verbis. Nequaquam minima es. Quidam putant per interrogationem legendum, q.d. An paruulus es in millibus Iuda? sub. non certe. Ego malim affirmatiue legi, planus enim sensus est. Es tu quidam paruulus, sed ex te mihi, &c. id quod te faciet magnam, *Millibus*, sic vocantur vrbes, quæ multos habent ciues. ideo Matt. 2. dicitur in principibus, i. præcipuis vrbibus: vel millia Mich. familias vocat. harum autem capita Matt. principes. vide Iudic. 6. *Et te*, pro, at ex te.

Egredietur, Chald. prodibit Christus.

Dominator, 70. princeps. *Israel*, sc. secundum spiritum. *Egressus*, i. natiuitas ex patre. est autem plurale & Hebr. & in 70. quo solet vti scriptura ad rei alicuius magnitudinem demonstrandam. sic Deum vocat Elohim, i. dij: Adonai, i. Domini nostri. *Ab initio*, i. ante omnia, sc. ab æterno vt statim declarat, sic Io. 1. sumitur initium, seu principium.

3. *Propter hoc*, i. quia ex eis Christus nasciturus *Dabit*, i. sinet viuere, & permanere, sc. conseruabit.

Parturiens, sc. gentilitas, vel B. Maria, vel Ecclesia.

Pariet, sc. Spiritum salutis, vel Christum, vel filios in Christo. *Eius*, sc. Christi, qui est ex Iudæis secundum carnem. *Filios Israel*, i. Christianos, sc. amplectentes eorum fidem.

4. *Stabit*, sc. Christus. q.d. semper regnabit, vel paratus erit fauere. *Sublimitate*, Chald. magnitudine, 70. gloria. *Nominis*, i. virtutis, vel nomen pro re, cuius est nomen ponitur. *Conuertentur*, sc. ad Christum.

Nunc, sc. illo tempore. *Manificabitur*, i. magnus apparebit, sc. in suis.

5. *Iste*, sc. Christus, ipse enim est pax nostra.

Assyrius, i. ecclesiæ hostes, cuius tunc figura Assyrij.

Et quando &c. repetitio. *Super*, i. contra.

Septem, i. multos *Pastores*, sc. Episcopos, & Ecclesiarum rectores *Octo*, i. plurimos. addit enim ad septem.

Primates homines, repetitio, Chald. principes hominum, sc. fidelium.

6. *Pascent*, i. gubernabunt *Gladio*, sc. verbi Dei.

Nemrod, etiam per istum, vt per Assur intelliguntur hostes Ecclesiæ, seu infideles. *Lanceis*, i. armis spiritualibus. *Eius*, sc. terræ possessæ, i. ecclesiæ iam effectæ.

7. *Ros*, q.d. fœcundantes doctrina, & exemplo terram, i. homines. *Virum*, i. operam hominis, sc. irrigantis: est enim Dei opus, seu cœlestis gratiæ.

8. *Iniumentis*, i. inter bestias, q.d. nemo poterit resistere spiritui, qui per eos loquetur, & operabitur.

Exaltabitur, i. præualebit. *Tua*, sc. ô Israel, vel Christe. *Super*, i. contra. *Interibunt*, sc. quantum ad infidelitatem, & vitia.

10. *Equos*, &c. q.d. omnia præsidia, & arma, quibus fidem oppugnabas. loquitur gentilitati ad fidem conuersæ.

Ciuitates, sc. quantum ad infidelitatem.

15. *Non audierunt*, i. audire contempserunt, sc. Euangelium, seu obedire noluerunt.

CAPVT VI.

1. COntende iudicio, i. argue Dei nomine.

Montes, i. principes, vel superbos.

Colles, repetitio: vel qui minores dignitate.

2. *Iudicium*, i. increpationem, seu disceptationem.

Fundamenta, sc. superiores, qui vrbes sustinent.

Terra, sc. populorum. *Diiudicabitur*, i. disceptabit, more eorum, qui iudicio contendunt, vide Isa. 43.

4. *Quia*, abundat more Hebræo. *Seruientium*, Chald. & 70. seruitutis. *Moysen*, &c. Chald. Mosen vt populum doceret: *Aaron*, vt expiaret: *Mariam*, vt mulieres instrueret.

5. *Settim*, locus est in deserto, seu campestribus Moab: sensus vero est, quid tecum fecerim à Settim vsque Galgala, sc. quantis affecerim beneficiis, vel quantum tibi nocere voluerit *Balaam*, cum Balac vsque dum venires Galgala, sc. in terram promissionis; vtque te defenderim.

Iustitias, i. misericordias, sc. beneficia.

6. *Quid*, &c. Loquitur in populi persona, vt sic instruat. *Dignum*, i. idoneum ad eum placandum.

Curuabo

Curuabo, &c. q.d. ſufficietne genua curuare? Non. atque ita intellige reliqua, vſque ad iudicabo, &c.

Anniculos, q.d. teneros. videtur autem alludere. ad illud, Exod. 12. Maſculus anniculus, &c.

7. *Pro peccato*, Chald. pro expiatione peccatorum.

8. ô. non eſt Heb. Chald. aut in 70. videtur additum explicandi cauſa, & recte quidem. *Iudicium*, ſc. te condemnando vt peccatorem, & humiliter pro peccatis ſatisfaciendo *Diligere*, adeoque prompte exercere.

Miſericordiam, ſc. in proximum.

Solicitum, Chald. humilem. *Ambulare cum Deo*, i. coram Deo conuerſari, ſc. ei obediendo, & placendo, Chald. ambulare in timore Dei.

9. *Et ſalus*, &c. q.d. atque illi ſaluabuntur, qui Deum timentes fecerint quod per Prophetas clamando docet.

Nomen eius, pro, ipſum. *Tribus*, ſc. Iſrael.

Et quis, &c. q.d. quotuſquiſq; eſt qui approbet à Deo dictum, & faciat?

10. *Adhuc*, ſc. poſt tot Dei monitiones.

Ignis, ſc. auaritiæ, ſeu iniquitatis. animam enim more ignis conſumit. *Minor*, ſc. quam par eſt *Ira*. ſc. Dei, q.d. Dei, iram prouocans.

11. *Iuſtificabo*, i. approbabo. *Sacculi*, pro, ſacculi, ſc. in ſacculis pondera aſſeruabantur.

12. *Eius*, ſc. ciuitatis. *Iniquitate*, i. inique partis opibus.

13. *Perditione*, i. calamitatibus. *Super*, i. propter.

14. *Humiliatio*, i. afflictio. *In medio tui*, i. regione tua, ſc. erit. *Apprehendes*, ſc. caros tibi, vt ab hoſte ſerues.

15. *Calcabis*, ſc. ad exprimendum oleum.

16. *Amri*. Hic & eius filius Achab renouarunt, ſeu auxerunt idololatriam in Iſrael. *Voluntatibus*, i. iis, quæ volebant, 70. conſiliis. Comp. voluptatibus.

Vt darem, &c. q.d. atque ita meritus es, vt te perdam.

Sibilum, ſc. irridentium te, vel calamitatem ſtupentium, Chald. ſtuporem.

Populi mei, i. quod populo meo ſum comminatus Deut. 28. vel pœnas opprobrij, quo affeciſtis populum meum.

CAPVT VII.

1. Mihi, vox Prophetæ. *Vindemiæ*, i. poſt vindemiam. ſc. ſi quid forte relictum ſit.

Non eſt, &c. q.d. nec inuenio quidquam, ſc. aliquem conuerſum poſt meas monitiones.

Præcoquas, i. bonas, nam primæ optimæ, vel q.d. citam conuerſionem peccatorum.

2. *Periyt*, q.d. vix quiſquam bonus reperitur.

Sanctus, Chald. miſericors, 70. religioſus, ſeu pius.

Rectus, Chald. verax, 70. corrigens, ſc. ſe.

In ſanguine, pro, ſanguini, i. vitæ proximi, ſeu iis quibus ſuſtentatur. *Vir*, i. quiſque. *Venatur*, i. per inſidias, ſeu ſolicite, quærit

3. *In reddendo eſt*, i. reddit quod ille inique petit

Magnus, i. potens ſeu qui in dignitate eſt.

Deſiderium, ſc. iniquum optans impleri. *Eam*, ſc. teram de qua ſup.

4. *Paliurus*, q.d. ſpinoſus, & aſper: talis enim is frutex ſcilicet lædit proximos. *Dies*, ſcil. calamitoſus.

Speculationis tuæ, i. prædictus à tuis ſpeculatoribus, ſc. Prophetis, vel inquiſitionis, ſeu viſitationis, vt ſtatim explicat. *Nunc*, i. cito *Eorum*, ſc. iniquorum, de quibus hactenus.

5. *Duce*, Chald. propinquo. *Ea*, ſc. vxore.

Clauſtra, &c. q.d. ne ei credas arcana tua, 70. caue ei aliquid credas, i. committas, q.d. ne fidas ei.

7. *Aſpiciam*, eique fidam, non hominibus.

Saluatorem, i. liberatorem. forte Ieſum Chriſtum intelligit.

8. *Ne læteris*, &c. verba Ieruſalem. *Inimica*, ſc. Babylon, ſeu ciuitas malorum. *Tenebris*, i. calamitate.

Lux, &c. q.d. reſtituet mihi priſtinam lætitiam, Chald. & 70. illuminabit me.

9. *Iram*, i. punitionem. *Iudicium*, ſc. puniens hoſtes, qui me oppreſſerunt iniquo animo, Chald. iniuriam meam vlciſcatur *Lucem*, i. proſperitatem. *Iuſtitiam*, ſc. qua punit malos, vel pro, miſericordiam.

10. *In eam*, pro, in ea, ſc. quod ſequitur, Chald. ruinam eius, 70. eam, ſc. patientem quod meretur.

Nunc, i. cito.

11. *Dies*, i. tempus, ſc. tunc erit, expugnata videlicet Babylonia à Perſis *Maceriæ*, i. parietes ædificiorum, ſeu ruinæ. *Tua* ſc. ô Ieruſalem, *Lex*, i. præcepta, ſeu imperium, q.d. non eris ſubdita Babyloniis.

12. *Ad te*, ſc. ô Babylon. *Aſſur*, ſc. Perſi, & Medi cum Aſſyriis. *Flumen*, ſc. Euphratem. *Ad mare*, &c. q.d. occupabunt tua loca prope aquas ſita, & montana, tranſeuntes ab vno ad aliud, vt ſolent hoſtes.

13. *Terra*, ſc. Babyloniæ.

14. *Paſce*, ſc. ô Domine. verba Prophetæ videntis velut præſentem captiuitatem. *Virga*, i. baculo paſtorali, ſc. prouidentia tua, Chald. verbo tuo.

Solos, i. deſtitutos. *In ſaltu*, pro, velut in ſaltu, inter feras, i. gentiles. *In medio*, reſponſum Dei, q.d. redibunt ex Babylonia ad loca ſua. meminit autem locorum vbi optima paſcua, perſtans in gregis metaphora.

15. *Oſtendam*, i. faciam, ſicut olim cum eduxi ex Ægypto.

16. *Fortitudine*, ſc. non potentes impedire reædificationem. *Ponent*, &c. i. tacebunt.

Surdæ, ſc. præ ſtupore, q.d. reddentur attoniti, & velut inſenſibiles.

17. *Lingent*, &c. q.d. ſe in terram demittent, teſtantes ſubiectionem, vel præ timore. Hæc ad Chriſti tempora maxime pertinent, cum ſe gentes olim inimicæ prorſus Eccleſiæ ſubmiſerunt. *In ædibus*, 70. in clauſura ſua. *Formidabunt*, & ſic legit Hier. & 70. *Te*, ſc. ô Iſrael, ſeu popule fidelis.

18. *Tranſis*, i. præteris, ſeu diſſimulas. Phraſi hac etiam Hiſpani vtuntur. Chald. miſſum facis, 70. tranſcendis. *Vltra*, ſub. niſi iſti ad peccata redierint, eoq; à Romanis vaſtati.

19. *Reuertetur*, id eſt, ad miſericordiam conuertetur.

Deponet, ſc. à nobis deiiciet, vt ſolent onera & moleſta, 70. demerget, Chald. ſubiiciet ſuæ miſericordiæ.

In profundum maris, pro, velut in mare, q.d. ne amplius appareant.

20. *Veritatem*, i. promiſſa de Chriſto venturo. & hominum liberatione. *Miſericordiam*, ſc. promiſſam.

Abraham, huic promiſſa benedictio etiam gentium. Gen. 22. *Quæ*, Chald. & 70. ſicut.

NAHVM.

Prophetauit paulo post Michaam, tempore Ezechiæ Regis (abductis iam decem Tribubus in captiuitatem) contra Niniuem.

CAPVT I.

1. O*Nus*, i. prophetia onerosa, sc. denuntians calamitatem, Chald. onus calicis maledictionis, 70. assumptio, q.d. sublatum onus alicui imponendum vel onus alicui sumendum.

Niniue, Assyriorum metropolis, quæ ad peccata redit post conuersionem factam ad Ionæ prædicationem, eoque à Nabucdonosor euersa est anno post circiter 200.

Elcesai, Elcese viculus est in Galilæa.

2. *Æmulator*, 70. zelotes, sc. vehementer amans, & irascens si non ametur, & puniens rei à se amatæ infestos, Chald. iudex.

3. *Patiens*, 70. longanimis. *Fortitudine*, sc. ad ferendum malos, vel ad vlciscendum, q.d. patiens est, cùm posset tamen facilè punire; & tandem punit si non emendentur. *Mundans*, q.d. non quidem dimittet tanquam mundum & innocentem, sed puniet. *Non faciet*, &c. q.d. non tractabit vt innocentem eum, qui nocens est.

In tempestate, pro, velut in tempestate.

Et nebula, &c. i. velut exercitus puluerem excitans, more nebulæ aerem obscurantem, q.d. fortis est cui nemo possit resistere.

4. *Increpans*, i. more increpantis iubens. 70. comminans. *Exiccans*, sc. cum vult, vt olim mare rubrum.

Infirmatus est, i. amittet fertilitatem si Deus velit.

Flos, Chald arbores, 70. quæ florebant.

Elanguit, Chald. defluxerunt, 70. defecerunt, præt. pro futuris.

5. *Commoti sunt*, pro, commouebuntur, i. contremiscent. *Ab eo*, i. ad eius imperium, seu præsentiam, Chald. à conspectu eius. *Desolati*, Chald. disrupti, 70. concussi. *Contremuit*, Chald. vastata est.

6. *Effusa est*, pro, effundetur, vel solet effundi.

Dissoluta sunt, Chald. confringuntur, q.d. durissima quæque, & fortissima conterit.

7. *Sciens*, &c. i. fauore prosequens, defendens, 70. cognoscens timentes se.

8. *Diluuio*, scil. exercitu Sennacherib Ierusalem oppugnante. vel Chaldæorum Niniuem *Loci eius*, sc. tribulationis, q.d. faciet eam cito cessare, deleto exercitu Sennacherib, vel, eius i. Niniue, quæ euertetur à Chadæis. vel sensus est, cum velut diluuio perdit locum gentis sibi inimicæ. *Persequentur tenebræ*, sc. calamitatum, Chald. tradet Gehennæ. Quidam ad mortem referunt militum Sennacherib.

9. *Cogitatis*, sc. ô Assyrii, vel ô Impij. *Consummationem*, &c. q.d. perdet vos. *Non consurget*, q.d. non præualebit. *Duplex*, i. grandis, sc. quam molimini contra Dei populum, ô milites Sennacherib, vel, ô impij Ecclesiæ hostes. solet Scriptura quod magnum, seu excellens, duplex dicere: sic dupl[i]ci contritione, duplex spiritus, vestiti duplicibus, i. egregiè, 70. non iudicabit bis in idipsum in tribulatione.

10. *Sicut spinæ*, &c. q.d. vt spinæ collectæ in fasciculo comburuntur, sic isti qui in exercitu Sennacherib simul potantes quasi victores gaudent, interficientur ab Angelo.

11. *Ex te*, sc. ô Niniue. *Exibit*, sc. Sennacherib, vel Rabsace. *Malitiam*, sc. blasphemiæ.

12. *Perfecti*, sc. robore, q.d. etsi fortes sint, non ideo euadent *Plures*, sc. quam sunt, vel plures, pro, multi.

Attondentur, pro, attondebuntur, sc. more capillorum attonsorum deiicientur interfecti. *Pertransibit*, i. desinet, vel redibit in Assyriam. *Te*, sc. ô Ierusalem, seu Iudæa. *Vltra*, q.d. faciam cessare istam oppugnationem Assyriorum.

13. *Virgam*, sc. qua te cædebat, vel sceptrum, Chald. iugum eius.

14. *Præcipiet*, sc. Angelo. *Super*, i. contra. *Te*, sc. ô Sennacherib. *Seminabitur*, i. gignetur.

Ex nomine tuo, i. te, seu qui dicatur filius tuus.

Amplius, paulo post enim interfectus. *De domo*, pro, in domo. *Sculptile*, sc. simulacrum, quod sculpendo fit ex ligno vel lapide. *Conflatile*, quod ex fuso metallo. est autem sensus: Iacebis inhumatus diu, more idoli proiecti. *Inhonoratus*, i. despectus, sc. à tuis, qui te sic dimittent interfectum à filiis tuis.

15. *Pacem*, sc. mortuo Sennacherib. q.d, illo interfecto statim id vbique nunciatum, tanquam pace diu duratura interempto hoste. *Celebra*, sc. sublato timore.

Belial, i. sine iugo, sc. impius. Intelligit autem Assyrios.

Perijt, sc. exercitus in Iudæa, dux verò in vrbe Niniue.

CAPVT II.

1. A*Scendit*, sc. Nabucdonosor. *Dispergat*, i. perdat, seu vastet. *Coram te*, i. te spectante, sc. ô Niniue & dolente. *Obsidionem*, sc. donec te expugnet.

Conforta lumbos, i. collige vires, *Robora*, &c. repetitio, seu explicatio præcedentis.

2. *Reddidit*, i. puniuit. *Superbiam*, sc. Sennacherib, qua vsus est contra Iacob, i. Iudæos, seu Iudam, 70. iniuriam, seu contumeliam. *Israel*, sc. qua contra Israelem vsi Assyrii. *Vastatores*, sc. Assyrii. *Eos*, sc. Israelitas.

Propagines, i. fructus, seu possessiones, vel filias.

Corruperunt, i. perdiderunt.

3. *Eius*, sc. Nabucdonosor. *Ignitus*, Heb. & Chald. rubeus quod quidam interpretantur de laminis æreis seu aureis scutorum, quæ ad solem cum colorem reddebant.

In coccineis, sc. vestibus *Ignea*, sc. auro ornatæ quæ ad solem deinde ignitæ apparent *Preparationis*, sc. ad bellum. *Consopiti*, sc. vino, q.d. velut

temulenti

temulenti nihil timentes.

4. *Conturbati*, sc. milites, quod viæ tam multos capere non possint, vel ordinate incedere non sinant.

Collisa, sc. inter se, quod eas nec latæ viæ capiant.

Lampades, q.d. vultu pleno iracundiâ Chaldæi irruent. sic Psal. 17. Ignis à facie eius, sc. irati, exarsit.

5. *Recordabitur*, sc. Assyrius, vt se defendat.

Ruent, i. cadent, sc. interempti ab hostibus in viis.

Eius, sc. Niniue. *Vmbraculum*, sc. ob æstum, cæterasque aeris iniurias, 70. propugnacula.

6. *Fluuiorum*, i. populorum intra vrbes conclusorum, 70. ciuitatum. *Templum*, forte, pro, templa.

7. *Miles*, Chald. Regina. *Ancilla eius*, i. vrbes subiectæ Niniue, scil. earum ciues. *Murmurantes*, ricum tacito, seu tenui murmure dolentes, 70. loquentes.

8. *Aquæ*, i. populus, seu ciues, sc. loco amœno multi.

State, *state*, q.d. frustra dicet quis, subsistite. *Reuertatur*, sc. à fuga contra hostes.

9. *Diripite*, sc. ô Chaldæi, vox militum se cohortantium ad prædam. *Finis*, Hyperbole *Ex*, pro, in, vel subaudi capite, vel diripite *Desiderabilibus*, i. pretiosis.

10. *Dissipata est*, sc. Niniue. *Cor tabescens*, &c. descriptio exanimatorum, & viribus defectorum. *Facies*, sc. præ timore, seu mœrore & Afflictione.

Nigredo, contraria hæc luci, quæ in facie lætorum velut apparet.

11. *Vbi est*, q.d. ô Assyrii vbi est Niniue illa, vbi habitabant sæui Reges cum filiis, omniaque per orbem prædabantur: *Iuit* i. se recipiebat ex præda.

Catulus, &c. q.d. cum filiis suis. *Est*, pro erat.

12. *Leanis*, Chald. vxoribus.

13. *Ad te*, sc. veniam puniturus. *Exercituum*, 70. omnipotens.

Vsque ad fumum, i. dum in fumum vertantur, Chald. igni, 70. in fumo. *Prædam tuam*, i. quod prædata es. *Nuntiorum*, Chald. legatorum, sc. ad alias vrbes.

CAPVT III.

1. *Ciuitas*, sc. Niniue. *Sanguinum*, i. peccatorum, seu homicidiorum, sc. plena.

Mendacij, sc. plena, 70. mendax. *Dilaceratione*, q.d. crudelitate, 70. iniquitate. *Recedet*, pro, recedit, q.d. semper rapinæ intenta, vel, & in te hostes rapinam exercebunt.

2. *Vox*, sc. breui audietur, vel q.d. audire mihi videor.

Flagelli, sc. aurigæ. *Furentis*, i. concitatæ, Chald. subsilientis, 70. feruentis.

3. *Corruent*, &c. q.d. impingent Ægyptii in suorum cadauera, Chald. impingent in trucidatos suos.

4. *Fornicationum*, sc. idololatriæ. *Speciosa*, sc. Niniue, quæ pulchra interpretatur. *Grata*, sc. oculis amatorum *Habentes maleficia*, q.d. veneficæ, seu superstitionibus deditæ. *Vendidit*, i. tradidit hostibus, q.d. propter cuius peccata multi ab hostibus occisi, seu capti.

5. *Exercituum*, 70. omnipotens.

Pudenda, perstat in metaphora meretricis, q.d. te afficiam ignominia. *In facie tua*, pro, in faciem tuam vsque sublatis vestibus. *Nuditatem*, 70. turpitudinem.

Ignominiam, repetitio, sc. est ignominiosum mulieri nudari.

6. *Proijciam*, &c. q.d. puniam in te tua scelera.

Et contumeliis, &c. Chald. teque execrandam reddam, & ponam fœdissimam in oculis omnium videntium te

Contumeliis, &c. q.d. faciam vt te omnes conuitiis prosequantur ob tua peccata: explicatio est præcedentium. *Exemplum*, sc. Dei iudicij, seu punitionis.

7. *Resiliet*, sc. præ timore, vel stupore, Chald. procul recedet. *Commonebit*, sc. condolens tibi, Chald. quis condolebit tibi?

8. *Melior*, i. fortior, vel dignior. *Alexandria*, sub. quam tamen expugnauit Nabucdonosor. Vide Ier. 46. vel expugnabit vide inf. *Populorum*, i. populosa, Chald. magna. *In fluminibus*, Chald. inter flumina.

Mare, sc. ob merces importatas.

9. *Fortitudo*, sc. suppeditando milites.

Non est finis, i. præterea aliæ regiones, vel, nec est finis numerandi milites. *Africa & Lybies*, sc. præcipue Chald. Lybij & Lydij. *Tuo*, sc. ô Alexandria 70. eius.

10. *Duma est*, pro, ducetur. Chald. & 70. ibit. & sic inf. vbi nos legimus per præter. ita illi vertunt per futura, sc. quando id prædicebatur à Nahum nondum euersa erat, sed tamen ante Niniuem euertenda.

Confixi, 70. alligati.

11. *Inebriaberis*, i. calice iræ Dei potaberis abundè.

Ab inimico, i. propter hostem, sc. vt te defendas. vel ab his qui tibi erant inimici cogeris opem petere in eo bello.

13. *Mulieres* i. vt mulieres sc. imbecilles nec se defendere valentes *Vectes tuos* i. portas vrbium Chald. robur tuum.

14. *Obsidionem* sc. diu duraturam. *Extrue*, Chald. obfirma *Laterem*, sc. ad obturanda dirupta, & reficienda, q.d. nihil tibi omnia ista proderunt.

15. *Bruchus*, s. qui omnia consumit.

Congregare, &c. q.d. quantumcunq; multiplices milites, nihil efficies: vel congrega sanè opes instar bruchorum, & locustarum, vt soles, nihil tibi proderunt.

16. *Negotiationes*, sc. ad quæstum &, opes cumulandas. *Expansus*, &c. q.d. multitudo ista tuarum opum cito à te auolabit.

17. *Custodes*, sc. fortiores viri. *Quasi locusta*, sc. multitudine. *Paruuli*, i. inferiores milites viribus.

Locusta locustarum, i. plurimæ, vel soboles locustarum, q.d. pene infiniti. *Auolarunt*, sc. sic te tui destituent. *Non est cognitus*, &c. q.d. ne vestigium quidem mansit.

18. *Dormitauerunt*, &c. q.d. principes tui velut dormientes nihil te iuuabunt, Chald. fracti sunt fortes tui.

19. *Non est obscura*, &c. q.d. nota erit omnibus, 70. non est sanitas contritionis tuæ.

Pessima, q.d. mortifera. *Auditionem tuam*, i. famam, seu rumorem de tua calamitate.

Compresserunt, sc. stupentes, vel insultantes, Chald. comploserunt manibus suis super te lætantes, 70. plaudent. *Malitia tua*, q.d. quem non afflixisti? Chald. plaga nequitiæ tuæ.

HABACVC

HABACVC

Prophetauit tempore Nahum, de captiuitate Babylonica.

CAPVT I.

1. *Nus*, sc. multarum nationum, ideo non nominat aliquam, vt solent Prophetæ.

2. *Vsquequo*, Loquitur de persona populi secundùm quosdam, secundùm alios in propria. *Vim*, sc. Chaldæorum, vel iniquorum.

3. *Iniquitatem*, i. iniustitias malorum, seu oppressiones. *Laborem*, i. afflictionem. 70. dolores.

Contra, pro, coram. *Et factum est*, &c. q.d. in iudiciis vincunt, qui iustitiæ contradicunt. *Potentior*, Chald. præualens.

4. *Hoc*, i. iniquitatem tantam, vel quod statim sequitur. *Lacerata est*, q.d. opprimitur seu contemnitur, & conculcatur. *Finem*, sc. suum, quem intendit, vt iustè agatur, Chald. in æternum, q.d. nunquam rectè iudicatur seu fit iustitia. *Egredietur*, i. egredi solet, sc. à iudicibus.

5. *Aspicite*, &c. videte contemptores, & respicite, & videte mirabilia, & disperdimini, quia opus ego operor in diebus vestris, quod non credetis si quis enarrauerit. atque ita citatur à Paulo Act. 13. *In gentibus*, q.d. in mundo, vel ô gentes, sc. Iudæi, vel pro, Gentes, sc. Chaldæos, vel iunge cum, opus factum.

Factum est, pro fiet.

6. *Amaram*, i. nocentem, seu sæuam.

7. *Ex semetipsa*, &c. q.d. pro suo arbitratu condemnabit, & puniet.

8. *Leniores*, i. velociores. *Vespertinis*, i. qui vesperi gregi insidiantur. dicuntur vesperi magis sæuire ob rabiem famis diurnæ vide Ier. 5. Soph. 3. 70. Arabiæ.

Diffundentur. sc. multitudine, Chald. multiplicabuntur. *De longè*, q.d. vndique congregabuntur vide Ier. 1.

9. *Ventus vrens*. q.d. præsentia sua omnia vastabunt.

Captiuitatem, i. captiuos.

10. *Triumphabit* Chald. subsannabit. *Tyranni*, i. principes. *Ridiculi*, pro derisui, seu contemptui 70. ludibria. *Ridebit*, q.d. contemnet, sc. Rex, vel exercitus. ad vtrumque enim referri possunt quæ sequuntur.

11. *Spiritus*, i. flatus, vt solet ventus.

Pertransibit, sc. desinet dominari à Persis victus Chaldæus. Chald. transferetur eius Regnum. *Hæc est*, &c. Ironicè, q. dicat, Deus suus illum defendere non poterit. *Eius*, abundat. *Dei sui*. 70. Dei mei, q d. Dei punitione id fiet.

12. *A principio*, i. ex quo elegisti nos in tuum populum. loquitur enim in persona populi. *Deus meus*, sc. es. *Sancte* sc. cuius sanctitatem agnoscimus, vel quem sanctè colimus, & qui nos sanctificas. *Moriemur*, sc. te protegente. *In iudicium*, i. nostri. punitionem.

Eum, sc. Chaldæum, vel Regem, vel exercitum.

13. *Videas*, i. approbes. *Respicis*, i. fers.

14. *Facies* i. permittis agere.

15. *Totum*, q.d. omnes fere nationes capit, Chaldæus, vt piscator piscium copiam magnam hamo, & reti.

16. *Immolabit*, &c. q.d. tribuet suis viribus, quod tam multos vincit, ac si sua virtute non Dei faciat.

Pars, i. potio edenda. *Electus*, i. pretiosus seu optimus, sc. acquiritur.

CAPVT II.

1. *CVstodiam*, i. rem meæ custodiæ commissam, sc. vt solet qui est in specula.

Et figam, &c. repetitio. *Dicatur*, sc. à Deo super iis, quæ ei supra proposui. *Arguentem*, i. disputantem de Dei prouidentia mecum, & coarguentem, me, sc. prædicantem Dei prouidentiam & iustitiam, Chald. & quid respondebitur ad deprecationem meam.

2. *Visum*, i. visionem, sc. quod tibi reuelo nunc,

Explana, q.d. scribe perspicuè, vt facilè legi possit.

Tabulas, 70. buxum, sc. buxeas tabulas. *Percurrat*, sc. cum facilitate.

3. *Visus*, i. quod mihi visione reuelatur.

Procul, q.d. post multum tempus implendum est.

In finem, i. tandem, seu postrema mundi ætate.

Mentietur, i. fallet, sc. Deus qui prædicit, vel visus, i. visio. *Fecerit*, sc. Christus. *Veniens veniet*, i. omnino veniet, seu ille qui venturus expectatur veniet: solet enim Christus dici, qui venturus est ὁ ἐρχόμενος.

Tardabit, sc. post tempus præscriptum, sub. & saluabit iustos, puniet iniustos, vt sit responsum quæstioni. Quare non respicis, &c. Citat Paulus Hebr. 10. iuxta 70. nisi quod addit, adhuc modicum aliquantulumque, pro eo quod 70. adhuc in tempus visio, & noster Interpres adhuc visus, procul, quæ videntur alium sensum efficere, sed quod hominib. est procul, Deo est prope, & quidem totum sæculi tempus modicum præ æternitate,

4. *Ecce*, &c. 70. si subtraxerit, se sc. per incredulitatem, quam Paulus subtractionem vocat, Heb. 10. opponitque fidei, dicens: Non sumus subtractionis filij, sed fidei.

Non erit recta, &c. 70. non complacebit anima mea in eo, sc. non placet Deo, qui non est rectus nec rectus est, qui non credit. *Sua*, 70. mea, sc. & Dei est, quia dat: & iusti, quia accipit. *Viuet*, sc. per fidem iustificatur peccator, & iustus fit, fideq; viuit, sc. charitate formata. est autem sermo de fide in Christum, vt patet.

5. *Superbus*, sc. sua inebriatus superbia.

Non decorabitur, i. dedecore notabitur, seu ignominia q.d. condemnetur ab omnibus. Quidam hæc de Nabucdonosor intelligunt, à Deo ob superbiam punito.

Infernus, i. sepulcrum, sc. mors, quæ nunquam satiatur, vel infernus damnatorum.

Congregauit.

Congregauit, sc. sibi subiiciens. *Isti*, sc. ab eo expugnati.

Super eum, sc. cum erit à Deo punitus.

Parabolam, i. canticum parabolicum.

Ænigmatum, i. obscuram, sc. per metaphoras.

Eius, i. de eo. *Et*, abundat more Scripturæ. sic 1. Reg. 3. videre lucernam, Hebr. videre & lucernam.

Aggrauat, i. accumulat. *Contra se*, i. in suam perniciem. *Lutum*, sc. terrenas diuitias, quæ viles & conculcandæ essent: densum vero dicit, quod fortiter hæreant, vel quod labore parentur.

7. *Mordeant*, sc. Medi, & Persæ. *Suscitabuntur*, i. excitabuntur, seu consurgent in te.

8. *Reliqui*, sc. à te non spoliati. *Sanguinem*, i. cædem, q.d. ob tua homicidia. *Terra*, sc. factam à te, Chald. terræ Israel. *Ciuitatis*, Chald. vrbis Ierusalem.

9. *Auaritiam malam*, i. opes iniquas, Chald. diuitias impietatis. *Nidus*, i. habitaculum.

10. *Confusionem*, i. rem ignominiosam.

Concidisti, Chald. deprædatus es, 70. consumpsisti.

11. *Clamabit*, sc. contra te. *Inter iuncturas*, sc. quo parietes connectuntur. *Respondit*, sc. similiter contra te

12. *In sanguinibus*, i. pecunia parta cædibus, oppressionibus. *Præparat*, i. stabilit.

13. *Hæc*, sc. quæ statim dicam. *A Domino*, sc. mihi dicta. vel impiis infligẽda. *Populi*, sc. Chaldæi, seu omnes impij. *Igni*, sc. calamitatis extinguendo, sed frustra.

14. *Terra*, sc. Chaldæorum. Iunge cum, *quasi aqua*.

Gloriam, sc. potentiæ, & iustitiæ punientis iniquos.

Quasi aqua, &c. pro, vt cum aquæ terram operiunt. sub. sic implebitur Chaldæa hostibus Quidam tamen ad abundantiam referunt gratiarum, tempore Euangelii, de quo Isa. 11. Ier. 31.

15. *Mittens*, sc. in poculum. *Fel*, i. iram, vel venenum.

Nuditatem, q.d. vt spoliet: velut si quis amicum inebriaret, vt deinde spoliaret, sc. spoliabat Nabucdonosor etiam sibi fœdere iunctos.

16. *Repletus es* pro repleberis. *Pro gloria*, Chald. plusquam gloria.

Bibe, pro, bibes, sc. de calice iræ Dei.

Consopire, pro, consopieris, more ebriorum, q.d. punieris vehementer. *Calix*, sc. calamitas.

Gloriam, i. gloriosas vestes, sc. cadet perstat in ebrij metaphora, q.d. redigeris in statum ignominiosum.

17. *Iniquitas*, i. pœna iniquitatis.

Libani. i. qua in Libanum, i. templum vsus es, Chald. sanctuarij sic dicitur templum etiam Ezech. 17. Zach. 11. forte quod esset è cedris Libani, vel quod altum instar Libani. *Animalium*, i. hominum, sc. illic occisorum ab eis. vel ipsi dicuntur animalia, i. feræ quæ vastarũnt Ierusalem. *Deterribit*, i. in terrorem inducet, sc. erit causa expugnationis Babyloniæ *De sanguinibus*, i. ob cædes.

Et ciuitatis, &c. Vide supra.

18. *Falsam*, i. falsi Dei. *Vt faceret*, pro, faciens, vel ideoque faceret.

19. *Expergiscere*, q.d. adiuua me. sic Deo dicitur: Exsurge, quare obdormis Domine. *Docere*, sc. se inuocantem. *Omnis non*, i. nullus.

20. *Templo*, sc. cœlo.

Sileat, sc. præ reuerentia, 70. reuereatur.

A facie, i. in conspectu.

CAPVT III.

1. PRo *ignorantiis*. i. peccatis. sic etiam peccata vocantur Psalm. 24. est enim peccatum, error quidam, vel pro peccatis per ignorantiam commissis. Orat igitur hic pro populi Iudaici peccatis, ne, sc. Dei promissa impediant, præsertim de Christo venturo.

2. *Auditionem*, i. nuncium, sc. quod supra ei de Christo reuelatum. auditio, pro, re audita, more scripturæ, q.d. quod me audire fecisti te reuelante.

Timui, i. obstupui, 70. eddunt, Domine considerani opera tua, & obstupui, seu expaui, sc. admiratione tantæ bonitatis & potentiæ *Opus*, sc. redemptionis humanæ.

In medio annorum, i. intra annos, q.d. tempore à te præscripto *Viuifica*, i. effice, suscita. 70. in medio duorum animalium cognosceris, i. duorum testamentorum, quæ in se vitam continent, vel populi gentilis, & Iudaici, vel asini, & bouis in præsepio.

In medio annorum, 70. cum appropinquauerint anni. *Notum facies*, sc. te: vel demonstrabis quod promisisti, 70. cognosceris. *Misericordia*, scil. exhibendæ, q.d. exhibetis promissam misericordiam

3. *Austro*, i. Bethlehem quæ ad Austrum; vel de Idumæa: quod Deut. 33. dicitur de Sehir, q.d. ille veniet, qui olim se ostendit in Sehir, & Pharan. vide Deut. 33.

Pharan, 70. vmbroso Hic additur Heb. Selah, & in 70. διάψαλμα, vide Psal. 3.

Operuit, &c. q.d. veniet is, cuius gloria cœlos implet & superat. *Laudis* i. operum laude dignorum,

4. *Splendor*, sc. doctrinæ, & miraculorum.

Lux, sc. solis, q.d. maximus. *Cornua*, i. vires, vel crux, in cuius cornibus confixus, & per quam fortissime vicit.

Ibi, sc. in cruce, vbi infirmus videbatur.

Fortitudo, hanc vocauit cornua. forte duo, quia fortis, & Deus, & homo.

5. *Ibit*, i. discedet victa, seu fugiet, sc. mortem moriendo destruxit. *Diabolus*, sc. victus, iuxta illud: Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.

6. *Stetit*, præt. præt. pro futuris, q.d. stabit more victorum. qui subactam bello terram diuidunt, sc. distribuet Apostolos & prædicatores per orbem.

Aspexit, sc misericorditer. *Dissoluit*, pro, soluit, sc. à peccatis, vel q.d. liquefecit, seu peremit, sc. interficiens peccata, seu veterem hominem, & renouans per gratiam.

Montes sæculi, i. qui in mundo similes montibus antiquis, sc. reges, & Principes, nam & ij etiam fidei se subdiderunt, velut veritatis vi prostrati.

Incuruati, i. humiliati. *Colles*, i. potentes Vide Isa. 40. *Ab itineribus*, & cæt. i. ob aduentum æterni Dei in mun-dum.

7. *Pro iniquitate*, i. ob iniquitatem.

Tentoria, i. euersa. *Æthiopia*, pro, Æthiopum, i. peccatorum peccatis deformium. 70. Æthiopum.

Pelles, i. tabernacula: è pellibus enim fiebant, 70. tabernacula. *Madian*: est Madian pars Æthiopiæ, vt patet Num. 12. & 2. Par. 14. est ego repetitio.

8 *In fluminibus*, pro, in flumina, sc. tantum, q.d. nunquid solum ostendes potentiam tuam in siccando Iordanem & mare rubrum, veluti ascensa quadriga ad seruandum tuos? *Aut in fluminibus*, sc. Ægypti, conuersis in sanguinem olim, vel alludit ad id quod dicitur, Luc. 21. & Apoc. 8. & 16. de mari

de mari & fluuiis.

Quia ascendes, pro, cum ascenderis, vel ascenderes olim. *Saluatio*, sc. populi tui.

9. *Suscitans*, &c. pro, omnino parabis.

Arcum, i. potentiam velut arcum, sc. contra fidei hostes *Iuramenta*, pro, & iuramenta, sc. suscitabis, i. implebis promissa, vel q.d. secundùm iuramenta.

Tribubus, i. genti Israeliticæ. *Locutus es*, i, fecisti loquendo cum Patribus, vt Abraham, Isaac, Iacob, Dauid, &c. vide Gen.22. Mich. vltimo, Psal. 88.& 131.

Fluuios, i. populos *Scindes*, sistendo impetum, vt olim in Iordane fecisti,q.d. reprimes vim hostium ecclesiæ.

10. *Te*, i. tuam potentiam, *Montes*, i. mundi potentes. Quidam ad diem iudicii referunt, iuxta ea, quæ dicuntur Luc.1.& Apoc.16.

Gurges aquarum, i. seruos Dei persequentium impetus, more aquæ inundantis *Transiit*, pro, transibit, i. cessabit, te sc. reprimente *Abyssus*, i. copia aquarum, sc. persecutorum. *Vocem*, i. strepitum, vt solent aquæ furibundæ, q.d. vehementer persequentur impij fideles.

Altitudo, i. profunditas, sc. Abyssi.

Manus suas, i, aquarum vim, velut manus, sc. persecutores vires suas contra Dei seruos. Quidam hæc referunt ad laudes Dei decantatas, per abyssum, i. homines, & altitudinem, i. Angelos celebrantes, sc. Christi victorias.

11. *Sol & Luna*, sc. tempore Iosuæ olim itemque in die iudicij, cùm, sc. cessabit motus cœlorum.

Ibunt, i. fugient sc. hostes tui sagittis fulgentib. territi. vide Sap.5. Apoc.16. seu potius in infernum detrudentur tuis percussionib. veluti sagittarum ictibus, & hastæ.

12. *Fremitu*, i. indignatione. *Terram*, i. terrenos homines. *Obstupefacies*, sc. attonitos reddens suppliciis, vel alludit ad illud Luc. 21. Arescentibus hominibus præ timore, &c.

13. *Egressus es*, præt. pro futuris. *Caput*, sc. Antichristum. *Domo impij*, i. familia diaboli, vel impij, pro impiorum. *Denudasti*, & cæt. q.d. prorsus domum euertisti vsque ad fundamenta. *Vsque ad collum*, sc. euertisti, q.d. vt cum quis mergitur aquis totus, & obruitur, sic penitus deleuisti vel vsque ad conculcationem colli, quod solent victores facere. *Semper*, Heb. Selah, 70. in finem, i. perpetuo. vide sup.

14. *Maledixisti*, sc. destruendo. Dei dicere facere est.

Sceptris, eius, i. potentiæ, seu regno diaboli, vel peccati.

Capiti, pro capitibus, i. ducibus.

Dispergendum, i. perdendum. *Me*, Loquitur in persona populi Dei. *Exultatio eorum*, scil. tanta erat venientium.

15. *Fecisti*, pro, facies, q.d. incedes tu per medias calamitates, inde tuos eripiens.

16. *Audiui*, sc. Dei terribile iudicium de malis.

Venter, i. interiora, seu viscera.

A voce, pro ad vocem, sc. tuam mihi reuelantem hæc, vel q.d. ita vt vocem edere non possem præ timore.

Ingrediatur, &c. q.d. mala mihi huius vitæ potius eueniant, dum viuo, quam illa supplicia patiar parata impijs.

Vt requiescam, pro, modo vt requiescam, Hier. 2. con Pelag. *Tribulationes*, sc. damnatorum, vel iudicii vltimi.

Accinctum, sub fortitudine, q.d. fortem, & victorem, cum Christo regnantem.

17. *Ficus enim*, &c. per hæc significatur magna bonorum spiritualium penuria futura tempore Antichristi.

Mentietur, i. fallet operantem sc. non secuto fructu, vel opus vocat fructum qui fallere dicitur, dum non prouenit expectatus.

Abscindetur, i. peribit, vel deficiet.

18. *Iesu*, 70. Saluatore, Chald. redemptore.

19. *Quasi ceruorum*, i. agiles *Excelsa*, sc. cœlos. *Mea*: sc. cœlum patria iustorum.

Victor, sc. Christus, vel potius victori, vt legit Hier. q.d. Christi victoriam carmine seu cantu celebrantem, & pro victoria mihi data gratias agentem.

SOPHONIAS.

Prophetat contra Iudæos, & quasdam alias nationes.

CAPVT I.

1. IOsia, quo tempore etiam Ieremias prophetauit vide Ier.1.

2. *Congregans*, &c. q.d. delebo, Chald. delendo delebo, q.d. omnino delebo. *Omnia*, sc. homines, & iumenta. *A facie*, i. è superficie. *Terræ*, sc. Iuda. nam Israel iam erat in captiuitatem abductus.

3. *Congregans*, sub. congregabo. est autem explicatio præcedentium. *Pecus*, quo nomine etiam iumenta intelliguntur, sc. perdit Deus ob hominum peccata etiam quæ hominibus seruiunt. 4. *Et*, pro, id est. explicat enim quos homines dixerit. *Extendam*, sc. percussurus. *Baal*, i. cultus idolorum *Æditurorum*, i. Sacerdotum, vox Hebr. כמרים kemarim, significat secundùm Hier. phanaticos, sc. dæmonis spiritu afflatos, 70. sacerdotum, sc. erant sacerdotes idolorum. *Cum sacerdotibus*, q.d. & ipsos sacerdotes delebo, & eorum nomina, seu memoriam.

5. *Militiam cœli*, i. astra, quæ ita dicuntur. quòd multa sint & ordinata more exercitus. Angeli etiam ita dicuntur. vide Lucæ.2.

Et adorant, &c. q.d. adorant cum idolis Deum & iurant per Deum & idola *In Domino*, i. per Dominum.

Melchom, Idolum erat Ammonitarum.

6. *Auertuntur*, i. recedunt, 70. declinant. sub. disperdam etiam. *De post*, &c. i. à sequela Domini, 70. à Domino. *Inuestigauerunt*, Chald. precati sunt, 70. adhæserunt.

7. *Silete*, sc. præ timore, seu reuerentia, 70. timete, seu reueremini. *Dies*, sc. quo puniemini per Chaldæos.

Hostiam, i. Iudæos mactandos, vide Isa.34. Ier.46.

Sancti

Sanctificauit, i. parauit. *Vocatos*, sc. Chaldæos ad cædem faciendam.

8. *Domini*, pro, meæ, q.d. cùm eos cædam.

Regis, sc. Iosiæ filij autem, vel liberi vel posteri.

Veste peregrina, i. moribus à Dei lege alienis. Fortè etiam notatur vestium abusus per ambitionem.

9. *Limen*, sc. domus suæ vel templi.

Domini, sc. idoli. non enim Iehoua est Hebr. sed Adonim. *Dei sui*, sic legit Hier. & 70. etsi nunc Hebr. non est Dei, nec in Compl. ideoque quidam referunt ad domos Principum & nobilium. *Iniquitate*, &c. i. rebus per iniquitatem & dolum acquisitis; vel peccatis cum proximi iniuria.

10. *Piscium*, ita dicebatur. quod per eam pisces è locis maritimis inferrentur. vide 2. Esd. cap. 3. & 12.

Secunda, & id nomen Portæ. vide 4. Reg. 22.

Contritio, i. dolentium mœstitia, scil. ob aduentantes Chaldæos.

Collibus, sc. Ierusalem, subaudi, audietur illo tempore sc. occupatis portis vrbis, & collibus ab hoste.

11. *Pila*, loci est nomen concaui instar pilæ, seu mortarij ob profunditatem, inde enim sic dictus, Chald. torrentis Cedron.

Conticuit, sc. confusus, seu mœstus tacebit, vt solent calamitate pressi Chald. fractus est.

Chanaan, sic vocat Iudæos ob mores & impietatem vide Ezech. 16. Dan. 13. *Inuoluti argento*, i. vndique opibus septi, Chald. diuites opibus.

12. *Scrutabor*, sc. per Chaldæos, qui omnia scrutabuntur. *In lucernis*, Chald. vt qui cum lucerna scrutantur. *Defixos in fecibus suis*, i. peccatis, vel more vini (quod super fæces conseruatur quietum) in diuitiis quiescentes, Chald. tranquillissimè fruentes diuitiis suis. *Qui dicunt*, &c. id est, qui Dei prouidentiam negant. *Bene*, scil. bonis.

Male, sc. malis.

13. *Fortitudo*, Chald. diuitiæ,

14. *Magnus* sc. calamitatem insignem afferens.

Vox, i. strepitus, q.d. audiri videtur iam, vt solent appropinquantes *Amara*, q.d. calamitatem minans.

Tribulabitur, Chald. interficietur.

Fortis, pro, etiam fortis.

15. *Ira*, sc. Dei. *Tenebrarum*, i. calamitatis, quæ per tenebras solet significari, vt per lucé prosperitas.

16. *Tubæ*, sc. Chaldæorum.

Clangoris, Chald. iubilationis, sc. hostium.

Angulos, i. turres, quæ velut murorum anguli sunt.

17. *Cæci*, sc. consilij in opes.

Sicut humus, i. in magna copia. etiam vulgo dicitur de re copiosa, cùm è terra, Chald. & 70. & Heb. vt puluis.

18. *Igne*, i. ira. *Zeli*, Chald. vltionis, potest intelligi zelus, i. vehemens amor, quo contempto solet qui amat, valde irasci. *Deuorabitur*, Chald. & 70. consumetur.

Terra, sc. Iudæa, Chald. impij terræ.

CAPVT II.

1. *Conuenite*, sc. simul ad placandum Deum per preces & pœnitentiam. *Non amabilis*, sc. Deo, vel q.d. indigna amore, Chald. nolens conuerti, 70. indisciplinata, seu ineruditа.

2. *Iussio*, sc. Dei. *Puluerem transeuntem*, sc. derepente, & obcæcantem, vel inquinantem *Diem*, sc. calamitatis iunge cùm pariat, i. afferat. 70. antequam fitis, quasi flos transiens die.

3. *Mansueti*, 70. humiles. *Iudicium*, i. præcepta. *Quærite*, sc. omnes. *Iustum & mansuetum*, i. iustitiam, & mansuetudinem, Chald. veritatem, & mansuetudinem. *Si quomodo*, 70. vt.

Abscondamini, i. euadatis, Chald. & 70. protegamini, sic Psal. 26. Abcondit me, &c.

4. *Destructo*, sc. à Chald. *Desertum*, sc. redigetur.

Meridie, q.d. media luce sc. in omnium oculis.

Eijcient, sc. in capti uitatem.

5. *Funiculum*, i. partem. funiculo enim terræ diuidebantur, q.d. oram maritimam Palæstinæ.

Perditorum, i. perituorum, vel perdentium, sc. alios, Hebr. Cheretheorum, de quibus 2. Reg. 8. vbi Cherethi dicuntur, sc. Palæstini quidam dediti militiæ, virique fortes. Vide 1. Reg. 30. & Ezech. 25. vbi vocantur ab Interprete Interfectores. Quidam tamen putant omnes Palestinos ita dici, quod essent egregij milites, 70. Cretensium, sicut etiam verterunt Ezech. 25.

Super Chanaan, i. contra Palæstinos, qui erant Chananæi vide Ios. 13.

6. *Funiculus*, i. pars seu possessio.

Maris, sc. Philisthæi ad mare habitabant.

Requies, &c. q.d. ibi, vt solet in locis desertis, pecora pascent. sc. vastarunt etiam Palæstinos Chaldæi. vide Ierem 47. Ezech. 26.

7. *Remanserit*, sc. rediens ex captiuitate.

Pascentur, sc. à Iudæis possessoribus tunc eius regionis. *Auertet*, Chald. reducet.

8. *Blasphemias*, 70. contumeliam, Chal. elationem.

Populo meo, sc. cum abduceretur à Chaldæis.

Magnificati sunt, i. insolenter, seu superbè egerunt.

Super, i. contra, quasi, possessuri ipsi, vel quasi merito vastati sint ab hostibus suis Iudæi. sc. insultabant Iudæis victis.

9. *Vt Sodoma*, sc. destructa penitus.

Siccitas, &c. explicatio præcedentium, q.d. redigentur in locum plenum siccis spinis, Chald. locus derelictus carduis *Aceruі salis*, pro, velut aceruі salis, q.d. sterilis,

Æternum, i. longum tempus.

Reliquiæ, sc. post captiuitatem Babylonicam. Quidam factum dicunt tempore Machabæorum, & deinceps, fortè de Christianis intelligitur.

10. *Superbia*, 70. contumelia.

Blasphemauerunt, Chald. & 70. exprobrauerunt.

Magnificati sunt, i. superbierunt.

Super, i. contra.

11. *Horribilis*, Chald. terribilis. attenuabit, 70. disperdet *Viri*, Heb. vir, i. quisque. 70. quisque

De, pro, in *Loco suo*, q.d. non vt olim solum in Ierusalem. *Omnes*, pro, omnes etiam, Aug. epist 80. & de diui. dæm. c. 9 *Insulæ*, i. loca ad quæ per mare itur.

12. *Gladio meo*, sc. per Nabucdonosor.

13. *Extendet*, sc. Chadæus. vel Deus, scil. per Chaldæos. *Assur*, i. Assyrios. *Speciosam*, Heb. Chald. & 70. Niniuem.

14. *Bestiæ gentium*, sc. vicinarum, 70. feræ terrarum, Chald. ferarum *Onocrotalus*, Auis est similis cygno. vocatur sic à sono asini, quem edit. ὄνος, asinus, κροτᾶν, sonare: dicitur & Pelicanus, 70. leones.

Liminibus, sc. domorum dirutarum.

Cantatis, sc. auis, subaudi, audietur, vel sonabit, vel q.d pro auiculis olim cantantibus succedet coruus.

15. *Gloriosa*, Chald. potens, 70. malis dedita.

Alia, sc. mihi conferenda.

Desertum, Chald. & 70. desolationem.

Cubile, 70. pascua.

Sibilabit, sc. per irrisionem, vel admirationem.

Mouebit, sc. vel complodens, quod est lætantis, vel extendens, quod est mirantis vel irridentis.

Manum suam, 70. manus suas.

CAPVT III.

1. VÆ, Alloquitur Ierusalem.
Prouocatrix, sc. iræ Dei, 70. illustris.
Redempta, i. sæpe à Deo liberata, vel ex Ægypto educta. *Columba*, sc. sine intellectu vide Ose 7.
2. *Vocem*, sc. Dei.
3. *Vespere*, i. qui vespere oues aggrediuntur fame diurna rabidi. vide Abac. 1. 70. Arabiæ. *Non relinquebant*, &c. q.d. omnia statim vorantes.
4. *Prophetæ*, Chald. pseudoprophetæ. *Vesani*, sc. spiritu malo agitati. *infideles*, Chald. mendaces, 70. contemptores. *Sanctum*, sc. templum Chald. sanctitatem 70. sancta.
5. *Faciet*, i. feret, seu permittet, vel q. d. faciet iustitiam *Manè*, i. cito, vel quotidie.
Iudicium, sc. puniens.
Dabit in lucem, i. proferet, seu faciet conspicuum.
Abscondetur Chald. tardabit *Nesciuit*, &c. q.d. nec populum pudet suæ iniquitatis, nec pœnitet, vel de quouis iniquo sermo est.
6. *Gentes*, 70. superbos. *Anguli*, i. turres vel regna. Chald. palatia. *Dum non est*, pro, ita vt non sit.
Desolatæ, &c. q.d. debuerat populus meus similia timere, & cauere, ne me offenderet.
7. *Dixi*, &c. q.d. monui par esse, vt me timeret, & rectè viueret: quod si faceret, parcerem ei.
Eius, pro, tuum, mutata persona, more scripturæ.
Visitaui, i. hactenus puniui *Diluculo*, i. solicitè, seu sine mora *Corruperunt*, &c. q.d. tantum abest vt se emendarent, egerunt peius.
8. *Quapropter*, &c. verba Christi, q.d. post meam resurrectionem te per Romanos puniam, vel die Iudicii, vt quidam volunt ob ea quæ sequuntur. *In igne*, &c. vide sup. cap. 1. *Terra*, Chal. impij terræ.
9. *Quia tunc*, sc. tempore Euangelij.
Populis, sc. ad fidem conuersis. *Labium*, Chald. locutionem. *Humero vno*, i. vnanimiter metaphora à baiulis idem simul portantibus, vel bobus, 70. sub iugo vno.
10. *Aethiopia*, sc. quæ est prope Ægyptum, vel Indicæ. secundùm quosdam, Chald. Indiæ.
Filij dispersorum meorum, pro, dispersi mei, Hebr. dispersorum meorum filia, i. congregatio, sc. electi per mundum dispersi. vide Io. 11.
11. *Adinuentionibus*, i. consiliis seu operibus.
Magniloquos superbiæ, i. superbos magistros, vel de quibus superbiebas, sc. Scribas, & Pharisæos. Chald. fortes gloriæ, 60. detractiones contumeliæ,
Exaltari, i, superbire, 70. gloriari. *In monte* &c. q.d. de templo Ierosolymitano, vel in Ecclesia: discitur enim hîc Humilitas.
12. *Pauperem & egenum* Chald. mansuetum, & excipientem afflictionem. 70. mansuetum, & humilem.
Sperabunt in nomine Domini, i. in Domino, 70. timebunt, seu reuerebuntur nomen Domini.
13. *Mendacium*, 70. vana. *Pascentur*, sc. vt Christi oues ab ipso. *Accubabunt*, sc. in Ecclesia, vel cœlo.
14. *Filia Sion*, i. Ecclesia. *In omni*, 70. ex toto.
15. *Iudicium tuum*, i. damnationem, sc. remissis peccatis. 70. iniquitates tuas. *Auertit*, i. expulit, Chald. extirpauit. *Inimicos*, sc. dæmones & vitia.
In medio tui, i. tecum. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus &c.
16. *Dicetur*, 70. dicet Dominus. *Dissoluantur*, Chald. remittantur.
17. Gaudebit, &c. 70. adducet super te lætitiam, & inuocabit te in charitate sua. *Silebit*, sc. ad peccata præterita, quia remissa. *Tua*, i. tui. *Laude*, Chald. exultatione, 70. delectatione.
18. *Nugas*, i. peccatores, peccata enim velut nugæ, & mendacia. dicuntur quidem homines nihili, & nugatores, nugæ.
Ex te, sc. de numero electorum.
Opprobrium, id est, tibi exprobretur illorum vita mala.
19. *Claudicantem*, sc. à recto, vel animam, vel Synagogam. *Laudem*, 70. gloriam q.d. faciam gloriosos.
In nomen, i. famam seu celebritatem, 70. nominatos. *Confusionis*, sc. vbi contempti. & contumeliis affecti.
20. *Coram oculis vestris*, q.d. vobis videntibus, & gaudentibus ad tam felicem mutationem.

HAGGÆVS.

Prophetauit ad Iudæos, qui ex captiuitate redierant.

CAPVT I.

1. DArij, filij Histaspis. Alii Longimanum putant, qui fuit postea. Alij aliter. vide Esd. 5. Fuerunt ab hoc tempore ad Christi natiuitatem anni circiter 500.
Sexto, sc. Iulio vel Augusto.
Vna, i. prima. *Manu*, i. opera. *Zorobabel*, non est iste de quo 1. Par. 3. ille enim filius Phadaiæ fratris Salathiel.
2. *Iste*, sc. qui redierat è captiuitate *Nondum*, sc. videbant impeditum fuisse opus diu, quasi Deus nollet adhuc ædificari.
4. *Laqueatis*, q.d. ornatè fabricatis, Chald. tectis cedrinis tabulis. *Ista*, sc. cœperat ædificari templum.
Deserta, Chald. destructa, scil. fuerat opus interruptum impedientibus hostibus vicinis.
5. *Ponite corda*, &c. q.d. cogitate sedulò, quanta mala sitis passi ob istam socordiam.
Vias, i. opera & labores.
6. *Intulistis*, sc. in horrea *Inebriati*, i. satiati.
Mercedes, sc. operarum, seu negotiationum.
Misit, i. perdidit, ac si misisset, &c.
7. *Montem*, sc. Libanum, Chald. montes.
Parate, Chald. afferte, 70. incidite, *Domum*, i. templum.
Acceptabile, &c. q.d. rem gratam mihi feceritis vel, vt vertit Chald. placebit mihi habitare in ea.
Glorificabor, i. cedet in gloriam meam, vel q.d. exaudiam vos, & benefaciam vobis.
9. *Respexistis*, &c. q.d. sperastis multum fructus ex agris. sed contra accidit.
Exsufflaui, i. feci euanescere, seu redegi in nihilum, sc. vt solet segetes ventus vrens.
Festinatis,

Festinatis, &c. q.d. quisque suam domum diligenter ædificat, vel prouidet domui suæ.

10. *Rorem*, Chald. pluuiam.

11. *Siccitatem*, Chald. sterilitatem, seu penuriam.

13. *Nuncius*, q.d. legatus, sc. Propheta. *De nuncius*, q.d. vnus de numero Prophetarum.

14. *Suscitauit*, i. excitauit. *Spiritum*, i. mentem, sc. vt intenderet operi.

CAPVT II.

1. IN *die*, &c. hic versus coniungitur cum præcedenti capud Hier. & quosdam alios, sc. hac die cœptum opus, i. parari materia, nam ædificium cœptum 24. mensis noni. vt dicitur inf. *Sexto*, sc. Augusto quidam Februarium putant, quia annus vulgaris incipiebat à Septembri, sacerdotem à Martio vide Exod. 12.

4. *Derelictus*, sc. ex iis qui viderunt primum templum. *Gloria*, i. splendore. Chald. decore.

Quid, pro, qualem, 70. quomodo. *Non sit*, Chald. res nihili.

5. *Terra*, sc. huius *Facite*, sc. opus templi quod cœpistis.

6. *Verbum*, i. fœdus, sc. firmum erit, seu seruabo.

Spiritus, sc. tertia persona in Deitate, adeoque tota Trinitas, nec enim separantur actione. *Erit*, sc. per effectum gratiæ, & protectionis.

7. *Modicum*, Not. 500. annos, aut 300. secundùm alios dici modicum, sc. breue est, respectu non solùm æternitatis, sed totius temporis, 70. adhuc semel, & ita citatur Hebr. 12. *Commouebo*, &c. q.d. faciam rem nouam, & mirabilem in orbe. *Et mare*, &c. explicat quid terræ nomine intellexerit.

8. *Mouebo*, sc. stupore tanti mysterii, & lætitia, & vitæ innouatione. *Veniet*, sc. in mundum, vel ad iudicium. vide Aug. 18. ciu. c. 35. & 48.

Desideratus, &c. sc. Christus, quem totus mundus desiderabat, sc. optabat felicitatem, quam Christus attulit, etsi id eum facturum multi ignorabant, Chald. desiderium omnium gentium *Gloria*, sc. ob Christi præsentiam.

9. *Meum est*, &c. q.d. si velim, possim facile istam ornare auro, & argento, sed ornabo re pretiosiori, sc. filii mei præsentia, & doctrina, &c.

10. *Domus istius*, i. Ecclesiæ per hanc significatæ, Aug.

18. ciu. *Pacem*, sc. Christum, qui est pax nostra.

12. *Legem*, i. de re ad legem pertinente.

13. *Sanctificatam*, sc. per oblationem eius factam Deo.

Eius, sc. vestimenti. *Sanctificabitur*, sc. id quod tactum fuit.

14. *In anima*, i. ob contractum hominis mortui

15. *Sic populus*, &c. q.d. contaminat quidem oblationes quia immundus est peccatis, & non ab ipsis sanctificatur quòd eas tangat sanctificatas. vide Ierem. 11. Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, &c.

Ibi, sc. in altari quod extruxerant ad sacrificia.

16. *Hac*, sc. 24. mensis noni.

17. *Viginti*, sc. opinione vestra, seu spe.

18. *Vento vrente*, 70. sterilitate.

Aurugine, vitium est segetis ex nimio humore, 70. corruptione aeris.

19. *Iacta*, sc. super illa, quæ cœpta tempore Cyri, vel in altera parte, in qua nondum cœpta. vide 1. Esd. 3.

20. *Germine*, q.d. nondum germinauit Hinc apparet nonum esse Nouembrem, non Martium, Chald. in area. *Benedicam*, i. dabo copiam fructuum.

23. *Regnorum*. Quidam putant prædici euersionem regni Persarum. Alii Græcorum, alii Romanorum.

Descendent, i. cadent in terram, sc. morientur.

Vir, i. quisque.

24. *Te*, sc. in posteris tuis, præcipuè in Christo, sic quædam promissa Abraham, Genes. 12. & 15. quæ in posteris impleta *Signaculum*, i. annulum signatorium, Chald. sculpturam annuli super manum *Elegi*, sc. vt ex te Christus nascatur, Chald. in te mihi complacui.

ZACHARIAS.

Prophetat de Iudæis, Gentibus, Christo, & Ecclesia.

CAPVT I.

1. OCtauo, sc. Octobri. *Darij*, vide Agg. 1. *Zachariam*, de quo Matt. 23. etsi quidam aliud sentiunt.

2. *Super*, i. contra.

3. *Et dices*, sub. præterea.

Eos, sc. Iudæos. *Conuertimini*, sc. per pœnitentiam.

Conuertar, sc. remittendo peccata, dando gratiam, & iuuando.

4. *Priores*, sc. qui ante captiuitatem.

5. *Vbi sunt?* q.d. Nonne illis acciderunt quæ prædixi, e si non credebant euentura?

Nunquid, &c. q.d. pseudoprophetæ illi qui patres vestros decipiebant, nonne & ipsi miserè mortui, cum tamen felicitatem promitterent? Vel si de veris Prophetis loquitur q.d. nunquid perpetuo opus est, vos monere per Prophetas? nec mihi credetis sæpius monenti, cùm præsertim appareat re ipsa me vera prædicere?

6. *Legitima*, i. præcepta, Heb. statuta.

Conprehenderunt, i. ad eos peruenerunt, q.d. nonne eis manifestata sunt? vel, nonne mala quæ simul minabantur illis inuenerunt? *Conuersi sunt*, i. ad se reuersi sunt, 70. responderunt. *Feci*, sc. puniendo.

7. *Vndecimi*, sc Ianuarii. *Verbum*, visionem vocat verbum, quamquam & in ipsa visione interueniunt verba Angeli,

8. *Vir*, sc. Angelus Michael, de quo Daniel 10.

Equum rufum. In equo celeritas, in colore punitio hostium significata. *Profunde*, sc. aquarum, q.d. prope aquas, sc. Babylonis, Chald. Babylone.

Equi, sub. & equites. *Varij*, varietate coloris significantur varia Angelorum munia, pro varietate præceptorum Dei; nempe rufo punitio seu calamitas. albo prosperitas.

9. *Dixi*, sc. Angelo, qui mihi illa ostendebat.

In me, sc. intra me, Chald. mecum. *Ostendam*, i. faciam tibi ostendi.

10. *Vir*, sc. Michael. *Perambulent*, sc. custodientes prouincias, vel exequentes varia Dei madata.

11. *Responderunt*, sc. rogat de statu hominum, vt Zacharias audiret. *Habitatur*, *& quiescit*, pro, habitatur in pace, sc. sine prælijs, Chald. habitatur pacifica, & quieta Quidam ad ditionem Darij solam referunt.

12. *Respondit*, i. locutus est. *Quibus iratus es?* i. quos affligis. *Septuagesimus*, sc. ex quo Ierusalem euersa. Nam 19. Nabucdonosoris, qui deinde regnauit, 26. sed computato 19. fiunt, 27. nam mense 5. decimi noni capta vrbs. Euilmeradac. 23. Balsasar. 3. Cyrus 7. post expugnatam Babylonem (etsi alii aliter sentiunt, sed deinde filio dant 14.) Cambises. 8. Qui omnes vsque ad Darij. 2. fiunt 70.

13. *Bona*, i. consolatoria, vt statim explicat, Chald. recta.

14. *Zelatus sum*, i. amore prosecutus, adeoque eorum causa iratus affligentibus ipsam. hæc sunt verba consolatoria.

15. *Gentes*, sc. Chaldæos. *Adiuuerunt in malum*, i. grauiùs afflixerunt, quam debuerint, seu quam vellem, Chald. adiuuerunt ad malefaciendum.

16. *In misericordiis*, i. cum magna misericordia.

Perpendiculum, &c. q.d. ædificabitur *Ierusalem*, Chald. ædificium parietum Ierusalem.

17. *Affluent*, Chald. implebuntur. *Eliget*, i. tractabit vt electam, Chald. complacebit sibi in. possunt hæc ad Ecclesiam referri.

18. *Leuaui oculos*, i. aspexi. *Quatuor cornua*. Quidam regna quatuor intelligunt, sc. Chaldæorum. Persarum, Græcorum, & Romanorum. Alii, quatuor orbis partes, quæ Iudæos vexarunt. scil. ab Oriente Hammonitæ, & Moabitæ: ab Occidente Palæstini; à Septentrione Chaldæi: à Meridie Idumæi, Chald. quatuor regna.

19. *Ventilauerunt*, i. vexarunt, Chald. & 70. dispersérunt.

20. *Fabros*, sc. ferrarios, qui cornua ferrea confringerent, nempe Angelos.

21. *Per singulos*, &c. q.d. Iudæos omnes.

Eorum, sc. Iudæorum. *Leuauit caput*, i. potuit resistere, seu respirare. *Cornu*, i. potentiam, robur.

CAPVT II.

1. **V**Ir, sc. Angelus specie viri. *Mensorius*, sc. quo solent Architecti metiri ædificia. 70. geometricus.

2. *Ierusalem*, sc. Ecclesiam, ad eam enim pertinent quæ sequuntur. *Sic*, sc. futura. est enim ædificanda, vel quanta nunc sit, quantumque desit.

3. *Egrediebatur*, sc. à me, 70 stabat. *Alius*, fortè ille qui funiculum gustabat.

4. *Ad eum*, sc. qui in me loquebatur antea.

Puerum, Chald. & 70. iuuenem. Apparet Zachariam fuisse iuuenem, certe erat respectu Angeli. vide tamen Ioan. 21. *Absque muro*, &c. q.d. tanta erit multitudo, vt circumdari muro non possit, sc. Ecclesia significatur.

Iumentorum, sc. sunt etiam in Ecclesia, qui vt iumenta viuunt. est in area hac cum grano palea, vsque ad diem Iudicij, & cum prudentibus virginibus fatuæ.

5. *Murus*, i. velut murus seu pro muro, Et Dominus in circuitu populi sui Psal. 124. Chald. velut murus.

In gloria, 70. in gloriam, sc. reddam gloriosam. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. vide Isa. 60.

6. *Aquilonis*, i. Babylone, sc. mundo, & vitiis, potestateque diaboli. *In quatuor*, &c. q.d. ô electi, qui per orbem totum dispersi estis. vide Isa. 43. & Ioan 11. 70. de quatuor ventis cœli congregabo vos.

7. *Sion*, i. electi ex Iudæis. *Filiam*, *Babylonis*. i. Babylonem, vt sup.

8. *Exercituum*, 70. omnipotens. sc. inf. Apertè Christus hic Deus dicitur, sicut & Psal. 23. est enim vtrobique Iehoua יהוה *Gloriam*, sc. meæ resurrectionis. Vide Ioan. 7. Nondum erat glorificatus, sc. per resurrectionem.

Me, sc. Christum per Apostolos, qui Gentibus prædicarunt. vide Isa 49. Act. 13. *Spoliauerunt*, sc. sæpe Iudæi vexati à gentibus. Ait ergo, cum per Apostolos ex vobis assumptos sint conuertendæ gentes ad fidem, quanto æquius est vos etiam conuerti?

Tangit, i. lædit, vide Psal. 104.

Mei, sc. Dei, q.d. valde Deum offendit quicunque vos persequitur. vide Deut. 32. Psal. 16. Sensus est, valde estis Deo chari, vlcisceturque vestras iniurias, subiiciendo vobis populos ad fidem conuersos per Apostolos, 70. eius.

9. *Super*, i. contra. *Eos*, sc. gentiles.

Præda his, i. subditi Iudæis, sc. Apostolis eos conuertentibus. *Seruiebant*, scil. Iudæi sæpe Gentilibus seruierunt. *Dominus*, sc. pater. *Me*, sc. filium prædicit Iudæorum conuersionem post gentes.

10. *Lauda*, Chald. exulta, 70. gaude. *Filia Sion*, i. ecclesia. *Venio*, sc. per Incarnationem.

11. *Applicabuntur*, Chald. adiicientur, 70. confugient.

12. *Iudam*, i. fideles. *Partem*, pro, velut partem, i. hæreditatem. *Sanctificata*, 70. sancta, sc. ecclesia.

Eliget, i. amabit, Chald. gratam habebit. *Adhuc*, q.d. perseuerabit, amando, & fauendo.

13. *Sileat*, sc. præ reuerentia, & timore, 70. timeat.

Consurrexit, Chald. apparebit. *Habitaculo*, sc. cœlo, q.d. veniet in mundum, quod quidam ad priorem aduentum referunt: alij ad secundum.

CAPVT III.

1. **A**Ngelo, sc. Michaele principe Synagogæ, secundum quosdam *Satan*, 70. diabolus.

A dextris. Hunc locum capit & qui defendere, & qui opprimere vult quod dextra potior sit hominis pars, & valentior, adeoque ea defensa stat, victa cadit vide Psal. 15. & 108. *Aduersaretur*, i. accusaret.

2. *Increpet*, pro, increpabit, i. reprimet, q.d. ego te cohibebo. solet Deus de se loqui tanquam de tertia persona vide Gen. 19. Num. 12. *In te*, pro, te, Heb.

Et increpet, q.d. & omnino te impediet, ne sc. quidquam possis contra Iesum, aut templi ædificationem. Non verò per Dominum, fortè indicare Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. *Elegit*, sc. vt in ea sit eius templum, vultque ædificari *Torris*, pro, vt torris, i. titio.

Igne, sc. captiuitate.

3. *Indutus*, sc. sic apparebat in visione illa.

Sordidis, significantur eius peccata, forte quod populum non reprehendit. vt debuit, peccantem; cum præsertim eius nepotes etiam duxissent alienigenas. vide Esd. 10.

Stabat, sc. iudicandus, vel opem expectans.

4. *Qui*, sc. Angelus Michael, de quo proximè.

Eos, sc. minores Angelos. *Abstuli*, q.d. per hoc significo ablatam à te iniquitatem tuam.

Indui, pro, induam *Mutatoriis*, i. pretiosis vestibus, talibus enim solent viles mutari, Chald. iustitiis. 70. veste talari.

5. *Cidarim*, i. tiaram pontificiam. *Vestibus*, sc. pontificiis. *Angelus*, sc. qui hæc fieri præceperat.

6. *Contestabatur*, i. velut coram testibus monebat.

7. *Exercituum*, 70. omnipotens, sic inf.

Custodiam meam, i. quod custodiri præcepi, 70. præcepta mea. *Quoque* q.d. id etiam dabo, vt, &c.

Iudicabis domum meam, i. populum meum reges, vt solent Pontifices, Chald. iudicabis templi ministros.

Custodies, sc. vt præfectus. *Ambulantes*, sc. tecum, i. protegentes. *His*, sc. Angelis, Chald. intelligit promitti ei conuersationem inter Angelos post resurrectionem.

8. *Portendentes*, i. factis suis futura figurantes, sc. omnia illius populi facta, figura erant futurorum, 70. portentorum spectatores, Chald. digni quibus fiunt miracula.

Orientem, sc. Christum Chald. Messiam, sc. ortus est. Mundo velut Sol: vnde Oriens nomen eius Zach. 6. & Oriens ex alto, Luc. vel Oriens dicitur, sc. germen, id enim significat vox Heb. quomodo vertitur Ier. 23. & 33. Isa. 4. & et iam, Græca. ἀνατολὴ, i. in 70. & in Luca, vt quidam notant. dicitur autem germen, sc. è radice Iesse surculus.

9. *Lapis*, sc. Christus, qui lapis angularis & offensionis abscissus de monte. &c. *Dedi*, i. promisi me daturum.

Coram Iesu, sc. in reuelatione proxima de Oriente.

Vnum, sc. singularem, de quo proximè dictum.

Oculi, i. dona Spiritus sancti, vel Angeli, de quibus Apoc. 1. & 5. Tob. 12. Zach. 4. vide etiam Apoc. 8. 15. 16. & 17. sc. per Angelos plurimos (id enim 7. significat) mundum gubernat. *Sculpturam*, sc. passionem, vbi velut cælatus clauis, & virgis, vel perfectionem animæ ornatæ donis. *Illius*, sc. vbi passus fuerit, nempe Iudææ, vel Mundi, quantum est ex parte pretij dati pro redemptione. *Vna*, sc. passione.

10. *Die illa*, sc. tempore Euangelii.

Vir, i. quisque. *Vitem*, q.d. pax erit, & conuiuabuntur securè inuicem. vide Isa. 2. Ose. 2. Mich. 4. Intellige vero fructus spirituales.

CAPVT IV.

1. REuersus est, sc. fuerat egressus, vt dictum cap. 2. *Suscitauit*, sc. attonitus fuerat ad visionem præcedentem.

2. *Candelabrum*, sc. Ecclesia. *Aureum*, sc. charitate & cœlesti doctrina. *Lampas*, sc. Christus.

Super caput, i. in summitate. *Et septem*, sc. præterea, vel pro, id est septem, vt sit explicatio lampadis. ita enim quidam accipiunt, & candelabrum Christum dicunt.

Lucerna, sc. iusti omnes, vel ecclesiæ magistri, vel septem dona Spiritus sācti. *Infusoria*, pars erat hæc lucernarum, per quam in eas oleum influebat. Quidam septem Sacramenta intelligunt, per quæ oleum gratiæ infunditur in homines.

3. *Super*, i. iuxta, putant autem quidam intelligi Eliam & Enoch. vide Apoc. 11.

4. *Sunt*, i. significant.

6. *In spiritu meo*, i. per virtutem spiritus, quem dabo meis; sc. fient in Ecclesia, quæ per ista, quæ hic apparent, significantur.

7. *Quis tu* sc. vt possis impedire Zorobabelem in ædificio templi, & Christum per illum significatum, in Ecclesiæ dedicatione? *Mons magne*, i. diabole

In planum, scil. deiicieris, seu deprimeris, 70. vt corruas.

Et educet, &c. q.d. mittet Pater Filium, Chald. & emerget Christus, cuius ab æterno nomen dictum est, qui omnium Regnorum imperio potietur.

Primarium, sc. fundamentalem. *Exæquabit*, &c. q.d. faciet respondere gratiam Christianorum gratiæ Christi, sc. similes ei esse vita per gratiam, tanquam membra capiti, in quo summa gratia, iuxta illud, conformes fieri imagini filii sui.

9. *Manus*, &c. q.d. vt Zorobabel istam domum cœpit, & perfecit, ita Christus, qui ex eo nascetur, & per eum significatur, Ecclesiam ædificabit.

Me, sc. Christum.

10. *Despexit*. pro, despiciat vel despiciet.

Dies paruos, i. paucos prædicationis Christi. vel parui dicuntur ob Christi vitæ totius humilitatem

Stanneum, sc. qui solet alligari in perpendiculo, q.d. magna erit lætitia, cùm Christus Ecclesiam ædificabit.

Septem, &c. explicat quid significent oculi, de quibus sup. *Discurrunt*, Angeli significantur, quorum ministerio Deus vtitur in mundi gubernatione.

11. *Respondi*, i. locutus sum.

12. *Spica*, 70. rami, sc. pleni oliuis, instar spicæ plenæ granis. *Rostra*, sc. lucernarum, in quibus illud est, per quod infunditur oleum, quod hic suffusorium vocatur. At supra dixit esse septem septem quidem omnia, sed duo extrema erant in candelabro iuxta quæ assurgebant oliuæ.

14. *Olei*, 70. pinguedinis, q.d. pingues gratia.

Assistunt, sc. orantes pro populo Iudæorum, vel parati ad iussa: mittendi enim suo tempore Elias & Enoch. in mundum, è loco vbi nunc viuunt, siue is paradisus est terrestris, siue alius locus.

CAPVT V.

1. VOlumen, sc. oblonga membrana. in tali enim olim scribebatur, 70. falx. *Volans*, significat id, celeritatem supplicij pro peccatis illic notatis.

2. *Longitudo*, &c. sc. maior supplicij longitudo seu diuturnitas quam intensio: illa enim sempiterna, sc. sine fine, hæc finita.

3. *Maledictio*, i. supplicii sententia. *Terra*, sc. Iudææ.

Fur, &c. per furtum intelliguntur etiam reliqua peccata in proximum, per periurium reliqua etiam in Deum.

Iudicabitur, Chald. percutietur, 70. punietur.

Iurans, sc. falsò, vt infra dicitur. *Ex hoc*, sc. volumine, i. iuxta sententiam scriptam in volumine.

4. *Illud*, sc. volumen, seu scriptum in eo decretum, aut maledictum. *Et ligna*, &c. q.d. prorsus totam.

5. *Egressus*, sc. vt acciperet ab Angelis superioribus nouam reuelationem. *Dixit*, sc. vbi fuisset reuersus.

Egreditur, sc. repræsentabatur tanquam aliicundè egrediens. fortè velut à Deo è templo, vel ex vrbe, velut è populo.

6. *Amphora*, Heb: Epha, quæ est certum genus mensuræ, sed hic pro mensura absolutè sumitur, 70. mensura sc. peccatorum Iudæorum, quæ cum est impleta, excæcari meruerunt vnde Matt. 23. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. *Oculus*, i. aspectus, q.d. hic apparet quales sint, qualiaque eorum facta, sc. implent indies mensuram hanc, 70. iniquitas.

Terra, sc. in qua habitant.

7. *Talentum*, sc. massa quædam, vt dicitur inf.

Portabatur, sc. in amphora, vt quidam aiunt.

8. *Impietas*, 70. impietas eorum. *Eius*, sc. amphoræ,

amphoræ, significatur mensura plena iniquitate, & grauiter occlusa, sc. indurati Iudæi.

9. *Mulieres*, sc. Israel, & Iuda, vel Iudæorum cæcitas, & obstinatio. *Spiritus*, i. ventus. *Milui*, sc. rapacitas indicatur, vel fortis volatus *Inter terram*, &c. i. per aerem.

11. *Ei*. sc. amphoræ, adeoque impietati.

Senaar, 70. Babylonis, sc. ibi dicuntur Iudæi tandem recepturi Antichristum. nam in Babylonia regnare incipiet. *Ponatur*, &c. q.d. alto & firmo loco statuatur, vt solent idola.

CAPVT VI.

1. QVadriga, 70. currus. *Montium*, sc. Dei potentiæ, & sapientiæ. *Aerei*. i. fortissimi.

2. *Prima*, sc. imperio Chaldæorum. *Rufi*, sc. ob cædes, & crudelitatem *Secunda*, sc. Persarum.

Nigri, sc. ob terrorem.

3. *Tertia*, sc. Græcorum. *Albi*, sc. ob clementiam.

Quarta, sc. Romanorum. *Varij*, sc. respersi albis maculis. varium fuit Romanorum imperium.

Fortes, 70. multicolores.

5. *Quatuor*, pro, vt quatuor, q.d. violenter subuertentes omnia, quocunque irruant. *Stent*, sc. parati ad iussa, nam per eos Deus punit quos vult. vide Isa. 10. Ierem. 25. Matt. 22. Chald. ne stent.

6. *Aquilonis*, sc. Chaldæorum, quos vicerunt. Ideo omissa illorum quadrigæ mentio hic, quia superati à Persis. *Post eos*, sc. & Persas vicit Alexander.

Austri, sc. Ægyptum subiugauit Augustus tandem, & sic potitus omni Græcorum imperio.

7. *Robustissimi*, sc. quos supra vocauit fortes, erantque in quarta quadriga, à qua hinc videntur separari. Quidam Gothos intelligunt, qui per orbem discurrentes cuncta vastarunt.

8. *Spiritum meum*, 70. furorem meum. q. d. satisfecerunt mihi in Chaldæos irato, dum eos vastarunt.

10. *Sume*, sc. quod infra dicitur.

Transmigratione, 70. captiuitate, i. captiuis, qui è Babylone redierant, Chald. filiis transmigrationis.

Iosiæ, iste fortè custodiebat Templi thesaurum.

11. *Aurum & argentum*, significantur vel duæ in Christo naturæ, vel Gentiles, & Iudæi Christo subiecti.

Coronas, sc. significantes Christi summum imperium, & sacerdotium, Chald. coronam magnam.

12. *Vir*, sc. cuius tu in hoc figura es. *Oriens*, &c. Chald. ecce vir, Christus nomen eius, qui reuelandus est, & magnificandus, & ædificaturus templum Domini.

Subter eum, i. in loco suo, vel sua virtute.

Templum, sc. Ecclesiam.

13. *Gloriam*, i. coronam, q. d. regnabit, vt statim explicat *Solio*, vide Luc. 1. *Sacerdos*, Chald. Sacerdos summus. *Consilium pacis*, i. concordiæ.

Duos, sc. Regem & sacerdotem quia vtrumque Christus, vel populum Iudaicum, & Gentilem, sc. in Ecclesia.

14. *Helem*, hic supra dictus Oldai. Forte Binomius erat. *Hem*, hic. supradictus Iosias. *Memoriale*, q.d. in memoriam, quod eas Domino obtulerint, & id figura eorum, qui offerunt sua Christo.

15. *Procul*, sc. Gentiles. *Me*, sc. prophetam, vel Christum. *Hoc*, sc. quod dixi, scietis, &c. *Domini*, sc. Christi, quem quia Iudæi non audierunt, excæcati.

CAPVT VII.

1. NOni, i. Nouembris.

2. *Et miserunt* pro, miserant enim.

Sarasar, &c. nomina Iudæorum qui remanserant in Babylonia.

3. *Flendum*, i. ieiunandum. *Quinto*, sc. ieiunabant, mense quinto, quo vrbs incensa, & septimo, quo interfectus Godolias, adeoque dispersi Iudæi, qui sub eo erant.

Sanctificare, Chald. abstinere à delitiis.

4. *Et factum est*, &c. redit ad id quod dixerat supra.

5. *Mihi*, i. quod mihi gratum esset vide Isa. 58.

6. *Vobis*, sc. & non ad Dei gloriam.

7. *In manu*, i. opera seu ministerio, q.d. nonne sæpe vos monui, non esse mihi grata vestra ieiunia, quod deesset eis meorum præceptorum obseruatio?

9. *Verum*, 70. iustum. *Et misericordiam*, &cæt. hæc geminatio significat, sæpe & multum misericordia vtendum.

10. *Calumniari*, Chald. & 70. opprimere.

Et malum, 70. & malitiæ quisque fratris sui ne memineritis in cordibus vestris.

11. *Auerterunt scapulam*, i. terga verterunt.

Recedentem, & sic est Heb. & Chald. q.d. rebellem, seu onus detrectantem, 70. tergum contemnens. *Aggrauauerunt*, sc. velut pondere aliquo obturarunt.

12. *Spiritu*, sc. quē posuit in Prophetis. *Indignatio*, sc. qua illos puniuit.

13. *Locutus est*, sc. se puniturum. *Dicit*, pro, dixit etiam tunc.

14. *Nesciunt*, i. nesciebant antea. *Terra*, sc. Iudæa.

Desolata, i. sola relicta. *Ab eis*, i. ob ipsorum peccata, vel ipsis discedentibus.

Transiens, & reuertens, i. vltro citroque commeans.

Desiderabilem, i. optimam.

Desertam, Chald. & 70. desolationem.

CAPVT VIII.

1. ZElatus, &c. q.d. zelotypia prosecutus sum, eoque indignatus, quod me tantopere se amantem deseruerit, vel, iratus eius hostibus.

Sion, i. Iudæos, seu Synagogam, quæ Ecclesiæ figura, & pars. Cœpit enim Ecclesia à mundi principio, sed figura etiam fuit Ecclesiæ Christianæ.

3. *Reuersus sum*, Chald. reuertar, sc. in gratiam recipiam. *Ierusalem* sc. Christi Ecclesia.

Veritatis, 1. Tim. 3. vocatur columna & firmamentum veritatis, sc. in ea vera est doctrina, & firmissima.

Mons, etiam mons dicitur Ecclesia ob altitudinem dogmatum, & firmitatem *Sanctificatus*, Hebr. & Chald. sanctitatis, 70. sanctus scil. sancta Ecclesiæ doctrina, & morib. nec extra eam vlla est sanctitas, aut vera virtus.

4. *Senes*, &c. q.d. diu viuent habitatores, sc. sancti, q.d. per totam vitam studebunt sanctitati, vel nunquam deerunt in Ecclesia Magistri, qui prudentia, & doctrina cæteros regant. est autem in senibus prudentia. Væ terræ, cuius rex puer est. *Viri*, i. cuiusque, sc. senum, q.d. erunt prudentissimi, vt solent grandæui. *Baculus*, Chald. opera recta, sc. quibus ætas sustentatur.

5. *Infantibus*, & cæt. q.d. erunt & in Ecclesia multi in Christo paruuli, seu recens baptizati, & hilariter viuentes, quanquam & in Ierusalem, quæ tunc

tunc ædificabatur, fuerunt ista ad litteram, sed in figura spiritualium.

6. *Reliquiarum*, i. relictorum ex captiuitate, in qua multi perierant. *Illis*, sc. posse fieri. *In oculis meis*, i. coram me.

7. *Orientis*, &c. per hæc duo intellige etiam Aquilonem, Austrum q.d. de omnibus mundi partibus vocabo electos ad salutem. vide similem phrasim Matt.8.

8. *Ierusalem*, i. Ecclesiæ. *In veritate*, *& in iustitia*, sc. colent me vera fide, & rectis moribus.

9. *Prophetarum*. sc. Aggæi, & Zachariæ.

In die, 70. ex die.

10. *Merces*, i. laborum fructus.

Tribulatione, i. hostium vicinorum persecutione.

Dimisi, i. permisi, sc. insurgere.

12. *Semen pacis*, i. prosperitatis, q.d. prouenient seminata fertiliter. *Germen*, i. fructum.

13. *Maledictio*, i. maledicti, sc. vexati, vel male audientes. *Benedictio*, i. benedicti, sc. cùm ad fidem Christi conuersi eritis.

14. *Misertus*, sc. hactenus, vt benefacerem.

15. *Conuersus*, sc. ad misericordiam, qui secundùm iustitiam feceram. *Cogitaui*, loquitur more humano. Alioquin Deus nihil de nouo cogitat. *Diebus*, *istis*, potest coniungi cum sequentibus.

16. *Verba*, i. res, seu opera. *Pacis*, 70. pacificum, & iustum, sc. quo pax alatur & iustitia, non discordia aut iniquitas. *Portis*, sc. vrbium, ibi enim fiebant iudicia.

17. *Amicum*, Chald. & 70. proximum.

19. *Ieiunium*, redit, ad id, de quo quæsitum cap. 7.

Quarti, i. obseruabant, quia eo mense rupti à Chaldæis. muri Ierusalem.

Decimi, sc. ob obsessam eo mense vrbem. vide Ier.39. & 52. Ezech.144. Reg vlt.

In gaudium, q.d. cessabit, atque ita respondetur quæsito. *Præclaras*, Heb. & 70. bonas i. lætas, Chald. iucundas. *Veritatem tantùm*, pro, veritatem modò, seu interim, Chald. propterea veritatem, 70. & veritatem q.d. id præcipue à vobis requiro, vt veritati studeatis, & paci.

20. *Vsquequo*, pro, in tantum vt, q.d. in tantum festa celebrabitis vt veniant ad vos multi, &c. Chald. & 70. adhuc venient, &c. *Veniant*, sc. tempore Euangelii.

21. *Vnus ad alterum*, pro, vnius ciuitatis ad alteram, vt indicant Heb. *Domini*, sc. Christi.

Vadam, sc. respondebit alter.

22. *Robustæ*, 70. multæ, Chald. regna magna.

Ierusalem, i. Ecclesia.

23. *Illis*, sc. hæc accident, quæ dixi.

Et apprehendent, pro apprehendent inquam. *Fimbriam*, i. oram vestis.

Iudæi. sc. spiritualis, i, Christiani.

CAPVT IX.

1. Onus i. prophetia tristis mundo, qui Euangelio resistet, sed superabitur tandem.

Adrab, locus est prope Damascum, per quem duo Mundi vrbes finigficantur. *Requiei eius*, sc. Domini, q.d. requiescet in gentibus ad fidem conuersis, 70. sacrificium eius, sc. erit, q.d. Christo sacrificabisur à Gentilibus conuersis. *Oculus*, i. intuitus *Hominis*, &c. q.d. respicit Deus omnes homines, & non solum Israelitas. An Iudæorum Deus tantum? 70. quia Dominus respicit homines. Chald. quia videt Dominus opera hominum.

2. *Hemath*, sc. Antiochia. *Eius*, sc. requiei Domini, vel Ecclesiæ, q.d. & ipsa Emath conuertetur ad fidem, per has vrbes Gentilium, reliquæ etiam intelliguntur.

Sapientiam, sc. fidei. seu Ecclesiæ.

3. *Et ædificauit*, &c. q.d. quamuis munitissima sit, & ditissima, tamen à Christo expugnabitur, nec poterit Euangelio resistere. diemque de aliis ciuitatibus intelligendum *Humum*, Chald. & 70. puluerem.

4. *In mari*, sc. erat in mari sita. *Hæc*, Hebr. Chald. & 70. ipsa. *Igni*, sc. verbi Dei *Deuorabitur*, sc. destructis erroribus, & vitiis.

5. *Ascalon*, &c. i. qui in gentibus oderant Euangelium. *Spes*, sc. qua se putabat posse resistere.

Rex, pro Regum, vel diabolus, q.d. Christus solus in ea regnabit, *Habitabitur*, sc. ab infidelibus.

6. *Separator*, sc. Christus, qui segregat oues ab hœdis s. vel quicunque se separauit, sc. ab infidelibus ad fidem conuersus, 70. alienigena, sc. alienus ante à fide.

Superbiam, per quam etiam alia vitia intelliguntur.

7. *Sanguinem*, i. peccata, præsertim blasphemiam.

Eius, 70. eorum. *Abominationes*, repetitio vel significatur idololatria *Dentium*, i. oris, q.d. vt ne de eis quidem loquatur amplius. *Relinquetur*, q.d. erit in numero reliquiarum, quæ saluantur à Domino.

Deo nostro, Chald. adiectus populo Dei nostri.

Quasi dux, q.d. honoratus, & in pretio,

Iebusæus, i. habitator vetus Ierusalem, q.d. sicut illi, qui semper fuerunt in Ecclesia.

8. *Circundabo*, i. muniam. *Domum*, i. Ecclesiam.

Euntes, &c. q.d. discurrentes huc illuc pro salute animarum. *Exactor*, sc. tributi, Chald. Tyrannus, sc. diabolus.

Vidi, sc. respexi oculis misericordiæ populum meum, vt ei benefaciam.

9. *Satis*, i. valde. *Filia*, Chald. cœtus, sc. fidelium congregatio. *Filia Ierusalem*, repetitio. *Rex*, sc. Christus.

Tibi, i. ad salutem tuam.

Iustus, sc. & te iustificans vide Aom.3.

Pauper, Chald. & 70. mansuetus, & sic citatur Matt. 21.

Et super pullum, hinc apparet super vtrumque sedisse Christum: intelligitur vero per Asinam, seu subiugalem, vt vertunt 70. Iudæi, qui sub iugo legis, per pullum Gentiles, vtrosque sibi Christus subiecit per fidem, &c.

10. *Disperdam*, &c, q.d. auferam arma quibus Euangelium impugnabant, seu victor tandem eua dam, mihique per fidem subiiciam. *Loquetur*, sc. Christus, q.d. saluabit etiam gentes, Chald. iudicabit in pace regna.

Amari, &c. q.d. per totum orbem. Data est mihi potestas in cœlo & in terra.

Fluminibus Heb., flumine, sed est singul. pro plur. sic etiam intellige Psal.71.

11. *Testamenti*, sc. noui confirmatoris, vnde. Hic sanguis noui testamenti. *Lacu*; i. limbo, seu purgatorio. vide August epist. 99. & 21. de gen. cap. 23. quamquam idem 18. ciuitati humanæ profunditatis miseriam, & sterilitatem intelligit.

Non est aqua, q.d. qui carcer est.

12. *Munitionem*, i. ecclesiam seu Christum.

Vincti spes, Chald. ô vincti, qui redemptionem speratis, *Annuncians*, pro annuncio tibi quod, sc. sequitur.

Duplicia, i. magna Chald. duplicia bona.

Reddam, sc. pro laboribus. *Tibi*, alloquitur quemque fidelium.

13. *Extendi*, præt. pro futuris *Iudam*, &c. q.d. assumam ex Iuda & Israel ministros prædicationis,

per quos mundum conuertam. *Impleui*, sc. quasi arcum: impleri arcus dicitur, cùm valde tenditur, Chald. impleui fortitudine. *Suscitabo*, Chald. præualere faciam.

Græcia, i. Gentiles, q.d. per tuos filios, scil. Apostolos conuertam gentes. *Gladium*, sc. ad perdendos errores, & vitia.

14. *Videbitur*, Chald. reuelabitur, 70. apparebit,

Iaculum, sc. verbum, Chald. verba, 70. sagitta.

Tuba, sc. euangelica. *Turbine*, pro, velut turbine.

Austri, Chald. venti Australis, q.d. prosternet hostes fidei.

15. *Deuorabunt*, i. consument, sc. hostes.

Lapidibus, sc. testimoniis scripturæ Chald. velut lapidibus *Inebriabuntur*, sc. sanguine. Metaphora à victoribus, qui multo hostium sanguine asperguntur.

Phialæ, sc. excipientes sanguinem hostiarum.

Cornua, sc. quæ abundè sanguine aspergi solent.

16. *Populi sui*, 70. populum suum *Eleuabuntur*, sc. in ædificio Ecclesiæ, 70. voluuntur. *Lapides*, sc. fideles, seu prædicatores, *Eius*, sc. Christi.

17. *Quid enim*, &c. q.d. quid habet Christus optimum, quo suos alat, nisi corpus suum sub specie panis, & sanguinem sub specie vini?

Germinans, i. producens, q.d. faciens castos, & puros eos, qui digne communicant.

CAPVT X.

1. *SErotino*, sc. vere, velut enim matutinum est tempus sementis. est autem pluuia doctrina, temporanea quidem, qua semina germinant, vetus Testamentum: serotina verò, qua fructus maturescunt, nouum, q.d. petite aduentum Christi & Euangelii.

Niues, q.d. dabit niuem, si opus sit, ne dum pluuiam. Quidam dicunt legendum nubes id enim significari voce Hebræa, & sic Hier. vertisse, Chald. ventos, sc. deferentes nubes, 70 apparentias, sc. copiam nubium. Intellige verò Apostolos & prædicatores, pluuiam verò doctrinam *Imbris*, i. vehementem, seu copiosam, 70. hyemalem, i. copiosam. vt solet esse hyemalis.

Eis, sc. petentibus. *Herbam*, &c. q.d. germina salutis in cordibus.

2. *Somniatores*, Chald. pseudoprophetæ.

Frustra, 70. falsa.

Consolabantur, sc. se consulentes.

Abducti, sc. in varios errores, sc. qui talibus fidem adhibebant. *Affligentur*, sc. ab hostibus animæ.

Pastor, scil. bonus, q.d. interim, dum Christo carent. Chald. Rex, 70. sanitas.

3. *Pastores*, Chald. Reges. *Hircos*, i. reprobos vide Matt. 25. Chald. Principes, sc. malos. *Visitabo*, i. puniam.

Visitauit, 70. visitabit, sc. vt prouideat. *Gloriæ suæ*, i. gloriosum, Chald. fortem, & splendentem, sc. bene ornatum. 70. decorum suum.

4. *Ex ipso*, sc. Iuda. *Angulus*, sc. Christus lapis angularis, Chald. Rex. *Paxillus*, sc. Christus, è quo pendent electi, Chald. Christus. *Arcus*, i. arma spiritualia, Chald. fortitudo. *Exactor*, sc. tributi, q.d. victor, Chald. gubernator, sc. qui exigat obedientiam *Simul*, q.d. ex ipso hæc omnia.

5. *Conculcantes*, sc. hostes fidei.

Lutum. pro, vt lutum. *Ascensores*, sc. hostes videntes se non posse resistere.

6. *Confortabo*, Chald. roborabo *Ioseph*, i. Ephraim, sc. decem tribus *Miserebor eorum*, 70. dilexi eos.

7. *Fortes*, 70. pugnatores. *Ephraim*, Chald. domus Ephraim. *Vino*, sc. diuinæ gratiæ, & consolationis.

Filii, i. discipuli.

8. *Sibilabo*, i. vocabo, sc. prædicatione, Chald. clamabo, 70. significabo. *Congregabo*, sc. in Ecclesia. 70. suscipiam. *Redemi*, 70. redimam. *Ante*, sc. quam eos per hostes vastarem.

9. *Eos*, sc. fideles, vel prædicatores *Longe*, i. remotis locis *Reuertentur*, sc. ad me corde suo.

10. *De terra*, &c. i. ex omnibus locis, vbi vitiis seruiunt. *Ad terram*, &c. q.d. Ecclesiam fertilem & altam, pulchramque. *Locus*, sc. præ multitudine. Hyperbole est, qua significatur fidelium maxima copia, vel significatur omnes esse reducendos. nullumque locum ipsorum apud Assyrios, aut Ægyptios inuentum iri, 70. & non relinquetur ex eis vllus, Chald. & non sufficiet eis, sc. locus.

11. *Transiet*, sc. populus meus, *In maris*, &c. i. vt olim cum transirent mare rubrum, q.d. omnes vincet difficultates, nihilque eius ad me reditum poterit impedire vt nihil impediit cum educerem olim ex Ægypto, atque hunc sensum faciunt etiam Chaldaica.

Percutiet, sc. Dominus, vel populus, 70. percutient.

Confundentur, sc. non valentia impedire transitum 70. siccabuntur. *Profunda fluminis*, Chald. Reges populorum. *Humiliabitur*, Chald. cessabit *Assur*, i. dæmonum, vel hostium fidei. *Sceptrum*, i. dominium.

Recedet, i. desinet, Chald. & 70. tolletur. Intellige per Ægyptum vitia.

12. *Eos*, sc. fideles. *In Domino*, i. in me.

Nomine, i. virtute. *Ambulabunt*, Chald. ambulabunt redempti, 70. gloriabuntur.

CAPVT XI.

1. *APeri Libane*, i. templum, vel Ierusalem, erant enim loco edito, & insignes pulchritudine, & ciuibus, velut arboribus, Chald. aperite populi.

Ignis, i. bellum Romanorum *Cedros*, i. principes & nobiles, q.d. velis nolis apertis portis tuis vastaberis, Chald. munitiones.

2. *Abies*, sc. secundi dignitate principibus, seu minores magistratus, 70. pinus. *Cedrus*, i. supremæ dignitates *Magnifici*, 70. optimates, Chald. diuites.

Quercus, &c. q.d. vicini magnates, Chald. satrapæ prouinciarum. *Saltus*, sc. Ierusalem.

3. *Vox*, sc. auditur. repræsentat tempus calamitatis.

Pastorum, Chald. Regum. *Magnificentia*, i. potentia, seu, opes, Chald. prouinciæ. *Leonum*, sc. potentium, Chald. vt leonum *Superbia Iordanis*, i. superba loca, vbi habitabant.

4. *Pasce*, q.d. pascite sanè oues ô gubernatores., certe occidentur ab hostibus Quidam putant Christo dici.

Occisionis, i. cædi destinatæ.

5. *Possederant*, scil. mali pastores. vide Ieremiæ. 23. Ezech. 34.

Occidebant, sc. spiritualiter *Dolebant*, 70. pœnitentiam agebant, sc. de tanto peccato. *Vendebant*, q.d. ex eis quæstum faciebant, more vendentium.

Parcebant, 70. compatiebantur.

6. *Terram*, sc. Iudæam. *Proximi*, sc. intestina fuerunt bella Ierosolymis tempore obsidionis *Regis*, i. ducum,

ducum, vel Cæsaris, cui se subiecerant. *Concident*, i. vastabunt, s. Romani, Chald. diripient.

7. *Pascam*, vox Christi. *Occisionis*, i. quod à malis pastoribus occiditur, vel q.d. alioqui morte dignum ob peccata. *Propter hoc*, s. quia desunt pastores boni, vel quia misericors sum, & ipsi egent.

O pauperes, suos alloquitur, quamquam Hebr. non est. 6. *Virgas*, i. baculos pastorales.

Decorem, hac gubernabat omnes homines, decebat enim id Deum. *Funiculum*, hac gubernati Hebræi, quasi Dei hæreditas.

8. *Tres*, sc. Moysen, Aaron, Mariam sic Hier. vide Mic. 6. Alij intelligunt sacerdotes, scribas, & secularem potestatem. *Mense vno*, i. intra paucos dies in deserto, vel bello Romano. *Contracta*, i. anxietate, seu molestia pressa, q.d. mihi molesti fuerunt Hebræi, vel cœpi retrahere fauorem. *In eis*, i. eorum causa, vel pro, in eos.

Variauit, sc. mutati sunt ab obedientia, & cultu meo, Chald. detestata est cultum meum.

Non pascam, sc. amplius, vt solebam. *Succidetur*. s. ab hostibus, Chald. consumitur, 70. deficit.

Carnem, Chald. substantiam.

10. *Abscidi*, &c s. abiecit Deus populum gentilem ob idololatriam, 70. proiiciam, pro, proieci.

Fœdus, s. de quo Gen. 9.

11. *Gregis*. Chald. popul. *Custodiunt*, sc. quæ eis præcepi. *Mihi*, s. obediendo: vel abundat, more Hebræo, Chald. voluntatem meam.

Verbum; i. decretum, q.d. agnouerunt Dei gratiam in se factam Dei bonitate, vel approbarunt Dei consilium iuxta illud: Iustificata est sapientia à filiis suis.

12. *Si bonum*, Chald. si rectum, q.d. si æquum esse iudicatis, vt est re vera. *Mercedem*, i. quod à vobis requiro velut debitum meæ in vos prouidentiæ, scilicet, obedientiam, & honorem, &c. *Et si non*, &c. q.d. quod si non placet, ne facite. *Et appenderunt*, &c q.d. loco mercedis me emerunt à Iuda vili pretio. Solebat pecunia ponderari olim, vt nunc scuta aurea, ne quid desit pretio.

Argenteos, sc. siclos.

13. *Ad me*, s. Christum. *Statuarium*, Hebr. plasmatorem, seu formatorem, sc. Deum, qui omnia plasmauit, in eius enim templum proiecti argentei: vel figulum, in huius enim agri emptionem dari: proiecit autem Christus, quia eo mouente proiecti à Iuda. *Decorum*, q. d. egregium vero pretium.

14. *Præscidi*, q.d. deserui populum meum, ne vt antea regerem.

Germanitatem, Chald. pactum. 70. testamentum, q.d fœdus, quod initum fuerat: inter me, & Iudam atque Israel.

15. *Vasa*, i. instrumenta. *Stulti*, 70. imperiti. Quidam intelligunt stultitiam improbi, & impij, qui, s. officium Pastoris in perniciem ouium vertit, & Pastoris instrumenta in arma.

16. *Pastorem*, s. Antichristum, quem Iudæi recipient.

Derelictum, Chald errantem. *Contritum*, 70. fractum. *Id quod stat*, 70. integrum.

Enutriet, Chald sustentabit. 70. diriget.

Carnes pinguium, Chald substantias diuitum.

Dissoluit, Chald. consumet, peruertet.

17. *Idolum*, i. specie tantum pastor. *Gladius*, sc. Dei, i. Dei vltio. *Brachium*, i. potentiam. *Oculum*, i. astutiam.

Tenebrescens, &c. 70. excæcatus excæcabitur.

CAPVT XII.

1. SVper, i. contra. *Israel*, s. Ecclesiam persequentem.

Fingens, i. formans, s. creando, Chald creans.

Spiritum, i. animam.

2. *Ierusalem*, i. Ecclesiam. *Crapulæ*, i. in quod ebrij impingunt, q.d. qui eam impugnabunt, cadent more ebriorum. *Populis*, sc hostibus. *Iuda*, i. Iudæ, sc. etiam ipsi Ecclesiam impugnabunt.

3. *Lapidem*, pro, vt lapidem.

Oneris, i. grauem, Chald. offensionis. *Leuabunt*, i. leuare loco conabuntur, Chald. vim ei intulerint, 70. Calcabunt. *Eam*, s. Ecclesiam oppugnaturi.

4. *In stuporem*, i. stupore, s. reddam velut stupidos, vt nihil possint contra fideles. *Iuda*, i. Iudæos, vt eos conuertam. *Equum*, &c. q. d. omnia bellica instrumenta parata contra Ecclesiam, reddam inutilia.

5. *Duces*, s. Apostoli. *Mihi*, abundat, more Hebræo.

6. *Sicut caminum*, &c. q.d. dabo virtutem superandi omnia. *Deuorabant*, &c q d. destruent errores, & vitia.

Ad dextram, &c. q.d. per omnes mundi partes. Chald. ad Austrum & Aquilonem.

Et habitabitur, &c. q.d. etiam in Ierusalem terrena erit Christi Ecclesia, vel loca Ecclesiæ ab hostibus erepta ei restituentur.

7. *Tabernacula*, s ecclesias particulares.

In principio, i. olim, s. seruauit tabernacula Iudæorum in deserto, quæ erant harum figura *Magnifice*, i. superbe. *Domus Dauid*, &c. i. Iudæi incteduli contra credentes, vel mali qui sunt in Ecclesia contra bonos, sc. ne eos lædant, vel q.d. ne quisquam fidelium potentum insurgat in pauperes fideles.

8. *Ierusalem*, i. Ecclesiæ. *Quasi Dauid*, sc. aget pœnitentiam. *Domus Dauid*, i. Ecclesia.

Sicut Angelus, &c. q.d. tanquam si Dei Angelus eos ducat & dirigat.

10. *Precum*, Chald. & 70. misericordiæ.

Aspicient, s. die Iudicij vide Apoc. 1. *Confixerunt*, s. in cruce, 70. insultauerunt. *Eum*, sc. Christum mutatio personæ, q.d. plangent quod eum occiderint, qui se ea causa videant damnatos, 70. super seipsos vide Apoc. 1. Matth. 24. *Quasi*, &c. i. vehementissime.

11. *Ierusalem*, s. ibi fieri iudcium extremum.

Adadremmon, vrbs est in campo Magedon, vbi Iosias occisus. vide 2. Par. 35.

12. *Terra*, sc. reprobi. *Familiæ*, &c. singulæ familiæ. *Domus Dauid*, &c. nominantur præcipue quædam familiæ Iudæorum, quæ præcipue conspirarunt in Christi necem, vt quidam volunt. *Mulieres*, Chal. vxores.

Seorsum, non loco, sed q. d. proprio & ipsæ planctu.

Nathan, sc. filij Dauid.

13. *Semei*, 70. Simeon, dicitur & Samai. Fuit autem princeps Pharisæorum, & Scribarum. vide Hier. Isa 8. & q. 10. ad Algas.

CAPVT XIII.

1. DIe, sc. tempore Christi *Fons*, sc. doctrinæ & gratiæ. *Patens*, sc. expositus omnib. *Domui Dauid*, i. Tribui Iuda. *Ierusalem*; sc. ibi Christus diu conuersatus, & prædicauit.

Menstruatæ, i. animæ inquinatæ peccatis, & abominabilis. Quidam per peccatorem Iudæos intelligunt, per menstruatam gentilitatem.

2. *Spiritum immundum*, sc. dæmone vexatos homines.

3. *Prophetauerit*, sc. falsa. *Configent*, i. interficiendum curabunt, seu crucifigendum. vide Deut. 13.

4. *Propheta*, sc. falsi, Chald. pseudoprophetæ. *Ex visione*, i. ob visionem, q.d. punietur ab aliis sic, vt non audeat prophetare. *Pallio saccino*, sc. tali solebant vti pseudoprophetæ, præ se ferentes vitæ austeritatem. 70. pelle cilicina.

5. *Exemplum*, sc. agriculturæ, q.d. imitor Adam qui terram colebat.

6. *Et dicetur*, &c. redit ad id, de quo supra.

Ei, sc. Christo. *Diligebant me*, sc. olim, 70. dilecti mei, sc. populi.

7. *Framea*, i. gladio, sc. mortis sententia, seu instrumenta. *Meum*, vox patris, qui filium dedit mundo in pastorem. *Cohærentem*, sc. patri consubstantialem quantum ad deitatem, & quantum ad humanitatem valde coniunctum. *Percute*, s. ó framea.

Oues, sc. discipuli, qui fugerunt, & postea sunt per orbem dispersi ad prædicandum.

Paruulos, sc. Apostolos è fuga reducendos, vel persecutione liberandos, 70. pastores.

8. *Partes duæ*, sc. plures reprobi, quam electi.

Dispergentur, quidam legunt, disperdentur, 70. peribunt. *Tertia*, sc. electorum.

9. *Ipse*, sc. populus electus. *Es*, Hebr. Chald. & 70. est.

CAPVT XIV.

1. Diuidentur, sc. à Romano milite.

2. *Media*, i. altera, *Ex vrbe*, sub. sed in ea occidetur.

3. *Prœliabitur*, sc. gladio Euangelico.

Certaminis, sc. contra Ægyptios in mari rubro, q.d. interficiet gentium errores, & vitia in baptismo.

4. *Stabunt*, sc. cum in cœlum ascendet, vel cum gentes ad se vocauerit, vt mons Oliuarum significet ecclesiam gentium. *Prærupto*, Chald. valle, 70. voragine.

Medium, i. altera illarum duarum partium dictarum, q.d. vbi scissus fuerit, altera pars ad Aquilonem inclinabit, altera ad Austrum, vt indicant Chald & 70. vel significat (vt quidam volunt) diuidendum in quatuor partes in modum crucis: est autem sensus, magnam fore in gentibus ad Euangelij prædicationem commotionem scissis cordibus, & humiliatis, sed tandem alteram partem saluandam, alteram condemnandam: *Aquilo* enim reprobos significat, s. frigidos malitia. *Auster* electos, sc. calidos charitate. Vel significat montium concussiones futuras die iudicij. exprimit vero vnum, per quem reliqui intelligantur.

5. *Fugietis*, s. Iudæi increduli. *Montium meorum*, i. Sion & Oliueti, seu Moria, q. d. recurretis, ad legis cæremonias. *Vallis montium*, s. quam fugietis.

Vsque ad proximum, q.d. non longe aberit, s. prope est Iudæis lex vetus & ritus antiqui, quocunque eant.

Veniet, s. ad iudicium.

6. *Lux*, s. reprobis. *Frigus*, s. peccati & supplicij.

7. *Non dies*, &c. q.d. in cælo non erit dierum & noctium vicissitudo. *Vesperi*, &c. q. d. semper lux erit, & non vt nunc, vespertina obscuritas.

8. *Aqua*, sc. doctrinæ Christi, & gratiæ.

Ierusalem, i. ecclesia. *Medium*, &c. q.d. pars ad Orientem, pars ad Occidentem, s. in totum orbem.

Orientale, s. mortuum. *Nouissimum*, sc. Mediterraneum, quod est in fine Palæstinæ. *In æstate*, &c. q. d. perpetuo.

9. *Dominus*, s. Christus. *Erit*, i. agnoscetur esse.

Vnum nomen, q. d. solum vnum Deum inuocabunt, non multos, s. conuersis gentibus & Iudæis.

Reuertetur, sc. ad Christum. *Vsque ad desertum*, &c. per hæc designatur multitudo credentium, & Ecclesiæ amplificatio. *Remmon*, est in tribu Beniamin ad Septentrionem Ierusalem.

Exaltabitur, s. Ierusalem, i. ecclesia.

A porta, pro, velut si nunc de terrena diceremus, à porta, &c. vide Ierem. 31.

11. *Anathema*, i. excisio, seu vastatio id enim est Hebr. Cherem חרם Chald occisio.

Secura, sc. à malis, Chald. confidenter, 70. confidens, s. Deo protegente.

12. *Tabescet*, i. consumetur, seu vigorem amittet.

13. *Tumultus*, Chald. conturbatio, 70. stupor.

Domini, s. punientis hostes Ecclesiæ.

Apprehendet, s. præ timore, velut opem petens.

Conseretur, &c. explicatio præcedentis.

14. *Iudas*, i. Iudæi, seu falsi improbique Christiani.

Gentium, s. ecclesiam oppugnantium.

15. *Et sic erit*, &c. q. d. vincentur tamen cum omni bellico apparatu. *Ruina hæc*, s. hominum, quam supra diximus vel forte cum id diceret Propheta, aliquid fregit, aut egit, quo ruinam significaret.

16. *Reliqui*, s. conuersi ad fidem. *Ab anno in annum*, i. singulis annis, q.d. semper. *Tabernaculorum*, s. agentes tanquam peregrini in mundo, vel per id intellige festa omnia Ecclesiæ.

17. *Imber*, s. gratiæ & fauoris Dei.

18. *Ægypti*, q.d. etiam illi qui videntur alienissimi à cultu veri Dei, vel qui videntur abundare aqua doctrinæ, vt Ægyptus aqua Nili. *Erit*, sc. imber. perdit enim Deus sapientiam sapientum, &c.

19. *Peccatum*, i. pœna peccati, Chald. punitio, s. priuabuntur doctrina vera, & gratia.

20. *Quod super frenum*, i. ornamenta, Chald. pharæ. *Sanctum*, &c. q.d. belli apparatus conuertetur in Dei cultum. Quidam id referunt ad clauum sanctum à Constantino positum in equi freno ad bellicos successus, quem ego anno 1550. in Gallia vidi Carpentorati vbi religiose asseruabatur. *Quasi phialæ*, i. magno numero, q.d. multa erunt instrumenta ad Dei cultum, ob magna populi deuotio.

21. *Omnis*, sc. ad Dei cultum necessarius, q.d. abundabit Ecclesia rebus necessariis, vt nihil cuiquam desit ad Deo seruiendum.

Mercator, scilicet rerum spiritualium, seu simoniacus.

MALACHIAS.

MALACHIAS.

Prophetauit post Aggæum, & Zachariam contra Iudæos, & de quibusdam Christi mysteriis.

CAPVT I.

1.  D, pro, contra, vel de: vel tanquam ad auditores.

Israel, i. Iudæos ex captiuitate reductos: erant enim in eis aliqui etiam ex decem tribubus itaque omnes communi nomine apellantur.

In manu, i. opera, seu ministerio.

Malachiæ, Heb. & Hier. putant esse Esdram, alij negant.

Iacob, scil. electos, sic per Esau reprobi intelliguntur.

3. *Odio habui*, Chal. reprobaui. *In solutionem*, sc. vastante Nabucdonosor. *Dracones*, Chal. vastationem, intellige per hæc reproborum animas vastatas, & desertas Dei gratia.

4. *Destruam*, sc. Dei iudicio occulto destruuntur reproborum ædificia spiritualia.

Impietatis, Chald. populi impij, 70 iniquitatis.

5. *Magnificetur*, i. glorificetur, seu laudetur, 70. magnificatus est.

Super terminum, Chal. qui dilatauit fines.

6. *Honorat*, i. honorare solet, seu debet.

7. *Altare*, i. mensam, vel altare holocausti.

Panem, sc. panes propositionis, vel pro, oblationem. Chal. oblationem.

Pollutum, i. non vt præscribit lex, vel inquinatum offerentis peccato, Chal. execrandam.

Dicitis, pro, sic dicatis Chal. si dixeritis.

Te, i. tibi oblata.

Despecta, i. contemptibilis, q. d. in eo quod eam contemptui habetis, quasi nihil referat, quo modo, quidque offeratur.

8. *Languidum*, sc. infirmum.

Si placuerit, q. d. certe non placebit, Chal. nunquid placebit?

Susceperit faciem, q. d. benigne ne aspiciet; & amanter?

9. *Hoc*, sc. quod dixi, q. d. peccastis enim.

10. *Gratuito*, q. d. an pro ministerio non habetis stipendium sufficiens? cur ergo agitis negligentes? Heb. tamen & 70. & Complut. vbi negatiue legitur, & non incendat, sensus est: Satius esset claudere templum, & non offerre gratis, i. frustra, sc. quæ mihi non sunt grata.

Non est mihi, &c. q. d. non mihi placetis, nec vestra sacrificia volo.

11. *Magnum est*, 70. glorificatum est, pro, glorificabitur. Loquitur enim de tempore Euangelij.

Nomini meo, i. mihi.

Oblatio, sc. in Missa.

Munda, sc. purissimum Christi corpus.

12. *Mensa*, i. altare.

Contaminata est, q. d. ita tractatis vt rem pollutam, & contemptibilem.

13. *De labore*, q. d. sudore meo partum Deo offero.

Exufflastis, i. offertis rem dignam exufflatione, sc. vilem.

Munus sc. mihi offerendum.

14. *Masculum*, sc. integrum, seu perfectum.

Debile, i. vitiatum, Chal. corruptum.

Rex, &c. q. d. cum tamen vestro duci tale quid offerre non auderetis.

Horribile, i. tremendum, q. d. timetur, seu in honore est, Chal. potens, 70. illustre.

In gentibus, pro, apud gentes. de futura re loquitur quasi de præsenti.

CAPVT II.

1. HOc, sc. quod sequitur.

2. *Maledicam*, &c. i. priuabo vos bonis, quæ dedi. vel iis, quæ vos benedixeritis, ego maledicam, seu (vt indicat Chald.) habebo vestras benedictiones pro execrationibus.

Super cor, sc. vt daretis mihi gloriam. Chald. super cor timorem mei.

3. *Vobis*, 70. à vobis, q. d. auferam emolumenta sacerdotij.

Brachium, i. armum, qui sacerdotibus dabatur: vel q. d. viribus priuabo vos.

Stercus, sc. ventriculi, qui item sacerdoti dabatur, 70. ventriculum, q. d. pro ventriculo vobis debito, velut fecibus contaminabo, sc. reddam ignominiosos dignosque confusione.

Solemnitatum, i. hostiarum in festis offerri solitarum.

Assumet, i. inuoluet s. stercus.

4. *Istud*, sc. de victimis recte offerendis.

Esset, sc. firmum. *Leui*, i. familia sacerdotali.

5. *Vita & pacis*, sc. ei dandæ, si mihi obediret.

Timuit, de sanctis loquitur, vt Aaron, Phinees, &c.

6. *Lex*, &c. q. d. semper veram de lege doctrinam docuit.

Pace, sc. non resistens meæ voluntati.

Æquitate, sc. iustitia.

Ambulauit mecū, i. mihi seruiuit, seu mihi placuit.

7. *Custodient*, i. custodire debent, sc. proferendam cum opus erit. *Requirent*, sc. requirere debent.

Angelus, i. legatus, seu nuntius, vel Angelicum munus exercens.

8. *De via*, sc. mandatorum Dei. *Scandalizastis*, sc. malo exemplo 70. infirmos fecistis.

In lege, sc. dum eam non seruatis. *Irritum*, sc. non seruando pacti conditiones.

9. *Humiles*, i. abiectos. *Faciem*, 70. personam, q. d. cum secundum legem iudicare deberetis, iudicastis secundum acceptionem seu respectum personarum.

10. *Pater*, sc. Abraham, vel Iacob, vel Deus.

Deus, &c. q. d. nonne omnes Deum verum colimus?

Pactum patrum, i. legem patribus datam, vel pactum de seruanda Dei lege, quæ iubet neminem despici.

11. *Sanctificationem*, i. sanctitatem; 70. sancta, sc. Dei præcepta.

Habuit, scil. in vxorem. *Filiam*, &c. i. colentem deos alienos.

12. *Tabernaculis*, Chal. vrbibus.

Et offerentem, &c. q. d. etiam sacerdotes.

13. *Operiebatur*, &c. q.d. faciebatis, vt vxores à vobis repudiatæ lacrymis altare implerent, apud me de vobis conquerentes. *Placabile*, i. quod me placet, seu mihi gratum sit. *Mugitu*, 70. gemitu.

14. *Testificatus*, i. per legem cum attestatione præcepit, sc. non deserendam vxorem temere. vide testificandi significationem. Exod. 19. Deut. 32.4. Reg. 17.

Pubertatis tuæ, i. quam adolescens duxisti.

Particeps, i. socia. *Fœderis*, sc. primo cum ea inici.

15. *Vnus*, sc. Deus. *Fecit*, sc. etiam fœminam.

Residuum, &c. q.d. nonne etiam ei dedit, vt homini spiritum suum? inspirans, sc. in eam spiraculum vitæ.

Et quid vnus, &c q.d. & quid Deus ipse vult, nisi filios sanctos gigni ex fideli patre & matre? 70. & dixistis, quid aliud nisi semen quærit Deus? q.d. excusatis peccatum, dicentes, quid refert ex qua fœmina quis prolem habeat, cum matrimonium sit causa prolis à Deo institutum? *Custodite*, sc. à peccato.

16. *Odio*, &c. sc. ob fornicationem, aut iustam causam lege permissam. Quidam tamen putant ob solum adulterium licuisse.

Dimitte, sc. dato libello repudij. *Iniquitas*, i. iniquitatis punitio, s. si contra Dei legem fecerit.

Vestimentum, i. corpus, vel, vt vestimentum, q. d. totum hominem velut vestimentum. *Eius*, sc. viri.

Despicere, sc. vxores.

17. *Laborare*, &c. i. molestia affecistis, 70. ad iram prouocastis.

Placent, id dicebant quidam, quod viderent malos prosperari in hac vita.

Iudicij, i. iustus Iudex, q. d. vbi est Dei prouidentia? 70. iustitiæ.

CAPVT III.

1. Angelum, sc. Ioannem Baptistam.

Præparabit, sc. incitando ad pœnitentiam, & de me testimonium perhibendo, Chald. complanabit.

Faciem meam, i. me. Loquitur vero pater, vt patet Matth. 11. Marc 1. Luc. 7. At Euangelistæ dicunt, ante faciem tuam, s. quod ante Patrem, ante Filium etiam est, & in Filio Pater erat, & opera faciebat.

Templum suum, s. sæpe ad templum venit, ibique prædicauit, & miracula fecit. Apparet autem hinc Christum esse Deum, Dei enim illud templum erat.

Dominator, Heb. Chal & 70. Dominus.

Quæritis, i. expectatis, seu optatis *Angelus*, s. officio legati, seu nuntij. *Testamenti*, s. noui confirmator per sanguinem suum, vel pacti, i. Dei per pactum promissionis.

2. *Poterat cogitare*, i. cogitatione comprehendere, seu capere, sc. tantam aduenientis bonitatem, sapientiam, potentiam, Chald. & 70. sustinebit quod ad secundum aduentum quidam referunt. *Stabit*, i. consistere poterit. sc. præ timore. seu stupore. *Ad videndum*, 70. videndo.

Constans, sc. & purificans metalla. *Herba*, sc. qua pannorum sordes mundant, saponariam quidam dicunt. Heb. Borith Herbæ nomen est. vide Ier. 2.

Fullonum, 70. lauantium.

3. *Conflans*, pro velut conflans, sc. purgans animas igne Spiritus sancti. *Filios Leui*, i. sacerdotes Ecclesiæ.

Colabit, Chald. expurgabit, 70. effundet, sc. effundendo purgantur metalla ad ignem. *In iustitia*, i. iuste, seu perfecte.

4. *Iuda*, i. Christianorum. *Ierusalem*, i. Ecclesiæ.

Antiqui, explicat quid sint dies seculi, seu à seculo, 70. priores, sc. quibus sancti viri Deo placebant, eique sancte offerebant munera sua.

5. *Ad vos*, sc. ô peccatores. *In iudicio*, i. iudicaturus.

Velox, i. promptus. *Maleficis*, Chald. contra maleficos, 70. super veneficos.

Calumniantur, i. per calumniam auferunt, Chal. violenter auferunt, 70. priuant.

Humiliant, i. affligunt.

6. *Non mutor*, q. d. q. faciam quod prædico.

Non estis consumpti, sub. sed tolerati hactenus à me clementer, 70. non recessistis à peccatis.

7. *Legitimis*, Chald. mandatis. *Reuertimini*, sc. per pœnitentiam. *Reuertar*, sc. per misericordiam & gratiam.

8. *Si affligit*, &c. q. d. An æquum est, vt homo Deum contristet? Chald. Num ad iracundiam prouocat, i. prouocare debet? 70. si supplantabit, i. decipiet, seu defraudabit. *Decimis*, sc. quas non datis.

9. *In penuria*, i. ob penuriam, sc. quia non datis decimas, aut non quantum debetis.

Maledicti, i. execrabiles.

10. *Horreum*, sc. sacerdotum.

Cataractas, Chald. fenestras, sc. videntur cœli aperiri cum copiose pluit.

Benedictionem, i. fructuum copiam. *Vsque ad abundantiam*, i. abundanter.

11. *Increpabo*, i. prohibebo. *Deuorantem*, sc. locustam, & bruchum.

12. *Terra*, 70. vt terra.

Desiderabilis, i. optima. q.d. rerum omnium copia abundabitis.

13. *Inualuerunt*, 70. ingrauastis. *Super*, i. contra, q.d. valde mihi molesta fuerunt.

14. *Tristes*, i. pœnitentes, seu ieiunantes.

15. *Ergo nunc*. Chald. nunc autem, 70. & nunc.

Arrogantes, Chald. impios, 70. alienos, sc. à Dei cultu.

Ædificati, i. aucti prole, vel diuitiis. *Tentauerunt Deum*, 70. restiterunt Deo.

Salui, i. saluati Chald. liberati.

16. *Locuti sunt*, sc. pro Deo, seu in defensionem veritatis.

Monumenti, i. memoriæ, q.d. vt Deus eorum recordetur, loquitur more humano.

Timentibus, i. in gratiam timentium, sc. à Deo suo tempore reminerentur.

17. *Facio*, pro faciam, sc. iudicium.

Peculium, i. peculiarem populum & velut thesaurum pretiosum.

18. *Conuertemini*, sc. ad considerandum, q.d. tum vero intelligetis docti experientia.

CAPVT IV.

1. Dies, sc. iudicij. *Succensa*, sc. igne præcedente iudicium.

Superbi, Chald. impij.

Impietatem, 70. iniqua. *Stipula*, Chald. sicut stipula. *Non derelinquet*, &c. q.d. penitus, seu omnia bona, spemque boni.

2. *Sol*, sc. Christus. *Iustitiæ*, sc. dator & conseruator.

Pennis, i. radiis, s. gratiis. *Egrediemini*, s. è mundo, vel sepulchris. *Vituli de armento*, Chal. vituli saginati, 70. vituli relaxati vinculis, q d. celeriter & læte.

3. *Calcabitis*,

3. *Calcabitis*, ſub pedibus habebitis, & cum Chriſto damnabitis. vide Pſal. 149. Sap. 3.

Cinis, pro, velut cinis, q.d. viliſſimi & abiectiſſimi.

Facio, ſ. iudicium de toto mundo.

4. *Mementote*, ſ. vt ſeruetis.

Horeb, qui & Sinai. *Præcepta*, &c. Lex, moralia præcepta: præcepta cæremonialia: iudicia, iudicialia.

5. *Eliam*, ſ. in primo aduentu Ioannem, in ſecundo Eliam.

Horribilis, Chald. terribilis, 70. illuſtris.

6. *Conuertet*, &c. Aug. 20. ciuit. patrum intelligentiam ad filios perducet, & faciet, vt filij conſentiant in id quod Patres ſenſerunt, Chald. reſtituet.

Patrum, ſ. Patriarcharum.

Ad filios, ſ. vt illorum cor, & filiorum vnum ſit, Chriſtum ſuſcipiendo.

Ad patres, ſc. imitandos in vera fide & moribus.

Anathemate, Chald. exterminatione, 70. penitus, q. d. ne illos (ſi aliter agant quam volo) ſupplicio æterno condemnem, ſeu à ſanctorum conſortio ſeparem præciſos.

MACHABÆORVM LIB. I.

CAPVT I.

1. PRIMVS, ſc. Monarcha, Græc. πρότερον, i. prius, ſc. quam Perſas vinceret.

Cethim, ſic Scriptura Græciam vocat: hic Macedoniam intellige.

Darium, in hoc deſiit Perſarum imperium.

2. *Omnium*, ſc. debellatorum, vel pro, plurimorum.

Reges, ſc. multos.

3. *Siluit*, i. quieuit, non auſa reſiſtere, q. d. ſe illi ſubdidit.

4. *Virtutem*, i. exercitum, vt ſtatim explicatur.

5. *In tributum*, i, tributarij.

7. *Pueros*, i. famulos. *Diuiſit*, i. permiſit, vt diuiderent (nec enim ſucceſſorem nominauit) vel diuidendum reliquit, vt Gloſſ. interpretatur. Compl. dimiſit.

11. *Peccati*, Græc. peccatrix. *Qui*, ſc. Antiochus Illuſtris. *Centeſimo*, &c. ſc. à Seleuco primo, poſt mortem Alexandri, rege Syriæ.

12. *Teſtamentum*, i. fœdus.

14. *Facerent iuſtitiam*, i. ſequerentur inſtituta: ſeu rationem viuendi.

15. *Gymnaſium*, ſc. Palæſtricum.

16. *Fecerunt*, ſc. non ſe circumcidendo, vel forte medicamine aliquo. *Teſtamento ſancto*, i. pacto, ſeu lege Dei. *Venundati ſunt*, i. velut ſerui emptitij ſe addixerunt.

17. *Paratum*, i. ſtabilitum.

18. *Graui*, i. magna. *In*, pro cum.

21. *Conuertit*, ſc. bellum, vel, pro reuertit.

23. *Sanctificationem*, i. templum. *Vaſa*, i. inſtrumenta.

Libatoria, ſc. vaſa.

24. *Concupiſcibilia*, i. pretioſa.

27. *Infirmati*, i. animo deiecti.

28. *Maritus*, Græ. ſponſus. *Et quæ*, &c. i. ſponſæ.

29. *Super*, &c. i. ob calamitatem habitantium.

Induit confuſionem, i. valde eſt afflicta & turbata.

30. *Dierum*, ſc. plenos, q. d. integros.

36. *Conualuerunt*, i. fortes facti ſunt.

37. *Laqueum*, ſc. Iudæis.

38. *Sanctificationi*, i. templo. *Diabolum malum*, q. d. peſſimum hoſtem.

39. *Contaminauerunt*, i. profanarunt.

40. *Extera*, i. aliena. *Semini*, Græc. genimini, ſc. indigenis.

41. *Opprobrium*, i. ignominiam, ſeu vituperium, ſc. expoſita ludibrio hoſtium. *Nihilum*, Græc. contemptum, ſc. ſucceſſit pro honore vilipendium.

42. *Secundum*, &c. q. d. priori gloriæ ſucceſſit par ignominia.

43. *Vnus*, ſc. moribus.

45. *Coinquinauerunt*, i. profanarunt, ſc. non obſeruantes.

46. *Libros*, i. epiſtolas, ſeu libellos legum.

Gentium terræ, q. d. gentilium, Græc. alienas terræ, ſc, gentilicas.

49. *Coinquinari*, i. profanari; ſc. rebus contrariis templi ſanctitati. *Sancta*, i. res ſanctas, Græc. ſanctos, ſc. homines, i. Deo dicatos.

50. *Communia*, i. immunda ſecundum legem.

51. *Iuſtificationes*, i. præcepta & inſtituta.

52. *Morerentur*, i. interficerentur.

53. *Verba hæc*, pro, quæ diximus.

56. *Abditis*, &c. pro, abdita & abſcondita, &c.

57. *Caſleu*, ſc. Decembris, ſeu Nouembris. vide inf. ca. 3. *Abominandum idolum*, Græc. abominationem, ſc. idolum Iouis. *Deſolationis*, ita vocatur idolum, forte quod magna ſit deſolatio, magnaque abominatio, tale quid ſtatui in Dei templo. eſt enim abominatio deſolationis idem quod abominabilis deſolatio, vel abominatio deſolatoria. Videretur quidem huc reſpexiſſe Daniel cap. 9. niſi Chriſtus aliter explicaſſet Matt. 24.

61. *In virtute ſua*, i. pro poteſtate quam habebant, vel pro viribus. *In omne*, &c. i. per ſingulos menſes.

62. *Contra altare*, Græc. in altare, ſeu ſuper altari.

67. *Ira*, i. indignatio, ſeu punitio, ſc. Dei vel Antiochi.

CAPVT II.

1. AB *Ieruſalem*, iunge cum ſurrexit.

7. *Contritionem*, i. vaſtationem.

8. *Sancta*, pro ſanctuarium. *Facta*, pro, data.

Eius, ſc. Ieruſalem. *Ignobilis*, i. contemptibilis, ſeu vilis.

9. *Gloria*, i. glorioſa, ſeu magnifica. *Senes*, Græc. paruuli, ſeu infantes.

10. *Eius*, ſc. Ieruſalem.

11. *Compoſitio*, i. ornatus.

16. *Steterunt*, ſc. in propoſito non recedendi à lege Dei.

19. *Obediunt*, pro obediant. *Seruitute*, i. obſeruantia.

21. *Propitius ſit*, i. faueat, q. d. ita nos Deus ſeruet, vt non faciamus id.

24. *Renes*, i. interiora.

Secundum iudicium legis, i. prout poſtulabat amor, ſeu zelus legis, Græc. ſecundum iudicium, i. vt ſolet, ſcilicet in talibus rebus.

27. *Statuens*, q.d. defendens ne cadat.
Testamentum, i. pactum, sc. legem Dei, quæ secundum fœdus debet obseruari.
29. *Iudicium & iustitiam*, i. iuste & sancte viuere.
30. *Sederunt*, sedere dicuntur in Scriptura afflicti, & mœsti, *Inundauerunt*, Græ. multiplicata sunt.
31. *Dissipauerunt*, i. violarunt.
32. *Sabbatorum*, pro, sabbati, sic. inf.
34. *Polluamus*, i. profanemus sc. putabant non licere sabbato prœliari, etiam se defendendo.
37. *Simplicitate*, i. innocentia, seu integritate.
Super nos, pro, nobis, seu de nobis.
40. *Vir*, i. quisque. *Animabus nostris*, i. vita nostra. *Iustificationibus*, i. legibus. *A terra*, i. ne viuamus super terram.
41. *Occultis*, s. locis, vbi se absconderant.
42. *Voluntarius in lege*, i. desiderans legem obseruare.
43. *Malis*, i. persecutione, seu calamitate.
Additi sunt, adiunxerunt se. *Facti sunt*, &c. q.d. fuerunt illis magno præsidio.
44. *In ira sua*, i. irati *Cæteri*, s. hostium.
Nationes, i. gentiles.
46. *In fortitudine*, i. fortiter.
47. *Filios superbiæ*, i. superbos, s. hostes. *Prosperatum est*, i. bene successit.
48. *Obtinuerunt legem*, i. legis obseruationem, quam hostes impediebant. *Cornu*, i. potentiam, q.d. victoriam.
49. *Confortata est*, i. inualuit. *Castigatio*, sc. Dei per hostes. *Euersionis*, sc. rerum nostrarum. *Ira indignationis*, i. magna punitio.
50. *Æmulatores*, i. zelatores, seu studiosi vehementer.
Testamento, i. pacto, vel lege, vt sit repetitio.
51. *Generationibus*, i. sæculis, seu ætatibus.
52. *Reputatum est*, &c. q. d. estque in eo apud Deum iustior effectus.
54. *Zelando zelum*, i. affectus zelo. *Dei*, i. Dei causa. *Testamentum*, i. pactum.
55. *Verbum*, i. præceptum, s. Dei.
56. *Testificatur*, i. affirmat in Dei causa. *Ecclesia*, i. congregatione, sc. Iudæorum in deserto.
57. *Misericordia*, i. pietate, seu mansuetudine, & clementia. *In sæculo*, Græc. æterni, æternum quidem est in Christo.
58. *Zelat*, &c i. pro lege zelo magno afficitur. *Cælum*, sc. in aerem sublatus, curru igneo, reponendus deinde loco aliquo terræ, vsque ad finem sæculi.
59. *Credentes*, sc. Dei fide constantes se præbentes.
60. *Simplicitate*, i. sinceritate, seu integritate.
61. *Generationem, & generationem*, i. singulas ætates. *Infirmatur*, i. viribus deficiunt.
62. *Verbis*, sc. minacibus. *Stercus*, pro velut stercus, vel q.d. cito desinit per mortem in stercus, & vermes.
63. *Periit*, q.d. nihilum recidit, quidquid designarat cogitatione.
67. *Vindicate vindictam*, i. vlciscimini iniurias.
68. *Retributionem*, s. quod merentur eis retribui.

CAPVT III.

6. *Repulsi sunt*, i. cohibiti. *Directa est*, i. prospere successit.
7. *Exacerbabat*, i. prouocabat ad iram, q.d. molestiam exhibebat. *In benedictione*, i. cum laude, sc. erit.
8. *Iram*, i. noxam, seu afflictionem.
9. *Nouissimum*, i. vltimum, seu extremum. *Percuntes*, i. alioqui perituros.
10. *Apollonius*, sc. Syriæ præfectus. *Virtutem*, i. exercitum.
11. *Ceciderunt*, i. occubuerunt.
12. *In eo*, pro, cum eo.
13. *Et Ecclesiam*, repetitio.
14. *Faciam mihi*, i. comparabo. *Verbum*, i. præceptum.
18. *Concludi*, sc. tradi victos. *In multis*, i. per multos.
19. *Victoria*, sc. euenit. *Fortitudo*, sc. ad vincendum.
20. *Superbia*, Græc. iniqua.
25. *Timor & formido*, pro ingens timor.
29. *Dissensionem*, sc. per bellum. *Terra*, sc. Iudæa, quæ idcirco desiderat tributa soluere. *Legitima*, i. iura seu leges. *Primis*, i. antiquis.
30. *Vt semel*, &c. q.d. vt solebat. *Abundauerat*, i. abundanter dederat.
32. *Flumen*, Græc. fines.
35. *Ad eos*, i. contra eos.
40. *Virtute*, i. exercitu.
41. *Nomen*, i. famam. *Pueros*, i. seruos. *Alienigenarum*, sc. Philistinorum.
43. *Sanctis*, i. templo, seu rebus sacris.
44. *Conuentus*, Græc. synagoga. *Misericordiam & miserationes*, id est, copiosam Dei misericordiam.
45. *Sanctum*, i. templum. *Filij alienigenarum*, i. gentiles.
46. *Contra*, i. è regione.
48. *De quibus*, &c. i. quos diligenter inquirebant, vt in iis depingerent similitudines idolorum suorum.
49. *Suscitauerunt*, i. excitarunt, sc. renouarunt illum ritum, qui in desuetudinem videtur illo tempore abiisse.
51. *Humilitatem*, i. abiectionem.
52. *Nationes*, i. gentiles.
56. *Legem*, vide Deut. 20. Iud. 7.
59. *Sanctorum*, i. sacrorum, sc. templi.

CAPVT IV.

1. *Filij qui erant ex arce*, Græc. filij arcis, i. qui arcem tenebant.
3. *Virtutem exercituum*, Græc. exercitum.
4. *Adhuc enim*, Græc. dum adhuc. *Dispersus*, i. separatus.
6. *Non habebant*, Græc. non habebant, vt volebant.
7. *Hi docti*, pro, hos doctos. *Ad prælium*, q.d. prœliandi peritos.
10. *In cælum*, i. ad Deum. *Testamenti Patrum*, i. pacti facti cum Patribus, sc. de fauendo ipsis, & posteris.
11. *Redimat*, i. eripiat.
17. *Est*, s. separatum.
19. *Pars*, sc. hostium.
20. *Succensa*, s. à Iuda.
21. *Campum*, Græc. terram.
23. *Hyacinthum*, sc. sericum. *Marinam*, sc. è conchiliis factam.
24. *Conuersi*, i. reuersi. *In cælum*, s. alta voce sublata.
29. *Iudæam*, Græc. Idumæam. *Bethoron*, Græc. Bethsuris.
30. *Potentis*, s. Goliath. *Alienigenarum*, i. Philistæorum.
31. *Conclude*, i. trade.

32. Tabefac,

32. *Tabefac*, Forte legendum labefac. *Commoueantur*, i. concutiantur, q.d. deleantur.

36. *Sancta*, i. templum.

38. *Sanctificationem*, sc. templum. *Pastophoria*, i. exedras, seu cubicula, vbi asseruabantur res sacræ.

40. *Signorum*, i. quibus solebat signum dari, s. in bello, seu in festis.

42. *Voluntatem habentes*, &c. i. legis studiosos.

43. *Contaminationis*, i. profanatos, s. à gentilibus. Forte intelligit lapides altarium idolorum.

45. *In opprobrium*, i. dedecori.

46. *Domus*, i. templi.

48. *Intra domum*, s. sancta sanctorum. *Et edem*, q.d. totum denique templum. vel intelligit atrium Sacerdotum. *Sanctificauerunt*, i. dedicauerunt, seu consecrarunt.

52. *Antematutinum*. Græc. diluculo.

56. *Salutaria laudis*, i. sacrificia pacifica, s. in gratiarum actionem.

58. *Auersum*, i. ablatum.

59. *Ab anno in annum*, i. singulis annis.

61. *Bethsuram*. Ciuitas montana in tribu Iuda, prope Ierusalem. vide 2. Mach. 11.

CAPVT V.

1. ERant, i. habitabant.

3. *Circumsedebant*, i. obsidebant.

4. *Scandalum*, i. offendiculum.

5. *Anathematizauit*, i. destruxit penitus.

8. *Filias*, i. vicos, seu oppida subiecta.

9. *Datheman*. erat in monte Galaad.

10. *Per circuitum*, Græc. quæ circum nos sunt.

13. *Spolia*, Græc. suppellectilem.

14. *Secundum verba hæc*, i. similia.

16. *Ecclesia*, i. concio, seu conuentus populi. *Cogitare*, i. consultare. *Expugnabantur ab eis*, i. oppugnabantur ab illis, sc. hostibus.

21. *A facie eius*, pro, ab eo.

26. *Comprehensi*, i. capti, vel conclusi, sc. ne possent exire.

28. *Munitionem*, s. in qua Iudæi conclusi.

30. *Eos*, s. qui intus erant.

33. *Ordinibus*, scilicet, militum dispositis per diuersa loca.

Oratione, s. ad Deum.

34. *Eos*, s. hostes Iudæ.

40. *Potens poterit*, i. præualebit.

42. *Scribas*, s. qui descriptos habebant milites.

43. *Transfretauit*, i. traiecit.

46. *Ephron*. Ciuitas vltra Iordanem videtur esse quæ Ioan. 11. dicitur Ephrem.

Ingressu, i. transitu.

Erat, s. faciendum.

48. *Pedibus*, q.d. recta iter facientes, nec in aliud intenti.

51. *Virtutis*, i. fortes.

52. *Contra faciem*, i. è regione, seu in conspectu, vel prope.

54. *Donec*. Non, id donec, nec enim significat reuersos cecidisse.

56. *Virtutis*, i. exercitus.

62. *Facta est*, pro, facienda erat.

63. *Viri Iuda*, Græc. vir Iudas, & fratres eius.

67. *Sacerdotes*, s. de quibus supra.

CAPVT VI.

2. VElamina, i. tegumenta militum. *Scuta*, Græc. arma. *Gracia*, s. tota.

3. *Sermo*, i. res.

5. *In Perside*, s. adhuc agenti, vel Persis posita pro Babylonia, vt lib. 2. c. 1.

6. *Virtute*, i. exercitu. *Inualuerunt*, s. Iudæi.

7. *Abominationem*, i. idolum.

8. *Commotus*, i. turbatus.

11. *Iucundus*, i. lætus, Græc. χρηστὸς, i benignus, seu bonus, s. felix, seu lætus: phrasi Heb. *Potestate*, i. dominio.

12. *Auferre*, i. delere, Græc. ἐξᾶραι i tollere.

15. *Stolam*, i. vestem. *Adduceret*, s. in regnum.

18. *Sanctorum*, i. templi.

22. *Vindicas fratres nostros*, i vlcisceris Iudæos.

24. *Filij populi nostri*, i. populares nostri.

31. *Exierunt*, s. q. erant intra Bethsuram.

33. *Comparauerunt*, i. pararunt, seu expedierunt.

35. *Concatenatis*, i. hamatis. s. factis ex hamis inter se more catenarum functis, vt etiam nunc fiunt.

Ordinati, i. destinati, seu attributi, s. ad defensionem.

36. *Ante tempus*, i. opportune, seu citissime. *Erant*, pro, aderant.

37. *Virtutis*, i. fortes.

38. *Perurgere*, s. ad prælium. *Constipatos*, i. munitos, q.d. huc illuc discurrentes, & solicitantes milites.

40. *Distincta*, i. diuisa seu disposita.

41. *Commouebantur*, i. admiratione, vel timore.

43. *Filius Saura*, Græc. Sauaran, quasi id cognomen fuerit.

46. *Pedes elephantis*, Græ. elephantem.

49. *Ciuitate*, s. Bethsura.

Sabbata, i. vacationes, seu cessationes, s. non colebantur ob bella, seu potius quia septimus annus erat, vt dicitur inf. vide Leu. 25.

51. *Sanctificationes*, i. sanctuarij, seu templi. *Fundibula*, i. fundas.

54. *Sanctis*, i. sanctuario.

59. *Legitima*, i. leges.

61. *Exierunt*, s. Iudæi, forte obuiam Regi.

CAPVT VII.

1. DEmetrius, sc. frater Antiochi Illustris, secundum quosdam, aliis filius Seleuci fratris Antiochi Illustris, adeoque huius ex fratre nepos, non frater. Fuerat autem Seleucus Rex ante Antiochum. *Maritima*. Tyrum quidam putant. vide tamen lib. 2. c. 14.

7. *Omnes*, Græc. eos, & omnes adiutores eorum.

8. *Flumen*, s. Euphratem.

15. *Et locutus*, &c. q.d. fuerat enim locutus, &c. & iurauerat, &c.

18. *Iudicium*, i. iustitia, seu probitas. *Constitutum*, id est, pactum.

19. *Ast*, Græc. qui apud ipsum erant transfugarum.

24. *Exire*, i. excurrere.

30. *Conterritus est*, i. timuit sibi.

32. *Ciuitatem Dauid*, s. in arcem quam tenebant adhuc hostes.

33. *Verba*, i. gesta.

34. *Polluit*, i. ignominiose tractauit.

37. *Nomen tuum*, i. te.

38. *In gladio*, i. cæsi. *Permaneant*, s. superstites.

41. *Exiit*, s. à te missus.

42. *Super sancta*, i. contra templum. *Indica*, &c. i. puni secundum quod meretur malitia.

Adar, s. Februarij.

45. *Cum significationibus*, Græ. signorum, i. quibus dari solebat signum bellicum, seu classicum.

46. *Ventilabant eos cornibus*, i. vehementer euertebant, metaphora à tauris. *Iterum*, i. subinde, q.d. sæpe

sæpe cædendo, tandem omnes interemerunt.
47. *Contra*, i. è regione, s. prope.
50. *Siluit*, i. quieuit, s. pacata fuit.

CAPVT VIII.

1. *Acquiescunt ad*, i. facile concedunt.
2. *Virtutes bonas*, i. egregia facta.
In Galatia, i. contra Gallos.
3. *Locum*, scil. Hispaniæ, vel q. d. omnia loca quæ possidebant, consilio sibi, & patientia pararunt.
4. *Superuenerant eis*, i. eos bello lacesserant.
Cæteri, s. à cæde superstites.
7. *Constitutum*, s quod sequitur.
8. *Indorum*, &c. Ad veritatem historiæ sufficit Iudam ita audisse, etsi aliter forte res haberet.
Eorum, s. fuisse ablatas regiones has.
9. *Helladam*, i. Græciam. *Tollere*, i. expugnare, seu interficere.
12. *Requiem*: q. d. qui eis fidebant, vel acquiescebant.
15. *Curiam*, i. senatum. *Multitudine*, i. populo, s. recte gubernando.
16. *Vni*, s. consuli. At duo erant, sed sic audierat Iudas, vt & quod sequitur de inuidia, &c. quod tamen fal sum. *Zelus*, i æmulatio.
25. *Bene sit*, &c. sententiam refert phrasi Hebraica.
25. *Dictauerit*, i. feret, seu postulabit.
Corde pleno, i. promptissime.
26. *Prœliantibus*, s. Iudæis. *Dabunt*, s. Romani, q. d. suis impensis Iudæi bellum iuuabunt.
Ab eis, s. Romanis.
28. *Dabitur*, s. à Iudæis. *Eorum*, s. Iudæorum.
30. *Et proposito*, i. pro arbitratu.
32. *Faciemus illis*, &c. i. defendemus eorum causam.

CAPVT IX.

1. *Cum illis*, i. illis commissum.
2. *Animas hominum*, pro, homines, vel animas.
7. *Dissolutus*, i. consternatus animo. Not. hic post fœdus initum cum Romanis eis infeliciter successisse. Itemque postea Ionathæ, & Simoni. vide inf. cap. 12. & 14. vt videatur factum placuisse Deo, cui fuerat magis fidendum.
8. *Si poterimus*, pro, si forte possimus.
10. *Absit*. Mihi certe probatur illorum consilium.
Tempus, s. moriendi. *In virtute*, i. fortiter.
Crimen, Græc. αἰτίαν i. accusationem, seu reprehensionem, q. d. ne quid minuamus gloriam nostram eoque reprehendamur. Equidem non video quid gloriæ deperibat, si sibi, suisque consuluisset, seque seruasset ad tempora meliora. Scio D. Ambrosium laudare factum hoc, sed ego rudior sum, quam vt capiam, laudarem si suorum fuisset consilium secutus.
13. *Commota*, i. concussa. hyperbole.
22. *Verba*, i. gesta.
23. *Exorti sunt*, prodierunt.
31. *Surrexit*, i. se exhibuit.
36. *Madaba*, vrbs est in tribu Ruben.
37. *Verba*, i. gesta.
38. *Sanguinis*, i. cædis. *Tegumento*, i. latebra.
39. *Processit*, pro, procedebat.
42. *Vindicauerunt*, pro, fecerunt.
43. *In virtute*, i. cum exercitu.
45. *Ex aduerso*, Græc. è fronte, & à tergo.
46. *In cælum*, i. ad Deum.
47. *Diuertit*, s. Bacchides.
48. *Et transnatarunt*, Græc. non transierunt, sc. hostes.
50. *Reuersi sunt*, Græc. reuersus est, s. Bacchides cum suis.
51. *Vt inimicitias*, &c. id est, vt bello infestarent Israelem.
54. *Interioris*, Græc. atrij interioris, scilicet, sacerdotum.
Prophetarum, s. Aggæi & Zachariæ, quorum exhortatione ædificatum templum.
56. *Mandare*, i. disponere, vt solet à morientibus.
57. *Siluit*, i. quieuit à bellis.
58. *Silentio*, i. quiete.
61. *Apprehendit*, Græc. apprehenderunt, s. hostes; quidam tamen ad Ionatham referunt. *Malitiæ*, q. d. qui dederant Bacchidi illud consilium.
63. *De Iudæa*, pro, in Iudæa, s. sociis, vel militibus.
65. *Numero*, s. militum.
66. *Virtutibus*, i. viribus, seu fortiter gestis.
68. *Quoniam*, pro, itaque, vel coniunge cum sequenti versu.
70. *Ei*, s. Ionathæ, Græc. eis, s. inuicem. *Captiuitatem*, i. captiuos.
73. *Gladius*, i. bellum. *Iudicare*, i. gubernare, seu ius dicere.

CAPVT X.

1. *Qui*, s. Antiochus. sic enim ait Iosephus, s. fuisse Antiochi Epiphanis filium; Græc. tamen videtur ad Alexandrum referri, & forte is idem habuit cum patre cognomen.
3. *Vt magnificaret*, pro, magnificans, q. d. quibus illum magnificare præ se ferebat. *Dixit*, i. cogitauit.
11. *Ad munitionem*, i. vt ciuitati essent munimento.
15. *Virtutes*, i. facta fortia.
20. *Vt quæ nostra*, &c. i. vt faueas rebus nostris.
21. *Stolam sanctam*, i. vestem sacerdotalem, scil. Pontificiam.
24. *Dona*, s. promittam, vel dabo.
28. *Præstationes*, i. quæ solebatis nobis præstare.
29. *Pretia*, i. pensiones. *Indulgeo*, i. condono.
Remitto, s. ne posthac eas dare debeatis, vide cap. 11.
Tertias, i. est tertiam partem, s. frugum, quæ in seminatis agris proueniebant.
30. *Ligni*, i. arborum. *Ciuitatibus*, Græc. regionibus, seu præfecturis. sic inf. *Illi*, scil. eius ditioni.
31. *Sit sancta*, i. gaudeat immunitate, quæ decet sanctum locum.
33. *Animam*, i. personam, vt vulgo dicitur.
Vt, pro, vtque.
34. *Decreti*, i. stati, seu statuti.
35. *Et nemo*, &c. explicat præcedentem immunitatem. *Causa*, i. re, seu negotio, omni vero, pro, vlla, positum more Hebræo.
36. *Copiæ*, Græc munera, s. stipendia. *Ordinabuntur*, i. constituentur. *Magni*, Græc. magnis.
37. *Agantur ex fide*, i. fidem postulant.
39. *Quas dedi*, pro, præterea dedi. *Sanctis*, i. templo.
40. *Quæ me contingunt*, i. ad me pertinent, Græc. à locis attinentibus, i. qui soluere debent.

41. *Redderant*,

41. *Rediderant*, i. soluerant, scil. Regi, indicat se remittere sibi à Iudæis debita superiorum annorum.

Ex hoc, i. ex nunc. *Domus*, i. templi.

42. *Accipiebant*, scil. tributorum Regis exactores.

Sanctorum, i. sanctuarij seu templi.

43. *Omnibus finibus*, pro, omnes fines.

Dimittantur, s. liberi.

44. *Ratione*, s. ex ærario.

47. *In Alexandrum*, Græc. in Alexandro, i amicos esse Alexandri *Princeps*, q.d. primus egerat cum ipsis bona fide.

36. *Spondeam tibi*, scilicet filiam, Græc. sim tibi socer.

58. *Reges*, s. solent.

63. *Predicate*, s. per præconem denunciate.

70. *In opprobrium*, q.d. contemnor.

71. *Virtutibus*, i. viribus, vel exercitibus.

Bellorum, Græc. vrbium.

75. *Exclusit*, Græc. excluserunt, s. Ioppenses.

80. *Eius*, i. Ionathæ.

81. *Eorum*, s. hostium.

83. *Beth Dagon*, i. ædem Dagonis, scil. idoli Azotiorum. *Idolum*, Græc. εἰδωλεῖον, i. templum Idoli.

68. *In*, pro, cum.

CAPVT XI.

4. *Cætera*, Græc. suburbia. *Tumulos*, i. aceruos cadauerum, vel lapidum super sepultos.

11. *Eius*, s. Alexandri.

18. *Perierunt*, i. occisi sunt. *Intra castra*, Græc. in ipsis munitionibus.

23. *Obsidere*, s. arcem.

24. *Xenia*, i. munera.

28. *Torpachias*, i. præfecturas, vide sup. cap. 10. & inf.

31. *Parenti*, Græc. cognato.

32. *Parenti*, i. veluti patri.

33. *Benignitatem*, Græc. beneuolentiam.

34. *Ciuitates*, Græc. præfecturas Lydam, Græc. Aphærema & Lydam. *Pro his*, i. compensationem eorum.

36. *Ex hoc*, s. tempore.

38. *Siluit*, i. quieuit, s. bellis. *Et inimici*, pro, ideo inimici; vel, quia inimici.

46. *Aulam*, s. regiam.

49. *Infirmati*, i. consternati.

60. *Flumen*, s. Iordanem, vel Euphratem.

63. *Preuaricati sunt*, Græc. adessent. *Eum*, s. Ionatham.

Negotio regni, Græc. regione.

64. *Prouinciam*, s. Iudææ.

67. *Vigilauerunt*, &c. i. summo mane se contulerunt in campum.

70. *Princeps*, Græc. principes.

72. *Pugnauerunt*, Græc fugerunt.

73. *Fugiebant*, pro, fugerant. *Illius*, s. Ionathæ. *Sua*, i. ipsorum.

CAPVT XII.

1. *Tempus*, i. opportunitas.

4. *Dederunt*, s. Romani. *Per loca*, i. per quos transibant.

10. *Efficiamur*, i. habeamur.

11. *Quibus oportet*, i. opportunis. *Obseruationibus*, Græc. obsecrationibus. *Fas est*, pro, par est, seu oportet.

15. *Humiliati*, i. afflicti, seu depressi.

19. *Rescriptum*, i. exemplum, s. de quo supra.

21. *Scriptura*, scil. rerum nostrarum, q.d. annalibus.

22. *Supra*, i. maiori.

25. *Eius*, s. Ionathæ.

26. *Illis*, s. Iudæis, Græc. irruere in ipsos.

28. *In bello*, pro, ad bellum. *Timuerunt*, & formidauerunt, pro, timuerunt valde. *Focos*, i. ignes.

29. *Cognouerunt*, sc. illos fugisse.

32. *Iunxit*, i. castra mouit.

36. *Ipsa*, sc. arx. *Singulariter*, i. seorsim seu semota prorsus. vulgo per se. *Emant*, sc. qui in arce, q.d. commercio prohibeantur & commeatu.

37. *Et cecidit*, pro, nam ceciderat. *Ab ortu Solis*, i. ad Orientem.

38. *Sephela*, i. planitie, seu valle.

42. *Multo vt*, pro, maiori quam vt.

50. *Periit*, ita audierant sed falsum.

51. *Pro anima*, &c. i. sibi vitæ periculum imminere, vel illos paratos esse vitam defendere.

54. *De hominibus*, i. ex hominum mentibus.

CAPVT XIII.

5. *Anima*, i. vitæ.

6. *Sancta*, i. templum. *Inimicitiæ causa*, i. hostiliter, sc. tanquam hostes.

11. *In ea*, sc. Ioppe. *Ipse*, sc. Ionathas.

13. *Contra faciem*, i. in prospectu.

16. *Fugiet*, i. deficiat.

20. *Ibant*, sc. hostes. Græc. ibat, sc. Tryphon.

22. *Illa nocte*, &c. Græc. & illa nocte fuit valde multa nix, & non venit propter niuem, sed abiit in Galaaditim.

24. *Conuertit*, i. reuertit.

27. *Visu*, i. aspectu, sc. qui longe videri posset.

28. *Statuit*, Græc. statuit super ea *Septem*, id est, multas.

29. *Quæ*, sc. ædificia, nempe tota illa moles.

30. *Diem*, sc. extans.

34. *Regioni*, sc. Iudææ.

37. *Bahem*, i. torquem, vel Baltheum, vel smaragdum.

41. *Anno primo*, q.d. incepit numerare annos à Principatu Simonis.

44. *Et qui*, &c. Græc. & qui erant intra machinam, eruperunt in ciuitatem.

48. *Immunditia*, sc. idololatriæ. *Sibi*, Græc. sibi in ea.

50. *Contaminationibus*, sc. gentilitiis.

51. *Inimicus*, sc. arx illa erat velut hostis infensissimus.

54. *Virtutum*, i. exercitus. *Gazaris*, i. Gaza.

CAPVT XIV.

4. *Quæsiuit, bona*, q. d. diligens fuit in promouendo statu bono.

5. *Et cum omni*, &c. q.d. accessitque eius gloriæ, quod Ioppe portu vsus est ad nauigandum ad insulas.

6. *Obtinuit*, i. pacifice possedit, vel gubernauit.

7. *Captiuitatem*, vel Iudæos è captiuitate liberatos intelligit, vel hostes captiuos factos.

8. *Ligna*, i. arbores.

9. *Bonis*, i. vtilitate, seu commodis. *Gloriam*, i. splendide. *Belli*, i. bello partas.

10. *Vasa*, i. receptacula, q. d. vt asseruarent instrumenta bellica. *Quoadusque*, pro, adeo quod.

14. *Humiles*, i. afflictos. *Legem exquisiuit*, i. legi studuit,

studuit, seu curauit, vt obseruaretur.

15. *Sancta glorificauit*, i. templum decorauit.

26. *Titulis*, i. columnis.

27. *Elul*, i. Augusti, vel Septembris, Asaramel, quidam legunt Ierusalem.

28. *Nota facta sunt*, i. acciderunt.

32. *Virtutis*, i. fortes.

34. *Correptionem*, vel correctionem, i. directionem, Græc. ἐπανόρθωσιν.

35. *Actum*, Græc. fidem.

35. *Castitati*, i. loci sanctitati.

36. *Secundum hæc*, pro, ad hæc, præterea, Græc. per omnia, vt iungatur superioribus, q. d. cum summa potestate.

41. *Donec*, Not. æternum cum donec. *Surgat*, &c. q. d. eo vsque dum Christus veniret, voluerunt illum eiusque familiam, populum regere, etsi essent de tribu Leui; principatus enim ad Iudam spectabat, cuius partem administrabat, Sanhedrim, sc. Iudicum cœtus.

48. *Dixerunt*, i. constituerunt.

49. *Peribolo*, i. ambitu, seu porticu.

Habeat, sc. vnde possit sumere.

CAPVT XV.

1. *INsulis*, i. vna ex insulis.

2. *Hunc*, pro, in hunc.

5. *Oblationes*, vel ablationes, i. exemptiones, seu immunitates. *Dona*, i. pensiones.

7. *Sanctam*, &c. Græc. & sancta esse libera.

8. *Futura sunt*, i. debebuntur.

34. *Tempus*, i. opportunitatem.

39. *Obstruere*, Græc. munire.

40. *Irritare*, i. prouocare, seu vexare. *Conculcare*, Græc. intrare, seu inuadere.

Viam, Græc. vias seu itinera.

CAPVT XVI.

4. *ELegit*, sc. Simon vel potius Ioannes.

9. *Ædificauit*, scil. ipse Ioannes, i. instaurauit, vel potius Cendebæus, vt sup. dictum cap. 15.

14. *Vndecimo*, sc. Ianuario.

23. *Bonarum virtutum*, i. egregie factorum.

24. *Libro dierum*, i. Annalium.

MACHABÆORVM II.

CAPVT I.

1. *BOnam*, i. felicem.

2. *Testamenti*, i. pacti. *Seruorum*, &c. pro seruos &c.

3. *Volenti*, i. prompto.

4. *Pacem*, i. prosperitatem.

5. *Malo*, i. calamitoso.

7. *Demetrio*, vide sup. lib. 1. cap. 11. *Recessit*, i. defecit, sc. per apostasiam.

8. *Succenderunt*, sc. hostes.

9. *Scenopegia*, sc. ob purificatum templum à Iuda eo mense. Apparet eos id festum Encæniorum celebrare solitos ritu Scenopegiæ, de quo vide inf. cap. 10. vel legendum Scenopegiæ, &, vide inf. ver. 18.

Casleu, i. Nouembris, vide Zach. 7.

10. *Anno*, &c. id est finis superioris epistolæ.

Populus, &c. Hic incipit altera epistola.

Iudas, sc. Machabæus.

Christum, i. vnctorum.

Salutem, & sanitatem, Græc. gaudere & saluere.

11. *Regem*, sc. Antiochum Epiphanem.

12. *Ebullire*, sc. prodire in magna copia, vt de ranis dictum Exod. 8. & de muribus 1. Reg. 5.

13. *Naneæ*, i. Dianæ: vox Persica. *Cecidit*, quidam percussum interpretantur: alij Antiochum Magnum intelligunt, non Epiphanem, ne hæc contraria sint iis quæ dicta lib. 1. cap. 6.

14. *Cum ea*, sc. velut sponsa, vel dea.

16. *Templi*, Græc. lacunaris. *Aditu*, i. porta, seu fenestra.

18. *Diem*, Græc. velut diem.

19. *Persidem*, i. Babyloniam. sic 1. Mach. 6. *Cœnatati sunt*, i. tuto seruarent.

24. *Narrauerunt*, sc. aliqui.

Bonus Rex, Græc. Rex & bonus, seu benignus.

25. *Præstans*, Græc. χορηγὸς, i. munificus, seu liberalis.

26. *Partem*, i. hæreditatem, scil. populum Israel.

27. *Abominatos*, i. execratos, sc. à gentibus.

28. *In superbiam*, i. superbè.

29. *Dixit*, i. instituit.

33. *Translati*, i. ducti in captiuitatem.

34. *Vt probaret*, pro, approbans.

CAPVT II.

1. *INuenitur autem*, &c. & hæc ad epistolam pertinent.

Ieremia, Græc. Ieremias Propheta, iungiturque cum sequentibus, q. d. legitur in quadam scriptura Ieremiam iussisse, &c. *Transmigrabant*, i. migrabant, seu captiui abducebantur, sc. in Babyloniam. Significatum, sc. supra. *Mandauit*, sc. quod sequitur.

4. *Comitari*, i. portari ab aliquibus se sequentibus.

Dei hæreditatem, i. terram promissionis. Vide Deuteronomij 34.

8. *Hæc*, i. talia, Græc. manifestabat autem, sc. liber ille quæ sequuntur.

9. *Tractabat*, sc. Salomon.

10. *Sicut*, &c. sc. referebat ille liber.

11. *Eo quod*, &c. q. d. Itemque erat in libro illud Mosis Leu. 10. Cur non comestum esset, quod pro peccato oblatum fuerat, sed igni consumptum totum. vide locum. hic enim valde concise, & obscure refertur.

13. *Nehemiæ*, sc. tempore scriptis. *Hæc*, sc. quæ retulimus. *Donariis*, sc. templo offerendis.

17. *Sanctificationem*, i. templum.

18. *Congregabit*, scil. etiam alios, qui dispersi sunt.

22. *Illuminationibus*, i. Dei fauoribus.

23. *Recuperarent*, Græc. repararent.

25. *Aggredi*, sc. legendo.

31. *Exquisitiones*, Græc. exquisitiones, seu exquisita, scil. curiosa, seu nimis exquisitam narrationem.

Succingi, i. astringi, seu arctari. Hactenus epistola, in qua & illud.

CAPVT

CAPVT III.

1. *Nomni*, i. cum summa.
2. *Illustrarent*, i. ornarent, seu decorarent.
3. *Seleucus.* Hinc apparet narrari hic res priores is, quæ libro superiore scriptæ sunt.
7. *Transportaret*, i. ad se afferret.
11. *In his*, i. ex his.
12. *Vniuersum*, &c. Hyperbole.
13. *Omni genere*, i. omni modo, seu omnino.
14. *Altare*, sc. holocausti.
19. *Ad Oniam*, Græc. ad ianuas, sc. domorum suarum seu templi.
24. *Spiritus*, &c. Græc. Spirituum, & omnis potestatis Dominus (seu Princeps) magnum & euidens fecit miraculum.
Ostensionis, pro, potentiæ.
Ruentis, i. consternati forte legendum, tuentes, pro, intuentes Dei virtutem Græc. stupentes.
Dissolutionem, sc. animi, vel membrorum.
25. *Calces*, i. vngulas.
26. *Optimi*, Græc. pulcherrimi.
27. *Eiecerunt*, i. extraxerunt.
30. *Magnificabat*, i. glorificabat.
32. *Malitiam*, id est, dolum, seu maleficium. *Ex*, pro, à.
Consummatam, i. factam. *Salutarem*, non est Græc.

CAPVT IV.

1. *Instigasset*, i. induxisset.
2. *Æmulatorem*, i. incensum zelo, Græc. ζηλωτήν.
4. *Insanire*, iunge cum ad augendam.
7. *Antiochus*, sc. Seleuci frater.
8. *Reditibus*, &c. forte id volebat quotannis reddere.
9. *Ephebiam*, i. Epheborum palæstram, seu potius lupanar. *Antiochenos*, sc. ciues.
11. *Per Ioannem*, incertum, an per hunc illa instituta, seu impetrata à Regibus, an vero eius opera destructa.
Qui, sc. Eupolemus: vide lib. 1. cap. 8.
13. *Profectus*, i. progressus. *Sacerdotis*, Græc. summi sacerdotis, sub. re vera.
14. *Prabitionis*, i. exhibitionis, scilicet spectaculi.
Exercitiis, i. certaminibus.
15. *Nihil*, i. pro nihilo.
16. *Contentio*, Græc. calamitas. *Et eorum*, pro, nam eorum. *Habuerant*, Græc. habuerunt, scilicet postea.
19. *Didrachmas*, Græc. drachmas.
Sacrificiis, sc. Herculis.
Oporteret, i. necesse esset, seu deceret.
20. *Præsentes*, sc. legatos, id rogauerant.
21. *Primates*, pro, primatum, i. principatum, sc. contentio erat cum Antiocho.
Alienum, sc. ob absentiam.
Inde, sc. vbi erat forte ex Antiochia.
24. *Faciem*, &c, i. regiam potestatem, q. d. ei fuisset adulatus.
Superponens, &c Græc. superans Iasonem talentis, &c.
29. *Et Menelaus*, &c. Græc. & quidem Menelaus reliquit summi sacerdotij successorem Lysimachum fratrem suum, Sostratus autem Crateten Præfectum Cypriis.
40. *Iniquis*, iunge cum manibus.
Tyranno, in quibusdam Græc. Aurano.

CAPVT V.

1. *Monstra*, i. ostenta, seu prodigia.
8. *Exitium*, sc. nisi euasisset.
11. *Efferatis animis*, Græc. Efferatus animo.
15. *Ista sufficiunt*, Græc. istis contentus.
17. *Despectio*, i. ille contemptus.
19. *Elegit*, sub. atque adeo propter gentis peccata permittit locum tractari indignis modis, id quod statim additur.
23. *Garizim*, sc. monte Samariæ.
24. *Appositus*, i. hostili animo.
26. *Spectaculum*, sc. exercitus visendi causa.
27. *Decimus*, sc. Pontifex à tempore Alexandri Magni legitimus. Quidam tamen dicunt decimum nomen esse officij, seu magistratus, vt decurio, & decanus.
Fuerat, pro, fuit.

CAPVT VI.

1. *Antiochenum*, Græc. Atheniensem.
2. *Prout erant*, &c. q. d. prout incolæ Garizim iam volebant.
6. *Simpliciter*, pro denique, seu omnino.
7. *Circuire*, Græc. pompam ducere.
8. *Ptolemæo*, pro, Ptolomeo, sc. de quo sup.
11. *Philippo*, sc. de quo sup.
Obseruantiam, sc. sabbati.
12. *Abhorrescant*, Græc. contrahantur, sc. animo, seu animum despondeant.
14. *Vt eas*, &c. Græc. vt eas, cum peccata ad plenitudinem venerint, puniat. sic de nobis statuit, ne cum ad finem peccata nostra peruenerint nos puniat.
20. *Intuens*, &c. i. considerans quomodo accedere ad talia oporteret patienter sustinenda, Græc. aliquanto aliter.
23. *Constituta*, sub. actæ. *Infernum*, i. sepulcrum.
27. *Senectute dignus*, id est, qualem par est senem esse.
30. *Secundum animam*, id est, animo, seu voluntate.

CAPVT VII.

1. *Taureis*, sc. neruis.
6. *Consolabitur*, i. recreabitur, sc. sumpta de hostibus vindicta. vide Deuteron. 32. vbi legimus miserebitur, 70. enim consolabitur, vel forte in seruis, pro, seruos.
11. *E cœlo*, i. à Deo.
14. *Ad mortem*, i. morti proximus. *Potius est*, i. præstat.
15. *Eum*, sc. Regem.
17. *Patienter sustine*, i. expecta.
Semen, i. filios.
18. *Frustra*, i. sine causa. *Facta*, sc. à Deo, q. d. mirabiliter nos punit, vel à nobis, q. d. mire Deum offendimus.
20. *Bonorum*, Græc. bona, i. felici.
21. *Fœminea*, q. d. aliquin infirmæ.
23. *Enim*, pro, tamen. *Inuenit*, q. d. qui sua sapientia excogitauit quo quidem modo generandum esset.
24. *Despecta*, i. considerata, vel pro, suspecta, q. d. suspicans, seu timens sibi probro id futurum, quod sic contemneretur, & vinceretur. hunc enim sensum Græca videntur facere.
25. *Fieret*, sc conciliatrix.
28. *Peto*, Græc. peto à te.

29. *Particeps*,

29. *Particeps*, non est Græc. & quidem videtur abundare. *Illa*, sc.postrema diei iudicij, Græc. tamen tantum est,in misericordia,q.d.per Dei misericordiam.

30. *Sustinetis* i. expectatis.

33. *Increpationem*,i.castigationem.

36. *Sustentato*, i. tolerato.

Testamento, i. pacto, quasi dicat, consequenter promissa legem seruantibus, vel iam sunt ex parte consecuti,sc æternam vitam. *Effecti sunt*,i.continentur.

40. *Mundus*, Græc.pure,seu sancte.

41. *Consumpta*, Græc.mortua, sc.interempta,vt filij.

CAPVT VIII.

2. Contaminabatur, i.profanabatur.

3. *Complananda*,i.solo æquanda.

9. *Patrocli*,sc.filium. *Primoribus amicum*,pro,primariis amici,sc.vnum.

13. *Iustitia*, Græc vindictam, sc.à Deo faciendam.

15. *Testamentum*, i. pactum.

16. *Reconciliarentur*, Græc. terrerentur.

20. *Sex*, Græc. octo.

23. *Ad hoc*,&c. adhuc etiam & Eleazarum (sc. præfecit) tum lecto illis,&c.

24. *Nouem*, lib. 1. cap. 4. dictum tria, sed illud intelligendum de primo congressu: id de tota pugna.

25. *Hora*, i.tempore.

29. *in finem*, i. perfecte, seu in perpetuum, vel tandem.

33. *Epinicia*,i.celebritates pro victoria.

CAPVT IX.

11. Paria Deo sentire, i. se Deo exæquare.

20. *Gratias*, sc.Deo.

25. *Insidiantes*, Græc. attendentes, q.d.occasioni intentos.

27. *Et communem*,Græc.obsequentem, sc.benignum,seu beneuolum.

28. *Montibus*, scilicet Babyloniæ. vide lib. 1. cap. 16.

CAPVT X.

3. Blemium, sc.à destructione. Not. vero id etsi narratur post mortem Antiochi, prius tamen contigisse. vide lib. 1. c. 4.

5. *Casleu*, sc.Nouembris.

7. *Thyrsos*, i. virgulta, vel hastas frondibus ornatas.

Ei, sc. canentes. *Prosperauit mundare*, i. dedit prosperitatem mundandi.

13. *Philometore*,sc.Rege Ægypti. *Ab eo*,sc.Philometore. *Veneno*,sc.vltro accepto.

15. *Iudæi*, Græc. Idumæi.

Fugatos,sc.ab Iudæis ob crimina seu transfugas.

26. *Crepidinem*, i. basim, seu inferiorem extremitatem.

Dicit,i.pollicetur,sc.inimicus ero inimicis tuis, &c.Exod.23.

37. *Loco*, Græc. lacu.

CAPVT XI.

1. Propinquus, i. cognatus.

5. *Angusto*,Græc.munito,seu forti.

21. *Dioscori*, i.Iunij.

26. *Dexteram dederis*, i.cum eis pacem feceris, seu concordiam.

30. *Xanthici*, i. Aprilis.

CAPVT XII.

2. Super hos,i. præterea.

In silentio, i.tranquille.

5. *Præcepit*, sc.arma capere, vel se sequi.

22. *Ab alio*, Græc.alio. *Debilitarentur*,pro occiderentur,seu, vulnerarentur.

24. *Decipi*, i. frustrari spe liberationis, seu periclitari.

25. *Constitutum*, id est, promissionem, seu pactum.

29. *Scytharum*, sc.Scythopolim.

31. *Septimanarum*, sc.pentecostes.

33. *Exiuit*, sc.Iudas.

36. *Esdrin*, viri nomen, &,vt apparet Iudæi.

40. *Idolorum*,i.idolis oblatis,seu consecratis.

42. *Obliuioni traderetur*, i. à Deo remitteretur, Græc.omnino deleretur.

43. *Duodecim*, Græc.duo. *Sacrificium*,sc.hostias illis pecuniis emptas. Not.hic prodesse sacrificium pro defunctis,etiam apud Iudæos fuisse receptum. Item, credendum pie qui in bello iusto moriuntur, præsertim pro religione suscepto, suorum peccatorum omnium pœnitere,certe Iudas ita de illis credidit.

44. *Superfluum*, &c. Not. adeo esse coniunctos articulos de animarum immortalitate,& corporum resurrectione, vt alterutro posito, vel sublato, alterum ponatur vel auferatur. itaque Sadducæi vtrumque negabant,Pharisæi affirmabant,vide Act. 23.& quidem Matth.22.Christus ex animæ immortalitate probat resurrectionem: & Paulus 1.Cor.15. Mortales esse animas,si non sit resurrectio:& merito, nam si anima extat, cum sit naturaliter forma corporis,necesse est ei iterum vniri.

45. *Cum pietate*, scilicet pro religione occumbentes.

46. *Sancta*, &c.Græc. sancta & pia cogitatio.itaque pro mortuis propitiationem(seu expiationem) fecit,vt à peccato soluerentur.

CAPVT XIII.

4. Vt eis est consuetudo, i.vsitato apud eos supplicio.

5. *Loco*, sc.vbi fuit interfectus.

7. *Terra dari*, i. sepeliri.

14. *Dans potestatem Deo*,i.committens rem Deo, qui omnia potest.

15. *Signo*, scilicet tessera, quæ solet dari militibus.

Dei victoria, sc. verba hæc, Dei victoria,erant pro tessera.

19. *Minorabatur*, i. inferior euadebat,seu,superabatur.

21. *Mysteria*,i.arcana,sc.secreta consilia.

Requisitus, i. inquisitus.

Conclusus, sc carcere.

25. *Ne forte*, pro, si forte sic, q.d. volentes fœdus irritare. Quidam putant indignatos ob fœdera à Rege violata.

CAPVT XIV.

1. Seleuci, sc.filium.vide lib.1.c.7.

3. *Commistionis*, sc cum gentilibus: forte, incommistionis, legendum, Græc. segregationis (seu discessionis)à conuersatione,sc.Gentilium,q.d. cum

cum reliqui Iudæi detestarentur conuersationem gentium,& mores, tum ille his inquinatus est.

4. *Thallos*,i ramos,sc.aureos.

13. *Dispergeret*, pro, perderet,seu dissiparet.

15. *Portionem*. Græc.partem, i. hæreditatem, sc. Iudæos.

18. *Sanguine*,&c.q.d.illorum virtutis periculum facere cum vitæ discrimine.

25. *Communiter*,i.familiariter.

35. *In nobis*,i.iter,seu apud nos.

37. *Ab Ierosolymis*,i.Ierosolymitanis. *Affectus*,i. beneuolentia,sc.in ciues.

38. *Continentia*,Græc. ἀμιξίας,quod supra vertit commistionem.vide vers.3.

Pro, Græc. cum.

41. *Comprehenderetur*,i.comprehendendus esset.

42. *Eligens*, &c at errabat iudicio.nec enim nobilitas est,sed vilitas se occidere. *Nobiliter*, i. fortiter,Græc.generose.

43. *Præcipitauit*, & hic errauit, nisi quis factum excuset instinctu Dei, quo forte mouebatur. de quo vide Aug. 1. ciu.c.21. At lib.2.cont.epist.Gaudent,cap.23.& epist 61. aperte condemnat hoc Raziæ factum.

44. *Venit*,i.cecidit. *Per mediam ceruicem*, Græc. per mediam (sc.turbæ) in latus,seu ventrem,sc.cadens.

46. *Complexus*, &c.&c.id qui potest excuset:crediderim tamen Deum hominis errori ignouisse, quia misericors est, & ille ignorans fecerat, putans se in eo bene,& fortiter agere.

CAPVT XV.

2. PEr *necessitatem*, i. coacti.

8. *Nationum*,i.Gentilium.

10. *Fallaciam*, i perfidiam.

11. *Munitione*, sub.solum

12. *Verecundum*,Græc.verendum. *Visu*,i.aspectu seu vultu. *Protendentem*,sc.in cœlum.

13. *Habitudine*, Græc.excellentiam.

16. *Deuotes*,sub.inquit Deus.

17 *Exhortari*,verti poterat consolari.*Valde*,iungendum cum,bonis. *De quibus extolli*. pro,quibus incitari. *Vt virtus*,&c.q.d.vt totum negotium decerneretur,non verbis,sed viribus.

21. *Prodigia*,i.miracula insignia.

23. *In*, pro, cum.

25. *Admouebant*,sc.sc,seu procedebant.

Perturbatione, id est tumultu, scilicet lætantium.

32. *Gloriatus est*, pro, gloriatus,sc.Nicanor.q.d. superbe locutus.

33. *Contra*,i.è regione.

37. *Mensis*, Græc. duodecimi mensis, scil. Februarij.

Adar quod,pro,qui.Adar.*diei*,i.festi.de quo vide Esth.9.

39. *Minus digne*, sc. quantum ad elocutionem. Sic & Paulus se sermone imperitum.

Concedendum, i. condonandum, seu ignoscendum.

40. *Contrarium*, i.non sic iucundum.

Alternis, Græc. aquæ mistum. Not.quod Græca hunc sensum faciunt, vt vinum per se bibere, & rursum aquam, inimicum est, seu odidsum: delectat vero si vtrumque misceas: sic præparatus, i. temperatus, seu concinnus sermo lectorem delectat.

Gratus,i.perinde suauis.

Consummatus, i.finitus,sc. sermo,seu liber, q.d. hic finis esto,

ORDO LIBRORVM NOVI TESTAMENTI.

NOTATIONES IN NOVVM TESTAMENTVM.

MATTHÆVS.

EVANGELIVM, i. bona iucundaque annunciatio, sc. de hominum salute per Christum.

Secundum Mattheum, sc. Christi Apostolum, qui id Hebraice scripsit. Qui deinde Græce verterit, aut ex Græco in Latinum, quo vtimur, incertum; emendatum quidem constat à D. Hieronymo.

CAPVT I.

1. *Liber*, scriptura, seu descriptio. Quidam id titulum putant, sumptum more scripturæ, ab eo quod primo narratur: alij procemium, de eo quod primum dicendum sit.

Generationis, i. generis, seu genealogiæ, sc. describitur catalogus eorum à quibus Christus originem duxit. Idque vt appareat esse ex semine Dauid, vt Iudæis, quibus scribebat, fuerat à Deo promissum. quod non obscure indicat, dicens. *Filij Dauid filij Abraham*, & huic & Dauid factæ promissiones de Christo ab eis nasciturо.

2. *Et fratres.* Ab his, & Iuda, Iudæi omnes originem ducunt.

3. *De Thamar.* Huius partu significatum mysterium Iudæorum & Gentium.

5. *Booz*, putant quidam hunc fuisse Abesan Iudicem. vide Iud. 12. Iesse, qui & Isai.

6. *Regem*, sc. primum de tribu Iuda.

Vria, sc. vxor.

8. *Oziam.* Hic omissi tres Reges, sc. Ochozias filius Ioram, Ioas, & Amazias pater Ozeæ, caussam quære in scholis nostris in Euangelia prolixioribus.

11. *Iechoniam*, qui & Ioakim, seu Ioacim, & Eliazim.

In transmigratione, &c. i. circa tempora captiuitatis Babylonicæ.

12. *Iechonias*, qui & Ioachim filius Ioacim.

Genuit Salathiel, sc. in Babylone.

15. *Matthan.* Not. ex eadem vxore genuisse Matthan quidem Iacob, Matthat vero Heli, deinde Iacob ex vxore Heli sine filiis defuncti genuisse Ioseph, natura quidem suum, at secundum legem Heli filium; ideoque eius filius vocatur Luc. 3.

16. *Maria.* Not. Mariam, cum fratres non haberet, debuisse secundum legem Num. vlt. nubere viro eiusdem familiæ: cum ergo, vt hinc apparet, Ioseph de familia Dauid fuerit, ex eadem necesse est Mariam fuisse, adeoque Christum esse ex semine Dauid, quod Matthæus demonstrare instituerat, ducta serie maiorum per viros, more Scripturæ & Hebræorum.

17. *Generationes*, i. personæ in genealogia numeratæ.

Ad David, sc. inclusiue.

Ad Dauid, sc. exclusiue.

Ad transmigrationem, i. ad Iechoniam patrem, qui & Ioacim.

A transmigratione, i. à Iechonia filio, qui & Ioachin.

18. *Sic erat*, pro, sic accidit, seu habuit.

Desponsata, caussas desponsationis vide in nostris scholiis fusioribus. *Antequam conuenirent*, i. copularentur, nec vero ex isto modo dicendi fit, vt postea conuenerint. Sic enim dici solet, etiam de iis quæ postea non fiunt: vt antequam acciperet medinam, mortuus est. *In vtero habens*, i. grauida. *De Spiritu sancto*, i. virtute Spiritus S. adeoque etiam Patris, & Filij, vna enim totius Trinitatis virtus. Cur ergo tribuitur Spiritui sancto? vt vel ex ipso nomine, sanctissima & purissima conceptio intelligatur. Adde quod solet Scriptura opera eximiæ Dei charitatis tribuere Spiritui sancto, qui est Patris, & Filij charitas.

19. *Iustus*, i. perfectus, seu eximia probitate, q. d. cum ea esset virtute, vt neminem læderet.

Traducere, i. propalare, seu infamare, Græc. παραδειγματίσαι, i. exemplificare, seu exemplum facere, sc. diuulgando suspicabatur quidem adulterium, sed quia certus non erat, prodere nolebat. *Occulte*, sc. ne infamaret.

Dimittere, sc. ne retinendo consentire videretur plane iustus qui suum cuique reddit, Deo timorem, vxori charitatem, sibi cautionem.

20. *Cogitante*, Græc ἐνθυμηθέντος, i. cum cogitasset.

In somnis, Græc. κατ᾽ ὄναρ, i. per somnium.

Noli timere, Græc. ne timeas: vbi in reliquum semel annotasse suffecerit, fere in Testamento Nouo, quoties legitur: Noli, aut nolite timere, aut aliud facere, Græce nunquam esse verbum nolendi, sed solum: Ne time, Ne fac, &c. sc. secutus est Interpres communem loquendi vsum, quo dici solet: Noli facere, pro, Ne facias.

Accipere, i. retinere, timebat ne retinendo Deum offenderet.

Natum, i. conceptum, seu genitum.

De Spiritu sancto, vide sup. vbi, & hic etiam Græc. est ex Spiritu sancto.

21. *IESVM*, i. Saluatorem, Heb. ישוע

Salutem faciet, i. liberabit.

Populum suum, scilicet electos. remittuntur quidem & aliis peccata, sed relabuntur, & in eis moriuntur.

22. *Vt adimpleretur.* Non quidem ob id solum, nam præcipue ad mundi salutem, sed & ob hanc illud prædictum.

Prophetam, sc. Isaiam cap. 7. vide ibi, quæ annotauimus.

23. *Virgo*, Græc. ἡ παρθένος, i. virgo illa, sc. insignis.

Vocabitur

Vocabitur, Græc. & Syr. vocabunt, sed idem est non significatur vero id nomen habiturum, sed credendum & confitendum esse Deum verum, & hominem.

Nobiscum Deus, Heb. עמנו אל nobiscum Deus.

24. *Exurgens*, Græc. διεγερθεὶς, i. expergefactus seu excitatus.

25. *Donec*, sic dicitur. Gen. 8. Non reuersus coruus, donec siccarentur aquæ, qui nunquam reuersus est. & 2 Reg. 6. Michol non habuisse filium donec moreretur. vide Luc. 22.

Vocauit, sc. mater, vt patet ex Syr.

CAPVT II.

1 IVda, est enim altera in tribu Zabulon, Græc. & Syr. Iudææ, sicut infra, quod regnaret in Iudæa, sc. forte Iuda.

Magi, Persæ, seu Chaldæi erant, sapientes (id enim vox Magi Persicè significat, seu Philosophos) successoresque Balaam, vulgo receptum reges fuisse, & numero tres & quidem quod Reges fuerint, putant Athanas. Nazianz. Chrysost. Theophylact. Cyprian. Tertullian. Hieron. Isidor. & Thomas.

2. *Stellam*, Græc. τὸν ἀστέρα, i. certam quandam, & insignem stellam.

Eius, i. eum natum indicantem: Id maiorum traditione didicerant. *Venimus*, præteritum est. nam Græc. ἤλθομεν, *Adorare*. Ideo munera ferebant. Persis enim mos, regem non sine munere adorare.

3. *Audiens*, sc. Regem Iudæorum natum.

Turbatus est, sc. timebat sibi regnum ereptum iri.

Omnis, i. maxima pars. Turbata vero vel nouitate rei, vel timore Romanorum, vel quod Herodi faueret.

4. *Principes*, i. primarios, & velut capita. forte intelliguntur principes 24. familiarum, de quibus 1. Par. 24.

Scribas, i. doctores, seu legis peritos, vt Lucas vocat. Heb. סופרים quasi librarij à ספר i. libro, quod sacros libros lectitarent; & explicarent Græc. γραμματεῖς, quasi Scribæ, scil. publici, quorum est scripta publica asseruare & promere, vulgo Cancellarij.

Nasceretur, i. nasci deberet.

5. *Iuda*, Græc. Iudææ.

Prophetam, sc. Michæam cap. 5. vide quæ ibi notauimus.

6. *Nequaquam*, &c. At illic Heb. paruula es in millibus, &c. Matthæus sensum reddidit, sc. paruula quidem es, si aliarum ciuitatum principalium ciuium numerus spectetur, vbi multa millia hominum, at si princeps qui exte nascetur, non parua es.

Principibus, i. præcipuis ciuitatibus, vel populis qui sub principibus, seu tribunis qui Chiliadibus præerant. Solet quidem Scriptura populum millium nomine appellare.

Regat, Græc. ποιμανεῖ, i. pascet, sc. pastoris more reget.

Populum meum, i. fideles, quorum Israel populus figura.

7. *Clam*, sc. ne si forte resciscerent Iudæi, putarent insidias parari Regi nato. *Tempus*, sc. vt occideret pueros eius ætatis omnes, vt postea fecit, ne ille posset euadere.

9. *In Oriente*. Hinc apparet non illos per viam duxisse, vt vulgo putatur.

11. *Domum*, scil. præsepe secundum Iustin. in Tryph. & Hier. Epist. 17. & 18.

Obtulerunt. An singuli tria hæc, aut singula, incertum est.

12. *Responso*. Apparet eos Deum consuluisse; an ad Herodem redire deberent.

15. *Dictum*. Dictum quidem de populo Iudaico, sed in figura Christi.

Vocaui, sc. vt inde rediret in terram Israel.

16. *Bimatu*, i. ætate duorum annorum.

Infra, sc. vsque ad ætatem dierum, qui ab ortu stellæ elapsi. Id enim significat quod sequitur.

18. *Rama*, i. excelso, q. d. longe lateque.

Rachel, id est regio Bethleemitica, vbi sepulta Rachel.

Non sunt, i. perierant.

19. *Apparuit*, sc. post quinque annos quibus illic moratus Christus, secundum quosdam. Quamquam alij multo plures numerent, alij pauciores.

20. *Defuncti*, &c. plurale pro singulari, sic Exod. 2. Mosi dictum.

22. *Regnaret*, Toparchæ nomine, sed regia potestate.

Timuit, non timuit ab Herode, quod Bethleem ob quam ortum periculum, sub huius ditione non esset. Adde quod Archelaus patri erat crudelitate similior.

Illo, forte volebat adire templum, vt Deo gratias ageret.

23. *Vt adimpleretur*, pro, atque ita impletum est.

Prophetas, vide Isa. 11. 11.

Nazaræus, i floridus, scribendum vero per ז non per ץ vt apparet in titulo crucis, qui Romæ asseruatur. & Isa. 11.

Vocabitur, sc. sic interdum in Euangelio vocatur & in Actis.

CAPVT III.

1. VEnit, præs. temporis est.

In deserto, sc ab interiori deserto, vbi vixerat, venit ad id quod propius erat hominum habitationi.

2. *Pœnitentiam agite*, i. dolere ob peccata, & vitam mutare, Deoque per bona opera satisfacite. Vide 2. Cor. 7. quam multa in pœnitentia requirantur.

Appropinquauit, i. prope est, scilicet aderat Christus, qui id daret sibi credentibus, & obedientibus.

Cælorum, i. quo in cœlo regnant sancti cum Deo, quod per Christum factum, nec ante illum quisquam hominum cœlum ascenderat.

3. *Dicentem*, sc. secundum editionem 70.

Clamantis, i. palam, & libere prædicantis, scil. Ioannis, vel per ipsum Dei.

Rectas, &c. explicatio præcedentis, q. d. auferte quæ aduenientem possunt offendere, scilicet peccata.

Semitas, i. vias. repetitio. sic Psal. 76.

4. *De pilis*, sc. contextum.

Pelliceam, sc. vt Elias.

Locustæ, licebat iis vesci, Leuit. 11. de harum vsu in escam vide Plin. lib. 6. cap. 30. & lib. 11. cap. 29.

Syluestre, sc. agrestium apum.

5. *Omnis*, i. maxima pars. sic sup. cap. 2.

Iordanem, fluit ex Antilibano monte à Ior & Dan fontibus, vnde ei nomen.

6. *Peccata*, & in genere, & forte aliqua in specie. Vide Leu. 16. Num. 5. Eccl. 4. Act. 19. sufficiebat quidem illi baptismo se agnoscere peccatores.

7. *Pharisaeorum*, sic dicti hi, q.d. separati, à פרש separauit.

Sadducaeorum, dicti q. iusti צדיק iustus.

Viperarum, q. d. pessimorum filij pessimi, & venenati.

Demonstrauit, vox admirantis nouitatem.

Ira, sc. Dei, i. supplicio gehennæ. vide inf. cap. 23.

8. *Dignum pœnitentiæ*, i. conuenientem pœnitentiæ, seu qui pœnitentiam deceat, vel hic vide pœnitentiam requirere bona opera.

9. *Dicere*, & in eo confidere. *Istis*. Apparet lapides demonstrasse præsentes. forte alludens ad Saræ sterilitatem, quæ petra dicitur. Isa. 51. *Filios*, i. posteros.

Abrahæ, datiuus est, q. d. etiam sine vobis implebitur promissio Abrahæ facta de filiorum multiplicatione & salute, & quidem suscitatæ gentes, quæ in Iudæorum locum successere.

10. *Enim*, pro, vero, vel causam reddit eius quod de pœnitentiæ fructu dixerat Græc. δὲ, id est autem.

Arborum, metaphorice homines intelliguntur.

Excideretur, &c. Græc. præsentia sunt, sed pro futuris.

Fructum bonum. Vbi sunt, qui operum bonorum necessitatem negabant, dum viuerent, contenti credere? nempe in igne Inferni, vt statim dicitur.

11. *In pœnitentiam*, i. vt sic pœnitentiæ admoneamini.

Venturus est, Græc. præs. ἐρχόμενος. sed futuri significatione. *Dignus*, Græc. ἱκανὸς, i. idoneus.

Calceamenta. Apparet Christum calceatum incessisse, quamquam non hinc necessario probatur: est enim modus dicendi se valde inferiorem esse.

Igni, opponit aquæ, de qua dixerat: Baptizo in aqua, q. d. purgabit, illuminabit, & inflammabit dato Spiritu sancto, forte alludit ad diem Pentecostes, de quo Act. 1. Quidam ad ignem Purgatorij referunt. Vide Hieron. hic. Basil. lib. de Spiritu sancto, c. 15. Naz. Orat. de Epiph.

12. *Ventilabrum*. Instrumentum est quo grana in altum proiecta à paleis purgantur.

Inextinguibili, & hic apparet æternum fore supplicium.

14. *Prohibebat*, sc. agnouit Spiritus sancti inspiratione, seu reuelatione, quæ deinde columbæ descensu confirmata est.

Debeo, Græc. χρείαν ἔχω, i. opus habeo, sc. & ei Christo mundatore opus erat, nemo enim sine peccato.

15. *Sine*, sc. me agere. *Sit*. sc. præeundo exemplo.

Iustitiam, i. perfectionem, seu virtutem, cuius magna pars humilitas, hic à Christo exhibita.

Dimisit, i. non vltra prohibuit, sed baptizauit.

16. *Aperti*, non reipsa, sed apparitione.

Vidit, scilicet Christus, & etiam Ioannes. vide Ioan. 1.

Sicut columbam. Non vera fuit columba, sed species. Quidam tamen veram fuisse putant. vtrumque probabile.

17. *Filius*, Græc. ὁ υἱὸς, i. ille filius, sc. vnicus, seu singularis. *Dilectus*, Græc. ὁ ἀγαπητὸς, i. ille dilectus, sc. vnice. *Complacui*, q. d. qui mihi est singulariter gratus. Græc. εὐδόκησα.

CAPVT IV.

1. A *Spiritu*, sc. sancto. Græc. ὑπὸ τοῦ πνεύματος, i. ab illo Spiritu, sc. de quo sup.

2. *Noctibus*, id additum videtur, ne quis solum per diem ieiunasse crederet.

3. *Accedens*, sc. corporali specie, & gressu.

Tentator, Græc. ὁ πειράζων, i. ille tentator, sc. diabolus.

Si filius, &c. sc. audierat illam vocem. Hic est filius meus, &c. quod explorare certius volebat, cum esurientem videret, simul etiam, si posset, ad peccatum inducere. Vnde apparet occultum illi fuisse incarnationis mysterium, alioqui non sperasset Deum se posse decipere.

Dic, i. iube, seu verbo effice, Heb.

4. *Viuit*, Græc. viuet, sc. si Deus ita velit.

Verbo, i. re. Heb. *Quod procedit*, &c. i. quod Deus dixerit, seu voluerit, & iusserit, q. d. potest Deus hominem aliter quam pane alere. Ita se Dei filium non negauit, sed occultauit.

5. *Tunc assumpsit*, &c. Hæc fuit secunda ordine tentatio: sequitur enim: *Iterum assumpsit*, deinde additur: *Tunc reliquit eum*. Lucas ergo rei ordinem non est secutus quanquam in quibusdam codicibus reperitur idem ordo etiam apud Lucam.

Sanctam. Ita dicitur Ierusalem ob Dei templum, & cultum.

Pinnaculum, Græc. πτερύγιον, i. alam, sc. extremitatem tecti, quod planum erat.

6. *Mandauit*, Græc. & Syr. mandabit.

7. *Tentabis*. Tentare Deum dicitur, qui à Deo miraculum vult, vbi non est opus, est enim id velut Dei potentiæ periculum velle facere.

8. *Ostendit*, forte per species à se formatas, & Christi oculis obiectas, vel narrando, vt fit, ostendit.

9. *Cadens*, id est procidens humi, seu prostratus.

Adoraueris me. Aperte ad peccatum inducit. Nec addit, si Filius Dei es, sc. credebat purum esse hominem, & alioqui, quanta fuisset stultitia velle à filio Dei adorari.

10. *Satan*, i. aduersarie.

Scriptum est, sc. Deuter. 6. & 10. vbi tamen non est verbum adorabis, sed timebis. quo verbo significatam esse etiam adorationem, hinc plane colligitur.

Adorabis, Aug. in Gen. q. 61. notat non additum hic solum, sicut in, seruies, nempe adorantur multa præter Deum.

Seruies, Græc. λατρεύσεις, vnde latria Deo soli debita, sic enim vsu recepta significatio, cum alioqui seruitutem significet.

11. *Accesserunt*, sc. corporali specie.

Ministrabant, sc. cibos.

12. *Traditus*, sc. ab Herode in carcerem.

13. *Relicta*, i. omissa, seu præterita.

15. *Via*, Græc. viam, pro, iuxta viam.

Maris, i. ad mare ducens, sc. Magnum, seu Mediterraneum.

Trans, sc. respectu Assyriæ, de qua illic sermo.

Galilaea gentium, ita dicebatur ea Galilææ pars, quæ prope Tyrum & Sidonem in tribu Nephtalim.

16. *Ambulabat*, i. agebat, seu viuebat, Heb.

Vmbra mortis, i. tenebrosissima, sc. ignorantia Dei, Græc. & vmbra mortis. & ita etiam 70. Interpretes, Isa. 9. sed eodem sensu.

Lux, sc. Euangelica.

19. *Fieri*, Syr. Græc nihil est.

22. *Relictis retibus*, Græc. & Syr. relicta nauicula.

23. *Euangelium*

23. *Euangelium regni*, i. bonum nuntium de æterna salute, sc. cœlesti regno. *Languorem*, Syr. dolorem.

24. *Syriam*, sc. eam quæ ab Oriente Euphrate terminatur, alioqui nomen latius solet patere.

Tormentis, i. cruciatibus.

Lunaticos, sc. certis lunæ temporibus vexatos à diabolo, vel humore melancholico, aut comitiali morbo laborantes.

25. *Decapoli*, Ita dicta regio ob decem præcipuas ciuitates.

Trans, sc. respectu Iudææ.

CAPVT V.

1. *Ascendit*, scilicet oraturus, & Apostolos electurus.

Sedisse, sc. vbi descendisset in locum campestrem vt ait Luc.

2. *Aperiens os*, Iudicatur prolixiorem futurum sermonem. vide eandem phrasim Iob. 3. Dan. 10.

3. *Pauperes*, Græc. πτωχοί, i. mendici, seu valde egentes.

Spiritu, i. affectu spirituali, sc. propter Deum.

Ipsorum est, pro, consequentur.

4. *Possidebunt*, sc. velut hæreditatis iure, Græc. κληρονομήσουσι, i. hæreditabunt.

Terram, sc. viuentium, q. d. habebunt felicem hæreditatem.

6. *Esuriunt*, &c. i. qui optant recte & iuste omnia fieri. *Saturabuntur*, i. explebitur eorum desiderium, sc. in cœlo vbi omnia rectissima.

7. *Consequentur*, sc. à Deo.

8. *Mundo*, sc. ab omni vitio. *Corde*, i. mente, seu voluntate.

9. *Pacifici*, i. pacis factores, seu conciliatores. Græc. εἰρηνοποιοί. *Vocabuntur*, sc. vt qui reuera tales sint.

10. *Iustitiam*, i. recte & iuste facta.

11. *Omne*, i. quodcunque, Heb.

12. *Merces*, i. præmium, dicitur autem merces, quia datur velut ex debito meritis, vt solet merces operario, huius rei plurima in scriptura mentio: vt mirum sit, esse qui negent operum bonorum merita.

13. *Terra*, i. mundi, sc. hominum.

Euanuerit, Græc. μωρανθῇ, i. infatuatus fuerit, sc. redditus insipidus. *In quo*, i. per quid. *salietur*, i. virtutem saliendi recuperabit.

14. *Lux*, sc. doctrina, & exemplo.

Non potest, &c. q. d. non magis potestis latere, quam ciuitas, &c. Est quidem Ecclesia ciuitas Dei, cuius præcipua pars Apostoli, eorumque successores Episcopi: falsumque est, & insanum, quod quidam dicunt, Ecclesiam esse inuisibilem: plane cæcus qui ciuitatem in monte sitam neget posse videri. Non est quidem hic meum institutum, dogmata confirmare Catholica; indicabo tamen interdum vnde possint confirmari.

15. *Accendunt*, scil. homines multoque minus Deus.

Et ponunt, pro, vt ponant. *Modio*, i. mensura aliqua inuersa.

16. *Lux*, sc. doctrinæ & vitæ. *Videant*. Ergone etiam hic dicent hæretici, Ecclesiæ Rectores esse inuisibiles, nec videre quid regant?

17. *Nolite putare*, Græc. Ne putetis, sed de hoc sup. diximus.

Soluere, Græc. καταλῦσαι, i. dissoluere, seu destruere. *Legem*, sc. veterem.

Adimplere, s. seruando, dando aliis seruando virtutem, addendo præcepta, & promissa implendo.

18. *Transeat*, sc. renouatione.

Iota, Syr. Iod atque id credendum Christum dixisse, vt qui Hebræis loqueretur: apud quos Iod minima est litterarum, sed Græcus Interpres pro eo posuit quiddam simile, vt posset à Græcis intelligi.

Apex, i. punctus, seu litteræ fastigium, aut accentus. est autem hyperbole, q. d. ne minimum quidem ex lege, nec enim de litteris sermo est, quæ pereunt, sed de rebus significatis.

19. *Istis*, sc. quæ per Iota, & apicem significaui, q. d. etiam ex minimis. *Sic*, sc. soluendo, q. d. malo exemplo, vel sic, vt ipsa sonant, q. d. male vixerit, & bene docuerit Aug. 17. cont. Faust. de Pharisæis loquitur, qui docebant legem verbis, & soluebant factis.

Minimus, sc. indignus qui eo admittatur (alludit ad id quod dixerat, istis minimis) q. d. non erit inter eos qui omnes magni sunt, vt statim dicitur.

Feceris, sc. omnia. Nam qui in vno offendit, factus est omnium reus. Iacob. 2.

20. *Autem*, Græc & Syr. enim.

Abundauerit, i. maior fuerit, sc. faciendo, & docendo, illi enim solum docent.

21. *Audistis*, &c. legem veterem, & traditiones explicat, addens aliqua.

Reus, Græc. ἔνοχος, i obnoxius.

Iudicio, i. condemnationi. hæc erat Scribarum interpretatio.

22. *Irascitur*, Græc. & Syr. irascitur sine causa.

Fratri, i. proximo.

Iudicio, i. condemnationi, sc. Dei.

Qui autem dixerit fratri, &c. Not. loci huius obscuri, & à nemine quod sciam Interpretum declarati genuinam plane explicationem, ab eo acceptam qui me docuit Heb. linguæ rudimenta Rosceto, homine Gallo eruditissimo. Sic ergo legendus locus. *Qui autem dixerit* (sub. dictum est antiquis) *fratri suo Raca, reus erit concilio. Qui autem* (sub. dico ego) *dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.* Sensus ergo totius loci est: Doctrina Scribarum condemnat homicidam, ego vero etiam irascentem. Illi dicentem Raca seu fatuum, ad concilium vocant, ego in infernum mitto. Similem loquendi modum concisum. vide inf. cap. 23. vbi Christus ait: Et quicunque iurauerit in altari, nihil est; vbi sub. dicitis vos & Luc. 7. Magister dic; Duo debitores: vbi sub. dixit Christus. Nunc verba explicemus, vt magis appareat eum quem diximus esse loci huius sensum.

Raca, vox Chaldæa vacuum, scil. cerebro, seu fatuum significans, Hebr. רק Raq. ריק Riq. i. vacuare.

Concilio, Græc. συνεδρίῳ, i. Iudicum consessui. & hic facile est videre non Christi esse doctrinam, sed Scribarum. Quando enim Christus ita locutus, aut cur ad concilium peccantem mitteret? plane modus dicendi Scribarum est, qui in ius trahi volebant, dicentem *Raca*.

Gehenna ignis, pro, gehennæ incendio. vbi Not. gehennam dictam, q. d. Ge Ben Hinnon, id est, vallem filiorum Hinnon. de qua vide Ios 15. & 19. Ier. 7. & 17. In ea Iudæi idolo Moloch filios exustos offerebant (Dicta etiam Tophet à Toph, i. tympano, quo pulsante ne gemitus audirentur, infantes adolebant) sumitur autem pro Inferni supplicio.

24 *Ergo*, Not. huiusmodi particulam sæpe non causam significare vllam, aut illationem, sed solum sermonis continuationem. Itidem sentiendum de *autem*, *enim*, *quoniam*, & similibus.

Habet aliquid, &c. vide similem phrasim Apoc. 2.

Aduersum te, sc. in quo de te queri merito possit.

24. *Vade*, sc. si opportunitas est loci, temporis, &c.

Reconciliari, Græc. & Syr. reconciliare, i. redi in gratiam.

25. *Esto*, &c. exemplo humano & veluti parabola, concordiam commendat q.d. fac in rebus animæ, quod solet fieri in lite de re temporali, vt n. præstat reconciliari aduersario, quam ab eo Iudici tradi, & condemnari: ita proximo læso reconciliari, quam à Deo puniri.

25. *Aduersario*, i. ei qui habet aliquid aduersum te, adeoque Dei legi. Dei quidem verbum aduersatur male viuentibus, vt ait Augustinus epist. 87. Græc. ἀντιδίκῳ, i. litem intendenti, seu in ius trahenti.

Via, i. præsenti vita.

Iudici, sc. Christo.

Ministro, i. sententiæ executori, scil. Angelo bono, secundum quosdam; secundum alios malo.

Carcerem, Purgatorium intelligiunt quidam, vt Cyp. Ambr. Orig. alij Infernum, vt Aug.

26. *Nouissimum*, i. extremum, q.d. quod restat soluendum.

Quadrantem, i. quartam assis partem, quæ & Teruncius dicitur, à tribus vnciis. Mar. cap. 12. vocat duo minuta. significatur vero hic minimum quodque debitum seu peccatum. Eant nunc hæretici, & dicant sufficere solam fidem ad salutem. Nam is ob incredulitatem detineri dicitur in carcere? aut non credere quadrans est, & minimum quid? si isti oculos habent, cur rem tam apertam non vident.

28. *Ad concupiscendum*, aperte hic damnabile esse ostendit deliberatè fœminam concupiscere, & voluntatem mali apud Deum pro facto reputari. quo referenda sunt quæ Scholastici de Morosa delectatione fuse tractant, sc. tum mortalis est, cum mortale malum concupiscitur, animo consentiente.

29. *Oculus*, &c. i. carissima quæque, & valde necessaria.

Scandalizat, i. tibi est peccandi occasio.

Erue, i. remoue à te, q.d. careto potius. Non quidem eruendus est oculus, sed vsus qui scandalizat. Nam quod de oculo, & membris aliis dicit, hyperbole est, qua significatur præstare membra perdere, quam salutem.

30. *Eat*, Græc. mittatur.

31. *Libellum*, &c. sc. vt possit alteri nubere, licitum fuisse dimittere certas ob causas, alij aiunt, alij negant; ego licuisse puto.

32. *Excepta*, &c. hæc causa licitam facit dimissionem, sed non secundum coniugium dimissæ, vel dimittentis.

Dimissam, sc. etiam ob fornicationem.

33. *Reddes*, &c. i. præstabis quod iurasti. Erat hæc, vt videtur Scribarum additio

34. *Non iurare*, scilicet nisi causa sufficiens subsit.

Thronus, pro, velut thronus. Vide Isa. vlt.

35. *Scabellum*, pro, velut scabellum, sc. excellentius est cœlum, Deumque magis repræsentans, virtute & sublimitate, terra vt infima superioribus subiecta, more scabelli, quod pedibus supponitur.

Magni Regis, vide Psalmo 47.

36. *Album, aut nigrum*, i. siue de albo loquamur, siue de nigro, q. d. nullum capillum potes facere Syr. non potes facere in eo particulam vnius pili albi vel nigri. Significat caput rem esse Dei, atque adeo per id non esse iurandum.

37. *Est, est*, &c. i. de eo quod est, esse dicite: de eo quod non est, non esse Græc. etiam, etiam, seu, certe, certe; & forte Christus dixit Hebr. Amen, amen, & tunc sensus fuerit, contenti estote rem affirmatione gemina, aut negatione confirmare. vide 2. Cor. 1. & Iacob. 5. qui interpretatur vestrum etiam, sit etiam; & vestrum non, sit non. (sic enim est Græc.) q.d. de eo quod est, dicite est: de eo quod non est, dicite non est. quanquam etiam intelligi potest, vt illic vertit noster Interpres. facietque alterum sensum etiam, quem sup indicauimus.

Abundantius, i. iuramentum quod insuper additur.

A malo, sc. vitio iurantis, vel eius cui iuratur, vel à malo, i. diabolo.

39. *Dexteram*, pro, vnam, seu alteram. Itaque apud Luc. non est dexteram.

40. *Et tunicam*, &c. apud Luc. prius ponitur pallium quam tunica, sensus ergo est, qui vult tibi tollere vnam vestem, dimitte ei & alteram. Mirum tantam Christi doctrinam adeo à Christianis negligi, tantumque non contemni. Quotus enim quisque hæc facit?

41. *Angariauerit*, i. inuitum duxerit.

Mille passus, Græc. vnum milliare.

Duo, sc. milliaria, Græc. & Syr. deest & alia. quo verbo indicatur tria ambulanda, cum tamen Christus duo tantum videatur intellexisse, sc. cogenti ad vnum dandum etiam alterum.

42. *Auertaris*, scilicet ab eo, q.d. ne detrectes dare.

43. *Et odio*, &c. Id videtur additum à Scribis, nam Exod. 23. contrarium dicitur.

44. *Benefacite*, &c. & id quis facit?

Calumniantibus, Græc. & Syr. infestantibus, seu vexantibus.

45. *Sitis*, i. vos esse demonstretis.

46. *Diligitis*, sub. tantum. *Habebitis*, Græc. habetis, pro habebitis, q. d. quid inde meremini pro mercede reddendum?

Publicani, i. vectigalium publicorum exactores, qui apud Iudæos infames erant ob auaritiam & rapinas, & odiosi quod putarentur tributa esse iniqua.

47. *Amplius*, Græc. περισσὸν, i. eximium.

48. *Perfecti*, consilium est, vel præceptum de perfectione ad salutem necessaria, de qua Ioan. 2. Qui seruat verbum eius, in hoc charitas Dei perfecta est, sc. quantum ad salutem opus est.

Cœlestis, Græc. qui in cœlis est.

CAPVT VI.

1. IVstitiam, i. beneficentiam, seu eleemosynam, Græc. ἐλεημοσύνην, i. misericordiam. Itaque post paulo. Cum ergo facis eleemosynam. sic Genes. 20. vbi nos legimus misericordiam, 70. δικαιοσύνην, i. iustitiam. Itemque c. 21. & alibi sæpe, vt notauimus, sc. eleemosyna, seu misericordia magna est pars iustitiæ.

2. *Sicut hypocritæ*, &c. Id reprehendit, non vsum conuocandi tubæ sono (vt fiebat) pauperes ad eleemosynam.

Synagogis, i. conuenticulis.

Suam, i. quam optabant, seu operi illi conuenientem, sc. laudem humanam, quam sic aucupabantur.

3. *Sinistra*, &c. Hyperbole, q.d. sic occultissima: vel sensus est, ne quid operi bono se quicquam admisceat sinistri, sc. appetitio humanæ laudis, vt Aug. interpretatur.

4. In

4. *In abscondito*, i. etiam occultissima, q.d. conscientiam tuam. *Reddet*, s. mercedem.

5. *Angulis*, sc. compitis, vbi viæ diuersæ concurrunt, adeoque multi homines.

Stantes, sic fere Iudæi orabant, vt & nunc etiam Græci.

6. *Intra*, &c. q.d. fuge hominum conspectum, eoque ora semoto loco. *Reddet*, s. mercedem illius operis, vel quod petis oratione. Græc. reddet tibi in propatulo.

7. *Nolite*, &c. Græc. μὴ βαττολογήσητε, i. ne futili verborum profusione vtamini. *Sicut Ethnici*, &c. non prolixitatem orationis reprehendit, sed eam, eoque modo quo à Gentilibus fiebat. *In multiloquio*, i. ob multiloquium, quasi Deus melius intelligat plura loquentes.

8. *Scit*, adeoque non verbis ad eum multis est opus, sed affectu.

9. *Sic*, i. in hanc sententiam, etiam si aliis verbis vti contingat. *In cœlis*, est quidem Deus vbique, sed in cœlis magis manifestat. vnde: cœli enarrant gloriam Dei. Quidam per cœlos Sanctos intelligunt.

Sanctificetur, i. Sancte colatur. verbum id & sequentia optantis sunt.

Nomen. Not. in scriptura nomen, pro Deo poni, nomine enim cognoscitur, inuocatur, & celebratur.

10. *Regnum*, s. cœleste, q. d. fac vt tecum regnemus.

Voluntas, q d fac vt tibi obediatur. *In cælo*, s. ab Angelis.

In terra, s. ab hominibus.

11. *Panem*, i. victum, seu cibum.

Supersubstantialem, i. ad substantiæ nostræ conseruationem necessarium, Græc. ἐπιούσιον, quod significat etiam succedens, s. quotidianum. Syr. indigentiæ nostræ, i. quo ad vitam indigemus. *Hodie*, quotidie peti vult, & agnosci eius beneficium esse, quod viuimus.

12. *Debita*, i. peccata, pro quibus debetur satisfactio per pœnitentiam, & bona opera, quæ tamen sine Dei gratia, qua peccata dimittuntur, præstari non possunt.

Dimittimus, videat quid dicat, qui non dimittit.

Debitoribus nostris, i. iis qui nos offenderunt.

13. *Inducas*, s. deserendo, seu permittendo superari, q.d. da gratiam tentationes vincendi, vel q.d. ne nos permittas tentari, ne forte cadamus.

Malo, i. malitia, seu diabolo. Hic Græc. & Syr. additur, quia tuum est regnum, & potentia, & gloria in sæcula.

Amen, i. ita sit.

14. *Delicta vestra*. Id non est Græc, sed subintelligitur. Mira promissio, & valde notanda.

15. *Nec pater vester*, &c. notandum & id, valdeque timendum.

16. *Tristes*, i. vultu tristitiam præferentes. Græc. σκυθρωποί, i. tetrici. *Exterminant*, Græc. ἀφανίζουσι, i. demoliuntur. Syr. deturpant s. vultus statum, seu speciem naturalem mutant, pallore affecto, & seueritate.

17. *Vnge*, &c. Metaphora est, q.d dissimula ieiunium vultus lætitia. Palæstini quidem his vti in lætitia solebant, in mœstitia vero abstinere. Vide Ruth. 3. 2. Reg. 12. & 14.

18. *In abscondito*. Vere est Deus absconditus, vt etiam dicitur Isai. 45.

20. *In cœlo*, s. per opera bona, quibus id acquiritur.

21. *Vbi enim*, &c. q. d. sic enim cor in cœlestibus habebitis, & ad ea perpetuò aspirabitis. Forte erat id eo tempore prouerbium. Nam solet Christus vsitatis vti prouerbiis.

22. *Lucerna*, &c. totus locus est metaphoricus: à corpore ergo ad animam transferendus, in qua mens, velut in corpore oculus, qui dicitur lucerna, quia illuminat recepta in se solis, aut candelæ luce.

Simplex, i. purus, sincerus. *Lucidum*, i. illuminatum ad operandum.

23. *Nequam*, Græc. πονηρὸς, i. malus, seu vitiatus, s. sic vt videre non possit. *Lumen*, s. oculus, qui pro lumine est toti corpori. Intellige vero in anima mentis intentionem.

24. *Nemo potest*, &c. & id forte prouerbium erat.

Duobus, s. diuersis inter se, seu dissidentibus, & contraria imperantibus. *Sustinebit*, Græc. suscipiet, seu amplectetur, Syr. honorabit. *Mammonæ*, i. diuitiis, vox est Chaldaica.

25. *Soliciti*, s. anxij. *Animæ*, pro, de anima, i. vita, quam dat anima.

26. *Magis pluris*, i. præstantiores.

27. *Cogitans*, Græc. & Syr. solicitus, i. sua solicitudine.

Cubitum, Est hæc mensura staturæ hominis: dicitur enim habere quisque 4. cubitos suos longitudinis, & totidem latitudinis, scilicet extensis brachiis.

28. *Laborant*, s. vt viri. *Nent*. s. vt fœminæ.

30. *Est*, s. in agro, q.d. viget.

32. *Inquirunt*, s. solicite, non fidentes Dei prouidentiæ.

33. *Primum*, i. ante omnia, præcipue, & maxime.

Regnum Dei, i. vt cum Deo regnetis.

Eius, s. quam Deus dat, quaque illi placetur.

Adiicientur, s. quantum saluti expedit.

34. *Crastinum*, i. futurum. *Sibiipsi*, id est, de se, q.d. sufficiet crastina solicitudo de rebus necessariis vitæ.

Diei, s. cuique. *Malitia*, i. afflictio quam affert, q.d non oportet ei addere solicitudinem de sequenti die, vel, sufficiet diei crastinæ sua solicitudo, vt non oporteat anteuertere hodie, seu anticipare. Not. quod scriptura aduersa & molesta more vulgi mala vocat. Scholastici mala pœnæ dicunt, distinguentes à peccatis, quæ vocant mala culpæ.

CAPVT VII.

1. *IVdicare*, s. temerarie, seu maligne condemnando proximum.

Vt non iudicemini, i. condemnemini, s. à Deo. Not. quam sit periculosum proximum temere iudicare.

2. *Iudicio*, sc. condemnationis, vel excusationis.

Iudicabimini, sc. à Deo, seuere; vel benigne.

In qua mensura, &c. forte & ista erant nunc prouerbia. Sensus est: Talem se vobis Deus exhibebit, quales vos ipsi proximis. *Remetietur*, scil. à Deo.

3. *Festucam*, q.d. leuiora. *Trabem*, i. grauiora.

5. *Eiicere*, pro, vt eiicias, i. extrahas, Græc. s.

6. *Canibus*, i. hominibus, qui canibus similes sunt. q.d. res sanctas ne communicetis indignis.

Margaritas, i. pretiosam doctrinam, seu res diuinas.

Dirumpant, i. lacerent. seu dilanient.

7. *Petite*, sc. à Deo. *Pulsate*. Per ista tria, orationis instantia commendatur; per similitudinem eius qui

petit, quærit, & pulsat, eousque dum ei detur, inueniatur, & aperiatur.

8. *Petite*, &c. sub. in his, si hæc faciat, vt par est.

Accipit, sc. nisi aliud ei magis expediat.

9. *Aut quis*, pro, quis vero.

11. *Data*, i. dona.

12. *Vultis*, sc. rationabiliter. *Hæc est*, pro, id docent.

13. *Intrate*, sc. ad vitam æternam.

14. *Qui inueniunt*, multo autem pauciores qui intrant. Hier. 2. contra Pelag.

15. *Attendite*, i. cauete.

Falsis, sc. non à Deo missis.

In, pro, cum. *Ouium*, q. d. simulantes probitatem.

Fructibus, i. operibus.

17. *Omnis arbor*, Loquitur de fructiferis; quanquam cum sit metaphora, homines intelliguntur.

Mala, Græc. σαπρὸν, i. putris, seu marcida.

18. *Non potest*, sc. quamdiu talis manet.

19. *Excidetur*, &c. Græc. exciditur, & mittitur, i. excidi solet & mitti.

21. *Domine*, *Domine*, Syr. Domine mi, Domine mi, & sic semper, vbi nos legimus, Domine.

22. *Illa*, scil. celebri, & expectata, nempe iudicij.

Nomine, i. virtute, seu auctoritate.

Prophetauimus, i. mysteria diuina explicauimus, est id Concionatorum munus. *Virtutes*, i. miracula.

23. *Tunc*, sc. qui antea dissimulaueram.

Confitebor, i. aperte dicam, Hebr. *Nunquam*, sc. ne tum quidem, cum causam meam agere videbamini.

Noui, i. inter meos agnoui. forte loquitur de prædestinationis notitia. *Qui operamini*, pro operantes.

25. *Irruerunt*, i. impetum fecerunt.

28. *Admirabantur*, Græc. ἐξεπλήσσοντο, i. obstupebant.

29. *Potestatem*, id est auctoritatem, Græc. ἐξουσίαν.

CAPVT VIII.

1. DEscendisset, sc. ad radicem montis abiturus, nam antea in eius partem quandam descenderat plenam concionaturus, vt supr. dictum est.

Eum, sc. alio migrantem.

2. *Adorabat*, i. inclinatus reuerentiam exhibebat.

Si vis, &c. modesta petitio: non enim dubitat, sed se eius voluntati submittit humiliter.

3. *Extendens*, & mundum totum extensis in cruce manibus mundauit, quantum in se fuit.

Volo, &c. vtendum oratione, quæ tam facile impetrauit.

Mundare, imperatiuum est passiuum, vt ex Græc. apparet.

Confestim. Apparet licuisse ei contra legem leprosum tangere, qui tantum poterat, sc. supra legem erat.

4. *Nemini*, scil. priusquam facias quod sequitur.

Sacerdoti, sc. alicui, vel summo. Nam Græc. τῷ ἱερεῖ, q. certo cuidam, Syr. sacerdotibus. *Testimonium*, sc. meæ potestatis, vel quod non sum legi contrarius, vel liberationis tuæ: offerebant enim, postquam essent lepra sanati.

Illis, i. apud illos, seu per illos confirmatum.

6. *Puer*, i. famulus.

Male, i. grauiter, Græc. δεινῶς.

8. *Dic*, i. impera, Heb.

9. *Nam &*, pro etenim. *Sub potestate*, &c. i. aliis subditus.

10. *Miratus est*, sc. habebat hominis affectus, vel q. d. composito in modum mirantis vultu.

Israel, i. populo Israelitico, Græc. οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραήλ, i. ne in Israel quidem. Intellige vero ex tempore à quo prædicare cœperat.

11. *Et Occidente*. Intellige per hæc duo, etiam reliquas orbis partes.

Recumbent, i. quiescent.

12. *Filij*, &c. i. qui ad regnum primi fuerant vocati.

Exteriores, i. quæ extra lucem, seu regnum.

Stridor, forte ex indignatione, & rabie. Græc. βρυγμὸς, fremitus, verti potest.

14. *Domum*, sc. quam antea habitare solebat.

16. *Omnes*, sc. ipsi oblatos.

17. *Accepit*, i. sustulit.

Portauit, i. abstulit, more portantis. Nor. citari hic Isa. c. 53. magis secundum Hebr. quam 70. quanquam Heb. alium etiam sensum indicant, sc. suscepisse ipsum dolores, qui nostris peccatis debebantur. Vide ibi.

20. *Vulpes*, &c. q. d. non est quod me sequaris ob vitæ huius commoditatem. sum enim paupertimus.

22. *Mortuos*, &c. i. mortuos anima, sepelire mortuos corpore, Aug.

24. *Motus*, i. tempestas.

27. *Homines*, sc. qui simul nauigabant, in quibus & discipuli. vide Mar. 4.

28. *Gerasenorum*, Gerasa, vrbs Arabiæ esse dicitur, non longe à Gadara, quæ in tribu Gad. est & Gadara alia in tribu Iuda. vide Ios. 15.

29. *Quid nobis & tibi*, i. quid rei tibi nobiscum est? q. d. sine nos. Heb. *Ante tempus*, sc. die iudicij grauiora expectant.

31. *Mitte*, Græc. & Syr. permitte ire.

32. *Mare*, i. lacum.

34. *Rogabant*, sc. timentes rebus suis, qui porcos amisissent, vel se indignos sua præsentia iudicantes.

Transiret, i. discederet.

CAPVT IX.

1. CIuitatem, sc. Capharnaum, vbi solebant habitare.

2. *Confide*, i. bono animo esto.

Remittuntur, Græc. ἀφέωνται, præteritum Atticum pro præsenti.

3. *Blasphemat*, q. d. tribuit sibi quod solius Dei est.

5. *Dicere*, sc. efficiendo. *Ambula*, vtique respondissent par esse vtrumque præstare: maius vero, verbo sanare, quam dicere solum remissa peccata: id enim potest dicere etiam qui non facit.

6. *Sciatis*. Non enim potest falsum, miraculo confirmari, redderet enim Deus testimonium falso.

8. *Timuerunt*, Græc. ἐθαύμασαν, id est admiratæ sunt.

9. *Telonio*, i. loco vbi Publicani Vectigalia exigebant à τέλος, i. tributum. *Matthæum*, dicebatur & Leui.

10. *Domo*, sc. Matthæi. *Publicani*. Erant hi Iudæi, vt & Matthæus.

Peccatores, sc. publici.

11. *Pharisæi*,

11. *Pharisæi*. Aderant hi vt spectatores, non conuiuæ.

Dicebant, sc. post conuiuium.

12. *Valentibus*, sc. vt curentur.

13. *Volo*. sic 70. nam Heb. volui. sed pro, volo.

Et non, sub. solum *Peccatores*, Græc. additur, ad pœnitentiam.

15. *Filij sponsi*, i. qui cum sponso versantur, seu qui nuptiis intersunt. Græc. filij thalami, i. nuptiarum.

Lugere, i. ieiunare

16. *Rudis*, Græc. ἀγνάφου, i. nondum à fullone apparati.

Tollit, sc. si sic faciat. *Eius*, sc. vestimenti. q d. illud supplementum vestem rumpet. Vide Mar. 2.

18. *Defuncta est*, i. verisimile est iam esse mortuam, nam reliqui semimortuam. vel id quidem dixit, vbi audiuit esse mortuam, nam prius quod aiunt Marc. & Luc. sc. esse in extremis.

20. *Mulier*, Quidam Martham putant, alij negant.

Tetigit, sc. clam quod fœdus esset morbus, & pollueret tactos. *Fimbriam*, i. extremitatem, seu funiculum alligatum extremitati, more Hebræorum, de quo vide Num. 15. Deut. 22.

22. *Confide*, q d. ne time, putans mihi factum displicuisse. *Saluam fecit*, sc. impetrando sanitatem, vel merendo.

23. *Tibicines*, adhibebantur hi ad excitandum luctum, præsertim cum sepelirentur pueri; nam in grandiorum sepulturis tubæ adhibebantur, vt quidam notant.

25. *Tenuit*, i. apprehendit.

26. *Terram*, sc. Iudææ.

27. *Filij David* sic Messiam appellabant. vide Math. 15. & 20. Mar. 10. Luc. 8.

29. *Fidem*, sc. coniunctam cum fiducia obtinendi.

30. *Comminatus*, i. velut minando præcepit.

31. *Diffamauerunt*, i. diuulgauerunt.

32. *Mutum*, vox Græca κωφὸς, etiam surdum significat.

33. *Sic*, i. talia faciens vel tale quicquam.

35. *Regni*, i. de regno cœlesti.

Infirmitatem, Syr. dolorem.

36. *Vexati*, sc. malis, Syr. fatigati. *Iacentes*, Græc. ἐρριμμένοι, i. proiecti seu dispersi.

CAPVT X.

1. *Spirituum*, i. super spiritus.

Languorem, Syr. dolorem.

2. *Primus*, sc. dignitate, nec enim ordinem numeri significat, alioqui de altero dixisset secundus

Petrus, Syr Kipha.

3. *Alphæi*, sc. filius. *Thadæus*, à Luca dicitur Iudas Iacobi sc. frater, hic autem Græc. legitur, Lebbæus cognominatus Thadæus.

4. *Iscariotes*, vel à vico, vel à tribu Isachar dicitur & Iudas Simonis sc. filius. Ioan. 6.

5. *Gentium*, i. ad Gentes ducentem. *Ciuitates*, Græ. ciuitatem, sc. vllam.

6. *Quæ perierunt*, pro, perditas sc. requirendas. sic. Psal. 118. quæ periit i. perdita.

9. *Zonis*, i. crumenis è zonis pendentibus; sic enim solebant viatores

10. *Peram*, sc. ad cibos reponendos.

Duas, i. binas; seu mutatorias. *Calceamenta*, sc. duplicia. *Virgam*, sc. ad defensionem alioqui Matth. 6. conceditur. *Dignus*, &c q.d. ministrabunt auditores necessaria vitæ.

11. *Dignus*, sc. ad quem diuertatis, q.d. exquirite hospitem probum. *Exeatis*, sc. è ciuitate, ne hospitij mutatio inconstantiam arguat, aut impatientiam.

12. *Pax*, &c salutatio Hebræorum. Pax tibi: quibus verbis omnia prospera precantur, quod Scriptura vocat, rogare pacem.

13. *Vestra*, i. quam precati estis.

Reuertetur, &c. i. cedet in bonum vestrum, qui feceritis quod debuistis, vel manebit apud vos.

14. *Excutite*, &c. sc. ostendentes vos in nulla re cum talibus velle communicare, nec etiam puluerem loci eius adhærentem habere.

15. *Tolerabilius erit*, i. mitius punietur. *Terræ*, i. habitatoribus.

16. *Ego*, sc. qui possum defendere.

Mitto, Id referendum videtur ad tempus post Christi resurrectionem, vnde & inf. dicitur, & Gentibus.

In medio luporum, i. inter lupos.

Prudentes, sc ad cauendum *Simplices*, sc. sinceritate conuersationis, & mansuetudinis Græ ἀκέραιοι, i. sinceri.

17. *Hominibus*, sc. improbis, de quibus statim.

Tradent, sc. examinandos, & iudicandos.

Conciliis, sc. iudicium *Synagogis*, i. congregationibus.

18. *In testimonium*, sc. de me ferendum. vel condemnationis qui credere noluerint. *Illis*, i. contra illos. Vide Luc 9.

19. *Cogitare*, sc. anxie, vt apparet ex Græc.

20. *Loquimini*, sc. ex vobis,

21. *Omnibus hominibus*, i. omni hominum generi.

Nomen meum, i. me. *Perseuerauerit*, sc. patienter sustinens, Græc. ὁ ὑπομείνας. vide Mar. 13.

23. *In aliam*, sc ibi prædicaturi.

Consummabitis, i. perambulabitis.

Israel, Iudæorum, vel populi conuertendi.

Veniat. i. occurrat vobis in Iudæa: vel, veniat ad iudicium Indicat autem secundum Aug. numquam defuturas ciuitates vbi prædicetur.

24. *Non est*, &c. forte erant ista prouerbia tunc solebat quidem Christus receptis vulgo sententiis vti, ad suum propositum accommodans.

Super, i. excellens.

25. *Patrem familias*, i. me. *Beelzebub*, q.d. Sataniacum. vide cap. 12.

26. *Enim*, pro autem, q.d. vulgo dicitur: Nihil esse opertum, &c. Itidem ego volo, vt quod dico vobis, &c.

27. *Tenebris*, i. secreto *In lumine*, i. palam.

Tecta. sunt hæc plane in Palæstina, adeoque possunt esse loco suggesti.

28. *In gehennam*, sc. mittendo.

29. *Asse*, Asses decem denarium argenteum faciunt, seu drachmam, quanquam hic Græ. minus quid asse videtur significari. *Patre*, i. Patris voluntate.

30. *Numerati*, q.d. curæ Deo, vt solent quæ numerantur, aut alicui numerato commendantur.

31. *Meliores*, i. pretiosiores; sc. apud Deum.

32. *Ergo*, pro autem. vide Luc. 12. *Confitebor*, sc ex meis esse. vide Apoc. 3.

33. *Negabo*, sc. ex meis esse

34. *Pacem*, sc. mundanam, seu exteriorem.

Gladium, i. dissidium, seu bellum.

36. *Et inimici*, &c. q d. & fiet id quod dictum Mich. 7.

37. *Me dignus*, i. qui meo regno fruatur, vel meus sit discipulus vide Luc. 14. *Super*, i. plusquam.

38 *Accipit crucem*, i. libenter fert, quæ ei accidunt molesta *Sequitur*, sc. imitando.

39. *Inuenit*, Græc. præteritum est, sensus est Qui indulget

indulget sibi, se perdit: qui mortificat, saluat, vel qui voluerit inuenire, sc. saluam, perdet. vt quod sequitur sit repetitio. sicut inf. c. 16. & Mar. 8. & Luc. 9.

Inueniet, sc. saluam.

41. *In nomine Propheta*, i. quia Propheta est.

Mercedem, &c. q. d. particeps erit mercedis Prophetæ.

42 *Potum*, q d. vel minimam rem propter me

Tantum, potest coniungi cum præcedentibus, vel cum sequentibus. *In nomine*, &c. i. quia est meus discipulus.

CAPVT XI.

1. CONsummasset præcipiens, i. fecisset finem præcipiendi. *Eorum*, sc. Iudæorum. sic Psal. 98. adinuentiones eorum, sc. Iudæorum, non Aaron & Samuel, qui proxime præcesserant.

2. *Vinculis*, Græ. carcere.

3. *Qui venturus es*, Græc. ὁ ἐρχόμενος, i. ille venturus, sc. à Prophetis prædictus. *Expectamus*, i. expectare debemus?

4. *Audistis & vidistis*, Græ. auditis, & videtis.

5. *Vident*, Græ. ἀναβλέπουσι, i. vsum recipiunt.

Euangelizantur, i. Euangelium audiunt, seu docentur. vide Isa. 61.

6. *Scandalizatus in me*, i. offensus mea doctrina, & conuersatione, sc. Christus multis lapis offensionis. In lapide non sine periculo impingitur. Videtur autem occulte notare Ioannis discipulos, simul indicans se illorum corda nosse.

7. *Arundinem*, pro. num arundinem.

8. *Mollibus*, i. pretiosis, seu splendidis vestibus, s. sunt hæ mollium hominum.

9. *Etiam*, Græc. ναὶ, i. certe. *Plusquam Prophetam*, Aug. Quia prænunciauit absentem, & vidit præsentem. Adde quod Christi fuit præcursor, & baptizator.

10. *Scriptum*, sc. Malach. 3. *Angelum*, i. nuntium

Faciem tuam, i. te Heb.

11. *Surrexit*, i. apparuit, seu extitit, Heb. *Maior*, sc. Propheta. vide Luc 7.

12. *Diebus*, sc. quibus cœpit prædicare.

Vim patitur, i. per vim inuaditur, & occupatur, sc. mortificatione, qua passionibus vis infertur & vitiis.

Violenti, id est, qui sibi vim faciunt. explicatio præcedentis.

13. *Enim*, pro, autem. *Ad Ioannem*, i. Ioannis tempora, q. d. Ioannis tempore aduenit Prophetarum & legis finis, Christus *Lex*, i. reliqua Scriptura.

Prophetauerunt, i. prædixerunt venturum Messiam.

14. *Recipere*, i. aduertere, seu intelligere.

Elias, sc. vestitu, vita, spiritu, & præcursoris officio. Hie. epist. 151. *Est*, pro, erat, sc. prædictus venturus.

15. *Audiat*; q. d. intelligat aduenisse Messiam.

16. *Similem æstimabo*, Græc. ὁμοιώσω, i. assimilabo.

Generationem istam, i. huius ætatis homines.

Pueris, sc. ludo repræsentantibus nunc læta, nunc tristitia.

Coæqualibus, i. coætaneis, Græ. sociis.

17. *Cecinimus*, s. tibiis; vt est Græc.

19. *Iustificata*, i. approbata, & defensa, vt quæ nihil omiserit ad salutem hominum necessarium,

Sapientia, s. Dei, Christus. *Filiis*, i. discipulis, sc. Christi fidelibus.

21. *Virtutes*, i. miracula. *Cilicio*, Græc. sacco.

22. *Verumtamen*, pro, idcirco. *Remissius erit*, i. mitius punietur.

23. *Nunquid*, &c. q. d. Num tibi putas istam gloriam diu duraturam? etsi quidem, Græc. quæ vsque ad cœlum es exaltata, s. mea præsentia, doctrina, & miraculis.

Forte, non est Græc. sed ἂν particula potentialis, quæ hunc sensum facit, potuissent permanere. atque ita nostra intelligenda.

25. *Respondens*, i. subiungens. Hebr. vide inf. c. 17.

Confiteor, i. laudo, seu gratias ago.

Abscondisti, s. non reuelando. *Paruulis*, i. simplicibus, more paruulorum.

26. *Ita*, Græc. ναὶ, i. certe. Approbantis est, & explicantis.

27. *Nouit*, s. comprehensiue. *Pater*, non excluditur Spiritus sanctus, vt nec Filius, sic in similibus intellige non excludi reliquas personas diuinas.

Reuelare, i. manifestare, s. tantum nouimus, quantum Deus reuelat.

28. *Laboratis*, s. molestia aliqua.

Onerati, s. peccatis, curis, miseriis; etiam legis onere.

Reficiam, i. recreabo, Græ. ἀναπαύσω, i. quiescere faciam.

29. *Iugum*, s. legem Euangelicam. *Quia*, pro quod, vel q. d. sum enim mitis, &c.

30. *Suaue*, Græ. χρηστὸς quod etiam commodum, blandum, & facile significat. Intellige vero si amor adsit, qui omnia faciat leuia, quanquam quod est aliud Christi iugum quam charitatis?

CAPVT XII.

1. SAbbatho, sc. quodam. vide Luc. 6.

4. *Domum*, sc. tabernaculi atrium.

5. *Violant*, i. videntur violare, seu re vera profanant operibus seruilibus ad sacrificia necessariis.

Crimine, i. culpa, seu peccato.

6. *Hic*, i. hoc loco.

7. *Et non*, sc. solum, vel pro, potius quam.

Condemnassetis, sub. sed compateremini.

Dominus enim, pro, Dominus autem, q. d. possum & ego, si opus sit, cum illis in Sabbati obseruatione dispensare.

10. *Si licet*, pro licetne?

12. *Melior est*, i. præstat. *Benefacere*, i. hominem beneficio afficere.

17. *Vt adimpleretur*, & cæt. id non refertur ad proxime præcedentia, sed ad superiora.

18. *Ecce*, &c. citatur locus Isa. 42. partim secundum Heb. partim secundum 70. *Puer*, i. seruus, seu filius.

Bene complacuit, q. d. mihi carissimus.

Anima mea, i. mihi. *Iudicium*, i. quod rectum & æquum est. *Nunciabit*, i. prædicabit.

19. *Contendet*, i. litigabit. *Clamabit*, sc. contentiose. *Vocem*, sc. tumultuosam.

20. *Linum*, i. ellychnium, q. d. fouebit infirmos, non perdet. *Eiiciat*, &c. i. faciat vt iudicium vindicet; veritasque in mundo obtineat ius suum, seu præualeat.

21. *Nomine eius*, i. ipso.

22. *Tunc*, i. illo tempore, factum enim postea, vt patet ex Marc. & Luc.

32. *Mutus*, vox Græca etiam surdum significat quamquam hic de aditu nihil dicitur.

24. *In*, pro, in virtute. *Beelzebub*, sic diabolum vocabant, à Beel, seu Baal Idolo gentium, in quo diabolus colebatur. Zebub vero, i. muscam addebant, ob copiam muscarum, ad sacrificia concurrentium. vide 1. Reg. 4.

25. *Cogitationes*. Apparet dixisse solum cogitatione.

16. *Eiicit*, ſ. vt vos dicitis. *Eiicit*, ſ. vi.

Regnum, ſ. quod ipſe tantopere conſeruare conatur.

27. *Filij*, ſ. Apoſtoli. vel intelligit Iudæos exorciſtas. vide Act. 19.

Iudices, q.d. Id quod agunt ipſi, vos condemnabit, qui in me calumniamini quod in illis approbatis.

28. *In ſpiritu*, i. virtute ſpiritus. *Regnum Dei*, i. datur regni Dei, ſ. Meſſias. vide Luc. cap. 11.

29. *Vaſa*, i. inſtrumenta, ſ. bellica, vel ſupellectilem.

31. *Remittetur*, i. ſolet remitti. *Spiritus*, genitiuus eſt, i. contra Spiritum, ſc. ſanctum. *Blaſphemia*, ſ. legendum, blaſphemia.

32. *Et quicunque*, explicatio præcedentis.

Verbum, i. aliquid. *Contra Spiritum ſanctum*, ſ. vt vos facitis, qui opus Spiritus ſancti diabolo tribuitis.

Non remittetur, i. non ſolet remitti. eſt enim inſigni malitia Deum blaſphemare, vixque tales vnquam pœnitet, vt par eſt.

In futuro, & hinc confirmatur dogma de Purgatorio, vbi quædam fit remiſſio; nam in inferno nulla fit.

33. *Aut facite*, &c. q.d. aut me cum operibus laudate, aut cum his vituperate, quæ cum poſſitis reprehendere merito, par eſt me vt recipiatis.

Siquidem, &c. q.d. ex operibus poteritis cognoſcere qui ſim.

36. *Iudicij*, ſ. particularis in morte, vel vniuerſalis.

37. *Iuſtificaberis*, i. cauſam obtinebis apud Deum.

38. *Tunc*, ſ. cum maxime flecti oportuiſſet.

Signum, ſ. de cœlo, vt patet ex Luc.

39. *Adultera*, i. ſolita à Deo deficere per peccata.

Non dabitur, ſ. quod petunt. *Niſi*, pro, ſed. ſic Galat. niſi per fidem.

40. *Corde*, in medio, ſeu intra. Multi Doctores limbum intelligunt, alij ſepulcrum.

41. *Cum generatione iſta*, i. contra hoc hominum genus.

Hic, i. hoc loco

42. *Auſtri*, i. Arabiæ Felicis, quæ in Scriptura vocatur Seba, per ש ſc. vide quod diximus 3. Reg. 10.

43. *Immundus*, ita dicitur ob peccata ad quæ inducit. *Arida*, i. aquis carentia, vt eſt Græc.

45. *Septem*, i. multos Heb. *Nouiſſima*, i. poſtrema.

46. *Fratres*, i. cognati.

48. *Quæ eſt*, &c. Non matris cognationem negat, ſed ſpiritualem præfert.

50. *Soror*. Id propter fœminas dictum.

CAPVT XIII.

5. ALtitudinem, i. profunditatem.

6. *Æſtuauerunt*, i. æſtu percuſſa ſunt.

8. *Centeſimum*, &c. pro, centecuplum, ſexagecuplum, trigecuplum.

9. *Aures*, ſc. mentis. *Audiendi*, i. ad audiendum.

10. *Quia vobis*, & cæt. q. d. Gratiam quam facio vobis, quia volo, illis nego, quia indigni. *Illis*, ſc. qui non credunt.

12. *Habet*. ſc. vt debet.

13. *Videntes*, i. habentes oculos mentis. quibus poſſent videre, ſi vellent. *Audiunt*, i. attendunt.

14. *Iſaie*, ſc. cap. 6. ſecundum editionem 70.

Non videbitis, i. non intelligetis, ſc. audiebant Chriſti prædicationem, videbant miracula, ſed ſine fructu, quia non capiebant.

15. *Incraſſatum*, i. induratum Syr. nube offuſum. *Auribus*, ſc. mentis. ſic etiam oculos intellige. *Grauiter*, ſc. more Surdaſtrorum. *Glauſerunt*, ſc. lumini doctrinæ Chriſti.

19. *Malus*, i. diabolus.

21. *Temporalis*, i. ad tempus tantum durat in eo ſtatu. *Scandalizatur*, ſc. diſcedit à doctrina, ſeu inſtituto.

22. *Fallacia diuitiarum*, pro, fallaces diuitiæ: decipiunt enim multos.

23. *Aliud quidem*, &c Apparet quidem hinc, eſſe meritorum gradus. Intelligunt vero Doctores hic Virginitatem, Viduitatem, & Coniugium.

24. *Simile*, &c. q. d. ſimile quid accidit in regno cœlorum ac ſi, &c. Vide Mat 4.

25. *Zizania*, i. noxias ſegeti herbas. *Abiit*, i. latere ſtuduit.

28. *Imus & colligimus*, pro, eamus, & colligamus

32. *Minimum*, ſc. proportione nullum enim tam paruum tantam rem producit, vt ſtatim explicatur.

Arbor. Id in Palęſtina fit, ſignificat vero Chriſtus ſuam doctrinam, quæ parua videbatur multis, maximum quiddam in mundo pariturum: quod nunc videmus.

Habitent, i. nidificent

33. *Satis*, Satum eſt tertia pars Ephi. Ephi autem decima eſt Cori, ſeu Chomer, Vide Ruth 2. Ezech.

45. *Totum*, & per Chriſti doctrinam velut fermentatur totus homo, qui conſtat corpore, anima & ſpiritu, velut ſatis tribus: vel totus mundus qui conſtat iuuenibus, viris & ſenibus.

34. *Parabolis*, i. ſimilitudinibus, ſeu comparationibus. *Non loquebatur*, ſc. ferme. Aug.

35 *Prophetam*, ſc. Dauid Pſal. 77. *Eructabo*, i. proferam.

36. *Ediſſere*, i. explica.

37. *Filius hominis*, i. Homo, ſc. Chriſtus.

38 *Filii regni*, i. ad cœleſte regnum deſtinati, ſeu idonei. *Nequam*, i. mali. ſc. diaboli, Grec. τῦ πονηρῦ poteſt & malitiæ intelligi. vocantur autem ſemen bonum illi, quod ex bono ſint orti ſemine, ſicut zizania, qui ex malo.

41. *Et eos*, pro id eſt, eos.

42. *Caminum*, i. fornacem.

44. *Inuenit*, præteritum eſt. Itemque abſcondit.

48. *Educentes*, ſc. piſcatores.

52. *Ideo*, &c. q.d. quia intelligitis, ſcitote quod, &c.

Scriba, i. Doctor. ſeu legis peritus. *In regno*. Græc ad regnum. ſc. cœleſte prædicandum; q.d. in modo, acquirendi æternam ſalutem. *Theſauro*, i. panario.

Noua & vetera, q.d. omne genus ciborum, ſeu rerum vitæ neceſſariarum. ſic Cant. 7. poma noua & vetera. Significat vero Chriſtus doctorem Euangelicum debere eſſe omni doctrina inſtructum, & virtute, vt poſſit omnibus ſatisfacere.

54. *Patriam*, ſc. Nazareth. *Mirarentur*, Græc. obſtupeſcerent. *Virtutes*, i. potentia miraculorum.

55. *Fabri*. Quidam putant ferrarium fuiſſe. Alii lignarium, quod magis credo. vox Græc. ſignificat quod Italice Artegiano, Gallice Mechanique, Hiſpanice Official. *Fratres*, i. cognati *Iacobus*, ſc. minor.

Simon, ſc. Cananeus, ſeu Zelotes.

Iudas, qui & Thaddæus.

57. *Scandalizabantur*, i. offendebantur. *In eo*, ſc. ob generis humilitatem. *Sine honore*. &c. q. d. nuſquam eſt minus in honore, ſeu contemptior, quam in patria.

CAPVT

CAPVT XIV.

1. *Illo tempore*, sc. circa tertium Pascha prædicationis Christi, cum post missum Ioannem in carcere plusquam annum prædicasset.

Tetrarcha, Marcus Regem vocat, quod potestas eius esset velut Regia: & quidem antiqui Tetrarchias Regna vocabant. Fuit autem hic frater Archelai.

2. *Pueris*, i. famulis *Hic est*, &c. primum dubitauit, vt ait Luc. & forte id legendum per interrogationem, vel Ironice. *Virtutes*, miracula, seu potestas miraculorum. *Operantur*, dicerem passiue accipi, nisi Græc. esset verbum actiuum.

3. *Tenuit*. i. comprehendit. *Herodiadem*. Erat hæc filia Aristobuli fratris huius Herodis, eius vero legitima vxor erat filia Aretæ Regis. vide Iosephum.

8. *Præmonita*, i. prius instructa.

9. *Constristatus*, sc. quantum ex vultu apparebat, quo tristitiam, vt quidam aiunt, simulauit, alii putant vere contristatum. *Iussit*, sc. quod male iurauerat, pessime impleuit.

12. *Sepelierunt*, sc. in Sebaste, quæ olim Samaria dicta.

13. *Pedestres*, sc per terram.

14. *Exiens*, sc. è naui, vel loco aliquo, quo se receperat.

15. *Vespere*, i. die inclinante *Castella*, i. vicos, seu villas.

Cophinos, i. sportas.

23. *Vespere*, i. post solis occasum.

26. *Phantasma*, i. spectrum, quale solet interdum dæmonis opera comparere.

28. *Iube*. pro, iubendo fac.

29. *Descendens*, credit esse Christum qui præcipiebat, sc. illuminauerat ille eius intellectum.

31. *Dubitasti*, i. vacillasti fide.

Ascendissent, sc. Christus & Petrus.

33. *Filius Dei*, i. Messias.

34. *Genesar*, Græc. Gennesaret.

36. *Salui*, sc. sani.

CAPVT XV.

1. *Ab Hierosolymis*, sc. venientes.

2. *Panem*, i. cibum, Heb. *Manducant*, Iudæi etiam inter manducandum sæpe lauabant.

Dixit, i. præcipit Heb.

5. *Vos*, sc. sacerdotes, qui fere erant Scribæ & Pharisæi. *Dixerit*, &c. sub. is recte facis, aut quid simile.

Ex me sc. Deo oblatum, *Proderit*, sc. apud Deum.

6. *Et non*, &c. i. atque ita fit, vt non honorificet.

Et irritum fecistis; pro itaque fecistis non obseruari. vide Mat 7.

9. *Sine causa*, i. frustra. *Mandata*, sc. diuinis contraria. vide Iren. lib. 4. cap. 25. & 26.

11. *Non quod intrat*, &c. q d. non cibus hominem maculat, sed voluntas mala *Os*, sc. corporis Aug. 15. Trin. *Coinquinat*, Græc communicat. Hebræi enim impura communia vocant *Ex ore*, i. ex. cordis intimo. Aug. lib. de mend cap. 16. Vide etiam Deut, 8. & Iere. 44. vbi os pro voluntate accipitur.

Coinquinat sc. cum malum est.

13. *Plantauit*, sc. prædestinatione, q d. isti non sunt ex electis, sed peribunt:

14. *Sinite illos*, i. ne curetis illorum scandalum.

15. *Parabolam*, i. sermonem obscurum.

17. *Non*, Græc. nondum ὄπω. *Omne* (sc. cibi genus. vide Mat. 7.

Emittitur, sc. quod impurum.

18. *Ore*, i. intimo hominis.

19. *Exeunt*, i. procedunt. *Blasphemiæ*, i. conuitia, sc. in Deum, aut homines.

21. *Partes*, i. regionem, seu loca vicina. Syr. fines.

22. *Fili Dauid*, sic Messiam appellabant.

24. *Missus*, sc. vt corporaliter adeam.

26. *Canibus*. sic Gentiles à Iudæis vocabantur, ob impuros mores Græc. κυναρίοις, i. catellis.

27. *Etiam*, Græc. ναί, i. certe, q. d. ita est, nam catelli solas micas edunt, & mihi vna mica sufficit, quod n. peto, tibi velut mica est. mira fœminæ argutia, Deum ipsum (si dici fas est) illaqueans, certe velut cogens mutare sententiam, quamquam quis nisi ipse eam illi mentem dederat & fidem?

28. *O mulier*. Iam non canem vocat, quæ tantam fidem ostendebat. *Vis*, i. petis, seu optas.

30. *Debiles*, Græc. κυλλούς, i. mancos. Ian. 5. aridi vocantur.

31. *Magnificabant*, i. laudabant, Græc. glorificabant.

33. *Tantos*, i. tot.

37. *Sportas*, i. quantum sportæ septem capere possent, & forte ibi erant.

38. *Extra*, i. præter.

39. *Magedan*. Marc. 8. dicitur Dalmanuta. forte propinqua erant loca: vel alterum Regio, alterum vicus. Græc. Magdala.

CAPVT XVI.

1. *Tentantes*, sc. potentiæ eius periculum facere volentes, & calumniari, si non faceret quod petebant.

Rutilat, Græc. idem est verbum quod proxime vertit, rubicundum est. *Triste*, i. turbulentum, seu tristitiam afferens, vt contra serenum, lætitiam.

Faciem, i. apparentiam, seu dispositionem.

Signa, &c. i. miracula, quæ his temporibus fiunt, vel signa quæ de Christi tempore sunt prædicta, seu de vtroque aduentu eius. *Temporum*, Syr. temporis huius.

4. *Generatio*. vide sup. c 12. sc solebat Christus eadem repetere.

9. *Intuemini*, i. videte, seu aduertite.

8. *Habetis*. Græc accepistis.

11. *Quare*, Græc, Quomodo.

13. *Cæsarea*, sita est ad fontem Iordanis, dicta antea Paneas. *Philippi*, sc. qui eam sic vocarat, in honorem Tiberij Cæsaris, vt Herodes eius pater alteram eodem nomine ædificarat in honorem Cæsaris Augusti prope mare, *Quem*, Græ. & Syr. Quem me.

14. *Ioannem*. Putabant multi Iudæorum, vt quidam aiunt & indicat Ioseph. 2. de bello Iudaico, c. 7. migrare animas in varia corpora, sc. μετεμψύχωσιν, forte isti putabant potius Ioannem resurrexisse.

Prophetis, sc. aliis.

16. *Filius*, sc. naturalis, & consubstantialis agnouit n. diuinitatem in Christo.

17. *Bar*, i. filius *Iona*, abbreuiatio est, pro Ioanna, seu Iohanna vide Ioan. vlt significat Iona columbam, Ioanna vero Dei gratiam *Caro & sanguis*, i. homo vllus. vide Gal. 1.

18. *Petrus*. Iam sic vocabatur. *Petram*, Idem est Græc. πέτρος & πέτρα & Syr Cepha, seu Sipha, non ergo super aliam petram quam Petrum dicit: cum præsertim Siriace locutus, bis dixerit eandem vocem, sc. Cepha *Ædificabo*, sc. dando tibi supremam in Ecclesia potestatem, vt statim explicatur. Est quidem Christus fundamentalis petra præcipue, sed ei successerunt Petrus, reliquique Summi Pontifices, vt Vicarij: cum summa potestate. *Portæ inferi*, i. Satanæ vires solent præsidia, roburque militum in

portis

ortis constitui. vide Gen 22.

10. *Tibi*. Soli id Petro dicitur, adeoque eius solis successoribus. Nec enim illo mortuo perierunt Ecclesiæ claues. *Dabo*, vide Ioan. vult. *Claues*, i. plenam potestatem.

Regni, &c. sc. gubernandi Ecclesiam, & ad cœlum ducendi. *Et quodcunque*, &c. Quid possit dari maius, aut quid deest Romanæ Ecclesiæ? plane infelices qui non agnoscunt, & qui potuit id apertius dici à Christo?

20. *Dicerent*, s. nondum tempus erat euulgandi.

21. *Senioribus*, s. gubernatoribus populi.

22. *Assumēs*, sc. ad se, vt solent monituri, seorsū.

Increpare, s. amanter, & familiariter.

Absit, à te, Græc. ἵλεώς σοι, i. propitius tibi, s. sis, vel sit Dominus q. d. auertat Deus, id Heb. est. vide Gen 18. & 44. 2. Reg. 23. 3. Reg. 21.

23. *Vade post me*, i. abi hinc. Heb. *Satana*, i. aduersarie. *Scandalum*, i. impedimento.

Quæ Dei, diuina, s. Dei consilium de generis humani redemptione. *Hominum*, i. humana, quale est fugere molesta.

24. *Abneget*, s. se mortificando, seu reprimendo passiones *Semetipsum*, Syr. animam suam.

Tollat, i. portet. *Crucem*, s. ferendo patienter aduersa.

25. *Saluam facere*, s. indulgendo, vel vere saluare.

Perdet, s. mortificando, vt quod sequitur, sit repetitio præcedentis *Perdiderit*, s. mortificando.

Inueniet, i. saluabit dixit, Inueniet, opponens ei quod dixerat perdet.

26. *Anima sua*, s. si pereat redimenda, q. d. non poterit.

28. *Gustabunt*, i. sentient. *Regno*, i. gloriæ cœlestis representatione, s per transfigurationem.

CAPVT XVII.

1. Montem, s. Thabor, distantem à Nazareth 5. aut 6 miliaribus ad Orientem. Altus est stadiis 30. planus in summo 20.

2. *Nix*, Græ & Syr. lux.

3. *Moses*, s. assumpto corpore aliquo.

4. *Respondens*, i. locutus, Heb.

6. *Et timuerunt*, pro quia timuerunt, Heb.

10. *Quid ergo*, &c, sub. Cum te Elias non præcesserit. *Primum*, s. ante priorem Christi aduentum Id sibi ex Malach. 4. videbantur colligere, cum de secundo loquatur

11. *Omnia*, s. Antichristi persecutione, conturbatos, Aug. Alii referunt ad Iudæorum conuersionem.

12. *Et non*, pro, sed non. *Fecerunt*, Herodem intelligit, quia Ioannem occidit. & forte Iudæos qui cōsenserunt. Id enim sequētia indicant. *In eo*, pro, ei.

Ab eis, scil. Iudæis, vel impiis, illis similibus, qui Ioannem occiderunt.

14. *Lunaticus*. Ita vocantur in Euangelio vexati à dæmone certis lunæ temporibus. *Male*, i. grauiter.

16. *Generatio*, i. gens Iudæos intelligit, forte etiam Apostolos vt infra indicatur. *Peruersa*, Græc διεςραμμένη, i. distorta, sc. quæ se dirigi non sinit. vide Deut. 32.

Vos, s. vestram istam incredulitatem.

17. *Increpauit*, s. exire imperans.

Illum, s. dæmonem.

18. *Nos*, sc. quibus dedisti potestatem eiiciendi dæmones. *Illum*, s. dæmonem, Græc. illud sc. dæmonium, quod præcessit.

19. *Incredulitatem*,. Hinc apparet etiam sup. notatos, s. etant adhuc imbecilla voce. *Fidem*, s. cum fiducia impetrandi coniunctam. *Sicut granum*, &c. q. d etiam minimam, modo perfectam, vt etiam minimum autem perfectum est. *Dicetis*, pro, & dixeritis.

20. *Hoc autem*, &c. q. d. Huc etiam accedit quod hoc, &c. *Dæmoniorum*, sc. qui diu hominem possederunt. *Orationem*, &c. Magna orationis & ieiunij commendatio *Et ieiunium*, intellige adiuncta fide, de qua sup.

23. *Didrachma*, plur. est à didrachmum. soluebatur autem id pro tributo Romanis à singulis viris quotannis. quidam tamen putant illud intelligi, de quo Exod. 30. solitum solui ad Templi vsum, adeoque Dei cultum. Itaque Christum infra Petro, se vtpote filium Dei, non debere Patri suo censum. *Non soluit*, pro, nonne solet soluere?

24. *Etiam*, Græc. ναί, i. certe s. solet soluere.

Alienis, i. filiis aliorum.

25. *Filij*, q. d. quanto magis ergo liber sum, qui æterni Regis filius, totaque familia mea?

26. *Aperto ore*, Græc. aperiens os. *Staterem*, scil. drachmas quatuor. *Et te*, non soluit tunc pro aliis, vel volens Petri supra cæteros excellentiam ostendere, vt notat Chrysost.

CAPVT XVIII.

1. Hora, i. tempore. *Quis putas*, Græc. quisnam. *Maior est*, pro, maior erit.

2. *Paruulum*, i. paruulum. Creditur vulgo fuisse S. Martialis, qui Germanis prædicauit, à S. Petro missus.

In medio, i. inter eos, Heb.

3. *Conuersi*, s. à superbia, vel q. d. mutati. *Sicut Paruuli*, s. innocentia, & humilitate.

4. *Se*, s animo. *Iste*, s. est paruus corpore.

Est, pro erit.

5. *Talem*, s. qualem depinxi, i. humilem.

6. *Scandalizauerit*, i. ostenderit, seu ruinæ spiritualis causa fuerit. *Expedit*, i. satius esset.

Mola asinaria, erat id supplicium apud Hebræos maiorum criminum: dicitur autem asinaria ab asino circumagente in pistrino.

7. *A scandalis*, i ob scandala, s. quæ dat, vel patitur sunt enim patientibus occasio peccandi, facientibus causa supplicij æterni. *Necesse*, s. præsupposita hominum malitia. sic 1. Cor. 11. oportet hæreses esse.

Enim, pro quidem.

8. *Si autem*, &c. & de hoc sup. cap. 10. solebat Christus eadem sæpe dicere. *Bonum*. pro, melius, q. d. præstat carere rebus caris, vt sunt membra propria, quam ob ea damnari. *Debilem*, Græc. mancum, seu mutilum.

10. *Videte*, i. cauete. *Eorum*, s. custodes.

11. *Enim*, pro, autem.

13. *Gaudet*, s. actuali, & nouo gaudio.

15. *In te*, i. contra te, vel te vidente.

Frater, i. proximus.

16. *Ore*, i. sermone. *Stet omne verbum*, i. res tota firmetur s. ille conuincatur.

17. *Ecclesiæ*, i. Prælatis, Chrys. *Sit tibi*, &c. q. d. abstine ab eius consortio, vt soles ab ethnicis & publicanis.

18. *Amen*, &c. q. d. Cum dico Ecclesiam, vos intelligo, sc. Prælatos, quorum erit tales excommunicare.

Alligaueritis, &c. data hæc potestas, Ioan. 20.

Iterum, i. præterea. *Consenserint*, Syr. vnanimes fuerint. vel hinc apparet, cur non impetremus à Deo quæ petimus.

20. *Nomine meo*, i. me, q. d. per me, i. per charitatem à me datam vniti. *Sum*, s. adsum adiuturus.

21. *Peccabit*, &c. pro, peccati in me fratri dimittā.

22. *Septuagies septies*, numerus finitus pro infinito. Gr. septuagies septem quæ faciunt 490. vices.

23. *Assimilatum*, &c. q.d. simile quid accidit in Ecclesiam, ac si rex, &c.

24. *Decem millia*, &c. i. sexies mille, millia aureorum. Talentum n. 600. aurei hic autem decem millia, positum pro, quam plurima, q.d. maximam pecuniæ summam, solet Scriptura decem, & item mille, pro multis vsurpare.

25. *Reddi*, i. solui.

26. *Potentiam*, &c. q.d. expecta me.

28. *Tenens*, i. iniecta in collum manu, trahens.

31. *Faciet vobis*, q.d. puniet vos ob inhumanitatem in proximos. *De cordibus*, i. ex animo, sub. peccata eorum, vt Græc. additur.

CAPVT XIX.

5. TEntantes, i. explorantes diceretne aliquid quod possent calumniari. *Si licet*, pro licetne?

4. *Ab initio*, iungendum cum sequentibus. Vide Mar. 10. *Eos*, s. homines.

5. *Dixit*, s. Adam, vel Deus per Adam.

Adhærebit, s. amore, & cohabitatione.

In carne vna, Græc. in carnem vnam, i. velut vna caro, videtur id ad copulam referri.

6. *Vna caro*, i. velut vnus homo. *Coniunxit*, s. tantopere; vt nollet vnquam separari dum viuerent.

Quid, i. cur. *Dare*, s. dimissæ *Et*, sub. sic.

8. *Ad*, pro, ob. *Permisit*. Quidam putant fuisse illiciti permissionem, alii, quibus ego accedo, liciti, dispensabat. n. Deus, licebatque vtrique cum alio contrahere.

Sic, s. permissum, seu licitum, aut institutum.

9. *Duxerit*, s. etiam cum vxorem ob fornicationem dimisit. *Dimissam*, s etiam ob fornicationem.

10. *Est causa*, i. se habet negotium. *Nubere*, i. matrimonium contrahere.

11. *Capiunt*, i. amplectuntur, seu animum inducunt vt faciant. *Verbum istud*, i. rem istam. *Datum est*, s. à Deo Not. cœlibatum esse Dei donum.

12. *Castrauerunt*, sc. voto seu proposito perpetuæ castitatis. Quid rem tam apertam negant hæretici? An potuit clarius commendari continentia perpetua, sanctusque cœlibatus? *Regnum cœlorum*, s. facilius, certiusque consequendum. *Qui potest*, &c. potest certe quisque cum Dei gratia. Tertul. Non capiunt quidam quia nolunt. Orig. Qui capere vult, petat. Nazianz. Datur volentibus. Hier. Datur petentibus & laborantibus.

13. *Oraret*, i. bene eis precaretur.

14. *Talium*, q.d. & horum, & similium, s. innocentium & simplicium, Syr. eorum enim qui sunt sicut isti.

17. *De bono*, sub. & bonum me dicis vt est in Marc. & Luc. quamquam Græc. pro interrogas de bono, est, dicis bonum, & Syr. vocas bonum. *Vnus*, i. solus.

Bonus, s. natura, seu à se. Iste Christum purum hominem putabat.

18. *Facies*. Futura pro Imperatiuis, more Heb.

19. *Sicut teipsum*. Alia Decalogi præcepta, vel Christus dixit, & hic breuitatis causa omissa, vel subintelligenda reliquit. Nec enim ad vitam intratur sine illis.

21. *Si vis perfectus*, &c. q.d. sufficit quidem ad salutem præcepta seruare, sed si perfectionem Euangelicam optas: Vade, &c. *Pauperibus*, Hier. ep. 150. non dixit filiis aut propinquis: qui si sint, iure his Dominus præferendus, qui in pauperibus pascitur.

Thesaurum, i. insigne præmiũ. *Sequere*, s. imitatione.

22. *Tristis*, i. mœstitia affectus.

23. *Difficile*, s. ob nimium diuitiarum affectum, quo diuites tenentur. vt in isto apparuit.

24. *Acus*, s. quod acus habet. vel quod facit.

Quam diuitem. Hinc colligit Hier. esse impossibile epist. 150. *Cœlorum*, Græ. & Syr. Dei.

25. *Quis ergo*, sc. cum tam multi diuitias cupiant, & peiora etiam?

26. *Hoc*, s. quod dixi de diuitibus, vel hominem saluum fieri.

27. *Reliquimus*, sub. nec tamen vendita pauperibus dedimus.

28. *Regeneratione*, i. resurrectione, Syr. seculo nouo.

Sedebitis, i cum gloria astabitis. *Vos*, s. Apostoli, & Apostolici viri. *Duodecim*. Id dictum, quia tot constabat Collegium Apostolicum, pro Iuda enim suffectus Matthias. Quis vero hic non putasset etiam Iudam intelligi? *Iudicantes*, non solum approbatione, & comparatione vitæ bene actæ, sed etiam auctoritate quadam principum orbis, regi propinquissimorum.

Tribus, &c. i. omnes homines.

29. *Omnis qui*. &c. August. ep. 89. Omnes relinquendi propter Christum, cum proponitur ista conditio, vt Christum dimittat, si illos secum habere desiderat.

Nomen meum, i. me. *Centuplum*, i. multo plus, sc. in hac vita vide Luc. 18. *Possidebit*, Græc. hæreditabit.

CAPVT XX.

1. SImile, Græc. simile enim: redditur enim ratio præcedẽtis. *Primo mane*, Græ. mox vt diluxit.

2. *Diurno*, i. dando pro opera vnius diei.

8. *Procuratori*, i. præfecto domus, vulgo magister domus dicitur.

12. *Fecerunt*, i. laborauerunt, seu operati sunt.

Æstus, Græ. æstum, i. difficultatem.

15. *Aut*, pro, an. *Nequam*, i. inuidus, q.d. inuides illi meam benignitatem.

16. *Sic erit*, &c. q.d. sic Deus cum quibusdam agit benignissime tractans. s. cum sint nouissimi, vt si primi essent, cum præ iis primi nihil magis accipiant, quam si essent nouissimi, in quo nulli facit iniuriam. potest enim de suo facere quod vult. *Multi enim*, &c. q. d. Nec mirum id à Deo fieri. Nam & multos sæpe vocat, & paucos eligit.

17. *Secreto*, i. seorsim.

19. *Illudendum, & flagellandum* hæc duo vltro fecerunt gentiles, crucem Iudæi petierunt, q.d. traditus autem illudetur, &c.

20. *Adorans*, i. reuerentiam exhibens inclinata.

21. *Regno tuo*, forte putabat in terra futurum.

22. *Nescitis*. Filiis respondet, qui per matrem petierant. Nesciebant autem, nec quale esset regnum, nec quomodo obtinendum. *Calicem*, i, poculum passionis.

24. *Bibetis*, q.d. pro me patiemini.

Non est meum, &c. q.d. non habeo à Patre commissionem sic dandi. *Dare*, s. vt putatis, aut vultis.

Vobis, non est Græ. nec Syr.

24. *De duobus*, i. contra duos. vel de facto duorũ.

25. *Eorum*, pro earum. *Maiores*, s. inter eos, q.d. Reges, seu Principes, est enim repetitio præcedentium, & explicatio more scripturæ.

Exercent, s. imperiose, seu pro libitu.

Eos, pro, eas. vide simile quid Psal. 9

26. *Maior*, i. primus, vt statim explicatur.

28. *Ministrari*, i. vt ei ministraretur.

Ministrare, i. omnium vtilitati seruire.

Dare animam, i. vitam ponere. *Redemptionem*, Græc. λύτρον, i. pretium redemptionis.

Multis, s. efficaciter, vel multis, pro, omnibus, vt solet Scriptura. vide Rom. 9.

34. *Viderunt*, i. visum receperunt.

CAPVT

CAPVT XXI.

1. BEth Phage, villa erat Sacerdotum, in monte Oliueti. *Olineti*, ita dictus, quòd abundaret oliuis, Græc. ἐλαιῶν, i. oliuarum.

2. *Castellum*, i. pagum, seu vicum, s. Bethphage.

Contra, i. è religione, s. ante vos. vide Luc. 19.

Adducite, nolebat Christus præbere alliquod regni sui speciemen equitando, sed humiliter, vili, sc. iumento, & alieno.

3. *Dimittet*, i. vobis permittet.

4. *Prophetam*, s. Zachariam, c. 9. cuius hic sensus potius quam verba referuntur.

5. *Filiæ Sion*, i. ciuibus Ierosolymitanis in Sion arx erat, & Regia Dauid. *Et pullum*, apparet sedisse super vtrumque vicissim. vide etiam quod sequitur.

Subiugalis, i. iumenti, s. asinæ.

7. *Vestimenta*, s. summas vestes, seu pallia. sic inf.

Eos, Syr. pullum.

9. *Osanna*, i. salua obsecro. Heb הושיעה נא Hosag. Na. Acclamatio solita Hebræis qua à Deo prosperitatem precantur omnem, seu felicitatem. Fecit id autem populus Deo impellente. vide inf.

Filio Dauid, q. d. Messiæ omnem felicitatem, vt Osanna sumatur, pro salutem & prosperitatem. sic dici solet: Viuat Rex, vel, filio pro filium, vt regatur à verbo salua, quod Heb. cum datiuo construitur. vide Psal. 97.

Benedictus, s. sit à Deo, q. d. prosperetur à Deo eius regnum *In nomine*, i. à Domino missus.

In altissimis, sub qui habitas Domine, vel q. d. salute ex altissimis, i. cœlesti.

10. *Hic*. sc cui sic acclamatur, quique pro Messia recipitur.

12. *Eiiciebat*, s. die sequenti, vt ait Mar.

Templo, i. templi atrio, in quo populus orabat, quodque erat ante atrium Sacerdotum. *Numulariorum*, i. qui pecunias commutabant.

13. *Scriptum*, sc. Isa. 59. *Speluncam*, &c. alludit ad Ier. 7.

16. *Vtique*, s. audio.

Perfecisti laudem. Id secundum 70.

17. *Bethaniam*, sita in latere montis Olineti, distat ab Ierusalem 2. miliaribus. *Mansit*, sc. pernoctans.

18. *Esuriit* Forte dispensatione factum, ad significandum mysterium, vel ob præcedentis diei ieiunium, & per noctem orationem secuta fames.

20. *Videntes*, sc. die sequenti, vt ait Mar.

21. *Fidem*, s. fiduciæ coniunctam.

Huic, s. Olineti. *Tolle*, &c. Græc. tollere & iactare, ἄρθητι καὶ βλήθητι.

22. *Credentes*, sc. fide nihil vacillante. Vide Iacob. 1.

23. *Potestate*, i. auctoritate. *Hac*, s. tanta pompa ingressus in vrbem, eiiciens de templo tam multos, docens, &c.

24. *Sermonem*, pro, rem, Heb.

25. *E cœlo*, i. à Deo. *Inter*, pro, intra, vel q. d. inter se conferentes, quod indicant Græca *Illi*, s. de me testificanti.

26. *Turbam*, s. ne lapidet nos, vti blasphemos, aut alioqui persequatur. *Habebant*, Græ. habent.

28. *Primum*, i. vnum eorum. primum vocat quod prior à patre conuentus est.

30. *Eo*, Græ. & Syr. *Ego*, i. eccum me Heb.

31. *Præcedunt*, i. potiores partes habent, s. ex talibus multi conuersi, cum hi in malitia perstiterint.

Regno Dei, i. negotio salutis æternæ.

32. *In via iustitiæ*, i. docens verbo & exemplo iustitiam *Videntes*, s. illorum pœnitentiam.

33. *Vineam*, s. synagogam. *Sepem*, i. custodiam. Angelorum, vel Rectorum. *Torcular*, i. lacum vbi vinum excipitur expressis vuis. sc. legem discernentem purum ab impuro. *Turrim*, i. templum.

Agricolis, s. Sacerdotibus, & scribis colendam dedit, mercedem soluturus, *Profectus*, Deus vbique est, sed multis videtur absens.

37. *Verebuntur*. Id dicit quod eos facere æquum erat.

38. *Intra*, pro, inter. *Hæres*. Apparet Iudæorum principes cognouisse Christum esse Dei Filium, certe cognoscere potuisse. *Habebimus*. i. occupabimus.

41. *Dicit*, s. respondens ad id quod illi dixerant, vt ait Luc. Absit, &c. *Caput*, i. extremitatem, seu summitatem. *Nostris*, s. fidelium.

43. *Regnum Dei*, i. beatitudo, ad quam eratis vocati.

Eius, s. regni, nempe dignos regno Dei.

44. *Ceciderit*, s. more impingentis, q. d. qui scandalizatus, seu offensus fuerit eius doctrina, aut gestis.

Ceciderit, s. puniens ex alto.

46. *Tenere*, i. manus iniicere, seu apprehendere.

CAPVT XXII.

1. REspondens, i. sermonem exorsus, Heb.

2. *Fecit*, i. parauit. *Nuptias*, i. conuiuium nuptiale, s. doctrinæ Euangelicæ sacramentorum & gratiarum.

3. *Seruos*, s. ministros Testamenti.

4. *Iterum*, s. post Asc. ensionem. *Altilia*, ita vocantur animalia impinguata, seu saginata, ab alendo, quasi alitilia significantur vero Contemplatiui, vt per Tauros Actiui per occisionem vero Mortificatio. Proponuntur autem in Ecclesiæ mensa ad imitationem, seu exemplum. *Omnia*. s. ad salutem necessaria.

5. *Villam*, i. rus *Negotiationem*, i. mercaturam.

7. *Audisset*, s. quæ acta essent.

8. *Non fuerunt*, &c. s. ipsi se fecerant indignos.

9. *Exitus*, i. fines, significantur extrema terræ, Vide Psal. 10. & 18.

10. *Malos, & bonos*, q. d. sine discrimine.

11. *Intrauit*, s. in fine seculi. *Hominem*, significatur ne vnum quidem posse Deum latere. *Nuptiali*, i. conueniente nuptiis, s. charitate seu puritate.

12. *Amice*, significatur non odio condemnari, sed iustitia *Quomodo*, q. d. cur non es veritus?

Obmutuit, s. nulla erit apud Deum excusatio.

13. *Ministris*, s. Angelis. vide sup. cap. 13. & Dan. 7. Ligatis, &c. significatur vi detinendum, nec posse euadere. *Exteriores*. i. remotas à vera luce. Aug. ep. 120. corporales interpretatur.

14. *Multi enim*, &c. sub. Idque (s. quod proxime dixi) multis accidet. Multi enim. &c.

15. *Caperent*, i. illaquearent.

16. *Herodianis*, i. his qui Herodem pro Christo susceperant, secundum Hieron. contra Lucif. Syr. domesticis Herodis. *Dei*, i. Deo probatam, seu qua ad Deum itur.

In veritate, i. vere. *Personam*, i. cuiusquam qualitatem vt à recto discedas. *Censum*, i. tributum.

19. *Censu*, i. quod solet pro censu dari.

21. *Cæsaris*, i. Cæsari debita. poterat Christus statim dicere, licet: sed voluit illos ex eo conuinci, quod Cæsarem pro suo Rege, seu Imperatore agnoscerent, moneta eius vtentes.

23. *Resurrectionem*, negabat etiam animæ immortalitatem. Deique prouidentiam, & solum ex Scriptura Mosem recipiebant.

24. *Frater*, i. propinquior cognatus.

25. *Semen*, i. filium.

29. *Virtutem*,i. potentiam, f. qua in cœlo Sanctos miro statu collocat.

30. *Nubent*,i. vxores ducent: olim nubere, etiam de viris dicebatur. *Nubentur*,i. accipiantur ab vxoribus in coniugium. *Angeli*, q.d. liberi eiusmodi rebus.

32. *Viuentium*,quod si viuunt animæ, resurgent & corpora: vtrumque enim pars hominis naturaliter. Vide 2.Mach.12.

43. *Silentium imposuisset*,Græc. os occlusisset. *In vnum*,i. simul.

35. *Tentans*, i. explorans eius sapientiam.

36. *Magnum*,pro, maximum.

37. *Corde*, i. voluntate. *In*,pro,ex.

Anima,i. viribus, f. quantum potes, seu cogitatione.

Mente,i. intellectu. Sensus est autem Deum maxime, & super omnia diligendum, id enim per illa tria,& alibi per quatuor significatur.

48. *Primum*,i. præcipuum.

39. *Simile*,f. quia de dilectione.

40. *Pendet*, q.d. hæc totius Scripturæ summa.

43. *In spiritu*, i. motus à Spiritu sancto.

44. *A dextris meis*,i. ad dexteram meam. *Ponam*,&c. i. tibi subiiciam.

46. *Nemo*,f. ex aduersariis.

Quisquam,f. illorum. *Interrogare*, f. vt solebant, seu illo modo.

CAPVT XXIII.

1. *Cathedram*, per hanc significatur auctoritas docendi, & præcipiendi. sic Petri Cathedra dicitur. *Sederunt*,pro, sedent, Heb. *Scribæ,& Pharisæi*,hi fere Sacerdotes erant.

3. *Omnia*, f. legi Dei consentanea. *Dixerint*, i. præceperint,Heb. *Et facite*, explicatio præcedentis. *Dicunt*,i. præcipiunt.

4. *Alligant*,i. velut in fascem colligunt.

Onera, i. præcepta. *Importabilia*, Græc. portatu difficilia. δυσβάστακτα. vide Act. 15. *Mouere*, Syr. tangere.

5. *Phylacteria*.Membranæ erant quibus scriptam legem Pharisæi veluti eius obseruationes, gestabant i. fronte, & brachiis, non bene intelligentes illud,Deut.6.ligabis eam,&c dicta phylacteria, q.d. conseruatoria, f. memoriæ legis Dei, à φυλάττω, i. seruo.

Magnificant,i. magnas faciunt. *Fimbrias*, i. funiculos hyacinthinos, de quibus Num. 15. Deut.22. eos vestium extremitatibus appensos gestabant, ad distinctionem habitus à gentilibus, & legis memoriam.

Rabbi,i.magister mi.

8. *Nolite vocari*,Græ.ne vocemini, sed Interpres sensum reddit, non enim est in potestate nostra, ne vocemur,sed ne velimus ita vocari. prohibet autem honoris affectum. alioqui & Paulus se Doctorem vocat.

Vnus, f. proprie, & principaliter. *Fratres*, adeoque non debetis alij aliis velle præferri.

9. *Nolite vocare*,Græc. ne vocetis.

Vnus, f. à quo omnia habetis. Non prohibet quidem patres agnoscere,sed vult præcipue agnosci Deum, tanquam Patrem omnium præcipuum præ quo reliqui ne patres quidem. quid enim dant, quod non primo & præcipue Deus?

10. *Magistri*, Græc.καθηγηταὶ,i. Institutores, seu Gubernatores. quamquam etiam, præceptores & doctores, Syr. Rectores. *Magister*, Syr. Rector.

11. *Erit*, pro,sit. Heb.

13. *Clauditis*,f.impedientes introitum. *Introeuntes*,i. ingredi volentes, seu incipientes.

14. *Comeditis*,i. spoliatis, seu exhauritis.

Longas,&c. Græ.sub obtentu longæ orationis,vt vertit Mar. 12. *Amplius*, i. grauius, f.quam cæteri. *Iudicium*,i.condemnationem.

15. *Proselytum*,i aduenam. Ita vocabant conuersos ad fidem. *Filium gehennæ*,i.obnoxium supplicio.

Duplo, pro, plus. Ita dixit ad exaggerationem, quod illi essent pessimi.

16. *Nihil est*,f. dignum multa. *In auro*, i.per aurum,f. templo oblatum. *Debitor*,f.pœnæ.

17. *Sanctificat*, i. facit velut Deo oblatum, sanctum haberi.

18. *Et*,sub.dicitis vel sup.cap.5.

23. *Decimatis*,i. decimas soluitis. *Anethum*, non est id quod vulgo Anisi,hoc enim Anisum dicitur, sed alia herba odorifera de vtroque.vide Pli.lib.20.

Grauiora,i. maioris momenti. *Iudicium*,i.iustum & rectum. *Fidem*,f. in Deum, & erga homines, sc. veritatem in promissis.

24. *Excolantes*,&c.q.d. diligentes in minimis in maximis negligentes. Metaphora à percolantibus vinum,si in illud culex inciderit.

25. *Calicis*,i. poculi. *Paropsidis*,i. disci seu patinæ,est & id metaphora. *Ipsos*,enim intelligit.

Immunditia,Græc.& Syr iniustitia.

27. *Parent*,pro apparent.

30. *Essemus*, pro fuissemus. *Sanguine*,i.cæde.

31. *Mensuram*,i. quod deest peccatis,q.d. implebitis sane vos mensuram quam illi cœperunt.

33. *Genimina*,i. progenies, q.d. pessimorum filij pessimi. *Iudicio*,i. condemnatione, seu supplicio.

34. *Ideo*,sc.vt couertamini. *Scribas*,i. legis interpretes. *Super vos*,i.vestram generationem, seu gentem,q.d debetis pœnas pro sanguine,i.cæde,&c.vide Luc.11.

Iustus,pro iustorum. *Barachia*, apparet intelligi eum,cuius extat prophetia. quidam tamen putant filium Ioiadæ qui etiam Barachias sit dictus vide 2.Par.24.Græci tamen multi Doctores Zachariam intelligunt,patrem Ioannis Baptistæ.

Occidistis,f.vestri maiores Nor.cum istis loqui,vt solet cum populo qui vnus est cum maioribus & posteris.

36. *Omnia*,f.omnis sanguis iustus.

Generationem,&c.i.hoc genus hominum,seu gentem istam.

37. *Noluisti*,Græc.& Syr.noluistis.

38. *Vobis*, abundat more Hebr. *Deserta*, Indicat euersionem Ierusalem per Romanos, vel desertam Deo intelligit.

39. *A modo*,i.ab hoc tempore. *Dicatis*,videtur alludere ad acclamationem de qua sup. per anticipationem dictum,dicit autem acclamaturos, quia pars populi illus acclamauit.

CAPVT XXIV.

1. *Ostenderent*, vel mirantes tantam molem posse dirui, quod videbatur comminatus, vel vt flecterent ad commiserationem.

3. *Secreto*,i.seorsim à turba.

4. *Videte*.i.cauete.

5 *In nomine meo*,i.meum nomen sibi vsurpantes, vt partim explicatur.

6. *Enim*,Græ.autem *Opiniones*,i.rumores.Græ.auditiones. *Finis* f.Ierusalem,vel mundi.

7. *In*,i.contra.

9. *Gentibus*,i.hominum generi.

12. *Refrigescet*,adeoque peribit.

13. *Perseuerauerit*,f.in bono.

14. *Hoc*,f.quod soleo prædicare *Regni*,f.cœlestis. *Vniuerso*,

Vniuerso, i. maximæ partis orbe. sic Roman. 1. Col. 1. quidam tamen intelligunt prorsus in vniuerso.

Testimonium, vide sup. cap. 10. *Consummatio*, i. finis, sc. mundi.

15. *Abominationem*, i. exercitum idololatrarum, sc. Romanorum. *Desolationis*, i. qui Ierusalem desolabit.

Sanctos, sc. Ierusalem *Legit*, s. Danielem.

17. *Tollere*, sed potius fugere.

18. *Tunicam*, Græc. pallium, seu summam vestem Syr. vestem.

19. *Prægnantibus*, facile enim capientur.

Nutrientibus, Græc. lactantibus. *Illis*, s. obsidionis Ierosolymitanæ.

20. *Hieme*, s. tempore ad fugam incommodo. quidam statum peccati frigidum intelligunt.

Sabbato, s. quo non potest fieri longum iter. Quidam intelligunt otium operum bonorum.

21. *Tunc*, s. tempore excidii Ierusalem *Nec fiet*, s. genti Iudæorum vide Luc. 21.

22. *Breuiati*, s. numero *Salua*, i. superstes.

Omnis caro, pro vllus homo Hebr. est autem sermo de euersione Ierusalem, etsi potest etiam ad Antichristi tempora referri, secundum Aug. ep. 80.

Electos, sc. qui tunc erunt, vel qui post nascituri.

23. *Tunc*, i. tempore Antichristi, sic solet Scriptura transire ab vno tempore in aliud.

Vobis, fideles alloquitur.

24. *Potest*, pro, possit.

26. *Est*, s. Christus.

27. *Paret*, i. apparet. *Ita*, s. subditus; & inexpectatus sed manifestus tamen & gloriosus.

28. *Corpus*, i. cadauer. *Aquilæ*, q. d. vt aquilæ ad cadauer, ita ad Christum electi congregabuntur.

29. *Statim*, i. non multo post.

Dierum, sc Antichristi. *Sol*, &c Hæc ego ad litteram intelligo sic euentura vide Psal. 74. Ioel. 3. Agg. 2. 2. Pet. 3.

Cadent, sc. retracto lumine videbuntur cadere.

Virtutes, cælorum. pro, cœlestes, s. Angeli.

Commouebuntur, sc. admiratione, vel tremore, id quod videtur per hyperbolem dictum, ad significandam Dei tremendam iram & potentiam. Quidam interpretantur commouendos contra impios.

30. *Signum*, s imago crucis splendidissima, forte vero ipsa Crux, qua fuit confixus.

Plangent, sc. vt solet in maxima calamitate.

Tribus, i. populi, s. iniqui homines. vide Zach. 12. Apost. 1. *Nubibus*, pertinet ad maiestatem.

Virtute, i. potestate. *Multa*, i. magna.

Maiestate. Græc. gloria.

31. *Mittet*, sc. priusquam appareat *Et voce*, pro, id est voce, q. d. cum tubæ voce, Syr cum tubæ clangore magno. vide 1. Thessal. 4. *Electos*, & etiam non electos. vide sup. cap. 13. *Ventis*, i. orbis partibus, q. d. ex toto orbe.

Summis, i. extremis. *Cælorum*, i. vbi cœlum videtur terminari. q. d. ab extremis terræ. vide Deut. 4.

32. *Parabolam*, i. similitudinem. *Æstas*, i. ver. æstas n. intelligitur tempus extra hiemem.

33. *Prope est*, s. redemptio perfecta, regnique possessio.

In ianuis, i. pro foribus.

34. *Generatio*, gens, s. Iudæorum, vel fidelium.

35. *Transibunt*, i. potius, seu prius peribunt, quam mea verba. *Preteribunt*, s. quin impleantur.

36. *Pater*, Non excluditur Filius, nec Spiritus sanctus.

38. *Comedentes*. &c. q. d. terrenis intenti, & nihil minus quam diluuium expectantes. *Nubentes*, i. matrimonium contrahentes.

40. *Agro*, Syr. villa.

41. *Molentes*, significatur etiam in vilissimo vitæ genere Christum suos habere Orientalium ancillæ versans rotam, molentes frumentum.

45. *Nescitis*, Græc. non putatis.

Quis, putas, Græc. τίς ἄρα, quisnam.

51. *Sperat*, i. expectat.

52. *Diuidet*, i. separabit

Partem, i. sortem, seu portionem, s. supplicij.

Hypocritis, i. impiis, seu iniquis, sic enim hos solet Scriptura appellare, quod aliud agant quam profiteantur, seu præ se ferant.

CAPVT XV.

1. DEcem, i. multis *Virginibus* Ita dicuntur ob fidei integritatem, est enim sermo de fidelibus.

2. *Quinque*, i. pars vna.

3. *Oleum*, s. vt cum deesset, infunderent.

5. *Dormitauerunt*, s. primum. *Dormierunt*, s. tandem post dormitationem, i. morbum, sequi solet somnus, i. mors.

6. *Clamor*, s vt fit in aduentu tali.

9. *Ne forte*, sub. Absit vt id faciamus: vel timemus: vel coniunge cum, *Ite potius*. *Non sufficiat*, certe quisque pro se rationem reddet.

11. *Nouissime*, Græc. ὕστερον, i. deinde, s. seu posterius.

12. *Nescio*, Græc. non noui, q. d. non estis mihi gratiæ. Not. significari in Christi aduentu ad Iudicium, qui forte fiet media nocte, saluandos solos qui fidei lumini adiunxerint misericordiæ & bonorum operum oleum, s. operantem charitatem. reliqua in parabola non oportet scrupulose exquirere.

14. *Sicut enim*, &c. sub. sic accidit in regno Dei.

Bona sua, i. ex bonis suis.

15. *Talenta*, i. gratias ad aliorum vtilitatem datas.

Scandalum, i. accommodate ad *Virtutem*, i. vires, seu facultatem.

16. *In ea*, i. cum eis.

19. *Venit*, Græc. præsens est tempus.

21. *Euge*, Græc. bene, seu recte. *Pauca*, s. præfectus.

24. *Scio*, Græc. noui te.

Durus, i. tractatu difficilis, seu auarus, vt patet ex sequentibus.

Committere, Græc. deponere.

Vsura, i. lucro.

29. *Habenti*, s. opera debita. *Dabitur*, s. præmium, vel aliud donum. *Non habet*, s. opera bona.

Habere, i. diu possessurus, s. Dei dona.

30. *Inutilem*, Syr. otiosum. Quod si sic punitur inutilis. quid fiet pernicioso?

31. *Maiestate*, Græc gloria. *Maiestatis*, i. gloriosam. Quidam nubes intelligunt splendidas, forte intelligitur auctoritas diuina, & potestas.

32. *Congregabuntur*, s. ministerio Angelorum.

33. *A dextris*, i. ad dexteram.

34. *Patris*, i. à Patre, q d. electi à Deo.

Possidete, s. velut hæreditatem, vt Græc. indicant.

A constitutione, locus quidem à mundi initio paratus, at beatitudo ab æterno prædestinata.

35. *Hospes*, i. peregrinus. *Collegistis*, i. hospitio excepistis.

40. *Quamdiu*, Græc. ἐφ᾽ ὅσον, i. quatenus, seu in quantum. *De his*, s. Apostolis, eisque similibus.

Minimis,q.d.etiam inter eos infimis,Syr.paruulis,sic,humilibus,seu abiectis.

41. *Discedite*, Hæc pœna damni. *Ignem*. Hæc sensus.

45. *Minoribus*,Græc. minimis,Sayr.paruulis.vide sup.

46. *Et*,pro,itaque.

CAPVT XXVI.

1. *ET factum est*, pro, & Heb.
Dixit, s. feria tertia.

2. *Pascha*,Chald. פסחא Pischa, Heb. פסח Pesach significat autem transitum. vide Exod. 12. sumitur aliquando pro Agno Paschali. Hic pro festo quod incipiebat 14. luna ad vesperam;à vespera enim festa incipiebant, eoque die Christus celebrauit Pascha.

Tradetur, s à Iuda, Pontificibus, & Pilato.

3. *Tunc*,s feria quarta. *Principes*,forte 24.familarum de quibus 1.Paral. 24. *Seniores*, Lucas vocat Magistratus.

4. *Dolo*,s. occulte, & per insidias.

In die festo. Id consilium postea mutarunt.

Fieret,pro, fiat, vt sint verba ipsorum.

6. *In Bethania*, s. 6. diebus ante Pascha, vt dicitur Ioan. 12. Itaque hic re capitulatio est. *Leprosi*, retinuit id nomen etiam sanatos à lepra.

7. *Vngnenti*,i. odoriferi liquoris, forte admisto balsamo. *Super caput*,super pedes etiam effudit, vt dicitur Ioan. 12.

8. *Discipuli*,pro, discipulus, s.Iudas,forte etiam alij ægre tulerunt. *Vt quid*.Græc.ad quid.

11. *Habetis*,pro, habebitis.

12. *Ad sepeliendum*, &c. q.d. velut sepeliendum vnxit,Syr.tanquam ad sepeliendum.Not.quod.mota est ad id à Spiritu sancto, sed forte non cogitauit,aut intellexit de sepultura quicquam.

13. *Euangelium*, s. Actorum meorum, & passionis.

Quod,pro,id quod. *Hæc*, s. mulier.

14. *Tunc*, s. cum Principes congregati, de quo sup.

15. *Argenteos*, s.siclos, adeoque drachmas 120.

17. *Die*, s. feria quinta ad vesperam.

Accesserunt, s. à Christo vocati. *Dicentes*, s.postquam iussi fuerant parare. *Pascha*, i. Agnum Paschalem.

18. *Ciuitatem*,s. Ierusalem, extra quam non licebat Agnum illum edere,vide Deut.16.

Quendam, pro, ad certum quemdam. sic solent qui narrant,cum tamen Christus nomen proprium dixerit.

Magister. Apparet illum fuisse ex Christi discipulis, sic enim apud eos vocabatur.vnde & Martha, Magister adest. *Meum*, i. mortis meæ.

20. *Vespere*, sc. inter occasum solis, & noctem, quod Scriptura vocat inter duas vesperas. vide Exod.12.

Discumbebat,i. ad mensam erat. Alioqui eum Agnum stantes edebant, tenentes in manibus baculos.

23. *Qui intingit*, &c. i. qui eadem mecum lance vtitur.

Paropside,i. patina, seu catino.

24. *Vadit*, s. ad mortem. *Scriptum*, s. in Prophetis.

Bonum,i. melius. *Natus*,i. conceptus.

25. *Dixisti*. s. quod res est. Dictum id forte à Christo submisse, ne alij audirent,aut ita vt non intelligerent.

26. *Cœnantibus*, sc. post esum Agni, & lotos à Christo pedes, Græc.edentibus.

Hoc est,&c. His verbis consecrauit panem,& sequentibus vinum. sc. *Hic est*, &c, est autem oratio factiua,quæ in fine prolationis effectum habet, sc. efficit quod significat.

27. *Calicem*,i. poculum,Græc.ποτήριον.

Gratias, Græ. εὐχαριστήσας. vnde Eucharistia, q. Gratiarum actio. Cum hac enim offerri, & sumi debet.

28. *Noui*,ad differentiam veteris, quod animalium sanguine confirmatum. *Testamenti*,sc. confirmatiuus.

Multis,sc. efficaciter, vel multis, pro omnibus, more Scripturæ. *Effundetur*, sc. in cruce, Græc effunditur.

29. *De hoc*, videtur de vino loqui quod erat in mensa,vnde calicem impleuerat. *Nouum*, i. nouo modo,sc.sine indigentia vlla. *In regno*,&c.i.post resurrectionem,tunc n.manducauit cum Apostolis,& bibit sed non indigens.

30. *Hymno dicto*,i. gratiis Deo actis. Idque cantando,vt Græc indicant.

31. *Tunc*, i. illa nocte, antequam exiret, vide Luc.& Ioan. *Scandalum*, sc. timore illum erant deserturi.

In me,i.ob ea quæ in me videbitis.

34. *Cantet*,sc.bis,vt ait Mar. vel antequam cantum compleat.

34. *Venit*,præsens est. *Villam*, Græc. χωρίον, quod etiam agrum significat & locum. Marc.14.prædium, vertit. *Gethsemani*, locus est ad radicem montis Oliueti,non longe à sepulchro B.Virginis.

37. *Mœstus esse*,i. grauiter angi, sc. vt homo, passionem, & mortem horrebat. Mar.14. vertit, tædere.

38. *Vsque ad mortem*,i.adeo grauiter, vt parum à morte differat mœror seu dolor. *Sustinete*,i.manete, seu expectate.

39. *Pusillum*,i.modico interuallo,sc. vt discipuli possent spectare,quid ageret. *Procidit*,sc.flexis genibus (vt Luc.ait) faciem in terram inclinauit, vel etiam demisit.

Possibile est, pro vis. possibile enim quod Deus velit.

Transeat,&c.i.fac ne patiar tam grauia.

Volo,sc.naturali voluntate,quæ mortem refugit.

40. *Venit*, & id & inuenit præsens est,sic & inf.

Sic,q.d.Itane Petre,qui tam multa promittebas?

Non potuistis,s. somno,mœrore & carnis fragilitate.

Superabantur, vt ait Hier.2.cont.Pelag.

41. *Intretis* sc. superati,velut in laqueum.

Spiritus, scil. vester,vel diabolus. *Caro*,sc.vestra vel homo.

42. *Nisi bibam*,pro,ita vt non bibam,q d.si fieri non potest quin bibam.

45. *Dormite*,Ironia est. *Et filius* & cæt.pro,in qua filius,&c.

47. *Venit*,præteritum est. *Fustibus*, Græc.lignis

48. *Tenete*,i.prehendite.

49. *Osculatus*, forte ita solebant Apostoli aliunde venientes, & is erat salutandi modus, vt solent hodie fœminæ inter se.

50. *Amice*,i.quem amo,vel qui te amicum fingis, *Ad quid*,vox facinus admirantis.

52. *Conuerte*,q d ne vltra progrediaris.

Omnis enim,&c.q.d.Nam verum est quod vulgo dici solet,qui gladio interimit, dignus est qui gladio pereat.vel,peribunt gladio, sc. diuinæ vltionis. vide Apoc.13.ver.10.Nolebat Christus, se defendi, aut quemquam ea causa percuti : multoque minus occidi.

53. Legio

53. *Legiones*, Græc. λεγεῶνας vox Latina. Dicitur autem legio continere 6. millia militum, quod tamen certum non est: continet quidem semper millia aliquot.

54. *Scriptura*, sc. dicentes, quod sequitur.

Sic, sc. me capi, & occidi.

55. *Tenuistis*, i. prehendistis.

60. *Inuenerunt*, sc. idoneum.

Nouissime, Græc. deinde, seu posterius, ὕστερον, potest etiam verti, postremo.

61. *Post triduum*, Græc. triduo.

63. *Tacebat*, sc. sciebat nihil profuturam responsionem.

Adiuro, i. expostulo, & velut cogo.

Per Deum, q.d. ex parte Dei.

64. *Dicit*, sc. ob reuerentiam Dei, cuius Pontifex auctoritatem interposuerat.

Dixisti, sc. quod res est. vide sup. q.d. Ita est, vt dixisti.

Verumtamen, pro, cæterum.

A modo, i. post hoc tempus, q.d. aliquando.

Sedentem, non id erant visuri, sed quod sequitur. Id autem significat Christum, paternæ gloriæ consortem.

Virtutis Dei, pro, potentis Dei.

65. *Scidit*, ita solebant, dolorem seu indignationem demonstrantes.

67. *Expuerunt*. Erat id ignominiosissimum apud Iudæos quamquam apud quos non est?

Colaphis, i. pugnis.

Palmas, i. alapas.

Faciem, forte colaphis caput aut collum cædebant.

68. *Prophetiza*, i. diuina. *Christe*. Ironice.

71. *Ianuam*, Græc. εἰς τὸ πυλῶνα, i. vestibulum, sc. per ianuam, qua in vestibulum ibatur.

72. *Negauit*, sc. postquam alij etiam, vt ait Mar. & Luc. eum similiter interrogassent.

73. *Pusillum*, sc. horam secundum Luc.

74. *Detestari*, i. deuouere, seu execrari, Græc καταναθεματίζειν.

Quod dixerat, Græc. qui dixerat.

CAPVT XXVII.

3. TVnc, sc. cum ductus esset ad Pilatum, aut duceretur.

Damnatus, sc. Christus à Sacerdotibus ad mortem.

4. *Sanguinem*, i. hominem ad mortem.

Iustum, Græc. ἀθῶον, i. insontem seu innocentem.

Ad nos, pro nostra refert.

Proiectis, sc. ad illorum pedes.

Templo, i. Templi atrio.

6. *Corbanam*, i. Gazophylacium, vox est Chald. Nam Heb. Corban, i. donum, seu oblatio, sc. locus erat vbi oblata reponebantur. Syr. in domum Corbanam, i. oblationis.

Sanguinis, i. quo empta cædes hominis.

8. *Haceldema*, Chald. est חקל Chaqal Ager דמא Dema sanguis, sc. emptus fuerat pretio sanguinis.

9. *Ieremiam*, forte 32. cap. vbi quiddam videtur esse huius sententiæ, at potius est Zach. cap. 11. secundum 70. refert autem Matthæus magis sensum quam verba. Hier. ait, legisse se quiddam Ieremiæ apochryphum: vbi id exstet. Sic & Paulus citat apocryphum quoddam de Iamne & Iambre, sc. sunt & vera quædam in Apochryphis.

Acceperunt, Syr. accepi, & sic etiam verti potest ex Græc.

Appretiati, i. æstimati. Iungendum vero cum filiis, &c.

Quem appretiauerunt, sc. Iudæi, & Iudas, q.d. tanti ab eis fuit æstimatus.

10. *Dederunt*, Syr. dedi. *Mihi*, i. de me, q.d. Ita erat à Deo definitum.

11. *Interrogauit*, sc. post accusationes Iudæorum, de quibus Luc. 23.

Rex, Græc. ὁ βασιλεύς, i. ille Rex, scilicet expectatus.

Dicis, sc. id quod res est.

12. *Nihil*, sc. sciebat nihil profuturum. Nec se volebat defendere.

14. *Miraretur*, sc. constantiam, mansuetudinem, & mortis contemptum.

15. *Vnum*, sc. ex propositis à Præside. *Voluisset*, lege voluissent.

16. *Insignem*, sc. flagitiis.

Barabbas, Syr. Bar Abba.

17. *Congregatis*, sc. & de more petentibus vnum vinctum, ob festi reuerentiam.

19. *Et iusto illi*. pro, sit cum iusto illo, q.d. missum illum fac.

Hodie, i. nocte hac.

Per visum, i. in somnis. putant quidam factum id à diabolo, ne Christus occideretur. forte Deus sic voluit Christi innocentiam ostendere.

20. *Populis*, Græc. turbis. *Perderent*, i. perdendum curarent.

24. *Innocens*, &c. q.d. non ego occido illum, sed vos.

Sanguine: i. cæde.

25. *Super nos*, i. imputetur nobis, seu in nobis vindicetur.

27. *Tunc*, i. illo tempore. Factum autem id priusquam condemnaretur.

Prætorium, Græc. πραιτώριον Latina vox.

Cohortem, pars est fere decima legionis.

28. *Exuentes*, sc. omnibus vestibus.

Clamydem, vestem sc. regiam & militarem, quæ & paludamentum, sc. militare pallium.

29. *Posuerunt*, sc. infixam. vide Tertul. de cor. mil.

Arundinem, sc. loco sceptri.

Aue, Syr. pax.

31. *Exuerunt*, sc. relicta corona in capite.

32. *Angariauerunt*, i. coegerunt. *Tolleret*, sc quod Christus fatigatus esset, & illi festinarent ad Christi mortem.

33. *Golgotha*, i. Caluaria, vox Chald Heb. dicitur Gulgoleth.

Caluariæ, sc. locus erat plenus capitibus damnatorum.

34. *Vinum*, Græc & Syr. acetum. *Felle*, i. myrrha, quæ amaritudine fel refert. vide Mar.

35. *Crucifixerunt*, sc. milites. *Diuiserunt*, sc. in 4. partes, secundum Ioan. *Vestimenta*, sc superiorem, & inferiorem, talares.

Sortem, sc. super tunicam inconsutilem, forte etiam super partes factas. vide Marc. 15. num. 24.

36. *Seruabant*, sc. ne quis eriperet.

37. *Causam*, sc. condemnationis.

Rex, quasi ob id esset damnatus, quod regnum vellet vsurpare.

39. *Blasphemabant*, i. conuiciabantur.

40. *Vah*, non est Græc. nec Syr.

43. *Vult*, i. amat, sc. eum.

44. *Id ipsum*, i. similiter. *Latrones*, pro latro, vel forte id vterque primum, postremo vero alter resipuit.

45. *Vniuersam*, etiam extra Iudæam. vide Dion. ep. ad Apollophanem.

46. *Magna*, sc. ad significandum dolorem.

Sabacthani, Chal. est. Nam Heb. Hazabthani, & quidem Christum verisimile est, Heb. dixisse, vt est in Psalmo.

47. *Quidam*, sc. qui linguam Hebraicam, seu Syriacam non intelligabant. forte Romani milites.

48. *Aceto*, sc. vt citius moreretur.

49. *Sine*, i. omitte, q d. ne des.

50. *Clamans*, Græc. κράξας, i. cum clamasset.

Emisit, sc. post horam nonam, tempore vespertini sacrificij.

51. *Ecce*, sc. Christo mortuo.

Templi, i. quod ante templum erat. erat & alterum interius, ante propitiatorium, quod hic quidam intelligunt.

Scissum, sc. velut templo præ indignatione vestem scindente, Hieron. epist. 150. ait in Hebraico Euangelio legi, Templi superliminare corruisse.

Mota. Hæc omnia indicabant indignum facinus factum.

52. *Sanctorum*, i. fidelium.

Surrexerunt, sc. post Christi resurrectionem. An autem mortui deinde sint, alij aiunt, alij negant.

53. *Et exeuntes*, pro, nam exeuntes.

Sanctam, ita dicitur ob templum, & Dei cultum.

Ciuitatem, sc. extra erant monumenta.

54. *Centurio*, scilicet Præfectus Romanis militibus.

Filius Dei, vel diuinitatem agnouit, vel eximiam sanctitatem.

56. *Iacobi*, quæ alias dicitur Cleophæ, sc. vxor, secundum quosdam, qui etiam hunc dicunt fuisse fratrem Ioseph, eoque istos dictos fuisse fratres Domini, quod Ioseph filius Christus putaretur. vide Ioan. 9.

Zebedæi, quæ alibi dicitur Salome.

57. *Diues*, & nobilis secundum Mar.

61. *Et altera*, &c. erant etiam aliæ secundum Luc.

65. *Habetis*, poterat verti, habete, id est accipite.

Custodiam, sc. militum Græc. κουστωδίαν, Latina vox. Ita dicebantur milites qui vrbem custodiebant.

66. *Signantes*, i. sigillantes, scil. ne quid fraudis fieret.

CAPVT XXVIII.

1. *VEspere*, i. fine noctis, scil. crepusculo matutino.

Quæ, sc. vespera, vel nox.

Sabbati, i. hebdomadæ, seu post sabbatum, scil. Dominica die. Not. incertum esse qua hora Christus surrexerit, creditur fuisse post mediam noctem.

3. *Aspectus*, Græc. ἰδέα, i. species, seu forma.

Vestimentum, sc. apparebat specie hominis.

5. *Respondens*, i. alloquens, Heb.

6. *Dominus*, Syr. Dominus noster.

7. *Galilæam*, sc. vbi plures discipuli, & minor persecutio Iudæorum.

Prædixi, sc. quod res est.

8. *De monumento*, sc. postquam viderant intus duos Angelos, de quibus Luc. 24.

9. *Illis*, sc. postquam Magdalenæ apparuerat.

Auete, i. salutete. Syr. pax vobis.

11. *Omnia*, sc. de sublato lapide, visoque Angelo, &c.

14. *A Præside*, sc. aliquo vos accusante.

Suadebimus ei, i. eum placabimus.

15. *Verbum*, sc. mendacium.

16. *Montem*, forte Thabor.

17. *Videntes*, sc. cum multis aliis, de quibus, 1. Cor. 15.

Quidam, forte ex Apostolis.

Dubitauerunt, sc. Christum esse.

19. *Euntes ergo*, &c. Syr. Sicut autem misit me Pater meus, & ego mitto vos. Ite ergo, &c.

Nomine, i. virtute, & auctoritate. Sunt vero hæc verba, quibus eos vti voluit baptizando, vt fit in Ecclesia. Not. hic expressum mysterium Trinitatis.

20. *Sum*, sc. deitate, & in Eucharistia etiam humanitate.

Seculi, Græc. & Syr. additur Amen. Additur & Syr. finis sancti Euangelij Matthæi, quod prædicauit Hebraice in Palestina.

EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

Dictus etiam Ioannes: vide Act. 12. Fuit vero primum Pauli discipulus: deinde Petri, sub quo Romæ Euangelium scripsit. vide Col. 4 2. Tim. 4. 1. Pet. 5. ita quidem, alij aliter, vt diximus Act. 12. Scripsit autem Græce secundam quosdam: secundum alios Latine: estque Alexandriæ, vbi erat Episcopus, martyrio coronatus.

CAPVT I.

1 INITIVM, sub. tale fuit, vel sic cœpit. Quidam tamen id titulum putant, seu proœmium, quo indicet se à Christi prædicatione velle incipere.

Euangelium, i. Euangelicæ prædicationis.

2. *In Isaia Propheta*, sic Syr. & in Græcis correctioribus olim. Iunge vero cum, *vox clamantis*, nam reliqua, quæ per parenthesim, sunt Malachiæ.

Mitto, pro, mittam.

Angelum, Græc. τὸν ἄγγελον, i. illum Angelum, certum, sc. quendam.

Faciem tuam, i. te. At Malach. 3. est faciem meam. vide quæ illic annotauimus.

4. *Deserto*, sc prope Iordanem. vide Luc. 3.

Pœnitentiæ, i. quo ad Pœnitentiam excitabat.

Remissionem, scilicet per Christum postea dandam, vel etiam tum, non vi baptismi, sed contritionis.

5. Omnis,

5. *Omnis*, Vtitur Scriptura modo loquendi vulgari. Sic solemus dicere: Tota ciuitas concurrit; i. maxima pars ciuium.
6. *Zona*, Ablatiuus est.
Pellicea, i. coriacea.
7. *Venit*, pro veniet.
Dignus, Græc. ἱκανὸς, i. idoneus, seu sufficiens.
Eius, abundat, more Heb.
10. *Apertos*, Græc. scindi, i. velut scindi, seu aperiri.
Et manentem, non est Græc. nec Syr.
In ipso, Græc. & Syr. super ipsum, i. super se.
11. *Complacui*, vide Matth. 3. sic reliqua quæ omittimus in Marco, aut Luca, aut Ioanne, quære in Matthæo, noluimus n. eadem repetere, breuitati consulentes.
13. *Et quadraginta noctibus*, id non est Græc. nec Syr.
14. *Regni*, i. de Regn. sc. prædicabat, quomodo id posset acquiri.
15. *Appropinquauit*, pro, appropinquat, sc. aduenerat Christus, qui erat introducturus.
17. *Fieri*, pro, esse.
19. *Componentes*, sc. sarciebant, vel complicabant.
22. *Quasi*, pro, tanquam.
Potestatem, sc. præcipiebat, vt Dominus, miraque docebat efficacia & libertate, & miraculis doctrinam confirmabat.
23. *In spiritu*, &c. habens spiritum immundum.
24. *Quid nobis*, &c. i. quid tibi rei est nobiscum, q. d. omitte nos, sc. me & reliquos dæmones, qui homines vexant.
Qui, q. d. scio quis sis, nempe sanctus Dei, i. homo sanctus.
25. *Comminatus est*. Græc. ἐπετίμησεν, i. increpauit.
26. *Discerpens*, sc. huc illuc iactans, seu distrahens, sed nihil lædendo tamen, vt ait Luc.
Voce, sc. nihil significante, prohibitus enim est à Christo loqui.
27. *Conquirerent*, i. quærerent.
32. *Occidisset*, sc. eo tempore licebat sabbato operari.
34. *Multos* Matt. dicit omnes, sc. illi omnes multi erant.
Languoribus, i. morbis.
Loqui, &c. i. dicere quod ipsum nossent, scilicet non decebat Christum à dæmonibus prædicari.
35. *Egressus*, sc. die. vt Luc. ait, vel diluculum, apud Luc. dies vocatur.
41. *Mundare*, imperatiuum est.
43. *Comminatus est*, sc. ne cuiquam diceret, vt statim explicatur.
Eiecit, i. emisit.
44. *Principi*, &c. Apparet huius fuisse, leprosum declarare mundatum, quanquam Græc. est Sacerdoti. sed cum articulo, & Syr. Sacerdotibus.
45. *Diffamare sermonem*, i. rem diuulgare.
Introire, sc. ob vim populi concurrentis.

CAPVT II.

1. D*ies*, sc. aliquot.
Domo, sc. in quam se clam receperat.
2. *Ad ianuam*, i. loca circa ianuam. Syr. vestibulum ianuæ.
7. *Blasphemat*, Græc. blasphemias, Syr. blasphemiam.
8. *Spiritu*, i. animo, seu diuinitate.
12. *Mirarentur*, Græc. stuperent attoniti.
Honorificarent, Græc. glorificarent.
14. *Leui*, qui & Matthæus.
Alphei, sc. filium.
Telonium, i. mensam, seu locum, in quo vectigal colligebatur.
15. *Sequebantur*, Græc & Syr. secuti fuerant.
19. *Filij nuptiarum*, id est qui nuptiis intersunt. Heb.
21. *Assumentum*, i. particulam, Græc. ἐπίβλημα, i. immissuram.
Supplementum, nominatiuus est.
A veteri, sc. vestimento, sub. partem, q. d. rumpit vetus.
Maior, Græc. peior.
22. *Nouum*, sc. mustum.
23. *Iterum*, id dicitur propter alteram Pharisæorum calumniam.
Progredi, & vellere, pro, progrediendo vellere.
Sub Abiathar, i. tempore Abiathar, qui paulo post patri successit, vel forte pater etiam Abiathar vocabatur, sicut & filius Abiathar etiam, secundum quosdam, Achimelech vocabatur, scilicet patris nomine. vide 2. Reg. 8. 1. Par. 18. vbi vtrumque indicatur.
Propositionis, i. qui proponebantur in mensa ante Dominum.
Et qui, pro, etiam qui.
27. *Factum*, i. institutum.
28. *Itaque*, pro, denique, q. d. id factum à meis discipulis, qui tanquam Dominus sabbati, id possum abrogare, vel q. d. si propter hominem factum est sabbatum, adeoque licet huic ob necessitatem violare, quanto magis id possum ego permittere, qui sum Dominus sabbati?

CAPVT III.

4. B*enefacere an male*, i. prodesse an lædere?
Animam, i. vitam.
Perdere, Græc. occidere.
5. *Contristatus*, i. condolens, sc. vitiis irascebatur, hominibus condolebat.
Cæcitate, Græca vox etiam obdurationem, seu obstinationem significat.
Homini, qui, vt est in Euangelio Hebræo, erat cæmentarius, Hier.
6. *Herodianis*, Syr. Herodis domesticis. vide quæ diximus in Matt. 22.
12. *Eis*, scil. dæmoniis, vel hominibus à se liberatis.
14. *Cum illo*, i. ipsi familiares.
15. *Dedit*, &c. Id postea factum. vide Matth. 10. Marc. 6. Luc 9.
16. *Imposuit*, pro, imposuerat olim. Nam id factum prius, vt dicitur Ioan. 1.
17. *Et Iacobum*, &c. sc. vocauit ad se.
Boanerges, pro, Bonareghes. Chald est, Bene, filij; reghes, tonitruum, Syr. benaireghesci. בנירגשי
Filij tonitrui, i. tonantes, sc. diuina dogmata.
18. *Alphai*, sc. filium.
Thaddæum, qui dicebatur etiam Lebbæus, & Iudas Iacobi, sc. frater.
Cananæum, à Cana Galilææ, dictus & Zelotes: id n. significat Cananæus. erat autem frater Thaddæi adeoque Iacobi etiam minoris.
20. *Conuenit*, præsens, est tempus. *Panem*, i. cibum, Heb.
21. *Sui*, sc. cognati.
Tenere, i. quasi mentis impotem ligare, Hieron. epist. 27.
In furorem, &c. i. mente est alienatus, Syr. extra mentem suam est. Apparet Christum tanto cum

feruore

feruore prædicasse, vt videretur esse extra se.

23. *Parabolis*, i.similitudinibus.

24. *In se*, i.contra se.

25. *Super*, i.contra.

27. *Vasa*, i.instrumenta, sc.bellica.

28. *Omnia*, &c. q.d.omne peccati genus dimitti solet.

29. *In Spiritum sanctum*, sc.tribuendo eius opera spiritui immundo.

Non habebit, Græc.non habet, q.d.non solet habere, est enim grauissimum peccatum.

Delicti, Græc. iudicij, i.damnationis seu supplicij.

CAPVT IV.

1. *AD mare*, i.prope mare.

2. *In doctrina sua*, i.suo modo solito docens.

5. *Altitudinem*, i.profunditatem.

6. *Exæstuauit*, i. æstu solis adustum est, seu nimium calefactum.

8. *Vnum*, sc.semen.

10. *Singularis*, i.solus, sc. extra turbam.

Duodecim, Græc.& Syr.cum duodecim.

11. *Mysterium*, i.arcanum.

Foris, i extranei.

Fiunt, i.proponuntur.

12. *Non videant*, i. percipiant. Id quod Iudicio Dei fit ob illorum peccata.

13. *Nescitis*, i.non intelligitis.

15. *Vbi*, in quibus. *Et quum*, pro, qui quum.

19. *Ærumnæ*, Græc. μέριμναι i.curæ, seu solicitudines.

Deceptio diuitiarum, i. decipientes, seu fallaces diuitiæ.

21. *Venit*, id est accenditur, seu accensa profertur.

22. *Non est enim*, &c.q.d.Hæc dixi, quia volo, ea quæ vos docui, ne occulta retineatis, sed prædicetis palam. forte autem, quod hic ait, prouerbium erat illo tempore, quo Christus more suo vtitur ad explicandum quod vult.

24. *Videte*, quid audiatis, i. attendite ad id quod dico.

Adiicietur, sc.à Deo.

25. *Habet*, sc.vt debet vtens.

27. *Nocte*, iunge cum dormiet. *Die*, iunge cum, *exurgat*, q. d. dum prætereunt noctes & dies, vel dum ille aliud agit, sc.etiam discedente prædicatore fructificat verbum.

28. *Vltro*, i.per se. *Plenum*, i.perfectum, seu maturum.

29. *Produxerit*, i. prodierit, seu prouenerit, sc. perfectus. Syr.pinguis fuerit.

Mittit falcem, i.metit, sc.Dominus agit.

30. *Et*, pro, præterea.

Cui parabolæ, &c. i. qua similitudine declarabimus.

32. *Sub vmbra*, sc.in ramis.

Habitare, i.nidificare.

34. *Non*, pro, fere non.

Disserebat, i.explicabat.

35. *Illa die*, pro, illo tempore, sc.quo prædicabat in Galilæa vel q.d.quadam die.

Contra, Græc εἰς τὸ πέραν, i.in vlteriorem, seu aduersam ripam.

36. *Vt erat*, sc. super ceruicali. *Cum illo*, sc.profecto simul.

37. *Mittebat*, sc.procella.

38. *Ad te pertinet*, i.tibi curæ est.

39. *Exurgens comminatus est*, Græc. διεγερθεὶς ἐπετίμησε. sc. excitatus increpauit.

Tace, i.quiesce, seu cessa.

40. *Ait*, pro, dixerat, sc.prius. vide Matth.8.

Estis, Græc. estis sic. i.tantopere.

Ne dum, Græc.quomodo non.

Fidem, sc. perfectam.

Timuerunt, sc. reuerentiali timore, vel stupentes.

Ad alterutrum, i.inter se.

Quis putas, pro, quisnam. Græc. τίς ἄρα.

CAPVT V.

1. *GErasenorum*, Græc. & Syr.Gadarenorum.

2. *Monumentis*, i.loco vbi monumenta.

In spiritu, &c. habens spiritum immundum, sc.à dæmone vexatus.

3. *Monumentis*, erant hæc extra ciuitatem.

7. *Adiuro*, i.velut ex parte Dei peto, seu per Deum obtestor.

Torqueas, s.pellendo hinc, vel mittendo in infernum.

8. *Exi*, non dixit, exi statim, alioqui iam exiisset.

9. *Quod tibi nomen est?* i.qui es?

Legio, &c.q.d.sumus velut legio, vel possumus vocari legio, Græc. λεγεών, vox Latina.

10. *Regionem*, sc.illam, quod illic multum posset hominibus nocere.

13. *Millia*, sc. porcorum.

14. *Agros*, i pagos.

Factum, i.quid accidisset.

18. *Vt esset*, &c. i. vt sibi liceret Christum sequi.

Admisit, i.permisit.

22. *Iairus*, pen. producta: est enim Græc.αι.

26. *Magis*, i.potius.

29. *Fons*, sc.scaturigo, seu profluuium.

Plaga, Græc.flagello.

30. *Exierat*, sc.per effectum, vel virtutem, i.effectum.

34. *In pace*, i. quieto animo, & læto.

36. *Ab Archisynagogo*, Syr. à domo Archisynagogi.

37. *Se*, sc.ingredientem domum.

39. *Dormit*, sc. Christo dormiebat.

41. *Talitha*, i.puella, Chald. est. *Cumi*, i. surge Hebr.est.

Tibi dico. Additum id à Marco explicationis causa, q.d.ô puella.

43. *Dixit*, i.iussit, Heb.est.

CAPVT VI.

1. *INde*, sc. ex Capharnaum.

Patriam, sc.Nazareth.

2. *Facto*, i.adueniente.

Manus eius, i.eum.Heb.

3. *Faber*, i. fabri filius, sic enim solent fabri filij vocati, Græc. τέκτων, i. artifex, vulgo Artegiano.

5. *Non poterat*, sc. ob illorum incredulitatem, vt statim dicitur.

7. *Spirituum*, i.contra spiritus.

8. *In via*, Græc. in viam.

Virgam, i.baculum ad innitendum, nam ad defensionem prohibitum.

Zona, Syr. marsupio, sc.è zona pendente.

9. *Sandaliis*, i.soleis, quæ superne funiculis alligantur, seu ansulis, cuiusmodi sunt in vsu Franciscanis, Act.12.vertit caligas.

9. *Duabus*, sc.mutatoriis.

11. *Testimonium*, sc.quod in nulla re velitis cum illis communicare.

20. *Custodiebat*,

20. *Custodiebat*, i. obseruabat, seu verebatur.
21. *Opportunus*, sc. conuiuio, vel Herodiadis proposito.
Natalis sui, Græc. Natalitiis suis.
Tribunis, Græc. χιλιάρχοις, i. præfectis millenorum.
27. *Spiculatore*, i. satellite, seu carnifice.
31. *Pusillum*, i. parumper.
35. *Multa*, i. sera.
Præteriit, Græc. multa.
37. *Panes*, i. cibos.
39. *Contubernia*, i. ordines separatos. Græc. conuiuia.
Cœnum, i. herbam.
40. *In partes*, sc. distinctas Syr. per ordines, sc. vt posset facile constare eorum numerus.
43. *De piscibus*, sc. sublatæ reliquiæ.
48. *Videns*, Græc. vidit.
51. *Plus magis*, Græc. valde supra modum.
51. *Intellexerunt*, id est, meminerunt, aut aduerterunt.
De panibus, i. Christi potentiam in panum multiplicatione ostensam.

CAPVT VII.

3. *CRebro*, Syr. curiose, Græc. πυγμῇ, i. pugillatim, seu cubitaliter, sc. solebant lauare sæpe, tandemque infundere in summos digitos aquam, comprehensa in pugnum manu, & eleuata, vt posset in brachium aqua fluere vsque ad cubitum. Id quod etiam hodie Hebræi dicuntur obseruare. Interpres videtur legisse πυκνὰ, i. crebro, quod si πυγμῇ legit, sensum reddidit, vbi enim sæpe lauerint, id faciunt quod de pugno diximus.
4. *Foro*, sc. rerum venalium, vbi facile contaminabantur rerum tactu, aut gentilium conuersatione.
Baptizentur, i. abluantur.
Baptismata calicum, i. ablutiones poculorum.
Vrceorum, sc ligneorum, vt ex Græc. apparet.
Æramentorum, i. vasorum æneorum.
Lectorum, sc. tabularum lecti.
5. *Panem*, i. cibum.
7. *In vanum*, i. frustra, seu vano cultu.
6. *Bene*, i. valde, vel Ironia est.
11. *Si dixerit*, sub. bene facit.
Ex me, sc. Deo offertur.
12. *Facere*, sc. iuuando, seu sustentando.
13. *Rescindentes*, i. irritum facientes, seu abrogantes.
15. *Communicant*, i. inquinant.
19. *Cor*, i. voluntatem.
20. *Homine*, i. hominis corde.
22. *Nequitia*, Syr. iniuria.
Malus, i. inuidus, vel cupidus.
Stultitia, vox Græca. significat etiam immodestiam.
24. *Fines*, i. confinia.
Neminem, &c. sc. ne Iudæis videretur aut legem violare, qui cum gentibus conuersaretur, aut non esse Messias, qui Iudæis solis putabatur missus. *Voluit*, sc. fecit aliquid vnde lateret, sed illud satis non fuit. Itaque fecit quantum voluit; non quantum potuit.
26. *Enim*, Græc. autem.
Gentilis, Græc. ἑλληνὶς, i. Græca. sic enim gentiles vocantur in Scriptura, vt patet ex Act. & Paulo, quod fere Græce loquerentur. Syrophænissa, i. ex Syriæ Phœnicia.
28. *Vtique*, i. ita est.
31. *Inter*, sub. transiens.
Decapoleos. Regio est decem ciuitatum, partim trans Iordanem.
32. *Mutum*. Græc. μογιλάλον, i. vix loquentem, sc. erat lingua impedita, itaque sequitur, & loquebatur recte.
33. *Seorsum*, scil. docens fugere popularem laudem.
34. *Ingemuit*, sc. commiseratione humanæ miseriæ.
Ephpheta, Chald. est. *Adaperire*, sc. quantum ad aures, ac linguam.
37. *Fecit*, pro, facit, Syr. facit.

CAPVT VIII.

2. *SVstinent*, id est expectant, vel perdurant sequendo.
4. *Vnde*, pro, quomodo.
7. *Ipsos*, Syr. super ipsos.
10. *Dalmanutha*, Matth. 15. dicitur. In fines Magedan.
11. *Conquirere*, i. disputare, seu altercari.
12. *Spiritu*, i. intra se. *Si*, pro non. Heb.
15. *Dermento Herodis*, i. Herodianorum doctrina, quibus Herodes fauebat. vide sup. c. 3.
17. *Intelligitis*, sc. potentiam meam.
22. *Cæcum*, non à natiuitate: nouerat enim arbores.
23. *Vicum*, sc. Bethsaidam.
Ambulantes, iungendum cum homines, vt patet ex Græco.
25. *Cœpit*, Græc. fecit eum.
26. *Vicum*, sc. pagum.
30. *Comminatus*, i. interminatus.
33. *Comminatus est*, i. increpauit
35. *Euangelium*, i. bona quæ per Euangelium annunciantur, vel fidem Euangelicam.
37. *Anima*, sc. perdita, recuperanda.
38. *Confusus*, i. quem mei puduerit.
Adultera, sic vocatur, quod à Deo deficere solita per idololatriam, aut alia peccata.
Confundetur, i. pudebit eius, nec inter suos numerabit.
39. *Veniens*, Græc. venisse.
In virtute, i. cum potentia, q. d. per magnam Dei potentiam, quæ in eo apparebit.

CAPVT IX.

3. *EXterriti*, scil. ad tantam rei nouitatem, velut extra se.
11. *Primo*, iunge cum, *venerit*. Vide Matth. 17.
In filium, i. de filio.
Contemnatur, sub. sic accidet Eliæ.
12. *Sed*, pro, imo vero. *Scriptum est*, scil. venturum.
13. *Conquirentes*, i. disceptantes.
14. *Stupefactus*, forte ob maiestatem in vultu relucentem.
15. *Eos*, sc. scribas, & discipulos.
17. *Allidit*, Græc. lacerat. *Arescit*, i. sine sensu efficitur.
18. *Eis*, sc. qui aderant, Græc. ei.
19. *vidisset eum*, sc. puer Christum. *Elisus*, i. lapsus seu deiectus.
23. *Incredulitatem meam*, i. me, etiamsi forte imperfecte credo.
24. *Comminatus est*, i. cum imperio præcepit.
25. *Discerpens*, i. vexans.
28. *Exire*, pro, eiici.
29. *Prætergrediebantur*, i. transibant per.
Scire, sc. se ire in Ierusalem, ne impediretur.

34. *Erit*;

34. *Erit*, pro, fit, seu fiat. Heb. *Nouissimus*, i. postremus.

35. *Complexus*, sc. amat innocentiam Christus, Græc. suscipiens in vlnas Syr. tollens super brachia sua.

36. *In nomine meo*, i. propter me. *Non me*, sc. solum. *Sed*, pro, sed etiam.

38. *Virtutem*, i. miraculum.

Cito, i. facile.

40. *Estis*, sc. discipuli. *Mercedem*, sc. hic, vel in futuro.

41. *Scandalizauerit*, i. impedimento fuerit ad salutem.

Mola asinaria, Græc. lapis molaris. vide Matt. 18. num. 6.

42. *Debilem*, id est, manu mutilum, seu mancum.

43. *Vermis*, id est, conscientiæ remorsus. vide Isa. vlt.

46. *Luscum*, Græc μονόφθαλμον, i. vnoculum.

48. *Omnis*, sc. damnatus. *Salietur*, pro velut salietur, sc. perpetuo durans in supplicio.

Et omnis, pro sicut omnis, q. d. vt sacrificiis adhibetur sal, ita illis ignis, plane miseris victimis.

49. *Bonum est*, & occasione præteritæ sententiæ, vbi salis meminit, hanc adiicit; sale tamen vtens in alia significatione, sc. sapientiæ.

CAPVT X.

5. AD, pro, ob.

8. *Vna caro*, i. velut vnum corpus.

9. *Deus*, Græc. additur, & dixit.

11. *Super*, i. contra, q. d. in eius iniuriam.

13. *Comminabantur*, i. increpabant.

14. *Talium*, sc. innocentium, & simplicium.

15. *Receperit*, i. se disposuerit, seu comparauerit ad.

Velut paruulus, i. cum innocentia & simplicitate.

16. *Complexans*, vide sup. c. 9. *Benedicebat*, i. bene precabatur.

17. *Procurrens*, pro accurrens, seu præcurrens.

Percipiam, Græc. & Syr. hæreditatem possideam.

18. *Bonus*, sc. ex se, seu, sine vllo defectu perfectus.

19. *Fraudem*, i. iniuriam, seu damnum.

20. *Iuuentute*, Græc. pueritia.

21. *Dilexit*, i. amanter aspexit, sc. vultu beneuolentiam indicans.

Deest, sc. ad perfectionem. vide Matth. 19.

22. *Possessiones*, i. diuitias.

23. *Pecunias*, i. diuitias.

25. *Facilius*, &c. significat summam difficultatem.

26. *Magis*, Græc supra modum.

Admirabantur, Græc. obstupebant.

Ad semetipsos, i. inter se.

29. *Euangelium*, i. Euangelij obseruantiam, vel bona per Euangelium annunciata.

30. *Accipiet*, i. accepturus sit.

Cum persecutionibus, i. in mediis etiam persecutionibus, q. d. nec id persecutiones poterunt impedire.

32. *Praecedebat*, sc. ostendens promptitudinem, & alacritatem ad mortem. *Stupebant*, sc. tantum feruorem.

Timebant, scil. vel proprium periculum, vel incerti quorsum spectaret tanta alacritas, & festinatio.

35. *Dicentes*, scil. per matrem, vel simul cum matre.

38. *Bibo*, &c præsentia pro futuris. *Baptismo*, sic vocat passionem, qua velut aqua mersus & alioqui aquæ tribulationes significant.

40. *Vobis*, non est Græc. *Sed*, pro nisi.

42. *Eis*, s. velut seruis. *Potestatem*, s. qua coërceant.

43. *Est*, Græ. *Erit*, pro, sit, sic infra.

48. *Comminabantur*, i. increpabant.

49. *Animaequior*, i. bono animo, Græc. confide.

50. *Vestimento*, i. pallio. *Exiliens*, Græ. surgens.

50. *Raboni*, i. magister mi.

52. *Vade*, q. d. discede compos voti, Syr. vide. *Saluum*, i. sanum.

CAPVT XI.

1. BEthania, ex qua discesserat. vide Matth. 21. nempe erat inter Bethaniam & Ierusalem.

2. *Castellum*, i. pagum.

3. *Quid*, pro, quorsum istud *Domino*, Syr. Domino nostro.

6. *Dimiserunt*, i. permiserunt, s. accipere.

9. *In nomine Domini*, i. à Domino missus.

10. *Benedictum*, i. felix faustumque sit.

Regnum, sc. sciebant Messiam regnaturum in domo Dauid, etsi modum nescirent, quo esset regnaturus.

Hosanna in excelsis, i. salua obsecro, qui in cœlis habitas.

11. *Circumspectis*, sc. quæ fiebant in templo, vt postea reprehenderet. vel num se quis inuitaret, nemoque fuit.

Vespera hora, i. vespertinum tempus.

12. *Alia die*, i. postridie.

13. *Non enim*, &c. q. d. mysterium suberat in eo facto.

14. *Respondens*, i. allocutus, Hebr.

16. *Vas*, i. Vtensile quippiam.

17. *Omnibus*, s. etiam alienigenis. vide 3. Reg. 8.

18. *Timebant*, adeoque non audebant manus iniicere. *Enim*, pro, autem, vel sensus est, perdere volebant, quia timebant ne populum contra ipsos concitaret.

21. *Maledixisti*, i. malè precatus es.

22. *Dei*, pro, in Deum, s. credentes & fidentes ei.

27. *Summi Sacerdotes*, i. Principes Sacerdotum: nam Summus vnus erat.

29. *Vnum verbum*, pro, vnam rem, Heb.

CAPVT XII.

1. PAstinauit, Græc. plantauit. *Homo*, pro, quidam, Hebr. *Lacum*, sc. ad excipiendum vinum, ex vuis expressum.

4. *Vulnerauerunt*, s. lapidibus, vt est Græc.

9. *Veniet*, &c. Christi sunt verba, vt patet ex Luc. 20. dicta post illorum responsum, de quo Matth. 21. Cumque illi de se dictum intelligerent, addiderunt: Absit, &c. vt est apud Luc.

12. *Et quærebant*, pro, itaque quærebant. *Et timuerunt*, pro, sed timuerunt. *Ad*, pro contra.

14. *Vides*, i. respicis. *Faciem*, i. personam, q. d. non es acceptor personarum.

15. *Versutiam*, Syr. fraudem, Græ. hypocrisim, i. simulationem.

17. *Eo*, s. Christo, vel responso.

19. *Semen*, i. prolem.

24. *Virtutem*, i. potentiam, qua s. potest quod vult de mortuis, & suscitatis facere.

25. *Nubent*, verbum Græ. tam de viris, quàm de fœminis dicitur.

26. *Super*, i. iuxta.

26. *Conqui*

28. *Conquirentes*, i. disputantes.
29. *Tuus Deus*, Græ. & Syr.noster Dominus.
30. *Et diliges*,pro, itaque diliges. *Anima*, pro, animo. hæc enim omnia eodem pertinent, sc. vt Deus quantum potest, diligatur. Itaque alibi pauciora dicuntur : vel cordis nomine voluntas intelligitur : animæ, potentiæ animales; mentis, intellectus, virtutis, vires omnes.
31. *Horum*. pro,his.
33. *Vt diligatur*,Græc diligere ipsum.
34. *Non longe*, scil. multum est approbare Dei præcepta, & amare:cui si opus addatur, seu executio, confecta res est.
35. *Respondens*, i.loquens.
37. *Vnde*, i. quomodo.
38. *Doctrina sua*, i. docens.
Cauete, sc. ne exemplo corrumpamini. *Stolis*, i. vestibus splendidis.
In foro, i.publice.
40. *Domos*, i.facultates. *Obtentu*,i.prætextu.
Prolixius iudicium, i. maiorem condemnationem.
41. *Contra*, i.ex aduerso. *Gazophylacium*, Arca erat in atrio templi,à Gaza,i diuitiis, & φυλάττω,i. custodio, sc. custodiebantur illic pecuniæ oblatæ. vide 4.Reg.12. *Æs*,i pecuniam.
42. *Quadrans*, i quarta pars assis(As autem decima pars denarij.) vulgo quatrino.
43. *Plus*, sc.proportione,& affectu.

CAPVT XIII.

3. *Contra*,i. è regione.
4. *Incipient consummari*, Græc. consummanda sunt.
7. *Opiniones*, i.rumores. *Timueritis*,Græc.turbemini.
8. *Super*, i.contra.
Dolorum, i.calamitatis.
9. *Videte*, i. cauete vobis. *Conciliis*, pro concilia.
In testimonium, &c. i. ad testificandum illis de me.
10. *Primum*,pro prius.
11. *Præcogitare*, Græc. anxij esse.
14. *Debet*, i. oportet.
17. *Nutrientibus*, Græc.lactantibus.
18. *Fiant*, Græc. fiat fuga vestra.
19. *Dies illi*, pro,diebus illis.
20. *Omnis caro*,pro,vllus homo. *Breuiauit*,præter pro futuro.
21. *Hic*, i hoc loco.
27. *Summo*, i. extremo.
28. *Parabolam*,i.similitudinem.
32. *In cœlo*, Græc.qui sunt in cœlo.
Filius, sc.vt reuelet.sic alibi.nota,inquit.feci omnia,sc.nota à me facienda,seu quæ pater voluit vt nota facerem.
Pater,adeoque Filius,& Spiritus sanctus,eadem enim essentia & scientia.
34. *Vigilet*,sub.sic vigilate.

CAPVT XIV.

1. *Azyma*,pro dies azymorum,plurale est.
Summi sacerdotes, i. Principes Sacerdotum, sic infra.
3. *Spicati*, i ex spica Nardi facti.Græc. πιστικῆς,i. fidelis(quod Ioan. 12.vertit pistic,vt etiam quidam hic legunt) Syr. præstantissimæ. *Pretiosi*,iungendum cum, vnguenti.
4. *Vt quid*, pro, cur.
6. *Sinite*,i.desinite accusare,seu omittite eam.
7. *Habetis*, pro, habebitis.
8. *Habuit*, i.potuit. *Præuenit*,&c.q.d. Id quod postea facere non poterit, anteuertit.
In sepulturam, sc. breui tradendum, q. d. fecit quod sepultis solet exhiberi.
11. *Daturos*, sc vbi eum tradidisset.
13. *Lagenam*, sc. vas fictile.
14. *Refectio mea*, Græc. diuersorium. Syr. locus conuiuij.
15. *Cænaculum*, erat in superiore domus parte, Græc. ἀνώγεον, q.d.à terra exaltatum.Erat ea domus in monte Sion.vbi creduntur Apostoli latuisse post passionem. Vide Act. 1.
17. *Duodecim*, sic vocabantur Apostoli, etiam cum aliqui deessent, vel forte illi duo iam redierant.
22. *Manducantibus*,pro, vbi manducassent,scil. agnum.
Benedicens,pro,vbi benedixisset.*Fregit*, sc. antequam Discipulis daret.
23. *Gratias agens*,pro,cum gratias egisset.
24. *Ait*, sc.cum daret.vide Matt.26.
25. *Genimine*, i.fructu.vide Matt.
33. *Tædere*,Græc.ἀδημονεῖν,i.grauiter angi,Matt. 26.vertit, mœstus esse.
34. *Sustinete*, i. expectate.
35. *Hora*, i.passio,sc.ne pateretur.
36. *Abba*, Syr.est vox.nam Heb.Ab.*Pater*,explicatio est Euangelistæ.
37. *Venit,& inuenit*,vtrumque præsens est.
40. *Denuo*, iungendum cum,*dormientes*.
41. *Dormite*. Ironice q. d. an tempus est dormiendi?
Sufficit, sc.dormisse hactenus.
44. *Caute*, sc. ne euadat.
45. *Accedens*.Id prius factum quam Christus obuiam eis procederet,vt ait Ioan.
49. *Scriptura*,sub. Id vobis permittitur, Syr.additur,hoc factum est.
51. *Adolescens*,&c. Apparet hunc strepitu excitatum è lecto surrexisse,opertum sindone,spectaturum quid esset.
52. *Reiecta*, &c. indicatur hic quanti periculi fuerit tunc Christum sequi.
53. *Sacerdotes*, Græc.Principes Sacerdotum.
56. *Conuenientia*, sc. inter se, vel sufficientia ad condemnandum.
60. *Exurgens*, sc. præ ira.
63. *Desideramus*, Græc. opus habemus.
68. *Neque scio*, *neque noui*, Græc.non noui,nec scio.
Ante atrium, sc.in vestibulum,vt est Græc.
71. *Anathematizare*, i.execrari.
Nescio, i. non noui.

CAPVT XV.

1. *Vincientes*, id est, cum vinxissent. Indicatur prima vincula ei fuisse soluta in domo Caiphæ.
6. *Festum*, sc. Paschæ.
7. *Fecerat*, Græc. fecerant.
8. *Ascendisset*, Græc. exclamasset.
Rogare,Græc.petere.
Faciebat, sc. Pilatus.
9. *Regem*, id est,quem accusatis,quod se Regem faciat.
11. *Magis*, i.potius.
19. *Ponentes*, sc. humi.
21. *Alexandri*, &c. erant hi duo Christi discipuli.

23. *Myrrhatum*, i. amarissimum, seu myrrha mistum, quod solebat damnatis dari, vt minus dolerent.

Accepit, i. bibit, solum enim gustauit, vt ait Matt.

24. *Crucifigentes*, i. vbi crucifixissent.

Super eis. Apparet sortem etiam missam super quatuor partes, in quas vestimenta diuiserant, & non solum super tunicam inconsutilem.

25. *Tertia*, sc. quando data sententia, vt crucifigeretur. vide Ignat. ep. 1. Clem 5. Constit. cap. 16. vel tertiam vocat, id quod post tertiam est vsque ad sextam, q. d. iam tertia elapsa erat. *Et*, pro, cum, Heb.

27. *Crucifigunt*, pro, crucifixerunt.

29. *Blasphemabant*, i. conuitiis prosequebantur.

Destruis, i. iactas posse destruere.

31. *Ad alterutrum*, i. inter se.

32. *Crucifixi*, forte plural. pro singulari.

Conuitiabantur, i. exprobrabant.

34. *Elohi ab Eloha*, Matt. Eli ab El. Not. Euangelistas de sensu fuisse solicitos, non item de verbis. Eadem quidem omnes referunt, sed diuersis verbis.

36. *Calamo*, i. arundini.

Sinite, sc. me, dixerant n. alij, vt est apud Matth. *Sine*, i. omitte.

38. *Duo*, i. duas partes.

39. *Centurio*, Græc. κεντυρίων, vox Latina.

40. *Minoris*, videtur fuisse cognomen. Is est qui epistolam scripsit, quæ dicitur Iacobi.

Salome, hæc vxor Zebedæi, nomenque eius id, non Maria.

43. *Decurio*, i. Senator.

Audacter, q. d. non sine periculo id faciebat.

47. *Poneretur*, sc. vt suo tempore vngerent.

CAPVT XVI.

2. *VNa*, i. prima, Heb. *Sabbathorum*, pro, Sabbathi, i. hebdomadæ. vide Luc. 18.

Orto, &c. sc. peruenerunt, cum fuissent tamen valde mane profectæ.

5. *Monumentum*, i. locum vbi monumentum.

Dextris, sc. monumenti.

7. *Sed*, pro, itaque. *Et Petro*, pro, etiam, vel, præcipue Petro.

8. *Nemini*, sc occurrentium in via.

9. *Mane*, &c. iungenda hæc cum, *apparuit*.

10. *Fuerant*, sc. Apostolis.

12. *Villam*, i. Pagum. vide Luc. 24.

13. *Crediderunt*, sc. aliqui.

14. *Nouissimi*, Græc. ὕστερον, i. deinde, seu postea Hanc quidam putant fuisse primam apparitionem, de qua Luc. & Ioan. alij vltimam. vndecim sic vocabantur post Iudæ discessum, etiam si quis deesset, vt nunc Thomas.

15. *Dixit*, i. præcepit. Id factum in Galilæa cum plurimi adessent.

15. *Signa*, i. miracula. *Sequentur*, sc. cum opus erit.

Nomine, i. virtute, seu inuocatione nominis.

18. *Tollent*, i. auferent, sc. ne lædant. sic Paulus viperam proiecit illæsus Act. 28.

19. *Sedit*; significatur quies, & potestas Iudiciaria.

A dextris, i. optimo loco, quatenus homo.

20. *Vbique*, i. vbicunque opportunum erat.

Sequentibus signis, Græc. per subsequentia signa, Græce additur Amen, Syriace autem: Annuntiatum fuisse id Euangelium à Marco Romæ. Romane, i. Latino sermone.

EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

Fuit patria Anthiochenus, arte medicus. Pauli Discipulus, & secundum quosdam ex 72. Christi discipulis. Martyrem fuisse multi scribunt.

CAPVT I.

1. ORDINARE, i. contexere.

Completa, Græ. certissime compertæ, seu creditæ.

2. *Sicut*, sc. ita completæ, seu creditæ.

Ministri, i. cooperatores.

Sermonis, i. rei, seu verbi Dei.

3. *Omnia*, &c. iunge cum assecuto.

Ex ordine, i. ordine quo quæque gesta sunt.

Optime, Græc. vox etiam potentissimum significat. Apparet fuisse virum primarium, & magistratum gerentem: tales enim optimi dicebantur. vide Act. 23. & 26.

4. *Cognoscas*, pro, agnoscas agnoscimus alias cognita. *Eruditus es*, Græc κατηχήθης, q. d. catechizatus es, sc. catechismo edoctus. *Veritatem*, Græc ἀσφάλειαν, i. certitudinem.

5. *Herodis*, huius primo anno regni legitimi, Christus natus, sc. consenserunt in eum Iudæi, quibus antea inuitis regnabat. Eius filij Herodes, & Philippus Tetrarchæ, & Aristobulus, cuius filius Herodes Agrippa, qui Iacobum interfecit, quique filium reliquit Agrippam, cum quo Paulus locutus. *Iudea*, i. regionis à Iudæis habitatæ, sc. à 12. tribubus, aliàs comprehendit solum tribum Iuda, & Beniamin.

Vice Abia, vide 1. Par. 24. vbi Sacerdotum 24. familiæ institutæ à Dauid, sorteque electæ, quæ qua hebdomada seruire deberet, obtigitque familiæ Abia locus octauus.

Filiabus, i. numero filiarum, q. d. ex progenie, vel orta ex filiabus, i. nepte aliqua.

6. *Ante Deum*, i. Deo approbante.

Iustificationibus, i. cæremoniis. *Sine querela*, i. sic vt nemo de eis queri posset, q. d. irreprehensibiliter, seu inculpate. vide Phil. 2.

9. *Sacerdotij*, i. sacerdotalis functionis.

Sorte, sc. inter eiusdem familiæ sacerdotes sors mittebatur super officiis quibus hebdomada vicis suæ functuri, quique essent: erant enim varia. ex quo patet non fuisse Zachariam Pontificem, quod quidam putarunt, non enim opus fuisset sorte.

Incensum,

Incensum, de quo Exod. 30. s. mane, & vesperi ponebatur. *Templum*, sc. sancta, non Sancta Sanctorum.

10. *Foris*, s. in atrio populi.

11. *Apparuit*, s. corporali specie. Græ. ὤφθη, i. visus est.

12. *Turbatus*, s. aspectu Angelicæ maiestatis.

13. *Deprecatio*, scil. pro salute populi, vel pro Messiæ aduentu. *Et vxor*, pro nam vxor.

14. *In*, pro, de.

15. *Coram Domino*, i. Dei iudicio, adeoque vere.

Siceram, i. quicquid potest inebriare, à verbo רשכ i, inebriari. *Non bibet*, s. Deo perpetuo consecratus, more Nazaræorum: de quibus Num. 6.

Adhuc ex, pro, iam inde ab, vel etiam in.

17. *Illum*, s. Deum, nempe Christum.

In filios, s. vt filij eodem sint corde & mente cum patribus sanctis, vt statim explicatur.

Parare, i. vt patet. *Perfectam*, i. bene præparatam, vt Græc. indicant.

19. *Asto*, s. contemplans, & ad obsequium paratus.

20. *Tacens*, etiam surdus euasit: vnde vt postea dicitur, innuebant ei.

22. *Mutus*, Græ. κωφὸς, quod etiam surdum significat.

23. *Officij*, Græ λειτουργίας, i. ministerij sacri.

Abiit, s. tempore ministerij, prope templum in Atrio habitabant sacerdotes in domunculis ad id destinatis.

24. *Occultabat*, s. pudebat videri ea ætate dedisse operam liberis. *Dicens*, q. d. læta tamen Deo gratias agebat.

25. *Auferre*, pro, vt auferret. *Opprobrium*, s. sterilitatis, quæ tunc probro dabatur.

27. *Desponsatam*, s. & traditam.

28. *Ingressus*, s. corporali specie.

Aue, Græc. χαῖρε, i. salue, Syr. pax tibi, & quidem credendum salutasse, more Hebræo, nempe, שלומלך i. pax tibi. *Gratia plena*, Græc. κεχαριτωμένη, i. gratiosa, seu valde grata Deo, s. plena gratia.

Tecum, s. est. *Benedicta*, &c. q. d. præcellens cæteras omnes benedictione Dei, solaque expers maledictionis. vide inf. *In mulieribus*, pro, inter mulieres.

Audisset, Græc. & Syr. vidisset.

In sermone, s. humilis erat, & videbat se laudari multum.

Salutatio, Syr. pax.

30. *Inuenisti*, pro, obtinuisti, Heb.

31. *Vocabis*, s. ipsa mater erat, non Ioseph pater.

32. *Magnus*, quippe Deus. Itaque non additur; vt in Ioanne coram Domino. *Filius*, s. naturalis, & consubstantialis. *Sedem*, s. regnum per Dauid figuratum. Vide Isa. 9.

33. *In domo*, s. spirituali, i. Ecclesia, Græ. & Syr. super domum.

34. *Quomodo*, Non dubitat, sed modum quærit. Videtur autem ignorasse Christum ex Virgine nasciturum.

Non cognosco, i. non cognoscere, s. voui castitatem, etiam ante desponsationem, secundum Aug.

35. *Superueniet*, i. cœlitus illabetur.

Altissimi, i. Dei. *Obumbrabit tibi*, i. conteget te, q. d. erit loco complexus virilis, s. concipies Dei opera, non viri. honeste dixit, quod vulgo, ingrauidare.

Te, i. tua substantia. *Sanctum*, s. non vt alij cum peccato originali.

36. *Cognata*, sc. erat ex patre Sacerdote, & matre de tribu Dauid, adeoque Mariæ cognata. *Vocatur*, s. nota erat vulgo eius sterilitas.

38. *Fiat*, consentientis est, & optantis.

39. *Abiit*, s. cum Ioseph. *Montana*, scilicet Iudææ.

Festinatione, s. ob lætitiam, de sua Cognatæque conceptione, & pudorem manendi in publico, & quia sic mouebatur à Spiritu sancto.

Ciuitatem, s. quandam, non videtur taciturus fuisse si esset Ierusalem.

41. *Exultauit*, Græc. hic & infra ἐσκίρτησεν i. saliit, q. d. saltauit præ gaudio. Videtur Christum agnouisse, vnde & Ecclesia: Senseras Regem thalamo manentem.

Repleta, s. ad dicendum quod sequitur, plene à Spiritu sancto instructa seu mota est.

42. *Benedicta*, i. felix. Not. eadem verba Angeli, & Elizabeth.

43. *Vnde*, i. quo meo merito? *Domini*, scil. Dei. Not. simul conceptum fœtum in ea, & animatum, Deoque vnitum fuisse, factamque Dei matrem.

44. *Gaudio*, Græc. ἀγαλλιάσει, i. lætantis gesticulatione.

45. *A Domino*, potest iungi cum *perficientur*; aut cum *dicta*: vel cum vtroque potius.

46. *Magnificat*, i. laudibus effert, seu magnopere prædicat.

Exultauit, pro, exultat.

Spiritus, i. anima. repetitio, more Hebræo, q. d. anima mea quanta quanta est.

Salutari, i. saluatore.

48. *Humilitatem*, Græc. ταπείνωσιν, i. paruitatem, seu abiectionem.

Hoc, s. tempore, vel q. d. ob id.

Generatione, i. ætates, seu gentes, s. fideles.

49. *Sanctum*, s. venerandum, & colendum.

50. *A progenie*, &c. q. d. per omnes ætates subuenit.

Timentibus, i. colentibus religiose. Debetur Dei potentiæ, & sanctitati Timor & Reuerentia.

51. *Fecit*, præterita pro præsentibus. *Brachio*, i. virtute.

Dispersit, i. perdidit. *Mente cordis*, q. d. elatos animo, & arrogantes.

52. *Sede*, i. dignitate, seu potentia.

53. *Esurientes*, s. iustitiam, vel pauperes.

Diuites, sc. in oculis suis, i. superbos, vt sit Repetitio, vel confidentes in diuitiis.

Dimisit, s. à se, q. d. priuauit diuitiis, seu bonis quibus gloriabantur.

54. *Suscepit*, s. succurrendo. *Israel*, accusatiuus est.

Puerum, i. seruum, s. se colentem. *Memorari*, i. se memorem declarando.

55. *Abraham*, Datiuus est, qui regitur à misericordiæ, s. promissæ.

Semini, i. posteris.

In secula, i. in perpetuum, coniungendum cum misericordiæ, vel semini.

56. *Mansit*, non vsque ad partum, etsi id quidam putant.

58. *Magnificauit*, &c. i. magna erga eam vsus esset misericordia; sc. dans ei filium, & talem filium.

Congratulabantur, Græc συνέχαιρον, i. congaudebant, sic illud impletum: Multi in natiuitate eius gaudebunt.

59. *Vocabant*, i. vocari volebant. Dabatur nomen in circumcisione, vt nunc in Baptismo, sc. tunc fit de populo Dei.

60. *Mater*, sc.edocta à Spiritu sancto: nam si à viro, citasset eius auctoritatem quamquam non video,cur non ab eo potuerit etiam id didicisse.

62. *Innuebant*. Id opus non erat, si ille vxorem prius monuerat: quanquam forte huic non credebant.

63. *Postulans*, sc.per nutus. *Pugillarem*, Græc. πινακίδιον, i.tabellam, sc. ceratam,in qua olim stylo scribebatur. *Est*, q.d.sic omnino vocandus est,quia Deus ita vult.

65. *Timor*, sc. ex admiratione diuini operis, & reuerentia. *Verba*, i. res. Heb.

66. *Posuerunt*, &c.i.attente cogitarunt.

Quis putas, Græc. quisnam. *Etenim*, &c. verba Euangelistæ, q.d. potentiam enim suam Deus in eius ortu declarabat.

67. *Repletus*, sc.ad loquendum quod sequitur.

68. *Benedictus*, sc.sit,i.laudetur,seu prædicetur. *Israel*,i.quem Israel colit. *Fecit redemptionem*, i. misit redemptionem.*Plebi*,i.populo.

69. *Cornu*,i.robur,q.d.fortem salutem dedit.vel, fortem Ducem qui seruet. *Domo*, i.familia.

Pueri, i.serui.

70. *Locutus est*, i. promisit,seu prædixit.

Sunt, pro,fuerunt.

71. *Salutem*, sc.se daturum:nempe seruaturu m

72. *Cum patribus*, pro patribus,sc.promisso.

Memorari, i.declarandum se memorem.

Testamenti, i. pacti.

73. *Iusiurandum*, pro, iurisiurandi, vel,sub.implendum.

75. *Et iustitia*, explicatio præcedentis. Iustitia enim sanctitas, & iusti sancti.

76. *Parare*, i. ad parandum.

77. *Scientiam*,i.cognitionem.*Remissionem*.sc.per Christum obtinendam.

78. *Misericordia*, sc.qua peccata remittuntur,& salus seu iustitia prima datur non meritis. Gratis enim iustificamur.

In quibus, i.per quæ. *Oriens*,nomen est substantiuum,significans Messiam. vide Zach.6.

Ex alto, i.cœlo,iunge cum,visitauit.

79. *Illuminare*, i.ad illuminandum.

Vmbra mortis, Repetitio est enim id epitheton tenebratum,quod mortis imaginem referant.

Sedent, i.manent. *Pedes*,i,affectus.*Pacis*,i.in pacem ducentem, seu pacificam.

80. *Confortabatur*,i.corroborabatur.*Deserto*,s.ne hominum commercio inquinaretur, & expeditius contemplaretur, & vitæ auctoritate auctoritatem sibi conciliaret.

Ostensionis,quod fecit anno ætatis 29.

CAPVT II.

1. ILlis,sc.anno Imperij Augusti circiter 42.

Describeretur,s.vt sciretur,quot essent Rom. Imperio subiecti. scribebatur autem cuiusque nomen, & quantum haberet facultatum,soluebatque denarium vide Act.5.

Vniuersus, sc.subiectus Augusto.

2. *Prima*, sc. generalium, vel factarum à Cyrino: duas enim fecit. *A Præside*, Græc.Præside, scil. Præsidem agente. Syriæ cuius pars Iudæa, in qua Rex Herodes.

3. *Profiterentur*, sc.se Romanis subiectos.

Suam, i.vnde oriundi.

4. *Dauid*, sc.in ea natus fuerat. *Vxore*, Apparet vxores describi solitas,alioqui cur eo grauida proficisceretur? imo & filij etiam describebantur, & Christum quidam aiunt fuisse descriptum quod descriptionis tempore natus iam esset.

7. *Primogenitum*, primogenitus est etiam quem nullus sequitur. *Pannis*,i.fasciis. *Præsepio*, sc.inter bouem & asinum, secundum Naz. & Nyssen. erat autem præsepe in quodam specu prope Bethleem secundum Iusti.in Tryph. *Et*, Græc.& Syr.eis.

8. *Pastores*, Ignobilia mundi elegit Deus.

Vigilias,sc.per vices suas, Græc.φυλακάς, i.custodias.

Noctis,sc. eius in qua Christus natus.

Gregem, qui solet noctu in septis seruari.

9. *Stetit*,Græc. ἐπέστη, q.d.superastitit.

Claritas, Græc.δόξα,i.gloria. *Dei*, i. à Deo immissa.

Timuerunt,sc.ad insolitum splendorem.

10. *Euangelizo*,i.annuncio. *Populo*,sc.Israel, vel mundi.

11. *Vobis*, i.hominum causa.

Dominus, sc. mundi.

12. *Signum*, s.quo possitis illum agnoscere.

Præsepio, sc. illo noto, & communi, quod erat prope murum ciuitatis ad Orientem.

13. *Multitudo*, sc. ad maiorem auctoritatem, & confirmationem.

Militiæ,i.exercitus,sc.Angelorum.

14. *Gloria*, sc.datur. *Bonæ voluntatis*, i.ex bona Dei voluntate,seu beneplacito, nam Græc. εὐδοκία.

15. *Ad inuicem*, i.inter se.

Verbum, i. rem, Heb.

17. *Cognouerunt*, Græc.& Syr.diuulgarunt, seu notificarunt.

18. *Et de*, Græc.& Syr.de.

19. *Verba*, i. res.

Conferens, sc. ea inter se.

20. *In*, pro, de.

21. *Consummati*, i.completi, sc. vbi aduenisset dies octauus.

22. *Purgationis*, id est, cæremoniarum, quibus lustrabantur puerperæ,vt possent in templum ingredi.

Eius, sc. Mariæ.

23. *Adaperiens vuluam*,id est,primum nascens, Heb.

Sanctum, &c. q.d. Domino consecrabitur,redimebatur tamen quinque siclis. vide Num.18.

24. *Hostiam*, scil. pro matre. vide Leuit. 12. Illud autem Ecclesiæ obtulerunt, pro eo,i.pro eius partu.

Par, sc. alterum in holocaustum, alterum pro peccato, i. partus immunditia, vel pro peccato, si quod interuenisset; etsi n. in Maria nullum, tamen lex seruanda erat.

25. *Timoratus*,Græc.pius,seu religiosus,si sacerdos esset,Lucas id non tacuisset.

Erat, sc.etiam per Prophetiæ donum.

26. *Christum Domini*, i. promissum à Domino Messiam.

27. *In spiritu*,i.actus à Spiritu sancto.

28. *Benedixit*, i.laudauit,seu gratias egit.

29. *Nunc dimittis*, &c.q.d.si nunc dimittas, in pace dimittis.

Secundum verbum tuum, i.vt promisisti.

In pace, i.animo quieto,& voti compote.

30. *Salutare*, i.Saluatorem.

31. *Ante faciem*, i.in conspectu,sc.quem omnes aspiciant,ab eo salutem expectantes.

32. *Reuelationem*, i.illuminationem. *Plebis tuæ*, sc.erat ille Dei populus peculiaris.

33. *Pater*, sc.ita putabatur.

34. *Benedixit*, i. felicia est precatus, vel felices eos prædicauit.

Mariam, sc. ad eam puer vt veram matrem pertinebat.

Ruinam,

Ruinam, ſc. ſpiritualem, per occaſionem. ſic dictus lapis ſcandali, ſc. non credentibus.

Signum, i. portentum, ſeu rem inſolitam. vide Iſa. 8.

Contradicetur, ſc. verbis, & re.

35. *Pertranſibit*, i. penetrabit.

Gladius, ſc. doloris in paſſione Chriſti, Syr. lancea, & quidem Græc. Romphæa.

Vt reuelentur, &c. coniunge cum, *poſitus in ruinam*.

Cogitationes, q. d. appareat multorum animus.

37. *Vſque ad annos*, Græc. & Syr. quaſi annorum.

Octoginta, ſc. ætatis.

38. *Confitebatur*, i. laudabat, vel gratias agebat, ſcil. de Chriſti aduentu, Græc. confeſſione reſpondebat, ſc. Simeonis præconiis. *Illo*, ſc. Domino Chriſto.

Iſrael, Græc. in Ieruſalem, Syr. Ipſius Ieruſalem.

39. *Reuerſi*, ſc. ex Ægypto. vide Matt. 2.

40. *Creſcebat*, i. magis magiſque gratiam prodebat, & virtutem.

41. *Ibant*, ſc. itinere trium dierum.

Paſche, ſc. in die Pentecoſtes & Tabernaculorum, diſpenſabatur cum longe diſtantibus à Ieruſalem. ſic parentes Samuel ſemel tantum aſcendebant.

42. *Duodecim*, ſc. cum incipit in pueris iudicij ſpecimen apparere.

43. *Parentes eius*, Græc. Syr. Ioſeph & Mater eius.

44. *Venerunt*, ſc. ex Ieruſalem profecti.

Cognatos, ſc. quibus putabatur adhæſiſſe in via.

46. *Triduum*, ſc. die tertio. *Interrogantem*, ſc. & reſpondentem. vide inf.

48. *Admirati*, ſc. neſcientes facti huius cauſam.

Dixit, ſc. ſeorſim. *Dolentes*, ſc. ne amitterent, aut quid ei mali accideret, Syr. anxij.

50. *Intellexerunt*, ſc. plene.

51. *Verba*, ſc. quæ poſtea Apoſtolos docuit.

52. *Proficiebat*, &c. i. magis indies ſapientiam exercebat. *Ætate*, Græc. ἡλικίᾳ, alias vertit ſtaturam.

Apud Deum, i. Deo probante.

CAPVT III.

1. TIberij, Huius Imperij anno 12. Pilatus in Iudæam miſſus, ſc. miſſo Archelao ab Auguſto in exilium 10. regni ſui anno, Iudææ cœpti dari Præſides, primuſque fuit Coponius, vt ait Ioſeph lib. 8. antiq. c. 1.

Procurante, i. gubernante.

Tetrarcha, i. principe, etſi n. id nomen ſignificet quartæ partis, ſc. regionis alicuius, ſeu prouinciæ principem, tamen etiam alio modo ad principes transfertur. Plinius quidem ait in Cæleſyria fuiſſe Tetrarchias 17. Erant hæ velut Regna. Tres quidem, de quibus hic fit mentio, Agrippa poſtea à Caio Imper. obtinuit.

Liſania, non fuit iſte, vt illi duo, Herodis filius, nec ei ſucceſſit.

Abilinæ. Regio dicitur eſſe apud Libanum.

2. *Principibus*, ſummos fuiſſe indicat. forte per vices miniſtrabant, vel Annas depoſito pontificatu, nomen tamen retinebat. Iam Pontificatus cœperat eſſe venalis, aut Principum fauore acquiri. quo minus mirum, tam turpiter grauiterque erraſſe de Chriſto.

Verbum, i. præceptum, vel inſpiratio.

Super, pro, ad.

Iordanis, i. Iordani finitimam.

5. *Omnis vallis*, &c. explicatio eſt viæ expeditæ, ſc. complanatæ & rectæ.

Praua, i. obliqua, ſeu tortuoſa, Græc. σκολιὰ.

Directa, Græc. directam, ſc. viam.

6. *Videbit*, ſc. corporis oculis.

Caro, i. homo.

Salutare, i. ſalutem, ſeu Saluatorem.

7. *Turbæ*, in quibus Phariſæi & Sadducæi, vt dicitur Matt. 3. *Genimina*, i. progenies.

Oſtendit, præteritum eſt.

11. *Duas*, i. plures quam ei neceſſe eſt, quod n. neceſſarium, vnum dicitur. *Det*, ſc. eam, quæ non eſt ei neceſſaria.

14. *Concutiatis*, i. male tractetis, ſeu inique cædatis, vel per metum quidquam extorqueatis ab aliquo, id enim concuſſio dicitur.

Calumniam, ſcil. falſa apud Præſidem accuſatione.

15. *Exiſtimante*, Græ. & Syr. expectante. Noſter forte legit δοκοῦντος, nunc enim προσδοκοῦντος.

16. *Fortior*, ſc. virtute ad ſaluandum.

Dignus, Græc. ἱκανὸς, i. idoneus, ſeu ſufficiens.

Igni, vel tribulatio intelligitur, vel ignis Purgatorij.

17. *Ventilabrum*, i. iuſtum iudicium.

Aream, ſc. eccleſiam. *Horreum*, ſc. cœleſte.

18. *Euangelizabat*, i. prædicabat, ſc. de Chriſto & Dei regno.

20. *Et incluſit*, pro, vt includeret.

22. *Complacuit mihi*, q. d. tu mihi ſingulariter places.

23. *Incipiens*, ſc. prædicare, vel eſſe ætatis.

Quaſi, quidam putant nondum expleto anno trigeſimo: alij probabilius expleto, & incepto 31.

Heli, ſc. gener. ſecundum quoſdam, qui Heli dicunt eſſe Ioachim patrem Mariæ, qui Eliachim & Heli dictus ſit.

27. *Zorobabel*. Iſte & Salathiel, alij ſunt ab illis, de quibus Matt. 1.

29. *Ieſu*, Græc. & Syr. Ioſe.

36. *Cainam*, id ex 70. ſumptum, nunc enim Heb. Arphaxat genuit Sale. vide Gen. 11.

CAPVT IV.

1. AGebatur, i. ducebatur, Syr. ductus eſt. *In ſpiritu*, i. vi Spiritus S. Syr. à Spiritu.

2. *Et tentabatur*, Græ. tentatus, Syr. vt tentaretur.

Diebus illis, intellige etiam noctes.

3. *Lapidi*, pro, lapidibus.

4. *Viuet*, i. viuere poteſt. *Verbo*, i. re. *Dei*, i. quam Deus dixerit, ſeu voluerit.

9. *Duxit*, id factum ſecundo loco, vt ait Matt.

Pinnam, i. alam, ſeu extremitatem tecti, quod planum erat.

13. *Ad tempus*, ſc. rediturus poſtea. iuxta illud Ioan. 14. venit enim princeps huius mundi, &c.

14. *Virtute*, i. vi, ſc. qua agebatur. *Regionem*, ſc. finitimam, vt eſt Græc.

15. *Et ipſi*, pro, ipſe enim. *Magnificabatur*, Græ. glorificatus.

16. *Surrexit*, forte ſtantes ſolebant legere, ob ſcripturæ reuerentiam.

17. *Reuoluit*, ſcil. erat membrana inuoluta. vt & hodie etiam apud Iudæos.

18. *Propter quod*, i. quia in me erat. *Contritos*, i. confractos, q. d. tribulatos, ſeu afflictos.

19. *Captiuis*, ſc. peccato. *Remiſſionem*, i. liberationem, ſeu dimiſſionem.

In remiſſionem, pro, remittendo, ſeu ſoluendo.

Annum, i. tempus.

Acceptum, ſc. quo homines in gratiam recipit. Iſa. 49. placitum vocatur. *Retributionis*, i. donationis, ſeu vltionis, ſc. hoſtium ſpiritualium.

20. *Intendentes*, sc. expectabant aliquid noui.

21. *In auribus vestris*, i. vobis audientibus eam, q d. ego sum, de quo loquitur.

22. *Omnes*, i. plurimi.

Testimonium, &c. q. d. illum commendabant.

Gratiæ, i. gratiosis, seu plenis gratiæ.

23. *Vtique*, Græc. πάντως i. omnino.

Similitudinem, Græc. παραβολὴν, q. d. prouerbium.

30. *Ibat*, sc. nihil ab eis læsus elabebatur.

32. *Potestate*, i. auctoritate, & efficacia.

33. *Immundum*, epitheton diaboli, quod immunditiis delectetur.

34. *Sine*, i. omitte nos.

Perdere, i. mittere in infernum, q. d. nondum tempus est.

Sanctus, Græc. ὁ ἅγιος, ille sanctus, sc. de quo scriptura. *Dei*, sc. es.

36. *Pauor*, sc. stuporis.

Verbum, i. res.

Potestate, i. auctoritate Syr. imperio.

38. *Febribus*, Græc. & Syr. febri.

39. *Stans*, Græc. astans. *Super*, i. iuxta, vel flexo corpore.

41. *Loqui*, &c. dicere se scire ipsum, &c.

CAPVT V.

1. Stabat, pro, staret.

4. *Duc*, sc. nauem.

Altum, i. profundiorem locum.

5. *Verbo*, i. iussu.

7. *Annuerunt*, sc. loqui, aut clamare non poterant præ admiratione.

8. *Exi*, i. discede.

9. *Circumdederat*, i. oppresserat.

10. *Capiens*, Græc. viuos capiens. Syr. piscans ad vitam.

12. *Ciuitatum*, leprosi per ciuitates transire poterant, habitare non poterant. vide Leuit. 13.

13. *Mundare*, i. mundus esto.

14. *Testimonium*, sc. quod mundus sis, egoque legem seruem, possimque talia. *Illis*, sc. sacerdotibus.

15. *Perambulabat*, i. diuulgabatur. *Sermo*, i. fama, seu rumor.

17. *Erat*, i. aderat prompta, vel se exerebat oblata occasione.

Eos, sc. qui egebant.

20. *Quorum*, sc. ægroti, & portantium.

Fidem, sc. coniunctam fiduciæ impetrandi sanitatem.

25. *Magnificans*, Græc. glorificans.

26. *Magnificabant*, Græc. glorificabant.

Mirabilia, Græc. παράδοξα, i. incredibilia, seu inopinabilia, adeoque mirabilia.

27. *Exiit*, sc. ad mare, vide Mar. 2.

28. *Omnibus*, sc. negotiis, postea vero etiam rebus.

30. *Eorum*, sc. Iudæorum.

34. *Filios sponsi*, sc. qui nuptiis intersunt, Græc. filios thalami, i. nuptiarum.

36. *Vestimento*, sc. ablatam.

A nouo, sc. ablata.

39. *Bibens vetus*, &c. q. d. assueti aliquibus ea præferunt, paulatimque ad noua assuefaciendi sunt.

CAPVT IV.

1. Sabbatho, secundo, primo, i. festo succedente ipsi sabbatho, vel sabbato succedente alicui festo. vide Matt. 12. (& festa enim alia sabbatha vocabantur, quod in eis etiam à seruilibus operibus quiesceretur) vel vltimo die festi alicuius per 7. dies durantis, erat n. primo par celebritate. vide infra.

4. *Domum Dei*, i tabernaculi atrium.

5. *Quia Dominus*, &c. q. d. Huc accedit, quod Dominus, &c. *Sabbathi*, adeoque potest in eo dispensare.

6. *Alio sabbatho*, apparet illud de quo sup. sabbathum fuisse, & forte incidebat in aliquod festum. Ideoque dicebatur secundo primum, i. duplici ratione sabbathum, seu festum celebre.

8. *Medium*, pro, medio.

9. *Animam*, i. vitam, seu hominem, Heb.

Perdere, Græc. occidere.

10. *Circumspectu*, sc. an aliquis vellet respondere.

11. *Insipientia*, Græc. dementia, sc. velut amentes facti, nihil potuerunt respondere, Syr. inuidia.

12. *Dei*, i. qua Deum precabatur.

13. *Apostolos*, sc. missurus eos erat in mundum, q. legatos, cum maxima potestate docendi, leges ferendi, & miracula faciendi.

15. *Vocatur*, pro, vocabatur. *Zelotes*, aliàs dicitur Cananæus, quod idem Heb. significat.

16. *Iacobi*, sc. minoris fratrem, Syr. Iacobum filium.

17. *Campestri*, i. plano, & capaci, in ipso tamen monte, vt patet ex Matt. 5. vel id factum post sermonem, de quo inf. qui est idem cum illo Matth. 5. similiter enim incipit, & desinit. *Et Tyri*, Græc. Syr. & Compl. Tyri.

19. *Exibat*, sc. per effectum.

10. *Discipulos*, sc. in eos hæc præcipue quadrabant.

22. *Separauerint*, sc. vt fit excommunicando.

Exprobauerint, i. probris affecerint.

Eiecerint, &c. q. d. memoriam vestri delere curauerint vel officium vestrum, seu munus repudiauerint.

Malum, Syr. improborum. *Filium hominis*, i. me.

23. *Die*, i. tempore. *Merces*, i. præmium, quod sic vocatur, quia operum merito redditur.

Multa, i. copiosa. *Est*, pro, vos manet.

Patres, i. maiores.

25. *Nunc*, sc. cum flendum esset. *Lugebitis*, sc. animo. *Flebitis*, sc. corpore.

26. *Homines*, sc. mundani, laudare enim solent hi, & prædicare sibi similes.

28. *Benedicite*, i. bene precamini.

29. *Vestimentum*, sc. superius, seu pallium, nam Græc. ἱμάτιον.

30. *Petenti*, sc. rem honestam, seu ipsi necessariam.

31. *Vultis*, sc. rationabiliter.

32. *Gratia*, sc. habenda, vel q. d. quam gratiam facitis?

34. *Recipere*, sc. quid simile. *Fœnerantur*, i. mutuum dant. *Æqualia*, i. similia beneficia.

35. *Sperantes*, sc. ab hominibus. *Merces*, sc. apud Deum, propter quem talia facienda. *Filij*, pro, imitatores, velut filij.

36. *Misericordes*, i. benefici.

37. *Iudicare*, sc. temere. *Condemnare*, forte est explicatio præcedentis: Iudicare enim in Scriptura sæpe pro condemnare vsurpatur.

Dimittemini, i. dimittetur vobis.

38. *Bonam*, i. iustam.

Confertam, expressam.

Coagitatam, i. bene concussam. *Supereffluentem*, i. effusissimam. *Dabunt*, pro, dabitur.

40. *Super*, i. excellens.

43. *Enim*, pro, autem.

45. *Thesauro*, pro, velut thesauro.

CAPVT

CAPVT VII.

1. *Impleffet*,i.abſoluiſſet. *Moriturus*,i.morti proximus. *Pretioſus*,i.carus,vt ſolent pretioſa.
3. *Veniret*. Id quidam putant à Iudæis profectum, nec enim Centurionem id petiiſſe.
4. *Solicite*,i. ſedulo Græc.σπουδαίως, i. ſtudioſe.
6. *Vexari* , i. fatigari.
8. *Et dico*,pro,& tamen dico.
11. *Naim*,non longe diſtabat à Capharnaum.
Eius. Græc.eius multi.
12 *Efferebatur*,ſ.extra ciuitatem,demore ſepeliendus.
Vnicus,Græc.μονογενής,i.vnigenitus.
13. *Super*,pro,erga.
16. *Timor* , ſ. ex ſtupore. *Magnificabant*, Græc. glorificabant.
Surrexit,i. excitatus eſt,ſeu apparuit.
17. *Sermo*,i.fama , ſeu rumor. *Iudæam* , i. regionem duodecim Tribuum.
19. *Venturus es*,i. venturus expectabaris, Græc. ὁ ἐρχόμενος, ille venturus. *Expectamus*, id eſt,expectare debemus.
21. *Plagis*,i.cruciatibus,Græ.flagellis.
Euangelizantur,i.audiunt Euangelium.
25. *Domibus*,i.palatiis, Græc. βασιλείοις.
Sunt,i.verſari ſolent.
29. *Et omnis*,& cæt.verba videntur Euangeliſtæ etſi quidam putant Chriſti eſſe. *Audientes*,ſ. Chriſtum,vel Ioannem. *Iuſtificarunt*,i. approbarunt,ſeu laudarunt,ſ.qui Ioannem miſiſſet.
30. *Conſilium*,ſ.per Ioannem præparandi ad gratiam Chriſti. *Inſemetipſos*,i.intra ſe,vel quod erat in bonum ipſorum,vel contra ſe.q.d.ſpreuerunt in ſui pernicem,Syr.apud ſe.
31. *Similes dicam*,Græ.aſſimilabo. *Generationi*, i. generis vel ætatis.
33. *Nec manducans*,&c.q.d.canens lugubria,ſeu ad pœnitentiam inuitans.
Manducans,&c. q.d. læta annuncians, ſcil.ſalutem.
35. *Iuſtificata*,i.approbata,& laudata.
Sapientia,ſ.Dei. *Filus*.ſ.electis.
37. *Mulier*,&c.Græc.mulier in ciuitate illa, quæ erat peccatrix, *Ciuitate*,ſ. Galilææ.
Peccatrix,ſc. peccato libidinis. *Accubuit*,i. eſſet accubiturus *Alabaſtrum*,i.vas ex alabaſtro.
38. *Stans*, ſc. erat triclinium in loco edito. vide Suetonium in Caligula. vbi ad huius cœnantis pedes refert ſtantes quoſdam famulos , linteo ſuccinctos.
Pedes,ſ. puluere aſperſos, & de more nudos. ſic enim ſolebant cum recumberent, ne calceis toros inquinarent.
41. *Duo*.ſub.dixit Chriſtus. *Fœneratori*,i. creditori ex mutuo.
42. *Diligit*,Græc.i. ἀγαπήσει,i.diliget.
45. *Intraui*,ſ ſtatim illa ad ingreſſi & recumbentis pedes acceſſerat.Syr.intrauit.
47. *Remittuntur*,&c.hic ſub audienda aliqua in hunc modum ſi huic prius dimiſiſſem , deberet me iuxta tuam ſententiam diligere multum:nunc vero cum tantum amorem oſtendat ante remiſſa (quod ſciat)peccata ſua.facere non poſſum, quin ei prorſus omnia remittam.Scio aliter exponi locum ab aliis,ſed id interim plus placet.
50. *Fides*,ſc coniuncta amori.vt proxime dictum.
In pace,i.proſpere,ſeu feliciter.

CAPVT VIII.

2. *Dæmonia*,vel dæmones,vel vitia,ſeptem autem,pro multa.
3. *Procuratoris*,Syr.præfecti domui
5 *Qui ſeminat*,Græ.ſeminator,ſeu ſeminans.
8. *Qui habet*,&c.q.d.attendat quiſque.
9. *Qui eſſet*,i.qui ſignificaret.
10. *Myſterium*,i.arcana.
13. *Et hi*,pro,ſed hi.
Euntes,i. conuerſantes in mundo , vel q.d. progreſſu temporis
15. *Bono & optimo*,,Græc.bono & bono,i.optimo Syr.humili & bono *In patientia*,i.per patientiam.
17. *Enim* pro,autem. *Palam*,i.apertum.
18. *Quomodo*,q.d.ne negligenter.
Non habet,ſ.vt debet,quia non operatur.
Se habere,ſ. ſic,vt ei auferri non debeat.
22. *Aſcenderunt*,ſ.in altum mare, vt Græc.indicatur.
23. *Complebantur*,ſ.fluctibus.
24. *Surgens*,Græ.ἐγερθεὶς,i.experge factus.
25. *Dixit*,pro,dixerat,ſ.prius.vide Matt.8.
31. *Abyſſum*.i.infernum.
32. *Permiſit*,ſ. vt appareret,quam multis dæmonibus hominem liberaſſet *Stagnum*,i.lacum.
37. *Timore*,ſ.ob amiſſos porcos, timebant enim ne quid ſimile paterentur, ſi apud illos Chriſtus maneret.
39. IESVS,ſ.is erat Deus de quo proxime.
46. *Virtutem* , i.effectum virtutis, ſeu potentiæ.
47. *Non latuit*,putauerat ſe poſſe latere.
49. *Ad Principem* , Græc.à Principe, i. domo Principis. *Vexare*,i.fatigare.
54. *Clamauit*,ſ.velut ad abſentem animam,ſimul etiam vocis vim indicans.
55. *Manducare*,ſ.vt appareret,vere eſſe reſuſcitatam.
56. *Præcepit*, ſc. docens nos fugere vanam gloriam.

CAPVT IX.

1. *Apoſtolis*,Græ.diſcipulis.
Virtutem & poteſtatem, i. potentem virtutem.
Super,i.contra.
3. *In via*,i.ad iter.
4. *Ne exeatis*,Græ.& Syr.exeatis,q.d ne mutetis hoſpitium,ſed in primo manete , donec exeatis è ciuitate.
5. *Supra*,i.contra.
7. *Hæſitabat*,i.perplexo erat animo.
9. *Quærebat*,i.optabat.Syr.volebat.
12. *Duodecim*,id eſt,Apoſtolis,ſic enim interdum vocantur.
13. *Niſi forte*,q.d.non poſſumus quod iubes,niſi forte,&c.
14. *Conuiuia*,Græ. κλισίας ,i.accubitus.
16. *Benedixit*, ſc.vim tribuens , qua multiplicarentur.
Illis,ſ.panibus,& piſcibus.
21. *Increpans*,pro.interminatus.
23. *Quotidie*,ſ quoties ſe occaſio offeret.
24. *Qui*n,&c.vide Matt. 10.
25. *Proficit*,i. iuuatur. *Et detrimentum*, Græc. & Syr.aut detrimentum,i. iacturam.
26. *Maieſtate*,Græ. δόξῃ,i gloria.ſic infra.
28. *Fere*,ſ.non erant integri.
31. *Exceſſum*,Græc.ἔξοδον,i. exitum,ſ. mortem per paſſionem. *Completurus*,i.ſubiturus,ſeu facturus.
32. *Grauati*,ſ.Chriſto orante.

33. *Discederent*, sed nondum discessissent, sc. cœperant discedere, Syr. cœpissent discedere.

34. *Illis*, s. Mose, & Elia, vt est Syr. vel iis, & Apostolis.

36. *Fieret*, i. facta esset.

37. *Descendentibus*, Græ. vbi descendissent.

Illis, Græc. illi.

38. *Vnicus*, Græc. vnigenitus.

39. *Elidit, & dissipat*, Græc. lacerat, seu discerpit.

Dilanians, Græc. conterens.

41. *Peruersa*, Græ. διεστραμμένη, i. distorta.

42. *Elisit* Græ. lacerauit, Syr. prostrauit.

Dissipauit, Græ discerpsit, seu, conuulsit. Syr. fecit stridere.

44. *Magnitudine*, Græc μεγαλειότητι, i. magnificentia, seu maiestate in Christo ostensa.

Cordibus, Græc. & Syr. auribus, q. d. diligenter auscultate. *Sermones istos*, i. quod dicam iam.

45. *Verbum*, i. rem, seu mysterium.

Sentirent, i. plene perciperent. *Timebant*, s. ne reprehenderentur, aut audirent quæ nollent.

46. *Intrauit*, s occasione dictorum de morte, & resurrectione. *Cogitatio*, simul & disputatio.

48. *Puerum*, i. similem aliquem. *Minor est*, pro, minor fuerit, i. humilior. *Maior est*, Græ. & Syr. maior erit.

49. *Sequitur*, s. te.

50. *Vos*, pro, vobis, Græc. & Complut nos, pro nobis.

51. *Complerentur*, i. compleri inciperent. nam post sex menses passus est. *Assumptionis*, s. ex mundo per mortem. *Et*, abundat, more Hebr. *Faciem firmauit*, i. firmiter statuit, vel q. d. vultu imperterrito iter suscepit ad locum vbi erat occidendus.

52. *Ciuitatem*, Græ. κώμην, i castellum, seu pagum, aut oppidum. s. *Pararent*, hospitium.

53. *Quia facies*, &c. q. d. quia apparebat illum ire in Ierusalem adorandi causa. quod Samaritanis displicebat, contendentibus in Garizim monte suo potius adorandum.

54. *Et Ioannes*, fortè hi duo fuerant missi.

Dicimus, Græc. εἴπωμεν, dicamus, i iubeamus.

55. *Estis*, pro, esse debeatis, vel instinctu moueamini ad id.

57. *Via*, sc. alia, & non illa, de qua proximè. vide Matt. 8.

59. *Sepelire*, q. d. manere cum patre vsque ad eius mortem.

60. *Vade*, &c. q d. assume officium prædicandi.

61. *Renunciare*, i. valedicere, s. datis mandatis. vide Act. 8. vbi idem verbum Græcum.

62. *Aratrum*, i. melioris vitæ institutum.

Respiciens, &c. solicitus de iis quæ in sæculo reliquit.

CAPVT X.

1. SEptuaginta duos, Græc. & Syr. septuaginta. sic & infra.

4. *Salutaueritis*, non prohibet officia humanitatis, sed ne patiantur impediri rebus non necessariis. Vide 4. Reg. 4.

6. *Filius pacis*, i. pace dignus. vide Matt. 10.

Sin autem, i. sin minus, seu alioqui.

7. *Sunt*, sub. & vobis ab illis offeruntur. *Mercede*, adeoque cibo. Matt. 10. dicitur, cibo suo.

Appropinquauit, i. prope est. s. si velitis credere Euangelio.

11. *In vos*, q. d. vobis habete.

12. *Remissius*, i. tolerabilius.

13. *Olim*, i. iam pridem. *Cilicio*, Græc. sacco.

Pœniterent, pro, pœnituissent.

15. *Ad cælum*, q d. maximè. *Exaltata*, s. superbia, vel mea præsentia, doctrina & miraculis.

17. *In nomine*, i. auxilio, seu virtute.

18. *Fulgur*, s. quod statim extinguitur.

Cælo, vel cœli intelliguntur, vel potestas, de qua per Apostolos deiectus virtute à Christo data.

19. *Dedi*, Græc. do. *Supra*, i. contra. *Virtutem*, i. potestatem.

20. *Gaudere*, s. præcipue, vel vobis complacendo.

Cælis, s. in libro vitæ, vbi scripti electi.

21. *Spiritu sancto*, s. ad id mouente, v. q d. gaudio, spirituali, Græ. spiritu, q. d. animo. Syr. Spiritu sancto.

Confiteor, i. laudo. *Etiam*, q. d sane id fecisti.

25. *Ecce*, s. alio quodam tempore, nec enim statim post præcedentia. *Legis peritus*. Hi aliàs vocantur Scribæ.

27. *Toto corde*, id reliqua comprehendit, sed adduntur ad maiorem explicationem. vide 4. Reg. 10.

Sicut te, s. volendo bonum, nolendo malum, benefaciendo, &c.

28. *Viues*, s. æterna vita, de qua quæsisti.

29. *Iustificare*, i ostendere iustum, qui sic esset de salute solicitus.

30. *Suscipiens*, i. respondens. *Descendebat*, s. ex editiori loco. *Semiuiuo*, Græc. semimortuo.

34. *Oleum & vinum*, s. illud lenit, & fouet, id tergit, & corroborat. *Stabulum*, i. diuersorium.

35. *Altera*, i. sequenti. *Stabulario*, i. hospiti.

Supererogaueris, i. præterea insumpseris.

36. *Proximus*, i. proximi functus officio.

38. *Castellum*, s. Bethaniam.

39. *Etiam*, s. cum aliis fœminis vel q. d. totam se composuerat ad attentionem, etiam sedendo.

40. *Satagebat*, i. valde erat solicita.

Frequens, Græc. multum. *Dic*, q. d. alioqui non hinc auelletur.

41. *Martha*, repetit ex beneuolentia, vel ad attentionem.

42. *Vnum*, s rerum diuinarum studium.

Optimam, Græc. bonam.

CAPVT XI.

1. DIscipulis, s. ex 70.

2. *Ait*, Apparet Christum bis docuisse orandi modum, semel enim in monte docuerat.

Regnum tuum, Græc. & Syr. additur. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra.

3. *Quotidianum*, Græc. etiam hic, sicut Matt. 6. ἐπιούσιον, *Hodie*, Græc. & Syr. quotidie.

4. *Tentationem*, Græc. & Syr. additur. Sed libera nos à malo.

5. *Habebit*, pro si habeat.

7. *Pueri*, i. famuli, seu filij. *Cubili*, q. d. etiam ipsi cubant.

8. *Improbitatem*, Syr. importunitatem.

Dabit illi, sub. quanto magis Deus, cui nullum est importunum tempus?

10. *Accipit*, pro accipiet, sic inuenit, pro, inueniet.

Aperietur, sub. in iis, si vt debet, petat, quærat, & pulset.

13. *Data*, i. dona. *De cœlo*, abundat. *Bonum*, Græc. & Syr. sanctum. *Se*, i. ab ipso.

Mutum, i. hominem mutum faciens.

Eiecisset, Græc. & Syr. exisset.

16. *Tentantes*, i. potentiæ, eius periculum facientes.

17. *In se*, i. contra se. *Domus*, i. familia. *supra domum*,

mum,i.contra domum,ſc.diuiſa. *Cadet*,i.deſtruetur.

18. *In ſe*,i. contra ſe,ſc. ſi inter ſe dæmones diſſideant.

Regnum,ſ.quod tantopere ſtudet conſeruare.

19. *In quo*,i. cuius ope. *Iudices*,&c.q.d.ipſi vos condemnabunt.

20. *Digito*,i.virtute. *In vos*,i.ad vos.

Regnum Dei,i Dei potentia,qua regnat,facitque quod vult erat vero hæc in Chriſto.

21. *Atrium*,i.domum. *In pace*,i.ſalua.

22. *Diſtribuet*,ſ.inter amicos,vt fit.Chriſtus quidem diſtribuit animas , committens Apoſtolis,eorumque ſucceſſoribus.

24. *Inaquoſa*, i.arida.ſc.animas tentat mortuas mundo.

25. *Inuenit*,præſens eſt *Ornatam*,Syr.paratam.

26. *Septem*,i.multos. *Prioribus*. Hic ſubintellige ſimiliter accidiſſe Iudæis.

28. *Quinimo* Græc.μενοῦνγε, quod etiam ſignificat certe,q.d.etiam illi beati qui,&c.

30. *Signum*,ſc.quod à Deo miſſus eſſet. liberatus enim poſt tres dies è ventre ceti, id Niniuitis dixit.

33. *Modio*,i.vaſe.

36. *Si ergo*, pro, quod ſi. *Corpus tuum*,i. actiones tuæ. *Erit lucidum totum*, &c. pro, vtquod lucidum totum ſit,quamquam,cum Græc.in ſequentibus ita habeatur,vt cum lucerna fulgore illuminat te. poteſt ſenſus eſſe,ſic erit lucidum totum vt eſt lucida domus accenſa lucerna. *Fulgoris*,pro,fulgens.

37. *Loqueretur*, i. doceret,ſc.alio quodam tempore.

38. *Cœpit* ,&c. Græc. & Syr. cum vidiſſet miratus eſt quod non prius eſſet ante prandium baptizatus.i.lotus.

39. *Calicis*,i.poculi. *Catini*,q.d.patinæ ſignificat vero parabolice illos ſoli munditiæ exteriori ſtudere,interiori neglecta , vt ſi quis patinam intus ſordidam,ſolum extrinſecus purget.

40. *Fecit*.ſ.Deus

41. *Quod ſupereſt*, i. adeſt. q.d.de iis quæ ſuppetunt vobis,id enim Græc.ſignificatur.Quidam Ironice dictum putant,q.d.nec vero ſufficit, vt putatis,dare eleemoſynam,vt omnino mundi efficiamini, quæ mihi ſententia non diſplicet quomodo enim iſti ſola eleemoſyna mundarentur? Crediderim ego iſtam ſententiam ſolitam ab ipſis vſurpari , quam Chriſtus irrideat.

42 *Decimatis*,ſ.dando decimas.

Omne,i.quod vis. *Iudicium*,i.iuſtitiam.

Dei,i.in Deum *Illa*,ſ.decimas.

43. *Diligitis*,i.optatis,ſeu ambitis.

44. *Parent*,i.apparent,ſ.ſub terra latentia.

Neſciunt,ſ.quid intus lateat.

46. *Oneribus*,i.præceptis grauibus.

48. *Teſtificamini*,ſ. per opera veſtra, ſimilia illorum operibus. *Ædificatis*, ſpecie quidem pietatis, ſed animo non diſſimili iis,qui occiderunt.

49. *Sapientia Dei*,ſ.ego. vide Matt.23.

Dixit,dixerat id Chriſtus aliquando.

Ex illis,ſ.aliquos.

50. *Inquiratur*,i.requiratur,q. d. detis pœnas effuſi ſanguinis. *Iſta*. ſ. ſolet Deus punire eos,in quibus completur iniquitas. Nec vero punit pro peccato alieno,ſed pro proprio, ſc.populi vnius,cuius illi quos punit,pars quædam eſt, quanquam nullus in particulari puniatur pluſquam meretur, id quod ipſe particulariter peccauit.

51. *Zacharia*.vide Matt.23. *Altare*,ſ.holocauſtorum. *Ædem*,i.templum. *Ita*, Græc.ναὶ,i.certe.

52. *Tuliſtis*, i.accepiſtis *Introiſtis*, ſcil. ad Deum per me.

53. *Inſiſtere* , i.vrgere quæſtionibus.

Opprimere,ſ, obruere quærendo multa , vt ſi non omnibus reſponderet.haberetur imperitus.

CAPVT XII.

1. *Circumſtantibus*.Græc.congregatis, & ſignificatur fuiſſe ingentem multitudinem.

Attendite , Græc.attendite vobis,i.cauete,προσέχετε ἑαυτοῖς. *A fermento*,ſ.ne inficiamini,aut decipiamini.

Hypocriſis,vitiat hæc opera fermenti modo.

2. *Reueletur*,ſ.hic aut in futuro.

3. *Quoniam*,Græc.quapropter. *Lumine*,i.palam.

Cubiculis,i.ædium penetralibus. *Teſtis*,hæc in Palæſtina plana ſunt.

4. *Amicis*,i.dilectis. *Terreamini*,Græc. timeatis.

5. *Ita*,Græc.ναὶ.i.ſane,

6 *Dipondio*,i.duobus aſſibus.

7. *Pluris eſtis*,i.præſtatis.ſic infra.

8. *Me*,Græci.n me pro me.ſic Pſal.16.& 43.in nomine,pro,nomen.

11. *Qualiter*,i. de modo. *Quid*,i.de re.

Reſpondeatis,ſ.accuſantibus vos.

13. *Dic*,i præcipe.Heb.

14. *Vos*,ſ.de terrenis diſſidentes.

15. *Omni*,ſ.eſt etiam auaritia in aliis,quam pecunia. *Abundantia*,iunge cum,ex his,i.horum,q.d non viuit quis diutius,aut felicius,quod abundat facultatibus.

10. *Similitudinem*,Græc parabolam.

18. *Bona*,ſc. reliqua. vel q.d. hæc enim ſunt bona mea.

19. *Epulare*,Græc.εὐφραίνου,i.oblectare.

21. *In Deum*,pro in Deo,i.rebus diuinis,ſeu Dei amore diuitias diſpenſans.

22. *Animæ*,i.vitæ.

25. *Cogitando* , ſc.anxie, ſeu ſolicite, vt patet ex Græc.

27. *Lilia*,pro flores. *Gloria*,i.magnificentia.

28. *Vos*,ſc. veſtiet.

29. *In ſublime tollit*, i. animo eſſe ſuſpenſo, præ ſolicitudine de temporalibus , Syr.ne immoretur mens veſtra in iſtis.

30. *Quærunt*,ſ.ſolicitare,ſeu præcipue.

31. *Iuſtitiam eius*,i.per quam ad id peruenitur.

32. *Puſillus*,ſ.numero,vel viribus.

33. *Sacculos*,i.crumenas.

35. *Præcinctis* , ita ſolebant iter facturi, ne veſtium prolixitate impedirentur. vtebantur enim talaribus , vt etiam nunc orientales. *Ardentes*,i.accenſæ.

36. *Et vos*, Alia videtur parabola , quamquam, poteſt eadem eſſe,vt illi intelligantur nocte accenſis lucernis expectare Dominum. *Nuptiis*,i.nuptiali conuiuio.

37. *Tranſiens*, i.diſcurrens, & circumſpiciens,an in menſa aliquid deſit.

38. *Et ſi*, &c. q.d. beati qui ſemper vigilantes à Domino reperiuntur.

39. *Fur*, vide 1. Theſſ 3.& 5. 2.Pet.3. Apoc.3. & 16.

Veniret,i.venturus eſſet.

40. *Veniet*,ſ.ad Iudicium vniuerſale,vel particulare in cuiuſque morte,tunc enim venire creditur, ſaltem per Angelos,certe adeſt per imperium,& iudicium.

42. *Quis putas*, Græc.Qus nam. ſignificatur vero raritas, *Tritici*,iunge cum,menſuram.

45. *Dixerit*,i.cogitauerit.

46. *Sperat*,i.expectat. *Diuidet*,i. ſperabit à ſeruis fide libus. *Partem*,i ſortem,ſeu portionem.

Infidelibus

Infidelibus, s. seruis, q.d. puniet, sicut infideles.
48. *Non cognouit*, s. vt alter.
49. *Ignem*, s. charitatis. *Nisi vt accendatur*, Græc. & Syr. si iam accensus est?
50. *Baptismo*, pro, baptismate, s. passionis. *Coarctor*, s. desiderio.
52. *In duos*, i. contra duos,
53. *Socrus*, quæ eadem mater, ita tantum quinque.
54. *Nimbus*, Græ. ὄμβρος, i. imber. *Fit*, s. vt plurimum.
57. *Quid*, i. cur. *A vobis ipsis*, i ab iis quæ facere soletis, Syr. per vos ipsos, q.d per rationem qua præditi estis. *Iustum*, i. æquum est facere.
58. *Autem*, Græc. enim. *Vadis cum*, &c. vide Matt. 5.
Nouissimum minutum, i. etiam minimum numum qui restet soluendus.

CAPVT XIII.

1. NVnciantes, sc. vt audirent, quid de ea re ipse sentiret. *Cum sacrificiis*, s. eos dum sacrificabant, iussit occidi.
3. *Similiter*, s. diuina vltione oppressi.
4. *Sicut*. Græc. aut.
6. *Similitudinem*, Græc. parabolam.
9. *Fructum*, sub bene quidem.
10. *Synagoga*, Græc. & Syr. vna synagogum.
Sabbathis, scil. tunc solebant eo frequentes conuenire.
11. *Spiritum*, s. dæmonis opus erat. *Inclinata*, i. incurua.
12. *Dimissa es*, pro, iamiam dimitteris. liberaberis.
14. *Respondens*, i. locutus, Heb.
16. *Isto*, s. tam misero.
18. *Simile æstimabo*, Græc. Assimilabo sic infra.
24. *Contendite*, sc. omnibus viribus. *Intrare*, s. in cœlum. *Quærent*, i. optabunt, seu operam dabunt.
Non poterunt, s. quia non quæsierunt, vt par erat
25. *Intrauerit*, Græ & Syr. surrexerit.
Incipietis, & cæt. q.d. quamquam sic tum dicatis; nihil proderit. *Nescio vos*, i. perinde estis apud me vt ignoti, Græc. non noui vos, sic & inf.
28. *Ibi*, s. in inferno.
30. *Sunt*, pro, erunt. Intelligit vero Iudæos.
Primi, s gentiles.
31. *Dicentes*, s. finxerant id.
32. *Vulpi*, i. Herodi. vel, ei qui istud finxit.
Ille, Græc. huic. *Hodie & cras*, i. breui tempore.
Tertia die, i. paulo post.
Consummor, pro consummabor, i. interficiar.
33. *Capit*, Græ. οὐκ ἐνδέχεται, i. conuenit, seu decet, vel possibile est. *Prophetam*, i. me, vel quemquam, q.d. ibi oportet me occidi vbi solent alii prophetæ.
34. *Ierusalem*. Repetitio amantis est, simul & miserentis. *Nidum*, i. pullos. *Noluisti*, vide Ezech. 24.
35. Domus, i. ciuitas, vel regio, q.d. habitatio.
Deserta, sc. habitatore, vel Deo, dictum enim vobis, quamquam forte, vobis abundat more Heb. *Dicitis*, s. die palmarum, de quo inf. cap. 19.

CAPVT XIV.

1. ET ipsi, pro ipsi. *Obseruabant*, s. facerETne aliquid quod possent accusare.
2. *Erat*. forte ipsi adduxerant, exploraturi an sabbato curaret.
3. *Respondens*, i. locutus Heb. sic inf.
7. *Parabolam*, scil. qua volebat humilitatem docere.
Intendens. i. cum attendisset, seu obseruasset.
8. *Nuptias*, i. conuiuium nuptiale. *Discumbas*, sc. vltro.
9. *Rubore*, Græc pudore. *Nouissimum*, i. vltimum.
10. *Vt cum*, &c. q.d. satius tibi id est, quam illud.
11. *Quia omnis*, &c. q.d. verum enim est, quod vulgo dici solet: omnis, &c. videtur enim id fuisse prouerbium.
Humiliabitur, i. solet humiliari. *Exaltabitur*, i. solet exaltari.
12. *Noli*, s. si vis apud Deum mereri.
Diuites, iungendum autem cum omnibus præcedentibus, nam si pauperes sint, vocari possunt.
13. *Pauperes*, iunge cum sequentibus *Debiles*, Gr. mancos, seu mutilos. sic inf.
14. *Habent*, i. possunt.
15. *Panem*, Græc. prandium.
18. *Simul*, pro, similiter. *Villam*, i. prædium, seu agrum, Græc. ἀγρόν.
23. *Sepes*, scil. loca rusticorum, quæ sepibus cingi solent.
Compelle, &c. indicat desiderium sua communicandi multis.
24. *Imitati sunt*, sub. & recusarunt.
26. *Odit*, s. quatenus Christo contrarij sunt.
Animam, i. vitam.
27. *Post me*. s. imitatione.
28. *Quis enim*, &c. confirmat exemplo ædificij, & belli, agitur enim de spirituali ędificio, & bello.
31. *Cogitat*, Græc consultat. *Ad se*, i. contra se.
33. *Sic*, s. vt dixi de odio patris, &c. *Renunciat*, s. relinquens, saltem effectu.
34. *Euanuerit*, Græc. infatuetur, i. reddatur insipidum. *In quo*, i. qua re. *Condietur*, i. sapor ei restituetur.
35. *Audiendi*, pro, ad audiendum.

CAPVT XV.

4. QVi habet, pro, habens. *Et si*: pro, si.
7. *Gaudium*, s. maius.
12. *Me contingit*, i. ad me pertinet, & vulgo dicitur: mitocca.
13. *Luxuriose*, sc. expendens pecuniam luxu vestium, conuiuiorum, & libidinis.
14. *Consummasset*, i. consumpsisset.
15. *Villam suam*, Græc. agros suos.
16. *Siliquis*, fructus est oblongus, colore fusco, sapore dulci. *Algorouam* (voce credo Arabica) Hispani vocant. & quidem Syr. charube, Græc. κεράτιον, forte quia est cornu simile prouenit in Hispania in Valentiæ regno magna copia.
17. *Quanti*, i. quam multi.
18. *In cœlum*, i. in Deum, & eos qui sunt in cœlo.
Coram te, i. contra te.
22. *Stolam*, i. talarem vestem. *Primam*, i. qua ille prius indui solebat.
23. *Vitulum*, Græc. τὸν μόσχον, i. vitulum illum, certum quendam, seu insignem. *Epulemur*, Græc. oblectemur. sic inf.
25. *Symphoniam*, i. musicum concentum.
Chorum, s. saltantium, vel canentium.
30. *Deuorauit*, i. turpiter prodegit. *Suam*, Græc. & Syr. tuam.
31. *Tua*, i. in tua potestate.

CAP

CAPVT XVI.

1. Villicum, Græc. οἰκονόμον; i. dispensatorem. *Diffamatus*, Græc. διεβλήθη, i. delatus est. *Villicationis*, Græc. οἰκονομίας, i. dispensationis. *Villicare*, i. dispensare.

4. *Recipiant*, s. debitores,

6. *Cados*, Græc. Batos, Syr. metretas. *Cautionem*, Græc. γράμμα, i. scriptum, s. obligatorium. *Scribe*. s. in alia charta, lacerata ista.

7. *Coros*, Cori decima pars in liquidis Batus. in aridis Ephi, Heb. כור Cor. & חמר Chomer.

8. *Laudauit*, sc. ingenio delectatus. *Iniquitatis*, i. iniquum. *Quia*, filii pro, plane filii. *Huius sæculi*, q.d. mundani homines *Filiis lucis*, i. spiritualibus seu fidelibus. *Generatione*, i. gente, sc. in rebus quas tractant.

9. *Mammona iniquitatis*, i. diuitiis iniquis sc. sunt iniquitatis occasio. & fere per iniquitatem parantur.

Defeceritis, sc. per mortem. *Recipiant*, i. sint eleemosynæ illis factæ causa, vt recipiamini: vel sancti ob eas vos adiuuent apud Deum, vt saluemini.

10. *Minimo*, i. rebus temporalibus.

Maiori, i. spiritualibus, Græc. ἐν πολλῷ, i. multo, seu magno *Fidelis est*, scil. vt plurimum. *Modico*, Græc ἐλαχίστῳ, i. minimo.

11. *Quod verum est*, i. veras diuitias, sc. spirituales.

12. *Alieno*, i. temporalibus. quæ & inuitis eripi possunt, & à Deo accepta vt dispensentur, denique homini extrinseca sunt. *Vestrum*, s. bona spiritualia, ad quæ creati, vel mercedem quam eratis habituri, si illa bene dispensassetis.

15. *Iustificatis*, i. iustos facitis, seu iusti haberi vultis.

Nouit, scil. quam sint iniqua, eoque abominatur.

Altum est, i elatum, seu superbum, vel quod homines putant eximium.

16. *Ioannem*, s. locum habuerunt, q.d. post hac alia vitæ ratio, *Ex eo*, s. tempore.

In illud, s. ingredi volens. *Vim facit*, s. se mortificans, & abnegans.

17. *Vnum apicem*, i. vel minimum quid.

Cadere, i. non impleri. seu inanem esse.

19. *Splendide*, s. exquisito cibo, & apparatu.

21. *Canes*, sc. quos præ debilitate repellere non poterat.

22. *Sinum*, i. locum quietis, vel complexum velut patris. *Et diues*, s. non potuerunt cũ diuitiæ à morte liberare. *In inferno*, Græc. & Syr. cum sequentibus iungitur sic legit Aug lib 12. de Gen. cap. 33.

23. *Tormentis*, s. multis.

A longe, s erat ab illa quiete.

24. *Clamans*, corporaliter res describitur, vt melius intelligatur. alioqui non illic clamor. sed mentis locutio, & desiderium, nec digitus aut lingua, seu sic erat exprimenda refrigeratio cruciatus, vt possemus capere.

25. *Bona*. s. temporalia, Græ & Syr. bona tua, q.d. partem tuam. *Similiter*, s. recepit.

Mala, i. aduersa.

26. *In his omnibus*, pro super hæc omnia, i. præterea. *Chaos*, Græc. χάσμα, i. vorago, seu hiatus, q. d. latissima & altissima fossa sc. maximum interuallum, impeditaque via. *Firmatum*, sc. Dei decreto, non auferendum vnquam *Qui volunt*, pro, si maxime velint.

Inde, i. istinc.

27. *Rogo*, non id voce dicebat, sed corde fiebat, vt inter se intelligerent.

28. *Testetur*, s. de his suppliciis.

30. *Non*, s. audient.

31. *Credent* scil. certior est scripturæ auctoritas quouis oculato teste.

CAPVT XVII.

1. Impossibile. s. supposita hominum malitia. *Scandala*, s. salutis impedimenta.

Lapis molaris, &c. genus erat supplicii in ea regione, Græc. mola asinaria. *Scandalizet*, i. impedimentum salutis præbeat. *Pusillis*, i. quantumuis abiectis.

3. *Attendite vobis*, i. cauete, sc. ne scandalizetis quenquam vel scandalo à bono discedatis, potest & cum sequentibus iungi, q.d. attendi te diligenter.

Egerit, scil. peccatum agnoscens, & veniam petens.

Dimitte, s. ore, & opere, nam corde etiam ante pœnitentiam dimittendum.

4. *Septies*, i. sæpius. s. quotiescunque peccauerit, &c.

6. *Fidem*, sc. coniunctam cum fiducia. *Sicut granum*, i. alioqui paruam.

10. *Cum*, pro, etiamsi *Inutiles*, s. Deo nihil vtilitatis afferimus, qui nullo indiget.

12. *Occurrerunt*, s. extra castellum, vel inter transeundum per castellum.

A longe, s. ob lepræ fœditatem.

15. *Magnificans*, i. glorificans.

17. *Respondens*, i. locutus.

18. *Est inuentus*, i. extitit. *Alienigena*, s. à Iudæorum gente alienus.

19. *Vade*, s. securus de incolumitate.

20. *Venit*, pro, venturum esset. *Regnum Dei*, s. dandum per Messiam, vel regnum pro Rege, i Messia.

Obseruatione, s. temporis, q.d. secundus aduentus Messiæ non potest sciri.

21. *Dicent*, i. vere dicere poterunt. *Hic*, s. est regnum Dei, seu Messias. *Ecce enim*, q.d. quanquam hic adest. *Intra vos*, i. in medio vestri.

22. *Filij hominis*, i. eorum quibus vobiscum versor, q.d. meam præsentiam.

23. *Vobis*, fideles alloquitur. *Ecce hic*, s. Christus

24. *De sub*, &c. q.d. ex vna cæli plaga, vsque ad alteram fulget. *Ita*, s. manifestus. *Sua*, s. iudicij, seu secundi aduentus.

25. *Generatione*, i. gente, s. Iudæorum.

27. *Dabantur*, s. fœminæ.

29. *Pluit*, s. Deus.

31. *Die*, i. tempore, s. commoti mundi. *Vasa*, i. supellex. Heb.

33. *Saluam facere*, sc. in hoc mundo, is perdet in futuro, vel vere saluam facere, perdet, i. mortificabit.

34. *Nocte*, hinc quidam colligunt. Christum nocte venturum *Assumetur*, s. ad regnum.

35. *Molentes*, etiam in vilissimo vitæ genere Christus suos habet. *In vnum*, i. simul.

36. *Vbi*, pro, quo, s. assumetur?

Vbicumque, &c. q.d. vt ad cadauer conuolant aquilæ, ita ad Christum electi volabunt.

CAPVT XVIII.

1. Parabolam, i. similitudinem.

Illos, s. Discipulos. *Quoniam oportet*, pro, docens oportere. *Non deficere*, s. animo, ob dilationem rei petitæ, Græ. defatigari, seu tædio affici ἐκκακεῖν.

3. *Vindica*, i. defende, *Aduersario*, s. qui mecum iudicio certat.

4. *Dixit*,

4. *Dixit*,i.cogitauit *Reuereor*,scil.non solum impius,sed & impudens.

5. *In nouissimo*,i.tandem,Græc. εἰς τέλος,in finem, s.perpetuo,Syr.omni tempore. *Sugillet*,i. obtundat. seu tædio afficiat.

6. *Iniquitatis*,i.iniquus.

7. *Clamantium*,sc.pro sui liberatione.*Illis*,i. illorum causa.

8. *Putas*,Græc.num.*Fidem*,s.cum charitate.significatur in paucis inuenienda.

10. *Ascendebant*,s erat teumplum editiori loco.

11. *Stans*,s.stantes orabant Iudęi.*Velut etiam*,pro nec etiam qualis est.

12. *Sabbatho*,i hebdomada vide Leu.23.& 25.

13. *Propitius esto*,Græ. ἱλάσθητι,i.placatus esto.

14. *Ab illo*,i plusquam ille,Heb.q.d.plus Deo placuit seu minus displicuit.vide Ezech.16.

15. *Illos*;s.qui offerebant.

16. *Conuocans*,pro,aduocans.

Talium,s.similium puritate & innocentia.

18. *Princeps*,i.vir primarius.

32. *Flagellabitur*,Græ.contumeliis afficietur.

35. *Appropinquaret*,i.prope esset. Marcus 11. ait, contigisse id in egressu,nisi forte aliud est id miraculum.

39. *Increpabat*,s.quod tā sępe,& valide clamaret.

41. *Videam* ἀναβλέψω,i.visum recipiam.

42. *Respice*,ἀνάβλεψον,i.visum recipe.

43. *Magnificans*,Græ.glorificans.

Dedit,&c.i.laudauit Deum.

CAPVT XIX.

1. *PErambulabat*,i.pertransibat,Græ.διήρχετο.

3. *Quærebat*,pro,cupiebat.

4. *Sicomorum*,arbor similis ficui,& moro , vnde ei nomen.

7. *Omnes*,i.plurimi.

8. *Do*,i.statuo dare.

9. *Ad eum*,i.de eo.sic Rom. 10. ad Israel,pro,de Israel.*Filius Abrahæ*,q.d.ex numero electorum.

11. *Existimarent*,s.discipuli.*Regnum*,s.quo Christum in terra regnaturum putabant.

12. *Regnum*,i regni possessionem.

13. *Mnas*,μνᾶ, Mina continet vero Attica drachmas centum , Heb. Maneh,מנה est autem Hebraica maior multo quam Attica.vide Ezech 45.

Negotiamini,s.lucro operam dantes.

14. *Legationem*,s.ne amplius rediret.

15. *Negotiatus*,i.negotiando lucratus.

17. *Euge*,vox laudantis,q.d.rečte,sane.Græ εὖ.

Modico,Græ.minimo.*Eris*,Græ.esto.

21. *Tollis*,&c.q.d.tantum abest vt tua perire sinas,tollis etiam,&c.

23. *Ad mensam*, i. mensariis, qui pecuniam mutuando,aut commutando,lucrantur.

Vsuris,i.lucro. *Exegissem*, sc.à mensariis. Not.ex parabolis tantum accipiendum , quantum seruit proposito,vt hic lucri studium non vsuræ exemplū.

25. *Habet*,&c.q.d. At habet satis multas.

26. *Habenti*,s.vt debet,i.vtenti bene.

Non habet,sc.vt debet.*Ab eo*,abundat,more Scripturæ.

30. *Contra*,i.è regione.

31. *Operam eius desiderat*, Græc. eo opus habet sic & infr

35. *Vestimenta*,s.superiora,seu pallia.

36 *Substernebant*,s alij.

37. *Discipulorum*, Græc.μαθητῶν,i.discentium,sc. discipulorum *Virtutibus*,i.miraculis.

38. *In cælo*,i.cum Deo,s.sit nobis.

In excelsis,sc. habitanti Deo,vel q.d. glorificetur ab Angelis Deus.

42. *Quia*. abundat more Hebr. *Si cognouisses*,i.ô si scires.*Die tua*,s.qua à Deo visitaris.

Quæ ad pacem tibi,i. quæ ad pacem tuam pertinent,seu tibi offeruntur. *Abscondita*,s.quia non vis cognoscere,vel sensus est totius loci:O si scires tu, quæ nunc pacifice degis,quanta te mala expectent, nunc tibi ignota.sub.quanto aliter ageres.

43. *Quia*,&c.explicatio malorum.

In,pro,super,vel contra. *Coangustabunt*,i. ad angustias redigent,seu arčte obsidebunt.

44. *Filios*,i.ciues.*Super lapidem*,Hyperbole.

46. *Quia*,abundat.

47. *Principes plebis*,s.ciuitatis primates,qui alias vocantur Seniores,Syr.Seniores populi.

48. *Suspensus*,s,ab ore pendens loquentis.

CAPVT XX.

1. *VNa dierum*, i. quadam die. *Docente*, s. quæ facienda.

Euangelizante, s. regnum Dei.

Conuenerunt,Græc.ἐπέστησαν,i. superstiterunt,seu institerunt, Syr.insurrexerunt in eum.

3. *Verbum*, i. rem.

4. *De cælo*,i. auctoritate diuina.

6. *Certi*, Græc. & Syr. persuasi.

9. *Ad plebem*, s. conuersus.

10. *Tempore*,i. cum tempus fuit mittendi.

Illo, non est Græc. nec in emendatioribus.

13. *Quid faciam?* expressio amoris.sic Ose 6.

Forsitan, indicatur libertas hominis.

16. *Veniet*,&c.vide Matt. 21. Mar.12.

18. *Conquassabitur*, Græc. confringetur.

19. *Et timuerunt*, pro , sed timuerunt.

Ad,i.contra.

20. *Obseruantes*,s. an in re aliqua possent illum accusare.

Iustos,i. iusti amantes & sinceros , à quibus nihil esset periculi.

Principatui. Syr. iudicio.

Præsidis, s. Pilati.

23. *Dolum*, i.versutiam Syr. astutiam.

34. *Huius seculi* , s. in quo opus est successione per generationem.

Nubunt, i. ducunt vxores.

Traduntur, s. fœminæ.

35. *Nubent*,&c. Græc. eadem verba, quæ sup.

36. *Filij resurrectionis* , i. per resurrectionem renati.

37. *Sicut*,pro,cum.

38. *Ei*, q. d. etiamsi hominibus mortui videantur, tamen Dei potentia , viuunt anima,resuscitandi etiam corpore.

40. *Audebant*, s. Sadducæi, q d.cessarunt tunc à quærendo. Id verò post ea quæ proxime sequuntur, vt dicunt Matth.& Marc.

46. *Attendite*,i. cauete.

CAPVT XXI.

4. *ABundanti*,i. eo quod superest.

Eo quod, &c. i. penuria sua , vt vertit in Matt.

6. *Hæc*,pro, ex his.

7. *Cum fieri*,&c. Græc. quando futura sint.

8. *Et tempus*,pro,& quod tempus,s.finis mūdo.

9. *Finis*,s. mundi.

11. *Terrores*,i. quæ terreant,Græc.φόβητρα, i. terriculamenta.

13. *In testimonium*, s.vt sitis de me testes, Græc. εἰς μαρτύριον,vnde martyres dicti.

14. *Respon*

14. *Respondeatis*, Græc. vos defendatis.
18. *Capillus*, &c. q. d. nihil mali patiemini me defendente vide similem phrasim 1. Regum 14. 3. Reg. 1.
19. *In patientia*. i. per tolerantiam, & perseuerantiam. vide Mat. 10. & 24.
Possidebitis, &c. q. d. saluabimini.
21. *Regionibus*. Syr. agris.
22. *Scripta*, sc. in Prophetis. Apparet hinc multa in Prophetis de vastatione Ierusalem. ad eam referenda quæ facta per Romanos.
23. *Terram*, s. Iudææ. *Ira*, i. punitio.
24. *Ore*. i. acie, Hebr. *Donec*, &c. q. d. vsque ad finem mundi erit destructa, vel punietur per gentiles, tempore s. & modo quo Deus statuit.
25. *Et erunt*, &c. hæc ad finem mundi pertinent.
Pressura, i. anxietas, seu angustia.
Confusione, Græc. ἀπορίᾳ, i. perplexitate, seu desperatione, Syr. stupore *Sonitus*, i. ob sonitum, Græc. sonante mari & fluctibus.
26. *Arescentibus*, Græc. ἀποψυχόντων, exanimatis, seu tabescentibus *Quæ*, pro, eorum quæ.
27. *Maiestate*, i. gloria.
28. *Leuate capita*, i. gaudete, confidite, s. mœsti in terram vultum demittunt, læti eleuant, vel capita, i. mentes.
30. *Fructum*, s. folia, vel gemmas, Græc. cum pullulant, seu gemmant.
32. *Omnia*, s. quæ prædixi.
34. *Attendite*, i. cauete. *Ne forte*, pro, nequando.
In crapula, i. per crapulam. *Ebrietate*. Intellige per hæc duo, etiam reliquas voluptates. *Curis*, i. solicitudinibus.
35. *Sedent*, sc. terrenis addicti. *Faciem*, i. superficiem.
36. *Vigilate*, &c. etiam opus est nostra industria.
Stare, s. confidenter. vide Sap. 1.
47. *Monte*, &c. sc. in Bethania, quæ in latere montis sita.
38. *Manicabat*, Hispani dicunt Madrugaua. Quidam legunt, mane ibat. forte legendum manitabat, sed omnia eodem redeunt: significatur enim summo mane solitos ire.

CAPVT XXII.

1. *INtrauit*, scil. inuasit, ad nouum facinus inducens.
4. *Magistratibus*, sc. præfectis militum, qui templum tuebantur. Inf. vocantur templi magistratus Græc. ducibus. Syr. magistris militiæ.
5. *Turbis*, i. turbarum tumultu.
7. *Occidi*, Græc. θύεσθαι, i. immolari.
10. *Introeuntibus*, Græc. ingressis. *Amphoram*, Græc. κεράμιον, i. vas fictile.
11. *Diuersorium*, i. locus hospitandi, Syr. domus conuiuij
15. *Desiderio*, i. vehementer *Hoc*, s. quo Eucharistia instituenda, pauloque post morte ostendendum, quantum homines diligeret, quos sic redimeret.
16. *Ex hoc*, s. tempore. *Illud*, s. Pascha, q. d. id erit postremum. *Impleatur*, s. spiritualiter. Nota donec, simile illi, de quo Matt. 1. nec n. Pascha postea manducauit.
Regno Dei, i. resurrectione qua transiuit ad immortalitatem & quidem Pascha transitus interpretatur.
18. *Generatione*, i. germine seu fructu.
Veniat, s. cum resurrexero.
19. *Datur*, i. offertur. obtulit n. Christus tunc, vt nunc offerunt sacerdotes. *Hoc*, s. quod feci accipiens, benedicens, consecrans, offerens, &c. *Commemorationem*, i. memoriam mei.
20. *Similiter*, &c. explicat magis quod de Calice dixerat. *Cœnauit*, s. instituta est Eucharistia post esum Agni Paschalis, & pedum ablutionem.
Nouum Testamentum, s. confirmans per sanguinem meum, quem continet.
21. *Verumtamen*, &c. q. d. sed parum profuerit ea fusio Iudæ. *In mensa*, communicauit Iudas cum cæteris.
22. *Definitum*, s. à Patre, & ab æterno. *Vadit*, sc. ad mortem.
24. *Maior*, pro, maximus, adeoque post Christi mortem cæteris præficiendus vel illo regnante primum locum habiturus.
25. *Eorum*, pro, earum. *Eos*, pro, eas. *Vocantur*, potius quam sunt, q. d cum dure tractant, tamen benigni dicuntur à suis, vel adulantibus, vel timentibus.
26. *Minor*. Græc. iunior, seu minor natu, q. d. submissior sit. Syr minimus. Notant quidam, vt est honoris nomen presbyter, seu senior, ita contemptus iuniorem. vnde Psalm. 118. Adolescentulus sum ego & contemptus, i. iuniorum more contemptus.
Præcessor, i. præcellens, Græ ἡγούμενος, i. dux, seu rector, Syr princeps significatur hic vnus esse inter eos Dux, seu Rector futurus, s. Petrus.
27. *In medio vestrum*, i. inter vos. *Ministrat*, s. pedes lauerat, & solebat cibos distribuere.
28. *Tentationibus*, s. quas passus à Iudæis.
29. *Dispono*, id est, ordino, seu constituo. Syr. promitto.
Disposuit, Syr. promisit.
30. *Edatis*, &c. i. fruamini summis deliciis.
Sedeatis, s. die iudicij.
31. *Simoni*, sc. tanquam capiti futuro. *Expetiuit*, Gr. & Syr. postulauit, s. vt solet qui petit aliquem ad pœnam seu cruciandum. *Cribraret*, i. tentationum impulsu agitaret.
30. *Pro te*, s. peculiariter *Non deficiat*, Petri & eius successorum fides, ex quo facti Pontifices, nunquam defecit *Conuersus*, s. à peccato negationis.
Fratres, s. Christianos.
35. *Sacculo*. i. crumena, seu marsupio.
36. *Tollat*, i. accipiat, q. d. post hac sibi quisque prouideat, sensus est: Cum vobiscum essem, nihil vobis deerat: at nunc auferat à vobis, multaque patiemini.
Non habet, s. gladium. *Tunicam*, Græ ἱμάτιον i. pallium. *Gladium*, q. d instat persecutio magna, vt videatur humano iudicio pro gladio danda vestis.
37. *De me*, s. scriptura.
38. *Satis est*, q. d video vos non intellexisse quid voluerim significare, sic & vulgo solemus dicere, cum quis nos non intelligit, Syr. sufficiunt.
40. *Locum*, s. montem,
42. *Voluntas*, i. naturale desiderium.
43. *Apparuit*, s. in tertia oratione, vel forte in singulis *Confortans*, sc. proposita Patris voluntate, & passionis fructu, Syr. confirmans.
44. *Agonia* i. animi anxietate, scil. ex mortis horrore
Prolixius, Syr. intensius. *Gutta*, Græc. θρόμβος, i. crassiores guttæ. *Sanguinis*, vere sanguis erat.
Decurrentis, s. magna copia.
47. *Oscularetur eum*. Hic Græ. & Syr. additur: Hoc n. signum dederat eis, quem fuero osculatus, ipse est.
49. *Futurum*, s. vt captus duceretur. *Si percutimus*, pro percutiemusne?
51. *Sinite*, Syr. Satis est. *Vsque huc*. s. processisse vos sufficit, vel illos progredi est permissum, s. vt me capiant, &c.

52. *Templi*, vide supra.
Vestra, i. qua vobis permittitur. sic agere.
Tenebrarum, i. dæmonum.
55. *Erat*, Græc & Syr. sedebat.
56. *Lumen*, i. ignem.
61. *Respexit*, sc. oculis mentis secundum Aug. non corporis, quia inquit, Petrus foris erat, Christus intus, forte erat tunc, vbi Petrum etiam oculis corporis posset videre.
65. *Blasphemantes*, i. conuitiantes.
66. *Conuenerunt*, s. redeuntes cito, qui ante lucem discesserant.
67. *Si tu*, &c. id etiam noctu interrogarunt, vt dicunt alij Euangelistæ. *Dixero*, s. qui sim.
68. *Respondebitis*, s. quod æquum est.
69. *Ex hoc*, s. tempore, q.d. posthac.
70. *Vos dicitis*, &c. q.d. vere dicitis, sum enim.
71. *Desideramus*, Græc. opus habemus.

CAPVT XXIII.

3. REx, Græc. βασιλεύς, ille rex, sc. expectatus. *Dicis*, s. verum, Syr. dixisti.
4. *Causa*, i. criminis. *In hoc homine*, Syr. contra hunc hominem.
5. *Inualescebant*, i. instabant. *Commouet*, seu concitat, Syr. conturbat.
7. *Herodis*, s. qui Ioannem interfecit.
Potestate, i. ditione. *Erat*, s. causa Pascha celebrandi.
8. *Signum*, i. miraculum.
10. *Constanter*, Græc. εὐτόνως, i. acriter, intentoque clamore, Syr. pertinaciter.
11. *Suo*, s. Herodis. *Et illusit*, &c. Græc. cum illusisset, induissetque veste, &c. *Alba*, Græ. splendida, seu illustri, Syr. coccinea.
14. *Auertentem*, sc. à Cæsare. *Causam*, s. mortis, vel crimen.
16. *Emendatum*, i. castigatum.
17. *Festum*, s. Paschæ.
22. *Corripiam*, i. castigabo.
23. *Inualescebant*, i. potentes erant, seu præualebant.
25. *Voluntati*, s. vt volebant, seu, vt de eo facerent quod volebant.
26. *Portare*, s. postquam Christus portauerat.
Post, i. à tergo.
27. *Plangebant*, s. ex compassione pia.
28. *Super me*, i. mea causa.
29. *Beatæ*, s. quia non vident filiorum calamitatem.
30. *Incipient*, &c. q.d. optabant potius mori, quam tanta mala pati.
31. *Viridi*, i. humido, videtur fuisse prouerbium, q.d. si ego tam sanctus hæc patior, quid peccatores?
32. *Nequam*, Græc. κακοῦργοι, i. facinorosi, Syr. malefici.
33. *Latrones*, sup. vertit, nequam, Syr. maleficos.
35. *Eis*, i. populo.
39. *Vnus*, s. qui à sinistris, vt creditur. *Blasphemabat*, i. conuiciabatur improperans.
40. *Damnatione*, s. mortis.
41. *Iuste*, s. patimur.
43. *Paradiso*, i. Dei fruitione.
44. *Fere*, s. paulo post sextam, vt patet ex Marco. *In vniuersam*, pro, per vniuersam. *Terram*, sc. Iudææ. vide Matt. 27.
46. *Commendo*, , sc. reddendum post tres dies, velut depositum, Græc. deponam, pro, depono.
48. *Percutientes*, s. ex dolore, & timore vindictæ Dei.
50. *Decurio*. Qui Romæ Senatores, in Municipiis Decuriones dicebantur.
54. *Parasceues*, i. in quo necessaria ad sabbatum præparabantur. *Et sabbatum*, &c. q.d. quam lux seu dies sabbati sequebatur. Incipiebat enim sabbatum post Solis occasum. vide Leuit. 23.
56. *Parauerunt*, s. post sabbatum, vt ait Mar. *Siluerunt*, pro, quieuerunt. *Mandatum*, s. non operandi in sabbato.

CAPVT XXIV.

1. VNa, i. prima, s. die. *Sabbati*, i. hebdomadæ. Græ. sabbatorum.
4. *Mente consternata essent*, Græc. perplexæ essent, Syr. obstupescerent. *Duo*, Matth. & Marc. vnius tantum meminere. *Fulgenti*, Græ. fulguranti, i. instar fulguris relucenti.
10. *Iacobi*, s. mater. vide Matt. 27.
12. *Cucurrit*, s. simul cum Ioanne. *Procumbens*, i. demisso capite prospiciens, vt patet ex Græc. παρακύψας Syr. introspiciens. *Posita*, i. iacentia.
13. *Stadiorum*, octo faciunt miliare vnum.
Emmaus, dicta postea Nicopolis.
15. *Fabularentur*, i. colloquerentur, vt est Græc. *Quærent*, i. disputarent, Syr. se mutuo interrogarent.
16. *Tenebantur*, s. Christo faciente.
18. *Cleophas*, alter secundum Amb. vocabatur Amaon. *Peregrinus*, &c. q d. adeo peregrinus, vt ignores, &c.
19. *Coram Deo*, i. Deo approbante.
20. *Principes nostri*, Syr. seniores.
21. *Redempturus*, i. liberaturus, s. à Romanis.
22. *Terruerunt*, Græc. attonitos reddiderunt.
24. *Non inuenerunt*, Græ. & Syr. non viderunt.
25. *Stulti*, sic attentiores reddit. *In omnibus*, pro, omnia Heb.
26. *In gloriam*, s. regnum suum inire.
27. *Moyse*, i. Mosis libris. *Erant*, s. scriptæ.
28. *Finxit*, i. præ se tulit, s. sic se composuit, quasi longius iturus.
29. *Aduesperascit*, &c. id dicunt vt detineant, alioqui tantum erat temporis vt potuerint Ierosolymam reuerti. *Inclinata*, s. in occasum.
31. *Aperti*, s. sublatum impedimentum. *Euanuit*, i. disparuit.
33. *Regressi*, s. celeriter: erat enim longum iter, s. fere, & miliaria.
35. *Eos*, s. alios discipulos.
38. *Ascendunt*, ita dicitur quod mens altior sit omnibus terrenis, vnde cogitationes fere oriuntur.
41. *Non credentibus*, iungendum cum, præ gaudio, s. vix credimus quæ multum optamus, solet etiam nimium gaudium iudicium impedire.
44. *Hæc*, s. quæ statim sequuntur.
45. *Sensum*, i. mentem.
47. *Incipientibus*, s. Apostolis Græc. incipiendo videtur Interpres legisse ἀξαμένων.
48. *Estis*, pro, eritis. *Horum*, s. passionis, & resurrectionis.
49. *Sedete*, s. quieti manete. Dictum id die Ascensionis. *Virtute*, i. fortitudine.
50. *Eduxit*, pro, eduxerat. *Bethaniam*, i. montem, in cuius latere Bethania sita. *Benedixit*, i. bene precatus.
52. *Adorantes*, i. vbi adorassent, s. post apparitionem Angelorum, de qua Act. 1.
53. *Erant*, s. post aduentum Spiritus sancti: antea enim latebant. *Semper*, i. assidue.
Benedicentes, i. celebrantes.
Amen, etiam id additur Græc. & Syr. est autem verbum confirmantis.

EVAN

EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM.

Ioannes patre Zebedao, matre Salome, de qua Matth. 27. vixit post Christi passionem annos 68. secundum Hieron. totius autem vita eius incerti anni: putantur tamen à quibusdam fuisse centum. Fuit Episcopus Ephesi; scripsitque Euangelium pracipue contra Ebionem, & Cherinthum Christi diuinitatem negantes.

CAPVT I.

1. *IN principio*, i. ante omni creata. *Erat*, q. d. iam erat inde sc. ab æternitate. *Verbum*, Græc. ὁ λόγος, i. illud verbum, s. vnicum, & singulare. Ita dicitur filius, quod procedat à Patre, vt à mente verbum. *Deum*, Græc. τὸν θεὸν, Deum illum, s. qui Pater est. Indicatur autem personarum distinctio.

Et Deus erat Verbum, Græc. καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, & Verbum illud erat Deus; significatur eadem natura Patris & filij.

2. *Hoc*, s. Verbum, vel totum id quod diximus.

3. *Quod factum est*, id quidam iungunt cum præcedentibus, alii cum sequentibus: atque id sequuntur Latini vt sensus sit, quicquid factum est, in ipso fuisse vitam. Mihi prior sententia planior videtur, vt sensus sit, omnia per ipsum facta esse, & sine ipso nihil factum, ex iis quæ facta sunt, vt sit repetitio, more scripturæ, ad maiorem declarationem.

4. *In ipso*. Id quidam coniungunt cum præcedentibus, alii probabilius cum sequentibus, q. d. in ipso vt in fonte vita erat, vel ipse vita erat. *Et vita*, s. illa, quæ in ipso erat, & ipse erat.

5. *Et lux*, &c. q. d cumque lux in tenebris lucere soleat, s. expulsis his, tamen mentes excæcatę lucem hanc non receperunt.

6. *Fuit*, i. extitit, non enim iungitur cum, missus. *Vt testimonium*, Explicatio præcedentis. *Lumine*, pro, luce, s. illa de qua sup.

8. *Lux*, s. ipsa, sed eius testis.

9. *Erat*, s. illa lux, de qua supra. *Vera*, s. per naturam non per participationem. *Omnem*, q. d. ab illa sola illuminantur quicumque illuminantur.

Venientem, sc. per natiuitatem sic per mortem egreditur, q d. viuerent hic homines in tenebris, nisi ab eo illuminarentur.

10. *Mundus*, i. mundani.

11. *Propria*, i. sua, s à se factum mundum. *Sui*, s. homines. *Eum*, pro, id, s. verbum.

12. *Receperunt* s. credendo, vt statim dicitur intellige vero fidem perfectam, s charitate.

Potestatem, Græ. ἐξουσίαν, quod significat etiam auctoritatem, & præeminentiam, vt Rom. 13.

Fieri, s. hoc ipso, quod ipsum recipiunt.

In nomine, Græc. in nomen, i. in ipsum. Heb.

13. *Sanguinibus*, pro, sanguine, i. carnaliter. ostendit quo modo filii Dei fiant *Nec*, &c. explicatio præcedentis. *Voluntate*, i. concupiscentia.

Nati, Græc. geniti.

14 *Caro*, s. homo. *Factum est*, sc. vnita sibi humanitate i corpore & anima humana. vnde idem Christus Deus & Homo. *In nobis*, i. natura nostra vel inter nos. *Quasi*, pro, tanquā, q. d. qualem par erat inesse Dei Filio vnigenito. *Plenum*, s. verbum, quod ab ipso conceptu fuit perfectissimum & gratia & scientia, iung. vero cum habitauit.

15. *Perhibet*, præsentia pro præteritis *Clamat*, s. publice & libere Christum prædicat. *Ante me factus*, i. mihi prælatus. *Prior*, s. dignitate, seu excellentia.

16. *Et de*, &c. Euangelistæ verba coniugenda autem cum, plenum gratiæ, &c. quamquam possunt etiam esse Baptistæ. *Omnes*, sc quicunque accepimus aliquod Dei donum. *Et gratiam*, pro, i. gratiam.

Pro gratia, q. d. omnem, seu quamlibet gratiam, sic vulgo dicitur. di per di, i. ogni di sic Iob. 2. pellem pro pelle, i. omnem, pellem s. alienam.

14. *Data*, non facta. *Gratia*, s iustificans. *Veritas*, s. illuminans. *Facta*, s. est Christus Deus, Dei enim solius opus est Gratia.

18. *Nemo*, s hominum. *Vidit*, s. vt est in se, seu comprehensiue, vel in hac vita. Alioqui in cœlo videbatur à sanctis dum hæc Ioannes scriberet quamquam ille loquitur de tempore ante Christi aduentum, q.d. Nemo ante Christum viderat. ex quo illud, quod quidam de Mose, & Paulo putant, vidisse eos Deum non videtur probabile *Sine*, sc. in eadem cum Patre essentia *Enarrauit*, i. declarauit, sc. quis Deus sit, & quantus, qualisque.

19. *Quis es*, sc. munere. Nam filium esse Zachariæ sciebant

20. *Et non negauit*. Repetitio more, Heb. sic supr. per negationem, & sine ipso, &c. & alibi, tenebræ in eo non sunt vllæ *Non sum*, &c apparet id etiam illos quæsisse.

21. *Propheta*, Græc. ὁ προφήτης, ille Propheta. s. de quo. Deut. 18. vel q. d. insignis aliquis Propheta.

Non, q. d. non sum ille, de quo Deuter. 18. vel ex Prophetis qui futura prædicunt, vel qualem me vos existimatis.

24. *Dirigite*, i. rectā facite, vt alias vertit Interpres.

26. *Medius vestrum*, i. inter vos. *Stetit*, pro, stat. *Nescitis*, i. non nostis.

27. *Post me*, s prius prædicauit Ioannes. *Ante me*, &c. vide. sup. num. 15.

28. *Bethania*, sic est, etiam Græc & Syr. Quidam Bethabaram legunt. forte vtroque nomine locus vocabatur.

29. *Altera die*, i. postridie, Græ τῇ ἐπαύριον. *Agnus*, Græ. ὁ ἀμνὸς, i. ille agnus, s. singularis, de quo & Isa. 53. *Tollit*, i. auffert. s. propria virtute. & semper. *Peccatum*, s. omne.

30. *Venit*, præsens est.

31. *Nesciebam*, i. non noueram sic solemus dicere de eo quem nunquam videmus. vide Matt. 3. *In Israel*, Græc. Israeli.

35. *Altera*, i. sequenti. *Stabat*, sc. constiterat, vt Christum transeuntem videret.

38. *Rabbi*, d. est, magister mi. Quidam tamen putant solum significare magister: nec enim Iod. esse

esse affixum, probabile id, sed negant alii. Nam quod Ioannes magister solum dicit, breuitatis causa facit sicut pro Adonai, quod est Dominus meus, seu Domini mei, 70. solum Dominus reddunt Idem dic de Rabboni Ioan 20. Syr. magister noster, sc. volebant esse discipuli.

Habitas, s. volunt esse familiares.

39. *Venite*, non differendum venire ad Christum.

Die illo, s. vsque ad noctem. *Decima*, diuidebatur dies quisque in 12. horas. Itaque reliquæ erant duæ solæ.

41. *Inuenit*, præsens est, sic inf. bis.

Primum, Græc. primus *Messiam*, Græ. τ̀ μεσσίαν, illum Messiam, s. tantopere expectatum.

42. *Vocaberis*, s. post hac. *Cephas*, Chal. est. s. Cepha cui à Græcis additum, s, ita fit Cephas. *Petrus*, Græc. πέτρ☉, i. petra.

43. *In crastinum*, i. postridie eius diei *Inuenit*, sc. quærebat eum, vt Apostolum faceret.

45. *Inuenit*, s. diligenter quæsierat.

Nathanael. Quidam hunc putant Bartholomæum, quod semper Bartholomæus Philippo connumeretur. & Ioan. vlt. Nathanael inter Apostolos reperiatur, aiuntque id fuisse nomen proprium: Bartholomæum vero cognomen, vt Petri Bart. Iona. Alii tamen negant, & probabilius.

46. *Nazareth*, q. d tam ignobili loco.

Esse, i. prodire, q d. tantum ne bonum ex tam paruo loco?

47. *Israelita*, Syr. filius Israel.

48. *Sub ficu*, apparet hic repertum à Philippo.

49. *Rabbi*, Syr. Magister mi.

50. *Maius* Græ. & Syr. maiora.

51. *Amen, Amen*, i. vere, vere. Geminatur, vel ad confirmationem, vel ad faciendum superlatiuum, quo carent Hæbræi, q. d. verissime.

52. *Videbitis*, &c. Id quando viderint, non est scriptum, sensus est, videbitis ei inseruire Angelos, de cælo descendentes, eoque ipso iubente reuertentes.

Supra, i. ad.

CAPVT II.

1. *Tertia*, s. ab aduentu Christi in Galilæam, vel Nathanaelis ad Christum. erat autem decima tertia à Natiuitatis die, 30. anno Christo.

Nuptiæ, Syr conuiuium. sic & inf.

Mater, scilicet iam mortuo Ioseph, secundum Epiph.

2. *Vocatus*, s vt notus, & amicus.

3. *Deficiente*, Græ. cum defecisset, pro, deficere cœpisset.

Vinum, s. sufficiens.

4. *Quid mihi & tibi*, i. omitte me, Heb vide. 2. Reg. 16. 4. Reg. 9. Matt. 8. Quidam interpretantur: Quid mihi & tibi curæ est de vino?

Hora, i. opportunitas, s. oportebat prius apparere necessitatem, vel q. d. nondum tempus est faciendi miracula; quod tamen in matris gratiam anteuertit, & ne videretur tempori subiectus.

5. *Dicit*, videtur præuidisse quod Christus erat facturus aut confidisse prouisurum inopiæ.

6. *Purificationem*, scil. lauabant sæpe vt dicitur Matt. 7.

Metretas, i. cados. Capit autem cadus secundum quosdam congios decem. Congius sextarios 6. sextarius cyathos 12. Cyathus vncias 2. *Binas*, &c. sc. aliæ binas capiebant, aliæ ternas.

8. *Architriclino*, i. conuiuij Præfecto, à Triclinio, i. loco tribus constrato lectis Olim n. decumbentes edebant, vnde discumbere, faciunt & id Turcæ.

9. *Vocat*, i. compellat, sc. ad ipsum accumbentem accedens, vel fo rte non accumbebat eum cæteris.

10. *Inebriati fuerint*, i. egregie biberint. Heb.

Adhuc, i. nunc.

11. *Initium*, scil. id fuit primum Christi miraculum.

Gloriam, i. potentiæ claritatem. *Crediderunt*, s. perfect ius.

12. *Descendit*, s ante coniectum Ioannem in carcerem. Itaque aliud est de quo Matt. 4.

Fratres, i. cognati.

13. *Pascha*, s. in primo Christi prædicationis anno.

Iudaeorum, id dicit ad differentiam nostri Paschæ.

14. *Templo*, i. templi atrio. *numularios*, s. qui pecunias commutabant, vel mutuabant.

15. *Flagellum*, Græ. φραγέλλιον, voce Latina aliquantum mutata.

16. *Negotiationis*, i. mercatus.

17. *Zelus*, i. ardens studium gloriæ, vel indignatio ob indignam tractationem.

18. *Responderunt*, i. locuti sunt Heb.

Quod signum, quasi vero paruum fuisset miraculum omnes eiicere, nemine resistere audente. *Facis*, i. habeas auctoritatem faciendi.

19. *Soluite*, q. d. solueris, & tunc signum dabo, sc. resurgendo.

20. *Quadrag.* &c. s. numerant, vt quibusdam videtur, à secundo anno Cyri, quo cœptum ædificari vsque ad 6. Darij Histaspis, quo est perfectum, de quo tempore an tantum fuerit, non video quid opus sit esse solicitum. quid enim, si Iudæi isti errabant? Adde quod templum id ab Herode fuerat à fundamentis ædificatum, illo altero euerso.

21. *Quia hoc dicebat*, pro, quod hoc dixisset.

Crediderunt, s. firmius, & clarius.

23. *Die*, pro, diebus, durabat enim 7. diebus.

Nomine, pro, nomen, i. in ipsum. Not. in scriptura pro eodem sumi, Credere Christo, in Christo, in Christum, in nomine, seu nomen Christi. vide inf. c. 3. 5. & 6. 1. Ioan. Exod. 14. Act. 8.

24. *Non credebat*, &c. q. d. non fidebat illis, quod sciret facile mutandos.

25. *Homine*, i. aliquo. *Quid esset*, q. d. quid lateret in cuiusque animo, & quid quisque tandem esset facturus.

CAPVT III.

1. *Homo*, i. quidam, Heb. Syr. vnus.

Princeps, i. vir primarius.

2. *Magister*, Nominatiuus est, Syr. doctor, q. d. scio te à Deo datum Doctorem mundo.

3. *Respondit*, s. iis quæ ille de rebus ad salutem necessariis interrogauerat, vel scire optabat.

Renatus, Græc. natus.

Videre, i. particeps.

Regnum, Dei, s. cœleste, q. d. saluari.

4. *Senex*, propter se dicit. *Renasci*, Græc. nasci.

5. *Quis*, s. etiam paruulus. *Renatus*, Græc. natus.

6. *Carne*, i. carnali generatione.

Caro, i. carnale. *Ex spiritu*, i. spiritualiter.

Spiritus, i. spirituale.

7. *Non*, pro, ideo non. *Dixi*, &c. q. d. loquebar enim de spirituali natiuitate.

8. *Spiritus*, i. ventus, Dion. 15. cœl. Hier.

Vbi vult, i. quo fertur naturali inclinatione.

Vocem, id est. sonum. *Nescis*, scilicet. determinate.

Sic

Sic est, &c. q.d. occulta res est spiritualis regeneratio.

9. *Hæc*, s. quæ [illegible] tu [illegible].

10. *Magister* [illegible], doctor ille, scil. [illegible]. *Hæc*, s. [illegible] quibus [illegible] in scripturis, & dictis, & [illegible] vide Psalm. [illegible] & Ezech. 11. & 36. Zach. 13.

11. *Scimus*, plurali pro singularibus, vel q.d. solet [illegible] ne ergo dubites vera me dixisse.

Accipitis, s. Iudæi.

12. *Si terrena*, &c. q.d. si tam multa, quæ per parabolas [illegible] prædicaui, non capitis ô Iudæi, quid mirum [illegible] altiora non capiatis? vel sic, si id quod [illegible] verum, quod terrenum quiddam est, [illegible], quid si altiora dicam?

Creditis, Græ. credidistis. *Cælestia*, s. qualia sunt [illegible].

13. *Et nemo*, &c. q.d. possum verò ego de cælestibus loqui, qui inde descenderim, semperque in cælo sim.

Nisi, non significat se ascendisse in cælum, sed se ibi esse, quo nemo vnquam ascenderit: quanquam potest dici ascendisse per visionem Dei, quam habuit ab ipsa conceptione. *Descendit*, descensio intelligitur Incarnatio, qua se [illegible]. *In cœlo*, s. quatenus Deus vbique erat, & quatenus homo, beatus.

16. *Sic enim*, &c. videntur & hæc Christi verba, etsi quidam putant esse Euangelistæ.

17. *Iudicet*, i. condemnet.

18. *Non iudicatur*, i. condemnatio[illegible] obnoxius non est. Intellige si credit, vt par est, [illegible] fidei conuenienter [illegible]. *Iudicatus*, i. condemnatus, sc. meretur condemnari. *Non credit*, Græ. non credidit. *In nomine*, i. in ipso, vide sup. cap. 1. numer. 12.

19. *Iudicium*, i. condemnationis causa.

20. *Odit*, s. quatenus male agit.

21. *Veritatem*, i. iustitiam, Heb. sic 4 Reg. 20.

In Deo, i. secundum Deum, seu Dei voluntatem, q.d. non veretur [illegible], sed confidenter accedit, vt cuius opera bona sint & irreprehensibilia.

22. *Iudæam*, i. reliquam Iudææ partem, erat enim in Ierusalem. *Baptizabat*, s. per discipulos. vide inf.

23. *Ænon*, s. [illegible]. *Salim*, quæ & Salem, vrbs Sichimorum olim.

25. *Quæstio*, s. [illegible] inter eos disputari, vter potior baptismus Christi, an Ioannis.

Ex, Syr. vnus ex *Iudæis*. Syr. quodam Iudæo.

Purificatione, i. baptismo.

27. *Homo*, i. quisquam, q.d. non possum ego, nisi quantum mihi a Deo datum est, debeoque esse sorte mea contentus. *Testimonium*, &c. i. testes estis.

29. *Sponsus*, Christum intelligit, qui sibi Ecclesiam desponsauit. *Amicus*, se intelligit. *Stat & audit*, pro, præsens audit.

30. *Crescere*, s. [illegible].

31. *Omnibus*, [illegible]. *De terra*, i. terrenis.

De terra est, [illegible]. *Et de terra*, i. & terrena s. humana.

32. *Audiuit*, i. a Patre accepit. *Nemo*, i. fere.

33. *Signauit*, i. velut sigillo ad[illegible] confirmauit. *Verax*, s. præstans promissa.

34. *Ad mensuram*, [illegible] æqualem, vel pro, parce, vel q.d. non dedit [illegible] gratiam limitatam.

35. *Manu*, i. potestate.

36. *Habet*, i. merito, intellige vero fidem operi [illegible] consortem *Videbit*, i. particeps erit. Heb.

Ira Dei, i. supplicium a Deo. *Manet*, pro, manebit, s. perpetuo, nisi conuertatur.

CAPVT IV.

1. PHarisæi, s. qui Christum odio prosequebantur. *Baptizat*, s. ita audierant, quasi Christus per se baptizaret, id quod Euangelista statim corrigit.

2. *Non baptizaret*, s. occupatus docendo, & miracula faciendo, baptizauit tamen Apostolos secundum Augustinum.

4. *Samariam*, ita dicebatur Regio, & ciuitas etiam, ædificata in monte, ab huius possessore nomine Somer. vide 3. Reg. 16.

5. *In*, i. prope. *Sichar*, quæ & Sichem, Gen. 34. tandem dicta Neapolis.

6. *Sic*, s. fatigatus, vel vt solent fatigati: vel, vt se offerebat locus. *Sexta*, diuidebant Iudæi diem quemque in 12. horas, vt sup. diximus.

7. *De Samaria*, i. Samaritana, sc. ex vrbe Sichem.

8. *Enim*, q.d. non erat quisquam discipulorum qui posset dare, vel, enim, pro, autem.

9. *Non enim*, &c. videntur verba Euangelistæ, possunt tamen esse Samaritanæ. *Coutuntur*, i. commercium habent.

10. *Donum Dei*, i. quæ soleat Deus donare, vel quid tibi donatum sit mea præsentia. *Forsitan*, pro vtique.

Viuam, i. vitalem, s. gratiam, seu Spiritum sanctum.

11. *In quo haurias*, Græc. ἄντλημα, i. haustrum. *Viuam*, i. quam dicis viuam.

12. *Patre nostro*, sequebantur Samaritani ex parte legem Iudæorum.

13. *Non sitiet*, s. gratia, quæ aquæ nomine significata est, ad vitam æternam, quod ex se est, hominem perducit.

14. *Fons*, pro, velut fons, s. in quo semper aqua. *Salientis*, i. salire facientis.

16. *Vade*, &c. Id dixit Christus, vt ex responsione, quam sciebat daturam, reciperet sequentem sermonem, eamque conuerteret.

17. *Non habeo*. sc. vllo modo. Mentitur enim secundum quosdam vt statim acciperet, non expectato viro.

Bene, i. vere, sc. imprudens verum dixit, forte etiam prudens.

18. *Quinque*. Hi an legitimi fuerint incertum, verba Christi tamen indicare videntur similé.

20. *Adorare*, i. colere ritu per Mosen instituto: alioqui adorare vbique licebat.

21. *Venit*, pro venit.

Hora, i. tempus, s. doctrina Euangelica.

Monte hoc. s. solum, quasi hic solum colendus sit Deus, vel, eo modo, quo colitis. *Adorabitis*, s. conuersi ad fidem Christi. *Patrem*, i. Deum.

22. *Quod nescitis*, sc. errabant in multis Samaritani, quod attinet ad Dei cognitionem. *Nos*, s. Iudæi.

Ex Iudæis, s. [illegible], & Christus ortus, & in mundum profecta prædicatio Euangelica.

23. *Nunc est*, q.d. iam cœpit. *Spiritu*, non cæremoniis Iudaicis. *Veritate*, non errore gentilico.

24. *Et eos*, pro, ideo eos.

25. *Venit*, i. prope est, vt veniat. *Qui dicitur Christus*, id non est Syr. [illegible] Euangelista explicationis causa.

27. *Continuo*. Græc. in [illegible], i. dum loqueretur.

20. *Intendentes*, sc. expectabant aliquid noui.

21. *In auribus vestris*, i. vobis audientibus eam, q.d. ego sum, de quo loquitur.

22. *Omnes*, i. plurimi.

Testimonium, &c. q.d. illum commendabant.

Gratiæ, i. gratiosis, seu plenis gratiæ.

23. *Vtique*, Græc. πάντως i. omnino.

Similitudinem, Græc. παραβολὴν, q.d. prouerbium.

30. *Ibat*, sc. nihil ab eis læsus elabebatur.

32. *Potestate*, i. auctoritate, & efficacia.

33. *Immundum*, epitheton diaboli, quod immunditiis delectetur.

34. *Sine*, i. omitte nos.

Perdere, i. mittere in infernum, q.d. nondum tempus est.

Sanctus, Græc. ὁ ἅγιος, ille sanctus, sc. de quo scriptura. *Dei*, sc. es.

36. *Pauor*, sc. stuporis.

Verbum, i. res.

Potestate, i. auctoritate Syr. imperio.

38. *Febribus*, Græc. & Syr. febri.

39. *Stans*, Græc. astans. *Super*, i. iuxta, vel flexo corpore.

41. *Loqui*, &c. dicere se scire ipsum, &c.

CAPVT V.

1. STabat, pro, staret.

4. *Duc*, sc. nauem.

Altum, i. profundiorem locum.

5. *Verbo*, i. iussu.

7. *Annuerunt*, sc. loqui, aut clamare non poterant præ admiratione.

8. *Exi*, i. discede.

9. *Circumdederat*, i. oppresserat.

10. *Capiens*, Græc. viuos capiens. Syr. piscans ad vitam.

12. *Ciuitatum*, leprosi per ciuitates transire poterant, habitare non poterant. vide Leuit. 13.

13. *Mundare*, i. mundus esto.

14. *Testimonium*, sc. quod mundus sis, egoque legem seruem, possimque talia. *Illis*, sc. sacerdotibus.

15. *Perambulabat*, i. diuulgabatur. *Sermo*, i. fama, seu rumor.

17. *Erat*, i. aderat prompta, vel se exerebat oblata occasione.

Eos, sc. qui egebant.

20. *Quorum*, sc. ægroti, & portantium.

Fidem, sc. coniunctam fiduciæ impetrandi sanitatem.

25. *Magnificans*, Græc. glorificans.

26. *Magnificabant*, Græc. glorificabant.

Mirabilia, Græc. παράδοξα, i. incredibilia, seu inopinabilia, adeoque mirabilia.

27. *Exiit*, sc. ad mare, vide Mar. 2.

28. *Omnibus*, sc. negotiis, postea vero etiam rebus.

30. *Eorum*, sc. Iudæorum.

34. *Filios sponsi*, sc. qui nuptiis intersunt, Græc. filios thalami, i. nuptiarum.

36. *Vestimento*, sc. ablatam.

A nouo, sc. ablata.

39. *Bibens vetus*, &c. q.d. assueti aliquibus ea præferunt, paulatimque ad noua assuefaciendi sunt.

CAPVT IV.

1. SAbbatho, secundo, primo, i. festo succedente ipsi sabbatho, vel sabbato succedente alicui festo. vide Matt. 12. (& festa enim alia sabbatha vocabantur, quod in eis etiam à seruilibus operibus quiesceretur) vel vltimo die festi alicuius per 7. dies durantis, erat n. primo par celebritate. vide infra.

4. *Domum Dei*, i. tabernaculi atrium.

5. *Quia Dominus*, &c. q.d. Huc accedit, quod Dominus, &c. *Sabbathi*, adeoque potest in eo dispensare.

6. *Alio sabbatho*, apparet illud de quo sup. sabbathum fuisse, & forte incidebat in aliquod festum. Ideoque dicebatur secundo primum, i. duplici ratione sabbathum, seu festum celebre.

8. *Medium*, pro, medio.

9. *Animam*, i. vitam, seu hominem, Heb.

Perdere, Græc. occidere.

10. *Circumspectu*, sc. an aliquis vellet respondere.

11. *Insipientia*, Græc. dementia, sc. velut amentes facti, nihil potuerunt respondere, Syr. inuidia.

12. *Dei*, i. qua Deum precabatur.

13. *Apostolos*, sc. missurus eos erat in mundum, q. legatos, cum maxima potestate docendi, leges ferendi, & miracula faciendi.

15. *Vocatur*, pro, vocabatur. *Zelotes*, aliàs dicitur Cananæus, quod idem Heb. significat.

16. *Iacobi*, sc. minoris fratrem, Syr. Iacobum filium.

17. *Campestri*, i. plano, & capaci, in ipso tamen monte, vt patet ex Matt. 5. vel id factum post sermonem, de quo inf. qui est idem cum illo Matth. 5. similiter enim incipit, & definit. *Et Tyri*, Græc. Syr. & Compl. Tyri.

19. *Exibat*, sc. per effectum.

10. *Discipulos*, sc. in eos hæc præcipue quadrabant.

22. *Separauerint*, sc. vt fit excommunicando.

Exprobauerint, i. probris affecerint.

Eiecerint, &c. q.d. memoriam vestri delere curauerint vel officium vestrum, seu munus repudiauerint.

Malum, Syr. improborum. *Filium hominis*, i. me.

23. *Die*, i. tempore. *Merces*, i. præmium, quod sic vocatur, quia operum merito redditur.

Multa, i. copiosa. *Est*, pro, vos manet.

Patres, i. maiores.

25. *Nunc*, sc. cum flendum esset. *Lugebitis*, sc. animo. *Flebitis*, sc. corpore.

26. *Homines*, sc. mundani, laudare enim solent hi, & prædicare sibi similes.

28. *Benedicite*, i. bene precamini.

29. *Vestimentum*, sc. superius, seu pallium, nam Græc. ἱμάτιον.

30. *Petenti*, sc. rem honestam, seu ipsi necessariam.

31. *Vultis*, sc. rationabiliter.

32. *Gratia*, sc. habenda, vel q.d. quam gratiam facitis?

34. *Recipere*, sc. quid simile. *Fænerantur*, i. mutuum dant. *Æqualia*, i. similia beneficia.

35. *Sperantes*, sc. ab hominibus. *Merces*, sc. apud Deum, propter quem talia facienda. *Filij*, pro, imitatores, velut filij.

36. *Misericordes*, i. benefici.

37. *Iudicare*, sc. temere. *Condemnare*, forte est explicatio præcedentis: Iudicare enim in Scriptura sæpe pro condemnare vsurpatur.

Dimittemini, i. dimittetur vobis.

38. *Bonam*, i. iustam.

Confertam, expressam.

Coagitatam, i. bene concussam. *Supereffluentem*, i. effusissimam. *Dabunt*, pro, dabitur.

40. *Super*, i. excellens.

43. *Enim*, pro, autem.

45. *Thesauro*, pro, velut thesauro.

CAPVT

CAPVT VII.

1. *IMplesset*,i.absoluisset. *Moriturus*,i.morti proximus. *Pretiosus*,i.carus,vt solent pretiosa.

3. *Veniret*. Id quidam putant à Iudæis profectum, nec enim Centurionem id petiisse.

4. *Solicite*,i. sedulo Græc.σπουδαίως, i. studiose.

6. *Vexari*, i. fatigari.

8. *Et dico*,pro,& tamen dico.

11. *Naim*,non longe distabat à Capharnaum.

Eius. Græc.eius multi.

12. *Efferebatur*,s.extra ciuitatem,de more sepeliendus.

Vnicus, Græc.μονογενὴς,i.vnigenitus.

13. *Super*,pro,erga.

16. *Timor*, s. ex stupore. *Magnificabant*, Græc. glorificabant.

Surrexit,i. excitatus est,seu apparuit.

17. *Sermo*,i.fama, seu rumor. *Iudæam*, i. regionem duodecim Tribuum.

19. *Venturus es*,i. venturus expectabaris, Græc. ὁ ἐρχόμενος, ille venturus. *Expectamus*, id est,expectare debemus.

21. *Plagis*,i.cruciatibus,Græ.flagellis.

Euangelizantur,i. audiunt Euangelium.

25. *Domibus*,i.palatiis, Græc. βασιλείοις.

Sunt,i.versari solent.

29. *Et omnis*,& cæt.verba videntur Euangelistæ etsi quidam putant Christi esse. *Audientes*,s. Christum,vel Ioannem. *Iustificarunt*,i. approbarunt,seu laudarunt,s.qui Ioannem misisset.

30. *Consilium*,s.per Ioannem præparandi ad gratiam Christi. *Insemetipsos*,i.intra se,vel quod erat in bonum ipsorum,vel contra se.q.d.spreuerunt in sui pernicem,Syr.apud se.

31. *Similes dicam*,Græ.assimilabo. *Generationi*, i. gentis vel ætatis.

33. *Nec manducans*,&c.q.d.canens lugubria,seu ad pœnitentiam inuitans.

Manducans,&c. q.d. læta annuncians, scil.salutem.

35. *Iustificata*,i.approbata,& laudata.

Sapientia,s.Dei. *Filiis*.s.electis.

37. *Mulier*,&c.Græc.mulier in ciuitate illa, quæ erat peccatrix, *Ciuitate*,s. Galilææ.

Peccatrix,sc. peccato libidinis. *Accubuit*,i. esset accubiturus *Alabastrum*,i.vas ex alabastro.

38. *Stans*, sc. erat triclinium in loco edito. vide Suetonium in Caligula. vbi ad huius cœnantis pedes refert stantes quosdam famulos, linteo succinctos.

Pedes,s. puluere aspersos, & de more nudos. sic enim solebant cum recumberent, ne calceis toros inquinarent.

41. *Duo*.sub.dixit Christus. *Fœneratori*,i. creditori ex mutuo.

42. *Diligit*,Græc.i. ἀγαπήσει,i.diliget.

45. *Intraui*,s statim illa ad ingressi & recumbentis pedes accesserat.Syr.intrauit.

47. *Remittuntur*,&c.hic sub audienda aliqua in hunc modum si huic prius dimisissem, deberet me iuxta tuam sententiam diligere multum:nunc vero cum tantum amorem ostendat ante remissa (quod sciat)peccata sua.facere non possum, quin ei prorsus omnia remittam.Scio aliter exponi locum ab aliis,sed id interim plus placet.

50. *Fides*,sc coniuncta amori.vt proxime dictum.

In pace,i.prospere,seu feliciter.

CAPVT VIII.

2. *DÆmonia*,vel dæmones,vel vitia,septem autem,pro multa.

3. *Procuratoris*,Syr.præfecti domui

5. *Qui seminat*,Græ.seminator,seu seminans.

8. *Qui habet*,&c.q.d.attendat quisque.

9. *Qui esset*,i.qui significaret.

10. *Mysterium*,i.arcana.

13. *Et hi*,pro,sed hi.

Euntes,i. conuersantes in mundo, vel q.d. progressu temporis

15. *Bono & optimo*,,Græc.bono & bono,i.optimo Syr.humili & bono *In patientia*,i.per patientiam.

17. *Enim* pro,autem. *Palam*,i.apertum.

18. *Quomodo*,q.d.ne negligenter.

Non habet,s.vt debet,quia non operatur.

Se habere,s. sic,vt ei auferri non debeat.

22. *Ascenderunt*,s.in altum mare, vt Græc.indicatur.

23. *Complebantur*,s.fluctibus.

24. *Surgens*,Græ.ἐγερθεὶς,i.experge factus.

25. *Dixit*,pro,dixerat,s.prius.vide Matt.8.

31. *Abyssum*,i.infernum.

32. *Permisit*,s. vt appareret,quam multis dæmonibus hominem liberasset *Stagnum*,i.lacum.

37. *Timore*,s.ob amissos porcos, timebant enim ne quid simile paterentur, si apud illos Christus maneret.

39. IESVS,s.is erat Deus de quo proxime.

46. *Virtutem*, i.effectum virtutis, seu potentiæ.

47. *Non latuit*,putauerat se posse latere.

49. *Ad Principem*, Græc.à Principe, i. domo Principis. *Vexare*,i.fatigare.

54. *Clamauit*,s.velut ad absentem animam,simul etiam vocis vim indicans.

55. *Manducare*,s.vt appareret,vere esse resuscitatam.

56. *Præcepit*, sc. docens nos fugere vanam gloriam.

CAPVT IX.

1. *APostolis*,Græ.discipulis.

Virtutem & potestatem, i. potentem virtutem.

Super,i.contra.

3. *In via*,i.ad iter.

4. *Ne exeatis*,Græ.& Syr.exeatis,q.d ne mutetis hospitium,sed in primo manete, donec exeatis è ciuitate.

5. *Supra*,i.contra.

7. *Hæsitabat*,i.perplexo erat animo.

9. *Quærebat*,i.optabat.Syr.volebat.

12. *Duodecim*,id est,Apostolis,sic enim interdum vocantur.

13. *Nisi forte*,q.d.non possumus quod iubes,nisi forte,&c.

14. *Conuiuia*,Græ. κλισία, i.accubitus.

16. *Benedixit*, sc.vim tribuens, qua multiplicarentur.

Illis,s.panibus,& piscibus.

21. *Increpans*,pro.interminatus.

23. *Quotidie*,s quoties se occasio offeret.

24. *Quin*,&c.vide Matt. 10.

25. *Proficit*,i. iuuatur. *Et detrimentum*, Græc. & Syr.aut detrimentum,i.iacturam.

26. *Maiestate*,Græ. δόξῃ,i gloria.sic infra.

28. *Fere*,s.non erant integri.

31. *Excessum*,Græc.ἔξοδον,i. exitum,s. mortem per passionem. *Completurus*,i.subiturus,seu facturus.

32. *Grauati*,s.Christo orante.

33. *Discederent*, sed nondum discessissent, sc. cœperant discedere, Syr. cœpissent discedere.

34. *Illis*, s. Mose, & Elia, vt est Syr. vel iis, & Apostolis.

36. *Fieret*, i. facta esset.

37. *Descendentibus*, Græ. vbi descendissent.

Illis, Græc. illi.

38. *Vnicus*, Græc. vnigenitus.

39. *Elidit, & dissipat*, Græc. lacerat, seu discerpit.

Dilanians, Græc. conterens.

41. *Peruersa*, Græ. διεστραμμένη, i. distorta.

42. *Elisit* Græ. lacerauit, Syr. prostrauit.

Dissipauit, Græ discerpsit, seu, conuulsit. Syr. fecit stridere.

44. *Magnitudine*, Græc μεγαλειότητι, i. magnificentia, seu maiestate in Christo ostensa.

Cordibus, Græc. & Syr. auribus, q. d. diligenter auscultate. *Sermones istos*, i. quod dicam iam.

45. *Verbum*, i. rem, seu mysterium.

Sentirent, i. plene perciperent. *Timebant*, s. ne reprehenderentur, aut audirent quæ nollent.

46. *Intrauit*, s occasione dictorum de morte, & resurrectione. *Cogitatio*, simul & disputatio.

48. *Puerum*, i. similem aliquem. *Minor est*, pro, minor fuerit, i. humilior. *Maior est*, Græ. & Syr. maior erit.

49. *Sequitur*, s. te.

50. *Vos*, pro, vobis, Græc. & Complut nos, pro nobis.

51. *Complerentur*, i. compleri inciperent. nam post sex menses passus est. *Assumptionis*, s. ex mundo per mortem. *Et*, abundat, more Hebr. *Faciem firmauit*, i. firmiter statuit, vel q. d. vultu imperterrito iter suscepit ad locum vbi erat occidendus.

52. *Ciuitatem*, Græ. κώμην, i castellum, seu pagum, aut oppidum. s. *Pararent*, hospitium.

53. *Quia facies*, &c. q. d. quia apparebat illum ire in Ierusalem adorandi causa. quod Samaritanis displicebat, contendentibus in Garizim monte suo potius adorandum.

54. *Et Ioannes*, fortè hi duo fuerant missi.

Dicimus, Græc. εἴπωμεν, dicamus, i iubeamus.

55. *Estis*, pro, esse debeatis, vel instinctu moueamini ad id.

57. *Via*, sc. alia, & non illa, de qua proximè. vide Matt. 8.

59. *Sepelire*, q. d. manere cum patre vsque ad eius mortem.

60. *Vade*, &c. q d. assume officium prædicandi.

61. *Renuntiare*, i. valedicere, s. datis mandatis. vide Act. 8. vbi idem verbum Græcum.

62. *Aratrum*, i melioris vitæ institutum.

Respiciens, &c. solicitus de iis quæ in sæculo reliquit.

CAPVT X.

1. SEptuaginta duos, Græc. & Syr. septuaginta. Sic & infra.

4. *Salutaueritis*, non prohibet officia humanitatis, sed ne patiantur impediri rebus non necessariis. Vide 4. Reg. 4.

6. *Filius pacis*, i. pace dignus. vide Matt. 10.

Sin autem, i. sin minus, seu alioqui.

7. *Sunt*, sub. & vobis ab illis offeruntur. *Mercede*, adeoque cibo. Matt. 10. dicitur, cibo suo.

Appropinquauit, i. prope est. s. si velitis credere Euangelio.

11. *In vos*, q. d. vobis habete.

12. *Remissius*, i. tolerabilius.

13. *Olim*, i. iam pridem. *Cilicio*, Græc. sacco.

Pœniterent, pro, pœnituissent.

15. *Ad cœlum*, q d. maximè. *Exaltata*, s. superbia, vel mea præsentia, doctrina & miraculis.

17. *In nomine*, i. auxilio, seu virtute.

18. *Fulgur*, s. quod statim extinguitur.

Cœlo, vel cœli intelliguntur, vel potestas, de qua per Apostolos deiectus virtute à Christo data.

19. *Dedi*, Græc. do. *Supra*, i. contra. *Virtutem*, i. potestatem.

20. *Gaudere*, s. præcipue, vel vobis complacendo.

Cœlis, s. in libro vitæ, vbi scripti electi.

21. *Spiritu sancto*, s. ad id mouente, v. q d. gaudio, spirituali, Græ. spiritu, q. d. animo. Syr. Spiritu sancto.

Confiteor, i. laudo. *Etiam*, q. d sane id fecisti.

25. *Ecce*, s. alio quodam tempore, nec enim statim post præcedentia. *Legis peritus*. Hi aliàs vocantur Scribæ.

27. *Toto corde*, id reliqua comprehendit, sed adduntur ad maiorem explicationem. vide 4. Reg. 10.

Sicut te, s. volendo bonum, nolendo malum, benefaciendo, &c.

28. *Viues*, s. æterna vita, de qua quæsisti.

29. *Iustificare*, i ostendere iustum, qui sic esset de salute solicitus.

30. *Suscipiens*, i. respondens. *Descendebat*, s. ex editiori loco. *Semiuiuo*, Græc. semimortuo.

34. *Oleum & vinum*, s. illud lenit, & fouet, id tergit, & corroborat. *Stabulum*, i. diuersorium.

35. *Altera*, i. sequenti. *Stabulario*, i. hospiti.

Supererogaueris, i. præterea insumpseris.

36. *Proximus*, i. proximi functus officio.

38. *Castellum*, s. Bethaniam.

39. *Etiam*, s. cum aliis fœminis vel q. d. totam se composuerat ad attentionem, etiam sedendo.

40. *Satagebat*, i. valde erat solicita.

Frequens, Græc. multum. *Dic*, q. d. alioqui non hinc auelletur.

41. *Martha*, repetit ex beneuolentia, vel ad attentionem.

42. *Vnum*, s rerum diuinarum studium.

Optimam, Græc. bonam.

CAPVT XI.

1. DIscipulis, s. ex 70.

2. *Ait*, Apparet Christum bis docuisse orandi modum, semel enim in monte docuerat.

Regnum tuum, Græc. & Syr. additur. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra.

3. *Quotidianum*, Græc. etiam hic, sicut Matt. 6. *Ἐπιούσιον*, *Hodie*, Græc. & Syr. quotidie.

4. *Tentationem*, Græc. & Syr. additur. Sed libera nos à malo.

5. *Habebit*, pro si habeat.

7. *Pueri*, i. famuli, seu filij. *Cubili*, q. d. etiam ipsi cubant.

8. *Improbitatem*, Syr. importunitatem.

Dabit illi, sub. quanto magis Deus, cui nullum est importunum tempus?

10. *Accipit*, pro accipiet, sic inuenit, pro, inueniet.

Aperietur, sub. in iis, si vt debet, petat, quærat, & pulset.

13. *Data*, i. dona. *De cœlo*, abundat. *Bonum*, Græc. & Syr. sanctum. *Se*, i. ab ipso.

Mutum, i. hominem mutum faciens.

Exeisset, Græc. & Syr. exisset.

16. *Tentantes*, i. potentiæ, eius periculum facientes.

17. *In se*, i. contra se. *Domus*, i. familia. *supra domum*,

mum,i.contra domum,ſc.diuiſa. *Cadet*,i.deſtruetur.
18. *In ſe*,i. contra ſe,ſc. ſi inter ſe dæmones diffideant.
Regnum,ſ.quod tantopere ſtudet conſeruare.
19. *In quo*,i. cuius ope. *Iudices*, &c.q.d.ipſi vos condemnabunt.
20. *Digito*.i.virtute. *In vos*,i.ad vos.
Regnum Dei,i Dei potentia,qua regnat,facitque quod vult.erat vero hæc in Chriſto.
21. *Atrium*,i.domum. *In pace*,i.ſalua.
22. *Diſtribuet*,ſ.inter amicos,vt fit.Chriſtus quidem diſtribuit animas , committens Apoſtolis,eorumque ſucceſſoribus.
24. *Inaquoſa*, i.arida.ſc.animas tentat mortuas mundo.
25. *Inuenit*,præſens eſt *Ornatam*,Syr.paratam.
26. *Septem*,i. multos. *Prioribus*. Hic ſubintellige ſimiliter accidiſſe Iudæis.
28. *Quinimo* Græc.μενοῦνγε, quod etiam ſignificat certe,q.d.etiam illi beati qui,&c.
30. *Signum*,ſc.quod à Deo miſſus eſſet. liberatus enim poſt tres dies è ventre ceti, id Niniuitis dixit.
33. *Modio*,i.vaſe.
36. *Si ergo*, pro, quod ſi. *Corpus tuum*,i. actiones tuæ. *Erit lucidum totum*, &c. pro, vtquod lucidum totum ſit,quamquam,cum Græc.in ſequentibus ita habeatur,vt cum lucerna fulgore illuminat te. poteſt ſenſus eſſe,ſic erit lucidum totum vt eſt lucida domus accenſa lucerna. *Fulgoris*,pro,fulgens.
37. *Loqueretur*, i. doceret,ſc.alio quodam tempore.
38. *Cœpit* ,&c. Græc. & Syr. cum vidiſſet miratus eſt quod non prius eſſet ante prandium baptizatus.i.lotus.
39. *Calicis*,i.poculi. *Catini*,q.d.patinæ ſignificat vero parabolice illos ſoli munditiæ exteriori ſtudere,interiori neglecta , vt ſi quis patinam intus ſordidam,ſolum extrinſecus purget.
40. *Fecit*.ſ.Deus
41. *Quod ſupereſt*, i. adeſt. q.d.de iis quæ ſuppetunt vobis,id enim Græc.ſignificatur.Quidam Ironice dictum putant,q.d.nec vero ſufficit, vt putatis,dare eleemoſynam,vt omnino mundi efficiamini, quæ mihi ſententia non diſplicet quomodo enim iſti ſola eleemoſyna mundarentur? Crediderim ego iſtam ſententiam ſolitam ab ipſis vſurpati , quam Chriſtus irrideat.
42 *Decimatis*,ſ.dando decimas.
Omne,i.quod vis. *Iudicium*,i.iuſtitiam.
Dei,i.in Deum *Illa*,ſ.decimas.
43. *Diligitis*,i.optatis,ſeu ambitis.
44. *Parent*,i.apparent,ſ.ſub terra latentia.
Neſciunt.ſ.quid intus lateat.
46. *Oneribus*,i.præceptis grauibus.
48. *Teſtificamini*,ſ. per opera veſtra, ſimilia illorum operibus. *Ædificatis*, ſpecie quidem pietatis, ſed animo non diſſimili iis,qui occiderunt.
49. *Sapientia Dei*,ſ.ego. vide Matt.23.
Dixit,dixerat id Chriſtus aliquando.
Ex illis.ſ.aliquos.
50. *Inquiratur*,i.requiratur,q. d. detis pœnas effuſi ſanguinis. *Iſta*. ſ.ſolet Deus punire eos,in quibus completur iniquitas. Nec vero punit pro peccato alieno,ſed pro proprio, ſc.populi vnius,cuius illi quos punit,pars quædam eſt, quanquam nullus in particulari puniatur pluſquam meretur, id quod ipſe particulariter peccauit.
51. *Zacharia*.vide Matt.23. *Altare*,ſ.holocauſtorum. *Ædem*,i.templum. *Ita*, Græc.ναὶ,i.certe.
52. *Tuliſtis*, i.accepiſtis *Introiſtis*, ſcil. ad Deum per me.
53. *Inſiſtere* , i.vrgere quæſtionibus.
Opprimere,ſ, obruere quærendo multa , vt ſi non omnibus reſponderet.haberetur imperitus.

CAPVT XII.

1. *Circumſtantibus*.Græc.congregatis, & ſignificatur fuiſſe ingentem multitudinem.
Attendite , Græc.attendite vobis,i.cauete,προσέχετε ἑαυτοῖς. *A fermento*,ſ.ne inficiamini,aut decipiamini.
Hypocriſis,viciat hæc opera fermenti modo.
2. *Reueletur*,ſ.hic aut in futuro.
3. *Quoniam*,Græc.quapropter. *Lumine*,i.palam.
Cubiculis,i.ædium penetralibus. *Tectis*,hæc in Palæſtina plana ſunt.
4. *Amicis*,i.dilectis. *Terreamini*,Græc. timeatis.
5. *Ita*,Græc.ναὶ.i.ſane,
6 *Dipondio*,i.duobus aſſibus.
7. *Pluris eſtis*,i.præſtatis.ſic infra.
8. *Me*,Græci.n me pro me.ſic Pſal.16.& 43.in nomine,pro,nomen.
11. *Qualiter*,i. de modo. *Quid*,i.de re.
Reſpondeatis,ſ.accuſantibus vos.
13. *Dic*,i præcipe.Heb.
14. *Vos*,ſ.de terrenis diſſidentes.
15. *Omni*,ſ.eſt etiam auaritia in aliis,quam pecunia. *Abundantia*,iunge cum,ex his,i.horum,q d non viuit quis diutius,aut felicius,quod abundat facultatibus.
10. *Similitudinem*,Græc parabolam.
18. *Bona*,ſc. reliqua. vel q.d. hæc enim ſunt bona mea.
19. *Epulare*,Græc.εὐφραίνου,i.oblectare.
21. *In Deum*,pro in Deo,i.rebus diuinis,ſeu Dei amore diuitias diſpenſans.
22. *Animæ*,i.vitæ.
25. *Cogitando* , ſc.anxie, ſeu ſolicite, vt patet ex Græc.
27. *Lilia*,pro flores. *Gloria*,i.magnificentia.
28. *Vos*,ſc. veſtiet.
29. *In ſublime tollit*, i. animo eſſe ſuſpenſo, præ ſolicitudine de temporalibus , Syr.ne immoretur mens veſtra in iſtis.
30. *Quærunt*,ſ.ſolicitare,ſeu præcipue.
31. *Iuſtitiam eius*,i.per quam ad id peruenitur.
32. *Puſillus*,ſ.numero,vel viribus.
33. *Sacculos*,i.crumenas.
35. *Præcincti* , ita ſolebant iter facturi, ne veſtium prolixitate impedirentur. vtebantur enim talaribus , vt etiam nunc orientales. *Ardentes*,i.accenſæ.
36. *Et vos*, Alia videtur parabola , quamquam, poteſt eadem eſſe,vt illi intelligantur nocte accenſis lucernis expectare Dominum. *Nuptiis*,i.nuptiali conuiuio.
37. *Tranſiens*, i.diſcurrens, & circumſpiciens,an in menſa aliquid deſit.
38. *Et ſi*, &c. q.d. beati qui ſemper vigilantes à Domino reperiuntur.
39. *Fur*, vide 1. Theſſ 3.& 5. 2.Pet.3. Apoc.3. & 16.
Veniret,i.venturus eſſet.
40. *Veniet*,ſ.ad Iudicium vniuerſale,vel particulare in cuiuſque morte,tunc enim venire creditur, ſaltem per Angelos,certe adeſt per imperium,& iudicium.
42. *Quis putas*, Græc.Quis nam. ſignificatur vero raritas, *Tritici*,iunge cum,menſuram.
45. *Dixerit*,i.cogitauerit.
46. *Sperat*,i.expectat. *Diuidet*,i. ſperabit à ſeruis fide libus. *Partem*,i ſortem,ſeu portionem.

Infidelibus

Infidelibus, s. seruis, q. d. puniet, sicut infideles.
48. *Non cognouit*, s. vt alter.
49. *Ignem*, s. charitatis. *Nisi vt accendatur*, Græc. & Syr. si iam accensus est?
50. *Baptismo*, pro, baptismate, s. passionis.
Coarctor, s. desiderio.
52. *In duos*, i. contra duos,
53. *Socrus*, quæ eadem mater, ita tantum quinque.
54. *Nimbus*, Græ, ὄμβρος, i, imber. *Fit*, s. vt plurimum.
57. *Quid*, i. cur. *A vobis ipsis*, i. ab iis quæ facere soletis, Syr. per vos ipsos, q. d. per rationem qua præditi estis. *Iustum*, i. æquum est facere.
58. *Autem*, Græc. enim. *Vadis cum*, &c. vide Matt. 5.
Nouissimum minutum, i. etiam minimum numum qui restet soluendus.

CAPVT XIII.

1. NVnciantes, sc. vt audirent, quid de ea re ipse sentiret. *Cum sacrificiis*, s. eos dum sacrificabant, iussit occidi.
3. *Similiter*, s. diuina vltione oppressi.
4. *Sicut*. Græc. aut.
6. *Similitudinem*, Græc. parabolam.
9. *Fructum*, sub bene quidem.
10. *Synagoga*, Græc. & Syr. vna synagogum.
Sabbathis, scil. tunc solebant eo frequentes conuenire.
11. *Spiritum*, s. dæmonis opus erat. *Inclinata*, i. incurua.
12. *Dimissa es*, pro, iamiam dimitteris. liberaberis.
14. *Respondens*, i. locutus, Heb.
16. *Isto*, s. tam misero.
18. *Simile æstimabo*, Græc. Assimilabo sic infra.
24. *Contendite*, sc. omnibus viribus. *Intrare*, s. in cœlum. *Quærent*, i. optabunt, seu operam dabunt.
Non poterunt, s. quia non quæsierunt, vt par erat
25. *Intrauerit*, Græ & Syr. surrexerit.
Incipietis, & cæt. q. d. quamquam sic tum dicatis; nihil proderit. *Nescio vos*, i. perinde estis apud me vt ignoti, Græc. non noui vos, sic & inf.
28. *Ibi*, s. in inferno.
30. *Sunt*, pro, erunt. Intelligit vero Iudæos.
Primi, s. gentiles.
31. *Dicentes*, s. finxerant id.
32. *Vulpi*, i. Herodi. vel, ei qui istud finxit.
Ille, Græc. huic. *Hodie & cras*, i. breui tempore.
Tertia die, i. paulo post.
Consummor, pro consummabor, i. interficiar.
33. *Capit*, Græ. οὐδ' ἐνδέχεται, i. conuenit, seu decet, vel possibile est. *Prophetam*, i. me, vel quemquam, q. d. ibi oportet me occidi vbi solent alii prophetæ.
34. *Ierusalem* Repetitio amantis est, simul & miserentis. *Nidum*, i. pullos. *Noluisti*, vide Ezech. 24.
35. *Domus* i. ciuitas, vel regio, q. d. habitatio.
Deserta, sc. habitatore, vel Deo, dictum enim vobis, quamquam forte, vobis abundat more Heb. *Dicitis*, s. die palmarum, de quo inf. cap. 19.

CAPVT XIV.

1. ET *ipsi*, pro ipsi. *Obseruabant*, s. facerentne aliquid quod possent accusare.
2. *Erat* forte ipsi adduxerant, exploraturi an sabbato curaret.
3. *Respondens*, i. locutus Heb. sic inf.
7. *Parabolam*, scil. qua volebat humilitatem docere.
Intendens, i. cum attendisset, seu obseruasset.
8. *Nuptias*, i. conuiuium nuptiale. *Discumbas*, sc. vltro.
9. *Rubore*, Græc pudore. *Nouissimum*, i. vltimum.
10. *Vt cum*, &c. q. d. satius tibi id est, quam illud.
11. *Quia omnis*, &c. q. d. verum enim est, quod vulgo dici solet: omnis, &c. videtur enim id fuisse prouerbium.
Humiliabitur, i. solet humiliari. *Exaltabitur*, i. solet exaltari.
12. *Noli*, s. si vis apud Deum mereri.
Diuites, iungendum autem cum omnibus præcedentibus, nam si pauperes sint, vocari possunt.
13. *Pauperes*, iunge cum sequentibus *Debiles*, Gr. mancos, seu mutilos. sic inf.
14. *Habent*, i. possunt.
15. *Panem*, Græc. prandium.
18. *Simul*, pro, similiter. *Villam*, i. prædium. seu agrum, Græc. ἀγρόν.
23. *Sepes*, scil. loca rusticorum, quæ sepibus cingi solent.
Compelle, &c. indicat desiderium sua communicandi multis.
24. *Imitati sunt*, sub. & recusarunt.
26. *Odit*, s. quatenus Christo contrarij sunt.
Animam, i. vitam.
27. *Post me*. s. imitatione.
28. *Quis enim*, &c. confirmat exemplo ædificij, & belli, agitur enim de spirituali ędificio, & bello.
31. *Cogitat*, Græc consultat. *Ad se*, i. contra se.
33. *Sic*, s. vt dixi de odio patris, &c. *Renunciat*, s. relinquens, saltem effectu.
34. *Euanuerit*, Græc. infatuetur, i. reddatur insipidum. *In quo*, i. qua re. *Condietur*, i. sapor ei restituetur.
35. *Audiendi*, pro, ad audiendum.

CAPVT XV.

4. QVi *habet*, pro, habens. *Et si*: pro, si.
7. *Gaudium*, i. maius.
12. *Me contingit*, i. ad me pertinet, & vulgo dicitur: mitocca.
13. *Luxuriose*, sc. expendens pecuniam luxu vestium, conuiuiorum, & libidinis.
14. *Consummasset*, i. consumpsisset.
15. *Villam suam*, Græc. agros suos.
16. *Siliquis*, fructus est oblongus, colore fusco, sapore dulci. *Algoronam* (voce credo Arabica) Hispani vocant. & quidem Syr. charube, Græc. κεράτιον, forte quia est cornu simile prouenit in Hispania in Valentiæ regno magna copia.
17. *Quanti*, i. quam multi.
18. *In cœlum*, i. in Deum, & eos qui sunt in cœlo.
Coram te, i. contra te.
22. *Stolam*. i. talarem vestem. *Primam*, i. qua ille prius indui solebat.
23. *Vitulum*, Græc. τὸν μόσχον, i. vitulum illum, certum quendam, seu insignem. *Epulemur*, Græc. oblectemur. sic inf.
25. *Symphoniam*, i. musicum concentum.
Chorum, s. saltantium, vel canentium.
30. *Deuorauit*, i. turpiter prodegit. *Suam*, Græc. & Syr. tuam.
31. *Tua*, i. in tua potestate.

CAPVT XVI.

1. **V**illicum, Græc. οἰκονόμον; i. dispensatorem *Dffamatus*, Græc. διεβλήθη, i. delatus est. *Villicationis*, Græc. οἰκονομίας, i. dispensationis. *Villicare*, i. dispensare.

4. *Recipiant*, s. debitores,

6. *Cados*, Græc. Batos, Syr. metretas. *Cautionem*, Græc. γράμμα, i. scriptum, s. obligatorium.

Scribe. s. in alia charta, lacerata ista.

7. *Coros*, Cori decima pars in liquidis Batus, in aridis Ephi, Heb. כור Cor. & חמר Chomer.

8. *Laudauit*, sc. ingenio delectatus. *Iniquitatis*, i. iniquum. *Quia*, filii pro, plane filii. *Huius saculi*, q. d. mundani homines *Filiis lucis*, i. spiritualibus seu fidelibus. *Generatione*, i. gente, sc. in rebus quas tractant.

9. *Mammona iniquitatis*, i. diuitiis iniquis sc. sunt iniquitatis occasio. & fere per iniquitatem parantur.

Defeceritis, sc. per mortem. *Recipiant*, i. sint eleemosynæ illis factæ causa, vt recipiamini: vel sancti ob eas vos adiuuent apud Deum, vt saluemini.

10. *Minimo*, i. rebus temporalibus.

Maiori, i. spiritualibus, Græc. ἐν πολλῷ, i. multo, seu magno *Fidelis est*, scil. vt plurimum. *Modico*, Græc ἐλαχίστῳ, i. minimo.

11. *Quod verum est*, i. veras diuitias, sc. spirituales.

12. *Alieno*, i. temporalibus. quæ & inuitis eripi possunt, & à Deo accepta vt dispensentur, denique homini extrinseca sunt. *Vestrum*, s. bona spiritualia, ad quæ creati, vel mercedem quam eratis habituri, si illa bene dispensassetis.

15. *Iustificatis*, i. iustos facitis, seu iusti haberi vultis.

Nouit, scil. quam sint iniqua, eoque abominatur.

Altum est, i elatum, seu superbum, vel quod homines putant eximium.

16. *Ioannem*, s. locum habuerunt, q. d. post hac alia vitæ ratio, *Ex eo*, s. tempore.

In illud, s. ingredi volens. *Vim facit*, s. se mortificans, & abnegans.

17. *Vnum apicem*, i. vel minimum quid.

Cadere, i. non impleri, seu inanem esse.

19. *Splendide*, s. exquisito cibo, & apparatu.

21. *Canes*, sc. quos præ debilitate repellere non poterat.

22. *Sinum*, i. locum quietis, vel complexum velut patris. *Et diues*, s. non potuerunt cũ diuitiæ à morte liberare. *In inferno*, Græc. & Syr. cum sequentibus iungitur sic legit Aug lib 12. de Gen. cap. 33.

23. *Tormentis*, s. multis.

A longe, s erat ab illa quiete.

24. *Clamans*, corporaliter res describitur, vt melius intelligatur. alioqui non illic clamor, sed mentis locutio, & desiderium, nec digitus aut lingua, sed sic erat exprimenda refrigeratio cruciatus, vt possemus capere.

25. *Bona*, s. temporalia, Græ & Syr. bona tua, q. d. partem tuam. *Similiter*, s. recepit.

Mala, i. aduersa.

26. *In his omnibus*, pro super hæc omnia, i. præterea *Chaos*, Græc. χάσμα, i. vorago, seu hiatus, q. d. latissima & altissima fossa sc. maximum interuallum, impeditaque via. *Firmatum*, sc. Dei decreto, non auferendum vnquam *Qui volunt*, pro, si maxime velint.

Inde, i. istinc.

27. *Rogo*, non id voce dicebat, sed corde fiebat, vt inter se intelligerent.

28. *Testetur*, s. de his suppliciis.

30. *Non*, s. audient.

31. *Credent* scil. certior est scripturæ auctoritas quouis oculato teste.

CAPVT XVII.

1. **I**Mpossibile. s. supposita hominum malitia. *Scandala*, s. salutis impedimenta.

Lapis molaris, &c. genus erat supplicii in ea regione, Græc. mola asinaria. *Scandalizet*, i. impedimentum salutis præbeat. *Pusillis*, i. quantumuis abiectis.

3. *Attendite vobis*, i. cauete, sc. ne scandalizetis quenquam vel scandalo à bono discedatis, potest & cum sequentibus iungi, q. d. attendi te diligenter.

Egerit, scil. peccatum agnoscens, & veniam petens.

Dimitte, s. ore, & opere, nam corde etiam ante pœnitentiam dimittendum.

4. *Septies*, i. sæpius. s. quotiescunque peccauerit, &c.

6. *Fidem*, sc. coniunctam cum fiducia. *Sicut granum*, i. alioqui paruam.

10. *Cum*, pro, etiamsi *Inutiles*, s. Deo nihil vtilitatis afferimus, qui nullo indiget.

12. *Occurrerunt*, s. extra castellum, vel inter transeundum per castellum.

A longe, s. ob lepræ fœditatem.

15. *Magnificans*, i. glorificans.

17. *Respondens*, i. locutus.

18. *Est inuentus*, i. extitit. *Alienigena*, s. à Iudæorum gente alienus.

19. *Vade*, s. securus de incolumitate.

20. *Venit*, pro, venturum esset. *Regnum Dei*, s. dandum per Messiam, vel regnum pro Rege, i. Messia.

Obseruatione, s. temporis, q. d. secundus aduentus Messiæ non potest sciri.

21. *Dicent*, i. vere dicere poterunt. *Hic*, s. est regnum Dei, seu Messias. *Ecce enim*, q. d. quanquam hic adest. *Intra vos*, i. in medio vestri.

22. *Filij hominis*, i. eorum quibus vobiscum versor, q. d. meam præsentiam.

23. *Vobis*, fideles alloquitur. *Ecce hic*, s. Christus

24. *De sub*, &c. q. d. ex vna cæli plaga, vsque ad alteram fulget. *Ita*, s. manifestus. *Sua*, s. iudicij, seu secundi aduentus.

25. *Generatione*, i. gente, s. Iudæorum.

27. *Dabantur*, s. fœminæ.

29. *Pluit*, s. Deus.

31. *Die*, i. tempore, s. commoti mundi. *Vasa*, i. supellex. Heb.

33. *Saluam facere*, sc. in hoc mundo, is perdet in futuro, vel vere saluam facere, perdet, i. mortificabit.

34. *Nocte*, hinc quidam colligunt. Christum nocte venturum *Assumetur*, s. ad regnum.

35. *Molentes*, etiam in vilissimo vitæ genere Christus suos habet. *In vnum*, i. simul.

36. *Vbi*, pro, quo, s. assumetur?

Vbicumque, &c. q. d. vt ad cadauer conuolant aquilæ, ita ad Christum electi volabunt.

CAPVT XVIII.

1. **P**Arabolam, i. similitudinem.

Illos, s. Discipulos. *Quoniam oportet*, pro, docens oportere. *Non deficere*, s. animo, ob dilationem rei petitæ, Græ. defatigari, seu tædio affici ἐκκακεῖν.

3. *Vindica*, i. defende, *Aduersario*, s. qui mecum iudicio certat.

4. *Dixit*,

4. *Dixit*,i.cogitauit *Reuereor*,ſcil.non ſolum impius,ſed & impudens.
5. *In nouiſſimo*,i.tandem,Græc εἰς τέλος,in finem, ſ.perpetuo,Syr.omni tempore. *Sugillet*,i. obtundat. ſeu tædio afficiat.
6. *Iniquitatis*,i.iniquus.
7. *Clamantium*,ſc.pro ſui liberatione. *Illis*,i. illorum cauſa.
8. *Putas*,Græc.num. *Fidem*,ſ.cum charitate.ſignificatur in paucis inuenienda.
10. *Aſcendebant*,ſ erat templum editiori loco.
11. *Stans*,ſ.ſtantes orabant Iudæi. *Velut etiam*,pro nec etiam qualis eſt.
12. *Sabbatho*,i hebdomada vide Leu.23.& 25.
13. *Propitius eſto*,Græ. ἱλάσθητι,i.placatus eſto.
14. *Ab illo*,i pluſquam ille,Heb.q.d.plus Deo placuit ſeu minus diſplicuit.vide Ezech.16.
15. *Illos*,ſ.qui offerebant.
16. *Conuocans*,pro,aduocans.
Talium,ſ.ſimilium puritate & innocentia.
18. *Princeps*,i.vir primarius.
32. *Flagellabitur*,Græ.contumeliis afficietur.
35. *Appropinquaret*,i.prope eſſet. Marcus n. ait, contigiſſe id in egreſſu,niſi forte aliud eſt id miraculum.
39. *Increpabat*,ſ.quod tã ſæpe,& valide clamaret.
41. *Videam* ἀναβλέψω,i.viſum recipiam.
42. *Reſpice*,ἀνάβλεψον,i.viſum recipe.
43. *Magnificans*,Græ.glorificans.
Dedit,&c.i.laudauit Deum.

CAPVT XIX.

1. PErambulabat,i.pertranſibat,Græ.διήρχετο.
3. *Quærebat*,pro,cupiebat.
4. *Sicomorum*,arbor ſimilis ficui,& moro, vnde ei nomen.
7. *Omnes*,i.plurimi.
8. *Do*,i.ſtatuo dare.
9. *Ad eum*,i.de eo.ſic Rom. 10. ad Iſrael,pro,de Iſrael. *Filius Abrahæ*,q.d.ex numero electorum.
11. *Exiſtimarent*,ſ.diſcipuli. *Regnum*,ſ.quo Chriſtum in terra regnaturum putabant.
12. *Regnum*,i regni poſſeſſionem.
13. *Mnas*,μνᾶ, Mina continet vero Attica drachmas centum, Heb. Maneh,מנה eſt autem Hebraica maior multo quam Attica.vide Ezech 45.
Negotiamini,ſ.lucro operam dantes.
14. *Legationem*,ſ.ne amplius rediret.
15. *Negotiatus*,i.negotiando lucratus.
17. *Euge*,vox laudantis,q.d.recte,ſane.Græ εὖ.
Modico,Græ.minimo. *Eris*,Græ.eſto.
21. *Tollis*,&c.q.d.tantum abeſt vt tua perire ſinas,tollis etiam,&c.
23. *Ad menſam*, i. menſariis, qui pecuniam mutuando,aut commutando,lucrantur.
Vſuris,i.lucro. *Exegiſſem*, ſc.à menſariis. Not.ex parabolis tantum accipiendum, quantum ſeruit propoſito,vt hic lucri ſtudium non vſuræ exemplũ.
25. *Habet*,&c.q.d. At habet ſatis multas.
26. *Habenti*,ſ.vt debet,i.vtenti bene.
Non habet,ſc.vt debet. *Ab eo*,abundat,more Scripturæ.
30. *Contra*,i.è regione.
31. *Operam eius deſiderat*, Græc. eo opus habet ſic & infr
35. *Veſtimenta*,ſ.ſuperiora,ſeu pallia.
36 *Subſternebant*,ſ alij.
37. *Diſcipulorum*, Græc.μαθητῶν,i.diſcentium,ſc. diſcipulorum *Virtutibus*,i.miraculis.
38. *In cælo*,i.cum Deo,ſ.ſit nobis,
In excelſis,ſc. habitanti Deo,vel q.d. glorificetur ab Angelis Deus.
42. *Quia*. abundat more Hebr. *Si cognouiſſes*,i.ô ſi ſcires. *Die tua*,ſ.qua à Deo viſitaris.
Quæ ad pacem tibi,i. quæ ad pacem tuam pertinent,ſeu tibi offeruntur. *Abſcondita*,ſ.quia non vis cognoſcere,vel ſenſus eſt totius loci:O ſi ſcires tu, quæ nunc pacifice degis,quanta te mala expectent, nunc tibi ignota.ſub.quanto aliter ageres.
43. *Quia*,&c.explicatio malorum.
In,pro,ſuper,vel contra. *Coanguſtabunt*,i. ad anguſtias redigent,ſeu arcte obſidebunt.
44. *Filios*,i.ciues. *Super lapidem*,Hyperbole.
46. *Quia*,abundat.
47. *Principes plebis*,ſ.ciuitatis primates,qui alias vocantur Seniores,Syr.Seniores populi.
48. *Suſpenſus*,ſ.ab ore pendens loquentis.

CAPVT XX.

1. VNa dierum, i. quadam die. *Docente*, ſ.quæ facienda.
Euangelizante, ſ. regnum Dei.
Conuenerunt,Græc.ἐπέστησαν,i. ſuperſtiterunt,ſeu inſtiterunt, Syr.inſurrexerunt in eum.
3. *Verbum*, i. rem.
4. *De cœlo*,i.auctoritate diuina.
6. *Certi*, Græc. & Syr. perſuaſi.
9. *Ad plebem*, ſ. conuerſus.
10. *Tempore*,i. cum tempus fuit mittendi.
Illo, non eſt Græc. nec in emendatioribus.
13. *Quid faciam?* expreſſio amoris.ſic Oſe 6.
Forſitan, indicatur libertas hominis.
16. *Veniet*,&c.vide Matt. 21. Mar.12.
18. *Conquaſſabitur*, Græc. confringetur.
19. *Et timuerunt*, pro, ſed timuerunt.
Ad,i. contra.
20. *Obſeruantes*,ſ. an in re aliqua poſſent illum accuſare.
Iuſtos,i. iuſti amantes & ſinceros, à quibus nihil eſſet periculi.
Principatui. Syr. iudicio.
Præſidis, ſ. Pilati.
23. *Dolum*, i.verſutiam Syr. aſtutiam.
34. *Huius ſeculi*, ſ. in quo opus eſt ſucceſſione per generationem.
Nubunt, i. ducunt vxores.
Traduntur, ſ. fœminæ.
35. *Nubent*,&c. Græc. eadem verba, quæ ſup.
36. *Filij reſurrectionis*, i. per reſurrectionem renati.
37. *Sicut*,pro,cum.
38. *Ei*, q. d. etiamſi hominibus mortui videantur, tamen Dei potentia, viuunt anima,reſuſcitandi etiam corpore.
40. *Audebant*, ſ. Sadducæi, q.d.ceſſarunt tunc à quærendo. Id verò poſt ea quæ proxime ſequuntur, vt dicunt Matth.& Marc.
46. *Attendite*,i. cauete.

CAPVT XXI.

4. ABundanti,i. eo quod ſupereſt.
Eo quod, &c. i. penuria ſua, vt vertit in Matt.
6. *Hæc*,pro, ex his.
7. *Cum fieri*,&c. Græc. quando futura ſint.
8. *Et tempus*,pro,& quod tempus,ſ.finis mũdo.
9. *Finis*,ſ. mundi.
11. *Terrores*,i. quæ terreant,Græc.φόβητρα, i. terriculamenta.
13. *In teſtimonium*, ſ.vt ſitis de me teſtes, Græc. εἰς μαρτύριον,vnde martyres dicti.

14. *Reſpon*

14. *Respondeatis*, Græc. vos defendatis.

18. *Capillus*, &c. q.d. nihil mali patiemini me defendente vide similem phrasim 1. Regum 14.3. Reg.1.

19. *In patientia*. i. per tolerantiam, & perseuerantiam. vide Mat. 10. & 24.

Possidebitis, &c. q.d. saluabimini.

21. *Regionibus*. Syr. agris.

22. *Scripta*, sc. in Prophetis. Apparet hinc multa in Prophetis de vastatione Ierusalem. ad eam referenda quæ facta per Romanos.

23. *Terram*, s. Iudææ. *Ira*, i. punitio.

24. *Ore*. i. acie, Hebr. *Donec*, &c. q d. vsque ad finem mundi erit destructa, vel punietur per gentiles, tempore s. & modo quo Deus statuit.

25. *Et erunt*, &c hæc ad finem mundi pertinent.

Pressura, i. anxietas, seu angustia.

Confusione, Græc. ἀπορία, i. perplexitate, seu desperatione, Syr. stupore. *Sonitus*, i. ob sonitum, Græc. sonante mari & fluctibus.

26. *Arescentibus*, Græc. ἀποψυχόντων, exanimatis, seu tabescentibus *Qua*, pro, eorum quæ.

27. *Maiestate*, i. gloria.

28. *Leuate capita*, i gaudete, confidite, s mœsti in terram vultum demittunt, læti eleuant, vel capita, i. mentes.

30. *Fructum*, s. folia, vel gemmas, Græc. cum pullulant, seu gemmant.

32. *Omnia*, s. quæ prædixi.

34. *Attendite*, i. cauete. *Ne forte*, pro, nequando. *In crapula*, i. per crapulam. *Ebrietate*. Intellige per hæc duo, etiam reliquas voluptates. *Curis*, i. solicitudinibus.

35. *Sedent*, sc. terrenis addicti. *Faciem*, i. superficiem.

36. *Vigilate*, &c. etiam opus est nostra industria.

Stare, s. confidenter. vide Sap. 1.

37. *Monte*, &c. sc. in Bethania, quæ in latere montis sita.

38. *Manicabat*, Hispani dicunt Madrugaua. Quidam legunt, mane ibat. forte legendum manitabat, sed omnia eodem redeunt: significatur enim summo mane solitos ire.

CAPVT XXII.

1. INtrauit, scil. inuasit, ad nouum facinus inducens.

4. *Magistratibus*, sc. præfectis militum, qui templum tuebantur. Inf. vocantur templi magistratus Græc. ducibus. Syr. magistris militiæ.

5. *Turbis*, i. turbarum tumultu.

7. *Occidi*, Græc. θύεσθαι i. immolari.

10. *Introeuntibus*, Græc. ingressis. *Amphoram*, Græc. κεράμιον, i. vas fictile.

11. *Diuersorium*, i. locus hospitandi, Syr. domus conuiuij

15. *Desiderio*, i. vehementer *Hoc*, s. quo Eucharistia instituenda, pauloque post morte ostendendum, quantum homines diligeret, quos sic redimeret.

16. *Ex hoc*, s. tempore. *Illud*, s. Pascha, q.d. id erit postremum. *Impleatur*, s. spiritualiter. Nota donec, simile illi, de quo Matt. 1. nec n. Pascha postea manducauit.

Regno Dei, i. resurrectione qua transiuit ad immortalitatem & quidem Pascha transitus interpretatur.

18. *Generatione*. i. germine seu fructu.

Veniat, s. cum resurrexero.

19. *Datur*, i. offertur. obtulit n. Christus tunc, vt nunc offerunt sacerdotes. *Hoc*, s. quod feci accipiens, benedicens, consecrans, offerens, &c. *Commemorationem*, i. memoriam mei.

20. *Similiter*, &c. explicat magis quod de Calice dixerat. *Cœnauit*, s. instituta est Eucharistia post esum Agni Paschalis, & pedum ablutionem.

Nouum Testamentum, s. conformans per sanguinem meum, quem continet.

21. *Verumtamen*, &c. q. d. sed parum profuerit ea fusio Iudæ. *In mensa*, communicauit Iudas cum cæteris.

22. *Definitum*, s. à Patre, & ab æterno. *Vadit*, sc. ad mortem.

24. *Maior*, pro, maximus, adeoque post Christi mortem cæteris præficiendus vel illo regnante primum locum habiturus.

25. *Eorum*, pro, earum. *Eos*, pro, eas. *Vocantur*, potius quam sunt, q.d cum dure tractant, tamen benigni dicuntur à suis, vel adulantibus, vel timentibus.

26. *Minor*. Græc. iunior, seu minor natu, q.d. submissior sit. Syr minimus. Notant quidam, vt est honoris nomen presbyter, seu senior, ita contemptus iuniorem. vnde Psalm. 118. Adolescentulus sum ego & contemptus, i. iuniorum more contemptus.

Præcessor, i. præcellens, Græ ἡγούμενος, i. dux, seu rector, Syr princeps significatur hic vnus esse inter eos Dux, seu Rector futurus, s. Petrus.

27. *In medio vestrum*, i. inter vos. *Ministrat*, s. pedes lauerat, & solebat cibos distribuere.

28. *Tentationibus*, s. quas passus à Iudæis.

29. *Dispono*, id est, ordino, seu constituo. Syr. promitto.

Disposuit, Syr. promisit.

30. *Edatis*, &c. i. fruamini summis deliciis.

Sedeatis, s. die iudicij.

31. *Simoni*, sc. tanquam capiti futuro. *Expetiuit*, Gr. & Syr. postulauit, s. vt solet qui petit aliquem ad pœnam seu cruciandum. *Cribraret*, i. tentationum impulsu agitaret.

30. *Pro te*, s. peculiariter *Non deficiat*, Petri & eius successorum fides, ex quo facti Pontifices, nunquam defecit *Conuersus*, s. à peccato negationis.

Fratres, s. Christianos.

35. *Sacculo*. i. crumena, seu marsupio.

36. *Tollat*, i. accipiat, q.d. post hac sibi quisque prouideat, sensus est: Cum vobiscum essem, nihil vobis deerat: at nunc auferar à vobis, multaque patiemini.

Non habet, s. gladium. *Tunicam*, Græ ἱμάτιον i. pallium. *Gladium*, q.d instat persecutio magna, vt videatur humano iudicio pro gladio danda vestis.

37. *De me*, s. scriptura.

38. *Satis est*, q.d video vos non intellexisse quid voluerim significare, sic & vulgo solemus dicere, cum quis nos non intelligit, Syr. sufficiunt.

40. *Locum*, s. montem,

42. *Voluntas*, i. naturale desiderium.

43. *Apparuit*, s. in tertia oratione, vel forte in singulis *Confortans*, sc. proposita Patris voluntate, & passionis fructu, Syr. confirmans.

44. *Agonia* i. animi anxietate, scil. ex mortis horrore

Prolixius, Syr. intensius. *Gutta*, Græc. θρόμβοι, i. crassiores guttæ. *Sanguinis*, vere sanguis erat.

Decurrentis, s. magna copia.

47. *Oscularetur eum*. Hic Græ. & Syr. additur: Hoc n. signum dederat eis, quem fuero osculatus, ipse est.

49. *Futurum*, s. vt captus duceretur. *Si percutimus*, pro percutiemusne?

51. *Sinite*, Syr. Satis est. *Vsque huc*. s. processisse vos sufficit, vel illos progredi est permissum, s. vt me capiant, &c.

EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM.

Ioannes patre Zebedæo, matre Salome, de qua Matth. 27. vixit post Christi passionem annos 68. secundum Hieron. totius autem vitæ eius incerti anni: putantur tamen à quibusdam fuisse centum. Fuit Episcopus Ephesi; scripsitque Euangelium præcipue contra Ebionem, & Cherinthum Christi diuinitatem negantes.

CAPVT I.

1. IN *principio*, i. ante omnia creata. *Erat*, q. d. iam erat inde sc. ab æternitate. *Verbum*, Græc. ὁ λόγος, i. illud verbum, s. vnicum, & singulare. Ita dicitur filius, quod procedat à Patre, vt à mente verbum. *Deum*, Græc. τὸν Θεὸν, Deum illum, s. qui Pater est. Indicatur autem personarum distinctio.

Et Deus erat Verbum, Græc. καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος, & Verbum illud erat Deus, significatur eadem natura Patris & filij.

2. *Hoc*, s. Verbum, vel totum id quod diximus.

3. *Quod factum est*, id quidam iungunt cum præcedentibus, alii cum sequentibus: atque id sequuntur Latini vt sensus sit, quicquid factum est, in ipso fuisse vitam. Mihi prior sententia planior videtur, vt sensus sit, omnia per ipsum facta esse, & sine ipso nihil factum, ex iis quæ facta sunt, vt sit repetitio, more scripturæ, ad maiorem declarationem.

4. *In ipso*. Id quidam coniungunt cum præcedentibus, alii probabilius cum sequentibus, q.d. in ipso vt in fonte vita erat, vel ipse vita erat. *Et vita*, s. illa, quæ in ipso erat, & ipse erat.

5. *Et lux*, &c. q.d cumque lux in tenebris lucere soleat, s. expulsis his, tamen mentes excæcatę lucem hanc non receperunt.

6. *Fuit*, i. extitit, non enim iungitur cum, missus.

Vt testimonium, Explicatio præcedentis.

Lumine, pro, luce, s. illa de qua sup.

8. *Lux*, s. ipsa, sed eius testis.

9. *Erat*, s. illa lux, de qua supra. *Vera*, s. per naturam non per participationem. *Omnem*, q.d. ab illa sola illuminantur quicumque illuminantur.

Venientem, sc. per natiuitatem sic per mortem egreditur, q d. viuerent hic homines in tenebris, nisi ab eo illuminarentur.

10. *Mundus*, i. mundani.

11. *Propria*, i. sua, s à se factum mundum.

Sui, s. homines. *Eum*, pro, id, s. verbum.

12. *Receperunt* s. credendo, vt statim dicitur intellige vero fidem perfectam, s charitate.

Potestatem, Græ. ἐξουσίαν, quod significat etiam auctoritatem, & præeminentiam, vt Rom. 13.

Fieri, s. hoc ipso, quod ipsum recipiunt.

In nomine, Græc. in nomen, i. in ipsum. Heb.

13. *Sanguinibus*, pro, sanguine, i. carnaliter. ostendit quo modo filii Dei fiant *Nec*, &c. explicatio præcedentis. *Voluntate*, i. concupiscentia.

Nati, Græc. geniti.

14 *Caro*, s. homo. *Factum est*, sc. vnita sibi humanitate i corpore & anima humana. vnde idem Christus Deus & Homo. *In nobis*, i. natura nostra vel inter nos. *Quasi*, pro, tanquā, q.d. qualem par erat inesse Dei Filio vnigenito. *Plenum*, s. verbum, quod ab ipso conceptu fuit perfectissimum & gratia & scientia, iung. vero cum habitauit.

15. *Perhibet*, præsentia pro præteritis *Clamat*, s. publice & libere Christum prædicat. *Ante me factus*, i. mihi prælatus. *Prior*, s. dignitate, seu excellentia.

16. *Et de*, &c. Euangelistæ verba coniugenda autem cum, plenum gratiæ, &c. quamquam possunt etiam esse Baptistæ. *Omnes*. sc quicunque accepimus aliquod Dei donum. *Et gratiam*, pro, i. gratiam.

Pro gratia, q. d. omnem, seu quamlibet gratiam, sic vulgo dicitur. di per di, i. ogni di sic Iob. 2. pellem pro pelle, i. omnem, pellem. s. alienam.

14. *Data*, non facta. *Gratia*, s iustificans.

Veritas, s. illuminans. *Facta*, s. est Christus Deus, Dei enim solius opus est Gratia.

18. *Nemo*, s hominum. *Vidit*, s. vt est in se. seu comprehensiue, vel in hac vita. Alioqui in cœlo videbatur à sanctis dum hæc Ioannes scriberet quamquam ille loquitur de tempore ante Christi aduentum, q.d. Nemo ante Christum viderat. ex quo illud, quod quidam de Mose, & Paulo putant, vidisse eos Deum non videtur probabile *Sine*, sc. in eadem cum Patre essentia *Enarrauit*, i. declarauit, sc. quis Deus sit, & quantus, qualisque.

19. *Quis es*, sc. munere. Nam filium esse Zachariæ sciebant

20. *Et non negauit*. Repetitio more, Heb. sic supr. per negationem, & sine ipso, &c. & alibi, tenebræ in eo non sunt vllæ *Non sum*, &c apparet id etiam illos quæsisse.

21. *Propheta*, Græc. ὁ προφήτης, ille Propheta. s. de quo. Deut. 18. vel q.d. insignis aliquis Propheta.

Non, q.d. non sum ille, de quo Deuter. 18. vel ex Prophetis qui futura prædicunt, vel qualem me vos existimatis.

24. *Dirigite*, i. rectā facite, vt alias vertit Interpres.

26. *Medius vestrum*, i. inter vos. *Stetit*, pro, stat.

Nescitis, i. non nostis.

27. *Post me*, s prius prædicauit Ioannes.

Ante me, &c. vide. sup. num. 15.

28. *Bethania*, sic est, etiam Græc & Syr. Quidam Bethabaram legunt. forte vtroque nomine locus vocabatur.

29. *Altera die*, i. postridie, Græ τῇ ἐπαύριον.

Agnus, Græ. ὁ ἀμνὸς, i. ille agnus, s. singularis, de quo & Isa. 53. *Tollit*, i. auffert. s. propria virtute. & semper.

Peccatum, s. omne.

30. *Venit*, præsens est.

31. *Nesciebam*, i. non noueram sic solemus dicere de eo quem nunquam videmus. vide Matt. 3.

In Israel, Græc. Israeli.

35. *Altera*, i. sequenti. *Stabat*, sc. constiterat, vt Christum transeuntem videret.

38. *Rabbi*, d. est, magister mi. Quidam tamen putant solum significare magister: nec enim Iod. esse

esse affixum, probabile id, sed negant alii. Nam quod Ioannes magister solumdicit, breuitatis causa facit sicut pro Adonai, quod est Dominus meus, seu Domini mei, 70. solum Dominus reddunt Idem dic de Rabboni Ioan 20. Syr. magister noster, sc. volebant esse discipuli.

Habitas, s. volunt esse familiares.

39. *Venite*, non differendum venire ad Christum.

Die illo, s. vsque ad noctem. *Decima*, diuidebatur dies quisque in 12. horas. Itaque reliquæ erant duæ solæ.

41. *Inuenit*, præsens est, sic inf. bis.

Primum, Græc. primus *Messiam*, Græ. τ̀ μεσσίαν, illum Messiam, s. tantopere expectatum.

42. *Vocaberis*, s. post hac. *Cephas*, Chal. est. s. Cepha cui à Græcis additum, s, ita fit Cephas. *Petrus*, Græc. πέτρος, i. petra.

43. *In crastinum*, i. postridie eius diei *Inuenit*, sc. quærebat eum, vt Apostolum faceret.

45. *Inuenit*, s. diligenter quæsierat.

Nathanael. Quidam hunc putant Bartholomæum, quod semper Bartholomæus Philippo connumeretur. & Ioan. vlt. Nathanael inter Apostolos reperiatur, aiuntque id fuisse nomen proprium: Bartholomæum vero cognomen, vt Petri Bart. Iona. Alii tamen negant, & probabilius.

46. *Nazareth*, q. d tam ignobili loco.

Esse, i. prodire, q d. tantum ne bonum ex tam paruo loco?

47. *Israelita*, Syr. filius Israel.

48. *Sub ficu*, apparet hic repertum à Philippo.

49. *Rabbi*, Syr. Magister mi.

50. *Maius* Græ. & Syr. maiora.

51. *Amen, Amen*, i. vere, vere. Geminatur, vel ad confirmationem, vel ad faciendum superlatiuum, quo carent Hæbræi, q. d. verissime.

52. *Videbitis*, &c. Id quando viderint, non est scriptum, sensus est, videbitis ei inseruire Angelos, de cælo descendentes, eoque ipso iubente reuertentes.

Supra, i. ad.

CAPVT II.

1. *TErtia*, s. ab aduentu Christi in Galilæam, vel Nathanaelis ad Christum. erat autem decima tertia à Natiuitatis die, 30. anno Christo.

Nuptiæ, Syr conuiuium. sic & inf.

Mater, scilicet iam mortuo Ioseph, secundum Epiph.

2. *Vocatus*, s vt notus, & amicus.

3. *Deficiente*, Græ. cum defecisset, pro, deficere cœpisset.

Vinum, s. sufficiens.

4. *Quid mihi & tibi*, i. omitte me, Heb vide. 2. Reg. 16. 4. Reg. 9. Matt. 8. Quidam interpretantur: Quid mihi & tibi curæ est de vino?

Hora, i. opportunitas, s. oportebat prius apparere necessitatem, vel q. d. nondum tempus est faciendi miracula; quod tamen in matris gratiam anteuertit, & ne videretur tempori subiectus.

5. *Dicit*, videtur præuidisse quod Christus erat facturus aut confidisse prouisurum inopiæ.

6. *Purificationem*, scil. lauabant sæpe vt dicitur Matt. 7.

Metretas, i. cados. Capit autem cadus secundum quosdam congios decem. Congius sextarios 6. sextarius cyathos 12. Cyathus vncias 2. *Binas*, &c. sc. aliæ binas capiebant, aliæ ternas.

8. *Architriclino*, i. conuiuij Præfecto, à Triclinio, i. loco tribus constrato lectis Olim n. decumbentes edebant, vnde discumbere, faciunt & id Turcę.

9. *Vocat*, i. compellat, sc. ad ipsum accumbentem accedens, vel fo rte non accumbebat cum cæteris.

10. *Inebriati fuerint*, i. egregie biberint. Heb.

Adhuc, i. nunc.

11. *Initium*, scil. id fuit primum Christi miraculum.

Gloriam, i. potentię claritatem. *Crediderunt*, s. perfect ius.

12. *Descendit*, s ante coniectum Ioannem in carcerem. Itaque aliud est de quo Matt. 4.

Fratres, i. cognati.

13. *Pascha*, s. in primo Christi prædicationis anno.

Iudæorum, id dicit ad differentiam nostri Paschæ.

14. *Templo*, i. templi atrio. *numularios*, s. qui pecunias commutabant, vel mutuabant.

15. *Flagellum*, Græ. φραγέλλιον, voce Latina aliquantum mutata.

16. *Negotiationis*, i. mercatus.

17. *Zelus*, i. ardens studium gloriæ, vel indignatio ob indignam tractationem.

18. *Responderunt*, i. locuti sunt Heb.

Quod signum, quasi vero paruum fuisset miraculum omnes eiicere, nemine resistere audente. *Facis*, i. habeas auctoritatem faciendi.

19. *Soluite*, q. d. solueritis, & tunc signum dabo, sc. resurgendo.

20. *Quadrag.* &c. s. numerant, vt quibusdam videtur, à secundo anno Cyri, quo cœptum ædificari vsque ad 6. Darij Histaspis, quo est perfectum, de quo tempore an tantum fuerit, non video quid opus sit esse solicitum. quid enim, si Iudæi isti errabant? Adde quod templum id ab Herode fuerat à fundamentis ædificatum, illo altero euerso.

21. *Quia hoc dicebat*, pro, quod hoc dixisset.

Crediderunt, s. firmius, & clarius.

23. *Die*, pro, diebus, durabat enim 7. diebus.

Nomine, pro, nomen, i. in ipsum. Not. in scriptura pro eodem sumi, Credere Christo, in Christo, in Christum, in nomine, seu nomen Christi. vide inf. c. 3. 5. & 6. 1. Ioan. Exod. 14. Act. 8.

24. *Non credebat*, &c. q. d. non fidebat illis, quod sciret facile mutandos.

25. *Homine*, i. aliquo. *Quid esset*, q. d. quid lateret in cuiusque animo, & quid quisque tandem esset facturus.

CAPVT III.

1. *HOmo*, i. quidam, Heb. Syr. vnus. *Princeps*, i. vir primarius.

2. *Magister*, Nominatiuus est, Syr. doctor, q. d. scio te à Deo datum Doctorem mundo.

3. *Respondit*, s. iis quæ ille de rebus ad salutem necessariis interrogauerat, vel scire optabat.

Renatus, Græc. natus.

Videre, i. particeps.

Regnum, Dei, s. cœleste, q. d. saluari.

4. *Senex*, propter se dicit. *Renasci*, Græc. nasci.

5. *Quis*, s. etiam paruulus. *Renatus*, Græc. natus.

6. *Carne*, i. carnali generatione.

Caro, i. carnale. *Ex spiritu*, i. spiritualiter.

Spiritus, i. spirituale.

7. *Non*, pro, ideo non. *Dixi*, &c. q. d. loquebar enim de spirituali natiuitate.

8. *Spiritus*, i. ventus, Dion. 15. cœl. Hier.

Vbi vult, i. quo fertur naturali inclinatione.

Vocem, id est. sonum. *Nescis*, scilicet. determinate.

Sic

Sic est, &c. q.d. occulta res est spiritualis [illegible] tio.

9. *Hæc*, [illegible] [illegible] [illegible].

10. *Magister* [illegible], doctor, i. le. [illegible]. *Hæc*, [illegible] de quibus [illegible] multa in scripturis, & dicta, & figurata vide Psalm. 5 . & 102. Ezech. 11. & 36. Zach. 13.

11 *Scimus* [illegible] pro singularibus, vel q.d. solet quis affirmare quæ scit, ne ergo dubites vera me dixisse.

Accipitis [illegible].

12. *Si terrena*, &c. q.d. si tam multa, quæ per parabolas [illegible] [illegible] prædicam, non capitis ô Iudæi, quid [illegible] si altiora non capiatis: vel sic, si id quod exemplo [illegible], quod terrenum quiddam est, de [illegible] credetis, quid si altiora dicam?

Credetis, [illegible] credidistis. *Cælestia*, s. qualia sunt quæ [illegible].

13. *Et nemo*, &c. q.d. possum verò ego de cælestibus loqui, qui inde descenderim, semperque in cælo sim.

Nisi, non significat se ascendisse in cælum, sed se ibi esse, quo nemo vnquam ascenderit. quanquã potest dici ascendisse per visionem Dei, quam habuit ab ipsa conceptione. *Descendit*, descensio intelligitur Incarnatio, qua se exinaniuit. *In cælo*, s. quatenus Deus vbique erat, & quatenus homo, beatus.

16. *Sic enim*, &c. videntur & hæc Christi verba, etsi quidam putant esse Euangelistæ.

17. *Iudicet*, i. condemnet.

18. *Non iudicatur*, i. condemnationi obnoxius non est. Intellige si credat, vt par est, & fidei conuenienter operetur. *Iudicatus*, i. condemnatus, sc. meretur condemnari. *Non credit*, Græc. non credidit. *In nomine*, i. in ipso vide sup. cap. 1. numer. 12.

19. *Iudicium*, i. condemnationis causa.

20. *Odit*, s. quatenus male agit.

21 *Veritatem*, i. iustitiam, Heb. sic 4 Reg. 10.

In Deo, i. secundum Deum, seu Dei voluntatem, q.d. non veretur lucem, sed confidenter accedit, vt cuius opera bona sint, & irreprehensibilia.

22 *Iudæam*, i. in [illegible] Iudææ partem, erat enim in Ierusalem. *Baptizabat*, s. per discipulos. vide inf.

23. *Ennon*, s. [illegible]. *Salim*, quæ & Salem, vrbs Sichimorum [illegible].

25. *Quæstio*, [illegible] inter eos disputant, vter potior baptismus Christi, an Ioannis.

Ex, Syr. vnus ex. *Iudæis*, Syr. quodam Iudæo.

Purificatione, i. baptismo.

27. *Homo*, i. quisquam, q.d. non possum ego, nisi quantum mihi a Deo datum est, debeoque esse sorte mea contentus. *Testimonium*, &c. i. testes estis

29. *Sponsus*, Christum intelligit, qui sibi Ecclesiam desponsauit. *Amicus*, se intelligit. *Stat & audit*, pro, præsens audit.

30. *Crescere*, s. auctoritate.

31. *Omnes*, [illegible]. *De terra*, i. terrenis.

De terra est, pro, [illegible]. *Et de terra*, i. & terrena s. humana.

32. *Audiuit*, s. a Patre [illegible]. *Nemo*, i. fere.

33. *Signauit*, i. velut sigillo addito confirmauit. *Verax*, s. præstans promissa.

34. *Ad mensuram*, [illegible] æqualem, vel pro, parce, vel q.d. non dedit [illegible] gratiam limitatam.

35. *Manu*, i. potestate.

36. *Habet*, s. merito, intellige vero eidem operi [illegible] *Videbit*, i. particeps erit, Heb.

Ira Dei, i. supplicium a Deo. *Manet*, pro, manebit. [illegible] perpetuo, nisi conuertatur.

CAPVT IV.

1. P*Harisæi*, s. qui Christum odio prosequebantur. *Baptizat*, s. ita audierant, quasi Christus per se baptizaret, id quod Euangelista statim corrigit.

2. *Non baptizaret*, s. occupatus docendo, & miracula faciendo, baptizante tamen Apostolos secundum Augustinum.

4. *Samariam*, ita dicebatur Regio, & ciuitas etiam, ædificata in monte, ab huius possessore nomine Somer. vide 3. Reg. 16.

5. *In*, i. prope. *Sichar*, quæ & Sichem, Gen. 34. tandem dicta Neapolis.

6. *Sic*, s. fatigatus, vel vt solent fatigari: vel, vt se offerebat locus. *Sexta*, diuidebant Iudæi diem quemque in 12. horas, vt sup. diximus.

7. *D. Samariâ*, i. Samaritana, sc. ex vrbe Sichem.

8. *Enim*, q.d. non erat quisquam discipulorum qui posset dare, vel, enim, pro, autem.

9. *Non enim*, &c. videntur verba Euangelistæ, possunt tamen esse Samaritanæ. *Coutuntur*, i. commercium habent.

10. *Donum Dei*, i. quæ soleat Deus donare, vel quod tibi donatum sit mea præsentia. *Forsitan*, pro vtique.

Viuam, i. vitalem, sc. gratiam, seu Spiritum sanctum.

11. *In quo haurias*, Græc. [illegible], i. haustrum. *Viuam*, i. quam dicis viuam.

12. *Patre nostro*, sequebantur Samaritani ex parte legem Iudæorum.

13. *Non sitiet*, s. gratia, quæ aquæ nomine significata est, ad vitam æternam, quod ex se est, hominem perducit.

14. *Fons*, pro, velut fons, s. in quo semper aqua. *Salientis*, i. salire facientis.

16. *Vade*, &c. Id dixit Christus, vt ex responsione, quam sciebat daturam, texeret sequentem sermonem, eamque conuerteret.

17. *Non habeo*. sc. vllo modo. Mentitur enim secundum quosdam vt statim accipiat, non expectato viro.

Bene, i. vere, sc. impudens verum dixit, forte etiam prudens.

18 *Quinque*. Hi an legitimi fuerint incertum, verba Christi tamen indicare videntur fuisse.

20. *Adorare*, i. colere ritu per Mosem instituto: alioqui adorare vbique licebat.

21. *Venit*, pro veniet.

Hora, i. tempus, s. doctrinæ Euangelicæ.

Monte hoc, s. solum, quasi hic solum colendus sit Deus, vel, eo modo, quo colitis. *Adorabitis*, s. conuersi ad fidem Christi. *Patrem*, i. Deum.

22. *Quod nescitis*, sc. errabant in multis Samaritani, quod attinet ad Dei cognitionem. *Nos*, s. Iudæi.

Ex Iudæis, [illegible], & Christus ortus, & in mundum profecta prædicatio Euangelica.

23. *Nunc est*, q.d. iam cœpit. *Spiritu*, non cæremoniis Iudaicis. *Veritate*, non errore gentilico.

24. *Et eos*, pro, ideo eos.

25. *Venit*, i. prope est, vt veniat. *Qui dicitur Christus*, id non est Syr. videtur additum ab Euangelista explicationis causa.

27. *Continuo*. Græc. in hoc, [illegible] loquebatur.

esse affixum, probabile id, sed negant alii. Nam quod Ioannes magister solum dicit, breuitatis causa facit sicut pro Adonai, quod est Dominus meus, seu Domini mei, 70. solum Dominus reddunt. Idem dic de Rabboni Ioan 20. Syr. magister noster, sc. volebant esse discipuli.

Habitas, s. volunt esse familiares.

39. *Venite*, non differendum venire ad Christum.

Die illo, s. vsque ad noctem. *Decima*, diuidebatur dies quisque in 12. horas. Itaque reliquæ erant duæ solæ.

41. *Inuenit*, præsens est, sic inf. bis.

Primum, Græc. primus *Messiam*, Græ. τ̃ μεσσίαν, illum Messiam, s. tantopere expectatum.

42. *Vocaberis*, s. post hac. *Cephas*, Chal. est. s. Cepha cui à Græcis additum, s, ita fit Cephas. *Petrus*, Græc. πέτρος, i. petra.

43. *In crastinum*, i. postridie eius diei *Inuenit*, sc. quærebat eum, vt Apostolum faceret.

45. *Inuenit*, s. diligenter quæsierat.

Nathanael. Quidam hunc putant Bartholomæum, quod semper Bartholomæus Philippo connumeretur. & Ioan. vlt. Nathanael inter Apostolos reperiatur, aiuntque id fuisse nomen proprium: Bartholomæum vero cognomen, vt Petri Bart. Iona. Alii tamen negant, & probabilius.

46. *Nazareth*, q. d. tam ignobili loco.

Esse, i. prodire, q. d. tantum ne bonum ex tam paruo loco?

47. *Israelita*, Syr. filius Israel.

48. *Sub ficu*, apparet hic repertum à Philippo.

49. *Rabbi*, Syr. Magister mi.

50. *Maius* Græ. & Syr. maiora.

51. *Amen*, *Amen*, i. vere, vere. Geminatur, vel ad confirmationem, vel ad faciendum superlatiuum, quo carent Hæbræi, q. d. verissime.

52. *Videbitis*, &c. Id quando viderint, non est scriptum, sensus est, videbitis ei inseruire Angelos, de cælo descendentes, eoque ipso iubente reuertentes.

Supra, i. ad.

CAPVT II.

1. *Tertia*, s. ab aduentu Christi in Galilæam, vel Nathanaelis ad Christum. erat autem decima tertia à Natiuitatis die, 30 anno Christo.

Nuptiæ, Syr conuiuium. sic & inf.

Mater, scilicet iam mortuo Ioseph, secundum Epiph.

2. *Vocatus*, s. vt notus, & amicus.

3. *Deficiente*, Græ. cum defecisset, pro, deficere cœpisset.

Vinum, s. sufficiens.

4. *Quid mihi & tibi*, i. omitte me, Heb. vide. 2. Reg. 16. 4. Reg. 9. Matt. 8. Quidam interpretantur: Quid mihi & tibi curæ est de vino?

Hora, i. opportunitas, s. oportebat prius apparere necessitatem, vel q. d. nondum tempus est faciendi miracula; quod tamen in matris gratiam anteuertit, & ne videretur tempori subiectus.

5. *Dicit*, videtur præuidisse quod Christus erat facturus aut confidisse prouisurum inopiæ.

6. *Purificationem*, scil. lauabant sæpe vt dicitur Matt. 7.

Metretas, i. cados. Capit autem cadus secundum quosdam congios decem. Congius sextarios 6. sextarius cyathos 12. Cyathus vncias 2. *Binas*, &c. sc. aliæ binas capiebant, aliæ ternas.

8. *Architriclino*, i. conuiuij Præfecto, à Triclinio, i. loco tribus constrato lectis Olim n. decumbentes edebant, vnde discumbere, faciunt & id Turcæ.

9. *Vocat*, i. compellat, sc. ad ipsum accumbentem accedens, vel fo rte non accumbebat cum cæteris.

10. *Inebriati fuerint*, i. egregie biberint. Heb.

Adhuc, i. nunc.

11. *Initium*, scil. id fuit primum Christi miraculum.

Gloriam, i. potentiæ claritatem. *Crediderunt*, s. perfectius.

12. *Descendit*, s. ante coniectum Ioannem in carcerem. Itaque aliud est de quo Matt. 4.

Fratres, i. cognati.

13. *Pascha*, s. in primo Christi prædicationis anno.

Iudæorum, id dicit ad differentiam nostri Paschæ.

14. *Templo*, i. templi atrio. *numularios*, s. qui pecunias commutabant, vel mutuabant.

15. *Flagellum*, Græ. φραγέλλιον, voce Latina aliquantum mutata.

16. *Negotiationis*, i. mercatus.

17. *Zelus*, i. ardens studium gloriæ, vel indignatio ob indignam tractationem.

18. *Responderunt*, i. locuti sunt Heb.

Quod signum, quasi vero paruum fuisset miraculum omnes eiicere, nemine resistere audente. *Facis*, i. habeas auctoritatem faciendi.

19. *Soluite*, q. d. solueetis, & tunc signum dabo, sc. resurgendo.

20. *Quadrag*. &c. s. numerant, vt quibusdam videtur, à secundo anno Cyri, quo cœptum ædificari vsque ad 6. Darij Histaspis, quo est perfectum, de quo tempore an tantum fuerit, non video quid opus sit esse solicitum. quid enim, si Iudæi isti errabant? Adde quod templum id ab Herode fuerat à fundamentis ædificatum, illo altero euerso.

21. *Quia hoc dicebat*, pro, quod hoc dixisset.

Crediderunt, s. firmius, & clarius.

23. *Die*, pro, diebus, durabat enim 7. diebus.

Nomine, pro, nomen, i. in ipsum. Not. in scriptura pro eodem sumi, Credere Christo, in Christo, in Christum, in nomine, seu nomen Christi. vide inf. c. 3. 5. & 6. 1. Ioan. Exod. 14. Act. 8.

24. *Non credebat*, &c. q. d. non fidebat illis, quod sciret facile mutandos.

25. *Homine*, i. aliquo. *Quid esset*, q. d. quid lateret in cuiusque animo, & quid quisque tandem esset facturus.

CAPVT III.

1. *Homo*, i. quidam, Heb. Syr. vnus.

Princeps, i. vir primarius.

2. *Magister*, Nominatiuus est, Syr. doctor, q. d. scio te à Deo datum Doctorem mundo.

3. *Respondit*, s. iis quæ ille de rebus ad salutem necessariis interrogauerat, vel scire optabat.

Renatus, Græc. natus.

Videre, i. particeps.

Regnum, *Dei*, s. cœleste, q. d. saluari.

4. *Senex*, propter se dicit. *Renasci*, Græc. nasci.

5. *Quis*, s. etiam paruulus. *Renatus*, Græc. natus.

6. *Carne*, i. carnali generatione.

Caro, i. carnale. *Ex spiritu*, i. spiritualiter.

Spiritus, i. spirituale.

7. *Non*, pro, ideo non. *Dixi*, &c. q. d. loquebar enim de spirituali natiuitate.

8. *Spiritus*, i. ventus, Dion. 15. cœl. Hier.

Vbi vult, i. quo fertur naturali inclinatione.

Vocem, id est. sonum. *Nescis*, scilicet. determinate.

Sic

Sic est, &c. q.d. occulta res est spiritualis regeneratio.

9. *Hæc*, [illegible]

10. *Magister*, [illegible] i. doctor ille, sc. celebris. *Hæc*, [illegible] quibus tam multa in scripturis & dicta, & figurata vide Psalm. 5[illegible] & 1[illegible]. Ezech. 11. & 36. Zach. 13.

11. *Scimus*, plur. pro singularibus, vel q.d. solet quis [illegible] quæ [illegible] ne ergo dubites vera me dixisse.

Accipitis, [illegible]

12. *Si terrena*, &c. q.d. si tam multa, quæ per parabolas [illegible] prædicaui, non capitis ô Iudæi, quæ [illegible] non capiatis: vel sic, si id quod [illegible] quod terrenum quiddam est, [illegible] creditis, quid si altiora dicam?

Creditis, [illegible] *Cælestia*, i. qualia sunt quæ [illegible]

13. *Et nemo*, &c. q.d. possum verò ego de cælestibus loqui, qui inde descenderim, semperque in cœlo sim.

Nisi, non significat se ascendisse in cœlum, sed se ibi esse, quo nemo vnquam ascenderit. quanquã potest dici ascendisse per visionem Dei, quam habuit ab ipsa conceptione. *Descendit*, descensio intelligitur Incarnatio, qua se exinaniuit. *In cælo*, s. quatenus Deus, [illegible] erat, & quatenus homo, beatus.

16. *Sic enim*, &c. videntur & hæc Christi verba, etsi quidam [illegible] Euangelistæ.

17. *Iudicet*, i. condemnet.

18. *Non iudicatur*, i. condemnationi obnoxius non est. Intellige si credat, et par est, [illegible] fidei conuenienter operetur. *Iudicatus*, i. condemnatus, sc. meretur condemnari. *Non credit*, Græc. non credidit. *In nomine*, i. in ipso vide sup. cap. 1. numer. 12.

19. *Iudicium*, i. condemnationis causa.

20. *Odit*, s. quatenus male agit.

21. *Veritatem*, i. iustitiam, Heb. sic 4 Reg. 20.

In Deo, i. secundum Deum, seu Dei voluntatem, q.d. non veretur lucem, sed confidenter accedit, vt cuius opera bona sint & irreprehensibilia.

22. *Iudæam*, i. [illegible] Iudææ partem, erat enim in Ierusalem. *Baptizabat*, s. per discipulos. vide inf.

23. *Ænnon*, [illegible] *Salim*, quæ & Salem, vrbs Sichimorum olim.

25. *Quæstio*, [illegible] inter eos disputari, vter potior baptismus Christi, an Ioannis.

Ex, Syr. [illegible] *Iudæis*, Syr. quodam Iudæo.

Purificatione, i. baptismo.

27. *Homo*, i. quisquam q.d. non possum ego, nisi quantum mihi à Deo datum est, ideoque esse sorte mea contentus. *Testimonium*, &c. i. testes estis.

29. *Sponsum*, Christum intelligit, qui sibi Ecclesiam desponsauit. *Amicus*, se intelligit. *Stat & audit*, pro, præsens audit.

30. *Crescere*, [illegible]

31. *Omnes*, [illegible] *De terra*, i. terrenis.

De terra est, [illegible] *Et de terra*, i. & terrena s. humana.

32. *Audiuit*, i. à Patre accepit. *Nemo*, i. fere.

33. *Signauit*, i. velut sigillo addito confirmauit. *Verax*, s. præstans promissa.

34. *Ad mensuram*, i. omnibus æqualiter, vel pro parte, vel q.d. non dedit [illegible] cæteris gratiam limitatam.

35. *Manu*, i. [illegible]

36. *Habet*, s. merito, intellige vero si idem operi[illegible] [illegible] *Videbit*, i. particeps vitæ, Heb. [illegible] i. supplicium à Deo. *Manet*, pro, manebit [illegible] perpetuo, nisi conuertatur.

CAPVT IV.

1. PHarisæi, s. qui Christum odio prosequebantur. *Baptizat*, s. ita audierant, quasi Christus per se baptizaret. id quod Euangelista statim corrigit.

2. *Non baptizaret*, s. occupatus docendo, & miracula faciendo, baptizauit tamen Apostolos secundum Augustinum.

4. *Samariam*, ita dicebatur Regio, & ciuitas etiam, ædificata in monte, ab huius possessore nomine Somer. vide 3. Reg. 16.

5. *In*, i. prope. *Sichar*, quæ & Sichem, Gen. 34. tandem dicta Neapolis.

6. *Sic*, i. fatigatus, vel vt solent fatigati: vel, vt se offerebat locus. *Sexta*, diuidebant Iudæi diem quemque in 12. horas, vt sup. diximus.

7. *De Samaria*, i. Samaritana, sc. ex vrbe Sichem.

8. *Enim*, q.d. non erat quisquam discipulorum qui posset dare, vel, enim, pro, autem.

9. *Non enim*, &c. videntur verba Euangelistæ, possunt tamen esse Samaritanæ. *Coutuntur*, i. commercium habent.

10. *Donum Dei*, i. quæ solet Deus donare, vel quod tibi donatum sit mea præsentia. *Forsitan*, pro vtique.

Viuam, i. vitalem, sc. gratiam, seu Spiritum sanctum.

11. *In quo haurias*, Græc. ἄντλημα, i. haustrum. *Viuam*, i. quam dicis viuam.

12. *Patre nostro*, sequebantur Samaritani ex parte legem Iudæorum.

13. *Non sitiet*, s. gratia, quæ aquæ nomine significata est, ad vitam æternam, quod ex se est, hominem perducit.

14. *Fons*, pro, velut fons, s. in quo semper aqua. *Salientis*, i. salute facientis.

16. *Vade*, &c. Id dixit Christus, vt ex responsione, quam sciebat daturam, rex eret sequentem sermonem, eamque conuerteret.

17. *Non habeo*, sc. vllo modo. Mentitur enim secundum quosdam vt statim accipiat, non expectato viro.

Bene, i. vere, sc. imprudens verum dixit, forte etiam prudens.

18. *Quinque*. Hi an legitimi fuerint incertum, verba Christi tamen indicare videntur fuisse.

20. *Adorare*, i. colere ritu per Mosem instituto: alioqui adorare vbique licebat.

21. *Venit*, pro veniet.

Hora, i. tempus, s. doctrinæ Euangelicæ.

Monte hoc, i. solum, quasi hic solum colendus sit Deus, vel, eo modo, quo colitis. *Adorabitis*, s. conuersi ad fidem Christi. *Patrem*, i. Deum.

22. *Quod nescitis*, s. errabant in multis Samaritani, quod attinet ad Dei cognitionem. *Nos*, i. Iudæi.

Ex Iudæis, sc. ab eis, & Christus ortus, & in mundum profecta prædicatio Euangelica.

23. *Nunc est*, q.d. iam cœpit. *Spiritu*, non cæremoniis Iudaicis. *Veritate*, non errore gentilico.

24. *Et eos*, pro, ideo eos.

25. *Venit*, i. prope est, vt veniat. *Qui dicitur Christus*, id non est Syr. videtur additum ab Euangelista explicationis causa.

27. *Continuo*. Græc. in hoc, [illegible] loquerentur.

Muliere,ſ. ſola,vel Samaritana,vel præter morem ſuum. *Quid loqueris*,pro,cur loqueris.

29. *Numquid*,q.d.vos ipſi examinate.

34. *Vt perficiam*,pro,nempe vt perficiam.

Opus,ſ.ſalutem hominum.

Eius,i.ab eo præceptum.

35. *Oculos*,ſ. mentis *Meſſem*,ſ.ſpiritualem.

36. *Et congregat*,pro,nam congregat.

Æternam,ſ.congregantis,& congregati.

Vt & qui,&c.q.d.ita fit, vt ſicut gaudet qui ſeminat,ita gaudeat etiam qui metit, vel ſimul gaudeant ſ.in cœlo.

34. *In hoc*,&c.q.d.Atque huc poteſt accommodari,quod vulgo dici ſolet:Alius,&c.

38. *Miſi*,deſtinaui mittere,vel præterita pro futuris.

Laboraſtis,i.coluiſtis,ſ.ſeminando,rigando &c.

Alij,ſ.Prophetæ,ſeu qui vos præceſſerunt patres qui Iudæis prædicauerunt.

40. *Ibi*,Græc.& Syr.apud eos.

41. *Sermonem*,i.doctrinam. *Eius*,ſ.Chriſti.

42. *Non*,ſub.tantum,ſeu tam. *Mundi*, Græc.additur Chriſtus,& Syr.Meſſias.

43. *Galilaam*,ſub.relicta Nazareth.

44. *Perhibuit*,vide Matt.13.Mar.6 Luc.4.

Non habet,ſ.vt plurimum,vel de ſe loquitur.

45. *Exceperunt*,ſ.honorifice.

46. *Regulus*,Græc. βασιλικὸς,i.regius;ſ.genere,vel miniſterio aliquo. Syr ſeruus regius. Interpres videtur legiſſe βασιλίσκος.

46. *Aduenires*,pro,aduenisſet.

48. *Signa, & prodigia*,i. valde inſolita miracula. *Non creditis*. Apparet iſtum fuiſſe Iudæum.

50. *Viuit*,i.incolumis eſt.Heb.ſic viuificari dicitur qui à malis liberatur.

51. *Viueret*,i.ſanus eſſet.

52. *Habuerit*,pro.habuiſſet.

53. *Credidit*,ſ.in Chriſtum.

54. *Iterum*,ſ.in Galilæa. *Secundum*.ſc.ex factis in Galilæa.

CAPVT V.

1. F*Eſtum*. Pentecoſtes, ſecundum quoſdam, ſecundum alios,Paſchæ,quod probabilius.

2. *Probatica*, ſcil. vbi oues congregabantur, vel etiam lauabantur, offerendæ in templo, à quibus ei nomen:nam προβατον, ouis. *Piſcina*,locus erat, in quo aqua pluuia colligebatur vt ſolet in ciſternis.

Bethſaida, Græ.Betheſda,i. domus effuſionis, ſc. aquarum, Syr. Beth Cheſda,i. Domus miſericordiæ.

3. *Aridorum*,ſ.aliqua corporis parte.

4. *Autem*,Græc enim. *Secundum tempus*,i.certo quodam tempore ſed hominibus ignoto.

Mouebatur,Græc.& Syr.turbabatur.

Motionem,Græc.& Syr.turbationem.

6. *Haberet*,ſ.ægrotaſſe diu.

7. *Domine*,honorifice appellat,etſi non noſſet videtur autem putaſſe Chriſtum operam velle ſuam ei offerre,ad eum deponendum in piſcinam. *Venio*. poterat ſe mouere,ſed ægre.

8. *Grabatum*,i.lectum.

10. *Tollere*,i.geſtare.

13. *Loco*,ſ.illo,vbi ſanauerat hominem.

14. *Iam noli peccare*,Græc.ne poſt hac pecces.Indicat ob peccata ægrotaſſe.

15. *Nunciauit*,ſ.ſimplici animo,tamquam de homine diuino.

17. *Operatur*,ſ.continens,& adminiſtrans creaturam,q.d opera mea ſunt opera Dei, quibus ſabbatum non violatur.

18. *Soluebat*,ſ.illorum opinione.

Suum,Græc.ἴδιον,i.proprium.

Æqualem, ſc.dum ſe dicit proprium Dei filium, nempe naturalem, & conſubſtantialem, ſeque eadem cum illo facere. Not.intellexiſſe Iudæos, quod multi hæretici non intellexerunt.

19. *Niſi*, pro, ſed. ſic infra cap.15. Gal.2. Matt.12. q.d.non à ſe, ſed à Patre accipiens facit, quæ quæ facit.

Viderit, ſ. videndo accipit vt faciat, & accipiendo videt, nec in eo aliud eſt videre, aliud accipere, vtrumque vero in eo ab æterno, etſi opera in tempore fiant.

Hæc,ſ.eadem. *Similiter*, Itaque non prius Pater, nec perfectus quam Filius.

20. *Demonſtrat*,i. communicat, ſ. ipſum ſibi æqualem generando.

Demonſtrabit,i. communicabit; ſ.æternum omnia tempora comprehendit, ſemperque Pater Filium generat, ſuaque omnia communicat:temporis autem illa curatione. Intellige ſuſcitare mortuos, iuſtificare peccatores, Mundum iudicare, & huiuſmodi alia. *Vt*, non cauſam ſignificat, ſed conſecutionem.

21. *Suſcitat*,&c.vide 1.Reg.2. Deut.32.Pſal.67.

Sic,i.ſimiliter,vt ſupra dictum eſt.

22. *Iudicat*, ſc. apparens in iudicio ſenſibiliter. Aug.

Omne i.de omnibus.

23. *Sicut*,q.æqualiter cum Patre.

24. *Verbum*, i. doctrinam *Habet*,pro, habebit, vel habet ſpe,& merito. *Iudicium*, i. condemnationem.

Venit,pro, veniet *tranſiit*, pro,tranſibit vel q.d. tranſlatus enim eſt à peccati morte ad iuſtitiæ vitam.ſic 1.Ioan.3.tranſlati ſumus, &c.

25. *Hora*,i.tempus. *Et nunc*, proximo vero iam cœpit.

Mortui,ſ.peccato. *Audierint*,i.crediderint,& obedierint.

26. *In ſemetipſo*,i.per ſuam eſſentiam.

27. *Filius hominis*,i.homo Not. quoſdam id coniungere cum præcedentibus,q.d. dedit ei quatenus homini.Alios cum ſequentibus, q. d. ne miremini tantum huic homini datum.

28. *Venit hora*,pro,veniet tempus.

In monumentis,ſ.mortui. *Vocem*, ſ.de qua Matth. 25.1.Cor.15.1.Theſſ.4. formabitur autem miniſterio Angelorum.

29. *Procedent*, ſcil. è monumentis. *Vitæ*, ſ.æternæ beatæ.

Iudicii,i.condemnationis, ſeu ſupplicij, ſcilicet æterni.

30. *Non poſſum*, &c. Oſtendit ſe eſſe operatorum.

A me ipſo,ſ.quicquid habet,vel à Patre habet.

Audio,i.à Patre ſumo. *Et iudicium*,pro, meo iudicium. *Meum*,ſ.ſolam,vel quaſi meum, ſed quatenus mea eſt. *Sed*,pro,ſed etiam,vel ſed quaſi,vel,ſed quatenus.

31. *Non eſt verum*, ſc. veſtro iudicio, qui ſic ſoleris dicere.

32. *Alius*,ſc.Ioannes, vel Pater.

33. *Veritati*, pro, verum, ſc. de me.

34. *Accipio*, ſcilicet quaſi indigens, ſed mea cauſa.

35. *Lucerna*, ſc.accepto lumine ardens, Græc. ὁ λύχνος,i. illa lucerna. forte de qua Pſal.131.Paraui lucernam Chriſto meo.

Ardens, ſc.caritate.

Lucens, ſc.veritate.

Ad horam, i. ad breue tempus,poſtea enim dicebant

cebant habere dæmonium.

Exultare, &c. q.d. eius lucem magno cum gaudio suscepistis, multum ei tribuentes, vel q.d. voluistis illum habere pro Messia.

36. *Ioanne*, i. Ioannis testimonio.

Quia Pater, &c. pro, quod Pater me misit.

37. *Perhibuit*, sc. in baptismo.

Vocem, sc. Dei, non est proprie vox. Nam quas olim audiebant Iudæi Angelorum opera formabantur: quamquam nec illi illas audierant.

38. *Verbum*, i. doctrinam, seu spiritum.

39. *Scrutamini*, & Græc. & Latine potest esse Indicatiuum, & Imperatiuum.

In ipsis, i. per ipsas, sc. credendo, & obediendo eis.

Et illæ, pro illæ enim, vel & tamen illæ.

41. *Claritatem*, Græc. δόξαν, i. gloriam.

Non accipio, q.d. habeo tantum gloriæ à Patre, vt humana non indigeam.

42. *In nomine*, &c. q.d. ex parte Patris, seu à Patre missus, vt Filius.

Alius, sc. Antichristus.

In nomine suo, i. a seipso q.d non à Deo missus.

45. *Nolite*, &c. q.d. non erit opus, vt ego vos accusem.

Moses, i. Mosis lex, sc. tanquam transgressores, & qui ei de me prædicenti non creditis. Not. hinc scripturæ non credere eos, qui ea non credunt, quæ ex ipsa colliguntur.

46. *Forsitan*, pro, vtique. *Scripsit*, sc. Gen. 40. Deut. 18.

47. *Meis*, sc. quem præ Mose nihili facitis.

CAPVT VI.

1. TRans mare, non quidem in vlteriorem ripam, sed in eandem, secundum quosdam. forte sinus interualla distans, ita vt opposita videretur. Alij in oppositum putant nauigatum.

2. *Multitudo*, sc. populi.

5. *Philippum*, &c. vt animaduertam, & qui sic ad sublimiora erigi opus haberet.

6. *Tentans*, i. explorans quid sentiret.

7. *Ducentorum denariorum*, faciunt hi circiter 20. aureos.

9. *Tantos*, i. tam multos.

10. *Fœnum*, i. gramen.

12. *Impleti*, i. saturati.

14. *Propheta*, Græc. ὁ προφήτης, i. ille Propheta, sc. Messias tamdiu expectatus.

Venturus est, i. prædictus, seu promissus venturus.

15. *Fugit*, Græc. ἀνεχώρησεν, i. secessit.

17. *Capharnaum*, sed prius in Bethsaida, vt alij Euangelistæ dicunt.

19. *Viginti quinque*, sc. maiorem lacus partem, si ex opposita ripa soluerant, est enim latitudo eius 40. stadiorum.

21. *Statim*, sc. vt eum acceperunt.

22. *Altera*, i. sequenti.

Nisi vna, Græc. & Syr. vna in quam intrauerant discipuli eius.

23. *Superuenerunt*, sc. postea.

24. *Nauiculas*, sc. illas, quæ ad eum locum superuenerant.

26. *Quæritis*, sc. multi ex vobis. *Signa*, adeoque per ea eleuemini ad res cœlestes.

27. *Operamini*, i. operando parate. sic Paulus, Salutem vestram operamini.

Non cibum, sc. solum, seu præcipue.

Qui permanet, sc. gratiam Dei seu animæ salutem.

Signauit, Græc. ἐσφράγισεν, i. sigillauit, sc. velut sigillo apposito, voce de cœlo, & miraculis, declarauit & confirmauit suum esse filium.

28. *Faciemus*, i. facere debemus.

Dei, i. Deo grata, seu quæ Deus ab homine requirit.

29. *Hoc est*, non dicit solum id esse. *Credatis*, sc. fides fundamentum est ædificij spiritualis.

30. *Tibi*, intellexerunt de se dixisse.

31. *Manna* Chal. est nam Heb. Man. vide Exod. 16.

32. *De cœlo*, i. vere cœlestem. *Panem*, sane.

Verum, non figuram ipsam, qualis erat Manna, vel q. d. vere panem, vel vere cœlestem.

33. *Mundo*, i. hominibus.

34. *Dixerunt*, sc. carnaliter intelligentes panem, vt Samaritana aquam.

35. *Vitæ*, i. viuificans. *Et qui*, &c. explicatio præcedentis, s. per fidem venitur. Intellige vero formatam charitate. *Non sitiet*, s. nec esuriet, q.d. satiabitur, vt alia iam non optet præsertim in cœlo.

36. *Dixi*, sc. alias *Quia*, pro, quod. *Me*, sc. facientem ea per quæ credere deberetis.

37. *Dat*, sc. prædestinando, & vocando. *Foras*, i. à me, sed conseruabo.

38. *Meam*, sc. solam *Sed*, pro, sed etiam.

39. *Dedit*, s. electos.

Ex eo, s. vllum.

40. *Autem*, pro, enim. Syr. enim. *Videt*. sc. oculis corporis, vel mentis.

41. *Illo*, s. Christo, vel sermone.

43. *In inuicem*, i. inter vos.

44. *Traxerit*, sc. efficaciter mouendo repugnantem vitiosam naturam.

45. *Prophetis*. vide Isa. 54 Ierem. 31.

Omnes, s. Ecclesiæ filij. *Docibiles Dei*, Græ διδακτοὶ τοῦ θεοῦ, i. à Deo docti. *Audiuit*, sc. intus docentem per fidem.

46. *A Deo*, s. natus, vel missus, de se loquitur.

47. *Habet*, pro, habebit.

50. *Non moriatur*, sc. anima, & corpore suo tempore resuscitabitur ad vitam perpetuam, q d. manna nec vitam perpetuam corpori potuit dare, at hic panis, & corpori dat, & animæ.

51. *Viuus*, s. & viuificans.

52. *Dabo*, iungendum cum, pro mundi vita. *Mea est*, Græc. & Syr. mea est quam ego dabo.

53. *Litigabant*, sc. alijs accusantibus, alijs defendentibus. *Carnem suam*, &c. Intellexerunt Iudæi eũ dicere, id quod heretici nolunt intelligere, nec Christus illam intelligentiam reprobauit, sed confirmauit toties verò, & adeo aperte, vt mirum sit esse adhuc qui litigent.

45. *Et biberitis*, etiam qui vnam speciem solam sumunt, bibunt. quod attinet ad Christi intentionem, est n. in carne sanguis simulque vtrumque sumitur necquiquam plus accipit, qui vtramque speciem accipit cum ergo sanguis sumatur, in quo est virtus, parum refert quod non sumitur per modum potus.

55. *Resuscitabo*, s. felici resurrectione.

56. *In me*, s. vt palmes in vite, vnde viuit.

In illo, s. viuificans.

57. *Viuo*, & qua Deus, & qua homo *Patrem*, s. vitam mihi dantem. *Et qui*, pro. sic qui. *Propter me*, s. sic sibi coniunctum, seu vnum.

61. *Durus*, i. difficilis captu.

Audire, i. capere.

63. *Videritis*, &c. q.d. quid dicetis, an etiam tum negabitis eum vera dicere?

63. *Spiritus*, &c. q d quæ dixi spiritualiter intelligenda sunt. & non carnaliter, vt vos intelligitis quasi caro, mea dentibus sit laceranda: non n. sic da-

Infidelibus,f. feruis,q.d.puniet,ficut infideles.
48. *Non cognouit*,f. vt alter.
49. *Ignem*,f. charitatis. *Nisi vt accendatur*, Græc. & Syr. fi iam accenfus eft?
50. *Baptismo*,pro,baptifmate,f.paffionis.
Coarctor,f. defiderio.
52. *In duos*,i.contra duos,
53. *Socrus*, quæ eadem mater,ita tantum quinque.
54. *Nimbus*, Græ,ὄμβρος,i,imber. *Fit*, f. vt plurimum.
57. *Quid*,i. cur. *A vobis ipsis*,i ab iis quæ facere foletis,Syr. per vos ipfos,q.d. per rationem qua præditi eftis. *Iustum*,i.æquum eft facere.
58. *Autem*, Græc. enim. *Vadis cum*,&c. vide Matt. 5.
Nouissimum minutum,i.etiam minimum numum qui reftet foluendus.

CAPVT XIII.

1. NVncIantes,fc.vt audirent, quid de ea re ipfe fentiret.*Cum sacrificiis*,f. eos dum facrificabant, iuffit occidi.
3. *Similiter*,f.diuina vltione oppreffi.
4. *Sicut*.Græc. aut.
6. *Similitudinem*,Græc.parabolam.
9. *Fructum*,fub bene quidem.
10.*Synagoga*,Græc.& Syr.vna fynagogum.
Sabbathis,fcil.tunc folebant eo frequentes conuenire.
11. *Spiritum*,f.dæmonis opus erat. *Inclinata*,i.incurua.
12. *Dimissa es*,pro, iamiam dimitteris. liberaberis.
14. *Respondens*,i.locutus,Heb.
16. *Isto*,f.tam mifero.
18. *Simile æstimabo*,,Græc.Affimilabo fic infra.
24. *Contendite*, fc.omnibus viribus. *Intrare*,f.in cœlum. *Quærent*,i.optabunt,feu operam dabunt.
Non poterunt,f.quia non quæfierunt, vt par erat
25.*Intrauerit*,Græ & Syr.furrexerit.
Incipietis,& cæt.q.d.quamquam fic tum dicatis; nihil proderit.*Nescio vos*,i.perinde eftis apud me vt ignoti,Græc.non noui vos,fic & inf.
28.*Ibi*,f.in inferno.
30. *Sunt*,pro,erunt.Intelligit vero Iudæos.
Primi,f gentiles.
31. *Dicentes*,f.finxerant id.
32. *Vulpi*,i.Herodi.vel,ei qui iftud finxit.
Ille,Gæc.huic. *Hodie & cras*,i.breui tempore.
Tertia die,i.paulo poft.
Consummor,pro confummabor,i.interficiar.
33. *Capit*,Græ.ἐνδέχεται,i.conuenit, feu decet,vel poffibile eft.*Prophetam*,i.me,vel quemquam,q.d.ibi oportet me occidi vbi folent alii prophetæ.
34. *Ierusalem* Repetitio amantis eft,fimul & miferentis.*Nidum*,i.pullos.*Noluisti*, vide Ezech.24.
35.*Domus* i.ciuitas,vel regio,q.d.habitatio.
Deserta, fc.habitatore,vel Deo, dictum enim vobis,quamquam forte,vobis abundat more Heb.*Dicitis*,f.die palmarum, de quo inf.cap.19.

CAPVT XIV.

1. ET *ipsi*, pro ipfi. *Obseruabant*,f. faceretne aliquid quod poffent accufare.
2. *Erat* forte ipfi adduxerant,exploraturi an fabbato curaret.
3. *Respondens*,i.locutus Heb.fic inf.
7.*Parabolam*, fcil.qua volebat humilitatem docere.
Intendens.i.cum attendiffet, feu obferuaffet.
8. *Nuptias*,i.conuiuium nuptiale. *Discumbas*,fc. vltro.
9. *Rubore*, Græc pudore. *Nouissimum*, i. vltimum.
10. *Vt cum*, &c.q. d. fatius tibi id eft, quam illud.
11. *Quia omnis*,&c.q.d.verum enim eft,q uod vulgo dici folet:omnis,&c.videtur enimid ifuiffe prouerbium.
Humiliabitur,i.folet humiliari.*Exaltabitur*,i. folet exaltari.
12. *Noli*,f.fi vis apud Deum mereri.
Diuites,iungendum autem cum omnibus præcedentibus,nam fi pauperes fint,vocari poffunt.
13. *Pauperes*,iunge cum fequentibus *Debiles*,Gr. mancos,feu mutilos.fic inf.
14. *Habent*,i.poffunt.
15. *Panem*, Græc.prandium.
18. *Simul*, pro, fimiliter. *Villam*, i.prædium.feu agrum,Græc.ἀγρόν.
23. *Sepes*,fcil.loca rufticorum, quæ fepibus cingi folent.
Compelle, &c. indicat defiderium fua communicandi multis.
24. *Imitati sunt*,fub.& recufarunt.
26. *Odit*,f.quatenus Chrifto contrarij funt.
Animam,i.vitam.
27. *Post me*.f.imitatione.
28. *Quis enim*,&c.confirmat exemplo ædificij, & belli,agitur enim de fpirituali ędificio,& bello.
31. *Cogitat*,Græc confultat.*Ad se*,i.contra fe.
33.*Sic*,f.vt dixi de odio patris,&c.*Renuncians*,f.relinquens,faltem effectu.
34. *Euanuerit*,Græc.infatuetur, i. reddatur infipidum.*In quo*,i.qua re.*Condietur*,i.fapor ei reftituetur.
35. *Audiendi*,pro,ad audiendum.

CAPVT XV.

4. QVi *habet*,pro,habens. *Etsi*:pro,fi.
7. *Gaudium*,f.maius.
12 *Me contingit*,i.ad me pertinet,& vulgo dicitur:mitocca.
13. *Luxuriose*, fc. expendens pecuniam luxu veftium,conuiuiorum,& libidinis.
14. *Consummasset*,i.confumpfiffet.
15. *Villam suam*,Græc.agros fuos.
16. *Siliquis*,fructus eft oblongus,colore fufco,fapore dulci.*Algorouam*(voce credo Arabica)Hifpani vocant.& quidem Syr.charube,Græc. κεράτιον, forte quia eft cornu fimile prouenit in Hifpania in Valentiæ regno magna copia.
17. *Quanti*,i.quam multi.
18. *In cœlum*,i.in Deum, & eos qui funt in cœlo.
Coram te,i.contra te.
22. *Stolam*,i. talarem veftem. *Primam*,i. qua ille prius indui folebat.
23. *Vitulum*,Græc.τὸν μόσχον, i.vitulum illum,certum quendam,feu infignem. *Epulemur*,Græc. oblectemur.fic inf.
25. *Symphoniam*,i.muficum concentum.
Chorum,f.faltantium,vel canentium.
30. *Deuorauit*,i.turpiter prodegit.*Suam*, Græc.& Syr.tuam.
31. *Tua*,i.in tua poteftate.

CAP

CAPVT XVI.

1. **V**Illicum,Græc. οἰκονόμον ; i.dispensatorem *Diffamatus*,Græc.διεβλήθη, i.delatus est. *Villicationis*,Græc. οἰκονομίας, i. dispensationis. *Villicare*,i.dispensare.

4. *Recipiant*,s.debitores,

6. *Cados*, Græc. Batos,Syr. metretas.? *Cautionem*, Græc. γράμμα, i. scriptum,s.obligatorium.

Scribe.s.in alia charta,lacerata ista.

7. *Coros*, Cori decima pars in liquidis Batus.in aridis Ephi,Heb.כור Cor.& חמר Chomer.

8. *Laudauit*,sc. ingenio delectatus. *Iniquitatis*, i. iniquum. *Quia*, filii pro, plane filii. *Huius sæculi*, q.d. mundani homines *Filiis lucis*, i. spiritualibus seu fidelibus. *Generatione*,i. gente, sc.in rebus quas tractant.

9. *Mammona iniquitatis*, i. diuitiis iniquis sc. sunt iniquitatis occasio.& fere per iniquitatem parantur.

Defeceritis,sc.per mortem. *Recipiant*,i.sint eleemosynæ illis factæ causa,vt recipiamini : vel sancti ob eas vos adiuuent apud Deum,vt saluemini.

10. *Minimo*,i.rebus temporalibus.

Maiori,i. spiritualibus, Græc. ἐν πολλῷ,i.multo, seu magno *Fidelis est*,scil.vt plurimum. *Modico*, Græc ἐλαχίστῳ,i.minimo.

11. *Quod verum est*,i.veras diuitias,sc.spirituales.

12. *Alieno*,i.temporalibus.quæ & inuitis eripi possunt,& à Deo accepta vt dispensentur, denique homini extrinseca sunt. *Vestrum*,s.bona spiritualia, ad quæ creati,vel mercedem quam eratis habituri, si illa bene dispensassetis.

15. *Iustificatis*, i.iustos facitis , seu iusti haberi vultis.

Nouit, scil. quam sint iniqua, eoque abominatur.

Altum est,i elatum,seu superbum, vel quod homines putant eximium.

16. *Ioannem*,s.locum habuerunt,q.d.post hac alia vitæ ratio, *Ex eo*,s.tempore.

In illud,s.ingredi volens. *Vim facit*,s.se mortificans,& abnegans.

17. *Vnum apicem*,i.vel minimum quid.

Cadere,i.non impleri.seu inanem esse.

19. *Splendide*,s.exquisito cibo,& apparatu.

21. *Canes*,sc.quos præ debilitate repellere non poterat.

22. *Sinum*,i.locum quietis,vel complexum velut patris. *Et diues*,s.non potuerunt cũ diuitiæ à morte liberare. *In inferno*, Græc. & Syr.cum sequentibus iungitur sic legit Aug lib 12.de Gen.cap.33.

23. *Tormentis*,s.multis.

A longe,s erat ab illa quiete.

24. *Clamans*,corporaliter res describitur,vt melius intelligatur.alioqui non illic clamor.sed mentis locutio,& desiderium , nec digitus aut lingua, sed sic erat exprimenda refrigeratio cruciatus, vt possemus capere.

25. *Bona*.s.temporalia, Græ & Syr.bona tua,q.d. partem tuam. *Similiter*,s. recepit.

Mala,i.aduersa.

26. *In his omnibus*,pro super hæc omnia,i. præterea *Chaos*,Græc.χάσμα,i.vorago,seu hiatus,q. d.latissima & altissima fossa sc. maximum interuallum, impeditaque via. *Firmatum*,sc.Dei decreto,non auferendum vnquam *Qui volunt*,pro, si maxime velint.

Inde,i.istinc.

27. *Rogo*,non id voce dicebat,sed corde fiebat,vt inter se intelligerent.

28. *Testetur*,s.de his suppliciis.

30. *Non*,s.audient.

31. *Credent* scil. certior est scripturæ auctoritas quouis oculato teste.

CAPVT XVII.

1. **I**Mpossibile s.supposita hominum malitia. *Scandala*,s.salutis impedimenta.

Lapis molaris, &c. genus erat supplicii in ea regione,Græc. mola asinaria. *Scandalizet*, i. impedimentum salutis præbeat. *Pusillis*,i.quantumuis abiectis.

3. *Attendite vobis*, i. cauete,sc. ne scandalizetis quenquam vel scandalo à bono discedatis, potest & cum sequentibus iungi,q.d.attendi te diligenter. *Egerit*,scil.peccatum agnoscens , & veniam petens.

Dimitte,s.ore,& opere,nam corde etiam ante pœnitentiam dimittendum.

4. *Septies*,i.sæpius.s. quotiescunque peccauerit, &c.

6. *Fidem*,sc.coniunctam cum fiducia. *Sicut granum*,i.alioqui paruam.

10. *Cum*,pro,etiamsi *Inutiles*,s.Deo nihil vtilitatis afferimus,qui nullo indiget.

12. *Occurrerunt*,s.extra castellum,vel inter transeundum per castellum.

A longe,s.ob lepræ fœditatem.

15. *Magnificans*,i.glorificans.

17. *Respondens*,i.locutus.

18. *Est inuentus*,i.extitit. *Alienigena*, s.à Iudæorum gente alienus.

19. *Vade*,s.securus de incolumitate.

20. *Venit*,pro,venturum esset. *Regnum Dei*,s.dandum per Messiam,vel regnum pro Rege,i Messia.

Obseruatione,s.temporis,q.d.secundus aduentus Messiæ non potest sciri.

21. *Dicent*,i.vere dicere poterunt. *Hic*,s.est regnum Dei, seu Messias. *Ecce enim*,q.d. quanquam hic adest. *Intra vos*,i.in medio vestri.

22. *Filij hominis*,i.eorum quibus vobiscum versor,q.d.meam præsentiam.

23. *Vobis*,fideles alloquitur. *Ecce hic*,s. Christus

24. *De sub*,&c.q.d.ex vna cæli plaga,vsque ad alteram fulget. *Ita*,s. manifestus. *Sua*,s.iudicij, seu secundi aduentus.

25. *Generatione*,i.gente,s.Iudæorum.

27. *Dabantur*,s.fœminæ.

29. *Pluit*,s.Deus.

31. *Die*,i.tempore,s.commoti mundi. *Vasa*,i. supellex.Heb.

33. *Saluam facere*,sc.in hoc mundo, is perdet in futuro,vel vere saluam facere, perdet, i. mortificabit.

34. *Nocte*,hinc quidam colligunt.Christum nocte venturum *Assumetur*,s.ad regnum.

35. *Molentes*, etiam in vilissimo vitæ genere Christus suos habet. *In vnum*,i.simul.

36. *Vbi*,pro,quo,s.assumetur?

Vbicumque,&c.q.d vt ad cadauer conuolant aquilæ,ita ad Christum electi volabunt.

CAPVT XVIII.

1. **P**Arabolam,i.similitudinem. *Illos*,s.Discipulos. *Quoniam oportet*,pro,docens oportere. *Non deficere*,s. animo,ob dilationem rei petitæ,Græ.defatigari,seu tædio affici ἐκκακεῖν.

3. *Vindica*,i.defende, *Aduersario*,s.qui mecum iudicio certat.

4. *Dixit*,

4. *Dixit*,i.cogitauit *Reuereor*,scil.non solum impius,sed & impudens.

5. *In nouissimo*,i.tandem,Græc. εἰς τέλος,in finem, s.perpetuo,Syr.omni tempore. *Sugillet*,i. obtundat. seu tædio afficiat.

6. *Iniquitatis*,i.iniquus.

7. *Clamantium*,sc.pro sui liberatione. *Illis*,i. illorum causa.

8. *Putas*,Græc.num. *Fidem*,s.cum charitate.significatur in paucis inuenienda.

10. *Ascendebant*,s erat templum editiori loco.

11. *Stans*,s.stantes orabant Iudæi. *Velut etiam*,pro nec etiam qualis est.

12. *Sabbatho*,i hebdomada vide Leu.23.& 25.

13. *Propitius esto*,Græ. ἱλάσθητι,i.placatus esto.

14. *Ab illo*,i plusquam ille,Heb.q.d.plus Deo placuit seu minus displicuit.vide Ezech.16.

15. *Illos*,s.qui offerebant.

16. *Conuocans*,pro,aduocans.

Talium,s.similium puritate & innocentia.

18. *Princeps*,i.vir primarius.

32. *Flagellabitur*,Græ.contumeliis afficietur.

35. *Appropinquaret*,i.prope esset. Marcus 10. ait, contigisse id in egressu,nisi forte aliud est id miraculum.

39. *Increpabat*,s.quod tā sæpe,& valide clamaret.

41. *Videam* ἀναβλέψω,i.visum recipiam.

42. *Respice*,ἀνάβλεψον,i.visum recipe.

43. *Magnificans*,Græ.glorificans.

Dedit,&c.i.laudauit Deum.

CAPVT XIX.

1. PErambulabat,i.pertransibat,Græ. διήρχετο.

3. *Quærebat*,pro,cupiebat.

4. *Sicomorum*,arbor similis ficui,& moro, vnde ei nomen.

7. *Omnes*,i.plurimi.

8. *Do*,i.statuo dare.

9. *Ad eum*,i.de eo.sic Rom. 10. ad Israel,pro,de Israel. *Filius Abrahæ*,q.d.ex numero electorum.

11. *Existimarent*,s.discipuli. *Regnum*,s.quo Christum in terra regnaturum putabant.

12. *Regnum*,i regni possessionem.

13. *Mnas*,μνᾶ, Mina continet vero Attica drachmas centum , Heb. Maneh,מנה est autem Hebraica maior multo quam Attica.vide Ezech 45.

Negotiamini,s.lucro operam dantes.

14. *Legationem*,s.ne amplius rediret.

15. *Negotiatus*,i.negotiando lucratus.

17. *Euge*,vox laudantis,q.d.recte,sane.Græ εὖ.

Modico,Græ.minimo. *Eris*,Græ.esto.

21. *Tollis*,&c.q.d.tantum abest vt tua perire sinas,tollis etiam,&c.

23. *Ad mensam*, i. mensariis, qui pecuniam mutuando,aut commutando,lucrantur.

Vsuris,i.lucro. *Exegissem*, sc.à mensariis. Not.ex parabolis tantum accipiendum , quantum seruit proposito,vt hic lucri studium non vsuræ exemplū.

25. *Habet*,&c.q.d. At habet satis multas.

26. *Habenti*,s.vt debet,i.vtenti bene.

Non habet,sc.vt debet. *Ab eo*,abundat,more Scripturæ.

30. *Contra*,i.è regione.

31. *Operam eius desiderat*, Græc. eo opus habet sic & infr

35. *Vestimenta*,s.superiora,seu pallia.

36 *Substernebant*,s alij.

37. *Discipulorum*, Græc.μαθητῶν,i.discentium,sc. discipulorum *Virtutibus*,i.miraculis.

38. *In cælo*,i.cum Deo,s.sit nobis.

In excelsis,sc. habitanti Deo,vel q.d. glorificetur ab Angelis Deus.

42. *Quia*. abundat more Hebr. *Si cognouisses*,i.ô si scires. *Die tua*,s.qua à Deo visitaris.

Quæ ad pacem tibi,i. quæ ad pacem tuam pertinent,seu tibi offeruntur. *Abscondita*,s.quia non vis cognoscere,vel sensus est totius loci:O si scires tu, quæ nunc pacifice degis,quanta te mala expectent, nunc tibi ignota.sub.quanto aliter ageres.

43. *Quia*,&c.explicatio malorum.

In,pro,super,vel contra. *Coangustabunt*,i. ad angustias redigent,seu arcte obsidebunt.

44. *Filios*,i.ciues. *Super lapidem*,Hyperbole.

46. *Quia*,abundat.

47. *Principes plebis*,s.ciuitatis primates,qui alias vocantur Seniores,Syr.Seniores populi.

48. *Suspensus*,s.ab ore pendens loquentis.

CAPVT XX.

1. VNa dierum, i. quadam die. *Docente*,s.quæ facienda.

Euangelizante, s. regnum Dei.

Conuenerunt,Græc.ἐπέστησαν,i. superstiterunt,seu institerunt, Syr.insurrexerunt in eum.

3. *Verbum*, i. rem.

4. *De cælo*,i. auctoritate diuina.

6. *Certi*, Græc. & Syr. persuasi.

9. *Ad plebem*, s. conuersus.

10. *Tempore*,i. cum tempus fuit mittendi.

Illo, non est Græc. nec in emendatioribus.

13. *Quid faciam?* expressio amoris.sic Ose 6.

Forsitan, indicatur libertas hominis.

16. *Veniet*,&c.vide Matt. 21. Mar. 12.

18. *Conquassabitur*, Græc. confringetur.

19. *Et timuerunt*, pro , sed timuerunt.

Ad,i. contra.

20. *Obseruantes*,s. an in re aliqua possent illum accusare.

Iustos,i. iusti amantes & sinceros , à quibus nihil esset periculi.

Principatui. Syr. iudicio.

Præsidis, s. Pilati.

32. *Dolum*, i.versutiam Syr. astutiam.

24. *Huius seculi* , s. in quo opus est successione per generationem.

Nubunt, i. ducunt vxores.

Traduntur, s. fœminæ.

35. *Nubent*,&c. Græc. eadem verba, quæ sup.

36. *Filij resurrectionis* , i. per resurrectionem renati.

37. *Sicut*,pro,cum.

38. *Ei*, q. d. etiamsi hominibus mortui videantur, tamen Dei potentia , viuunt anima,resuscitandi etiam corpore.

40. *Audebant*, s. Sadducæi, q.d.cessarunt tunc à quærendo. Id verò post ea quæ proxime sequuntur, vt dicunt Matth. & Marc.

46. *Attendite*,i. cauete.

CAPVT XXI.

4. ABundanti,i. eo quod superest.

Eo quod, &c. i. penuria sua , vt vertit in Matt.

6. *Hæc*,pro, ex his.

7. *Cum fieri*,&c. Græc. quando futura sint.

8. *Et tempus*,pro,& quod tempus,s.finis mūdo.

9. *Finis*,s. mundi.

11. *Terrores*,i. quæ terreant,Græc. φόβητρα, i. terriculamenta.

13. *In testimonium*, s.vt sitis de me testes, Græc. εἰς μαρτύριον,vnde martyres dicti.

14. *Respon*

14. *Respondeatis*, Græc. vos defendatis.
18. *Capillus*, &c. q.d. nihil mali patiemini me defendente vide similem phrasim 1. Regum 14. 3. Reg. 1.
19. *In patientia*. i. per tolerantiam, & perseuerantiam. vide Mat. 10. & 24.
Possidebitis, &c. q.d. saluabimini.
21. *Regionibus*, Syr. agris.
22. *Scripta*, sc. in Prophetis. Apparet hinc multa in Prophetis de vastatione Ierusalem. ad eam referenda quæ facta per Romanos.
23. *Terram*, s. Iudææ. *Ira*, i. punitio.
24. *Ore*. i. acie, Hebr. *Donec*, &c. q.d. vsque ad finem mundi erit destructa, vel punietur per gentiles, tempore s. & modo quo Deus statuit.
25. *Et erunt*, &c. hæc ad finem mundi pertinent.
Pressura, i. anxietas, seu angustia.
Confusione, Græc. ἀπορία, i. perplexitate, seu desperatione, Syr. stupore *Sonitus*, i. ob sonitum, Græc. sonante mari & fluctibus.
26. *Arescentibus*, Græc. ἀποψυχόντων, exanimatis, seu tabescentibus *Quæ*, pro, eorum quæ.
27. *Maiestate*, i. gloria.
28. *Leuate capita*, i gaudete, confidite, s mœsti in terram vultum demittunt, læti eleuant, vel capita, i. mentes.
30. *Fructum*, s. folia, vel gemmas, Græc. cum pullulant, seu gemmant.
32. *Omnia*, s. quæ prædixi.
34. *Attendite*, i. cauete. *Ne forte*, pro, nequando.
In crapula, i. per crapulam. *Ebrietate*. Intellige per hæc duo, etiam reliquas voluptates. *Curis*, i. solicitudinibus.
35. *Sedent*, sc. terrenis addicti. *Faciem*, i. superficiem.
36. *Vigilate*, &c. etiam opus est nostra industria.
Stare, s. confidenter. vide Sap. 1.
47. *Monte*, &c. sc. in Bethania, quæ in latere montis sita.
38. *Manicabat*, Hispani dicunt Madrugaua. Quidam legunt, mane ibat. forte legendum manitabat, sed omnia eodem redeunt: significatur enim summo mane solitos ire.

CAPVT XXII.

1. INtrauit, scil. inuasit, ad nouum facinus inducens.
4. *Magistratibus*, sc. præfectis militum, qui templum tuebantur. Inf. vocantur templi magistratus Græc. ducibus. Syr. magistris militiæ.
5. *Turbis*, i. turbarum tumultu.
7. *Occidi*, Græc. θύεσθαι i. immolari.
10. *Introeuntibus*, Græc. ingressis. *Amphoram*, Græc. κεράμιον, i. vas fictile.
11. *Diuersorum*, i. locus hospitandi, Syr. domus conuiuij
15. *Desiderio*, i. vehementer *Hoc*, s. quo Eucharistia instituenda, pauloque pòst morte ostendendum, quantum homines diligeret, quos sic redimeret.
16. *Ex hoc*, s. tempore. *Illud*, s. Pascha, q.d. id erit postremum. *Impleatur*, s. spiritualiter. Nota donec, simile illi, de quo Matt. 1. nec n. Pascha postea manducauit.
Regno Dei, i. resurrectione qua transiuit ad immortalitatem & quidem Pascha transitus interpretatur.
18. *Generatione*, i. germine seu fructu.
Veniat, s. cum resurrexero.
19. *Datur*, i. offertur. obtulit n. Christus tunc, vt nunc offerunt sacerdotes. *Hoc*, s. quod feci accipiens, benedicens, consecrans, offerens, &c. *Commemorationem*, i. memoriam mei.
20. *Similiter*, &c. explicat magis quod de Calice dixerat *Cœnauit*, s. instituta est Eucharistia post esum Agni Paschalis, & pedum ablutionem.
Nouum Testamentum, s. conformans per sanguinem meum, quem continet.
21. *Verumtamen*, &c. q. d. sed parum profuerit ea fusio Iudæ. *In mensa*, communicauit Iudas cum cæteris.
22. *Definitum*, s. à Patre, & ab æterno. *Vadit*, sc. ad mortem.
24. *Maior*, pro, maximus, adeoque post Christi mortem cæteris præficiendus vel illo regnante primum locum habiturus.
25. *Eorum*, pro, earum. *Eos*, pro, eas. *Vocantur*, potius quam sunt, q.d cum dure tractant, tamen benigni dicuntur à suis, vel adulantibus, vel timentibus.
26. *Minor*. Græc. iunior, seu minor natu, q.d. submissior sit. Syr minimus. Notant quidam, vt est honoris nomen presbyter, seu senior, ita contemptus iuniorem. vnde Psalm. 118. Adolescentulus sum ego & contemptus, i. iuniorum more contemptus.
Præcessor, i. præcellens, Græ ἡγούμενος, i. dux, seu rector, Syr princeps significatur hic vnus esse inter eos Dux, seu Rector futurus, s. Petrus.
27. *In medio vestrum*, i. inter vos. *Ministrat*, s. pedes lauerat, & solebat cibos distribuere.
28. *Tentationibus*, s. quas passus à Iudæis.
29. *Dispono*, id est, ordino, seu constituo. Syr. promitto.
Disposuit, Syr. promisit.
30. *Edatis*, &c. i. fruamini summis deliciis.
Sedeatis, s. die iudicij.
31. *Simoni*, sc. tanquam capiti futuro. *Expetiuit*, Gr. & Syr. postulauit, s. vt solet qui petit aliquem ad pœnam seu cruciandum. *Cribraret*, i. tentationum impulsu agitaret.
30. *Pro te*, s. peculiariter *Non deficiat*, Petri & eius successorum fides, ex quo facti Pontifices, nunquam defecit *Conuersus*, s. à peccato negationis.
Fratres, s. Christianos.
35. *Sacculo*. i. crumena, seu marsupio.
36. *Tollat*, i. accipiat, q.d. post hac sibi quisque prouideat, sensus est: Cum vobiscum essem, nihil vobis deerat: at nunc auferar à vobis, multaque patiemini.
Non habet, s. gladium. *Tunicam*, Græ ἱμάτιον i. pallium. *Gladium*, q.d instat persecutio magna, vt videatur humano iudicio pro gladio danda vestis.
37. *De me*, s. scriptura.
38. *Satis est*, q.d. video vos non intellexisse quid voluerim significare, sic & vulgo solemus dicere, cum quis nos non intelligit, Syr. sufficiunt.
40. *Locum*, s. montem,
42. *Voluntas*, i. naturale desiderium.
43. *Apparuit*, s. in tertia oratione, vel forte in singulis *Confortans*, sc. proposita Patris voluntate, & passionis fructu, Syr. confirmans.
44. *Agonia* i. animi anxietate, scil. ex mortis horrore
Prolixius, Syr. intensius. *Gutta*, Græc. θρόμβος, i. crassiores guttæ *Sanguinis*, vere sanguis erat.
Decurrentis, s. magna copia.
47. *Oscularetur eum*. Hic Græ. & Syr. additur: Hoc n. signum dederat eis, quem fuero osculatus, ipse est.
49. *Futurum*, s. vt captus duceretur. *Si percutimus*, pro percutiemusne?
51. *Sinite*, Syr. Satis est. *Vsque huc* . s. processisse vos sufficit, vel illos progredi est permissum, s. vt me capiant, &c.

52. *Templi*, vide supra.
Vestra, i. qua vobis permittitur. sic agere.
Tenebrarum, i. dæmonum.
55. *Erat*, Græc & Syr. sedebat.
56. *Lumen*, i. ignem.
61. *Respexit*, sc. oculis mentis secundum Aug. non corporis, quia inquit, Petrus foris erat, Christus intus, forte erat tunc, vbi Petrum etiam oculis corporis posset videre.
65. *Blasphemantes*, i. conuitiantes.
66. *Conuenerunt*, s. redeuntes cito, qui ante lucem discesserant.
67. *Si tu*, &c. id etiam noctu interrogarunt, vt dicunt alij Euangelistæ. *Dixero*, s. qui sim.
68. *Respondebitis*, s. quod æquum est.
69. *Ex hoc*, s. tempore, q.d. posthac.
70. *Vos dicitis*, &c. q.d. vere dicitis, sum enim.
71. *Desideramus*, Græc. opus habemus.

CAPVT XXIII.

3. REx, Græc. βασιλεύς, ille rex, sc. expectatus. *Dicis*, s. verum, Syr. dixisti.
4. *Causa*, i. criminis. *In hoc homine*, Syr. contra hunc hominem.
5. *Inualescebant*, i. instabant. *Commouet*, seu concitat, Syr. conturbat.
7. *Herodis*, s. qui Ioannem interfecit.
Potestate, i. ditione. *Erat*, s. causa Pascha celebrandi.
8. *Signum*, i. miraculum.
10. *Constanter*, Græc. εὐτόνως, i. acriter, intentoque clamore, Syr. pertinaciter.
11. *Suo*, s. Herodis. *Et illusit*, &c. Græc. cum illusisset, induissetque veste, &c. *Alba*, Græ. splendida, seu illustri, Syr. coccinea.
14. *Auertentem*, sc. à Cæsare. *Causam*, s. mortis, vel crimen.
16. *Emendatum*, i. castigatum.
17. *Festum*, s. Paschæ.
22. *Corripiam*, i. castigabo.
23. *Inualescebant*, i. potentes erant, seu præualebant.
25. *Voluntati*, s. vt volebant, seu, vt de eo facerent quod volebant.
26. *Portare*, s. postquam Christus portauerat.
Post, i. à tergo.
27. *Plangebant*, s. ex compassione pia.
28. *Super me*, i. mea causa.
29. *Beatæ*, s. quia non vident filiorum calamitatem.
30. *Incipient*, &c. q.d. optabant potius mori, quam tanta mala pati.
31. *Viridi*, i. humido, videtur fuisse prouerbium, q.d. si ego tam sanctus hæc patior, quid peccatores?
32. *Nequam*, Græc. κακοῦργοι, i. facinorosi, Syr. malefici.
33. *Latrones*, sup. vertit, nequam, Syr. maleficos.
35. *Eis*, i. populo.
39. *Vnus*, s. qui à sinistris, vt creditur. *Blasphemabat*, i. conuiciabatur improperans.
40. *Damnatione*, s. mortis.
41. *Iuste*, s. patimur.
43. *Paradiso*, i. Dei fruitione.
44. *Fere*, s. paulo post sextam, vt patet ex Marco. *In vniuersam*, pro, per vniuersam. *Terram*, sc. Iudææ. vide Matt. 27.
46. *Commendo*, , sc. reddendum post tres dies, velut depositum, Græc. deponam, pro, depono.
48. *Percutientes*, s. ex dolore, & timore vindictæ Dei.
50. *Decurio*. Qui Romæ Senatores, in Municipiis Decuriones dicebantur.
54. *Parasceues*, i. in quo necessaria ad sabbatum præparabantur. *Et sabbatum*, &c. q.d. quam lux seu dies sabbati sequebatur. Incipiebat enim sabbatum post Solis occasum. vide Leuit. 23.
56. *Parauerunt*, s. post sabbatum, vt ait Mar. *Siluerunt*, pro, quieuerunt. *Mandatum*, s. non operandi in sabbato.

CAPVT XXIV.

1. VNa, i. prima, s. die. *Sabbati*, i. hebdomadæ. Græ. sabbatorum.
4. *Mente consternata essent*, Græc. perplexæ essent, Syr. obstupescerent. *Duo*, Matth. & Marc. vnius tantum meminere. *Fulgenti*, Græ. fulguranti, i. instar fulguris relucenti.
10. *Iacobi*, s. mater. vide Matt. 27.
12. *Cucurrit*, s. simul cum Ioanne. *Procumbens*, i. demisso capite prospiciens, vt patet ex Græc. παρακύψας Syr. introspiciens. *Posita*, i. iacentia.
13. *Stadiorum*, octo faciunt miliare vnum. *Emmaus*, dicta postea Nicopolis.
15. *Fabularentur*, i. colloquerentur, vt est Græc. *Quærent*, i. disputarent, Syr. se mutuo interrogarent.
16. *Tenebantur*, s. Christo faciente.
18. *Cleophas*, alter secundum Amb. vocabatur Amaon. *Peregrinus*, &c. q d. adeo peregrinus, vt ignores, &c.
19. *Coram Deo*, i. Deo approbante.
20. *Principes nostri*, Syr. seniores.
21. *Redempturus*, i. liberaturus, s. à Romanis.
22. *Terruerunt*, Græc. attonitos reddiderunt.
24. *Non inuenerunt*, Græ. & Syr. non viderunt.
25. *Stulti*, sic attentiores reddit. *In omnibus*, pro, omnia Heb.
26. *In gloriam*, s. regnum suum inire.
27. *Moyse*, i. Mosis libris. *Erant*, s. scriptæ.
28. *Finxit*, i. præ se tulit, s. sic se composuit, quasi longius iturus.
29. *Aduesperascit*, &c. id dicunt vt detineant, alioqui tantum erat temporis vt potuerint Ierosolymam reuerti. *Inclinata*, s. in occasum.
31. *Aperti*, s. sublatum impedimentum. *Euanuit*, i. disparuit.
33. *Regressi*, s. celeriter: erat enim longum iter, s. fere, & miliaria.
35. *Eos*, s. alios discipulos.
38. *Ascendunt*, ita dicitur quod mens altior sit omnibus terrenis, vnde cogitationes fere oriuntur.
41. *Non credentibus*, iungendum cum, præ gaudio, s. vix credimus quæ multum optamus, solet etiam nimium gaudium iudicium impedire.
44. *Hæc*, s. quæ statim sequuntur.
45. *Sensum*, i. mentem.
47. *Incipientibus*, s. Apostolis Græc. incipiendo videtur Interpres legisse ἀξάμενον.
48. *Estis*, pro, eritis. *Horum*, s. passionis, & resurrectionis.
49. *Sedete*, s. quieti manete. Dictum id die Ascensionis. *Virtute*, i. fortitudine.
50. *Eduxit*, pro, eduxerat. *Bethaniam*, i montem, in cuius latere Bethania sita. *Benedixit*, i. bene precatus.
52. *Adorantes*, i. vbi adorassent, s. post apparitionem Angelorum, de qua Act. 1.
53. *Erant*, s. post aduentum Spiritus sancti: antea enim latebant. *Semper*, i. assidue.
Benedicentes, i. celebrantes.
Amen, etiam id additur Græc. & Syr. est autem verbum confirmantis.

EVAN

EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM.

Ioannes patre Zebedæo, matre Salome, de qua Matth. 27. vixit post Christi passionem annos 68. secundum Hieron. totius autem vitæ eius incerti anni: putantur tamen à quibusdam fuisse centum. Fuit Episcopus Ephesi; scripsitque Euangelium præcipue contra Ebionem, & Cherinthum Christi diuinitatem negantes.

CAPVT I.

1. *IN principio*, i. ante omnia creata. *Erat*, q. d. iam erat inde sc. ab æternitate. *Verbum*, Græc. ὁ λόγος, i. illud verbum, s. vnicum, & singulare. Ita dicitur filius, quod procedat à Patre, vt à mente verbum. *Deum*, Græc. τὸν θεὸν, Deum illum, s. qui Pater est. Indicatur autem personarum distinctio.

Et Deus erat Verbum, Græc. καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, & Verbum illud erat Deus, significatur eadem natura Patris & filij.

2. *Hoc*, s. Verbum, vel totum id quod diximus.

3. *Quod factum est*, id quidam iungunt cum præcedentibus, alii cum sequentibus: atque id sequuntur Latini vt sensus sit, quicquid factum est, in ipso fuisse vitam. Mihi prior sententia planior videtur, vt sensus sit, omnia per ipsum facta esse, & sine ipso nihil factum, ex iis quæ facta sunt, vt sit repetitio, more scripturæ, ad maiorem declarationem.

4. *In ipso*. Id quidam coniungunt cum præcedentibus, alii probabilius cum sequentibus, q.d. in ipso vt in fonte vita erat, vel ipse vita erat. *Et vita*, s. illa, quæ in ipso erat, & ipse erat.

5. *Et lux*, &c. q.d cumque lux in tenebris lucere soleat, s. expulsis his, tamen mentes excæcatę lucem hanc non receperunt.

6. *Fuit*, i. extitit, non enim iungitur cum, missus.

Vt testimonium, Explicatio præcedentis.

Lumine, pro, luce, s. illa de qua sup.

8. *Lux*, s. ipsa, sed eius testis.

9. *Erat*, s. illa lux, de qua supra. *Vera*, s. per naturam non per participationem. *Omnem*, q.d. ab illa sola illuminantur quicumque illuminantur.

Venientem, sc. per natiuitatem sic per mortem egreditur, q d. viuerent hic homines in tenebris, nisi ab eo illuminarentur.

10. *Mundus*, i. mundani.

11. *Propria*, i. sua, s à se factum mundum.

Sui, s. homines. *Eum*, pro, id, s. verbum.

12. *Receperunt* s. credendo, vt statim dicitur intellige vero fidem perfectam, s charitate.

Potestatem, Græ. ἐξουσίαν, quod significat etiam auctoritatem, & præeminentiam, vt Rom. 13.

Fieri, s. hoc ipso, quod ipsum recipiunt.

In nomine, Græc. in nomen, i. in ipsum. Heb.

13. *Sanguinibus*, pro, sanguine, i. carnaliter. ostendit quo modo filii Dei fiant *Nec*, &c. explicatio præcedentis. *Voluntate*, i. concupiscentia.

Nati, Græc. geniti.

14 *Caro*, s. homo. *Factum est*, sc. vnita sibi humanitate i corpore & anima humana. vnde idem Christus Deus & Homo. *In nobis*, i. natura nostra vel inter nos. *Quasi*, pro, tanquã, q. d. qualem par erat inesse Dei Filio vnigenito. *Plenum*, s. verbum, quod ab ipso conceptu fuit perfectissimum & gratia & scientia, iung. vero cum habitauit.

15. *Perhibet*, præsentia pro præteritis *Clamat*, s. publice & libere Christum prædicat. *Ante me factus*, i. mihi prælatus. *Prior*, s. dignitate, seu excellentia.

16. *Et de*, &c. Euangelistæ verba coniugenda autem cum, plenum gratiæ, &c. quamquam possunt etiam esse Baptistæ. *Omnes*, sc quicunque accepimus aliquod Dei donum. *Et gratiam*, pro, i. gratiam.

Pro gratia, q. d. omnem, seu quamlibet gratiam, sic vulgo dicitur. di per di, i. ogni di sic Iob. 2. pellem pro pelle, i. omnem, pellem s. alienam.

14. *Data*, non facta. *Gratia*, s iustificans.

Veritas, s. illuminans. *Facta*, s est Christus Deus, Dei enim solius opus est Gratia.

18. *Nemo*, s hominum. *Vidit*, s. vt est in se, seu comprehensiue, vel in hac vita. Alioqui in cœlo videbatur à sanctis dum hæc Ioannes scriberet quamquam ille loquitur de tempore ante Christi aduentum, q.d. Nemo ante Christum viderat. ex quo illud, quod quidam de Mose, & Paulo putant, vidisse eos Deum non videtur probabile *Sine*, sc. in eadem cum Patre essentia *Enarrauit*, i. declarauit, sc. quis Deus sit, & quantus, qualisque.

19. *Quis es*, sc. munere. Nam filium esse Zachariæ sciebant

20. *Et non negauit*. Repetitio more, Heb. sic supr. per negationem, & sine ipso, &c. & alibi, tenebræ in eo non sunt vllæ *Non sum*, &c apparet id etiam illos quæsisse.

21. *Propheta*, Græc. ὁ προφήτης, ille Propheta. s. de quo, Deut. 18. vel q. d. insignis aliquis Propheta.

Non, q. d. non sum ille, de quo Deuter. 18. vel ex Prophetis qui futura prædicunt, vel qualem me vos existimatis.

24. *Dirigite*, i. rectã facite, vt alias vertit Interpres.

26. *Medius vestrum*, i. inter vos. *Stetit*, pro, stat.

Nescitis, i. non nostis.

27. *Post me*, s prius prædicauit Ioannes.

Ante me, &c. vide. sup. num. 15.

28. *Bethania*, sic est, etiam Græc. & Syr. Quidam Bethabaram legunt. forte vtroque nomine locus vocabatur.

29. *Altera die*, i. postridie, Græ τῇ ἐπαύριον.

Agnus, Græ. ὁ ἀμνὸς, ille agnus, s. singularis, de quo & Isa. 53. *Tollit*, i. auffert. s. propria virtute. & semper.

Peccatum, s. omne.

30. *Venit*, præsens est.

31. *Nesciebam*, i. non noueram sic solemus dicere de eo quem nunquam videmus. vide Matt. 3.

In Israel, Græc. Israeli.

35. *Altera*, i. sequenti. *Stabat*, sc. constiterat, vt Christum transeuntem videret.

38. *Rabbi*, id est, magister mi. Quidam tamen putant solum significare magister: nec enim Iod. esse

esse affixum, probabile id, sed negant alii. Nam quod Ioannes magister solum dicit, breuitatis causa facit sicut pro Adonai, quod est Dominus meus, seu Domini mei, 70. solum Dominus reddunt Idem dic de Rabboni Ioan 20. Syr. magister noster, sc. volebant esse discipuli.

Habitas, s. volunt esse familiares.

39. *Venite*, non differendum venire ad Christum.

Die illo, s. vsque ad noctem. *Decima*, diuidebatur dies quisque in 12. horas. Itaque reliquæ erant duæ solæ.

41. *Inuenit*, præsens est, sic inf. bis.

Primum, Græc. primus *Messiam*, Græ. τ̃ μεσσίαν, illum Messiam, s. tantopere expectatum.

42. *Vocaberis*, s. post hac. *Cephas*, Chal. est. s. Cepha cui à Græcis additum, s, ita fit Cephas. *Petrus*, Græc. πέτρος, i. petra.

43. *In crastinum*, i. postridie eius diei *Inuenit*, sc. quærebat eum, vt Apostolum faceret.

45. *Inuenit*, s. diligenter quæsierat.

Nathanael. Quidam hunc putant Bartholomæum, quod semper Bartholomæus Philippo connumeretur. & Ioan. vlt. Nathanael inter Apostolos reperiatur, aiuntque id fuisse nomen proprium: Bartholomæum vero cognomen, vt Petri Bart. Iona. Alii tamen negant, & probabilius.

46. *Nazareth*, q. d tam ignobili loco.

Esse, i. prodire, q d. tantum ne bonum ex tam paruo loco?

47. *Israelita*, Syr. filius Israel.

48. *Subficu*, apparet hic repertum à Philippo.

49. *Rabbi*, Syr. Magister mi.

50. *Maius* Græ. & Syr. maiora.

51. *Amen, Amen*, i. vere, vere. Geminatur, vel ad confirmationem, vel ad faciendum superlatiuum, quo carent Hæbræi, q. d. verissime.

52. *Videbitis*, &c. Id quando viderint, non est scriptum, sensus est, videbitis ei inseruire Angelos, de cælo descendentes, eoque ipso iubente reuertentes.

Supra, i. ad.

CAPVT II.

1. **T**Ertia, s. ab aduentu Christi in Galilæam, vel Nathanaelis ad Christum. erat autem decima tertia à Natiuitatis die, 30. anno Christo.

Nuptiæ, Syr conuiuium. sic & inf.

Mater, scilicet iam mortuo Ioseph, secundum Epiph.

2. *Vocatus*, s vt notus, & amicus.

3. *Deficiente*, Græ. cum defecisset, pro, deficere cœpisset.

Vinum, s. sufficiens.

4. *Quid mihi & tibi*, i. omitte me, Heb vide. 2. Reg. 16. 4. Reg. 9. Matt. 8. Quidam interpretantur: Quid mihi & tibi curæ est de vino?

Hora, i. opportunitas, s. oportebat prius apparere necessitatem, vel q. d. nondum tempus est faciendi miracula; quod tamen in matris gratiam anteuertit, & ne videretur tempori subiectus.

5. *Dicit*, videtur præuidisse quod Christus erat facturus aut confidisse prouisurum inopiæ.

6. *Purificationem*, scil. lauabant sæpe vt dicitur Matt. 7.

Metretas, i. cados. Capit autem cadus secundum quosdam congios decem. Congius sextarios 6. sextarius cyathos 12. Cyathus vncias 2. *Binas*, &c. sc. aliæ binas capiebant, aliæ ternas.

8. *Architriclino*, i. conuiuij Præfecto, à Triclinio, i. loco tribus constrato lectis Olim n. decumbentes edebant, vnde discumbere, faciunt & id Turcę.

9. *Vocat*, i. compellat, sc. ad ipsum accumbentem accedens, vel fo rte non accumbebat cum cæteris.

10. *Inebriati fuerint*, i. egregie biberint. Heb.

Adhuc, i. nunc.

11. *Initium*, scil. id fuit primum Christi miraculum.

Gloriam, i. potentię claritatem. *Crediderunt*, s. perfectius.

12. *Descendit*, s ante coniectum Ioannem in carcerem. Itaque aliud est de quo Matt. 4.

Fratres, i. cognati.

13. *Pascha*, s. in primo Christi prædicationis anno.

Iudæorum, id dicit ad differentiam nostri Paschæ.

14. *Templo*, i. templi atrio. *numularios*, s. qui pecunias commutabant, vel mutuabant.

15. *Flagellum*, Græ. φραγέλλιον, voce Latina aliquantum mutata.

16. *Negotiationis*, i. mercatus.

17. *Zelus*, i. ardens studium gloriæ, vel indignatio ob indignam tractationem.

18. *Responderunt*, i. locuti sunt Heb.

Quod signum, quasi vero paruum fuisset miraculum omnes eiicere, nemine resistere audente. *Facis*, i. habeas auctoritatem faciendi.

19. *Soluite*, q. d. solueris, & tunc signum dabo, sc. resurgendo.

20. *Quadrag*. &c. s. numerant, vt quibusdam videtur, à secundo anno Cyri, quo cœptum ædificari vsque ad 6. Darij Histaspis, quo est perfectum, de quo tempore an tantum fuerit, non video quid opus sit esse solicitum. quid enim, si Iudæi isti errabant? Adde quod templum id ab Herode fuerat à fundamentis ædificatum, illo altero euerso.

21. *Quia hoc dicebat*, pro, quod hoc dixisset.

Crediderunt, s. firmius, & clarius.

23. *Die*, pro, diebus, durabat enim 7. diebus.

Nomine, pro, nomen, i. in ipsum. Not. in scriptura pro eodem sumi, Credere Christo, in Christo, in Christum, in nomine, seu nomen Christi. vide inf. c. 3. 5. & 6. 1. Ioan. Exod. 14. Act. 8.

24. *Non credebat*, &c. q. d. non fidebat illis, quod sciret facile mutandos.

25. *Homine*, i. aliquo. *Quid esset*, q. d. quid lateret in cuiusque animo, & quid quisque tandem esset facturus.

CAPVT III.

1. **H**Omo, i. quidam, Heb. Syr. vnus.

Princeps, i. vir primarius.

2. *Magister*, Nominatiuus est, Syr. doctor, q. d. scio te à Deo datum Doctorem mundo.

3. *Respondit*, s. iis quæ ille de rebus ad salutem necessariis interrogauerat, vel scire optabat.

Renatus, Græc. natus.

Videre, i. particeps.

Regnum, Dei, s. cœleste, q. d. saluari.

4. *Senex*, propter se dicit. *Renasci*, Græc. nasci.

5. *Quis*, i. etiam paruulus. *Renatus*, Græc. natus.

6. *Carne*, i. carnali generatione.

Caro, i. carnale. *Ex spiritu*, i. spiritualiter.

Spiritus, i. spirituale.

7. *Non*, pro, ideo non. *Dixi*, &c. q. d. loquebar enim de spirituali natiuitate.

8. *Spiritus*, i. ventus, Dion. 15. cœl. Hier.

Vbi vult, i. quo fertur naturali inclinatione.

Vocem, id est sonum. *Nescis*, scilicet. determinate.

Sic

Sic est, &c. q.d. occulta res est spiritualis [illegible] tio.

9. *Hæc*, [illegible]

10. *Magister* [illegible] Græ. [illegible] i. doctor ille, scilicet [illegible] *Hæc*, sc. de quibus tam multa in scripturis, & dicta, & [illegible] vide Psalm. [illegible] & [illegible] Ezech. 11 & 36. Zach. 13.

11. *Scimus* [illegible] pro singularibus, vel q.d. solet quis [illegible] quæ [illegible] ergo dubites vera me dixisse.

Accipitis [illegible]

12. *Si terrena*, &c. q.d. si tam multa, quæ per parabolas [illegible] [illegible] prædicaui, non capitis ô Iudæi, quid [illegible] si altiora non capiatis vel sic, si id quod exemplo venti, quod terrenum quiddam est, declaraui [illegible], quid si altiora dicam?

Credetis [illegible] credideritis. *Cælestia*, s. qualia sunt quæ [illegible] dei.

13. *Et nemo*, &c. q.d. possum verò ego de cælestibus loqui, qui inde descenderim, semperque in cælo sim.

Nisi, non significat se ascendisse in cœlum, sed se ibi esse, quo nemo vnquam ascenderit. quanquam potest dici ascendisse per visionem Dei, quam habuit ab ipsa conceptione. *Descendit*, descensio intelligitur Incarnatio, qua se exinaniuit. *In cælo*, s. quatenus Deus vbique erat, & quatenus homo, beatus.

16. *Sic enim*, &c. videntur & hæc Christi verba, et si quidam putant esse Euangelistæ.

17. *Iudicet*, i. condemnet.

18. *Non iudicatur*, i. condemnationi obnoxius non est. Intellige si credat, vt par est, & fidei conuenienter operetur. *Iudicatus*, i. condemnatus, sc. meretur condemnari. *Non credit* Græ. non credidit. *In nomine*, i. in ipsum, vide sup. cap. 1. numer. 12.

19. *Iudicium*, i. condemnationis causa.

20. *Odit*, s. quatenus male agit.

21 *Veritatem*, i. iustitiam. Heb. sic 4 Reg. 10.

In Deo, i. secundum Deum, seu Dei voluntatem, q.d. non veretur lucem, sed confidenter accedit, vt cuius opera bona sint, & irreprehensibilia.

22. *Iudæam*, i. aliam Iudææ partem, erat enim in Ierusalem. *Baptizabat*, s. per discipulos. vide inf.

23. *Ænnon*, fons [illegible]. *Salim*, quæ & Salem, vrbs Sichimorum olim.

25. *Quæstio*, [illegible] inter eos disputari, vter potior baptismus Christi, an Ioannis.

Ex, Syr. vnus ex. *Iudæis*, Syr. quodam Iudæo.

Purificatione, i. baptismo.

27. *Homo*, i. quisquam, q.d. non possum ego, nisi quantum mihi a Deo datum est, debeoque esse sorte mea contentus. *Testimonium*, &c. i. testes estis.

29. *Sponsus*, Christum intelligit, qui sibi Ecclesiam desponsauit. *Amicus*, se intelligit. *Stat et audit*, pro, præsens audit.

30. *Crescere*, [illegible]

31. *Omnes*, [illegible] *De terra*, i. terrenis.

De terra est, pro, vt qui [illegible] *Et de terra*, i. & terrena s. humana.

32. *Audiuit*, i. a Patre accepit. *Nemo*, i. fere.

33. *Signauit*, i. velut sigillo adiecto confirmauit. *Verax*, s. præstans promissa.

34. *Ad mensuram*, s. omnino æqualem, vel pro parte, vel q.d. non dedit illi vt cæteris gratiam limitatam.

35. *Manu*, i. potestate.

36. *Habet*, sc. merito intellige vero fidem operi-

[illegible] *Videbit*, i. particeps erit, Heb.

Ira Dei, i. supplicium a Deo. *Manet*, pro, manebit [illegible] perpetuo, nisi conuertatur.

CAPVT IV.

1. **P**Harisæi, s. qui Christum odio prosequebantur. *Baptizat*, s. ita audierant, quasi Christus per se baptizaret. id quod Euangelista statim corrigit.

2. *Non baptizaret*, s. occupatus docendo, & miracula faciendo, baptizauit tamen Apostolos secundum Augustinum.

4. *Samariam*, ita dicebatur Regio, & ciuitas etiam, ædificata in monte, ab huius possessore nomine Somer. vide 3. Reg. 16.

5. *In*, i. prope. *Sichar*, quæ & Sichem, Gen. 34. eadem dicta Neapolis.

6. *Sic*, s. fatigatus, vel vt solent fatigati: vel, vt se offerebat locus. *Sexta*, diuidebant Iudæi diem quemque in 12. horas, vt sup. diximus.

7. *De Samaria*, i. Samaritana, sc. ex vrbe Sichem.

8. *Enim*, q.d. non erat quisquam discipulorum qui posset dare, vel, enim, pro, autem.

9. *Non enim*, &c. videntur verba Euangelistæ, possunt tamen esse Samaritanæ. *Coutuntur*, i. commercium habeant.

10. *Donum Dei*, i. quæ soleat Deus donare, vel quod tibi donatum sit mea præsentia. *Forsitan*, pro vtique.

Viuam, i. vitalem, sc. gratiam, seu Spiritum sanctum.

11. *In quo haurias*, Græc. ἄντλημα, i. haustrum.

Viuam, i. quam dicis viuam.

12. *Patre nostro*, sequebantur Samaritani ex parte legem Iudæorum.

13. *Non sitiet*, s. gratia, quæ aquæ nomine significata est, ad vitam æternam. quod ex se est, hominem perducit.

14. *Fons*, pro, velut fons, s. in quo semper aqua. *Salientis*, i. salire facientis.

16. *Vade*, &c. Id dixit Christus, vt ex responsione, quam sciebat daturam, texeret sequentem sermonem, eamque conuerteret.

17. *Non habeo*. sc. vllo modo. Mentitur enim secundum quosdam vt statim accipiat, non expectato viro.

Bene, i. vere, sc. imprudens verum dixit, forte etiam prudens.

18 *Quinque*. Hi an legitimi fuerint incertum, verba Christi tamen indicare videntur fuisse.

20. *Adorare*, i. colere ritu per Mosen instituto: alioqui adorare vbique licebat.

21. *Venit*, pro veniet.

Hora, i. tempus, s. doctrinæ Euangelicæ.

Monte hoc, s. solum, quasi hic solum colendus sit Deus, vel, eo modo, quo colitis. *Adorabitis*, s. conuersi ad fidem Christi. *Patrem*, i. Deum.

22. *Quod nescitis*, sc. errabant in multis Samaritani, quod attinet ad Dei cognitionem. *Nos*, s. Iudæi.

Ex Iudæis, sc. ab eis, & Christus ortus, & in mundum profecta prædicatio Euangelica.

23. *Nunc est*, q.d. iam cœpit. *Spiritu*, non cæremoniis Iudaicis. *Veritate*, non errore gentilico.

24. *Et eos*, pro, ideo eos.

25. *Venit*, i. prope est, vt veniat. *Qui dicitur Christus*, id non est Syr. videntur [illegible] ab Euangelista explicationis causa.

27. *Continuo*. Græc. in hoc, [illegible] loqueretur.

 Mulierç:

Muliere,ſ. ſola,vel Samaritana,vel præter morem ſuum. *Quid loqueris*,pro,cur loqueris.

29. *Numquid*,q d.vos ipſi examinate.

34. *Vt perficiam*,pro,nempe vt perficiam.

Opus,ſ.ſalutem hominum.

Eius,i ab eo præceptum.

35. *Oculos*,ſ. mentis *Meſſem*,ſ.ſpiritualem.

36. *Et congregat*,pro,nam congregat.

Æternam,ſ.congregantis,& congregati.

Vt & qui,&c.q.d.ita fit , vt ſicut gaudet qui ſeminat,ita gaudeat etiam qui metit , vel ſimul gaudeant ſ.in cœlo.

34. *In hoc*,&c.q.d.Atque huc poteſt accommodari,quod vulgo dici ſolet:Alius,&c.

38. *Miſi*,deſtinaui mittere,vel præterita pro futuris.

Laboraſtis,i.coluiſtis,ſ.ſeminando,rigando &c.

Alij,ſ.Prophetæ, ſeu qui vos præceſſerunt patres qui Iudæis prædicauerunt.

40. *Ibi*,Græc.& Syr.apud eos.

41. *Sermonem*,i.doctrinam. *Eius*,ſ.Chriſti.

42. *Non*,ſub.tantum,ſeu tam. *Mundi*, Græc.additur Chriſtus,& Syr.Meſſias.

43. *Galilæam*,ſub.relicta Nazareth.

44. *Perhibuit*,vide Matt.13.Mar.6.Luc.4.

Non habet,ſ.vt plurimum,vel de ſe loquitur.

45. *Exceperunt*,ſ.honorifice.

46. *Regulus*,Græc. βασιλικὸς, i.regius,ſ.genere,vel miniſterio aliquo. Syr. ſeruus regius. Interpres videtur legiſſe βασιλίσκος.

46. *Aduenirет*,pro,aduenitſſet.

48. *Signa, & prodigia*,i. valde inſolita miracula.

Non creditis. Apparet iſtum fuiſſe Iudæum.

50. *Viuit*,i.incolumis eſt.Heb.ſic viuificari dicitur qui à malis liberatur.

51. *Viueret*,i.ſanus eſſet.

52. *Habuerit*,pro.habuiſſet.

53. *Credidit*,ſ.in Chriſtum.

54. *Iterum*,ſ.in Galilæa. *Secundum*.ſc.ex factis in Galilæa.

CAPVT V.

1. **F***Eſtum*. Pentecoſtes, ſecundum quoſdam, ſecundum alios,Paſchæ,quod probabilius.

2. *Probatica* , ſcil. vbi oues congregabantur, vel etiam lauabantur , offerendæ in templo , à quibus ei nomen:nam πρόβατον, ouis. *Piſcina*,locus erat, in quo aqua pluuia colligebatur vt ſolet in ciſternis.

Bethſaida, Græ.Betheſda,i. domus effuſionis , ſc. aquarum , Syr. Beth Cheſda,i. Domus miſericordiæ.

3. *Aridorum*,ſ.aliqua corporis parte.

4. *Autem*,Græc enim. *Secundum tempus*,i.certo quodam tempore ſed hominibus ignoto.

Mouebatur,Græc.& Syr.turbabatur.

Motionem,Græc.& Syr.turbationem.

6. *Haberat*,ſ.ægrotaſſe diu.

7. *Domine*,honorifice appellat,etſi non noſſet videtur autem putaſſe Chriſtum operam velle ſuam ei offerre,ad eum deponendum in piſcinam. *Venio*, poterat ſe mouere,ſed ægre.

8. *Grabatum*,i.lectum.

10. *Tollere*,i.geſtare.

13. *Loco*,ſ.illo,vbi ſanauerat hominem.

14. *Iam noli peccare*,Græcè ne poſt hac pecces.Indicat ob peccata ægrotaſſe.

15. *Nunciauit*,ſ.ſimplici animo,tamquam de homine diuino.

17. *Operatur*,ſ.continens,& adminiſtrans creaturam,q.d operamea ſunt opera Dei , quibus ſabbatum non violatur.

18. *Soluebat*,ſ.illorum opinione.

Suum,Græcè ἴδιον,i.proprium.

Æqualem, ſc.dum ſe dicit proprium Dei filium, nempe naturalem , & conſubſtantialem , ſeque eadem cum illo facere. Non intellexiſſe Iudæos, quod multi hæretici non intellexerunt.

19. *Niſi*, pro, ſed. ſic inf.cap.15.Gal.1.Matt.11. q.d.non à ſe, ſed à Patre accipiens facit, quicquid facit.

Viderit, ſ. videndo accipit vt faciat, & accipiendo videt, nec in eo aliud eſt videre , aliud accipere: vtrumque vero in eo ab æterno, etſi opera in tempore fiant.

Hæc,ſ.eadem. *Similiter*, Itaque non prius Pater, nec perfectus quam Filius.

20. *Demonſtrat*,i. communicat , ſ. ipſum ſibi æqualem generando.

Demonſtrabit,i. communicabit, ſ.æternum,omnia tempora comprehendit , ſemperque Pater Filium generat, ſuaque omnia communicat:maiora autem illa curatione. Intellige ſuſcitare mortuos , iuſtificare peccatores, Mundum iudicare , & huiuſmodi alia. *Vt* , non cauſam ſignificat , ſed conſecutionem.

21. *Suſcitat*,&c.vide 1.Reg.2. Deut.32.Pſal.67.

Sic,i.ſimiliter,vt ſupra dictum eſt.

22. *Iudicat*, ſc. apparens in iudicio ſenſibiliter. Aug.

Omne i.de omnibus.

23. *Sicut*,q.æqualiter cum Patre.

24. *Verbum*, i. doctrinam. *Habet*, pro , habebit, vel habet ſpe,& merito. *Iudicium*, ſ. condemnationem.

Venit,pro, veniet *tranſijt*, pro,tranſibit, vel q.d. tranſlatus enim eſt à peccati morte ad iuſtitiæ vitam.ſic 1.Ioan.3.tranſlati ſumus &c.

25. *Hora*,i.tempus. *Et nunc*, pro, imo vero iam cœpit.

Mortui,ſ.peccato. *Audierint*,i.crediderint,& obedierint.

26. *In ſemetipſo*,i.per ſuam eſſentiam.

27. *Filius hominis*,i.homo. Not. quoſdam id coniungere cum præcedentibus,q.d. dedit ei quatenus homini.Alios cum ſequentibus, q. d. ne miremini tantum huic homini datum.

28. *Venit hora*,pro,veniet tempus.

In monumentis,ſ.mortui. *Vocem*, ſ.de qua Matth. 25.1.Cor.15.1.Theſſ.4. formabitur autem miniſterio Angelorum.

29. *Procedent*, ſcil. è monumentis. *Vitæ* ſ.licet beatæ.

Iudicii,i.condemnationis , ſeu ſupplicii, ſcilicet æterni.

30. *Non poſſum*, &c. Oſtendit ſe iuſte iudicaturum.

A me ipſo,ſ.quicquid habet, vt a Patre habet.

Audio,i.à Patre ſumo. *Et iudicium*,pro, ideo iudicium. *Meum*,ſ ſolam,vel quaſi meum, aut quatenus mea eſt. *Sed*,pro,ſed etiam, vel,ſed quia,vel,ſed quatenus.

31. *Non eſt verum* , ſc. veſtro iudicio,qui ſic ſoleris dicere.

32. *Alius*,ſc.Ioannes , vel Pater.

33. *Veritati* , pro, verum,ſc de me.

34. *Accipio* , ſcilicet quaſi indigens , ſeu mea cauſa.

35. *Lucerna*, ſc.accepto lumine ardet , Græc. ὁ λύχνος i. illa lucerna. forte de qua Pſal.131.Paraui lucernam Chriſto meo.

Ardens , ſc.caritate.

Lucens , ſc.veritate.

Ad horam , i. ad breue tempus,poſtea enim dicebant

cebant habere dæmonium

Exultare, &c. q.d. eius lucem magno cum gaudio suscepistis, multum ei tribuentes, vel q.d. voluistis illum habere pro Messia.

36. *Ioanne*, i. Ioannis testimonio.

Quia Pater, &c. pro quod Pater me misit.

37. *Perhibuit*, sc. me [illegible].

Vocem, sc. Dei, non est proprie vox. Nam quas olim audierunt sunt Angelorum opera formabantur: quanquam nec illi illas audierant

38. *Verbum*, i. doctrinam, seu spiritum.

39. *Scrutamini*, & Græc. & Latine potest esse Indicatiuum, & Imperatiuum.

In ipsis, i. per ipsas, sc. credendo, & obediendo eis.

Et illæ, pro illæ enim, vel, & tamen illæ.

41. *Claritatem*, Græc. [illegible], i. gloriam.

Non accipio, q.d. habeo tantum gloriæ à Patre, vt humana non indigeam

42. *In nomine*, &c. q.d. ex parte Patris, seu à Patre missus, vt Filius.

Alius, sc. Antichristus.

In nomine suo, i. a seipso q.d non à Deo missus.

45. *Nolite*, &c. q.d. non erit opus, vt ego vos accusem.

Moses, i. Mosis lex, sc. tanquam transgressores, & qui ei de me prædicenti non credatis. Not. hinc scripturæ non credere eos, qui ea non credunt, quæ ex ipsa colliguntur

46. *Forsitan*, pro, vtique. *Scripsit*, sc. Gen. 4[illegible] Deut. 18.

47. *Meis*, sc. quem præ Mose nihili facitis.

CAPVT VI.

1. TRans mare, non quidem in vlteriorem ripam, sed in eandem, secundum quosdam. forte sinus internallo distitam, [illegible] vt opposita videretur. Alij in oppositam putant nauigatum.

2. *Multitudo*, sc. populi.

5. *Philippum*, forte vt [illegible], & qui sic ad sublimiora erigi opus haberet.

6. *Tentans*, i. explorans quid sentiret.

7. *Ducentorum denariorum*, faciunt hi circiter 20. aureos.

9. *Tantos*, i. tam multos.

10. *Fœnum*, i. gramen.

12. *Impleti*, i. satiati.

14. *Propheta*, Græc. ὁ προφήτης, i. ille Propheta, sc. Messias tamdiu expectatus.

Venturus est, i. prædictus, seu promissus venturus.

15. *Fugit*, Græc. ἀνεχώρησε, i. secessit.

17. *Capharnaum*, sed prius in Bethsaida, vt alij Euangelistæ dicunt.

19. *Viginti quinque*, sc. maiorem lacus partem, si ex opposita ripa soluerant, est enim latitudo eius 40. stadiorum.

21. *Statim*, sc. vt eum acceperunt.

22. *Altera*, i. sequenti.

Vna, Græc. & Syr. vna in quam intrauerant discipuli eius.

23. *Superuenerunt*, sc. postea.

24. *Nauiculas*, sc. illas, quæ ad eum locum superuenerant.

26. *Quæritis*, sc. multi ex vobis. *Signa*, adeoque per ea eleuemini ad res cœlestes.

27. *Operamini*, i. operando parate. sic Paulus, Salutem vestram operamini.

Non cibum, sc. solum, seu præcipue.

Qui permanet, sc. gratiam Dei seu animæ salutem.

Signauit, Græc. ἐσφράγισεν, i. sigillauit, sc. velut sigillo apposito, voce de cœlo, & miraculis, declarauit & confirmauit suum esse filium.

28. *Faciemus*, i. facere debemus.

Dei, i. Deo grata, seu quæ Deus ab homine requirit.

29. *Hoc est*, non dicit solum id esse. *Credatis*, sc. fides fundamentum est ædificij spiritualis

30. *Tibi*, intellexerunt de se dixisse.

31. *Manna* Chaldæi nam Heb. Man. vide Exod. 16.

32. *De cœlo*, i. vere cœlestem. *Panem*, sc. me.

Verum, non figuram ipsum, qualis erat Manna, vel q. d. vere panem, vel vere cœlestem.

33. *Mundo*, i. hominibus.

34. *Dixerunt*, sc. carnaliter intelligentes panem, vt Samaritana aquam.

35. *Vitæ*, i. viuificans. *Et qui*, &c. explicatio præcedentis, s. per fidem venitur. Intellige vero formatam charitate. *Non sitiet*, s. nec esuriet, q.d. saturabitur (vt alia iam non optet) præsertim in cœlo.

36. *Dixi*, sc. alias *Quia*, pro, quod. *Me*, sc. facientem ea per quæ credere deberetis.

37. *Dat*, sc. prædestinando, & vocando. *Foras*, i. à me, sed conseruabo.

38. *Meam*, s. solam *Sed*, pro, sed etiam.

39. *Dedit*, s. electos.

Ex eo, s. vllum.

40. *Autem*, pro, enim. Syr. enim. *Videt*. sc. oculis corporis, vel mentis.

41. *Illo*, s. Christo, vel sermone.

43. *In inuicem*, i. inter vos.

44. *Traxerit*, sc. efficaciter mouendo repugnantem vitiosam naturam.

45. *Prophetis*. vide Isa. 54 Ierem. 31.

Omnes, s. Ecclesiæ filij. *Docibiles Dei*, Græc. διδακτοὶ τοῦ θεοῦ, i. à Deo docti. *Audiuit*, sc. intus docentem per fidem.

46. *A Deo*, s. natus, vel missus, de se loquitur.

47. *Habet*, pro, habebit.

50. *Non moriatur*, sc. anima, & corpore suo tempore resuscitabitur ad vitam perpetuam, q.d. manna nec vitam perpetuam corpori potuit dare, at hic panis, & corpori dat, & animæ.

51. *Viuus*, s. & viuificans.

52. *Dabo*, iungendum cum, pro mundi vita. *Mea est*, Græc. & Syr. mea est quam ego dabo

53. *Litigabant*, sc. aliis accusantibus, aliis defendentibus. *Carnem suam*, &c. Intellexerunt Iudæi eum dicere, id quod heretici nolunt intelligere, nec Christus illam intelligentiam reprobauit, sed confirmauit toties vero, & adeo aperte, vt mirum sit esse adhuc qui litigent.

45. *Et biberitis*, etiam qui vnam speciem solam sumunt, bibunt. quod attinet ad Christi intentionem, est n. in carne sanguis simulque vtrumque sumitur necquiquam plus accipit, qui vtramque speciem accipit cum ergo sanguis sumatur, in quo est virtus, parum refert quod non sumitur per modum potus.

55. *Resuscitabo*, s. felici resurrectione.

56. *In me*, s. vt palmes in vite, vnde viuit.

In illo, s. viuificans.

57. *Viuo*, & qua Deus, & qua homo *Patrem*, s. vitam mihi dantem. *Et qui*, pro. sic qui. *Propter me*, s. sic sibi coniunctum, seu vnum.

61. *Durus*, i. difficilis captu.

Audire, i. capere.

63. *Videritis*, &c. q.d. quid diceretis, an etiam tum negabitis eum vera dicere?

63. *Spiritus*, &c. q.d. quæ dixi spiritualiter intelligenda sunt. & non carnaliter, vt vos intelligitis quasi caro, mea dentibus sit laceranda: non n. sic da-

tritus ſum, ſed in Sacramento, ſub ſpecie panis & vini.

Spiritus & vita ſunt,i. vitam dant ſpiritualem,ſane intellecta.

65. *Ab initio*,ſc. conuerſationis cum diſcipulis, vel ab æterno.

67. *Ex hoc*,ſ. tempore *Retro*,ſ. deſerto Chriſto.

69. *Vita æterna*,ſ. effectricia,ſi quis ei obediat.

70. *Cognouimus*,i. reipſa,ſ. per miracula , experti ſumus.

71. *Eligi*,ſ. ad Apoſtolatum. *Et vnus*,&c q.d non omnes ita ſentitis. *Diabolus*,i. peſſimus.

72. *Simonis*,ſ. filio.

CAPVT VII.

1. **A***Mbulabat*,i. verſabatur.ſic inf.

Galilæam , pro Galilæa. *Iudæam*,pro Iudæa.

2. *Scenopegia*, ita dicta à figendis tabernaculis. Nam σκηνὴ,tabernaculum,πήγω,figo inde σκηνοπηγία, vide Leuit.23.

3. *Fratres*,i.cognati,ſ. qui non erant Apoſtoli.

Diſcipuli,ſ. qui ſunt in Iudæa.

4. *Quid*,ſ. egregium,ſeu ſingulare. *Et quærit*,pro. ſed quærit *In palam*,q.d.celebris.

Si,pro,quandoquidem. *Hæc*,i.talia,ſ. tam ſingularia.

5. *Credebant*,ſ.vt par erat,ſed valde de eo humiliter ſentiebant,quaſi conſilio opus haberet.

6. *Tempus* i.aſcendendi opportunitas.

Paratum,ſc.veſtro iudicio,vel q.d.vobis perinde eſt quocunque tempore aſcendatis.

7. *Odiſſe*,ſ.ea ratione qua me.

8. *Aſcendite*,i. poteſtis iam aſcendere,ſi vultis.

Non aſcendo , Græc nondum aſcendo. οὔπω ἀναβαίνω, Syr.nunc non aſcendo. *Impletum eſt*,i. aduenit.

10. *Manifeſtè*,ſcil.comitatus , vt ſolebat, diſcipulis.

Occulto,ſ.declinabat odium volentium eum interficere.

11. *Ille*,per contemptum.

12. *Alij*,ſ.Sacerdotes,& Phariſæi. *Turbas*,i. indoctum vulgus.

13. *Palam*,Græc. παῤῥησίᾳ, i liberè,ſ.defendendo, aut laudando,ſic inf. *Iudæorum*, i. quibus Chriſtus inuiſus.

14. *Mediante*, ſcil. die quarto , durabat n. per dies 8.

15. *Litteras*,ſ.ſcripturam legere vel interpretari erat n.Hebraice ſcripta,Iudæi autem Syriacè loquebantur.

Didiceris , forte diſcebantur ſolum in Ieruſalem.

16. *Non eſt mea*,i.à me.

17. *Cognoſcet*,ſ.obedientia mandatorum Dei,mereretur illuminationem *A meipſo*,ſ.& non à Deo.

18. *A ſemetipſo*,ſc.non à Deo doctus. *Hic*,&c.de ſe loquitur.

19. *Quid*,i. cur q. d.cum ſitis Dei inimici, quid cauſæ habetis contra me,à Deo miſſum, eique obedientem.

20. *Turba*,i.e.turba aliqui.

21. *Vnum*,ſcil. ſanando in ſabbato ægrum hominem.

Miramini,ſc. & tumultuamini, quaſi ſabbatum violauerim.

22. *Propterea*, ſcil. attendite. *Circumciſionem*, i. præceptum circumciſionis. *Ex Moyſe*,ſc.primo inſtitutore.

23. *Lex*,ſc.de circumcidendo die octauo, vel de ſabbato,q.d.tamen non ſoluitur lex de ſabbato, per opus circumciſionis. *Totum*,i. corpore & anima,q.d. an id minus eſt circumciſione?

24. *Secundum faciem*,i. apparentiam,vel acceptionem perſonarum,q.d.ne me temere accuſetis quia contemnitis.

27. *Scit*,pro,ſciet. *Vnde*, i. quibus ortus parentibus.

28. *Scitis*,ſ. ſecundum quod dicitis. *Verus*,ſ. Deus vel verax in promiſſis. *Neſcitis*,i.vt par eſt,vel meum eſſe Patrem,meque miſiſſe.

30. *Et nemo* pro,ſed nemo. *Hora*,i. tempus quo mori ſtatuerat.

31. *Chriſtus*,&c.q. d. ſi iſte non eſt Chriſtus, ſed alius qui expectatur,numquid ille &c.

32. *Murmurantem*,i. ſubmiſſe loquentem.

Principes,Græc.& Syr.Principes ſacerdotum.

33. *Eis*,ſc.qui aderant Iudæis. *Vado*,pro,ibo,ſc. poſtea.

34. *Quæretis*,pro,ſi quæretis.ſic Pſal.quæres locum eius,pro,ſi quæras. *Sum*,ſc.erat ſemper beatus vel ſum,pro ero, ſ.in cœlo. *Non poteſtis*, pt.eandebat in malo obſtinate perſeueraturos,alioquin dum quis viuit,poteſt ſaluari,quia poteſt à Deo conuerti.

35. *Ad ſemetipſos*,in inter ſe. *Diſperſionem gentium*,i.diſperſas per orbem gentes.

37. *Nouiſſimo*,ſc octauo,qui celeberrimus. vide Leuit.23. *Sitit* ſ.animæ.bona,ſeu diuina.

38. *Sicut dicit*,&c.poteſt coniungi cum præcedentibus q. d. credit vt monet ſcriptura vel cum ſequentibus.

Scriptura , forte aliqua quæ erant. vide tamen Prou.5. Iſa.41.42.43.44.48. Ezech.36. quamquam plena eſt ſcriptura donorum Spiritus ſancti mentione.

Flumina,i. copia gratiarum. *Ventre*,i. corde, ſeu mente.

39. *Datus*,ſ.copioſe. *Glorificatus* , ſ.poſt Aſcenſionem miſſurus erat Spiritum ſanctum.

Vbi,pro,vnde.

Pontifices,Græc.Principes ſacerdotum,

46. *Homo*,i quiſquam.Heb.

49. *Legem*,i.ſcripturam.

52. *Galilæus* ,qui,ſ.ei faueas ob communem patriam,vel q.d.eius diſcipulus,hi enim fere Galilæi.

Propheta,ſ.quiſquam *Surrexit*,ſ.vnquam.

CAPVT VIII.

1. **O***Liueti*,Græc.oliuarum.

2. *In medio*,ſ.coram Chriſto.

5. *Lapidare*. Ita legem traditione interpretabantur,ſ.lapidandam adulteram.

6. *Scribebat*,ſ.eorum peccata conuincendi,ſi opus eſſet,ſecundum quoſdã. Videtur potius fecisse,quod erat iteraturus,vt eis daret inueniendi locum,quod ſi tunc ſolum feciſſet,forte rei nouitas illos detinuiſſet. Quid vero ſcripſerit , quis poſſit diuinare?

Poſt vnum,pro,poſt alium. *Exibant*, forte timentes ne illorum peccata ſcripſiſſet.

Senioribus,forte hi ſibi conſcij grauiorum.

Solus,i. ſine accuſatore vllo. *In medio*,ſc. coram Chriſto.& Apoſtolis.

11. *Condemnabo*,Græc.condemno.

Iam Amplius,&c. Græc. ne poſt hæc pecces. Oſtendit ſe pepercisse illi, non autem ſibi placere peccatum.

12. *Ambulat*,i. verſatur,Græc.ambulabit,pro, ambulat *Habebit*,pro,habet.

Vitæ,i.vitam dans,vel ad vitam ducens.

14. *Vado*,i. dum iturus,ſ.ex mundo hoc.

15. *Secundum*

15. *Secundum carnem*, i. carnaliter.
Non iudico, sc. vt vos, peruerse, vel, non iudico, sc. nunc. vide inf. c. 12.
16. *Etsi*, pro, cum autem, vel: sed cum.
Verum est, id est, tanquam verum recipiendum.
Solus, sub. vt ideo sit repudiandum, quia solum vnius sit.
19. *Scitis*, i. nostis.
Forsitan, pro, vtique. id enim magis Græc. indicatur.
20. *In Gazophylacio*, i. prope Gazophylacium.
Templo, i. templi atrio.
21. *Iterum*, scil. repetens quod supra dixerat c. 7.
Vado, pro vadam, i. discedam.
Quæritis, sc. ad interficiendum.
Peccato, pro, peccatis, vt dicitur inf.
Vado, i. ibo, sc. post mortem.
22. *Quia dicit*, &c. q. d. & mortuum non poterimus inuenire, & persequi.
23. *Deorsum*, i. è terra.
Supernis, i. cœlo.
Vos de mundo, &c. explicatio præcedentis.
24. *Non credideritis.* Videbat quidem non credituros, ideo supra absolute dixit. hic vero sub conditione, dans locum pœnitentiæ. *Ego sum*, sc. ex Patre, nempe Dei Filius.
25. *Quis es?* quia dixerat: Ego sum, non addens quid esset.
Principium, &c. Græc. principium (seu, à principio) quod *& loquor vobis*, q. d. sum id quod à principio vobis dixi, sc. Dei Filius. atque in hunc sensum explicatur Syr. Potest etiam sic explicari. Sum *principium*, i. Deus, qui & loquor, pro, quanquam etiam homo sum, vt videtis.
26. *Habeo*, i. possum, seu possem. *Sed*, pro, nam, vel q. d. sed interim id dicam.
27. *Patrem eius*, i. suum.
27. *Exaltaueritis*, sc. in cruce.
Cognoscetis, sc. multi postea conuersi.
Sum, sc. Dei Filius.
30. *Crediderunt.* Apparet sup. non de omnibus dixisse, moriemini in peccato.
31. *Manseritis*, i. perseueraueritis.
32. *Cognoscetis*, sc. indies perfectius. *Veritas*, scil. fidei, vt ipse Christus.
Liberabit, sc. seruitute peccati, Græc. liberos faciet, sc. ex seruis.
33. *Semen*, i. filij.
Seruiuimus, de se loquuntur, non de suis maioribus.
34. *Peccati*, sc. eius vinculo alligatus.
35. *Seruus autem*, &c. q. d & qui talis est, more seruorum non manet, &c. scil. non habet ius manendi.
37. *Filij*, Græc. semen. *Capit*, i. locum habet.
38. *Quæ vidistis*, &c. q. d. quæ à diabolo didicistis.
39. *Estis*, Græc. essetis. *Facite*, Græc. faceretis.
40. *Hoc*, i. tale quid. vel fecit, pro, fecisset.
41. *Ex fornicatione*, &c. q. d. idololatræ.
42. *Pater esset*, i. si pro Patre haberetis Deum, & diligeretis.
Processit, sc. per generationem. *Veni*, s. in mundum per Incarnationem.
43. *Loquelam*, i. sermonem.
Audire, i. ferre, adeo vobis inuisus sum.
44. *Homicida*, scil. occidit hominis animam peccato, & in corporis mortem per peccatum induxit.
Initio, sc. mundi, vel hominum.
Veritate, i. rectitudine, seu iustitia qua fuerat creatus.
Quia, &c. q. d. quod ex eo apparet, quia non, &c. *Eo*, i. eius affectu.
Proprijs, i. corrupto affectu.
Pater, i. auctor, seu inuentor.
Eius, sc. mendacij.
45. *Si*, Græc. quia.
46. *Arguet*, id est, conuincet, seu conuincere poterit.
47. *Ex Deo*, sc. Dei Spiritu præditus.
Audit, sc. libenter, & obedienter.
48. *Dicimus*, i. solemus dicere.
Samaritanus. Ita vocabant per contemptum, vel quod videretur legem soluere.
49. *Dæmonium*, de Samaritano nihil respondet, quia erat apertum mendacium. sensus autem quo illi dicebant, per hanc responsionem satis refellebatur.
50. *Ego*, sc. quatenus homo, quærebat Christus non suam, sed Patris gloriam.
Iudicet, id est condemnet, scilicet me inhonorantes.
51. *Mortem*, &c. q. d. perpetuo viuet beatus, vel; mortem vocat damnationem.
54. *Glorifico*, sc. sine Patre. *Nihil est*, i. pro nihilo habenda, vel q. d. si ego me velim apud vos glorificare nihili facietis.
55. *Et non*, pro, & tamen non. *Cognouistis*, sc. vt par est, non enim diligitis.
56. *Exultauit*, i. exultando optauit. *Diem*, i. tempus aduentus in carnem.
Vidit, sc. per reuelationem dum viueret, vel in limbo.
58. *Fieret*, i. esset.
Sum, sc. ab æterno.
58. *De templo*, Græc. additur, transiens per medium illorum, & præteriit, similiter & Syr.

CAPVT IX.

1. *Vidit*, attente aspexisse, apparet ex discipulorum interrogatione.
2. *Quis*, &c. rudis interrogatio, nisi forte sensus est: Peccatumne huius originale, quo in Adam peccauit, an Actuale parentum eius, meruit, vt cæcus nasceretur?
3. *Eius*, sub. vt cæcus nasceretur. *Sed*, sub. cæcus est natus. *Dei*, erant Christi opera Dei, quia ipse Deus.
4. *Eius*, i. ab eo præcepta.
Dies, i seculi tempus.
Nox, sc. hominum mors.
Potest, sc. meritorie potest & sensus esse. Dum viuo oportet me operari, quæ Pater iussit, ea enim post mortem meam non poterunt fieri, quæ sum iussus facere, dum viuo.
5. *Lux*, ideo oportet me illuminare.
7. *Natatoria*, sup. idem verbum Græcum vertit, piscina.
Siloe, fons est ad radicem montis Sion. vnde sit illa Piscina.
Missus, Hebr. שלוח Sealuach. Syr. שילוחא Scilucha.
8. *Mendicus*, Græc. cæcus. *Sedebat*, sc. ante templum, vt ille, de quo Act. 3.
11. *Video*, Græc. ἀνέβλεψα, i. visum recepi.
15. *Vidisset*, i visum recepisset. sic inf.
15. *Custodit*, i. obseruat. *Schisma*, i. dissidium.
17. *Propheta*, q. d. vir sanctus à Deo missus.
21. *Loquatur*, Græc. λαλήσει, i. loquetur.
22. *Fieret*, i. eiicietur, sc. vt nunc excommunicati exem-

extra Ecclesiam.

24. *Da gloriam Deo*, modus obtestandi apud Hebræos, cum veritatem inquirerent, q.d. dic veritatem ad Dei gloriam. Vide Iof.7.1.Reg.6.

25. *Si peccator est*, i. quod peccator sit.

27. *Nunquid*, &c. Ironice.

28. *Maledixerunt*, Græc. ἐλοιδόρησαν, i. conuitiati sunt. *Sis*, id dicunt per modum execrationis.

30. *Enim*, pro, sane. *Et aperuit*, pro, cum tamen aperuerit.

31. *Peccatores*, sc. in peccato perseuerantes, vel q.d. nod solet Deus talia miracula facere per peccatores. quod tamen non est vsquaquaque verum, vt notat Aug.

33. *Poterat*, pro, posset.

Quicquam, sc tale.

34. *Totus*, exaggeratio quædam est.

Foras, scilicet extra eum locum, seu synagogam.

39. *Iudicium*, scil. inscrutabile per me implendum.

Vt qui, &c. Id sc. consecutum est non à Deo intentum, nisi forte quatenus est punitio peccati.

Non vident. sc. diuinam lucem.

Cæci fiant, sc ex malitia.

41. *Cæci*, sc. qui videre non possetis.

Videmus, q. d. vos ipsi fatemini doctos, adeoque non peccare ex ignorantia.

Peccatum, Græc. peccatum ergo, Syr. propterea peccatum.

Manet, sc. in vobis, q.d. ex malitia in peccato perseueratis.

CAPVT X.

1. OStium, i. debitam, seu rectam viam.

Fur, sc. clam accipiendo. *Latro*, sc. occidendo, seu male tractando.

3. *Nominatim*. Apparet esse sermonem de ouibus spiritualibus.

4. *Ante eas*, solet etiam interdum sequi oues.

6. *Prouerbium*, i. parabolam, seu occultam sententiam.

7. *Ostium*, sc. per Christum in Ecclesiam intratur, & cœlum.

8. *Venerunt*, scil. non missi à Deo, vel dicentes se esse Christos. Forte hic præterita pro futuris accipienda.

Sunt, pro, fuerunt, seu habendi sunt.

Sed, pro, ideoque.

Oues, sc. electi, qui etsi ad tempus errent, sed emendantur tandem.

9. *Introierit*, sc in ouile.

Ingredietur, &c. q.d. quocunque se vertat, reperiet spiritualem refectionem, seu escam, vel ingressus intelligitur in Ecclesiam, egressus autem è mundo in cœlum.

10. *Abundantius*, pro, abundanter, vel indices perfectiorem.

11. *Pastor*, Græc. ὁ ποιμὴν, i. ille pastor.

Animam, i. vitam, de se loquitur, & bonis animarum pastoribus.

12. *Et qui*, pro, i. qui: vel, vt qui. *Dispergit*, i. perdit. sic Luc. 1. Dispersit superbos.

13. *Pertinet ad eum*, i. curat.

15. *Et ego*, i. sic ego. *Pono*, pro, ponam, sc. cum opus erit seu suo tempore, idque ad gloriam Patris: huc enim pertinet quod dixit: agnosco Patrem, s. cum amore.

16. *Alias*, sc. Gentiles.

Hoc, sc. Israelitico.

Adducere, s. per Apostolos in ouile Ecclesiæ.

Vnum ouile, Græc. vnus grex.

Et vnus, pro, sicut est vnus. vel quia vnus.

17. *Vt iterum*, pro, sic tamen, vt iterum.

18. *Tollit*, i. tollere potest, seu tollet, sc. ab inuito.

A meipso, i. vltro. *Hoc*, sc. ponendi animam pro ouibus.

19. *Dissensio*, Græc. schisma.

22. *Encænia*, i. festum dedicationis templi, de qua 1. Mach. 4. facta mense Nouembri. Nam quæ 3.Reg.8. Septembri, & quæ 1. Esd 6. Februario. Dicta ab ἐγκαινίω, i. innouo, dedico, initio, q. initialia.

23. *Templo*, i. templi atrio.

Salomonis. Ita dicebatur, quod similis esset forma, & loco ei, quam olim fecerat Salomon, & Salomoni dicebatur, quod ibi oraret

24. *Circumderunt*, sc. ne posset elabi ante datum responsum.

Tollis, i. suspensam tenes.

Christus, Græc. ὁ Χριστὸς, i. ille Christus, sc. tamdiu expectatus.

Palam, Græc. παρρησίᾳ, i. libere, seu confidenter.

25. *Loquor*, Græc. εἶπον, i. dixi, sc. qui sim.

Creditis, Syr. credidistis.

In nomine, pro, nomine, seu auctoritate.

Testimonium, &c. i. testantur qui sim.

26. *Ouibus*, sc. electis.

28. *Do*, pro, dabo.

29. *Qui dedit*, sc. oues. *Quod dedit mihi maius*, &c. q.d. accepi à Patre eandem essentiam & potentiam cum illo.

Et nemo, pro, itaque nemo. Patris mei, adeoque nec de mea.

30. *Vnum*. Vnitas essentiæ. *Sumus*. Distinctio personarum.

31. *Sustulerunt*, &c. apparet sane quo animo interrogauerint.

32. *Ostendi*, i. in vestri gratiam feci.

Ex Patre, i. Patris auctoritate. *Lapidatis*, i. vultis lapidare.

33. *De bono*, i. ob bonum.

Et, pro, id est.

Facis, &c. q.d. vsurpas tibi deitatem.

34. *Lege*, i. libro, vbi etiam scripta lex.

35. *Dixit*, sc. scriptura.

Sermo, i. colloquium, vt ad populum Israel: vel reuelatio, vt ad Prophetas: vel mandatum, sc. de recte iudicando, ad Iudices.

Solui, i. irrita esse, vel argui falsitatis.

36. *Sanctificauit*, i. sanctum generauit, vel quatenus homo sanctum fecit, sc. singulariter.

Quia blasphemas, pro, me blasphemare.

37. *Patris*, sc. quæ solus Deus potest facere.

38. *Etsi*, i. etiam si.

39. *Exiuit*, sc. se inuisibilem faciens.

40. *Primum*, sc. in Bethania. vide sup. c. 1.

41. *Nullum*, sub. cum tamen Christus tam multa.

Erant, pro sunt.

CAPVT XI.

1. DE *Castello*, pro, quæ erat Castellum, sc. oppidum.

Mariæ, &c. non possidentium, sed incolentium, sic dicitur Bethsaida ciuitas Andreæ & Petri.

Eius, sc. Mariæ.

2. *Vnxit*, sc. vt postea dicetur, seu potius vt dictum est Luc. 7. quod cum scripsit Ioannes, vulgatum erat in tota Ecclesia.

4. *Eis*, sc. sororibus per nuncium, quanquam Græc.

Græc non est eis. *Mortem*, sc. diu permansuram.

9. *Nonne*, &c. q.d. nonne possunt mutari, vel nonne mutantur homines tempore?

Duodecim. Diuidebant Iudæi diem in 12. horas.

In die, sc. luce mea. Solet Christus à corporalibus, quorum fecit mentionem, transire statim ad spiritualia, q.d. non est quod timeatis, dum mecum estis.

Nocte, sc. extra lucem meam, vt qui in tenebris noctis versatur.

11. *Dormit*, sc. mihi suscitaturo.

12. *Erit*, pro, est, q.d. non est opus eo ire.

15. *Gaudeo*, iungendum cum, quia non eram ibi. reliqua per parenthesim.

Vt credatis, sc. perfectius, viso miraculo, quod non fieret, si ibi fuissem: impedissem enim mortem, vel q.d. vt cum videatis me diuinare absentia, & futura in fide confirmemini.

16. *Vt moriamur*, q. d. si imus, moriendum nobis omnibus.

Illo, sc. Christo.

18. *Stadiis*, octo faciunt vnum miliare.

19. *Multi autem*, &c. Apparet fuisse nobiles, & ob virtutem multis charos.

25. *Resurrectio & vita*, i. fons, & causa vitæ & resurrectionis.

Mortuus, sc. corpore.

Viuet, i. suscitabitur ad vitam beatam, & interim viuet vita gratiæ.

26. *Non morietur*, sc. quantum est ex parte fidei perfectæ, non morietur anima per peccatum, quod si moriatur corpore, non tamen in morte manebit perpetuo, sed suscitabitur ad æternam felicemque vitam.

17. *Credidi*, pro, credo.

Venisti, Græc. ὁ ἐρχόμενος, i. venturus, sc. expectabatur.

28. *Silentio*. Græc. λάθρα, i. clanculum, sc. ne Iudæi impedirent.

Vocat. Id sup. prætermiserat Ioannes.

32. *Domine*, &c. Apparet eas inter se id solitas dicere, sc. si Christus fuisset hic, &c.

33. *Spiritu*, i. animo, seu affectu, quem fremitu expressit.

Turbauit, sc. vltro commouit se in modum turbati. forte mutato vultu, & voce.

35. *Lacrymatus*, sc. videns illos flentes, commotus est affectu humano.

38. *Ergo*, dictio hæc continuat, non causam reddit.

39. *Tollite.* Id quia per homines poterat fieri, non facit ipse miraculo,

40. *Dixi*, & id sup. prætermissum à Ioanne.

Gloriam Dei, sc. miraculum per quod Deus glorificetur.

41. *Audisti*, pro audis, i. audire soles.

42. *Sciebam*, pro, scio.

Dixi, sc. hæc.

43. *Magna*, sc. velut ad absentem animam.

Veni, loquitur velut dormienti.

44. *Institis*, i. fasciis funereis.

Sudario, Græc. σουδαρίῳ, vox Latina.

Abire, sc. suis pedibus.

45. *In eum*, sc. vt Messiam.

47. *Pontifices*, Græc. Principes sacerdotum. sic & inf.

Facimus, q.d. quid cessamus? *Hic homo*, per contemptum.

48. *Tollent*, i. auferent, occupando, vel perdendo.

49. *Pontifex*, Syr. Summus Sacerdos.

Anni illius, sc. cœperat Pontificatus esse vnius anni, contra Dei statutum.

50. *Vobis*, Græc. & Syr. nobis.

51. *Hoc*, s. quatenus bonum sensum habebat, & verum.

52. *Filios Dei*, sc. electos.

In vnum, i. simul, sc. in vno Christi corpore mystico.

53. *Cogitauerunt*, i. decreuerunt, Syr. machinati sunt.

54. *Apud*, pro, inter.

Ephrem, dicta etiam Ephron, secundum quosdam, estque prope Iordanem.

55. *Sanctificarent*, i. præpararent, Græc. purificarent.

56. *Putatis*, Græc. vobis videtur.

Non venit, sc. vt solebat ante festum.

CAPVT XII.

1. *Ante sex*, &c. i. sexto die ante Pascha.

2. *Fecerunt*, i. parauerunt, sc. qui illum exceperant. *Ibi*, sc. Bethaniæ, in domo Simonis leprosi.

3. *Libram*, Syr. alabastrum. *Vnguenti*, scil. aromatici.

Pistici, Græc. πιστικῆς, i. fidelis, seu non vitiatæ, Syr. præstantissimæ, dicitur & nardum genere neutro, quod secutus est Interpres. *Pedes*, sc. vbi eos lauisset aqua, & tersisset, vel saltem tersisset capillis, vt statim dicitur quod vero fuit reliquum vnguenti, effudit super caput, fracto alabastro. vide Matt. 26. Mar. 14.

5. *Pertinebat ad eum*, i. curabat, seu curam habebat.

Loculos, i. marsupium.

Mittebantur, sc. in loculos.

7. *Sinite*, Græc. sine. *Seruet illud*, q.d. vt præueniat sic tempus sepulturæ, quo id facere non poterit, Græc in diem sepulturæ meæ seruauit illud, q.d. fecit anteuertens tempus sepulturæ.

10. *Cogitauerunt*, i. decreuerunt, s. habito concilio.

Et Lazarum, s. non solum Christum.

12. *In Crastinum*, sc. postridie sabbati, & decima luna, cum quisque agnum immolandum in Pascha domum inferebat.

13. *Ramos*, &c. sic solebant in solemnibus gaudiis. vide 1. Mach. 11. & 2. Mach. 10. *In nomine Domini*, i. à Domino missus.

14. *Super eum*, sedit etiam super asinam. Vide Matt. 21.

16. *Glorificatus*, scil. resurrectione & ascensione.

Et hæc, pro, ideo hæc.

Fecerunt, sc. populus ille.

17. *Testimonium*, sc. de suscitatione Lazari.

19. *Ad semetipsos*, i. inter se. *Proficimus*, Græc. & Syr. proficitis.

Abiit, forte pro, abit, q.d. illum sequitur. est autem Hyperbole.

20. *Gentiles*, Græc. Græci.

21. *Volumus*, i. cupimus. *Videre*, s. salutare, & colloqui. sic Prou. 7. 2. Par. 25.

23. *Eis*, s. gentilibus intromissis, & aliis qui aderant.

Hora, i. tempus. *Clarificetur*, Græ. glorificetur, s. resurrectione.

24. *Solum*, sc. sine fructu.

25. *Amat*, s in hoc mundo.

26. *Mihi ministrat*, i. se profitetur meum ministrum, seu discipulum.

Sequatur,

EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM.

Ioannes patre Zebedæo, matre Salome, de qua Matth. 27. vixit post Christi passionem annos 68. secundum Hieron. totius autem vitæ eius incerti anni: putantur tamen à quibusdam fuisse centum. Fuit Episcopus Ephesi; scripsitque Euangelium præcipue contra Ebionem, & Cherinthum Christi diuinitatem negantes.

CAPVT I.

1. *IN principio*, i. ante omni creata. *Erat*, q. d. iam erat inde sc. ab æternitate. *Verbum*, Græc. ὁ λόγος, i. illud verbum, s. vnicum, & singulare. Ita dicitur filius, quod procedat à Patre, vt à mente verbum. *Deum*, Græc. τὸν Θεὸν, Deum illum, s. qui Pater est. Indicatur autem personarum distinctio.

Et Deus erat Verbum, Græc. καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος, & Verbum illud erat Deus, significatur eadem natura Patris & filij.

2. *Hoc*, s. Verbum, vel totum id quod diximus.

3. *Quod factum est*, id quidam iungunt cum præcedentibus, alii cum sequentibus: atque id sequuntur Latini vt sensus sit, quicquid factum est, in ipso fuisse vitam. Mihi prior sententia planior videtur, vt sensus sit, omnia per ipsum facta esse, & sine ipso nihil factum, ex iis quæ facta sunt, vt sit repetitio, more scripturæ, ad maiorem declarationem.

4. *In ipso*. Id quidam coniungunt cum præcedentibus, alii probabilius cum sequentibus, q. d. in ipso vt in fonte vita erat, vel ipse vita erat. *Et vita*, s. illa, quæ in ipso erat, & ipse erat.

5. *Et lux*, &c. q. d cumque lux in tenebris lucere soleat, s. expulsis his, tamen mentes excæcatę lucem hanc non receperunt.

6. *Fuit*, i. extitit, non enim iungitur cum, missus.

Vt testimonium, Explicatio præcedentis.

Lumine, pro, luce, s. illa de qua sup.

8. *Lux*, s. ipsa, sed eius testis.

9. *Erat*, s. illa lux, de qua supra. *Vera*, s. per naturam non per participationem. *Omnem*. q. d. ab illa sola illuminantur quicumque illuminantur.

Venientem, sc. per natiuitatem sic per mortem egreditur, q d. viuerent hic homines in tenebris, nisi ab eo illuminarentur.

10. *Mundus*, i. mundani.

11. *Propria*, i. sua, s à se factum mundum.

Sui, s. homines. *Eum*, pro, id, s. verbum.

12. *Receperunt* s. credendo, vt statim dicitur intellige vero fidem perfectam, s charitate.

Potestatem, Græ. ἐξουσίαν, quod significat etiam auctoritatem, & præeminentiam, vt Rom. 13.

Fieri, s. hoc ipso, quod ipsum recipiunt.

In nomine, Græc. in nomen, i. in ipsum. Heb.

13. *Sanguinibus*, pro, sanguine, i. carnaliter. ostendit quo modo filii Dei fiant *Nec*, &c. explicatio præcedentis. *Voluntate*, i. concupiscentia.

Nati, Græc. geniti.

14 *Caro*, s. homo. *Factum est*, sc. vnita sibi humanitate i corpore & anima humana. vnde idem Christus Deus & Homo. *In nobis*, i. natura nostra vel inter nos. *Quasi*, pro, tanquã, q. d. qualem par erat inesse Dei Filio vnigenito. *Plenum*, s. verbum, quod ab ipso conceptu fuit perfectissimum & gratia & scientia, iung. vero cum habitauit.

15. *Perhibet*, præsentia pro præteritis *Clamat*, s. publice & libere Christum prædicat. *Ante me factus*, i. mihi prælatus. *Prior*, s. dignitate, seu excellentia.

16. *Et de*, &c. Euangelistæ verba coniugenda autem cum, plenum gratiæ, &c. quamquam possunt etiam esse Baptistæ. *Omnes*, sc quicunque accepimus aliquod Dei donum. *Et gratiam*, pro, i. gratiam.

Pro gratia, q. d. omnem, seu quamlibet gratiam, sic vulgo dicitur. di per di, i. ogni di sic Iob. 2. pellem pro pelle, i. omnem, pellem. s. alienam.

14. *Data*, non facta. *Gratia*, s iustificans.

Veritas, s. illuminans. *Facta*, s. est Christus Deus, Dei enim solius opus est Gratia.

18. *Nemo*, s hominum. *Vidit*, s. vt est in se, seu comprehensiue, vel in hac vita. Alioqui in cœlo videbatur à sanctis dum hæc Ioannes scriberet quamquam ille loquitur de tempore ante Christi aduentum, q. d. Nemo ante Christum viderat. ex quo illud, quod quidam de Mose, & Paulo putant, vidisse eos Deum non videtur probabile *Sine*, sc. in eadem cum Patre essentia *Enarrauit*, i. declarauit, sc. quis Deus sit, & quantus, qualisque.

19. *Quis es*, sc. munere. Nam filium esse Zachariæ sciebant

20. *Et non negauit*. Repetitio more, Heb. sic supr. per negationem, & sine ipso, &c. & alibi, tenebræ in eo non sunt vllæ *Non sum*, &c apparet id etiam illos quæsisse.

21. *Propheta*, Græc. ὁ προφήτης, ille Propheta. s. de quo. Deut. 18. vel q. d. insignis aliquis Propheta.

Non, q. d. non sum ille, de quo Deuter. 18. vel ex Prophetis qui futura prædicunt, vel qualem me vos existimatis.

24. *Dirigite*, i. rectã facite, vt alias vertit Interpres.

26. *Medius vestrum*, i. inter vos. *Stetit*, pro, stat.

Nescitis, i. non nostis.

27. *Post me*, s prius prædicauit Ioannes.

Ante me, &c. vide. sup. num. 15.

28. *Bethania*, sic est, etiam Græc & Syr. Quidam Bethabatam legunt. forte vtroque nomine locus vocabatur.

29. *Altera die*, i. postridie, Græ τῇ ἐπαύριον.

Agnus, Græ. ὁ ἀμνὸς, i. ille agnus, s. singularis, de quo & Isa. 53. *Tollit*, i. auffert. s. propria virtute. & semper.

Peccatum, s. omne.

30. *Venit*, præsens est.

31. *Nesciebam*, i. non noueram sic solemus dicere de eo quem nunquam videmus. vide Matt. 3.

In Israel, Græc. Israeli.

35. *Altera*, i. sequenti. *Stabat*, sc. constiterat, vt Christum transeuntem videret.

38. *Rabbi*, d. est, magister mi. Quidam tamen putant solum significare magister: nec enim Iod, esse

Sic est, &c. q.d. occulta res est [illegible] spiritualis [illegible] tio.

9. *Hæc*, [illegible] spiritualis [illegible].

10. *Magister*, Græc. [illegible], i. doctor ille, sc. celebris. *Hæc*, [illegible] quibus tam multa in scripturis, & dicta, & [illegible] vide Psalm. 5 [illegible] & [illegible] Ezech. 11. & 36. Zach. 13.

11. *Scimus*, [illegible] pro singularibus, vel q.d. solet quis [illegible] qui [illegible] scit, ne ergo dubites vera me dixisse.

Accipitis, [illegible].

12. *Si terrena*, &c. q.d. si tam multa, quæ per parabolas [illegible] prædicaui, non capitis ô Iudæi, quia [illegible] altiora non capiatis: vel sic, si id [illegible] exemplo [illegible], quod terrenum quiddam est, declaraui [illegible], quid si altiora dicerem.

Creditis, [illegible] credidistis. *Cælestia*, [illegible] sunt quæ [illegible].

13. *Et nemo*, &c. q.d. possum verò ego de cælestibus loqui, qui inde descenderim, semperque in cælo sim.

Nisi, non significat se ascendisse in cælum, sed se ibi esse, quo nemo vnquam ascenderit quanquã potest dici ascendisse per visionem Dei, quam habuit ab ipsa conceptione. *Descendit*, descensio intelligitur Incarnatio, qua se exinaniuit. *In cælo*, i. quatenus Deus vbique erat, & quatenus homo, beatus.

16. *Sic enim*, &c. videntur & hæc Christi verba, etsi quidam putant esse Euangelistæ.

17. *Iudicet*, i. condemnet.

18. *Non iudicatur*, i. condemnationi obnoxius non est. Intellige si credat, vt par est, & fidei conuenienter operetur. *Iudicatus*, i. condemnatus, sc. meretur condemnari. *Non credit*, Græc. non credidit. *In nomine*, i. in ipso vide sup. cap. 1. numer. 12.

19. *Iudicium*, [illegible] condemnationis causa.

20. *Odit*, i. quatenus male agit.

21. *Veritatem*, i. iustitiam. Heb. sic 4 Reg. 10.

In Deo, i. secundum Deum, seu Dei voluntatem, q.d. non veretur lucem, sed confidenter accedit, vt cuius opera bona sint & irreprehensibilia.

22. *Iudæam*, [illegible] Iudææ partem, erat enim in Ierusalem. *Baptizabat*, s. per discipulos. vide inf.

23. *Ænon*, [illegible]. *Salim*, quæ & Salem, vrbs Sichimorum olim.

25. *Quæstio*, [illegible] inter eos disputari, vter potior baptismus Christi, an Ioannis.

Ex, Syr. vni ex. *Iudæis*, Syr. quodam Iudæo.

Purificatione, i. baptismo.

27. *Homo*, i. quisquam, q.d. non possum ego, nisi quantum mihi a Deo datum est, debeoque esse sorte mea contentus. *Testimonium*, &c. i. testes estis.

29. *Sponsus*, Christum intelligit, qui sibi Ecclesiam despondauit. *Amicus*, [illegible] intelligit. *Stat & audit*, pro, præsens [illegible].

30. *Crescere*, [illegible].

31. *Omnes*, [illegible]. *De terra*, i. terrenis.

De terra est, pro, [illegible]. *Et de terra*, i. & terrena s. [illegible].

32. *Audiuit*, i. a Patre accepit. *Nemo*, i. fere.

33. *Signauit*, i. velut sigillo addito confirmauit. *Verax*, s. præstando promissa.

34. *Ad mensuram*, [illegible] vel pro, parce, vel q.d. non dedit illi [illegible] gratiam limitatam.

35. *Manu*, i. potestate.

36. *Habet*, s. merito: intellige vero fidem operi-

[illegible] *Videbit*, i. particeps erit. [illegible]

Ira Dei, [illegible] supplicium a Deo. *Manet*, pro, manebit [illegible] perpetuo, nisi conuertatur.

CAPVT IV.

1. PHarisæi, i. qui Christum odio prosequebantur. *Baptizat*, sicut audierant, quasi Christus per se baptizaret, id quod Euangelista statim corrigit.

2. *Non baptizaret*, s. occupatus docendo, & miracula faciendo, baptizauit tamen Apostolos secundum Augustinum.

4. *Samariam*, ita dicebatur Regio, & ciuitas etiam, ædificata in monte, ab huius possessore nomine Somer. vide 3. Reg. 16.

5. *In*, i. prope. *Sichar*, quæ & Sichem, Gen. 34. eadem dicta Neapolis.

6. *Sic*, s. fatigatus, vel vt solent fatigati: vel, vt se offerebat locus. *Sexta*, diuidebant Iudæi diem quemque in 12. horas, vt sup. diximus.

7. *D. Samariá*, i. Samaritana, sc. ex vrbe Sichem.

8. *Enim*, q.d. non erat quisquam discipulorum qui posset dare, vel enim, pro autem.

9. *Non enim*, &c. videntur verba Euangelistæ, possunt tamen esse Samaritanæ. *Coutuntur*, i. commercium habent.

10. *Donum Dei*, i. quæ soleat Deus donare, vel quid tibi donatum sit mea præsentia. *Forsitan*, pro vtique.

Viuam, i. vitalem, sc. gratiam, seu Spiritum sanctum.

11. *In quo hauria*, Græc. ἄντλημα, i. haustrum. *Viuam*, i. quam dicis viuam.

12. *Patre nostro*, sequebantur Samaritani ex parte legem Iudæorum.

13. *Non sitiet*, s. gratia, quæ aquæ nomine significata est, ad vitam æternam, quod ex se est, hominem perducit.

14. *Fons*, pro, velut fons, s. in quo semper aqua. *Salientis*, i. salire facientis.

16. *Vade*, &c. Id dixit Christus, vt ex responsione, quam sciebat daturam, texeret sequentem sermonem, eamque conuerteret.

17. *Non habeo*. sc. vllo modo. Mentitur enim secundum quosdam vt statim acciperet, non expectato viro.

Bene, i. vere, sc. imprudens verum dixit, forte etiam prudens.

18. *Quinque*. Hi an legitimi fuerint incertum, verba Christi tamen indicare videntur fuisse.

20. *Adorare*, i. colere ritu per Mosen instituto: alioqui adorare vbique licebat.

21. *Venit*, pro veniet.

Hora, i. tempus, s. doctrina Euangelica.

Monte hoc, s. solum, quasi hic solum colendus sit Deus, vel eo modo, quo colitis. *Adorabitis*, s. conuersi ad fidem Christi. *Patrem*, i. Deum.

22. *Quod nescitis*, sc. errabant in multis Samaritani, quod attinet ad Dei cognitionem. *Nos*, s. Iudæi.

Ex Iudæis, [illegible], & Christus [illegible], & in mundum profecta prædicatio Euangelica.

23. *Nunc est*, q.d. iam cœpit. *Spiritu*, non cæremoniis Iudaicis. *Veritate*, non errore gentilico.

24. *Et eos*, pro, ideo eos.

25. *Venit*, i. prope est, vt veniat. *Qui dicitur Christus*, id non est Syr. videtur additum ab Euangelista explicationis causa.

27. *Continuo*. Græc. in [illegible], i. dum loquerentur.

Muliere,ſ. ſola,vel Samaritana,vel præter morem ſuum. *Quid loqueris*,pro,cur loqueris.

29. *Numquid*,q d.vos ipſi examinate.

34. *Vt perficiam*,pro,nempe vt perficiam.

Opus,ſ.ſalutem hominum.

Eius,i ab eo præceptum.

35. *Oculos*,ſ. mentis *Meſſem*,ſ.ſpiritualem.

36. *Et congregat*,pro,nam congregat.

Æternam,ſ.congregantis,& congregati.

Vt & qui,&c.q.d.ita fit, vt ſicut gaudet qui ſeminat,ita gaudeat etiam qui metit, vel ſimul gaudeant ſ.in cœlo.

34. *In hoc*,&c.q.d.Atque huc poteſt accommodari,quod vulgo dici ſolet:Alius,&c.

38. *Miſi*,deſtinaui mittere,vel præterita pro futuris.

Laboraſtis,i.coluiſtis,ſ.ſeminando,rigando &c.

Alij,ſ.Prophetæ, ſeu qui vos præceſſerunt patres qui Iudæis prædicauerunt.

40. *Ibi*,Græc.& Syr.apud eos.

41. *Sermonem*,i.doctrinam. *Eius*,ſ.Chriſti.

42. *Non*,ſub.tantum,ſeu tam. *Mundi*, Græc.additur Chriſtus,& Syr.Meſſias.

43. *Galilæam*,ſub.relicta Nazareth.

44. *Perhibuit*,vide Matt.13.Mar.6 Luc.4.

Non habet,ſ.vt plurimum,vel de ſe loquitur.

45. *Exceperunt*,ſ.honorifice.

46. *Regulus*,Græc. βασιλικος, i.regius,ſ.genere,vel miniſterio aliquo. Syr.ſeruus regius. Interpres videtur legiſſe βασιλισκος.

46. *Adueniret*,pro,aduenisſet.

48. *Signa, & prodigia*,i. valde inſolita miracula.

Non creditis. Apparet iſtum fuiſſe Iudæum.

50. *Viuit*,i. incolumis eſt.Heb.ſic viuificari dicitur qui à malis liberatur.

51. *Viueret*,i.ſanus eſſet.

52. *Habuerit*,pro,habuiſſet.

53. *Credidit*,ſ.in Chriſtum.

54. *Iterum*,ſ.in Galilæa. *Secundum*.ſc.ex factis in Galilæa.

CAPVT V.

1. F*Eſtum*. Pentecoſtes, ſecundum quoſdam, ſecundum alios,Paſchæ,quod probabilius.

2. *Probatica*, ſcil. vbi oues congregabantur, vel etiam lauabantur, offerendæ in templo, à quibus ei nomen:nam προβατον, ouis. *Piſcina*,locus erat in quo aqua pluuia colligebatur vt ſolet in ciſternis.

Bethſaida, Græ.Betheſda,i. domus effuſionis, ſc. aquarum, Syr. Beth Cheſda,i.Domus miſericordiæ.

3. *Aridorum*,ſ.aliqua corporis parte.

4. *Autem*,Græc enim. *Secundum tempus*,i.certo quodam tempore ſed hominibus ignoto.

Mouebatur,Græc.& Syr.turbabatur.

Motionem,Græc.& Syr.turbationem.

6. *Haberet*,ſ.ægrotaſſe diu.

7. *Domine*,honorifice appellat,etſi non noſſet videtur autem putaſſe Chriſtum operam velle ſuam ei offerre,ad eum deponendum in piſcinam. *Venio*, poterat ſe mouere,ſed ægre.

8. *Grabatum*,i.lectum.

10. *Tollere*,i,geſtare.

13. *Loco*,ſ.illo,vbi ſanauerat hominem.

14. *Iam noli peccare*,Græcè ne poſt hac pecces.Indicat ob peccata ægrotaſſe.

15. *Nunciauit*,ſ.ſimplici animo,tamquam de homine diuino.

17. *Operatur*,ſc.continens,& adminiſtrans creaturam,q.d opera mea ſunt opera Dei, quibus ſabbatum non violatur.

18. *Soluebat*,ſ.illorum opinione.

Suum,Græc.ἴδιον,i.proprium.

Æqualem, ſc.dum ſe dicit proprium Dei filium, nempe naturalem, & conſubſtantialem, ſeque eadem cum illo facere. Non intellexiſſe Iudæos, quod multi hæretici non intellexerunt.

19. *Niſi*, pro, ſed. ſic inf.cap.15.Gal.2.Matt.12. q.d.non à ſe, ſed à Patre accipiens facit, quicquid facit.

Viderit, ſ. videndo accipit vt faciat, & accipiendo videt, nec in eo aliud eſt videre, aliud accipere: verumque vero in eo ab æterno, etſi opera in tempore fiant.

Hæc,ſ.eadem. *Similiter*, Itaque non prius Pater, nec perfectus quam Filius.

20. *Demonſtrat*,i. communicat, Filium ſibi æqualem generando.

Demonſtrabit,i. communicabit, ſ.æternum,omnia tempora comprehendit, ſemperque Pater Filium generat, ſuaque omnia communicat. maiora autem illa curatione. Intellige ſuſcitare mortuos, iuſtificare peccatores, Mundum iudicare, & huiuſmodi alia. *Vt*, non cauſam ſignificat, ſed conſecutionem.

21. *Suſcitat*,&c.vide 1.Reg.2. Deut.32.Pſal.67.

Sic,i.ſimiliter,vt ſupra dictum eſt.

22. *Iudicat*, ſc. apparens in iudicio ſenſibiliter. Aug.

Omne i.de omnibus.

23. *Sicut*,q.æqualiter cum Patre.

24. *Verbum*, i. doctrinam. *Habet*, pro, habebit, vel habet ſpe,& merito. *Iudicium*, i. condemnationem.

Venit,pro, veniet *tranſijt*, pro,tranſibit, vel q.d. tranſlatus enim eſt à peccati morte ad iuſtitiæ vitam.ſic 1.Ioan.3.tranſlati ſumus &c.

25. *Hora*,i.tempus. *Et nunc*, pro, imo vero iam cœpit.

Mortui,ſ.peccato. *Audierint*,i.crediderint,& obedierint.

26. *In ſemetipſo*,i.per ſuam eſſentiam.

27. *Filius hominis*,i.homo. Non. quoſdam id coniungere cum præcedentibus,q.d. dedit ei quatenus homini. Alios cum ſequentibus, q. d. ne miremini tantum huic homini datum.

28. *Venit hora*,pro,veniet tempus.

In monumentis,ſ.mortui. *Vocem*, ſ.de qua Matth. 25.1.Cor.15.1.Theſſ.4.formabitur autem miniſterio Angelorum.

29. *Procedent*, ſcil. è monumentis. *Vitæ*,ſcilicet beatæ.

Iudicij,i.condemnationis, ſeu ſupplicij, ſcilicet æterni.

30. *Non poſſum*, &c. Oſtendit ſe vere iudicaturum.

A me ipſo,ſ.quicquid habet,vt à Patre habet.

Audio,i.à Patre ſumo, *Et iudicium*,pro, ideo iudicium. *Meum*,ſ ſolam,vel quaſi meam, ut quatenus mea eſt. *Sed*,pro,ſed etiam,vel, ſed quaſi,vel,ſed quatenus.

31. *Non eſt verum*, ſc. veſtro iudicio,qui ſic ſoleris dicere.

32. *Alius*,ſc.Ioannes, vel Pater.

33. *Veritati*, pro, verum, ſc. de me.

34. *Accipio*, ſcilicet quaſi indigens, ſeu mea cauſa.

35. *Lucerna*, ſc.accepto lumine aliunde, Græc. ὁ λύχνος,i. illa lucerna. forte de qua Pſal.131.Paraui lucernam Chriſto meo.

Ardens, ſc.caritate.

Lucens, ſc.veritate.

Ad horam, i. ad breue tempus,poſtea enim dicebant

cebant habere dæmonium.

Exultare, &c. q.d. eius lucem magno cum gaudio suscepistis, multum ei tribuentes, vel q.d. voluistis illum habere pro Messia.

36. *Ioanne*, i. Ioannis testimonio.

Quia Pater, &c. pro, quod Pater me misserit.

37. *Perhibuit*, sc. in baptismo.

Vocem, sc. Dei, non est proprie vox. Nam quas olim audierunt Iudæi, Angelorum opera formabantur: quamquam nec illi illas audierant.

38. *Verbum*, i. doctrinam, seu spiritum.

39. *Scrutamini*, & Græc. & Latine potest esse Indicatiuum, & Imperatiuum.

In ipsis, i. per ipsas, sc. credendo, & obediendo eis.

Et illæ, pro illæ enim, vel, & tamen illæ.

41. *Claritatem*, Græc. δόξαν, i. gloriam

Non accipio, q.d. habeo tantum gloriæ à Patre, vt humana non indigeam

42. *In nomine*, &c. q.d. ex parte Patris, seu à Patre missus, vt Filius.

Alius, sc. Antichristus.

In nomine suo, i. a seipso q.d non à Deo missus.

45. *Nolite*, &c. q.d. non erit opus, vt ego vos accusem.

Moses, i. Mosis lex, sc. tanquam transgressores, & qui ei de me prædicenti non creditis. Not. hinc scripturæ non credere eos, qui ea non credunt, quæ ex ipsa colliguntur.

46. *Forsitan*, pro, vtique. *Scripsit*, sc. Gen. 40. Deut. 18.

47. *Meis*, sc. quem præ Mose nihili facitis.

CAPVT VI.

1. **T**Rans mare, non quidem in vlteriorem ripam, sed in eandem, secundum quosdam, forte sinus interuallo distitam, ita vt opposita videretur. Alij in oppositam putant nauigatum.

2. *Multitudo*, sc. populi.

5. *Philippum*, forte vt rudiorem, & qui sic ad sublimiora erigi opus haberet.

6. *Tentans*, i. explorans quid sentiret.

7. *Ducentorum denariorum*, faciunt hi circiter 20. aureos.

9. *Tantos*, i. tam multos.

10. *Fœnum*, i. gramen.

12. *Impleti*, i. satiati.

14. *Propheta*, Græc. ὁ προφήτης, i. ille Propheta, sc. Messias tamdiu expectatus.

Venturus est, i. prædictus, seu promissus venturus.

15. *Fugit*, Græc. ἀνεχώρησεν, i. secessit.

17. *Capharnaum*, sed prius in Bethsaida, vt alij Euangelistæ dicunt.

19. *Viginti quinque*, sc. maiorem lacus partem, si ex opposita ripa soluerant, est enim latitudo eius 40. stadiorum.

21. *Statim*, sc. vt eum acceperunt.

22. *Altera*, i. sequenti.

Vna, Græc. & Syr. vna in quam intrauerant discipuli eius.

23. *Superuenerunt*, sc. postea.

24. *Nauiculas*, sc. illas, quæ ad eum locum superuenerant.

26. *Quæritis*, sc. multi ex vobis. *Signa*, ad eoque per ea eleuemini ad res cœlestes.

27. *Operamini*, i. operando parate. sic Paulus, Salutem vestram operamini.

Non cibum, sc. solum, seu præcipue.

Qui permanet, sc. gratiam Dei seu animæ salutem.

Signauit, Græc. ἐσφράγισεν, i. sigillauit, sc. velut sigillo apposito, voce de cælo, & miraculis, declarauit & confirmauit suum esse filium.

28. *Faciamus*, i. facere debemus.

Dei, i. Deo grata, seu quæ Deus ab homine requirit.

29. *Hoc est*, non dicit solum id esse. *Credatis*, sc. fides fundamentum est ædificij spiritualis

30. *Ibi*, intellexerunt de se dixisse.

31. *Manna* Chal. est nam Heb. Man. vide Exod. 16.

32. *De cælo*, i. vere cœlestem. *Panem*, sane.

Verum, non figuram ipsum, qualis erat Manna, vel q. d. vere panem, vel vere cœlestem.

33. *Mundo*, i. hominibus.

34. *Dixerunt*, sc. carnaliter intelligentes panem, vt Samaritana aquam.

35. *Vita*, i. viuificans. *Et qui*, &c. explicatio præcedentis, sc. per fidem venitur. Intellige vero formatam charitate. *Non sitiet*, sc. nec esuriet, q.d. satiabitur (vt alia iam non optet) præsertim in cœlo.

36. *Dixi*, sc. alias. *Quia*, pro, quod. *Me*, sc. facientem ea per quæ credere debetis.

37. *Dat*, sc. prædestinando, & vocando. *Foras*, i. à me, sed conseruabo.

38. *Meam*, sc. solam. *Sed*, pro, sed etiam.

39. *Dedit*, sc. electos.

Ex eo, i. vllum.

40. *Autem*, pro, enim. Syr. enim. *Videt*, sc. oculis corporis, vel mentis.

41. *Illo*, sc. Christo, vel sermone.

43. *In inuicem*, i. inter vos.

44. *Traxerit*, sc. efficaciter mouendo repugnantem vitiosam naturam.

45. *Prophetis*, vide Isa. 54. Ierem. 31.

Omnes, sc. Ecclesiæ filij. *Docibiles Dei*, Græc διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ, i. à Deo docti. *Audiuit*, sc. intus docentem per fidem.

46. *A Deo*, sc. natus, vel missus, de se loquitur.

47. *Habet*, pro, habebit.

50. *Non moriatur*, sc. anima, & corpore suo tempore resuscitabitur ad vitam perpetuam, q.d. manna nec vitam perpetuam corpori potuit dare, at hic panis, & corpori dat, & animæ.

51. *Viuus*, sc. & viuificans.

52. *Dabo*, iungendum cum, pro mundi vita. *Mea est*, Græc. & Syr. mea est quam ego dabo

53. *Litigabant*, sc. alijs accusantibus, alijs defendentibus. *Carnem suam*, &c. Intellexerunt Iudæi eũ dicere, id quod hæretici nolunt intelligere, nec Christus illam intelligentiam reprobauit, sed confirmauit toties vero, & adeo aperte, vt mirum sit esse adhuc qui litigent.

45. *Et biberitis*, etiam qui vnam speciem solum sumunt, bibunt. quod attinet ad Christi institutionem, est n. in carne sanguis simulque vtrumque sumitur nec quiquam plus accipit, qui vtramque speciem accipit cum ergo sanguis sumatur, in quo est virtus, parum refert quod non sumitur per modum potus.

55. *Resuscitabo*, sc. felici resurrectione.

56. *In me*, sc. vt palmes in vite, vnde viuit

In illo, sc. viuificans.

57. *Viuo*, & qua Deus, & qua homo *Patrem*, i. vitam mihi dantem. *Et qui*, pro, sic qui. *Propter me*, sc. sic sibi coniunctum, seu vnum.

61. *Durus*, i. difficilis captu.

Audire, i. capere.

63. *Videritis*, &c. q.d. quid diceretis, an etiam tum negabitis eum vera dicere?

63. *Spiritus*, &c. q.d quæ dixi spiritualiter intelligenda sunt. & non carnaliter, vt vos intelligitis quasi caro, mea dentibus sit laceranda: non n. sic da-

tinus ſum, ſed in Sacramento, ſub ſpecie panis & vini

Spiritus & vita ſunt, i. vitam dant ſpiritualem, ſane intellecta.

65. *Ab initio*, ſc. conuerſationis cum diſcipulis, vel ab æterno.

67. *Ex hoc*, ſ. tempore *Retrò*, ſ deſerto Chriſto.

69. *Vita æterna*, ſ. effectricia, ſi quis ei obediat.

70. *Cognouimus*, i. reipſa, ſ. per miracula, experti ſumus.

71. *Eligi*, ſ. ad Apoſtolatum. *Et vnus*, &c q.d non omnes ita ſentitis. *Diabolus*, i. peſſimus.

72. *Simonis*, ſ. filio.

CAPVT VII.

1. A*Mbulabat*, i. verſabatur. ſic inf. *Galilæam*, pro Galilæa. *Iudæam*, pro Iudæa.

2. *Scenopegia*, ita dicta à figendis tabernaculis. Nam σκηνή, tabernaculum, πήγω, figo inde σκηνοπηγία, vide Leuit. 23.

3. *Fratres*, i. cognati, ſ. qui non erant Apoſtoli. *Diſcipuli*, ſ qui ſunt in Iudæa.

4. *Quid*, ſ egregium, ſeu ſingulare. *Et quærit*, pro. ſed quærit *In palam*, q d. celebris.

Si, pro, quandoquidem. *Hæc*, i. talia, ſ. tam ſingularia.

5. *Credebant*, ſ. vt par erat, ſed valde de eo humiliter ſentiebant, quaſi conſilio opus haberet.

6. *Tempus* i. aſcendendi opportunitas.

Paratum, ſc. veſtro iudicio, vel q. d. vobis perinde eſt quocunque tempore aſcendatis.

7. *Odiſſe*, ſ. ea ratione qua me.

8. *Aſcendite*, i. poteſtis iam aſcendere, ſi vultis.

Non aſcendo, Græc. nondum aſcendo. οὔπω ἀναβαίνω, Syr. nunc non aſcendo. *Impletum eſt*, i. aduenit.

10. *Manifeſtè*, ſcil. comitatus, vt ſolebat, diſcipulis.

Occulto, ſ. declinabat odium volentium eum interficere.

11. *Ille*, per contemptum.

12. *Alij*, ſ. Sacerdotes, & Phariſæi. *Turbas*, i. indoctum vulgus.

13. *Palam*, Græc. παρρησίᾳ, i libere, ſ. defendendo, aut laudando. ſic inf. *Iudæorum*, i. quibus Chriſtus inuiſus.

14. *Mediante*, ſcil. die quarto, durabat n. per dies 8.

15. *Litteras*, ſ. ſcripturam legere vel interpretari erat n. Hebraice ſcripta, Iudæi autem Syriace loquebantur.

Didicerit, forte diſcebantur ſolum in Ieruſalem.

16. *Non eſt mea*, i. à me.

17. *Cognoſcet*, ſ. obedientia mandatorum Dei, meretur illuminationem *A meipſo*, ſ. & non à Deo.

18. *A ſemetipſo*, ſc. non à Deo doctus. *Hic*, &c. de ſe loquitur.

19. *Quis*, i. cur q. d. cum ſitis Dei inimici, quid cauſæ habetis contra me, à Deo miſſum, eique obedientem.

20. *Turba*, i. e turba aliqui.

21. *Vnum* ſcil. ſanando in ſabbato ægrum hominem.

Miramini, ſc. & tumultuamini quaſi ſabbatum violauerim.

22. *Propterea*, ſcil. attendite. *Circumciſionem*, i. præceptum circumciſionis. *Ex Moyſe*, ſc. primo inſtitutore.

23. *Lex*, ſ. de circumcidendo die octauo, vel de ſabbato, q.d. tamen non ſoluitur lex de ſabbato, per opus circumciſionis. *Totum*, i. corpore & anima, q.d. an id minus eſt circumciſione?

24. *Secundum faciem*, i. apparentiam, vel acceptionem perſonarum, q.d. ne me temere accuſetis quia contemnitis.

27. *Scit*, pro, ſciet, *Vnde*, i. quibus ortus parentibus.

28. *Scitis*, ſ. ſecundum quod dicitis. *Verus*, ſ Deus vel verax in promiſſis. *Neſcitis*, i. vt par eſt, vel menm eſſe Patrem, meque miſiſſe.

30. *Et nemo* pro, ſed nemo. *Hora*, i. tempus quo mori ſtatuerat.

31. *Chriſtus*, &c. q. d. ſi iſte non eſt Chriſtus, ſed alius qui expectatur, numquid ille &c.

32. *Murmurantem*, i ſubmiſſe loquentem.

Principes, Græc. & Syr. Principes ſacerdotum.

33. *Eis*, ſc. qui aderant Iudæis. *Vado*, pro, ibo, ſc. poſtea.

34. *Quæretis*, pro, ſi quæretis. ſic Pſal. quæres locum eius, pro, ſi quæras. *Sum*, ſc. erat ſemper beatus vel ſum, pro ero, ſ. in cœlo. *Non poteſtis*, prætendebat in malo obſtinate perſeueraturos, alioqui dum quis viuit, poteſt ſaluari, quia poteſt à Deo conuerti.

35. *Ad ſemetipſos*, in intereſſe. *Diſperſionem gentium*, i. diſperſas per orbem gentes.

37. *Nouiſſimo*, ſc octauo, qui celeberrimus. vide Leuit. 23. *Sitit* ſ. animæ bona, ſeu diuina.

38. *Sicut dicit*, &c. poteſt coniungi cum præcedentibus q. d. credit vt monet ſcriptura vel cum ſequentibus.

Scriptura, forte aliqua quæ erant. vide tamen Prou. 5. Iſa. 41. 42 43. 44. 48. Ezech. 36. quamquam plena eſt ſcriptura donorum Spiritus ſancti mentione.

Flumina, i. copia gratiarum. *Ventre*, i. corde, ſeu mente.

39. *Datus*, ſ copioſe. *Glorificatus* ſ. poſt Aſcenſionem miſſurus erat Spiritum ſanctum.

Vbi, pro, vnde.

Pontifices, Græc. Principes ſacerdotum,

46. *Homo*, i quiſquam, Heb.

49. *Legem*, i. ſcripturam.

52. *Galilæus*, qui, ſ. ei faueas ob communem patriam, vel q.d. eius diſcipulus, hi enim fere Galilæi.

Propheta, ſ. quiſquam *Surrexit*, ſ. vnquam.

CAPVT VIII.

1. O*Liueti*, Græc. oliuetum.

2. *In medio*, ſ. coram Chriſto.

5. *Lapidare*. Ita legem traditione interpretabantur, ſ. lapidandam adulteram.

6. *Scribebat*, ſ. eorum peccata conuicturus, ſi opus eſſet, ſecundum quoſdã. Videtur potius fecisse, quod erat iteraturus, vt eis daret liberiorem diſcedendi locum, quod ſi tunc ſolum feciſſet, forte rei nouitas illos detinuiſſet. Quid vero ſcripſerit, quis poſſit diuinare?

Poſt vnum, pro, poſt alium. *Exibant*, forte timentes ne illorum peccata ſcripſiſſet.

Senioribus, forte hi ſibi conſcij grauiorum.

Solus, i. ſine accuſatore viſus. *In medio*, ſc. coram Chriſto. & Apoſtolis.

11. *Condemnauit*, Græc. condemnauit.

Iam Amplius, &c. Græc. ne poſt hac pecces. Oſtendit ſe pepercisse illi, non autem ſibi placere peccatum.

12. *Ambulat*, i. verſatur, Gr. ambulabit, pro, ambulat. *Habebit*, pro, habet.

Vitæ, i. vitam dans, vel ad vitam ducens.

14. *Vado*, i. ſum iturus, ſ. ex mundo hoc.

15. *Secundum*

15. *Secundum carnem*, i.carnaliter.
Non iudico, sc.vt vos,peruerse, vel,non iudico, sc. nunc.vide inf.c.12.
16. *Etsi*, pro,cum autem,vel:sed cum.
Verum est, id est, tanquam verum recipiendum.
Solus, sub. vt ideo sit repudiandum,quia solum vnius sit.
19. *Sitis*, i.nostis.
Forsitan, pro, vtique. id enim magis Græc.indicatur.
20. *In Gazophylacio*, i.prope Gazophylacium.
Templo, i.templi atrio.
21. *Iterum*, scil. repetens quod supra dixerat c. 7.
Vado, pro vadam,i.discedam.
Quæritis, sc.ad interficiendum.
Peccato, pro, peccatis, vt dicitur inf.
Vado, i.ibo,sc. post mortem.
22. *Quia dicit*, &c. q.d.& mortuum non poterimus inuenire, & persequi.
23. *Deorsum*, i.e terra.
Supernis, i. cœlo.
Vos de mundo, &c.explicatio præcedentis.
24. *Non credideritis*. Videbat quidem non credituros, ideo supra absolute dixit. hic vero sub conditione,dans locum pœnitentiæ. *Ego sum*, sc.ex Patre,nempe Dei Filius.
25. *Quis es?* quia dixerat:Ego sum, non addens quid esset.
Principium, &c. Græc.principium (seu,à principio)quod *& loquor vobis*, q.d. sum id quod à principio vobis dixi,sc. Dei Filius. atque in hunc sensum explicatur Syr.Potest etiam sic explicari. Sum *principium*, i.Deus, qui & loquor, pro,quanquam etiam homo sum, vt videtis.
26. *Habeo*, i.possum, seu possem.*Sed*, pro,nam,vel q.d.sed interim id dicam.
27. *Patrem eius*, i. suum.
27. *Exaltaueritis*, sc.in cruce.
Cognoscetis, sc.multi postea conuersi.
Sum, sc. Dei Filius.
30. *Crediderunt*. Apparet sup. non de omnibus dixisse,moriemini in peccato.
31. *Manseritis*, i.perseuerauerítis.
32. *Cognoscetis*, sc.indies perfectius. *Veritas*, scil. fidei,vt ipse Christus.
Liberabit, sc. seruitute peccati,Græc.liberos faciet,sc.ex seruis.
33. *Semen*, i.filij.
Seruiuimus, de se loquuntur, non de suis maioribus.
34. *Peccati*, sc.eius vinculo alligatus.
35. *Seruus autem*, &c.q.d & qui talis est,more seruorum non manet, &c. scil. non habet ius manendi.
37. *Filij*, Græc.semen. *Capit*, i.locum habet.
38. *Quæ vidistis*, &c. q. d. quæ à diabolo didicistis.
39. *Estis*, Græc.essetis. *Facite*, Græc.faceretis.
40 *Hoc*, i.tale quid.vel fecit,pro,fecisset.
41. *Ex fornicatione*, &c q.d.idololatræ.
42. *Pater esset*, i. si pro Patre haberetis Deum,& diligeretis.
Processit, sc.per generationem.*Veni*, s.in mundum per Incarnationem.
43. *Loquelam*, i.sermonem.
Audire, i. ferre,adeo vobis inuisus sum.
44. *Homicida*, scil. occidit hominis animam peccato, & in corporis mortem per peccatum induxit.
Initio, sc.mundi, vel hominum.
Veritate, i. rectitudine, seu iustitia qua fuerat creatus.
Quia, &c. q. d. quod ex eo apparet, quia non, &c. *Eo*, i.eius affectu.
Propriis, i.corrupto affectu.
Pater, i.auctor,seu inuentor.
Eius, sc.mendacij.
45. *Si*, Græc. quia.
46. *Arguet*, id est, conuincet, seu conuincere poterit.
47. *Ex Deo*, sc.Dei Spiritu præditus.
Audit, sc.libenter,& obedienter.
48. *Dicimus*, i.solemus dicere.
Samaritanus.Ita vocabant per contemptum, vel quod videretur legem soluere.
49. *Dæmonium*, de Samaritano nihil respondet, quia erat apertum mendacium. sensus autem quo illi dicebant, per hanc responsionem satis refellebatur.
50. *Ego*, sc.quatenus homo,quærebat Christus non suam,sed Patris gloriam.
Iudicet, id est condemnet, scilicet me inhonorantes.
51. *Mortem*, &c.q.d.perpetuo viuet beatus,vel; mortem vocat damnationem.
54. *Glorifico*, sc.sine Patre. *Nihil est*, i.pro nihilo habenda, vel q.d.si ego me velim apud vos glorificare nihili facietis.
55. *Et non*, pro,& tamen non. *Cognouistis*, sc.vt par est,non enim diligitis.
56. *Exultauit*, i. exultando optauit. *Diem*, i.tempus aduentus in carnem.
Vidit, sc.per reuelationem dum viueret, vel in limbo.
58. *Fieret*, i. esset.
Sum, sc.ab æterno.
58. *De templo*, Græc. additur,transiens per medium illorum, & præteriit, similiter & Syr.

CAPVT IX.

1. VIdit, attente aspexisse;apparet ex discipulorum interrogatione.
2. *Quis*, &c. rudis interrogatio,nisi forte sensus est: Peccatumne huius originale, quo in Adam peccauit, an Actuale parentum eius,meruit, vt cæcus nasceretur?
3. *Eius*, sub. vt cæcus nasceretur. *Sed*, sub.cæcus est natus. *Dei*, erant Christi opera Dei,quia ipse Deus.
4. *Eius*, i.ab eo præcepta.
Dies, i seculi tempus.
Nox, sc. hominum mors.
Potest, sc.meritorie potest & sensus esse. Dum viuo oportet me operari, quæ Pater iussit,ea enim post mortem meam non poterunt fieri, quæ sum iussus facere, dum viuo.
5. *Lux*, ideo oportet me illuminare.
7. *Natatoria*, sup. idem verbum Græcum vertit, piscina.
Siloe, fons est ad radicem montis Sion. vnde fit illa Piscina.
Missus, Hebr. שלוח Sealùach. Syr. שליחא Scilucha.
8. *Mendicus*, Græc.cæcus. *Sedebat*, sc.ante templum, vt ille, de quo Act.3.
11. *Video*, Græc.ἀνέβλεψα, i.visum recepi.
15. *Vidisset*, i visum recepisset.sic.inf.
15. *Custodit*, i.obseruat. *Schisma*, i.dissidium.
17. *Propheta*, q.d. vir sanctus à Deo missus.
21. *Loquatur*, Græc. λαλήσει, i. loquetur.
22. *Fieret*, i.eiiceretur, sc.vt nunc excommunicati

extra

Græc non est eis. *Mortem*, sc. diu permansuram.

9. *Nonne*, &c. q. d. nonne possunt mutari, vel nonne mutantur homines tempore?

Duodecim. Diuidebant Iudæi diem in 12. horas.

In die, sc. luce mea. Solet Christus à corporalibus, quorum fecit mentionem, transire statim ad spiritualia, q. d. non est quod timeatis, dum mecum estis.

Nocte, sc. extra lucem meam, vt qui in tenebris noctis versatur.

11. *Dormit*, sc. mihi suscitaturo.

12. *Erit*, pro, est, q. d. non est opus eo ire.

15. *Gaudeo*, iungendum cum, quia non eram ibi, reliqua per parenthesim.

Vt credatis, sc. perfectius, viso miraculo, quod non fieret, si ibi fuissem: impedissem enim mortem, vel q. d. vt cum videatis me diuinare absentia, & futura in fide confirmemini.

16. *Vt moriamur*, q. d. si imus, moriendum nobis omnibus.

Illo, sc. Christo.

18. *Stadiis*, octo faciunt vnum miliare.

19. *Multi autem*, &c. Apparet fuisse nobiles, & ob virtutem multis charos.

25. *Resurrectio & vita*, i. fons, & causa vitæ & resurrectionis.

Mortuus, sc. corpore.

Viuet, i. suscitabitur ad vitam beatam, & interim viuet vita gratiæ.

26. *Non morietur*, sc. quantum est ex parte fidei perfectæ, non morietur anima per peccatum, quod si moriatur corpore, non tamen in morte manebit perpetuo, sed suscitabitur ad æternam felicemque vitam.

17. *Credidi*, pro, credo.

Venisti, Græc. ὁ ἐρχόμενος, i. venturus, sc. expectabatur.

28. *Silentio*. Græc. λάθρα, i. clanculum, sc. ne Iudæi impedirent.

Vocat. Id sup. prætermiserat Ioannes.

32. *Domine*, &c. Apparet eas inter se id solitas dicere, sc. si Christus fuisset hic, &c.

33. *Spiritu*, i. animo, seu affectu, quem fremitu expressit.

Turbauit, sc. vltro commouit se in modum turbati, forte mutato vultu, & voce.

35. *Lacrymatus*, sc videns illos flentes, commotus est affectu humano.

38. *Ergo*, dictio hæc continuat, non causam reddit.

39. *Tollite.* Id quia per homines poterat fieri, non facit ipse miraculo,

40. *Dixi*, & id sup. prætermissum à Ioanne.

Gloriam Dei, sc. miraculum per quod Deus glorificetur.

41. *Audisti*, pro audis, i. audire soles.

42. *Sciebam*, pro, scio.

Dixi, sc. hæc.

43. *Magna*, sc. velut ad absentem animam.

Veni, loquitur velut dormienti.

44. *Institis*, i. fasciis funereis.

Sudario, Græc. σουδαρίῳ, vox Latina.

Abire, sc. suis pedibus.

45. *In eum*, sc. vt Messiam.

47. *Pontifices*, Græc. Principes sacerdotum, sic & inf.

Facimus, q. d. quid cessamus? *Hic homo*, per contemptum.

48. *Tollent*, i. auferent, occupando, vel perdendo.

49. *Pontifex*, Syr. Summus Sacerdos.

Anni illius, sc. cœperat Pontificatus esse vnius anni, contra Dei statutum.

50. *Vobis*, Græc. & Syr. nobis.

51. *Hoc*, s. quatenus bonum sensum habebat, & verum.

52. *Filios Dei*, sc. electos.

In vnum, i. simul, sc. in vno Christi corpore mystico.

53. *Cogitauerunt*, i. decreuerunt, Syr. machinati sunt.

54. *Apud*, pro, inter.

Ephrem, dicta etiam Ephron, secundum quosdam, estque prope Iordanem.

55. *Sanctificarent*, i. præpararent, Græc. purificarent.

56. *Putatis*, Græc. vobis videtur.

Non venit, sc. vt solebat ante festum.

CAPVT XII.

1. ANte sex, &c. i. sexto die ante Pascha.

2. *Fecerunt*, i. parauerunt, sc. qui illum exceperant. *Ibi*, sc. Bethaniæ, in domo Simonis leprosi.

3. *Libram*, Syr. alabastrum. *Vnguenti*, scil. aromatici.

Pistici, Græc. πιστικῆς, i. fidelis, seu non vitiatæ, Syr. præstantissimæ, dicitur & nardum genere neutro, quod secutus est Interpres. *Pedes*, sc vbi eos lauisset aqua, & tersisset, vel saltem tersisset capillis, vt statim dicitur quod vero fuit reliquum vnguenti, effudit super caput, fracto alabastro. vide Matt. 26. Mar. 14.

5. *Pertinebat ad eum*, i. curabat, seu curam habebat.

Loculos, i. marsupium.

Mittebantur, sc. in loculos.

7. *Sinite*, Græc. sine. *Seruet illud*, q. d. vt præueniat sic tempus sepulturæ, quo id facere non poterit, Græc in diem sepulturæ meæ seruauit illud, q. d. fecit anteuertens tempus sepulturæ.

10. *Cogitauerunt*, i. decreuerunt, s. habito concilio.

Et Lazarum, s. non solum Christum.

12. *In Crastinum*, sc. postridie sabbati, & decima luna, cum quisque agnum immolandum in Pascha domum inferebat.

13. *Ramos*, &c. sic solebant in solemnibus gaudiis. vide 1. Mach. 13. & 2. Mach. 10. *In nomine Domini*, i. à Domino missus.

14. *Super eum*, sedit etiam super asinam. Vide Matt. 21.

16. *Glorificatus*, scil. resurrectione & ascensione.

Et hac, pro, ideo hæc.

Fecerunt, sc. populus ille.

17. *Testimonium*, sc. de suscitatione Lazari.

19. *Ad semetipsos*, i. inter se. *Proficimus*, Græc. & Syr. proficitis.

Abiit, forte pro, abit, q. d. illum sequitur. est autem Hyperbole.

20. *Gentiles*, Græc. Græci.

21. *Volumus*, i. cupimus. *Videre*, s. salutare, & colloqui. sic Prou. 7. 2. Par. 25.

23. *Eis*, s. gentilibus intromissis, & aliis qui aderant.

Hora, i. tempus. *Clarificetur*, Græc. glorificetur, s. resurrectione.

24. *Solum*, sc. sine fructu.

25. *Amat*, s in hoc mundo.

26. *Mihi ministrat*, i. se profitetur meum ministrum, seu discipulum.

Sequatur,

Sequatur, i. imitetur. *Sum*, sc. erat beatitudinis statu, vel sum, pro, ero, sc. in cœlo.

27. *Anima*, f. quantum ad partem animalem, seu sensitiuam.

Turbata est, pro, turbabatur, sc. mortis horrore naturali.

Quid dicam? q.d. quo me vertam?

Pater, &c. q.d. num petam à Patre, vt me liberet, & seruet.

Hora, i. imminenti morte.

Sed, corrigit, q.d. quomodo id petam qui ad hoc venerim vt moriar.

28. *Pater*, &c. q.d. potius id petam, vt per me Pater glorificetur, fiatque in me voluntas eius.

Clarifica, i. glorifica, f. per meam mortem, & resurrectionem.

Nomen tuum, i. te. Not. concisas esse sententias, vt animi turbati & æstuantis.

De cœlo, i. ex alto, vel à Deo. *Clarificaui*, sc. per opera tua.

Clarificabo, sc. per tuam passionem & resurrectionem.

31. *Iudicium*, sc. quo liberandus est à potestate diaboli.

Huius mundi, f. cuius magnæ parti dominatur, nempe peccatoribus *Eucietur*, scil. deiectus imperio.

32. *Exaltatus*, f. per crucem.

Omnia, i. omne hominum genus, Græc. πάντας, i. omnes, f. homines, sensu proxime dicto.

Traham, sc. inuito diabolo. vel, quamquam repugnante hominum vitiosa natura.

34. *Lege*, i. scriptura. *In æternum.* vide Psal. 71. 109. Isa. 9. Ezech. 37. Dan. 2. & 7. Mich. 5. dicit quidem scriptura regnaturum perpetuo, sed non negat moriturum.

Oportet, &c. Apparet etiam id Christum dixisse.

Exaltare, videntur intellexisse significatam crucem.

35. *Modicum*, sc. tempus, q d. non diu vobiscum ero.

Lumen, sc. ego.

In vobis, Græc. vobiscum.

Ambulate, i. sequimini me.

Tenebræ, f. errorum, & peccatorum.

Comprehendant, i. occupent.

Et qui, pro, nam qui. Heb.

36. *Lucem*, sc. me. *Abscondit*, sc. subduxit se, secedens in Bethaniam.

37. *Tanta*, pro, tot tantaque.

38. *Vt*, pro, ita vt. *Domine*, &c. sequitur 70. editionem.

Auditui, id est prædicationi nostræ auditæ ab eis.

Brachium, i. virtus, sc. quæ in Christo operabatur.

39. *Iterum*, pro, sicut iterum: vel q. d. non poterant credere quia erant excæcati, vt prædixit Isaias.

40. *Excæcauit*, sc. ob eorum peccata.

Indurauit, f. non molliendo gratia, reliquit in duritia.

Vt non videant, pro, atque ita factum, vt non videant. Not. quod Isaiæ sensus citatus, potius quam verba, idque passim secundum Heb. partim secundum 70.

41. *Vidit*, &c. sub. & dixit. Vidi Dominum sedentem, &c. Isai. 6.

Eius, f. Christi. Hinc etiam Christi diuinitas confirmatur.

42. *Principibus*, i. primariis viris.

In eum, sc. ipsum esse Messiam.

Eiicerentur, Græc. fierent sic 2. Thess. 2. de medio fiat.

43. *Hominum*, i. humanam, seu apud homines.

44. *In me*, sc. tantum. Vide similem phrasim, 1. Reg 8. Mar. 9. 1. Thess. 5.

45. *Videt*, f. fide.

46. *Maneat*, f. alioqui mansurus.

47. *Iudicio*, i. condemno, f. nunc.

48. *Iudicabit*, id est condemnabit, vt qui spretus sit.

50. *Vita æterna est*, i. vitam æternam confert obedientibus.

CAPVT XIII.

1. ANte, &c. f. die 14 lunæ ad vesperam. Paschæ enim festum die 15. incipiebat, ad quam tamen quia pertinebat vespera diei præcedentis, alij Euangelistæ vocant primum diem azymorum.

Transeat, allusio ad nomen Paschæ, quod transitum significat.

In mundo, sc. Discipulos in mundo relinquendos.

In finem, f. vitæ vsque.

2. *Facta*, i. parata. sic sup. c. 12. & Tob. 2. factum, i. præparatum. *Cor*, f. Iudæ persuasisset.

3. *Ei*, quatenus Deo per generationem, quatenus homini per vnionem hypostaticam.

Exiuit, sc. per generationem, vel missionem in mundum.

4. *Cœna*, f. Agni Paschalis, vel ab incepta altera, esum Agni sequente. *Vestimenta*, sc. superiorem vestem.

Linteum, Græc. λέντιον, vox Latina mutata.

Vestimenta, i superiorem vestem.

5. *Lauare*, factum id ante Eucharistiæ institutionem.

6. *Venit ergo.* Apparet non fuisse Petrum primo lotum, quanquam nec id certum. *Lauas*, pro, lauës, seu lauabis?

7. *Nescis*, i. non intelligis.

Postea, f. vbi explicauero.

8. *Non lauabis*, &c. q.d. nunquam id patiar.

Non lauero, solet Christus à corporalibus ad spiritualia sermonem transferre, quanquam hic potest etiam de pedum lotione intelligi, in qua Petrum omnino obedientem volebat. *Partem*, i. hæreditatem, f. cœlestem.

9. *Caput*, sub. potius quam te priuet.

10. *Lotus est*, f. toto corpore.

Pedes, i. qui facile puluere, aut luto inquinantur, etiam in locis lotis.

Sed est, pro, vt qui sit. *Et vos*, &c. more suo ad spiritualia transit, q.d. per hoc significo vos, qui reliqua mundi sitis, opus habere affectuum pleniori munditia, f peccatorum venialium, quod tamen non de omnibus intelligo.

12. *Quid?* pro, quorsum id?

14. *Lauare pedes*, i. exhibere inuicem humilitatis & charitatis officia.

16. *Misit*, Apostolus enim quasi missus.

17. *Hac*, f. quæ doceo de humilitate, charitate, meique imitatione.

Scitis, i. intelligitis.

18. *Dico*, f. fore beatos. *Elegerim*, f. ab æterno, ad salutem, vel ad Apostolatum, q. d. noui qualis sit quisque vestrum.

Sed, sub. est inter vos Iudas.

Panem, i. cibum, Heb. *Leuabit*, q.d. per fraudem prodet, seu opprimet.

19. *A modo*

19. *A modo*, i. ex nunc.
Ego sum, i. is quem me esse dixi, sc. Christus Dei Filius.
20. *Amen*, &c. redit ad charitatis mutuæ commendationem.
21. *Turbatus*, sc. præ horrore sceleris, & Iudæ vicem dolens
Spiritu, i. animo.
Protestatus, i. testatus.
23. *Vnus*, sc. Ioannes. *Sinu*, sc. capite super pectus inclinato: decumbentes enim cœnabant, vbi facile est id fieri à proxime recumbente.
Diligebat, sc. exhibebat peculiaria amoris signa, ob virginitatem, probitatem morum & in se eximiam charitatem quamquam hæc ex Christi amore potius in eo effecta, sc. ipse prior diligit nos, deinde in nobis amat dona sua.
24. *Dixit*, sc. per nutus
26. *Panem*, Græc. ψωμίον, i. bucellam, seu offulam
27. *Introiuit*, sc. ad perficiendam proditionem, qui antea intrauerat ad promittendam.
Facis, pro, facere moliris. *Fac*, permissio est, non iussio.
Citius, pro, cito, seu citissime. videntur autem hæc verba dicta exeunti. Dicitur enim statim post bucellam exisse, quamquam forte priusquam exiret dicta.
28. *Nemo*, sc. præter Ioannem, vel forte nec is intellexit.
31. *Nunc*, i. paulo post. *Clarificatus est*, pro, clarificabitur, sc. victo diabolo, erepto homine, & resurgente Christo. *Clarificatus est*, pro, clarificabitur, seu glorificabitur. *In eo*, i. per eum.
32. *In semetipso*, i. per se, seu sua potentia, sc. in resurrectione, ascensione, Spiritus sancti missione, & Mundi conuersione.
33. *Modicum*, sc. tempus. *Quæretis me*, i. optabitis meam præsentiam.
Non potestis, sc. nunc.
34. *Nouum*, i. renouans hominem, seu nouum faciens, vel nouæ legis proprium, vel q.d. nouiter, & singulariter, sc. sicut dilexi vos, vt statim addit.
Dilexi, sc. vere, spiritualiter, & perfecte.
Vt & vos, &c. repetitio, more scripturæ, vel q.d. dilexi, vt vos similiter diligatis.
36. *Non potes*, respondet ad animum quo ille interrogauerat, sc. sequendi: non poterat autem, quia prius erat Ecclesiam gubernaturus.
38. *Cantabit*, sc. complete, vt solet.

CAPVT XIV.

1. *ET in me*, sc. sum Deus ego.
2. *Sunt*, sc. paratæ iis qui credunt, vt parest.
Si quo minus, i. alioqui, q.d si non essent paratæ, possem dicere, quæ sequuntur, quæ tamen non est opus dicere, quia paratæ sunt, vel id alioqui vos debet consolari, quod dicere possum, me ire vt parem, &c.
Quia vado. Quidam hic faciunt principium sententiæ, vt sensus sit, si non essent; dixissem. At vero vado parare, &c.
3. *Etsi*, pro, & cum. *Præparauero*, sc. mittendo. *Spiritum sanctum*, per quem præparabimini.
Venio, pro, veniam. *Sum*, pro, fuero vel, sum nunc, sc. in beatitudine.
4. *Viam*, sc qua me sequi debeatis. *Scitis*, sciebant quidem, sed imperfecte.
6. *Via*, &c. Græc tribus his additur articulus, q.d. illa vera, & vnica via, veritas & vita, sc. via per quam venitur, veritas ad quam peruenitur, vita in qua manetur, secundum Aug.
Per me, sc ducentem, seu per meritum meum, & mei imitationem.
7. *Cognouissetis*, sc. perfecte. *A modo*, q.d. paulo post sc post aduentum Spiritus sancti.
Cognoscetis, Græc. & Syr. Cognoscitis, pro, cognoscetis.
Et vidistis, pro, imo vero iam vidistis, sc. videndo me, vel pro, videbitis, sc. in cœlo.
10. *Facit opera*, adeoque & verba loquitur.
12. *Maiora*, s. mundi conuersionem, vel quædam miracula maiora quibusdam Christi.
Vado, sui. vnde illa per vos faciam, & concedam cum Patre, quæ petieritis.
13. *In nomine meo*, i. propter me.
In Filio, i. per Filium.
14. *Hoc faciam*, i. id concedam.
16. *Paracletum*, i. consolatorem.
17. *Veritatis*, s. doctorem & datorem.
Mundus, i. mundani, seu mundi amatores.
Videt, i. notauit, adeoque non curat obtinere.
Nec scit, explicatio præcedentis. *Et in*, pro, id est, in.
18. *Orphanos*, i. mea præsentia destitutos.
19. *Videt*, pro, videbit. *Videtis*, pro, videbitis.
Viuo, pro, viuam, s. post resurrectionem. *Viuetis*, sc. mecum in cœlo postea.
20. *Die*, i. tempore, s. beatæ vitæ die.
22. *Factum est*, i. accidit, aut causæ est.
23. *Sermonem*, i. præceptum.
24. *Non diligit*, sc. vt mundus atque hæc causa est, cur me non sit visurus.
Meus, s. solum.
Sed, pro, sed &.
25. *Apud vos*, i. vobiscum.
26. *Spiritus*, pro, spiritus ille. *In nomine meo*, i. loco mei, seu etiam à me missum.
Suggeret. Græc. ὑπομνήσει, i. faciet recordari.
Dixero, pro, dixi, i. dum vobiscum essem. Græc. εἶπον, i. dixi, Syr. dico.
27. *Pacem*, scil. ne turbemini iis quæ accident vobis.
28. *Venio*, pro veniam. *Si diligeretis*, &c. q.d. si me diligitis, gaudere debetis. *Me*. sc. quatenus homo sum, ideoque vado, alioqui semper cum illo sum, vt Deus, nec moueor loco. Quidam maiorem intelligunt, i. principium filij, & vt Græci vocant causam.
29. *Credatis*, s. perfectius.
30. *Venit*, s. me per suos ministros interempturus.
Et in, pro, quamquam in. *Quicquam*, sc. suum seu iuris sui.
31. *Mundus*, i. homines. *Facio*, q.d. non morior, quia in me quicquam possit dæmon, sed quia Pater ita vult, quem diligo, cuique obedio.
Surgite, &c. Quidam id faciunt sententiæ principium: alij coniungunt superioribus. *Eamus*, non tamen statim discessit, sed in principio cap. 18.

CAPVT XV.

1. *VEra*, i. perfecta scil. diuinum ferens fructum.
2. *Tollet*, i. auferet, vt solent resecari inutiles palmites: sic de arbore dictum, Matth. 4. excidetur, &c.
Eum, abundat, more scripturæ. *Plus*, i. copiosiorem.
3. *Sermonem*, i. doctrinam, sc. fide acceptatam, & obedientia.

4. *Et ego*, pro, vt & ego, sc. maneam, vel & ego, sc. manebo.

Nisi, pro, sed solum si.

5. *Quia sine*, pro, alioqui sine, vel coniungendum cum, nisi in me manseritis, vt reliqua per parenthesim legantur.

6. *Manserit*, sc. vnitus fide, & dilectione.

Foras, sc. extra sanctorum consortium.

Palmes, sc. inutilis.

Arescet, sc. priuatus Dei donis. *Colligent*, scil. Angeli.

Ignem, sc. inferni. *Ardet*, pro, ardebit, sc. perpetuo.

7. *Et verba*, &c. explicatio præcedentis, q. d. si præcepta mea obseruaueritis. *Et fiet*, sic alibi. Voluntatem timentium se faciet, sc. tales nihil optant, nisi à Deo moti.

8. *In hoc clarificatus est*, pro, per hoc glorificabitur.

Vt, pro, si. *Plurimum*, Græc. multum. *Efficiamini*, sc. imitatione.

9. *Me*, sc. hominem. *Et ego*, pro, sic & ego. *Mea*, sc. qua vos diligo, q. d. videte ne excidatis mea gratia.

10. *Seruaui*, pro, seruo. *Eius*, sc. qua me diligit.

11. *Meum*, sc. de Dei visione, & gloria, & hominum salute, q. d. vt ita etiam vos gaudeatis. *Sit*, Græ. maneat.

Impleatur, s. in cœlo.

12. *Meum*, sc. præcipuum, & à me maxime commendatum.

Dilexi, sc. etiam vitam ponendo pro vestra salute.

13. *Dilectionem*, pro, dilectionis demonstrationem.

Amicis, i. iis quos amat.

14. *Amici*, i. dilecti. *Estis*, pro, eritis.

15. *Iam*, i. posthac. *Seruos*, q. d. et si iure serui estis, tamen pro amicis habeo. *Nescit*, s. vt plurimum.

Faciat, i. facere velit, q. d. consilia, seu arcana Domini.

Dixi, pro, dico, i. voco. *Omnia*, s. quæ vos scire conueniebat.

16. *Elegistis*, s. priores. *Posui*, i. constitui.

Eatis, s. per mundum, vel pro, crescatis, seu proficiatis.

Vt quodcunque, pro, & vt quodcunque.

17. *Hæc*, pro, hoc, s. præcipue.

18. *Scitote*, pro cogitate.

Priorem, pro, prius, vel præstantiorem.

19. *De mundo*, i. mundani. *Fuissetis*, i. essetis.

Erat, pro, esset.

20. *Seruauerunt*, intelligendum è contrario, q. d. si meum non seruauerunt, nec vestrum seruabunt.

21. *Hæc*, pro, hoc, vt sup. *Propter nomen meum*, i. quia me oderunt.

22. *Fuissem*, pro, non fuissem. *Peccatum*, s. incredulitatis, & odij doctrinæ meæ, & vitæ.

24. *In eis*, i. inter eos. *Quæ*, i. qualia.

Viderunt, s. opera mea.

25. *Sed*, s. faciunt talia. *Vt adimpleatur*, non causa finalis significatur, sed consecutio, q. d. atque ita impletum est. *Lege*, i. scriptura *Gratis*, i. sine causa.

26 *A patre*, sc. etiam missum, vel q. d. vt possim mittere, à Patre accepi. *Procedit*, itemque à Filio.

Perhibebit, s. per miracula, & interiorem inspirationem.

27. *Perhibebitis*, s. prædicatione, & signis.

CAPVT XVI.

1. HÆc, scil de mundi odio, & persecutionibus.

Scandalizemini, q. d. offensi deficiatis à fide vel constantia.

2. *Absque*, &c. i. eiicient vos è synagogis.

Sed, pro, sed &. *Venit hora, vt*, i. prope est tempus, cum.

Interficit, pro, interfecerit.

Obsequium, Gr. λατρίαν, i. cultum, seu sacrificium. Syr. oblationem.

4. *Eorum*. iunge cum *reminiscamini*.

Quia ego, &c. i. quod ego ea dixerim vobis.

Non dixi, s. sic apperte & distincte. *Eram*, cuius præsentia tuti eratis.

5. *Vado*, Ideo vobis ea dico. *Interogat*, s. amplius, vt antea.

6. *Tristitia*, hæc erat causa cur desierant interrogare.

7. *Non veniet*, scil. sic erat à Deo decretum, qui Christi mysteria ab æterno, omnia per sua quæque tempora ordinatissime, distribuerat.

8. *Arguet*, i. conuincet.

9. *Crediderunt*, Græ. credunt, q. d. Ostendet quantum peccent, qui in me non credunt.

10. *Quia ad Patrem*, &c. q. d. demonstrabit me iustum, qui ad Patrem ascenderim: nec enim iniustum reciperet. Not. id factum per Spiritum sanctum operantem doctrina, & miraculis per Apostolos, & in mentibus hominum per internas inspirationes. *Non videbitis*, sc. postquam ascendero ad Patrem, q. d. non inde huc amplius reuertar, vsque ad iudicium.

11. *Iudicio*, s. quo diabolum condemnaui, deque mundo, i hominum cordibus eieci, quibus imperabat.

12. *Multa*, s. de fidei mysteriis, & Ecclesiæ gubernatione *Dicere*, pro, quæ dicam. *Portare*, q. d. estis nunc imbecilliores, & turbatiores, quam vt mens vestra opprimenda sit, seu grauanda tam multis.

13. *Docebit vos omnem*, Græ. & Syr. deducet vos in omnem.

Omnem, s. quam vos oporteat nosse.

Enim, pro, autem. *Audiet*, i. acceperit, s. à patre, & me.

Ventura sunt, s. quæ vobis expediet scire.

14. *Clarificabit*. Græ. glorificabit. *Quia*, pro, vt qui q. d. ostendet me esse à quo procedat, & habeat quæcunque habet. *De meo*. Hinc colligunt etiam Græci quidam, vt Cyr. lib. thesaur. 13. & Didy lib. 2. de Spiritu sancto, procedere Spiritum sanctum etiam à Filio. Vide etiam Epiph. hæres. 42. & 69. Athan. ep. ad Serap. & lib. de vnit. fidei Bas. cont. Euno. lib. 2. & 3.

Annunciabit vobis, i. de hoc vos docebit.

15. *Omnia*. Adeoque diuinitas ipsa.

16. *Non videbitis*, s. quia paulo post moriar.

Videbitis, s. quia resurgam non multo post.

Quia vado, &c. q. d. sum n. moriturus & resurrecturus, & ad Patrem ascensurus.

18. *Quid est*, &c. repetunt, more dubitantium, & quærentium.

20. *Plorabitis*, s. me patiente, & absente, *Mundus*, s. qui me oderunt.

21. *Hora*, i. tempus pariendi & patiendi.

22. *Tristitiam*, sc. ob ea quæ dico de meo discessu.

Tollet, i. tollere poterit.

Vobis, s. beatis.

23. *Illo die*, s. felicitatis æternæ.

Interrogabitis, s. non erit opus Deum videntibus, & in eo omnia scitu necessaria *Petieritis*, scil. in hac vita.

In nomine meo, i. propter me, seu inuocato nomine meo. *Dabit*, s. cum expediet accipere, petentibus tamen vt par est, s. pie, cum fiducia, perseuerantia, &c.

24. *Non petistis*, s. à Patre. *Vt gaudium*, pro, atque ita fiet vt gaudium.

25. *In prouerbiis*, sc. obscurius, & velut per prouerbia.

Annunciabo, s. in cœlo demonstrabo, vel, post resurrectionem apertius declarabo.

26. *Die*, scil. beatitudinis, vel post ascensionem Christi in cœlum. *Petetis*, s. orant Sancti pro nobis in cœlo.

Et non dico, &c. q. d. cum erit opus me rogare Patrem.

De vobis, i. vt concedat quod petitis.

27. *Amastis*, s. requiritur charitas, & non sufficit fides sola.

28. *Exiui*, i. missus sum, vel processi. *Relinquo*, s. discedens corpore in cœlum.

30. *In hoc*, i. per hoc, q. d. vel id sufficit ad credendum.

Existi, i. missus es, vel processisti.

31. *Modo creditis*, q. d. nunc quidem creditis, at paulo post apparebit, quam sit ista fides imperfecta, vel itane modo creditis q. d. tam sero?

32. *Iam venit*, præt. pro futuro, q. d. iamiam aderit.

Vt dispergamini, pro, qua dispergemini. *Propria*, i. suum quisque locum. *Et non*. pro, sed non.

33. *In me*, s. confisi. *Pacem habeatis*, i. animo sitis quieto. *Vici*, faciamque vt vincatis, vel vici, pro vincam, s. per vos.

CAPVT XVII.

1. HOra, i. tempus, sc. passionis. *Clarifica*, Græc. glorifica, s. Resurrectione, Ascensione, missione Spiritus sancti, & Euangelica prædicatione.

Vt Filius, &c. q. d. vt sic per Filium glorificeris.

2. *Sicut dedisti*, &c. q. d. Cum vtetur potestate, quam ei dedisti &c. *Omnis carnis*, i. in omnes homines.

Quod dedisti, s. electos.

3. *Hæc est*, s. hic inchoatur per fidem, perficienda in cœlo per visionem.

Solum, s. esse. non excluditur autem Filius, nec Spiritus S. (sunt enim omnes vnus Deus) sed falsi dij.

Iesvm *Christum*, s. esse Saluatorem mundi, & Messiam à te promissum, tuumque Filium, & verum Deum Not. fidem de Trinitate & Incarnatione, esse viam ad salutem omnibus necessariam.

4. *Clarificaui*, i. glorificaui, s. per doctrinam & miracula.

Consummaui, i. perfeci, seu absolui.

Faciam, pro, facerem. Id dicit se perfecisse, quia prope erat passio, qua est consummatum.

5. *Clarifica*, q. d fac cognoscat Deus esse.

Apud, pro, per, vel q. d. Intelligant homines gloriam, quam habeo apud te, vt statim explicatur.

Apud te, iungendum cum, *habui*.

6. *Nomen tuum*, i. te. *De mundo*, s. segregatos.

Mihi, s. per me saluandos. *Sermonem*, i. doctrinam, seu præcepta sic intellige inf. verba.

7. *Abs te*, s. data, seu profecta.

8. *Et crediderunt* &c. explicatio præcedentis.

9. *Mundo*, i. mundum amantibus, & in eo perseuerantibus *Rogo*, s. nunc. *Tui*, s. electi.

10. *Et*, pro, nam. *Tua*, s. à te data.

Mea, i. mihi data. *Eis*, i. hominibus, à te mihi datis.

11. *Non sum*, i. paulo post non ero. *Sunt*, i. manebunt.

In nomine tuo, i. propter te, vel potentia tua.

Sint vnum, s. inter se. *Sicut*. similitudo significatur, q d sint valde vniti.

12. *In nomine tuo*, i. propter te, vel tua virtute, vel, tanquam à te mihi commissos.

Perditionis, i. perditus, seu perditioni destinatus.

Vt scriptura, &c. i. iuxta scripturam, quam impleri oportebat, s. Psal. 108.

13. *Meum*, i. quale habeo, vel quod eis dedi.

14. *Sermonem tuum*, s. quod iusseras, docui & mandaui. *Habuit*. pro. habet.

De mundo, i. mundi amici.

15. *Malo*, i. peccato, seu diabolo, vel q. d. à malis.

17. *Sanctifica*, s. magis magisque.

Veritate, i. vere, Græ. & Syr. veritate tua, id est, per veritatem tuam, s. doctrinam, vt statim explicat.

Veritas est, i. veritate plenus.

18. *Misi*, pro, mittam seu statui mittere.

19. *Sanctifico*, i. offero in hostiam sanctam, & sanctificantem, præs. Pro fut.

In veritate, i. vere, q. d. vere sancti, & tibi consecrati, more hostiarum.

21. *Vnum sint*, s. inter se. *In nobis*, i. nobiscum vniti.

Vt credat, pro, & vt credat.

Mundus, i. hos, semine reliqui.

22. *Claritatem*, i. gloriam. *Dedi*, scilicet communicandi auctoritatem & dona tua, faciendoque filios tuos.

23. *Consummati in vnum*, i. perfecte vniti, & nobis, & inter se.

24. *Volo*, i. opto. q. d. peto, à te. *Sum*, s. in statu beato, vel pro, ero. s. in cœlo.

Mihi, scil. vt Deo, vt homini.

Constitutionem, Syr. iacta fundamenta, atque id significat verbum Græ. καταβολή, vide Eph 1.

26. *Nomen tuum*, i. te. *Faciam*, scil. misso Spiritu S.

In ipsis sit, q. d. vt perseueret dilectio tua erga eos, sicut erga me. *In ipsis*, s. sim semper per gratiam.

CAPVT XVIII.

1. EGressus, s. hymno prius dicto, de quo alij Euangelistæ. *Torrentem*, sc. qui est inter Ierusalem, & montem Oliueti. *Cedron*, ita dictus ob tenebras forte, ob densas arbores nam Hebr. קדרון i. obscuritas, Græ. τῶν κέδρων, i. Cedrorum, sed videtur legendum non τῶν, sed τοῦ est enim vox Heb vide 2. Reg. 15. 4. Reg. 23. nisi forte illic etiam Cedri fuerint, quod voluerit Ioannes significare.

3. *Cohortem*, s. militum Romanorum. *Pontificibus*, Gr. Principibus Sacerdotum. sic & inf.

4. *Super*, i. contra.

Processit, s. obuiam.

8. *Sinite*, Imperando dictum & factum.

9. *Dixit*, s. supra, vel forte hoc aliud est, cuius Ioannes nunc solum meminit. *Quemquam*, s. nisi filium perditionis, vt sup. dictum. vel si id aliud est, vt proxime dixi, sensus est: nullum in passione mea amisi.

10. *Percussit*, sc. non expectato Christi responso, de quo Euangelistæ alij. Interrogarant enim, Domine si percutimus in gladio?

Pontificis, s. summi.

12. *Tribunus*, Græc. χιλίαρχος, i. Præfectus mille, s. militibus.

13. *Caipha*, ad quem statim missus fuit. Nam in huius domo facta quæ sequuntur.

15. *Alius*, putatur is fuisse Ioannes. Quidam tamen quempiam alium putant nobiliorem, dicitur enim fuisse Pontifici notum, seu familiarem.

16. *Dixit*, i. iussit, vel rogauit.

17. *Ancilla*, s. videns illum calefacientem se in atrio.

19. *Discipulis*, sc. qui essent, & in quem vsum assumpti.

Doctrina, s. qualis esset.

20. *Palam*, i. publice. *Semper*, i. assidue.

Omnes, pro, fere omnes.

In occulto, i. celare studens, vel, contrarium dictis palam.

23. *Testimonium*, &c. q. d. ostende quid maledixerim.

25. *Et misit*, pro, miserat autem, sc. statim, vt sup. diximus.

25. *Stans*, vt sup. dictum est. *Dixerunt*, s. quidam ex illis dixit, vt ait Luc.

28. *Caipha*, i. Caiphæ domo. *Prætorium*, i. domum Prætoris. *Pascha*, i. Paschalem Agnum, secundum quosdam, qui colligunt hinc distulisse eos esum in feriam sextam, quod dicunt solitos facere cum in diem Pascha incidebat, s. transferebant in sabbatum, ne duo festa præcipua distinctis diebus celebrantes, cogerentur diu paratu ciborum abstinere, alij dicunt distulisse occupatos nece Christi. Dicendum potius Pascha Ioannem vocasse Paschales victimas, quæ per illos dies offerebantur, vide Deut. 16. 2. Par. 35. vbi sic vocantur.

31. *Interficere*, sc. festo tempore, vel forte falsum dicunt, vt crucem impetrent, quod intendebant.

32. *Morte*, s. crucis, q. d. Cum Iudæi non possent crucifigere (id enim gentilium erat supplicium) & Christus prædixisset se crucifigendum, oportebat id impleri.

34. *A temetipso*, &c. q d. quæris vt priuatus discendi causa, an vt Iudex.

35. *Iudæus*, s. qui ista vestra curem de Messia promisso?

Pontifices, Græc. & Syr. Principes sacerdotum.

36. *De hoc mundo*, i. simile Regnis mundi, s. terrenum, ac temporale.

Hinc, i. è terra, sed, è cœlo.

37. *Dicis*, s. verum, vel iunge cum sequentibus, q. d. tu me dicis Regem.

Quia, i. quod, vel, namque.

Ego, &c. respondet ad illud. Quid fecisti?

Testimonium perhibeam, i. faueam, seu prædicem, aut demonstrem.

Ex veritate, i. ex parte veritatis, s. eius amator, & sectator.

38. *Exiuit*, s. adducto secum Christo, secundum quosdam, alij enim negant. *Causam*, Græc. αἰτίαν, i. culpam seu crimen.

CAPVT XIX.

1. FLagellauit, i. flagellari iussit, sc. more (secundum quosdam) Romano, quo crucifigendi prius flagellabantur, vel potius, volens sic Iudæos placare, vt cæsum dimitterent. flagellatus autem funiculis, aut loris, quidam tamen virgis putant.

2. *Plectentes*, i. complicantes.

Veste, s. pallio.

3. *Aue*, Syr. pax tibi.

5. *Ecce*, q d. vide miserum, & commiseramini.

Homo, s. miser, vel q. d. Ecce hominem, quem mihi adduxistis.

6. *Pontifices*, Græc. & Syr. Principes Sacerdotum.

7. *Nos legem*, &c. q d. si secundum leges Romanas causam non inuenis, at secundum nostram, causa maxima est, blasphemia in Deum.

Filium Dei, &c. i. sibi dignitatem Filij Dei arrogauit, s. naturalis: nam adoptiuos se etiam ipsi dicebant. Vnum Patrem habemus Deum, inquiunt Ioan. 8. vnde alibi: Tu homo cum sis facis teipsum Deum.

8. *Timuit*. Magno enim scelere se implicabat, si filium Dei condemnasset.

11. *Datum*, i. concessum, seu permissum.

Desuper, i. à Deo. *Maius*, q. d. quo grauius est, illius (pro illorum) peccatum qui me tibi tradidit, Syr. maius quam tuum

12. *Exinde*, i. ex eo tempore, s. magis. *Non es*, pro, non eris.

Contradicit, i. contrarius est.

13. *Lithostrotos*, i. lapide stratus. *Hebraice*, i. lingua qua Iudæi vtebantur. sc. Chaldaica, seu Syriaca.

Gabbatha, i. locus editus.

14. *Parasceue*, i. præparatio, s. necessariorum ad Sabbatum, quo operari non licebat. vide Mar. 15.

Pascha. i. in Paschæ diem incidens.

Quasi sexta, s prope sextam, quam Marcus vocat tertiam, quia post tertiam erat. vide ibi. *Rex vester*, forte per irrisionem dicit.

16. *Susceperunt*, s. milites.

17. *Baiulans*, s. vt solet latro funem ferre, quo suspendendus est.

Sibi, Græc. & Syr. suam.

Caluaria, vide Matt. 27 Hebraice. vide Matt. 27.

19. *Scripsit*, sc. vt appareret causa condemnationis.

Titulum, Græc. τίτλον, vox Latina Syr. tabulam.

IESVS, &c. Hæc ead in verba sunt in titulo, qui Romæ asseruatur in æde S. Crucis. Alij Euangelistæ sensum retulerunt.

22. *Quod scripsi*, &c. q. d. quod scripsi nolo mutare.

23. *Vestimenta*, s. duo, inferiorem talarem, & superiorem, quæ velut pallium, sed oblongum, more Regionis. *Desuper*, i. à superiori parte incipiendo texturam, s. vt solent quæ vulgo Camisole dicuntur, filo textæ.

25. *Iuxta*, alias præter Mariam, à longe fuisse dicit Matth. & Marc. sed forte postea propius accesserunt, vt hic indicatur. *Soror*, i. cognata. *Cleopha*, s. vxor, vel filia, nam eius vir Alphæus.

26. *Mulier*, non dixit mater, ne eius viscera commouerentur. Item quia tum Patris cœlestis negotium agebat. quanquam etiam alias ita vocat, vt se, filium hominis. *Ecce filius*, &c. q. d. is tibi erit filij loco, & pro me seruiet.

27. *Ecce mater*, &c i. erit tibi loco matris, cuius pro me curam geras. *Sua*, i. ædes proprias, seu ad se. Colligunt hinc quidam habuisse Ioannem Hierosolymis domum propriam Syr. apud se.

28. *Omnia*, s. quæ ad passionem pertinebant.

Consummaretur, i. impleretur.

Scriptura, s. Psal. 68. In siti mea potauerunt me aceto.

29. *Illi*, ex illis vnus. *Hyssopo*, i. Hyssopi calamo seu hyssopo pro ligamine vtentes.

Circumponentes,

Circumponentes, s.arundini.

Obtulerunt, forte vt citius moreretur.

30. *Accepisset*, i bibisset. *Consummatum*, sc. opus redemptionis, vel quod pati debebam. *Tradidit*, s.in manus Patris. *Spiritum*, i.animam.

31. *Magnus*, s.quia incidebat in festa Paschalia.

32. *Primi*, i. prius crucifixi latronis.

34. *Aperuit*, sc.insolentia militari, vel exploraturus an esset mortuus. *Aqua*, sc.distincta à sanguine, quæ res fuit magni miraculi. Significatum autem Baptismi aqua ablui peccata, virtute sanguinis Christi.

35. *Perhibuit*, pro, perhibet, sc.hic. *Et ille*, pro, nam ille.

36. *Scriptura*, s Exod. 12.

37. *Alia*, s. Zach. 12. secundum Heb. nam 70. aliter Ioannes sensum reddidit.

In quem, pro, quem.

Transfixerunt, Græc. pupugerunt, s.lancea, vel clauis, Syr. perfoderunt.

38. *Arimathaa*, s.oriundus 1.Reg. 1. dicitur Ramatha.

39. *Primum*, i prima vice, qua ad eum venit.

42. *Propter Parasceuem*, i.quia prope erat vespera sabbati, quo non licebat operari, Syr. quia sabbatum intrabat.

CAPVT XX.

1. VNa sabbati, i. prima die hebdomadæ. Vide Mar. 16.

Venit, i. profecta est.

2. *Cucurrit*, sc.postquam Angelos viderat, de quibus alij Euangelistæ *Simonem*, &c. sub. & ad alios etiam Apostolos vel forte ad hos duos prius.

Nescimus, s.aderant cum ea etiam aliæ mulieres.

4. *Primus*, pro, prior.

5. *Inclinasset*, s ad ostium. *Introiuit*, s. Petrum expectabat, ei deferens.

7. *Sudarium*, Græc. σουδάριον, vox Latina.

8. *Credidit*, s sublatum, vt Maria dixerat.

9. *Nondum*, &c. q.d. adhuc enim non plene scripturam intelligebant, &c. vt sit ratio cur crediderit sublatum.

10. *Ad semetipsos*, i.eo vnde venerant, Syr. ad locum suum.

11. *Maria*, sc. reuersa cum aliis mulieribus ad sepulcrum. *Stabat*, sc.cum aliæ recessissent. *Inclinauit*, sc.ad ostium speluncæ.

14. *Conuersa*, s.vt solent qui de re aliqua soliciti, huc illuc se vertunt.

16. *Conuersa*, s.vocem agnouit.

Rabboni, i.magister mi, Chal. est. Vide Ioan. 1.

17. *Tangere*, sc. accesserat illa propius ad pedes, eos complexura. *Ascendi*, pro, ascendo, q.d. poteris id postea, nondum enim discedo. *Ascendo*, pro, ascendam, s.post aliquot dies, vt eis prædixi.

19. *Vna*, &c. vide sup. Idem enim est sabbatorum, quod sabbati. *In medio*, i.inter eos.

21. *Misit*, s.in mundum, pro salute hominum.

Mitto, &c. Hic facti Apostoli, Episcopi & Pastores Ecclesiæ, qui in Cœna fuerant facti Sacerdotes.

23. *Quorum*, &c. datur potestas. Matth. 18. promissa, vel illic data, confirmatur hic. *Remittuntur*, pro, remissa erunt. *Sunt*, pro erunt.

24. *Didymus*, i. gemellus, quod etiam Thomas significat, seu Thoma non

25. *Fixuram*, Græc. figuram, seu vestigium, Syr. locum.

26. *Octo*, sc.die octauo.

27. *Fidelis*, i.credens.

28. *Deus meus*, Confitetur Christum Deum.

29. *Vidisti*, s. tactu, vel forte contentus vidisse tangere noluit. *Credidisti*, s. me resurrexisse. de hoc enim dixerat, non credam. *Qui non*, &c. i. qui cum non viderint me, credent in me.

30. *Multa quidem*, &c. Hic videtur voluisse finem facere scribendi, sed postea à Spiritu sancto motus, reliqua addidit. vel loquitur de signis, quibus resurrectionem Christus confirmauit.

31. *In nomine eius*, i. per, seu propter ipsum.

CAPVT XXI.

1. MAre, i. lacum.

5. *Pueri*, q.d. iuuenes, vulgo figliuoli. Valentini Hispani, dicunt Fadrins etiam grandioribus; quo nomine etiam pueri significantur. vide Gen. 41. 42. & Zach. 2. 4.

Pulmentarium, i. obsonium, Græc. προσφάγιον, q. pani additum Syr. aliquid ad manducandum.

7. *Tunica*, i. pallio piscatorio. *Succinxit*, i.circumuoluit. *Nudus*, pro, seminudus, more piscatorum.

In mare, s.natans.

8. *Ducentis*, s passibus 60. cubitus enim sesquipes, passus pedes quinque.

11. *Tanti*, pro, tot, tantique.

12. *Discumbentium*, Græc. μαθητῶν, i. discentium, seu discipulorum.

Dominus, i. Deus Hier. ep. 61.

14. *Tertio*, s.multis simul vel quia primo, die qua surrexit. secundo, post octo dies. tertio, nunc se ostendit.

15. *Ioanni*, sc. filius, Græc. Iona forte per contractionem Ioannis. *Etiam*, i.certe, sc.diligo te, vt statim dicit.

17. *Pasce oues*, &c. Hic Petro datæ claues, Matth. 16. promissæ, s. potestas in omnes Christi oues.

18. *Vbi*, pro, quo. *Extendes*, s. in cruce. *Cinget*, i. ligabit, s. ducturus ad supplicium. *Vis*, s. naturali appetitu.

19. *Clarificaturus*, i. glorificaturus. *Sequere*, sc. corpore nunc (videtur n. Christus cœpisse ambulare) & (quod per id significatur) postea imitatione, seu cruce, & Ecclesiæ gubernatione.

20. *Sequentem*, s. ipsos.

21. *Quid*, s. facturus.

22. *Sic*, q.d. quid si sic, & Græc. & Syr. si quidam, si sic. sed idem est sensus omnium.

Manere, i.non mori violenter.

24. *Scimus*, s. ego multi mecum.

25. *Posse*, Hyperbole.

Sunt, pro, forent.

Libros, Græc. additur, Amen.

ACTA APOSTOLORVM.
Syr. Historia Apostolorum.

Narrantur quidem & alia, sed præcipue quæ per Apostolos, & in primis Paulum sunt gesta.

CAPVT I.

1. SERMONEM *feci*, Euangelium intelligit Syr. librum scripsit.

De omnibus, non omnia, sed ex omnibus præcipua quædam.

2. *Præcipiens*, i. vbi mandata dedisset.

Per Spiritum sanctum, potest cum præcedentibus, & cum sequentib. iungi. Vtrumque certe factum per Spiritum sanctum, i. Spiritus sancti ductu, & instinctu.

3. *In multis argumentis*, i. per multa argumenta, sc. confirmans suam resurrectionem.

4. *Per os meum*, Græc. & Syr. ex me.

5. *Baptizabimini*, s. purgandi erant, & perficiendi aduentu Spiritus sancti.

6. *Si*, pro num.

Israel, datiuus est.

7. *Momenta*, Græc. καιρὺς, s. rei gerendæ opportunitates.

8. *Virtutem*, i. robur.

Eritis, sc. vos & successores vestri. sic enim dictum, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Aug. ep. 80.

9. *Suscepit*, i. subduxit.

10. *Intuerentur*, sc. intentis, seu defixis oculis, Græc. enim ἀτενίζοντες.

Viri, Angeli virorum specie.

12. *Iter*, s. vnum milliare, etsi quidam duo putent. Syr. distans ab ea circiter septem stadiis. Faciunt quidem octo vnum milliare.

13. *Cœnaculum*, sc. partem domus superiorem Græc. ὑπερῷον.

Manebant, Syr. degebant.

Alphei, sc. filius. *Iacobi*, s. frater. Vterque enim Alphæi filius.

14. *Eius*, sc. IESV. *Fratribus*, i. cognatis.

15. *Petrus*, s. vt Ecclesiæ caput, & Pastor, vt notat Chrys.

Fratrum, Græc. μαθητῶν, i. Discipulorum.

Hominum: Græc. nominum (homines enim nominatim recensentur) sic Apocal. 3. Syr. hominum.

16. *Oportet*, Græ. ἔδει, i. oportuit, seu oportebat.

17. *In nobis*, Græc. nobiscum. *Qui sortitus est sortem*, i. cui contigit partem habere.

18. *Possedit*, i. fecit possideri, Græc. & Syr. acquisiuit, eodem sensu.

Iniquitatis, i. iniqui operis.

Suspensus, Græc. pronus factus, s. ita solent suspensi, Syr. cadens in faciem suam humi.

Diffusa, i. effusa.

19. *Notum*, s. totum Iudæ factum.

Lingua, sc. Syriaca, hac enim Iudæi tunc vtebantur. *Hacel*, i. Ager. Syr. חקל *Dema*, i. sanguinis. Syr. דמא

20. *Scriptum*, &c. coniungendum cum, oportet impleri scripturam, &c. *Commoratio*, i. habitatio.

Eorum, Græc. & Syr. eius.

21. *Congregati*, pro, conuersati. *Intrauit & exiuit*, i. versatus est, Heb.

23. *Barsabas*, non est iste Barnabas, de quo cap. 4. Etsi quidam eundem putent.

25. *Locum*, Græc. sortem.

Præuaricatus est, i. per præuaricationem excidit. Syr. discessit.

Locum suum, i. sibi destinatum, seu conuenientem, s. Infernum.

26. *Sortes*, forte, vt fit, scriptis nominibus vtriusque in charta, & alicubi inclusis, deinde extracto altero.

Sors, Dion. Areop. donum quoddam putat fuisse, sed quale fuerit non explicat. *Annumeratus*, Græc. suffragiis additus, s. post sortem.

CAPVT II.

1. COmplerentur, Syr. impleti essent.

Pentecostes, Festum erat 50. (vt nomen indicat) post Pascha die, in memoriam datæ Legis in Sinai. numerabantur autem dies, à die sequenti Pascha, quo die manipulus offerebatur; sed quia eo anno ob sabbatum non poterat meti, à Dominica, qua meti poterat, cœptum numerari. vide Leu. 23. *Pariter*, Græc. ὁμοθυμαδὸν, i. vnanimiter. *In eodem loco*, Græc. in idipsum, i. simul.

2. *Spiritus*, i. venti, Græc. πνοῆς, i. flatus.

Vehementis, Græc. βιαίας, i. violenti.

3. *Dispertitæ*, i. sectili forma, seu dissectæ.

Ignis, genitiuus est.

4. *Variis*, Græc. ἑτέραις, i. aliis.

5. *Religiosi*, i timentes Deum, seu colentes.

Natione, Græc. gente.

Confusa, sc. præ stupore.

Sua, s. ipsorum qui audiebant, vt statim dicitur, propria dialecto.

8. *Audiuimus*, Græ. audimus. sic inf.

9. *Ælamitæ*, s. Persæ.

10. *Aduenæ Romani*, Syr. qui è Roma venerant.

11. *Proselyti*, s. ad fidem è gentilitate conuersi.

Magnalia, i. opera mirifica.

15. *Æstimatis*, i. arbitramini. *Tertia*, s. ab ortu Solis, adeoque quarta diei pars: constabant enim dies omnes horis 12. Dicunt autem quidam Iudæos in festis solitos non edere vsque ad sextam.

17. *Carnem*, i. hominem.

22. *Approbatum*, Græc. demonstratum, seu exhibitum. *In vobis*, Græ. in vos, i. vestri causa, Syr. apud vos.

Virtutibus, &c. q. d. operibus prodigiosis, seu miraculis Dei virtute factis.

23. *Affigentes*, s. cruci.

24. *Doloribus*, Syr. funibus. *Inferni*, Græ. mortis, q. d. ereptum à mortis molestiis. has enim dolores vocat. quamquam mortis epitheton possit esse dolor, quod morti coniungi soleat, s. dolet, vel moriens, vel amici.

Iuxta,

Iuxta,i.secundum,q.d.quando quidem.
Eo,s.inferno.
25. *In eum*,i.de eo. *Prouidebam*, i. proponebam, vel prospiciebam.
27. *Inferno*,i.limbo.Hinc August. Epist.57. colligit Christum descendisse in infernum vide etiam Epist.99.Hier Psal.15.Amb.Ser.74.
Dabis,i.fines.
28. *Notas*,&c.i.me in vitam reuocasti.Heb.
29. *Audenter*, i.libere,seu confidenter.
30. *Sedere*,s.Christum,vt est Græc.
31. *Prouidens*, Græc. præuidens.*Derelictus est*, Græ.derelicta est anima eius.
33. *Dextera*,i. potentia. *Promissione*, &c.i. accipiens à Patre, vt posset Spiritum mittere, quem promiserat.
34. *Ascendit*, sc. corpore, seu cum hæc diceret, q.d.non de se loquebatur,sed de Christo,de quo sequentia dixit.
38. *Fecit*,s.quatenus homo est, fecit enim Deus vt ille homo Christus esset,& Dominus. Nec enim semper id fuit,cùm non semper homo fuerit,semper quidem illa persona Deus fuit, s. d non semper ille homo Deus.Potest facilius dici:Intelligi dominium quod ei conuenit quatenus homo, & non quatenus Deus.
37. *Compuncti*,s.ex pœnitentia.
38. *Pœnitentiam*,s.omnium peccatorum.Not.requiri pœnitentiam ante baptismum.
IESV *Christi*,sub. & sanctissimæ Trinitatis,sic enim iussi Apostoli baptizare,sed etiam requirebatur Christi fides specialis, vt & nunc. *Donum*, s. gratiam iustificantem.
39. *Repromissio*,i.promissio,s.facta. *Aduocauerit*, i.ad se vocauerit s.Gentiles.
40 *Testificatum est*,s.veritatem confirmans.
Praua,s. segregati.
41. *Appositi*,s. fidelium numero. *Fractionis*, sc. frangebatur, & distribuebatur. *Panis*, Græ.τῦ ἄρτυ, i. illius panis, sc. cœlestis, Syr. Eucharistiæ, vbi Not. id nomen, etsi Græcum, etiam Syris in vsu fuisse.
41. *Anima*,i. homini. *Timor*, s. vt fit,vbi Deus se prodit per opera insueta.
44. *Pariter*,i. vna, seu simul, sc. vt tunc Religiosi.
45. *Substantias*, i. facultates.
46. *Panem*.Hic Græ.non additur articulus,quanquam Syr.vertit munus benedictum.
47. *In ipsum*,Græc. & Syr.in Ecclesia.

CAPVT III.

2. B*Aiulabatur*, i. portari solebat,s. ad templum, vel tunc portabatur. *Templi*,atrij templi, sc. vbi populus orabat.
3. *Incipientes introire*, i. iamiam ingressuros, Gr. ad verbum, futuros ingredi.
6. *Aurum*, pro,aut aurum. *Nomine*,i. virtute.
7. *Alleuauit*, i, erexit. *Bases*,i. pedes.
Et, pro, i. vel q.d.pedes tori. sic vt posset recte ambulare:plantis enim ambulatur.
8. *Exiliens*,i. saliens, s. præ gaudio.
10. *Et extasi*, q.d.ita vt extra se fierent.
11. *Teneret*, sc.tanto accepto beneficio, ab eis auelli non poterat.
12. *Potestate*,Græc. pietate, s. in Deum.
13 *Negastis*, s. dimitti eum debere. *Dimitti*, sc. debere,potest vero coniungi cum,negastis,vel cum, iudicante.
14. *Negastis*,s.dimittendum.
16.*Nominis eius*,pro,eius. *Confirmauit*,i.sanauit.
Nomen,s. inuocatum,vel nomen,i.virtus.
17. *Sicut*, similitudo significatur,sed non per omnia,Principum enim ignorantia culpabilior,quippe crassissima,vel etiam affectata.
18. *Pati*,pro passurum. *Sic*,s. vt prænunciauerat.
20. *Vt*,s.saluemini, *Prædicatus*, Græc. propositus.
21. *Suscipere*,i.receptum continere.*Restitutionis*, s.faciendæ die Iudicij, quem sup. vocauit tempus refrigerij,s.felicitatis.
23. *Exterminabitur*,i.peribit.
25. *Testamenti*,i.pacti, q. d.a d vos pertinet pactum.
Disposuit,i.pactus est. *Et*,vel abundat,vel q. d. inter alia etiam id dixit.
26. *Suscitans*,alludit ad illud, Propheram suscitabit,&c. *Bedicentem*,i.vt benediceret,s.felices faceret,vel gratiam daret.*Vt*,pro,ad hoc vt,vel modo vt, quod Gr.mag.s indicatur.

CAPVT IV.

1. M*Agistratus*,Græ.Præfectus.Syr. Præfecti,s. quibus templi commissa tutela.
2. *In* IESV,pro, IESV,q.d IESVM resurrexisse.
3. *Custodiam*, i.carcerem. *Crastinum*,i.d iem posterum.
5. *In crastinum*,i.sequenti die.
6. *Sacerdotali*,Græc.& Syr. pontificali, seu summorum Sacerdotum.
7. *In quo nomine*, i.qua,seu cuius auctoritate.
8. *Repletus*,s.ad respondendum.
9. *Indicamur*, Syr.in ius vocamur.
In benefacto,& cæt.i. ob beneficium collatum homini huic. *In quo*,i. per quod, q.d.qua ratione. seu cuius nomine,aut virtute.
10. *In hoc*,s.nomine,i.virtute.
12. *Aliud nomen*,pro alius.
13. *Constantiam*,Græc.παῤῥησίαν,i,in dicendo libertatem.*Fuerat*,s.versari.
16. *Notum*,i. conspicuum. *Signum*,i. miraculum.
17. *Hoc*,s.Christi, q. d. ne Christum prædicent, aut in eius nomine quicquam faciant.
18. *Denuntiauerunt*,sc.præcipientes Gr.παρήγγειλαν, i. præceperunt vide cap.seq.
19. *Si iustum est*,pro,an iustum sit.
21. *Glorificabant*,&c. Græc. & Syr.glorificabant Deum super eo quod factum fuerat.
23. *Quanta*,pro,quæcunque.
25. *Pueri*,i. serui.
27. *Puerum*,Syr.filium.Græc.παῖδα,Ambros.2.de voc.gen. Cap.5. filium vertit,& infr.Interpres,filij vertit.
28. *Manus*,i.potentia *Consilium*,Syr.voluntas.
Decreuerunt,Græc.προώρισε,i.præfiniuit, Syr.designauerat.
33. *Virtute magna*,i.miraculis.
36. *Barnabas*, hic Pauli socius.Hic *Filius consolationis*,q.d. ad consolandum aptissimus.

CAPVT V.

1. A*Grum*Græc.κτῆμα,i.possessionem.
2. *Fraudauit*,scil. reseruans sibi partem pretij.
3. *Tentauit*,i.induxit,q.d.cur te permisisti à diabolo induci?videtur legisse ἐπείρασε, nunc enim, ἐπλήρωσε,impleuit.
4. *Manens*,pro,omnino,q. d. nonne tua erat possessio poterasque tibi retinere, quis enim cogebat

 vendere

vendere aut pretium afferre? *Venundatum*, s. κτῆμα, *Deo*, s. Spiritui sancto, de quo sup.

9. *Quid utique*, pro, quid ita. *Conuenit vobis*, i. inter vos conspirastis.

10. *Ad*, i. iuxta.

11. *Omnes*, pro, omnibus.

12. *Per manus*, i. ministerio.

15. *Eiicerent*, i. efferrent.

17. *Heresis*, i. secta. *Zelo*, i. æmulatione, seu indignatione.

18. *Custodia*, i. carcere.

20. *Verba vitæ huius*, id est rationem huius instituti.

24. *Magistratus*. vide sup. cap. 4. *Fieret*, pro factum esset. Græc & Syr. quid hoc esset.

28. *Præcipiendo*, pro omnino, seu vehementer.

Inducere, &c. q. d. facere nos reos sanguinis, &c.

29. *Magis*, i. potius.

30. *Suscitauit*, i. excitauit seu exhibuit mundo.

31. *Exaltauit*, s. resuscitando.

32. *Verborum*, i. rerum. *Spiritus sanctus*, s. testatur miraculis.

33. *Dissecabantur*, Syr. furore corripiebantur

34. *Fieri*, i. succedere.

35. *Attendite vobis*, i. diligenter videte.

36. *Aliquem*, Græc. aliquem magnum.

Consensit, i. adhæsit.

37. *Post*, i. præter. *Professionis*, Græc. descriptionis, s. de qua Luc. 2.

38. *Et nunc*, pro, itaque nunc. *Itaque*, non est. Græc.

39. *Inueniamini*, q. d. illud etiam accedet, quod Deo repugnare videbimini.

51. *Contumeliam*, i. verberum iniuriam.

42. *Circa*, pro, per.

CAPVT VI.

1. *Discipulorum*. sic in principio dicebantur, postea vero Christiani.

Græcorum, Græc. ἑλληνιστῶν, i. Græcistarum, seu Græcizantium, s. Iudæorum qui extra Iudæam nati, aut diu versati, Græca lingua vtebantur, Syr. Discipulorum Ionum, i. Græcorum.

Despicerentur, i. negligerentur.

Ministerio, s. quo illis prospiciebatur, alebantur enim ab Ecclesia.

2. *Æquum*, i. conueniens, Syr. decens. Græc. ἀρεστόν, i. placitum, sed tale vt placere debeat.

3. *Boni testimonij*, i approbatæ vitæ. *Plenos*, &c. q. d. probos & prudentes.

4. *Instantes*, i. assidue intenti.

5. *Aduenam*, Græ. proselytum, s. ex Gentili factum Iudæum.

6. *Imposuerunt*, &c. s. ordinarunt Diaconos.

9. *Libertinorum*, à Regione seu Vrbe ita dicti, secundum quosdam, at secundum Chrys. & Bed. à libertate, qua serui donari solebant, & liberi fieri. quorum filij Libertini dicebantur. quanquam Chrys. etiam hic libertos intelligit, & merito hi enim etiam Libertini dicuntur.

10. *Qui*, Græ. quo, Syr. per quem.

14. *Traditiones*, Græ. τὰ ἔθη, consuetudines, seu instituta, Syr. ritus.

CAPVT VII.

1. *Si hæc*, pro an hæc.

2. *Gloria*, i. gloriosus, Hebr. *Priusquam*, &c. hinc apparet quomodo intelligendum, quòd dicitur Genes. 12. vide ibi.

5. *Hæreditatem*, i. possessionem *Passum*. Græc. βῆμα, i. vestigium. Intellige Dei munere, nam pretio aliquid emit. Aug. in Gen. q. 56.

6. *Semen*, i. posteri. *Quadragintis*, s. à nato Isaac numerandis.

7. *Iudicabo*, i. puniam. *Isto*. Ita refert Stephanus, quia præsens erat loco.

8. *Testamentum*, i. pactum. *Et sic*, s. circumcisus, vel accepto testimento Syr. & tunc.

9. *Æmulantes*, i. inuidentes. *In Ægyptum*, s. abducendum.

11. *Cibos*, i. alimenta.

13. *In secundo*, i. cum iterum rediissent in Ægyptum.

14. *Septuaginta quinque*. Id secundum 70. Vide Genes. 46.

16. *Translati*, pro translatus, scil. Ioseph. vide Ios. 24.

Abraham. Vide Gen. 33. quamquam quod attinet ad vocem filij Gr. est τοῦ συχέμ, quod potest intelligi patris Sichem, vel illi Hemor, forte fuit etiam Sichem pater.

17. *Confessus erat*, alii professus erat, Græ. ὤμοσεν, i. iurauerat, Syr. iuramento promiserat.

18. *Sciebat*, i. nouerat.

19. *Genus*, i. notionem, q. d. dolo agens cum gente nostra. *Exponerent*, s. occidendos. *Viuificarentur*, i. viui seruarentur.

21. *Exposito*, s. in Nilo. vide Exod. 2.

25. *Per manum*, i. opera, seu ministerio.

26. *Apparuit*, pro, adfuit. *Alterutrum*, i. alter alterum.

29. *In verbo*, pro, ob verbum.

30. *Igni flamma*, Græc. flamma ignis, Syr. igne ardenti.

31. *Consideraret*, i. inspiceret. sic inf.

35. *Manu Angeli*, i. Angelo, s. ductore, & adiutore.

37. *Tanquam me*, i. mei similem, s. Christus homo, & Legislator, duxque in terram promissionis cœlestem.

Audietis, pro, audite, Heb.

38. *In Ecclesia*, i. fidelium congregatione, cuius erat præfectus. *Vita*, in quorum obseruatione vita est animæ *Dare*, pro, vt daret.

40. *Factum sit*, i. acciderit.

42. *Conuertit*, Syr. auersus est. *Tradidit*, i. permisit *Militiæ cœli*, i. astris. *Prophetarum*, s. minorum.

43. *Et*, pro, quin, etiam, *Moloch*. idoli nomen.

Rempham, stellam Veneris quidam putant, seu luciferum. *Adorare*, pro ad adorandum. *Et*, pro, itaque, seu ideoque. *Trans*, &c. s. in Assyriam.

45. *Iesu*, i. Iosue. *Possessionem gentium*, i. terram Chananæorum.

Diebus, pro, dies.

46. *Tabernaculum*, i. locum vbi tabernaculum collocaretur, seu templum ædificaretur.

52. *Iusti*, s. Christi. *Homicidæ*, i. interfectores.

53. *In dispositione*, i. opera.

54. *Dissecabantur*, i. furebant. *In*, i. contra.

58. *Adolescentis*, i. iuuenis.

60. *Statuas*, &c. i. ne eos punias ob id peccatum, s. peccata velut ante Deum stant, vindictam petentia.

In Domino, i. Deo gratus, seu secundum Dei voluntatem, quanquam id Græ. non est.

CAPVT VIII.

1. *In Ecclesia*, Græ. in Ecclesiam, i. contra Ecclesiam.

2. *Curauerunt*, s. efferendo, & sepeliendo, Syr. collectum

collectum in arcam sepelierunt. *Timorati*, Gr. p'j seu Religiosi, Syr. fideles *Planctum magnum*, i. pompam & exequiarum frequentiam, Hier. ep. 25.

3. *Custodiam*, i. carcerem.

4. *Pertransibant*, i. huc illuc se conferebant.

5. *Philippus*. s. diaconus, de quo sup.

6. *Signa*, i. miracula.

9. *Ciuitate*, s. Samaria.

10. *Quæ vocatur*, Græ. illa.

11. *Eum*, pro, ei. *Propter*, pro propterea *Dementasset*, i. à mente alienasset.

12. *In*, Græ. &.

16. *Domini* IESV, sub. & Trinitatis, oportet enim exprimi nomen Patris, Filii, & Spiritus sancti.

20. *Sit in perditionem*, i. pereat. *Possideri*. i. parari.

21. *Sermone*, i. re, seu negotio. Heb.

22. *Cogitatio*, Syr. dolus.

23. *Felle*, Syr. hepate, q. d. pessimo animo. *Obligatione*, i. colligatione.

24. *Dixistis*, apparet dixisse Petrum plura, quam quæ sup. scripta.

25. *Regionibus*, Græc. vicis, seu pagis.

26. *Contra meridianum*, i. versus meridiem.

27. *Potens*, Græc. δυνάςης, i. Præfectus. *Gazas*, i. opes.

30. *Putasne*, Græ. ἆρά γε, i. numquid.

31. *Ostenderet*, i. explicauerit.

32. *Sine voce*, i. vocem non edens.

33. *In humilitate*, &c. q. d. adeo contemptus fuit, vt contra ius omne sit condemnatus *Sublatum*, i. non redditum ei ius. *Quoniam*, pro, qui tamen, q. d. cum sit Dei Filius, occideretur tamen.

37. *Filium Dei*, &c. intelligendum est, etiam reliqua ad salutem necessaria credidisse, etsi hic non exprimantur, Aug. de fide, & op. c. 9.

40. *Azoto*, Ciuitas est Palæstinæ. *Cæsaream* s. Palæstinæ. vide c. 10.

CAPVT IX.

1. *Spirans*, &c. i. minitans cædem discipulis, &c. 2. *Viæ*, i. instituti

5. *Durum*, i. damnosum.

7. *Cum eo*, pro, eum. *Vocem*, sc. Pauli, non Christi. vide c. 22.

8. *Nihil*, Græ. neminem. *Trahentes*, i. ducentes.

10. *Ecce ego*, i. eccum me.

14. *Hic*, i. hoc loco. *Nomen tuum*, i. te.

15. *Vas electionis*, i. instrumentum electum. *Portet nomen meum*, i. me prædicet.

17. *Videas*, ἀναβλέψης, i. visum recipias.

20. IESVM, Græ. Christum.

23. *Dies multi*, scil. post reditum ex Arabia, secundum quosdam vide, Gal. 1. *In vnum*, i. simul, seu inter se.

27. *In nomine*, IESV, i. prædicans IESVM.

28. *Intrans & exiens*, i. conuersans, Heb.

29. *Gentibus* Id non est Græc. nec Syr. *Græcis*, Syr. Iudæis qui sciebant Græce vide sup. c. 6.

30. *Fratres*, sic olim Christiani, vocabantur.

32. *Transiret*, i. visitaret.

35. *Sarona*. Ciuitatem quidam putant, alij Regionem.

36. *Dorcas*, i. Caprea.

38. *Pigriteris*, i. graueris.

41. *Sanctos*, i. fideles. sic etiam vocabantur Christiani, q. ad sanctitatem vocati, vel sanctitatem professi.

42. *In Domino*, Græ. in Dominum.

CAPVT X.

1. *Cæsarea*. Ita ab Herode Ascalonita, in Augusti gratiam vocata postquam eam instaurauit, cum antea Turris Stratonis diceretur. vide Matth. 16.

Cohortis, Græ. ex Cohorte.

Ascenderunt, &c. q. d. fecerunt Deum recordari tui, vel recordatus est Deus earum.

7. *Domesticos*, Græ. famulos. *Metuentem Dominum*, pium seu religiosum.

9. *Superiora*, Græc δῶμα i. tectum, s. sunt in Palæstina tecta plana. *Sextam*, s. meridiem.

10. *Gustare*, i. edere. *Mentis excessus*, Gr. ἔκστασις.

11. *Initiis*, i. angulis, s. alligatum.

12. *Omnia*, Syr. omne genus *Iusti*, q. 89 ait omnia fuisse immunda *Quadrupedia*, Græc. additur καὶ τὰ θηρία, i. feræ. Vide c. sequens. *Serpentia*, i. reptilia.

14. *Omne*, pro, quicquam, Heb. *Et*, pro, id est Iudæi n. immunda vocant communia Græ. aut s. est præcedentis explicatio.

16. *Per ter*, i. ter. *Statim* Græ. rursum.

17. *Esset*, i significaret, seu sibi vellet.

19. *Spiritus*, s. sanctus.

24. *Altera*, i. postera. *Necessariis*, i. valde familiaribus.

26. *Homo sum*. Modeste honorem recusat, alioqui licitum: sæpe enim adorantur in scriptura qui re aliqua eminent.

28. *Alienigenam*. i. gentilem.

Ostendit, sc. visione singulari confirmans, quod olim præceperat, vt doceret omnes gentes, &c. Matth. 26. & Marc. 16.

29. *Sine dubitatione*, Syr. expedite.

30. *A nudiusque*, &c. i quarta ab hinc die. *Orans*, Græc. & Syr. ieiunans & orans. *Candida*, Græ λαμπρᾷ i. splendida.

31. *Commemoratæ*, id est, reductæ in memoriam. vide supra.

32. *Mare*, Græ. & Syr additur, qui adueniens loquetur tibi.

33. *Tuo*, Græ. Dei, Syr. tuo.

35. *Omni*, i. quauis.

36. *Verbum*, i. prædicationem.

37. *Enim*, abundat, nec est Græc.

42. *Constitutus*, Græ. & Syr. definitus.

43. *Nomen eius*, i. eum.

45. *Nationes*, i. gentes. *Gratia*, Græ. & Syr. donum. *Est*, pro, esset.

CAPVT XI.

1. *Disceptabant*, i. contendebant. *Circumcisione*, i. Iudæis.

6. *Bestias*, Græ. feras.

9. *Commune*, pro, communia.

14. *Verba*, i. res. *In quibus*, i. per quæ.

17. *Prohibere Deum*, i. Deo resistere.

18. *Ad vitã*, i. vt viuant, s. spiritualiter, seu iuste

19. *Sub Stephano*, Syr. ob Stephanum.

20. *Et ad*, Græ. ad. *Græcos*, i. Græcizantes Iudæos. vide c. 16. quanquam hic forte intelliguntur gentiles.

Annunciantes, Græ. euangelizantes.

23. *In Domino*, i. Domini fide, seu secundum Domini voluntatem.

28. *Per Spiritum*, i. Spiritus sancti reuelatione. vel, per spiritum Propheticum. *Terrarum*, s. Iudææ secundum quosdam.

29. *Ministerium*, Syr. subsidium.

30. *Seniores*, Græ Presbyteros, πρεσβυτέρους. *Per manus*, i. opera.

CAPVT

CAPVT XII.

1. HErodes, sc. Agrippa, frater Herodiadis, filius Aristobuli filij Herodis Ascalonitæ, Iudææ Rex.

Manus, i. potestatem, vel q.d. id egit. Vulgo quidem mittere manum, est comprehendere, seu male tractare.

3. *Apposuit*, &cæt. id etiam addidit, vt apprehenderet, &c.

4. *Quatuor*, &c s. 16. militibus. *Pascha*, i. dies azimorum. *Producere*, Syr. tradere.

8. *Caligas*, Græc. σανδάλια, i. soleas, s. similes iis quibus vtuntur Franciscani. *Vestimentum*, Græc. & Syr. pallium.

10. *Custodiam*, s. militum turmam custodientium carcerem. *Portam*, s. carceris. *Ciuitatem*, s. Ierusalem. Quidam putant extra eam fuisse carcerem. putarim potius intra, sed semoto loco, vt solent militum præsidia, dicuntur enim statim in vicum processisse. Sunt qui dicant fuisse intra vnum murum, & extra alium, duobus n. circumdatam vrbem.

12. *Marcus*, hic est de quo etiam inf. cap. 13. & 15. alius vero ab eo qui Euangelium scripsit, secundum quosdam. vide Marc. 1.

13. *Ostium ianua*, Græc. ostium vestibuli. Syr. fores atrij.

14. *Ianuam*, Græc. vestibulum.

19. *Duci*, s. ad supplicium, Syr. necari.

20. *Super cubiculum*, Syr. Cubicularius.

Alerentur, forte commercio, seu annonæ emptione.

Illo, Græc. regia. Syr. eius regno.

23. *Honorem*, Græc. δόξαν i. gloriam.

Vermibus, forte pediculis. *Expirauit*, sc. anno 7. regni sui, relicto filio Aggrippa, & filiabus Bernice, & Drusilla, de quibus inf.

CAPVT XIII.

1. COllactaneus, Græc. σύντροφος, i. simul nutritus.

2. *Ministrantibus*, Græc. λειτουργούντων, i. sacrificantibus. Missæ enim sacrificium λειτουργία. *Assumpsi*, Gr. aduocaui. Syr. vocaui.

4. *Seleuciam*, est in Cœlesyria.

5. *Salaminam*, Cypri ciuitas. dicta postea Constantia. est autem ad Orientem. Paphus vero ad Occidentem.

6. *Elymas*, forte id erat etiam ei nomen, quamquam Græc. significat magum, & impostorem. *Sic*, i. magus, seu Elymas *Nomen*, s. Bar Ieu, q.d. ille magus, qui Elymas dici potest: id enim significat Bar Ieu.

10. *Fallacia*, i. versutia, Syr. flagitio. *Subuertere*, i. impedire, seu interturbare.

11. *Et nunc*, pro, itaque nunc. *Manus*, i. vindicta, seu punitio.

14. *Sabbatorum*, pro, sabbati.

17. *Brachio excelso*, i. magna potentia.

18. *Per*, Græc. circiter. *Mores eorum sustinuit*, Syr. nutriuit eos.

20. *Quasi*, &c. Græ. & post hæc annis circiter quadringentis & quinquaginta, dedit Iudices, &c. vbi sensus potest esse, tamdiu Iudices durasse.

22. *Regem*, Græc. in regem. *Dixit*, vide 1. Regum 13. vers. 14.

Qui faciet, &c. explicat Paulus, quid significet, secundum cor meum.

23. *Israel*, datiuus est.

24. *Ante faciem*, &c. i. priusquam ille veniret, s. ad prædicandum.

25. *Cursum*, Syr. ministerium, q.d. cum fungeretur munere Præcursoris. *Non sum*, s. Christus.

26. *Generis*, i. posterorum. *Et qui*, pro id est, qui.

27. *impleuerunt*, s. de eo scripta. vt inf. dicitur

30. *Deponentes*, s. viri quidam pij.

32. *Annunciamus*, Græc. Euangelizamus.

Repromissio, pro, promissio.

33. *Nostris*, Græ. & Syr. nobis eorum filiis. *Genui*, s. regeneratio quædam est ipsa resurrectio.

34. *Suscitauit*, pro, suscitaturus esset *Corruptionem*, i. mortem, qua vita corrumpitur. *Dixit*, sc. secundum 70. *Sancta*, i. sancte promissa, Syr. beneficentia.

Fidelia, i. certa, q.d. faciam omnino quod promisi ei, de Rege æterno nasciturò ex ipso.

36. *Generatione*, i. ætate. *Administrasset*, i. inseruisset, seu obedisset.

40. *Prophetis*, pro, vno ex Prophetis, sc. Habacuc, iuxta 70.

41. *Disperdimini*, Græc. exterminamini. Imperat, pro futuris, q.d. videbitis, & mirabimini: & quia non creditis, peribitis.

42. *Verba hæc*, i. de rebus his.

43. *Synagoga*, i. cœtus *Aduenarum*, Græc. proselytorum.

45. *Zelo*, i. inuidia, seu indignatione.

46. *Constanter*, Græ. libere, & confidenter, Syr. aperte.

48. *Glorificabant*, id est, honorabant. seu laudabant.

Praeordinati, s. à Deo per æternam electionem, seu prædestinationem.

50. *Honestas*, i. honorabiles, seu nobiles.

CAPVT XIV.

1. GRæcorum, i. gentilium

2. *Fratres* i. Christianos.

3. *Per manus eorum*, i. per eos, Heb.

6. *Vniuersam*. non est Græc. nec Syr.

9. *Voce*, hic additur Græc. & Syr. Tibi dico in nomine Domini IESV Christi, surge, &c.

10. *Similes facti*, ὁμοιωθέντες, i. assimilati.

11. *Dux verbi*, i. præcipuus in concionando, Syr. incipiens sermonem.

Qui, s. Iupiter, i. Iouis templum.

13. *Tunicis*, i. vestibus superioribus. Syr. togis.

14. *Similes vobis*, Græ. similiter ac vos passionibus obnoxij.

15. *Ingredi*, &c. i. viuere modo suo.

Eorum, Græc nostra.

22. *Constituissent*, Græc ordinassent, s. solitis ritibus.

25. *Antiochiam*, s. Syriæ. *Erant*, &c. i. discesserant cum gratia Dei, &c.

26. *Cum illis*, i. per illos.

CAPVT XV.

1. MOrem, Syr. ritum. *Moysi*, legis Mosaicæ.

2. *Seditione*, Syr. tumultu. *Non minima*, Græc. & disceptatione non parua. *Ex illis*, Syr. cum illis.

3. *Deducti*, s. aliquousque, vt fit, aliquibus comitantibus.

5. *Surrexerunt*, &c. videntur hæc verba Pauli, & Barnabæ, referentium quid Antiochiæ accidisset. *Heresi*, i. secta. *Eos*, scil. fideles. *Præcipere*, pro, iuberi

6. *Seniores*, Græ. presbyteri. sic & inf. *Verbo*, i. re, Heb.

7. *Conquisitio*, i. disceptatio. *Antiquis*, i. multis, Græ

Græ.& Syr.primis,ſ.prædicationis.*Gentes*,vide ſup. c.10.

10. *Imponere*,pro,imponendo.

11. *Illi*,ſ.Patres noſtri.

14. *Primum*,i.à principio.vide ſupr.*Sumere*,pro, vt ſumeret.*Nomini ſuo*,i.ſibi,Hebr.

16. *Reuertar, & reædificabo*, i. rurſum ædificabo, Hebr.*Tabernaculum*,ſ.regnum ſpiritualiter,intellectum.

17. *Cæteri*,ſ.gentiles.

18. *Notum*,&c.q d.multo ante prædixit, quæ eſſet facturus,vt qui ab æterno omnia nouerit.

19. *Inquietari*,pro,inquietandos.

20. *Contaminationibus*, &c.i. ab idolorum cultu, & idolothytis. *Suffocatis*,i.eſu animalium ſuffocatorum,quod in iis ſanguis ſit.

22. *Primos*,i,primarios.

23. *Manus eorum*,i.eos,Heb. *Fratres*,Græ.& Syr. & fratres.

24. *Euertentes*,Græ.& Syr.labefactantes.

Salutem,Syr.pacem.

25. *Collectis in vnum* , Græ. vnanimiter congregatis.

26. *Animas*,i. vitam. *Nomine Domini*, i. Domino.

27. *Nihil*,ſ.interim,ſeu præter ea quæ lex naturalis præcipit , ſeu quod pertinet ad ea, quæ nuper apud vos diſputata ſunt.

31. *Conſolatione* , i.literis conſolatoriis , poterat etiam verti,exhortatione.

32. *Prophetæ*,i.verbi Dei interpretes.

38. *Rogabat*,Græ.cenſebat. *Diſceſſiſſet*. Græc defeciſſet.

39. *Diſſenſio*,Græc.παροξυσμὸς,i.irritatio.ſeu exacerbatio,ſ.acris diſceptatio.

40. *Traditus*,i.commendatus

CAPVT XVI.

1. G*Entili*, Græc.Græco.

4. *Dogmata* , i. decreta , vt ſtatim dicitur.

Senioribus,ſ presbyteris.

6. *Aſia*,ſ. minori. Volebat Deus eos ire in Macedoniam.

7. *Et non*,pro,ſed non.

8. *Troadem*,quæ & Antigonia, ciuitas maritima. Putant vero quidam hic ſe Lucam primo adiunxiſſe Paulo peregrinationis comitem.

12. *Ciuitas Colonia*,i.ab aliunde eo abductis habitata Romanorum eſſe,inſ.indicatur. *Conſiſtentes*,i. commorantes.

13. *Sabbatorum*,pro,ſabbati.*Videbatur*,Syr.conſpiciebatur *Oratio*,Syr.domus orationis.

14. *Purpuraria*,i.purpuræ venditrix. *Ciuitatis*,i. oriunda è ciuitate.

16. *Puellam*,ſ. ancillam. Gr.ταῖ διεκην *Pythonem*, Græc.Pythonis,i. Apollinis, ſic dicti.vel à Pythone dracone interfecto,vel ἀπὸ τῦ πυνθανέσθαι,i. conſulere,ſeu interrogare,ſ.quod conſultus reſponſa daret; Syr.diuinationis

19. *Exiuit*,i. periit.

25. *Cuſtodia*,i,carcere.

34. *Lætatus eſt*,Græ exultauit.ἠγαλλιάσατο.

37. *Indemnatos*, i non iudicatos, & per ſententiam condemnatos , Syr.innocentes. *Educantes*, i. educant.

40. *Lydiam*,i.domum Lydiæ,de qua ſup.

CAPVT XVII.

3. I*Nſinuans*,Syr.oſtendens.*Chriſtus*,i.Meſſias vobis promiſſus.

4. *Colentibus*,ſ.Deum,Syr.Deum timentibus.

Gentilibus,Græc.Græcis

5. *Zelantes*,i.inuidentes,ſeu indignantes.

Facta,Syr.congregata

6. *Fratres*,i.Chriſtianos.*Vrbem*,Gr.Syr & Complu.orbem.

8. *Principes*,accuſatiuus eſt.

11. *Nobiliores*, pro,nobiliſſimi,ſeu præcipui.

Theſſalonicæ,ſ Regionis.

12. *Gentilium*, Græc. Græcorum. *Honeſtarum*, i. nobilium *Viri*,ſ.Gentiles.

13. *Theſſalonica*,ſ.vrbe.

17. *Colentibus*,ſc. Deum.*Aderant*,Græ obuij fiebant.

18. *Seminiuerbius*,i verborum ſeminator,q.d nugator.

Dæmoniorum,i.deorum.

19. *Areopagum*.Vicus ſeu Curia erat non procul à Martis templo , vnde ei nomen , vbi iudices, qui Areopagitæ vocabantur,ius dicebant.

22. *Quaſi*,i. fere.*Superſtitioſiores*, Syr. nimios in cultu dæmonum.

23. *Simulacra veſtra*,Syr.templa deorum veſtrorum.

Ignoto,quaſi dicat,ſi quis eſt,quem forte ignoramus.

Quod,Græc quem. *Hoc* Græ.hunc.

24. *Deus*,lege Dominus

25. *Colitur*,Syr.ei miniſtratur, q. d. opera hominum non indiget,vt ſtatim dicitur.

26. *Vno*,ſ.homine,Græ.& Syr.vno ſanguine.

Statuta,ſ. cuiuſque vitæ.

27. *Quærere*,pro,vt quærant.*Attrectent*,i attingant,ſ.mente. *Quamuis*, &c. q. d. ad quod non eſt opus longius ire,Græ.& Syr.quando quidem

28. *In ipſo*,i.eius virtute.*Sumus*,ſ.id quod ſumus, q.d ab eo omnia habemus.*Quidam*,ſ.Aratus.

Genus,i.progenies,q.d.ipſe fecit nos.

29. *Æſtimare*,id eſt,arbitrari.*Sculpturæ* Appoſitio.

Artis, &c.i.arte factæ,& cogitatione.

30. *Ignorantiæ*,Syr.idololatriæ. *Deſpiciens*,i.ex alto videns. ſic ſumitur Pſal. 53. vbi idem verbum Græcum.

31. *Æquitate*.i.iuſtitia,ſ iuſte. *In viro*,i. per virum.

In quo,i.per quem *Statuit*,i. decreuit, ſcil iudicare.

Fidem,ſ de re hac,q.d.certos reddens.

34. *Areopagita*, Syr. Vnus ex Iudicibus Areopagi.

Damaris, Quidam putant fuiſſe vxorem Dionyſij.

CAPVT XVIII.

3. S*Cenofactoria*, i. conficiendi tabernacula,ſc. è pellibus.

4. *Interponens*,i.ſubinde admiſcens,& proponens ſ.credendum.*Græcis*,i.Gentilibus.

5. *Inſtabat, verbo*. i. prædicabat inſtanter. *Eſſe Chriſtum*,i.quod Ieſus eſſet Meſſias.

6. *Sanguis*,i.peccatum. *Super caput veſtrum*. i. in vobis puniетur.*Ex hoc* poſthac,q.d.ſine vlla reprehenſione iam potero Gentibus fidem proponere, quando vos eam repellitis.

10. *Propter* pro,propterea.*Apponetur*,&c.i.committet vt te lædat,Heb.

13. *Perſuadet*;

13. *Persuadet*, pro, suadet.

14. *Aperire os*, i. loqui *Recte*, i. merito. *Sustinerem*, i. ferrem, s. contendentes.

15. *Verbo*, pro, verbis. *Nominibus*, i. quæstionibus, seu interpretationibus.

16. *Minauit*, i. abegit.

17. *Omnes*, scil vel ministri Gallionis, vel turba Gentilium, Syr. Omnes Ethnici. Not. hunc Sosthenem referri inter sanctos, in Calendario Romano 28. Nouemb. vide an iste idem sit, qui supra Crispus dictus & Archisynagogus.

18. *Sustinuisset*, i. expectasset. *Qui*, s. Aquila, vel Paulus. Quidam enim votum Pauli dicunt, alii, Aquilæ fuisse. *Totonderat*, s. finito tempore Nazaræatus.

Cenchris, Portus est Corinthi.

22. *Cæsaream*, Capadociæ secundum quosdam. Ego aliam putarim Epheso propinquiorem, vel potius Palæstinæ, vnde ascendit in Ecclesiam, s. Ierosolymæ.

Antiochiam, s. Pisidiæ, seu potius Syriæ, quo venit ex Ierusalem, deinde in Galatiam.

24. *Potens*, i. valde doctus, seu versatus, adeoque qui ex iis Iudæos posset conuincere non credentes.

25. *Sciens*, &c. q.d. baptizabat batismo Ioannis, quem solum nouerat forte sic baptizatus etiam ipse.

26. *Fiducialiter*, i. audacter, seu intrepide.

27. *Exhortati*, Syr. præuenientes, eum, sc. litteris commendatitiis.

CAPVT XIX.

1. SI pro, num.

3. *In quo*, pro, quo baptismate.

5. *Nomine*, i. fide, virtute, & inuocatione.

6. *Prophetabant*, i. Deum laudabant seu de diuinis mysteriis loquebantur. vide sup. cap. 10.

8. *Suadens*, persuadens, seu prædicans.

9. *Viam Domini*, i. Christianam Religionem.

Tyranni, &c. Syr. cuiusdam nomine Tyranni. Apparet hunc locum dedisse, vbi Paulus scholam faceret ad docendum.

10. *Omnes*, i. quam plurimi.

11. *Non quaslibet*, id est, non vulgares, Syr. maximas.

A corpore, i. quæ gestabat *Semicinctia*, i. zonæ, seu, cinguli partes. Quidam putant esse sudaria, vt sit explicatio: est n. Græ. σουδάρια ἢ σιμικίνθια.

13. *Adiuro*, q.d. cogo, seu iubeo, in Christi nomine, seu virtute.

16. *Amborum*, Græc. & Syr. eorum.

18. *Confitentes*, &c. Sy. renunciantes offensas suas, & confitentes quod fecerant.

19. *Curiosa*, Syr. magica. *Millium*, s. quinque millium aureorum.

20. *Confirmabatur*. Græc. fortificabatur.

21. *In spiritu*, i. ductu Spiritus sancti, Syr. in mente sua.

23. *Minima*. Gr. parua. *Via Domini*, sc. doctrina Euangelica.

24. *Ædes*, i. templa, seu thecas statuarum, effigie templi.

25. *Acquisitio*, i. lucrum.

26. *Ephesi*, s. hominibus.

27. *Pars*, i. negotium s. nostræ artis.

In redargutionem, i. reprobationem, q.d. vt contemnatur.

32. *Ecclesia*, i. cœtus ille hominum.

33. *Detraxerunt*, forte ne occideretur.

35. *Scriba*, forte ipse Alexander, Syr. Princeps Ciuitatis.

36. *Non possit*, s. vulgo, vel q.d. cum nemo contradicat.

38. *Forenses*, s. de rebus ad forum, seu iudicium pertinentibus. fiebant autem apud Proconsules.

Proconsules, &c. Syr. Proconsul in vrbe est.

39. *Ecclesia*, i. concione, seu congregatione. Quidam referunt ad conuentus Iudæorum solemnes. vbi causæ determinabantur.

Absolui, i. definiri.

40. *Obnoxius*, i. in culpa, seu auctor.

Ecclesiam, i. cœtum.

CAPVT XX.

1. EXhortatus eos, valedixit, Græc. complexu, & osculo salutans, Syr. consolatus & osculatus eos.

2. *Exhortatus*, Syr. consolatus.

Græciam. s. Achiam.

3. *Fecisset*, i. egisset.

Habuit Consilium, i. statuit.

4. *Pyrrhi*, s. filius.

5. *Sustinuerunt*, i. expectauerunt.

7. *Vna Sabbati*, i. prima hebdomadæ die, seu post sabbatum, s. Dominica *Panem*, Syr. Eucharistiam. vide sup cap. 2.

Disputabat, i. disserebat. *In crastinum*, id est, postridie.

8. *Cœnaculo*, s. parte domus superiore.

9. *Mergeretur*, i. grauaretur. seu deorsum traheretur. καταφερόμενος, *Ductus*, i. depressus. seu deorsum tractus κατενεχθεὶς, *Tertio cœnaculo*, i. contignatione tertia, τριστέγου.

11. *Non minime*, οὐ μετρίως. i. non mediocriter.

13. *Facturus*, s. vsque ad Asson, Græc. indicatur pedibus iter fecisse.

15. *Alia*, i. sequenti.

16. *Transnauigare*, i. præteruehi.

17. *Maiores natu*, Græc. Presbyteros.

21. *Testificans*, pro, prædicans.

22. *Alligatus*, pro, velut alligatus, q.d. impellente, spiritu.

24. *Vereor*, i. timeo. Græc curo,

Nec facio, &c. Græc. non habeo animam, i. vitam, mihi pretiosam, i. charam. Syr. pro nihilo mihi habetur anima mea.

Testificari, i. prædicare.

26. *Contestor vos*, Græc. & Syr Testor vobis.

Mundus, &c q d. nulli me fuisse peccandi causam.

28. *Episcopos*, etiam presbyteri Episcopi vocabantur interdum. *Regere*, Græc. pascere, ποιμαίνειν.

Acquisiuit, s. Deus.

29. *Rapaces*, Græc. graues, s. molesti, seu feri.

In, i. contra.

31. *Monens*, pro, monere.

32. *Verbo gratia ipsius*, i prædicationi, quam audistis de Dei gratia.

Ædificare, Syr ædificare vos.

Dare, Græc. dare vobis. *In*. pro, cum. *Sanctificatis*, i. iustis, seu sanctis.

35. *Omnia*, pro, per omnia, Syr. in omnibus.

Suscipere, s. ædificare, nihil ab eis accipiendo, qui forte alioqui scandalizarentur. *Dare*, s. ex charitate.

Accipere, s. ex inopia,

CAPVT

CAPVT XXI.

1. *Pataram*, Hæc patria S.Nicolai.
4. *Dicebant*, forte præuidentes quæ illic esset passurus.
6. *Valefecissemus*, Syr. deosculati essemus. vide cap.20.sup.vbi idem verbum Græc.
8. *Alia*, i.sequenti. *Cæsaream*, vide sup.c.10.
Septem, s.Diaconis.
10. *Aliquot*, Græ.plures.
11. *Sibi*, s.Agabo.
13. *Nomen Domini*, i.Dominum.
14. *Suadere*, pro, persuadere.
15. *Praparati*, s.sublatis sarcinulis.
20. *Magnificabant*, Græc.glorificabant.
Æmulatores, Græ Zelatores, s. studiosi sectatores.
21. *Discessionem*, Græ.ἀποστασίαν, i.defectionem.
Consuetudinem, i.pristinum morem.
Ingredi, i.viuere, seu agere.
22. *Est*, s quod à te volumus.
23. *Votum*, s.Nazaræatus.
24. *Sanctifica*, i. purifica. *Impende in illis*, i.fac sumptus pro illis necessarios, vel simul cum illis.
Falsa sunt, Græ.nihil sunt, q.d.timere te culpam.
Ambulas, i.viuis, seu conuersaris.
Legem, Not.quod licitum fuit primis illis temporibus legalia seruare, non autem necessarium, in quo Galatæ seducti errabant. Vide ibi.
25. *De his*, &c.reducunt Paulo in mentem, quæ per illum Antiochenis scripserant.
26. *Annuncians*, s.sacerdotibus. *Donec*, sub.illic persistens.
Offerretur, i oblata esset.
27. *Septem*, s.ab aduentu eius, seu ritus purificationis illius.
28. *Homo*, ὁ ἄνθρωπος, i. homo ille.
31. *Confunditur*, i.turbatur.
34. *Castra*, i.locum militum.
36. *Tolle*, s.de vita.
37. *Si*, pro, nunquid.
38. *Sicariorum*, i. gladios ad cædem gestantium, sica n.gladius, à secando, Syr.sceleratorum.
39. *Ignota*, i. ignobilis. *Municeps*, Græ. πολίτης i. ciuis.

CAPVT XXII.

3. *Veritatem*, Græc. ἀκρίβειαν, i. exactam rationem, Syr. perfecte. *Æmulator*, i.zelator, seu studiosus.
4. *Viam*, s.Christianam Religionem.
5. *Maiores natu*, i. seniores, Græc. πρεσβυτέριον, i. ordo seniorum,
6. *Media die*, Græ.circa meridiem.
9. *Non audierunt*, vide c.9.
12. *Vir*, additur Græ.pius, seu religiosus.
13. *Respice*, Græc. ἀνάβλεψον, i.recipe visum.
14. *Iustum*, Græc.τὸν δίκαιον, i.iustum illum, sc. Christum.
16. *Nomine ipsius*, i.ipso.
17. *Superiore mentis*, Græ.ἐκστάσει.
19. *Cædens*, i.verberans.
20. *Vestimenta*, i pallia.
21. *In nationes*, i.ad gentes.
22. *Fas*, Græ.decens.
24. *Torqueri*, Græc.examinari, s.per flagella.
25. *Indemnatum*, id est, non condemnatum per sententiam.
26. *Acturus es*? pro, agere vis?
27. Si, pro, num.
28. *Summa*, s.pecuniæ. *Natus*, s.ciuis.
29. *Torturi*, s.flagellis.
30. *Sacerdotes*, Græ.sacerdotum principes.

CAPVT. XXII.

1. *Omni*, &c. i. quantum mihi conscius sum, bene.
Ante Deum, i.Deo seruiens.
3. *Percutiet*, i.dignus es quem percutiat, vel prophetia est. *Iudicans*, pro, vt iudices.
5. *Nesciebam*, sc. non agnoscebat pro Pontifice, cessauerat enim illud sacerdotium.
6. *De spe*, i.ob spem, s quam prædico.
Iudicor, in ius vocor.
9. *Pugnabant*, i.contendebant.
Inuenimus, præsens est. *Spiritus*, s.Dei.
11. *Constans esto*, Græc.confide.
12. *Collegerunt se*, i. conuenerunt. *Deuouerunt*, i. cum execrationibus iurarunt seu promiserunt.
14 *Deuotione*, &c. Græc.anathemate anathematizauimus nos.
15. *Cum concilio*, Syr.& primores synagogæ.
20. *Iudæis*, pro, inter Iudæos. *Conuenit*, sc.conspirarunt.
21. *Quoniam*, pro quod.
23. *Et equites*, pro, i equites.
25. *Pecuniam*, s occidi permisisset. *Optimo*, Græ. κρατίστῳ. i. potentissimo, seu præstantissimo. vide.inf. c.27.& Luc.i. Syr.victorioso. *Salutem*, Syr pacem.
27. *Incipientem*, &c. i.cum prope esset vt interficeretur.

CAPVT XXIV.

1. *Citato*, i.vocato.
Suscipimus, id est, approbamus, seu recipimus.
Optime, Sy.victoriose.vide sup.
4. *Clementia*, i.humilitate.
5. *Nazarenorum*, i.Christianorum.
6. *Violare*, i.profanare.
8. *Iudicans*, pro, exquirens.
12. *Concursum*, &c. q.d. seditionem, seu tumultum.
14. *Sectam*, Græc. ὁδὸν, i.viam. scil. vitæ institutum.
Dicunt, s.vulgo Græ. *Sic*, s.vt sequitur.
Patri & Deo, Græ.patrio Deo, Syr. Deo patrum meorum.
16. *In hoc*. Syr. propterea. *Ad*, pro, coram.
18. *In quibus*, s.rebus occupatum.
19. *Iudæi*, Syr.Iudæi tumultuati sunt.
20. *Ipsi*, s.qui adsunt.
21. *Nisi*, s.me accusare volunt.
22. *Via*, s.cuiusmodi esset.
23. *Requiem*, i.relaxationem, s.mitius tractari.
24. *Drusilla*, vide sup c.12.
25. *Disputante*, i. disserente. *Castitate*, Græ.temperantia, Syr.sanctimonia. *Quod nunc attinet*, q.d interim.
27. *Biennio*, s.officij sui, vel carceris Pauli.

CAPVT XXV.

1. *Prouinciam*, s.Iudæam.
3. *Gratiam*, i.fauorem.
4. *Maturius*, i.celeriter, seu breui, ἐν τάχει.
5. *Potentes*, Vulgo, Valenti huomini.
6. *Altera*, i.sequenti. sic inf.
11. *Qua hi*, pro, de quibus hi.
12. *Consilio*, Syr. consiliariis suis.
13. *Bernice*, s.eius soror. *Ad salutandum Festum*, Syr.

13. *Persuadet*, pro, suadet.

14. *Aperire os*, i. loqui *Recte*, i. merito. *Sustinerem*, i. ferrem, s. contendentes.

15. *Verbo*, pro, verbis. *Nominibus*, i. quæstionibus, seu interpretationibus.

16. *Minauit*, i. abegit.

17. *Omnes*, scil vel ministri Gallionis, vel turba Gentilium, Syr. Omnes Ethnici. Not. hunc Sosthenem referri inter sanctos, in Calendario Romano 28. Nouemb. vide an iste idem sit, qui supra Crispus dictus & Archisynagogus.

18. *Sustinuisset*, i. expectasset. *Qui*, s. Aquila, vel Paulus. Quidam enim votum Pauli dicunt, alii, Aquilæ fuisse. *Totonderat*, s. finito tempore Nazaræatus.

Cenchris, Portus est Corinthi.

22. *Cæsaream*, Capadociæ secundum quosdam. Ego aliam putarim Epheso propinquiorem, vel potius Palæstinæ, vnde ascendit in Ecclesiam, s. Ierosolymæ.

Antiochiam, s. Pisidiæ, seu potius Syriæ, quo venit ex Ierusalem, deinde in Galatiam.

24. *Potens*, i. valde doctus, seu versatus, adeoque qui ex iis Iudæos posset conuincere non credentes.

25. *Sciens*, &c. q. d. baptizabat batismo Ioannis, quem solum nouerat forte sic baptizatus etiam ipse.

26. *Fiducialiter*, i. audacter, seu intrepide.

27. *Exhortati*, Syr. præuenientes, eum, sc. litteris commendatitiis.

CAPVT XIX.

2. SI pro, num.

3. *In quo*, pro, quo baptismate.

3. *Nomine*, i. fide, virtute, & inuocatione.

6. *Prophetabant*, i. Deum laudabant seu de diuinis mysteriis loquebantur. vide sup. cap. 10.

8. *Suadens*, persuadens, seu prædicans.

9. *Viam Domini*, i. Christianam Religionem.

Tyranni, &c. Syr. cuiusdam nomine Tyranni. Apparet hunc locum dedisse, vbi Paulus scholam faceret ad docendum.

10. *Omnes*, i. quam plurimi.

11. *Non quaslibet*, id est, non vulgares, Syr. maximas.

A corpore, i. quæ gestabat *Semicinctia*, i. zonæ, seu, cinguli partes. Quidam putant esse sudaria, vt sit explicatio: est n. Græ. σουδάρια ἢ σιμικίνθια.

13. *Adiuro*, q. d. cogo, seu iubeo, in Christi nomine, seu virtute.

16. *Amborum*, Græc. & Syr. eorum.

18. *Confitentes*, &c. Sy. renunciantes offensas suas, & confitentes quod fecerant.

19. *Curiosa*, Syr. magica. *Millium*, s. quinque millium aureorum.

20. *Confirmabatur*. Græc. fortificabatur.

21. *In spiritu*, i. ductu Spiritus sancti, Syr. in mente sua.

23. *Minima*. Gr. parua. *Via Domini*, sc. doctrina Euangelica.

24. *Ædes*, i. templa, seu thecas statuarum, effigie templi.

25. *Acquisitio*, i. lucrum.

26. *Ephesi*, s. hominibus.

27. *Pars*, i. negotium s. nostræ artis.

In redargutionem, i. reprobationem, q. d. vt contemnatur.

32. *Ecclesia*, i. cœtus ille hominum.

33. *Detraxerunt*, forte ne occideretur.

35. *Scriba*, forte ipse Alexander, Syr. Princeps Ciuitatis.

36. *Non possit*, s. vulgo, vel q. d. cum nemo contradicat.

38. *Forenses*, s. de rebus ad forum, seu iudicium pertinentibus. fiebant autem apud Proconsules.

Proconsules, &c. Syr. Proconsul in vrbe est.

39. *Ecclesia*, i. concione, seu congregatione. Quidam referunt ad conuentus Iudæorum solemnes. vbi causæ determinabantur.

Absolui, i. definiri.

40. *Obnoxius*, i. in culpa, seu auctor.

Ecclesiam, i. cœtum.

CAPVT XX.

1. EXhortatus eos, valedixit, Græc. complexu, & osculo salutans, Syr. consolatus & osculatus eos.

2. *Exhortatus*, Syr. consolatus.

Graciam. s. Achiam.

3. *Fecisset*, i. egisset.

Habuit Consilium, i. statuit.

4. *Pyrrhi*, s. filius.

5. *Sustinuerunt*, i. expectauerunt.

7. *Vna Sabbati*, i. prima hebdomadæ die, seu post sabbatum, s. Dominica *Panem*, Syr. Eucharistiam. vide sup cap. 2.

Disputabat, i. disserebat. *In crastinum*, id est, postridie.

8. *Cœnaculo*, s. parte domus superiore.

9. *Mergeretur*, i. grauaretur, seu deorsum traheretur. καταφερόμενος, *Ductus*, i. depressus. seu deorsum tractus κατενεχθεὶς, *Tertio cœnaculo*, i. contignatione tertia, τριστέγου.

11. *Non ominime*, οὐ μετρίως. i. non mediocriter.

13. *Facturus*, s. vsque ad Asson, Græc. indicatur pedibus iter fecisse.

15. *Alia*, i. sequenti.

16. *Transnauigare*, i. præteruehi.

17. *Maiores natu*, Græc. Presbyteros.

21. *Testificans*, pro, prædicans.

22. *Alligatus*, pro, velut alligatus, q. d. impellente, spiritu.

24. *Vereor*, i. timeo. Græc curo,

Nec facio, &c. Græc. non habeo animam, i. vitam, mihi pretiosam, i. charam. Syr. pro nihilo mihi habetur anima mea.

Testificari, i prædicare.

26. *Contestor vos*, Græc. & Syr Testor vobis.

Mundus, &c q d. nulli me fuisse peccandi causam.

28. *Episcopos*, etiam presbyteri Episcopi vocabantur iuterdum. *Regere*, Græc. pascere, ποιμαίνειν.

Acquisiuit, s. Deus.

29. *Rapaces*, Græc. graues, s molesti, seu feri.

In, i. contra.

31. *Monens*, pro, monere.

32. *Verbo gratia ipsius*, i prædicationi, quam audistis de Dei gratia.

Ædificare, Syr ædificare vos.

Dare, Græc. dare vobis. *In*. pro, cum. *Sanctificatis*, i. iustis, seu sanctis.

35. *Omnia*, pro, per omnia, Syr. in omnibus.

Suscipere, s. ædificare, nihil ab eis accipiendo, qui forte alioqui scandalizarentur. *Dare*, s. ex charitate.

Accipere, s. ex inopia,

CAPVT

CAPVT XXI.

1. *Pataram*, Hæc patria S.Nicolai.
4. *Dicebant*, forte præuidentes quæ illic esset passurus.
6. *Valefecissemus*, Syr. deosculati essemus. vide cap. 10. sup. vbi idem verbum Græc.
8. *Alia*, i. sequenti. *Cæsaream*, vide sup. c. 10.
Septem, s. Diaconis.
10. *Aliquot*, Græ. plures.
11. *Sibi*, s. Agabo.
13. *Nomen Domini*, i. Dominum.
14. *Suadere*, pro, persuadere.
15. *Præparati*, s. sublatis sarcinulis.
20. *Magnificabant*, Græc. glorificabant.
Æmulatores, Græ Zelatores, s. studiosi sectatores.
21. *Discessionem*, Græ. ἀποστασίαν, i. defectionem.
Consuetudinem, i. pristinum morem.
Ingredi, i. viuere, seu agere.
22. *Est*, s quod à te volumus.
23. *Votum*, s. Nazaræatus.
24. *Sanctifica*, i. purifica. *Impende in illis*, i. fac sumptus pro illis necessarios, vel simul cum illis.
Falsa sunt, Græ. nihil sunt, q. d. timere te culpam.
Ambulas, i. viuis, seu conuersaris.
Legem, Not. quod licitum fuit primis illis temporibus legalia seruare, non autem necessarium, in quo Galatæ seducti errabant. Vide ibi.
25. *De his*, &c. reducunt Paulo in mentem, quæ per illum Antiochenis scripserant.
26. *Annuncians*, s. sacerdotibus. *Donec*, sub. illic persistens.
Offerretur, i oblata esset.
27. *Septem*, s. ab aduentu eius, seu ritus purificationis illius.
28. *Homo*, ὁ ἄνθρωπος, i. homo ille.
31. *Confunditur*, i. turbatur.
34. *Castra*, i. locum militum.
36. *Tolle*, s. de vita.
37. *Si*, pro, nunquid.
38. *Sicariorum*, i. gladios ad cædem gestantium, sica n. gladius, à secando, Syr. sceleratorum.
39. *Ignota*, i. ignobilis. *Municeps*, Græ. πολίτης i. ciuis.

CAPVT XXII.

3. *Veritatem*, Græc. ἀκρίβειαν, i. exactam rationem, Syr. perfecte. *Æmulator*, i. zelator, seu studiosus.
4. *Viam*, s. Christianam Religionem.
5. *Maiores natu*, i. seniores, Græc. πρεσβυτέριον, i. ordo seniorum,
6. *Media die*, Græ. circa meridiem.
9. *Non audierunt*, vide c. 9.
12. *Vir*, additur Græ. pius, seu religiosus.
13. *Respice*, Græc. ἀνάβλεψον, i. recipe visum.
14. *Iustum*, Græc. τὸν δίκαιον, i. iustum illum, sc. Christum.
16. *Nomine ipsius*, i. ipso.
17. *Superiore mentis*, Græ. ἐκστάσει.
19. *Cadens*, i. verberans.
20. *Vestimenta*, i pallia.
21. *In nationes*, i. ad gentes.
22. *Fas*, Græ. decens.
24. *Torqueri*, Græc. examinari, s. per flagella.
25. *Indemnatum*, id est, non condemnatum per sententiam.
26. *Acturus es?* pro, agere vis?
27. Si, pro, num.
28. *Summa*, s. pecuniæ. *Natus*, s. ciuis.
29. *Torturi*, s. flagellis.
30. *Sacerdotes*, Græ. sacerdotum principes.

CAPVT. XXII.

1. *Omni*, &c. i. quantum mihi conscius sum, bene.
Ante Deum, i. Deo seruiens.
3. *Percutiet*, i. dignus es quem percutiat, vel prophetia est. *Iudicans*, pro, vt iudices.
5. *Nesciebam*, sc. non agnoscebat pro Pontifice, cessauerat enim illud sacerdotium.
6. *De spe*, i. ob spem, s quam prædico.
Iudicor, in ius vocor.
9. *Pugnabant*, i. contendebant.
Inuenimus, præsens est. *Spiritus*, s. Dei.
11. *Constans esto*, Græc. confide.
12. *Collegerunt se*, i. conuenerunt. *Deuouerunt*, i. cum execrationibus iurarunt seu promiserunt.
14 *Deuotione*, &c. Græc. anathemate anathematizauimus nos.
15. *Cum concilio*, Syr. & primores synagogæ.
20. *Iudæis*, pro, inter Iudæos. *Conuenit*, sc. conspirarunt.
21. *Quoniam*, pro quod.
23. *Et equites*, pro, i equites.
25. *Pecuniam*, s occidi permisisset. *Optimo*, Græ. κρατίστῳ. i. potentissimo, seu præstantissimo. vide inf. c. 27. & Luc. i. Syr. victorioso. *Salutem*, Syr pacem.
27. *Incipientem*, &c. i. cum prope esset vt interficeretur.

CAPVT XXIV.

1. *Citato*, i. vocato.
Suscipimus, id est, approbamus, seu recipimus.
Optime, Sy. victoriose. vide sup.
4. *Clementia*, i. humilitate.
5. *Nazarenorum*, i. Christianorum.
6. *Violare*, i. profanare.
8. *Iudicans*, pro, exquirens.
12. *Concursum*, &c. q. d. seditionem, seu tumultum.
14. *Sectam*, Græc. ὁδὸν, i. viam. scil. vitæ institutum.
Dicunt, s. vulgo Græ. *Sic*, s. vt sequitur.
Patri & Deo, Græ. patrio Deo, Syr. Deo patrum meorum.
16. *In hoc*. Syr. propterea. *Ad*, pro, coram.
18. *In quibus*, s. rebus occupatum.
19. *Iudæi*, Syr. Iudæi tumultuati sunt.
20. *Ipsi*, s. qui adsunt.
21. *Nisi*, s. me accusare volunt.
22. *Via*, s. cuiusmodi esset.
23. *Requiem*. i. relaxationem, s. mitius tractari.
24. *Drusilla*, vide sup c. 12.
25. *Disputante*, i. disserente. *Castitate*, Græ. temperantia, Syr. sanctimonia. *Quod nunc attinet*, q. d interim.
27. *Biennio*, s. officij sui, vel carceris Pauli.

CAPVT XXV.

1. *Prouinciam*, s. Iudæam.
3. *Gratiam*, i. fauorem.
4. *Maturius*, i. celeriter, seu breui, ἐν τάχει.
5. *Potentes*, Vulgo, Valenti huomini.
6. *Altera*, i. sequenti. sic inf.
11. *Quæ hi*, pro, de quibus hi.
12. *Consilio*, Syr. consiliariis suis.
13. *Bernice*, s. eius soror. *Ad salutandum Festum*,

Syr.ad postulandam pacem Festi,sc. sic appellatur, Hebr.& Syr.salutatio.

16. *Donare*,sc.interficiendum.

18. *Causam*.i.crimen,Syr.culpam flagitiosam. *Malum* non est Græc.

19. *Superstitione*, sic vocat Iudæorum Religionem.

20. *Hæsitans*,&c, q. d. cum non satis intelligerem earum quæstionum momenta.

22. *Volebam*.pro,vellem.

23. *Ambitione*,i.apparatu,seu ostentatione,Græ. φαντασίας.

24. *Interpellauit*,i.conuenit.

25. *Hoc*,pro,eo,quanquam si non legatur(abundat enim)facilior est lectio.

26. *Interrogatione*,i.examinatione.

27. *Sine ratione*, q. d. stultum, seu irrationabile, ἄλογον, Græ.*Causas*,i.crimina.

CAPVT XXVI.

2. Æ*Stimo*.i.arbitror.

5. *Certissimam*,Syr.præcipuam. *Nostra*,i.Iudaicæ.

6. *In spe*,i.ob spem,vel spe fretus.*Repromissionis*, pro,promissionis,s.de resurrectione.

7. *Quam*,Syr.quam spem,i.rem speratam.

8. *Quid*,i.cur.*Vos*, Videtur id dixisse ad Proconsulem,& gentiles conuersus.*Si*,pro quod.

10. *Et multos*,pro,nam multos *Sententiam*,Græ. & Syr.suffragium.

11. *Blasphemare*,Syr.blasphemare nomen Iesu. *Amplius*,i.vehementer.

12. *Quibus*, sc. rebus versans. *Permissu*, Græ.& Syr.procuratione.

13. *Supra*,pro,superans.

16. *Apparebo tibi*,i.apparens te docebo.

17. *Populo*,s.Iudæorum.

18. *Sortem*,i.hæreditatem.

19. *Incredulus*.Syr.repugnans.

23. *Si*,pro,quod.*Passibilis*, pro,passioni destinatus.

25. *Optime*,vide sup.c.24.

26. *Constanter*,i. confidenter.

28. *In modico*,q.d.paucis verbis.

29. *Opto*,Græc.optarim.*In modico & magno*,Græ in paruo & in multo, q. d. omnino,seu per omnem modum. *Exceptis*,&c.q. d. loquor de animo,non de corporis seruitute.

CAPVT XXVII.

1. I*Vdicatum*,i.decretum. *Eum*.Græ.nos. *Custodiis*,i.vinctus.sic inf.

2. *Adrumetinam*,Syr.ex ciuitate Adrimanto. *Incipientes nauigare*,Græ.nauigaturi.*Circa*,&c.s. ad ea loca nauis proficiscebatur.*Sustulimus*, i. soluimus portu.sic inf.*Perseuerante*,s.in comitatu.

5. *Lystram*,Græ.& Syr.Myram.

7. *Gnidum*, Vrbs est Cariæ in Asia,Syr. Caindum nsulam *Salmonem*,Syr.Salmonem vrbem.

8. *Boni*,i.pulchri.*Thalassa*,Græ.& Syr Lasæa.

9. *Ieiunium*, Syr. ieiunium Iudæorum,q.d. Autumnus, eo enim tempore ieiunabant. *Consolabatur*,Græ exhortabatur,Syr.consilium dabat,s.de non nauigando.*Iniuria*,i.detrimento.

11. *Nauclero*,Syr.domino nauis.

12. *Statuerunt consilium*,i.decreuerunt. *Portum*.Appositio,q d qui erat portus. *Africum*,&c.Ventorum sunt nomina.

13. *Legebant*,i.præternauigabant.

14. *Ipsam*,s. Cretam. *Euro Aquilo*, est inter Eurum & Aquilonem,vnde ei nomen.

16. *Obtinere*,Syr.prehendere.

17. *Sublata*,s. in nauim, *Adiutoriis*, i. remediis, quibus poterant.*Accingentes*,s.funibus,ne vi tempestatis dissolueretur. *Syrtim*, i. scopulos, vel loca arenosa.

Vase,quidam scapham putant,Syr.Antenna.

18. *Iactum*,s.rerum in mare.

19. *Armamenta*,i.instrumenta.

21. *Ieiunatio*,s.diu cibo abstinuerant. *Iniuriam*,i.damnum,

22. *Et nunc*,pro,sed nunc.

27. *Quartadecima*, sc. tempestatis. *Adria* Syr. Adriatico mari.

28. *Bolidem*,i.pondus funiculo alligatum, quo exploratur maris altitudo.

31. *Non potestis*,.At promiserat Deus neminem periturum,s.nisi temere periculo se obiicerent.

33. *Nihil*,s.fere.

34. *Salute*,i.incolumitate. *Quia nullius*, &c.q.d. nihil enim detrimenti patiemini,Heb.

36. *Animequiores*,i.bono animo.

40. *Sustulissent*.Syr.abscidissent *Gubernaculorum*, pro gubernaculi.*Artemone*,Syr.paruo velo.

41. *Dithalassum*,i.bimarem,s.Isthmon.

44. *De naui*,s.res aptas ad ferendum iactatos in mare,Syr.ligna nauis.

CAPVT XXVIII.

1. M*Elites*,vulgo Malta.

2. *Pyra*,i.lignorum strue.

4. *Vltio*,i.criminis punitio,Syr.iustitia.

6. *Conuertentes se*,i.mutata sententia.

7. *Exhibuit*,i. tractauit humaniter hospitio excepto.

8. *Saluauit*,i.sanum reddidit.

11 *Castorum*,s. Castoris & Pollucis. Græc.Dioscurorum,s.dicebantur Dioscuri,i.Iouis filij.

16. *Sibimet*,Syr.vbicunque vellet.

18. *Interrogationem*,i.examinationem.

20. *Israel*,i.quam habet Israel,sc.Messiæ, vel resurrectionis.

22. *Hac*,s.Christianorum.

23. *Exponebat*,s.scripturas,vel regnum Dei.

26. *Perspicietis*,i.cernetis.

27. *Incrassatum*,Syr.obtenebratum.

28. *Hoc salutare*,Syr hæc redemptio.

29. *Quæstionem*.i. disceptationem.

30. *Conducto*,i.domo conducta.

AD ROMANOS PAVLI EPISTOLA.

Ostendit nec Legis, nec Naturæ vim sufficere, sine Christi gratia ad salutem.

CAPVT I.

1. VOCATVS *Apostolus*, i. vocatione Dei Apostolus, seu ad Apostolatum vocatus. *Segregatus*, sc. per Dei electionem. *Euangelium*, sc. prædicandum.

3. *De filio*, coniunge cum, *Euangelium*.

Factus, Syr. natus. *Ei*, non est Græc. nec in Complut. *Secundum carnem*, i. homo, vel, secundum quod homo.

4. *Prædestinatus*, Græc. definitus, sc. prædestinatione, Syr. agnitus. *Filius Dei*, sc. ab æterno prædestinatum, vt Filius Dei esset homo, adeoque vt ille homo esset Dei filius etsi enim Christi persona Dei Filius semper fuit, sed non semper homo simul Deique Filius.

In virtute, i. cum potentia. *Secundum*, &c. i. qua potest sanctificare. *Ex resurrectione*, &c. q.d. quem Spiritum misit postquam resurrexit à mortuis.

Christi, &c. pro, Christo Domino, &c. vt iungatur cum, *Filio suo*, & sic legitur Syr.

5. *Ad obediendum*, i. vt obediatur. *Pro nomine*, i. vice, iungendum cum, *Apostolatum*, iuxta illud: pro Christo legatione fungimur.

6. *In quibus*, sc. gentibus. *Vocati*, i. vocatione. *Christi*, sc. serui, seu discipuli.

7. *Vocatis sanctis*, i. vocatione sanctis, seu ad sanctitatem vocatis. *Pax*, sc. detur, seu multiplicetur, vt dicitur 1. Pet. 1.

8. *Per* IESVM *Christum*, sc. ad id impulsus, vel q.d. in negotio Christi. *Annunciatur*, i. diuulgatur.

Vniuerso, Hyperbole. sic solemus cum volumus significare maximam orbis partem.

9. *In spiritu*, &c. q.d. toto animo. *Euangelio*, sc. annunciando.

10. *Si quo modo*, pro, *vt in voluntate Dei*, i. Deo volente.

11. *Gratiæ*, i. doni.

12. *Id est*, dicendum erat, itemque, sed sic maluit dicere, modestiæ causa, ne quod dixerat, arrogantiæ tribueretur. *In vobis*, i. vobiscum.

13. *Ad vos*, iunge cum, vt aliquem, &c. *Prohibitus*, sc. à Deo, vel q.d. occupationibus impeditus.

14. *Græcis*, &c. iunge cum superioribus.

Sapientibus, &c. i. doctis & indoctis. *Debitor*, pro, omnibus enim debitor. *Sum*, Syr. sum ad prædicandum.

15. *Ita*, Complut. itaque. *Quod in me*, in quantum in me est. *Promptum est*, pro, promptus sum.

16. *Primum*, sc. Iudæis primum prædicatum. *Græco*, i. gentili.

17. *Iustitia*, s. qua iustificat. *Reuelatur*, i. declaratur.

Ex fide in fidem, s. progredientes nempe in dies, in maiorem. sic dicitur 2. Cor. 3. A claritate in claritatem, sc. progressus fit à fide informi ad formatam per charitatem, & ab hac cum est imperfecta ad perfectam, à qua deinde ad perfectiorem, vel q.d. per fidem qua creditur. sic dicitur cap. 6. Iniquitati seruire ad iniquitatem, i. qua inique agitur. clarius sic diceretur, ex fide credendo, seu faciente credere, sicut etiam iniquitati ad iniquitatem, i. inique agendo, seu facienti inique agere. vide cap. 4 in spem, pro, sperando, & cap. 8. in timorem, id est, timere facientem.

18. *Reuelatur*, s. per Euangelium. *Super*, i. contra. *Veritatem*, i. notitiam veram. *Detinent*, s. iniuste viuendo.

19. *Notum*, i. cognoscibile. *In illis*, pro, apud illos.

20. *Inuisibilia*, Syr. recondita. *Creatura*, i. rebus creatis, sc. per res creatas, vt statim explicatur. *Virtus*, i. potentia.

21. *Euanuerunt*, i. facti sunt vani. *Cogitationibus*, i. ratiocinationibus.

22. *Dicentes*, i. putantes, seu profitentes.

23. *Et*, pro, nam, Hebr. *Incorruptibilis*, i. immutabilis.

Similitudinem imaginis, i. simulacrum repræsentans. *Serpentium*, Græc. reptilium.

24. *Contumeliis*, i. dedecore, seu turpitudine. *In semetipsis*, i. inter se, vel suis vitiis, vide inf.

25. *Veritatem Dei*, i. verum Deum. *Mendacium*, i. idola, quæ Deum mentiuntur. *Amen*, i. certe Confirmatio est postremo dicti.

26. *Passiones ignominiæ*, i. cupiditates ignominiosas.

Contra naturam, s. mistæ inter se.

28. *Probauerunt*, i. curarunt. *Habere in notitia*, i. videre quid ei placeret, aut displiceret. *Tradidit*, i. permisit tradi. *Reprobum sensum*, i. improbandam mentem. *Non conueniunt*, i. pessima.

29. *Iniquitate*, Græc. iniustitia. *Malitia*, i. versutia.

30. *Deo odibiles*, alij vertunt, Dei osores, sc. in Deum impij.

31. *Incompositos*, i. immodestos. *Affectione*, i. charitate.

Absque fœdere, i. fœderis violatores.

32. *Non intellexerunt*, quod tamen poterant si vellent. Græc. hîc aliquanto aliter, sed mihi nostra lectio magis placet, estque in quibusdam Græcis codicibus.

CAPVT II.

1. PRopter quod, s. quia Dei iustitiam cognouisti. *Iudicas*, i. condemnas proximum.

2. *Scimus enim*, q.d. est enim manifestum.

4. *Diuitias*, i. copiam maximam, seu abundantiam. *Bonitatis*, Syr. dulcedinis. *Patientiæ*, &c. i. patientiæ diutissime ferentis, & expectantis. *Adducit*, i. inuitat.

5. *Thesaurizas*, i. accumulas. *Iram*, i. supplicium. *Die*, pro, diem. *Iræ*, i. punitionis. *Reuelationis*, i. manifestationis.

7. *Patientiam*, i. perseuerantiam. *Gloriam*, s. cœlestem.

Incorruptionem, i. immortalem vitam.

8. *Ex contentione*, i. contentiosi. *Acquiescunt*, i. obtemperant. *Credunt*, i. obediunt. *Ira*, i. supplicium. *Indignatio*, pro, ex indignatione, s. Dei. sub. obueniet.

9. *Primum*, s. primum is agnouit veritatem. Quidam pariter, vertunt, q.d. tam Iudæo quam Gentili.

12. *Lege*, sc. scripta. *In lege*, i. lege scripta vtentes. *Iudicabuntur*, i. damnabuntur.

13. *Iustificabuntur*, i. iusti habebuntur, sc. apud Deum.

14. *Legem*, sc. scriptam *Naturaliter*, i. lumine & vi naturæ.

Ea, s. aliqua. *Eiusmodi*, s. scripturam, vt Iudæi, seu pro, ipsi; nam Græ. hi.

15. *Opus* s. dictamen. *Cogitationem*, &c. genitiui, pro ablatiuis, nisi malis regi à conscientia, *Defendentium*, i. excusantium.

16. *In die*, Iunge cum, iustificabantur, & superioribus.

Per, IESVM, &c. Iunge cum, iudicabit.

17. *Si autem*, Græ ecce, *In Deo*, i. Dei cognitione.

18. *Probas*, i. approbas.

20. *Infantium*, Græ. νηπίων, i. paruulorum, seu imperitorum. *Formam*, i. rationem seu perfectionem.

22. *Facis*, s. iniurius in res sacras.

24. *Per*, pro, propter. *Blasphematur*, i. male audit, s. dum putatur Deus probare peccata vestra, dum non punit.

25. *Circumcisio*, id est, Iudaismus. *Præuaricator*, i. transgressor. *Præputium*, &c. q. d. gentilias reputabitur.

26. *Præputium*, i. gentilis. *Circumcisionem*, &c. q. d. habebitur apud Deum tanquam verus Iudæus.

27. *Consummans*, i. obseruans. *Per*, pro, habens.

28. *Est*, s. apud Deum.

29. *In spiritu*, &c. i. secundum spiritualem, & non litteralem intelligentiam. *Ex Deo est*, pro, expectatur, seu quæritur.

CAPVT III.

1. *Amplius*, q. d. in quo excellit?

2. *Per omnem modum*, i. valde, seu variis de causis. *Eloquia*, i. oracula seu præcepta, vel scriptura.

3. *Fidem*, s. in promissis *Euacuabit*, i. irritam faciet. est autem futurum pro præterito.

4. *Mendax*, sc. ex se. *Sicut scriptum*, potest iungi cum præcedentibus, & sequentibus.

5. *Commendat*, Græ, & Syr. confirmat, s. dum verax est & fidelis in promissis, etiam si nos inique agamus, vel dum nostras iniquitates punit. *Iram*, i. punitionem.

Secundum hominem, i. humano more, q. d. quod humanus sensus possit quærere.

6. *Quomodo*, s. si iniquus sit.

7. *Veritas*, scil. in promissis, vel veritas, pro, iustitia.

Mendacio, id est, peccato, quo fallitur fides data Deo.

Abundauit, i. facta illustrior. *Gloriam*, s. Dei gloria est, etiam immeritis benefacere, & præstare promissa.

Quid adhuc, i. amplius, seu posthac, pergit in obiectione humani sensus. *Iudicor*, i. condemnor.

8. *Non*, s. potius.

Et sicut, explicatio præcedentis. *In eo enim blasphemant*, i. pessime loquuntur.

Quorum, &c. Per hæc respondet obiectioni, q. d. damnandus est talis sensus, seu sententia, peccare enim nunquam licet.

9. *Præcellimus*, s. nos Iudæi, quod pertinet ad animi iustificationem.

Eos, s. Gentiles, *Præcausati*, i. causa reddita ante ostendimus. *Sub peccato*. Illi enim scriptam legem, hi naturalem non seruant.

12. *Inutiles facti*, Syr. improbati. *Vsque ad vnum*, i. ne vnus quidem.

13. *Sepulchrum*, &c. Hi versus vsque ad, *oculos eorum*, non citantur ex Psalm. 13. nec enim in eo sunt Hebr. aut Græ. sed ex variis scripturæ locis. vide Ps. 5. 9. 35. 140. Isa 59. Hier. pref. lib. 6. in Isa, *Sub*, pro, in.

16. *Infelicitas*, ταλαιπωρία, i. calamitas.

19. *In*, pro, sub. *Obstruatur*, i. non possit se excusare, seu defendere, contra Dei iudicium.

Subditus, Syr. obnoxius. *Deo*, Syr. Dei condemnationi.

20. *Operibus*, i. viribus, seu operum merito. *Legis* s. sine gratia. *Omnis caro*, i. vllus homo, Heb. *Cognitio*, s. sola, & non auxilium ad vitandum.

21. *Lege*, i. legis obseruatione. *Dei*, i. qua Deus hominem iustificat.

23. *Gloria*, i. misericordia, seu gratia per quam Deus glorificatur.

24. *Iustificati*, pro, iustificantur autem. *In Christo*, i per Christum, s. facta.

25. *In sanguine*, Iunge cum, propitiatorem.

Iustitia, scil. qua iustificat. *Propter*, pro, in se, seu ad.

Præcedentium, i. præteritorum.

26. *Sustentatione*, &c. q. d. quæ tolerauit Deus.

Ad, pro, vsque ad. *Sit*, i. appareat.

27. *Factorum*, s. Mosaicam, quæ multa opera præcipiebat. *Non*, Nec enim lex vires dabat vt impleretur, & qui eam aliquo modo obseruant, gloriantur. Itaque lex illa non tollit gloriationem, sed Euangelica, per quam cognoscit homo nihil se posse sine gratia Dei.

Fidei, s. Christi, i. Euangelicam.

28. *Arbitramur*, i. censemus. *Operibus*, i. merito operum, seu viribus, vel q. d. absque eo quod opus sit facere opera legis Mosaicæ.

31. *Destruimus* i. abolemus seu irritam facimus.

Statuimus, i. stabilimus, dum sc. gratiam prædicamus, per quam illa impletur.

CAPVT IV.

1. *Inuenisse*, i. obtinuisse.

Secundum carnem, s. patrem.

2. *Operibus*, i. operum merito. *Habet*, &c. q. d. Illa quidem iustificatio non erit apud Deum. *Gloriam*. Syr. gloriationem.

3. *Reputatum*, &c. q. d. per illam fidem est iustificatus.

4. *Operatur*, i. operibus meretur, q. d. si operibus iustificationem meruisset, non diceretur gratis fuisse iustificatus, hoc enim est reputari fidem ad iustitiam, s. per fidem gratis iustificari.

5. *Operatur*, i. operibus meretur. *Reputatur*, sc. habetur pro sufficienti dispositione ad iustificationem.

Propositum, &c. q. d. secundum quod Deus proposuit dare gratiam iustificationis credenti.

6. *Beatitudinem*, &c. i. beatum hominem. Syr. de beatitudine hominis. *Accepto fert*, i. imputat, q. d. quem pro iusto habet, s. iustificans prius, nec n. pro iusto Deus habet eum, qui iustus non est.

8. *Non imputauit*, s. quia remisit, iustificando eũ.

9. *Manet*, non est Græ. sed subauditur aliquid simile, Syr. fit, i. accidit. *Dicimus*, pro, diximus.

10. *Non in*, &c. s. nondum erat circumcisus.

11. *Circumcisionis*, i. ipsam circumcisionem.

Signaculum, i. signum. *Est*, pro, fuerat, seu acciderat ei.

In præputio, i. cum nondum esset circumcisus.

Per præputium, i. circumcisorũ. *Reputetur*, s. fides.

12. *Tantum qui*, pro, qui tantum. *Ex circumcisione*, i. circumcisi. *Et iis*, pro, iis qui &.

Est, pro. fuit.

13. *Per legem*, s. obtinenda. *Semini*, i. posteritati, Hebr. *Mundi*, i. cœli, quod in mundo præcipuum, vel Christus intelligitur, cuius hæreditas orbis, iuxta illud: Postula à me, & dabo tibi gentes, &c.

14. *Ex*

14. *Ex lege*,q.d.per legis obseruantiam.
Fides,s.promissionis,q.d.frustra promissum , nec n.quisquam legem per se potest seruare,sed opus Dei gratia,quę datur per fidem,*Abolita*,i.irrita,explicatio præcedentis.
15. *Iram*,i. punitionem q. d. facit vt puniantur, qui eam transgrediuntur.
Preuaricatio, i legis transgressio.
16. *Ex fide*,s.pendet res tota. *Gratiam*,s.Dei,qua potest eius lex seruari,quod ad hæreditatem adeundam requiritur. *Et ei qui*,pro, ei qui &c,q.d.non legem sequenti,sed fidem Abrahæ.
17. *Ante Deum*, iungi potest cum.pater est,cæt q.d .Deo approbante.
Tanquam ea quæ sunt,pro,tanquam sint.
18. *Contra spem*,i.cont.a id quod naturaliter sperari poterat. *In spem*,i.sperando. *Vt fieret*,i.se fore.
19. *Infirmatus*, i.debilitatus. *E mortuum*, q d.ad generandum ineptum. *Vuluam*,i.matricem.
20. *Repromissione*,i.promissione. *Diffidentia*, Græ. ἀπιστία, incredulitate. *Confortatus*,i.fortificatus.
Dans gloriam,s.credendo ei,& confidendo.
21. *Plenissime sciens*,Græ. πληροφορηθεὶς,i.certissime persuasus.
22. *Reputatum*,s.ipsum credere.
23. *Quia reputatum est*,pro,reputatum esse.
25. *Traditus est*,&c.lege sic. qui traditus est,s.ad mortem, & resurrexit propter delicta nostra,s delenda,& propter iustificationem nostram, scil dandam nobis,scil. vtrumque factum, propter vtrumque.

CAPVT V.

1. *HAbeamus*,Græ.& Syr.habeamus.
2. *Habemus*,Græc.habuimus. *Gratiam*,i. statum gratiæ. *In spe gloriæ*,i.sperantes gloriam.
3. *Non*,pro,nec id. *Gloriamur*,i.nobis gloriæ ducimus.
Operatur,s.tribulatione acquiritur patientia.
4. *Probationem*,s.per patientiam probamur.
Spem,s.probati bene sperant.
5. *Confundit*,i pudore afficit,s.spe frustratum.
Dei,i.qua Deum diligimus. *Diffusa*,s. mentis est qualitas quædam. vt aeris lux *Per*, Causam significat.
6. *Vt quid*,i.cur,s.nisi ob hanc charitatem diffundendam. *Infirmi*,i.peccatis ægroti. *Secundum tempus* i.præscripto tempore.
7. *Pro iusto*, i.cum debet ex iustitia, vt qui dant pœnas scelerum. *Moritur*,s.libenter. *Bono*,i.re honesta seu viro bono,Syr bonis.
8. *In nobis*,i erga nos.
9. *Ira*,i punit one,seu supplicio.
10. *Inimici*,s.Dei. *Ipsius*,sc. Christi, q.d. ipso viuente,& vobis f..uente.
11. *Non solum*,s gloriamur in tribulationibus.
In Deo,i.Dei amore erga nos. *Christum*,s.qui nobis impetrauit.
12. *Propterea*,i.ob eam reconciliationem.
Mundum,i vniuersum genus humanum,Aug.
In quo,s.homine, vel peccato , vel q.d. quatenus omnes peccauerunt, sub. sic vita per Christum.
13. *Peccatum*,sc.originale, & actuale. *Imputabatur*,i.reputabatur, seu agnoscebatur, sc.ab hominibus.
14. *Mors*,s.ob peccatum inuecta.
In similitudinem,s.propria voluntate,vt ille,nempe in paruulos.
Forma,τύπος, i.figura,siue exemplar.
Futuri i.Christi,qui venturus erat.
15. *Delictum*,s.nocuit.
Gratia,s.profuit.sub.sed multo magis.
Multi,s.omnes. *In gratia*,i per gratiam.
Hominis,s.Christi. *Plures*,i.multos.
16. *Et non*,Explicat magis quod dixit.
Peccatum,Græc.p. ccantem. *Iudicium*.Dei.
Vno,s.peccato,i ob vnum pe.catum.
Delictis,s.educens.
17. *Multo magis*,s. mors erat temporalis;at vita per Christum æterna.
18. *Condemnationem*,s.itum est *Omnes*,s.nisi velint. *Vita*,i.per quam viuitur.
19. *Multi*,i.omnes,vt proxime dictum. *Multi*,i. omnes.s.si velint.
20. *Subintrauit*,i.obiter subiit *Vt*,pro,sic vt.
Abundaret,s.per occasionem.
21. *In mortem*,i.occidendo. *Per iustitiam*,i.iustificando *Per* IESVM,i.meritis IESV.

CAPVT VI.

1. *ADhuc*,i.post hac.
3. *In Christo*, i. in Christi nomine. *In morte*,i.ad similitudinem mortis,vt statim explicatur.
4. *In mortem*,i.vt peccato moriamur. *Gloriam*, i. gloriosam potentiam.
5. *Complantati facti*,i.insiti. *Similitudini*, i.ad similitudinem.
Resurrectionis,s.similitudine. *Erimus*,s. complantati,seu participes.
6. *Corpus*,i substantia,seu congeries,aut vis.
7. *Mortuus*,s peccato in baptismo.
8. *Cum Christo*,i.similitudine mortis Christi.
9. *Iam*,i.amplius.
10. *Peccato*,i.ad delendum peccatum. *Deo*,i.apud Deum,seu diuina vita.
11. *In Christo*, i.per Christum, vel,cum Christo.
12. *Vt obediatis*.Explicat quid sit regnare peccatum,i.fomitem.
13. *Arma*,i.instrumenta.
14. *Sub lege*,i. in statu legis, seu , sub solo legis ductu.
16. *Mortem*,s.animæ.
17. *Deo*,s.ago,seu,agite. *In qua*,Syr.cui.
19. *Humanum*,i quod ferre possitis. *Ad iniquitatem*,i.inique agendo Vide cap.1. num.17. *In sanctificationem*,i.sancte viuendo.
20. *Iustitia*,i.iustitia,q.d.à iustitia alieni.
22. *In sanctificationem*,pro,sanctificationem.
23. *Stipendia*,i.merces,seu debitum. *Vita æterna*; pro vitam æternam,s.confert.
In Christo,i,per Christum.

CAPVT VII.

1. *LEgem*, i.vim legis, *In homine* , &c. hominem sibi subiectum habet *Viuit*,s homo, seu lex.
2. *Nam* &c.exemplo declarat. *Sub viro*,i.nupta.
Legi,s.viri,seu matrimonij.
Viro,s.coniugata.
4. *Mortificati*, i. mortui,sc.liberati obligatione legis veteris.
Corpus, i. mortem corporis, q. d. cum Christus mortuus est,periit vis legis veteris, seu obligatio.
Alterius,s.velut sponsæ.
Fructificemus,i.generemus spiritualem prolem.s. bonorum operum.
5. *Essemus in carne*,i.secundum carnem viueremus.
Passiones,i affectus.
Erant, Syr. incitabantur,sc nitimur in vetitum.
Morti,i.digna morte opera.

 6. *Mortis*,

6. *Mortis*,i. per occaſionem, mortem afferentem vel,legem fomitis intelligit,quæ in mortem peccati, inducit.

Vetuſtate litteræ,i.veteri vita,qua viuebamus,legis litteram ſolam ſine ſpiritu ſequentes.

7. *Peccatum eſt*, &c.ſc. quia facit peccare, irritando concupiſcentiam.*Neſciebam*, ſc. eſſe peccatum.

8. *Accepta*,ſ.per illam cognitionem, & prohibitionem.

Peccatum,i,fomes.*Per mandatum*,ſ dum prohibet, & prohibendo dat occaſionem concupiſcendi.

Omnem,i.conſummatam,ſeu maximam.*Mortuum* i.velut mortuum,ſ.non tantopere fomes ad peccatum impellebat.

9. *Aliquando*,ſ.antequam daretur à Deo.

Reuixit,i,excitatum eſt.

10. *Mortuus*,ſ.ei conſentiendo.

11. *Peccatum*,ſc. fomes. *Occidit*, ſc. conſentientem.

12. *Iuſtum & bonum*,ſ.continet iuſtitiam & perfectionem.

13. *Peccatum*,ſc fomes. *Vt appareat*, &c. pro,in quo appareret,quanta ſit eius vis ad impellendum ad peccatum.

Vt,pro,ita vt. *Peccans*,i.peccare faciens.

Peccatum,ſ.fomes.

14. *Venundatus*,q.d.ſeruus factus.

15. *Intelligo*,i.approbo,vel q.d. vix intelligo tantam in me affectuum varietatem. *Quod volo*,ſ.vt nõ concupiſcam.*Quod odi*,ſ.concupiſcere.

16. *Legi*,ſ.concupiſcentiam prohibenti.

17. *Ego*,id eſt,voluntas deliberata. *Peccatum*,ſc. fomes.

18. *Adiacet*,i.adeſt.*Perficere*,ſ.nihil mali concupiſcendo.*Inuenio*,i.poſſum.

21. *Legem*,peccati repugnantem,Syr legem conſentientem.*Adiacet*,i. adeſt, ſeu, adhæret,ſcil. fomes.

23. *Captiuitatem*,i. velut inuitum trahentem.*In lege*,i.ſecundum legem,ſeu imperium.*Peccati* i. fomitis.

24. *Infelix*,i.miſer. *Mortis huius*,i.huic, miſeriæ ob noxio.

25. *Gratia Dei*.Græc.& Syr.gratias ago Deo.

Legi Dei, ſ. non conſentiendo concupiſcentiæ. *Legi peccati*,i.fomitis,ſ.concupiſcendo, licet repugnante voluntate.

CAPVT VIII.

1. IN *Chriſto*,i.coniuncti Chriſto.*Carnem*,i.carnis deſiderio. *Ambulant*,i,agunt,ſeu viuunt.

2. *Vitæ*,id eſt,viuificantis. *In Chriſto*,i.ſecundum Chriſtum,ſeu conformiter Chriſti vitæ. *Peccati & mortis*,i.fomitis per conſenſum animam occidentis.

3. *Legi*,ſ. Moſaicæ. *In quo*,i. quatenus. *Infirmabatur*,i.debilis erat,& inefficax,ſeu non ſeruabatur.

Per carnem,i. impediente concupiſcentia. *In ſimilitudinem*.&c.i. ſimilem peccatoribus.ſ.quantum ad naturam,non quantum ad culpam. *Et de peccato*, i.ex peccatoribus,ſeu cum peccato natæ.q.d ſimilis factus hominibus natis ex peccatoribus, & cum peccato: vt coniungatur cum præcedentibus, vel q.d.ob peccatum quod inducebat,fomitem damnauit,comprimens & velut alligans ne præualeret,Syr propter peccatum,ſ.delendum,vt coniungatur cum mittens,&c. *Damnauit*,ſ.occidens. *In carne*,ſ.ſua,per eam enim oblatam,peccatum aboleuit,& fomiti vires abſtulit.

4. *Legis*,i.quam lex requirebat.

5. *Secundum carnem*, i. carnales. *Sapiunt*, q.d.illa probant,iiſque delectantur.

6. *Prudentia*, i. quod approbat. *Mors eſt*,i.mortem animæ affert,quam ſummopere vitant ſpirituales.

7. *Poteſt*,ſc.quia omnino contraria eſt, vt ignis aquæ,cum qua eſſe non poteſt.

8. *In carne*,i.carnales, ſeu ſecundum carnem viuentes.

9. *In Spiritu*,i.ſpirituales. *Eius*,ſ. ſeruus,ſeu viuum membrum.

10. *Mortuum*,i. morti obnoxium, Aug. *Propter peccatum*,i.merito peccati. *Iuſtificationem*,i. Dei ſpiritum,ſeu gratiam qua iuſtificatur. Græc.iuſtitiam.

11. *Mortalia*,Syr.mortua.

13. *Moriemini*,ſ.æterna morte.*Viuetis*, ſ. æterna vita,tanquam Dei filij.

15. *Iterum*,ſ. vt in lege veteri.*In timore*.Græc. in timorem,i.ad timendum,ſeu timere facientem.

Pater,vel explicatio eſt præcedentis,vt Græc. indicatur vel exprimere voluit vocem Iudæi & Gentilis,ſ. ille. *Abba*, clamat,hic, *Pater*,ſeu πάτερ, ſic enim Græc.

16. *Teſtimonium reddit*,i. teſtatur,ſ. interna inſpiratione.

17. *Compatimur*,i. cum Chriſto patimur.

18. *Enim*,pro,autem.*Condignæ*,ſ ex ſe,nam dignas facit gratia.vel q.d. pares non ſunt, quia breues & & leues:gloria autem immenſa & perpetua.

19. *Creaturæ*,i.mundi totius,vel hominis.

Reuelationem,i. manifeſtationem gloriæ.

20. *Vanitati*,i.inſtabilitati,ſeu hominum abuſui vel corruptioni.

Non volens,ſ.naturaliter quiſque appetit conſeruari,fugitque corrumpi. *Propter eum*,q.d. obedit Deo.

Spe,ſ.liberationis.

21. *Liberabitur*, ſcil. in homine, in quo eſt quodam modo omnis creatura:conſtans corpore & ſpiritu.

22. *Ingemiſcit*,i. velut gemens optat. *Parturit*,i. more parturientis veluti dolet,& expectat laborum finem.

Adhuc,i.nunc.

23. *Illa*,ſ. reliqui homines, vel reliquæ mundi creaturæ.

Primitias,i.præcipua dona,ſeu prima, data in lege Euangelica.

Redemptionem,appoſitio. nam quantum ad ſpiritum,adoptio iam habetur.

24 *Salui*,ſ.perfecte,q.d. ſperamus perfectam ſalutem.

Quæ videtur,i.vbi videtur,quod ſperatur.

26. *Spiritus*,ſ. ſanctus.

Poſtulat, i. nos facit poſtulare; ſic alibi:Spiritus Patris, qui loquitur in vobis:Et, clamantem, Abba Pater. *Inenarrabilibus*, i. qui facile explicari non poſſunt.

27. *Deſiderat*, i. deſiderare faciat. Secundum Deum,i.Deo grata. *Poſtulat*,&c.i.facit ſanctos poſtulare.

28. *Propoſitum*,i.Dei electionem,Syr.præordinationem.

Sancti,i.ad ſanctitatem. quamquam non eſt vox hæc Græc.nec,Syr.

29. *Præſciuit*, &c. i. præſciendo prædeſtinauit, ſ. prædeſtinatio eſt æterna Dei notitia, & electio ad gloriam conſequendam, per Chriſti imitationem. *Imaginis filij ſui*,pro,filio ſuo.

32. *Donauit*,Græc,& Syr.donabit,q.d.quid negabit,qui filium dedit?

33. *Deus*,

33. *Deus*, pro Deus est.
34. IESVS, ſ. eſt.
35. *Christus*, ſ. qua Christus nos diligit, vel qua Christum diligimus.
36. *Mortificamur*, i. occidimur.
Occiſionis, i. occiſioni deſtinatæ.
37. *Propter eum*, i. eius amore, ſeu auxilio.
38. *Certus*, Græc. perſuaſus. *Virtutes*, Ordo quidam eſt Angelorum. *Inſtantia*, i. præſentia.
39. *Dei*, ſ. qua nos diligit, vel qua Deum diligimus.
In Christo, i. propter Christum.

CAPVT IX.

1. *IN Christo*, i. teſte Christo, vel coram Christo.
In ſpiritu ſancto, i. illuminante ſpiritu ſancto.
2. *Dolor*, ſ. ob Iudæorum incredulitatem.
3. *Optabam*, ſ. olim, cum Christum non cognoſcerem.
Anathema, i. ſeparatus, ſeu alienus.
Pro fratribus, ſ. dum iuuarem illos, Christum perſequentes.
4. *Gloria*, ſ. æterna illis promiſſa. *Teſtamentum*, Græ. teſtamenta, i. pacta. *Obſequium*, Græc. λατρεία, i. Dei cultus.
5. *Amen*, i. certe ita eſt.
6. *Non autem*, ſ. id dico.
Exciderit, i. irritum ſit factum. *Verbum*, promiſſio de ſalute Iſraelis.
7. *Semen*, i. poſteri.
In Iſaac, i. per Iſaac, q. d. filij tui dicentur, qui ex Iſaac deſcenderint.
8. *Promiſſionis*, i. ad quos promiſſio pertinet, ſ. ſalutis, ſicut & Iſaac ex promiſſione datus.
9. *Verbum*, pro verba. *Secundum*, &c. i. hoc eodem tempore.
10. *Illa*, ſ. habuit filium ex promiſſione.
Concubitu habens, i. concipiens. *Patris noſtri*, pro, patre noſtro, ſub habuit de filio Iacob promiſſionem.
11. *Maneret*, i. firmum eſſet.
12. *Ex operibus*, i. ob opera; quæ nulla adhuc erant.
Ei, ſ. Rebeccæ.
13. *Sicut*, pro ſicut etiam.
15. *Miſereor*, i. cui mihi placet miſereri. *Miſerebor*, Græ. miſereor.
17. *Excitaui*, i. feci exiſtere, ſeu regem eſſe.
Virtutem, i. potentiam.
18. *Indurat*, ſ. non dans gratiam.
19. *Queritur*, ſ. Deus de Peccatoribus.
20. *Reſpondeat*, ſ. arguens eius iudicia. Græ. contra reſpondeas.
21. *Honorem*, i. vſum honorificum. *Contumeliam* i. vile miniſterium.
22. *Quod ſi Deus*, &c. iunge cum. *Quid ergo dicemus*, &c.
Iræ, i. ira digna, ſ. peccatores obſtinatos.
Aptata, i. parata, ſ. ob peccata.
23. *Vt oſtenderet*, pro, & ſimul oſtendere.
25. *Dicit*, ſ. ſecundum 70. & Heb. quamquam hic non dilectam, &c. non eſt Syr. & non miſericordiam, &c. non eſt Gr.
27. *Pro*, id eſt de, vel, ſuper. *Reliquiæ*, i. pars quædam.
28. *Verbum*, i. rem. *Conſummans*, i. perficiens, ſc. Deus.
In æquitate, i. iuſte ſeu iuſto iudicio.
29. *Fuiſſemus*, ſ. periiſſemus prorſus.
31. *Iuſtitiæ*, i. iuſtificantem.
32. *Ex operibus*, ſ. voluit iuſtus euadere. *Offenderunt*, i. impegerunt.
33. *Confundetur*, i. pudore afficietur, ſ. ſpe fruſtratus.

CAPVT X.

1. *VOluntas*, ſ. erga Iudæos propenſa eſt.
2. *Æmulationem*, i. zelum, ſeu, ſtudium.
Secundum ſcientiam, i, vt par eſt, ſeu, ſapienter.
3. *Dei*, i. quam Deus dat.
Suam, i. propriam, ſ. in operibus legis ſitam. *Statuere*, i. tueri, q. d. ſua niti, ſeu fidere iuſtitia.
4. *Finis*, i. ſcopus, ſ. præcipue intentum. *Ad iuſtitiam*, ſ. dandam propoſitus.
5. *Iuſtitiam*, &c. i. legis præcepta.
6. *Quæ autem*, &c. pro, de ea autem quæ per fidē acquiritur iuſtitia, ſic dicitur. *In cœlum*, ſ. vt inde nobis iuſtitiam afferat.
Deducere, i. poſtulare, vt è cœlo veniat qui iam venit.
7. *Abyſſum*, i. profunditatem inferni. *Reuocare*, i. vel levt reſurgat, qui iam reſurrexit.
8. *Verbum fidei quod*, pro, fides quam.
9. *Dominum*, IESVM, i. aduentum Filij Dei in mundum.
10. *Ad iuſtitiam*, i, vt quis iuſtus ſit. *Ad ſalutem*, i. vt quis ſaluus ſit.
11. *Confundetur*, ſ. ſalute fruſtratus.
12. *Diues*, i. abundanter vtens miſericordia.
14. *Quem*, pro de quo.
15. *Pedes*, i. inceſſus ſeu diſcurſus. *Pacem*, i. felicitatem.
Bona, ſ. æterna.
16. *Auditui*, i. auditus à nobis.
17. *Auditu*, iis quæ audiuntur à prædicante, ſc. concipitur. *Verbum Chriſti*, id eſt, prædicationem de Chriſto.
18. *Audierunt*, ſc. homines, vt poſſint excuſari, vel gentiles intelligit. *Et quidem*, ſub. ſcriptum. Pſal. 18.
Exiuit, pro, exibit. *Eorum*, ſcilicet, prædicatorum.
19. *Cognouit*, ſcil. quod dicimus de iuſtitia fidei,
Primus, ſc. inter cæteros. *Æmulationem*, i. inuidiam.
In, pro, per, *Non gentem*, i. contemptiſſimam, ſeu indignam Gentis nomine. *Iram*, i. indignationem, ſ. quod ſalus gentibus proponatur, fiantque de populo Dei.
Mittam, i. inducam, ſ. ſinam induci.
20. *Audet, & dicit*, i. audenter dicit.
21. *Ad*, pro, de.

CAPVT XI.

2. *PRæſciuit*, i. prædeſtinauit, Aug. 2. de prædeſt. *Eliæ*, i. Eliæ hiſtoria. *interpellat*, Syr. inuocat.
3. *Suffoderunt*, i. euerterunt.
5. *Reliquiæ*, i. pauci quidem, ſeu quos Deus ſibi reliquit. *Factæ ſunt*, pro, fiunt ſeu fient. quamquam Græ. non eſt ſaluæ factæ, nec Syr. ſed ſolum, factæ. ſunt, ſ. manſerunt.
6. *Gratia*, Ablatiuus eſt. *Operibus*, i. operum merito. *Non eſt gratia*. Hic additur Græc. & Syr. Si autem ex operibus, iam non eſt gratia, alioqui opus non eſt opus: ſed videtur adiectitium.
7. *Ergo*, ſ. dicendum. *Quod*, i, iuſtitiam, quam.
Electio, i. electi, Heb.
8. *Compunctionis*, ſ. doloris, quo pungerentur indignati contra Euangelium. Id ex 70. Nam Hebr.

soporis, vt nos legimus, Syr. stupiditatis. vide Isa. 29. & 6.

Vsque, &c. id à Paulo additum.

9. *Captionem*, q.d. quo capiantur. *Et in retributionem.* q. d. idque eis pro suis peccatis retribuatur.

10. *Incurua*, i. deprime, q.d. humilia eos.

11. *Offenderunt*, i. impegerunt. *Salus est*, i. consecuta. *Illos*, s. gentiles.

Æmulentur, i. imitentur, s. Iudæi.

12. *Magis*, s. profuerit.

14. *Æmulandum*, i. imitandum. *Carnem*, i. cognatos, s. Iudæos.

15. *Amisio*, i. reiectio, seu perditio. *Assumptio*, i. restitutio. s. putanda est.

16. *Delibatio*, Græc. ἀπαρχὴ, i. primitiæ. Intelligit vero Patriarchas.

Massa, s. Iudæi, illorum posteri.

17. *In illis*, i. inter illos.

Socius, i. particeps.

18. *Gloriari*, i. efferri.

20. *Bene*, i. ita quidem est.

Altum sapere, i. superbire.

22. *Bonitate*, i. probitate, vel q.d. non abutens tanta Dei bonitate.

24. *Secundum naturam*, i. naturales sunt rami.

25. *Mysterium*, i. arcanum.

Vobis ipsis, i. apud vos.

26. *Omnis*, s. electus.

27. *Testamentum*, i. pactum, s. impletum.

28. *Secundum*, i quod attinet.

Propter vos, i. vt vos ea occasione fidem reciperetis.

29. *Pœnitentia*, sc. Dei, q.d. non pœnitet Deum promissi.

30. *Propter*, pro, per.

31. *In vestram*, pro, in vestri, i. vt misericordiam, consequeremini. Græc vestræ misericordiæ, i. gratiæ vobis à Deo factæ, q.d. fidem non receperunt.

32. *Conclusit*, i. permisit concludi.

Omnia, Græc. omnes. *Omnium*. s. tam Gentilium, quam Iudæorum, q. d. vt esset locus eius in omnes misericordiæ.

33. *Altitudo*, i. profunditas, Græ. βάθος.

Inuestigabiles, à vestigo. Vide Prou. 5. Ephes. 3. q. d. impenetrabiles.

CAPVT XII.

1. HOstiam, pro, velut hostiam. *Rationabile obsequium*, Græc. λογικὴν λατρείαν, i. Dei cultum secundum rationem, seu mentem.

2. *In nouitate*, i. renouatione, ἀνακαινώσει.

Sensus, i. mentis νοός. *Vt*, pro, sic vt *Probetis*, i. approbando faciatis.

Beneplacens, s. Deo, i. grata voluntas autem, pro, id quod Deus vult à vobis.

3. *Gratiam*, s. docendi viam salutis. *Sapere*, i. de se sentire. *Ad sobrietatem*, i. modeste. *Fidei*, s ita se gerat, nec aggrediatur quæ vires superant, seu talentum à Deo datum.

5. *Alter alterius*, pro, inter se.

6. *Secundum rationem*, i. conuenienter, seu conformiter, s sic diuina interpretanda (id enim vocat Prophetiam) vt fidei congruat interpretatio.

Ministerium, s. in rebus sacris, quasi funguntur diaconi. Græ. διακονίαν, vel etiam in temporalibus.

8. *Tribuit* s. auxilium, seu eleemosynam.

Simplicitate, s. Propter Deum, sincereque, & ex animo.

11. *Solicitudine*, i. sedulitate operum bonorum.

13. *Communicantes*, sc. opem, seu res, q.d subuenientes.

14 *Benedicite*, i. bene precamini. *Maledicere*, i. male precari.

16. *Alta sapientes*, i. superbientes.

Humilibus, i. abiectis. *Consentientes*, i, vos accommodantes.

Apud vosmetipsos, Syr. vestra opinione.

17. *Prouidentes*, i. prouide curantes.

19. *Defendentes*, i. vlciscentes.

Date locum, i. finite abire, seu pellite à vobis, vel, vobis irato cedite. vel iram intelligit Dei punitionem. q.d. puniendi curam Deo relinquite. *Mihi*, sc. relinquatur, vel competit, q.d. meum est vlcisci peccata.

20. *Carbones*, &c. q.d. incendes illum, vt te amet talibus beneficiis excitatus.

21. *In bono*, i. bonitate. *Malum*, i. malitiam.

CAPVT XIII.

1. ANima, i. homo. *Sublimioribus*, i. superiorum suorum.

A Deo, s. vel iubente, vel sinente August. 22. con. Faust.

Sunt, Græ & Syr. sunt potestates.

Ordinatæ, i. positæ, s. ad mundi ordinem conseruandum, quo alia per alia reguntur. Nos potestates legitimas à Deo dari, alias ab eo permitti, vt Tyrannorum. Cur autem illas plerumque det improbis, non semper cognosci potest ab hominibus.

2. *Potestati*, s. legitimæ.

3. *Timori*, &c. i. timendi bene agentibus, sed malis.

Habebis, s merito, etsi non semper re.

4. *In iram*, i. ad puniendum, seu inferendum supplicium.

5. *Necessitate*, i. omnino. *Iram*, i. pœnam euadendam.

Conscientiam, scil ne inobedientiæ peccato maculetur.

6. *In hoc ipsum*, s. vt Deo ministrent.

9. *Non adulterabis*, &c futura pro imperatiuis.

Instauratur, ἀνακεφαλαιοῦται, i. recapitulatur, seu summatim comprehenditur, Syr. continetur.

10. *Malum*, s. proximo. *Plenitudo*, i. perfectio, seu impletio. *Dilectio*, sc. proximi, in qua Dei dilectio includitur.

11. *Hoc*, scil. facite. *Hora*, id est, tempus. *Salus*, s. æterna.

Credidimus, i. credebamus, s. Christum venturum.

12. *Præcessit*, Syr. præterit. *Dies*, s. lucis Euangelicæ.

Tenebrarum, s. peccata. *Arma*, i. opera, quę & arma sunt & vestes. si lucis sint, i. bona, sc. à gratia profecta, Syr. amictum.

13. *Sicut*, i. tamquam. *Honeste*, i. modestè, seu decenter. *Et impudicitiis*, & pro, id est. *Æmulatione*, i. inuidia.

14. *Et carnis*, &c. id est, ne corpori curam impendatis

In desideriis, id est, obediendo concupiscentiis eius.

CAPVT XIV.

1. INfirmum, i. nondum satis firmum.

Fide, i. Christiana religione. *Assumite*, i. suscipite iuuandum. *Cogitionum*. Græ. διαλογισμῶν, i. disputationum, q.d. non disputando & contendendo, sed sublenando.

2. *Se*, s. licite. *Manducare omnia*, i. vesci posse, quolibet

quolibet cibo. *Manducet*, Græc. manducat, sc. ne incidat in cibum lege vetitum.

3. *Manducat*, s. quiduis.

Assumpsit, s. sibi in seruum, q. d. placet enim Deo eius factum.

4. *Iudicas*, i. condemnas.

Stat, s. cum bene agit.

Cadit, s. cum peccat, q. d. Domini sui iudicio relinquendus. *Statuere*, i. facere, vt stet.

5. *Inter diem*, Græc. & Syr. præ die, s. eligendum ad opus aliquod, q. d. habet delectum dierum iuxta legem veterem, Hier. 2. cont. Ioui. legit, plusquam diem.

Omnem diem, sc. aptum ad opera bona, seu ieiunia.

Abundet, Græ. πληροφορείσθω, i. certus sit, seu certificetur, q. d. nihil sentiat, quod non habeat compertum Deo placere.

6. *Sapit*, i. obseruat. *Domino*, i. vt placeat Deo, seu ad Domini gloriam.

8. *Domini*, s. serui.

9. *Dominetur*, scil. vt seruis pretio sanguinis emptis.

10. *Tu*, s. infirmior fide.

Aut tu, s. fortior, seu peritior.

Stabimus, i. sistemur.

11. *Scriptum*, s. Isa. 45.

Deo, pro, Deum, s. iurando per Deum, vt illic dicitur. Est enim quædam Dei confessio, per ipsum iurare, vt summam veritatem, supremumque Iudicem.

13. *Iudicate*, i. statuite apud vos. *Vel scandalum*, repetitio.

14. *Confido* πέπεισμαι, i. persuasum habeo.

In Domino, i. docente me Domino. *Commune per ipsum*, i. immundum per se, seu apud Christum, aut Christi beneficio.

Commune est, s. propter eius conscientiam erroneam.

15. *Enim*, Græc. autem. *Cibum*, sc. à te sumptum, quem ille putat vetitum.

Perdere, s. scandalizando.

16. *Bonum*, s. religio Christiana.

17. *Regnum*, i. via ad regnum, q. d. non est sita religio in esca, &c.

Esca, libertas vescendi quouis cibo.

18. *In hoc*, s. iustitia, pace, &c.

Probatus, i. gratus.

20. *Esca*, s. quam sumis cum scandalo. *Opus Dei*, i. hominem, seu Dei gratiam. *Per offendiculum*, i. cum proximi scandalo.

21. *In quo*, i. propter quod, *Infirmatur*, i. redditur debilior in rebus diuinis.

22. *Fidem*, s. quod liceat vesci quolibet.

Iudicat, i. condemnat. *Probat*, i. faciendum censet, q. d. qui ita censet, vt in eo non erret seque condemnet.

23. *Discernit*, discrimen ponit inter cibos.

Manducauerit, s. quod censet vetitum.

Non ex fide, i. contra id quod eius fides dictat, seu erronea conscientia.

CAPVT XV.

1. Firmiores, i. fortiores.

Sustinere, Græ. portare, i. subleuare. *Nobis*, s. solis. *Placere*, i. satisfacere.

2. *In bonum*, pro, in rebus bonis, seu promouendo bonum.

Ad ædificationem, i. vt proximus ædificetur, sc. in bono promoueat.

3. *Sibi placuit*, i. propria commoda quæsiuit.

Ceciderunt super me, i. me cruciarunt.

4. *Enim*, pro autem.

Doctrinam, i. institutionem.

5. *Patientiæ*, s. donator.

In alterutrum, i. inter vos mutuo Iesvm *Christum*, i. Iesv Christi voluntatem.

6. *Honorificetis*, Græ. glorificetis.

7. *Suscipite*, s. ad adiuuandum. *Honorem*, Græ. gloriam

8. *Circumcisionis*, i. Iudæorum, q. d. Iudæis prædicasse. *Veritatem*, i. fidem in promissis.

Patrum, i patribus factas.

9. *Super misericordia*, i. ob misericordiam

Honorare, Græc. glorificare, s. debere. *Confitebor*. Vox Ecclesiæ, vel Christi. *In Gentibus*, i. Gentium voce. *Nomini tuo*, i. tibi, q. d. te celebrabo.

10. *Iterum*, s. Deut. 32. secundum 70. vbi nos legimus, Laudate Gentes populum eius. *Plebe eius*, s. Iudæis, qui Dei populus.

11. *Magnificate*, i celebrate laudibus.

12. *Radix*, i. è radice ortus, s. Christus. *Et*, iunge cum, in eum.

13 *Spei* s. dator, seu obiectum, sc. in quem speratur.

Virtute, i. potentia, s. charitate, quæ per illam in cordibus diffunditur

14. *Certus*, pro, persuasus, πέπεισμαι,

Dilectione, Græc. bonitate. *Scientia*, s. rerum diuinarum.

15. *Audacius*, i. confidentius, seu liberius.

Ex parte, i. aliquantulum. *In memoriam*, &c q. d. commonefaciens. *Gratiam*, i. munus prædicandi, vel q. d. iuxta facultatem mihi à Deo datam.

16. *Vt sim*, &c. explicatio præcedentis. *Sanctificans*, i. sancte tractans. *In spiritu*, pro per Spiritum, s. per Spiritus sancti gratiam.

17. *Gloriam*, i. vnde possimus gloriari.

In Christo, i. per Christum. *Ad Deum*, id est, apud Deum.

18. *Audeo*, pro, ausim. *In obedientiam*, sc. præstandam Euangelio.

19. *In virtute*, i. per potentiam.

Per circuitum, i. & vicinis regionibus, vel, circumeundo.

Repleuerim, i. plene annunciauerim, vel q. d. orbem repleuerim Euangelio.

20. *Alienum*, i ab alio iactum.

22. *Propter quod*, i. ob occupationem prædicationis.

Plurimum, Græ. πολλά, sæpe.

23. *Locum*, s. vacuum prædicatione, q. d. necessitatem manendi hic.

24. *Fruitus*, Græ. expletus, i. consolatus.

25. *Ministrare*, s. eleemosynam. *Sanctis*, i. Christianis. vide c. 1.

26. *Probauerunt*, i. decreuerunt approbando, q. d. placuit, seu visum est.

Collationem, s. eleemosynæ.

Sanctorum, pro, sanctos, seu qui sunt de numero sanctorum, i. fidelium.

27. *Carnalibus*, i. temporalibus bonis.

28. *Assignauero*, scil. obsignatam pecuniam reddidero.

29. *Benedictionis*, id est, donorum spiritualium.

31. *Obsequij*, s. eleemosynæ, quam defero.

32. *Refrigerer*, i. recreer.

33. *Pacis*, s. dolor, & amator.

CAPVT

CAPVT XVI.

1. PHœben, per hanc misit Paulus epistolam. *Quæ est*,&c.i. quæ sua distribuit, vel erat Diaconissa, s. præfecta fœminis quæ alebantur ab Ecclesia.

Cenchris,portus erat Corinthi.

2. *In Domino*,i.propter Dominum. *Digne sanctis*, i. vt decet Christianos.

3. *Salutate*,Syr postulate pacem. Interdum autem vertit, date pacem, sc.qui salutat,dat,i.precatur pacem,& petit,s.an pax sit,i an alter valeat. Not.omissam salutationem Petri Apostoli, quod eo tempore absens esset.

Priscam,Græ.& Syr.Priscillam.vide Act.18.

In Christo,i.Christi negotio,seu fidei.

4. *Anima*,i.vita,s vita,s.tuenda.

5. *Ecclesiam*,s.familiam Christianam.

Primitiuus,Græ.primitiæ,s.primus,seu inter primos conuersus.

Asiæ,s.minoris,vbi Ephesus.

In Christo, potest iungi cum, salutate, vel cum Ecclesiæ.

6. *In vobis*,Græ.in nos,i.erga nos.

7. *Iuliam*,lege Iuniam.*Concaptiuos*,s.olim in carcere aliquo.*Nobiles*,i.insignes.

In Apostolis,i.inter Apostolos,s. Euangelij prædicatores.

In Christo,i Christiani.

9. *Christo*,i.Christi negotio.

10. *Probum*,i.probatum *Domo*,i.familia.

11. *Sunt in Domino*, i. Christo credunt,seu seruiunt.

12. *In Domino*,i.propter Dominum.

13. *Electum in Domino*,i.q.d.insignem Christianum.

Meam,q.d.quam vt matrem veneror.

15. *Sanctos*,i.Christianos.

16. *In*,pro,cum.

17. *Obseruetis*,i.caueatis.*Præter*,i. contra.

18. *Benedictiones*,i.laudes.seu adulationes.

Innocentium,i.bonorum.

19. *In vobis*,i.de vobis.*Simplices*,i sinceros.

Malo,s.vitando.

20. *Pacis*,s.dator.*Vobiscum*,s sit.

21. *In Domino*,iunge cum,saluto.

22. *Lucius*,Quidam putant,Lucam significari.

23. *Vniuersa*,&c. q.d.qui & omnes excipit fideles hospitio.*Arcarius*, Græ. œconomus, s. quæstor ærarius Corinthi.

25. *Iuxta*,&c.i.in negotio Euangelij. *Meum*,i. quod prædico.*Æternis*,i.omnibus retroactis.

Taciti,i.absconditi.

26. *Scripturas*, scil.nunc declaratas,seu impletas.

27. *Soli*,s.ex se,seu per naturam. *Cui honor &c.* Hæc non sunt Græ. *Amen.* Hic Syr.additur:Gratia Domini nostri IESV.Christi sit cum omnibus vobis,Amen.Additur etiam in fine Græc.& Syr. scripta à Corintho,& per Phœben missa.

AD CORINTHIOS I.

Concordiam commendat, & humilitatem, abusus quosdam eorum arguens,& corrigens, respondetque illorum quæsitis.

CAPVT I.

1. VOcatus,pro vocatione, seu professione.

2. *In Christo*,i.per Christum.

Vocatis,pro, vocatione. *Nomen Domini*, pro, Dominum, q.d. qui Christum colunt. *In omni loco*,q.d. vbicunque sint.

3. *Vobis*,s.multiplicetur.

4. *In gratia*,pro,de gratia.

5. *In illo*,i per illum.*Verbo*,i.re,seu opere.Heb.

Scientia,s.rerum diuinarum.

6. *Sicut* pro,adeo, seu in tantum. *Testimonium Christi*,i.Euangelium.quod de Christo testatur.

7. *Gratia*,i.dono, Græc.χαρίσματι. *Reuelationem*, i.aduentum,quo est manifestandus.

8. *Sine crimine*,ἀνεγκλήτους,i. inculpatos.

In die,pro,vsque in diem.

9. *Fidelis*,i.verax.

10. *Nomen Domini*,i.Dominum. *Idipsum*,i.idem.

Schismata,i.dissidia.*Sensu*,i.mente.

Sententia,Syr.voluntate.

11. *Cloes*,s.domestici.Videtur esse nomen fœminæ Quidam loci putant.*Contentiones*,sc. suosquisque prædicatores, vel baptizatores aliis per contentionem præferebant.

12. *Pauli*,s.discipulus,seu filius spiritualis.

15. *Baptizati estis*,Græ.baptizauerim.

16. *Stephanæ*,nomen viri vide in.c.16.

Domum,i.familiam.

17. *Sapientia verbi*,i.deserto sermone.

Euacuetur,i.careat vi sua.

Crux,i.prædicatio crucis.

18. *Verbum*,i.prædicatio,seu negotium.

Virtus,i.potentia.

19. *Perdam*,i.ostendam dignam perditione,q.d reiiciam,seu reprobabo,vt statim explicat.

Sapientium,s.mundi.

20. *Scriba*,i. legis peritus. *Inquisitor*,i. scrutator, seu disputator.*Fecit*,i ostendit.

21. *Nam quia*,Græc.postquam. n.*Sapientia*,i rebus sapienter factis.*Stultitiam*,s.mundi iudicio.

24. *Vocatis*,s.ad salutem.

25. *Stultum*.s.mundi iudicio.

26. *Vocationem vestram*, i. quales vobiscum sint vocati ad fidem.

Multi,s.vocati.

27. *Mundi*,i.secundum mundum.

28. *Non sunt*,i.pro nihilo habentur.

Quæ sunt,i habentur in pretio apud mundanos.

Destrueret,s.euertit prædicatio mundi pompam & errores.

29. *Omnis caro*,i.vllus homo,

30. *Ex ipso*,pro,ipsius.

In Christo,i.per Christum.

Sapientia.&c pro,dator sapientiæ.&c.

31. *Scriptum*,sc. Ier.9. *In Domino*,i.de Dei in se benignitate.

CAPVT II.

1. ET ego, pro, itaque ego. *Christi*, i. de Christo, s. Euangelium.

Non enim, &c. q. d. ita me gessi ac si nescirem, nisi,&c.

3. *Infirmitate*, i. multa patiens. *Timore*, s. periculorum.

Tremore, sc. ob mihi mala accidentia vel Hebr. est, in timore & tremore, i. in magno timore.

4. *Persuasibilibus*, i. persuasoriis. *Virtutis*, i. potentiæ, q d. potentiis spiritus.

5. *In sapientia*, i. pendens ex sapientia.

6. *Loquimur*, s. cum opus est.

Principum, sc. Philosophorum, & Oratorum, & Magnatum.

Destruuntur, id est, tandem in nihilum recident.

7. *In mysterio*, i. absconditam, seu arcanam.

Prædestinauit, i. ante definiuit, sc. reuelandam nobis.

8. *Crucifixissent*, s. Principes Iudæorum,& gentium.

9. *Scriptum*, sc. Isa. 64. Quidam tamen putant citari quædam Eliæ quæ non extent. *Quod*, Græc. quæ.

10. *Spiritus*, s. sanctus. *Scrutatur*, i. perfecte nouit, s. Deus est, cuius proprium corda scrutari.

Profunda, i. abditissima.

11. *Hominis*, s. occulta in animo.

12. *Qua*, s. mysteria.

Donata, i. reuelata, seu in nostri gratiam facta, q.d. vt fidei mysteria credamus, seu gesta à Christo pro nobis.

13. *Comparantes*, i. conferentes, q.d. spiritualia per spiritualia explicantes, accommodantesque mysteriis explicandis conuenientem sermonem.

14. *Animalis*, i. qui carnis affectibus ducitur.

Est, i. videntur. *Examinantur*, i. diiudicantur.

Omnia, s. Dei, q.d. approbat diuina omnia,& veneratur.

Nemine, s. qui non sit spiritualis.

Iudicatur, i. iudicari potest, nec enim de spirituali potest animalis recte sententiam ferre, cum sensu careat rerum spiritualium.

16. *Cognouit*, s. nisi ipso reuelante.

Habemus, s. per reuelationem.

CAPVT III.

1. CArnalibus, i. carnis sensum adhuc sequentibus, & nondum plene spiritum.

Paruulis in Christo, i. in Christi mysteriis adhuc rudibus.

3. *Zelus*, i. æmulatio, seu inuidia. *Hominem*, i. affectum humanum.

4. *Homines*, Græ. carnales.

5. *Dedit*, sub. sic ministrat.

6. *Plantaui*, sc. vos in fide. *Rigauit*, sc. prædicatione.

7. *Aliquid*, s. sine Deo.

8. *Vnum sunt*, scil. in Christo, cuius negotium agunt.

9. *Adiutores*, Græc. cooperarij συνεργοί.

11. *Fundamentum*, sc. primarium. nam secundaria sunt, vt dicitur Eph. 2. Apoc. 21. Prophetæ & Apostoli.

Aurum, &c. per tria priora intelliguntur opera bona, seu perfecta: per posteriora, peccata venialia, secundum Aug. de fide & oper. c. 16. alij ad doctrinam referunt solidam, vel vanã prædicatorum.

13. *Dies*, i. iudicium apertum. *Igne*, i. seuero Dei examine.

14. *Manserit*, s. probatum.

15. *Arserit*, i. punietur. *Patietur*, scil. qui illud fecit.

Per ignem, i. supplicium, s. purgatorij, vbi iustorum peccata puniuntur, i. eorum qui hinc cum iustitia discesserunt. De inferni igne nihil dixit, quia de iustorum operibus loquebatur, vel bonis, vel venialibus.

17. *Disperdet*, i. perdet supplicio æterno.

18. *Stultus*, sc. quantum ad hoc seculum, cuius iudicio stulti sunt probi viri.

19. *Scriptum*, scil. Iob 5. *Comprehendam*, q. d. eorum astutias deprehensas euertam, seu res stultas. Græc. qui comprehendit, vt etiam legitur Iob 5.

20. *Sapientium*, nos Psal. 93. hominum, legimus, vt est Heb & Græ.

21. *Vestra*, i. ad vestram salutem, à Deo data, seu inseruientia.

23. *Christi*, s. serui *Dei*. s. Filius.

CAPVT IV.

1. HOmo, id est, quisque. *Mysteriorum*, i. arcanorum.

2. *Quaritur*, i. requiritur. *Inter dispensatores*, Græc. in dispensatoribus.

Fidelis, s. in dispensando.

3. *Die*, i. iudicio, s. iudicium est velut lumen.

4. *Nihil*, s. mali. *In hoc*, i. propterea. *Iustificatus*, i. culpa carens.

5. *Illuminabit*, i. manifestabit. *Tenebrarum*, pro, tenebra. *Vnicuique*, s. iusto.

6. *Hæc*, s. quæ supra dixi. *Transfigurani*, i. transtuli, s. quod de aliis dicebatur, retuli quasi de nobis diceretur, ne quemquam offenderem. *Nobis*, i. persona nostra.

Scriptum, s. supra, vbi id reprehendit.

Vnus, Græc. sapiatis, & vnus. *Pro alio*, Syr. propter aliquem, s. qui se docuit, aut baptizauit, quasi ille excellentior sit cæteris.

7. *Discernit*, i. facit excellere, velut ab aliis discretum, Græc. diiudicat, s. iudicio secernendo ab aliis, vt digniorem. *Accepisti*, sc. à Deo.

8. *Saturati*, i. pleni bonis, q. d. Ita vos geritis, quasi nihil iam desit Modesta reprehensio.

Regnatis, i. videmini vobis regnum adepti. *Regnetis*, s. vere.

Regnemus, q.d. nam & mihi id fuerit pro regno, qui vestra bona mea duco.

9. *Puto enim*, &c. q.d. ego quidem de me ita sentio.

Nouissimos, i. postremos, seu abiectos hominum iudicio.

Ostendit, i. exhibuit. *Spectaculum*, Græc. θέατρον. *Et Angelis*, pro, i. Angelis.

10. *In Christo*, i. per Christum. *Nobiles*, i. clari.

Ignobiles, i. obscuri.

11. *Instabiles*, i. non habentes certam sedem.

12. *Benedicimus*, i. bene precamur maledicentibus.

13. *Blasphemamur*, i. conuitiis afficimur.

Obsecramus, i. blande agimus cum talibus. *Purgamenta*, i. fæces.

Peripsema, i. pannus sordes tergens. vulgo straccio, Italice, q.d. vilissimum quiddam. Quidam reiectamentum vertunt, Hier. ep. 22. purgamentum.

14. *Confundam*, i. rubore suffundam.

15. *In Christo*, i. re Christiana.

16. *Domino*, i. Domini negotio.

17. Commoni

17. *Commonefaciat*, i. doceat, seu in ment emre ducat.

Christo, i. Christi negotio, s. promouendo.

19. *Cognoscam*, i. explorabo. *Virtutem*, i. efficaciam q.d. quid possint.

20. *Virtute*, id est, vt, quæ in operibus demonstra tur.

21. *In virga*, id est, cum castigatione, seu seueritate.

CAPVT V.

1. INflati, q.d. studetis superbiæ interim. Alludit ad ea quæ dixit cap. 1. & 4. de eorum contentione, & inflatione. *Tollatur*, s. per excommunicationem.

3. *Iudicaui*, i. decreui. Syr condemnaui.

4. *Nomine*, i. auctoritate.

Congregatis. Vult illum publice declarari excommunicatum.

Spiritu, sc. per hoc decretum. *Cum virtute*, i. per potestatem.

5. *Tradere*, sc. per excommunicationem, Syr. vt tradatis.

Interitum, Græc. ὄλεθρον, i. perniciem seu calamitatem, scil. cruciabat dæmon excommunicatos.

Die, s. iudicij. Videtur autem intelligendum particulare, quod fit in morte.

6. *Gloriatio*, s. in hominibus, de qua supra.

Corrumpit, Græc. fermenta, q. d. inficit ille vestram congregationem suo peccato.

7. *Vetus*, i. hominis veteris.

Fermentum, i. peccatum, s. illius fornicarij. *Conspersio*, i. massa.

Sicut estis, &c. i. vt par est eos qui sunt professione azymi, i. sinceri, & absque peccati fermento.

8. *Epulemur*, i. festum agamus.

Nec in, &c. in pro, cum. est vero explicatio præcedentis.

Azymis, s. in epulis paschalibus Iudæi azymis vescebantur.

9. *Scripsi*, s. supra. Quidam putant citare epistolam aliam, quæ non extet. *Commisceamini*, i. conuersemini.

10. *Exisse*, s. quia aliter non possetis non conuersari, cum talibus, quibus plenus mundus.

11. *Frater*, i. Christianus.

Nominatur, i. habetur.

Maledicus, i. conuitiator.

Sumere, s. cum manifestum est, esse tales, quod vulgo dicitur, Notorium.

12. *Mihi*, i. ad me pertinet. *Foris*, i. extra Ecclesiam.

13. *Malum*, s. hominem. τὸ πονηρόν.

CAPVT VI.

1. NEgotium, i. litem.

Iniquos, i. infideles.

Sanctos, i. fideles.

2. *In vobis*, i. per vos. *Indigni estis qui*, pro indignum est vt.

3. *Angelos*, s. malos.

4. *Secularia*, i. de rebus huius vitæ, seu temporalibus, Græc. βιωτικά.

Contemptibiles, id est, viles, q. dicat omnium infimos.

5. *Ad verecundiam*, &c. q.d. non id dico, quod tales velim iudicare, sed vt pudeat vos, qui gentiles aditis, quasi nemo sit inter vos, qui possit lites dirimere: præstat quidem vel ex vilibus aliquem Iudicem facere, quam illos adire in causis *Fratrem suum* pro, fratres suos.

6. *Infideles*, s. iudices.

7. *Iam quidem*, &c. q.d. quamquam culpa non caret, quod litigatis, sc. erat illo tempore nonnullum scandalum, & isti videbantur etiam ex cupiditate litigare.

Iudicia, i. lites.

Accipitis, i. patimini.

Fraudem, Græc. damnum.

8. *Fraudatis*, Græc. damno afficitis.

9. *Molles*, s. qui soli per se impudice peccant.

10. *Maledici*, i. conuitiatores, seu qui aliis male precantur.

11. *Quidam*, s. ex vobis.

In nomine, s. baptizati.

In Spiritu, i. per gratiam, vel in nomine spiritus sancti, in quo etiam baptismus datur.

12. *Omnia*, &c. pro, vt omnia mihi liceant vel, q.d. non omnia quæ licent expediunt.

Potestate, s. inordinate, vt gulæ, de hac enim loqui incipit.

13. *Ventri*, s. debetur, daturque licite.

Escis, s. destinatus, seu subiectus.

Destruet, s. quantum ad vsum edendi, qui tandem cessabit.

Fornicationi. s. seruire debet *Corpori*, s. prouidebit, seu dabit præmium suum, vt statim explicatur, vel imperare debet.

16. *In carne vna*, pro in carnem vnam, i. velut vna caro seu vnus homo.

17. *Vnus spiritus*, id est, vnum spiritum, sc. cum Deo.

18. *Omne*, sc aliud sub. fere. *In corpus*, s. illud turpiter tractando.

20. *Corpore vestro*, hic Græc. & Syr. additur, & in Spiritu vestro, quæ sunt Dei.

CAPVT VII.

1. MIhi sub. responddeo quod sequitur.

Bonum est, pro melius est.

2. *Fornicationem*, s. vitandam. *Habeat*, i. potest ducere, vel ducta vti.

3. *Debitum*, i. copulam à coniunge petitam.

4. *Mulier*, i. vxor.

Sui corporis, i. membrorum, quibus peragitur concubitus, Aug. 5. cont. Iulia.

Non habet, s. sola, vel solus. *Sed*, pro, sed etiam, q.d. potest coniux debitum petere, debetque alter reddere.

5. *Fraudare*, i. debitum subtrahere. *Orationi*, Græ. & Syr. ieiunio. & oratione.

Idipsum, i. copulam.

Propter, pro, per.

6, *Hoc*, s. de repetenda copula.

7. *Sicut meipsum*, i. continentes, Aug. lib. de grat. & lib. arb. in perpetua castitate viuere Hier. ep. 14 & 22.

8. *Bonum*, i. melius, Aug. de bono viduit.

Sicut & ego, s. in totum abstinere, Syr. sicut sum puritate.

9. *Nubant*, nisi continentiam vouissent, Aug. libr. de bono viduit.

Nubere, Græ. γαμῆσαι, i. matrimonio iungi. *Vri*, i. fornicari. Hiero. epist. 50. Augustin. lib. ad Virg. lapſ.

10. *Non ego*, q. d. non est id præceptum humanum, sed diuinum.

Discedere, s. sine iusta causa.

Discesserit, s. cum causa iusta.

12. *Dico*, i. præcipio, Heb. *Non Dominus*, s. præcipit,

pit,q.d.præceptum est humanum,non diuinum.

Frater,i.Christianus.*Consentit*,i.vult.

14. *Sanctificatus*,s. quantum ad matrimonium, vel q. d.fit interdum,vt conuertatur ad fidem.

Sancti,i.Christiani,sc opera fidelis parentis baptizati vel q.d.sunt legitime nati,Syr.mundi.

15. *Discedit*,s.nolens cum fideli habitare.

Seruituti,s.vt non habeat illo discedente libertatem cum altero contrahendi. *In pace*.pro ad pacem, i.vt pacifice viuamus,& quiete, q.d.non debet ea res pacem turbare.

16. *Vnde*,Græc.quid.potest autem id referri vel ad superiora,vel,ad proxime dicta.

17. *Nisi*,pro,verum,Syr sed *Diuisit*.s.dona sua, q.d.agat vero quisque secundum talentum sibi creditum & vocationem suam. Videtur autem id ad sequentia pertinere.*Sicut*,lege,sic.*Doceo*, Græc.ordino,Syr.præcipio.

18. *Adducat*,i.reducere conetur,s.arte, seu medicamento aliquo,Græc. attrahat. vide Epiph. lib. de Mensur.qui hunc quorundam morem fuisse refert.Syr.reuertatur ad præputium, i. gentilitatem.

In præputio,i. Gentilis.

19. *Nihil est*,i.nihil prodest ad salutem.

20. *Vocatione*,i.vitæ conditione.

21. *Curæ*,q.d. ne tibimolestum sit. *Magis*, i.potius.

Vtere,sc.seruitute,ob maiorem humilitatem , & patientiam.

22. *In Domino*,pro,ad Dominum,seu Domini fidem. *Libertus*,i.è seruo liber factus.

23. *Serui*,i.eis addicti, seu propter ipsos seruientes,sed propter Deum.

24. *Apud Deum*,i.Deo seruiens.

25. *Virginibus*,i,seruanda virginitate.*Fidelis*,s.in Apostolico munere,& possim docere salutaria.

26. *Instantem*,i.præsentem.*Necessitatem*,i.molestiam quam coniugium affert,& solicitudines domesticas,&c.vel necessitatem breui moriendi , de quo inf.

28. *Tribulationem*, &c.i.molestias, & incommoda multa coniugij.*Parco*,s.permittens coniugium parcere,seu omittere.

31. *Non vtantur*,sc.non diligant Aug. *Figura*,i. habitus,seu status.

32. *Quæ*,pro de iis,quæ.

33. *Diuisus*,s mente & cura.

34. *Sancta*,i. sanctior, nam & coniugati sancti, Aug lib de bono viduit.

35. *Laqueum*,&c.i.cogam vos continere,August. & Hier. *Ad id*,scil.hortor *Honestum*, i.honestius, Aug.lib.de bono viduit. *Impedimento*,Græ.distractione.

Dominum obseruandi,Græc.possunt verti,Domino adhærendi.

36. *Turpem se*,pro,agere se indecore,seu rem reprehensibilem, Syr. sic reddidit. Si quis se putat despicatui haberi.ob virginem suam, quod prætereat tempus eius, nec dederit eam viro, congruum est vt det, quod vult , &c. *Oportet*, pro, videatur oportere.

Nubat,pro,nuptum det,seu detur illa.

37. *Necessitatem*,i.aliquid cogens.*Sua voluntatis* i.faciendi de virgine sua quod velit,s. quia illa se ei commisit.*Iudicauit*,statuit.

39. *In Domino*,i.Christiano,Hier.& Aug.

40. *Beatior*,i.in futuro sęculo,Amb.*Sic*,s.innupta

CAPVT VIII.

1. HAbemus,q.d.scimus omnes idola nihil esse. *Inflat*,s sine charitate,Aug.

3. *Cognitus*, i. dilectus, s. nouit Dominus suos, aliis dicit:Nescio vos.

4. *Nihil est*,q.d. repræsentat vt Deum, id quod Deus non est.

5. *Sunt*,s.Gentilium opinione.

6. *In Illum*,i. per illum,sc.sumus. vel ad illum tendimus.*Per ipsum*,s.sumus.

Scientia,s.vt par est.*Conscientia*,s.erronea.

Idolothytum,i.idolis immolatum, q.d.putantes se in eo peccare.

8. *Esca*,s.ex se,q.d.nihil refert apud Deum, siue edas idolothyta,siue nõ, *Abundabimus*,i.meliores erimus apud Deũ *Deficiemus*,i.minus habebimus.

9. *Licentia*,i.libertas quibuslibet vescendi.

10 *Scientiam*,s.quod idolothytum nihil vescentem edat.*Idolio*.i.idolis immolatorum mensa.

Ædificabitur,i.excitabitur.Syr.confirmabitur.

Ad manducandum,sc. putans tamen non licere.

11. *In tua scientia*,i.propter tuam scientiam.

12. *Percutientes*,i.vulnerantes.

CAPVT IX.

1. LIber,i.libertatem habens vescendi quibus libet.*In*,*Domino*,i per gratiam Domini , seu in Domini fide.

2. *Signaculum*,i.sigillum,s quo fit certa fides q.d. vestra fides ostendit me vestrum Apostolum , qui vos conuerterim.

3. *Interrogant*, Græc.diiudicant,i. examinant,ex me quærentes,Syr.condemnant.

5. *Sororem*,i.Christianam,s.vocabantur Cristiani fratres,Christianę vero sorores.*Circumducendi*,s.sequebantur piæ fœminæ Apostolos , eisque ministrabant,vt Christo,Luc.8.*Fratres*,i.cognati,s.Iacobus,Iudas &c.

6. *Hoc*,Græ.& Syr.non,q.d.nonne possumus,non operando manibus,ex Euangelio viuere?

7. *Suis stipendiis*,i.propriis sumptibus.

8. *Hominem*,i.humanam rationem,s.solum.

9. *Alligabis*,futurum pro Imperatiuo. *Cura* , sc. præcipua,& non potius de hominibus.

10. *Nos*,s.præcipua.*Tritura*,s.triturare.

11. *Carnalia*,i.corpori sustentando necessaria.

Vestra,pro, in vos,sc.accipiendi à vobis victum.

12. *Nos*,s.qui vestri sumus Apostoli.

Sustinemus. i.patimur. *Offendiculum*, i.impedimentum seu scandalum.

13. *Sacrario*,i. templo. *Operantur*, i.sacrificant, seu ministrant. *De sacrario*,i.oblata templo.

Participant,s.partem capiunt,s.oblatorum.

15. *In me*,i.erga me ,q.d.vt alar à vobis.

Gloriam,i.gloriæ materiam.*Euacuet*,i.adimat.

16. *Gloria*,s talis,seu singularis,s.apud Deum.

Necessitas,s.ex Dei præcepto.

17. *Volens*,i. vltro,sine vllo Dei præcepto. *Inuitus*,i præcepto Dei coactus.

18. *Merces*,s singularis.*Sumptu*,s.auditorum.

Abutar,i.vtar,s.quantum possem. *Euangelium*,s. prædicando.

19. *Ex omnibus*, pro, ex omni parte, vel q.d. ex omnium seruitute exemptus.

20. *Lege*,s.Mosaica.

22. *Infirmus*,Græ.& Syr.velut infirmus.

Facerem,s.quod in me erat.

23. *Euangelium* , i. bona per Euangelium promissa.

24. *Brauium*,i.præmium victoriæ.

25. *Agone*,i,publico certamine.

26. *Quasi aerem*,&c.i.frustra,seu in vanum.

27. *Castigo*,ὑπωπιάζω,i.liuidũ redddo,s. flagellis.

Reprobus,s.apud Deum.

Mm CAPVT

CAPVT X.

1. Enim, Græ. autem.

2. *In Moyse*, i. duce Mose. *Baptizati*, pro, velut baptizati, ſ. figura erat illa baptiſmi.

3. *Spiritualem*, i. ſpiritualis figuram.

4. *Bibebant autem*, Græ. bibebant enim. *Spiritali* i. ſpiritalis rei figura, ſeu vt Aug, explicat, ſpiritualiter intelligenda.

Petra, i. petræ aqua *Petra autem*, ſ. quæ ſignificabatur per illam Petram.

Christus, qui etiam, vt eſt in Euchariſtia, per Manna ſignificabatur.

5. *In pluribus*, &c. q. d. multi eorum Deo diſplicuerunt.

8. *Viginti tria*. At Num. 25. dicitur viginti quatuor. Vtrumque verum. In maiori enim numero minor includitur.

9. *Tentauerunt*, ſ. Chriſtum. *Perierunt*, i. occiſi ſunt ſic infra.

10. *Exterminatore*, ſcil. Angelo. vide Num. 14. & 16.

11. *Correptionem* Syr. eruditionem. *Fines ſæculorum*, i. vltima ætas mundi.

13. *Humana*, i. quam homo ferre poſſit, q. d. poteſt quiſque non cadere ſi velit. *Autem*, pro, enim, q. d. Deus enim qui fideliter ſuos cuſtodit, non patietur, &c.

Prouentum, i. ſuceſſum, ſeu euentum bonum, ſeu q. d. addet vires.

16. *Cui*, Græc. quod *Benedicimus*, i. cum benedictione conſecramus. *Communicatio*, i. participatio, vt ſtatim vertit idem verbum Græcum. Nota vero hic communicandi verbum quam ſit antiquum, ſ. communicatur nobis in Euchariſtia Chriſti Corpus & Sanguis, vt hic aperte dicitur. *Panis*, ſic dicitur ob ſpecies panis.

17. *Vnus*, Syr. vt vnus eſt. *Vnum*, Syr. ſic vnum.

Omnes qui, Græ. omnes enim.

18. *Secundum carnem*, i. carnalem. eſt enim & Iſrael ſpiritualis. *Altaris*, ſub. & ſic quodammodo Dei. eodem modo qui edunt Idolis immolata, videntur participare cum idolis, & alios ſcandalizant.

19. *Aliquid*, i. vim aliquam habens.

20. *Socios*, i. participes, ſeu conſortes.

21. *Menſa*, i. altaris.

22. *Æmulamur*, i. prouocamus ad indignationem, Græc. παραζηλοῦμεν, q. d. Deumne audemus irritare?

23. *Omnia*, &c. vide ſup. c. 6. *Ædificant*, ſc. proximum, loquitur de Idolothytorum eſu.

24. *Suum*, i. ſibi vtile ſub. ſolum.

Sed, pro, ſed etiam.

25. *Interrogante*, ſc. an ſit idolothytum *Conſcientiam*, ſ. ne lædatur, vel veſtra, vel, aliorum fidelium, qui poſſent ſcandalizari.

26. *Domini enim*, &c. q. d. eſt enim caro Dei creatura, qua veſci licet.

Plenitudo eius, i. quicquid in ea eſt.

28. *Et propter*, pro. i. propter.

29. *Non tuam*, ſ. qui ſcis licere. *Alterius*, ſ. qui ſcandalizatur. *Vt quid enim*, pro, alioqui enim cur.

Iudicatur, i. condemnatur, ſc. in re alioqui licita.

30. *Gratia*, i. gratiarum actione. *Blaſphemor*, i. reprehendor. *Quod*, pro, de quo.

32. *Sine offenſione*, i. neminem ſcandalizantes.

33. *Placeo*, i. ſtudeo placere ad ædificationem.

Eſt, ſ. ſolum. *Sed*, pro, ſed etiam.

CAPVT XI.

2. Præcepta, Græ. παραδόσεις, i. traditiones.

3. *Viri*, ſ. fidelis. Iuſt. q. 89. *Caput*, ſc. ſuperior, dux, ſeu gubernator.

4. *Prophetans*, i. ſcripturam interpretans, aut Dei myſteria ediſſerens. *Deturpat*, i. dehoneſtat, ſeu dedecorat. *Suum*, ſ. Chriſtum, q. d. facit iniuriam Chriſto per rem indecentem.

5. *Suum*, ſc. virum ſuum. *Vnum*, pro, idem *Decaluetur*, Græ. raſa ſit.

Nam &, &c. q. d. ſi enim licet non velari, licebit & tonderi.

Decaluari, Græ. radi.

7. *Gloria Dei*, ſc. ſapientiam Dei & dominium repræſentat dum orat, aut prophetat, ideoque coram illo debet eſſe aperto capite, vel ob reuerentiam, vel ad Dei libertatem repræſentandam. Id autem quidam intelligunt dum talia fiunt in perſona Eccleſiæ. Nam alioqui, tecto capite concio habetur.

Viri, ſ. dum ſe ſubiectam ei profitetur, adeoque debet ſemper eſſe velata velut ſubiecta.

10. *Poteſtatem*, ſ. velum ſignificat poteſtatem viri in vxorem. *Angelos*, ſc. ad Angelorum præſentium reuerentiam. Quidam tamen per Angelos, ſacerdotes & iuſtos intelligunt, q. d. ne illis ſit cauſa tentationis.

11. *Sine muliere*, ſ. naſcitur. *In Domino*, i. Deo ſic vtrumque faciente.

14. *Nec*, pro, non ne. *Comam nutriat*, ſc. more fœminarum, Græca verti poſſunt, comatus ſit. ſic inf.

16. *Eccleſia*, Græc. Eccleſiæ, q. d. nec Iudæi, nec Chriſtiani, vel nec ex Iudæis, nec ex Gentibus conuerſi.

17. *Hoc*, ſ. præcedens. *Non laudans*, ſ. quod ſequitur. *In melius*, ſ. progredientes, vt par eſſet.

Conuenitis, ſ. ad Eccleſiam.

18. *Sciſſuras*, i. diſſidia, Græc. σχίσματα.

19. *Hæreſes*, i. ſectas, ſ. errantium.

20. *In vnum*, i. ſimul. *Non eſt*, i. non accidit.

Manducare, ſ. vt oporteret.

21. *Cœnam*, ſ. poſt Euchariſtiam ſolebant vna cœnare, inuitatis pauperibus · poſtea per abuſum quidam ſoli cœnabant, non expectatis egenis.

22. *Nunquid*, &c. q. d. ſi veſtra ſoli edere vultis, cur non facitis domi veſtræ?

Confunditis, i. pudorem incutitis.

24. *Agens*, pro, cum egiſſet.

Tradetur, Græc. frangitur.

Commemorationem, i. memoriam mei.

25. *Calicem*, ſ. accepit. *Eſt*, pro continet.

Sanguine, ſ. hic incluſo, per quem nouum teſtamentum confirmatum.

26. *Annunciabitis*, i. commemorabitis.

27. *Corporis*, ſ. indigne ſumpti, i. peccati in corpus.

28. *Probet*, i. examinet, ſ. ne cum peccato accedat.

Homo, i. quiſque, Heb. *Diiudicans*, diſcernens, ſ. à cæteris cibis, vel expendens, ſc. quanta res ſit, quantaque puritate accedendum. Mirum hic non videre hæreticos veritatem corporis Chriſti in Euchariſtia. Et quid potuit apertius dici?

30. *Dormiunt*, i. moriuntur.

31. *Diiudicaremus*, i. diſcuteremus, & emendaremus. *Iudicaremur*, i. damnaremur à Deo, ſeu puniremur.

32. *Corrumpimur*, i. caſtigamur.

34. *Iudicium*, i. condemnationem.

CAPVT

CAPVT XII.

1. Spiritualibus, sc. donis.

2. *Scitis*, &c. q. d. primum gratiam Dei agnoscite, qua estis ab idolorum cultu liberati.

3. *Ideo*, &c. q. d. illud etiam cogitate, neminem sine Dei gratia posse Christum confiteri. *Nemo*, pro, sicut nemo. *Dicit anathema*, pro, anathematizat, i. execratur, seu maledicit. *Iesu*. Græ. IESVM.

Et nemo, pro, sic nemo. *Dicere*, &c. i. confiteri, vt par est. IESVM Deum esse. *In Spiritu sancto*, i. per gratiam Spiritus sancti.

4. *Diuisiones*, i. discrimina.

5. *Ministrationum*, i. ministeriorum.

7. *Vtilitatem*, sc. Ecclesiæ.

8. *Spiritum*, s. sanctum. *Sapientiæ*, sc. diuina explicandi facultas. *Scientiæ*, s. dirigendi humana.

Secundum, pro, per.

9. *Fides*, sc. excellens. *In eodem*, pro, per eundem.

Sanitatum, i. sanandi. *Vno*, pro eodem.

10. *Virtutem*, i. miraculorum. *Sermonum*, i. linguarum.

12. *Christus*, i. Christi in Ecclesia.

13. *In vno*, pro, eodem. *In vnum*, i. vt vnum simus. *Potati*, q. d. vnum spiritum hausimus.

22. *Sed multo magis*, pro, imo potius.

23. *Circumdamus*, s. diligentius operientes.

Inhonesta, i. indecora, s. pudenda. *Nostra*, pro, in nobis.

Honestatem, s. dum teguntur.

24. *Nullius*, s. eiusmodi. *Temperauit*, pro, contemperauit. *Deerat*, s. decor. *Honorem*, s. dum voluit tegi diligentius & custodiri.

25. *Schisma*, i. dissidium. *Id ipsum*, i. pariter, seu æque.

26. *Etsi*, pro, itaque si. *Gloriatur*, pro, honoratur. Syr. exultat.

27. *De membro*, Græc. ex parte, q. d. quisque in parte sua, seu loco.

28. *Prophetas*, s. vaticinantes, vel prædicantes.

Virtutes, i. operantes miracula. *Opitulationes*, Syr. adiutores, s. rerum spiritualium. *Gubernationes*, i. gubernatores, seu rectores.

31. *Æmulamini*, i. studiose sectamini, seu expetite.

Meliora, i potiora. *Et adhuc*, &c. q. d. eiusmodi est id, de quo statim dicam. *Viam*, s. ad salutem.

CAPVT XIII.

1. Linguis, i. eloquentia, vel q. d. si loqui sciam omnium linguis. *Angelorum*, i. si possem tam perfecte loqui, vt Angelus, vel, cum Angelis colloqui.

2. *Scientiam*, s. habuero. *Omnem fidem*, s. etiam eam, per quam fiunt miracula.

3. *Ardeam*, i. comburar.

Prodest, s. ad regnum cœlorum obtinendum, Aug. lib. de patientia.

4. *Æmulatur*, i. inuidet. *Perperam*, i. praue, seu peruerse vel temerarie, Syr. tumultuose.

5. *Quærit*, sub. solum, s. quærit etiam vtilitatem proximi. *Irritatur*, i. excandescit.

6. *Super*, pro, de. *Veritati*, i. de probitate, seu iustitia, Hebr.

7. *Suffert*, sc. illata à proximis. *Credit*, sc. credenda.

Sperat, s. speranda. *Sustinet*, s. aduersa.

8. *Excidit*, i. perit, s. quantum ex se est, alioqui per peccatum perditur. *Euacuabuntur*, i. desinent.

Scientia, s. imperfecta huius vitæ.

9. *Ex parte*, i. imperfecte.

10. *Euacuabitur*, i. abolebitur.

11. *Cum essem*, pro, veluti cum. est enim similitudo.

Euacuaui, i. aboleui.

12. *Per*, pro, velut per.

In ænigmate, i. obscure.

Facie ad faciem, i. clare, vt cum se duo mutuo aspiciunt.

Cognitus sum, s. à Deo, i. perfecte.

13. *Horum*, pro, ex his.

CAPVT XIV.

1. Æmulationes, i. studio persequimini.

Magis, i. præcipue.

Prophetetis, i. diuina explicetis. Huc pertinet concionandi munus.

2. *Lingua*, s. peregrina, seu variis linguis. *Audit* i. intelligit, s. nisi habeat Donum linguarum.

Spiritu, i. mente, seu monente Spiritu sancto.

4. *Ecclesiam*, s. fideles congregatos.

5. *Volo*, i. opto. *Maior*, i. vtilior Ecclesiæ.

6. *Reuelatione*, i. reuelans aliquod mysterium

Scientia, i. explicans aliquid quod scire iuuet.

Prophetia, i. diuinum aliquid exponens.

Doctrina, i. mores instituens.

7. *Tamen*, pro, nam &, seu etenim. *Distinctionem*, &c. q. d. nisi distincte ita sonent, vt possit intelligi quid sibi velint.

8. *Incertam*, i. militibus ignotam.

9. *Manifestum*, i. intelligibilem. *In*, pro, velut, in.

In aera, i. frustra, Syr. Quasi cum aere

10. *Vt puta*, pro, quidem, vel nempe. *Linguarum*, Græ. vocum.

11. *Virtutem*, i. vim, seu significationem.

Cui loquor, Græc. & Syr. qui loquitur.

Barbarus, &c. q. d. nec ego magis intelligam, quam Barbari linguam intelligunt ignotam, videbiturque ille mihi barbara lingua loqui.

12. *Æmulatores*, i. studiosi. *Spirituum*, i. spiritualium donorum. *Abundetis*, s. gratiis.

13. *Interpretetur*, i. possit interpretari quod dicit.

14. *Spiritus*, i. voluntas. sic dictum Spiritus promptus. i. voluntas. *Mens*, i. intellectus.

Sine fructu. s. si non intelligam orans dico. Not. quosdam tunc solitos lingua peregrina orare, sed non intelligentes quid dicerent, vt nunc idiotę qui Latine orant. s. dabat interdum Spiritus Sanctus linguæ peregrinæ vsum in oratione, sed sine intelligentia saltem mysteriorum quæ loquebantur, vt qui nunc Psalmos, etiamsi Latine sciant, non intelligunt.

15. *Et mente*, i. quod intelligam.

16. *Benedixeris*, i. Deum laudaueris. *Spiritu*, i. voluntate quidem in Deum pia, sed sic vt ab aliis non intelligaris. *Supplet*, Græc. implet.

Idiotæ, s. populi, q. d. qui pro populo respondet, vt nunc fit in Missis. *Nescit*, i. non intelligit.

18. *Omnium vestrum*, sc. erant Græcorum variæ dialecti, & Græc. & Syr. magis quam vos omnes.

19. *Ecclesia*, i. fidelium cœtu. *Quinque*, i. pauca. *Sensu meo*, i. quæ possint intelligi, me explicante.

Lingua, i ignota auditoribus.

21. *Lege*, i. scriptura legis veteris, s. Isa. 28.

Labiis, i. linguis Repetitio. Paulus sensum reddidit. nam Heb. & Græc. aliquanto aliter.

22. *In signum*, &c. q d. exhiberi solent etiã iis, qui, nihil propterea ad fidem mouentur. *Non fidelibus* sub. solum, vel proprie. *Sed fidelibus*, s. solet Deus ad suos Prophetas mittere.

23. *In vnum*, i. simul. *Idiota*, i. plebeii, seu imperiti.

24. *Prophetent*, sc. occulta reuelantes, vel diuina differentes. *Conuincitur*, sc. erroris, vel peccati in quo est.

Diiudicatur, i. de eo fit certum iudicium.

26. *Psalmum*, i. Dei laudem. *Doctrinam*, i. morum instructionem. *Apocalypsim*, i. reuelationem aliquam.

Linguam, i. quod lingua peregrina loqui possit.

Interpretationem, s. linguæ, vel alicuius rei obscuræ.

27. *Secundum*, pro, per. q. d. duo solum loquantur.

Vt multum, i. ad summum. *Per partes*, i. vicissim.

Interpretetur, s. iis qui linguam illam nesciunt.

28. *Taceat*, s. qui donum habeat linguarum.

29. *Dicant*, sc. vicissim. *Diiudicent*, i. ferant super dictis sententiam, s. probandane videantur, an improbanda.

30. *Prior*, s. qui volebat diiudicare.

31. *Per singulos*, i. singillatim. *Exhortentur*, i. moneantur, seu instruantur.

32. *Et*, pro, nam. *Prophetis*, vel aliis, sc. vt sinant se ab illis diiudicari, vel iisdem, s. vt possint tacere.

33. *Ecclesiis*, i. pax est. *Doceo*, non est Græc. nec Syr.

34. *Loqui*, sc. in Ecclesia, vel docere. *Lex*, i. scriptura s. Gen. 3.

36. *An à vobis*, &c. q. d. non est quod his contradicatis, quasi sapientiores. *Verbum Dei*, i. prædicatio Euangelica.

38. *Ignorat*, s. Dei mandata, s. seu Dei voluntatem.

Ignorabitur, s. à Deo, i. improbabitur.

40. *Honeste*, i. decenter.

CAPVT XV.

1. NOtum, &c. q. d. in memoriam vobis reuoco

2. *Qua ratione*, i. quo modo.

5. *Vndecim*, Græc. & Syr. duodecim, sc. sic vocabantur etiam cum Iudas deesset.

6. *Fratribus*, i. Christianis.

7. *Iacobo*, quando, aut quomodo non constat. *Apostolis*, s. die Ascensionis.

8. *Abortiuo*, i. imperfecto fœtui, respectu Apostolorum. *Visus est*, vide Act. 9.

10. *Vacua*, s. operibus, q. d. otiosa seu inutilis. *Illis*, s. de quibus supra. *Ego*, s. solus, seu, ex me.

11. *Sic*, s. vt supra dixi.

14. *Inanis*, i. vana.

15. *Aduersus Deum*, s. de illo mentientes.

18. *In Christo*, i. cum fide Christi.

19. *In hac vita*, q. d. huius vitæ bona, seu commoda.

Miserabiliores, s. quia fallit nos valde talis spes: vita enim Christiana plena incommodis, seu tribulationibus.

20. *Nunc autem*, q. d. At re vera. *Primitiæ*, i. primus.

22. *In*, pro, per. *Viuificabuntur*, i. ad vitam suscitabuntur.

23. *Aduentu*, i. sub. eius aduentum, s. resurgent, nec est Græc. qui crediderunt. Nostra lectio potest sic intelligi: qui in eius priori aduentu crediderunt.

24. *Finis*, s. mundi, seu potius hominis, in quem, s. creatus.

Tradiderit regnum, i. præsentauerit electos.

Deo, s. suo, quatenus homo. *Patri*, quatenus Deus.

Euacuauerit, i. aboleuerit, s. vt non sit necessaria dispensatio per Angelicos Principatus Aug. 1. de Trin.

25. *Donec*, i. eo vsque vt. *Ponat*, sc. Pater, vel ipse.

28. *Subiectus erit*, q. d nec tunc desinet esse Patri subiectus, quatenus homo est, vel, tum vero totum Christi Corpus mysticum erit Deo plane subiectum, & per omnia obtemperans. *Omnia*, i. per omnia, seu perfecte, vel loco omnium, s. quæ possunt optari ab homine.

29. *Pro mortuis*, i. ipso baptismo mortuorum resurrectionem profitentes, sc. in aquam mersi, velut in sepulcrum, & inde velut resuscitati emergentes, vel, qui baptizantur, i. affliguntur, seu patiuntur pro iis, qui sunt in purgatorio, ieiuniis & aliis pœnitentiis se macerantes. baptizari enim interdum est pati. vt Mar. 10. Luc. 12.

31. *Morior*, i. mortis periculum subeo.

Per, est enim iuramentum, vt Not. August. 3. de doct. Christ. potest etiam intelligi, q. d. ob vestrum profectum. *Vestram*, i. de vobis. *In Christo*, i. apud Christum.

32. *Secundum hominem*, i. humano more. ob finem aliquem temporalem. *Ad bestias*. Quidam leones intelligunt, quibus aiunt fuisse obiectum, nec læsum, alij probabilius, ad feros homines, qui ei aduersabantur, præcipue Iudæos, referunt. *Manducemus*, &c. q. d. quin illud potius facimus, quod dicunt, qui nihil credunt. videtur alludere ad Sap. 2. *Cras*, i. cito.

Moriemur, s. corpore & anima. Est enim vox non credentium animæ immortalitatem.

33. *Corrumpunt*, &c. Menandri est senarius.

34. *Euigilate*, i. expergiscimini. *Iuste*, i. recte, seu ad iustitiam, s. faciendam. *Reuerentiam*, i. pudorem, q. d. pudere vos deberet talium errorum, quibus vestrum aliqui misere tenentur.

36 *Insipiens* &c. q. d. cur non aduertis quod tu ipse facis?

37. *Vtputa*, i. verbi gratia.

39. *Caro*, i. corpus.

40. *Et*, pro, & sunt. *Gloria*, i. claritas.

44. *Animale*, i, subiectum passionibus & necessitatibus. *Spirituale*, i. omnino spiritui subiectum, nulloque indigens. *Est &*, pro, erit &.

45. *Scriptum*, s. Gen. 2. *Nouissimus*, sc. Christus. Est autem id à Paulo additum. Est autem sensus huius loci: Primo homini datum corpus viuens vita animali: Christo vero, post resurrectionem corpus spirituale sc. nulli subiectum indigentiæ cibi aut potus, aut huiusmodi aliorum, quibus Adæ corpus subiectum. Potest & sensus esse: Adamo datam vitam qua viueret, Christo vero qua posset etiam homines viuificare & resuscitare.

50. *Caro & sanguis*, i. corruptio carnis & sanguinis, August. epist. 146. *Neque corruptio*, explicatio præcedentis.

51. *Mysterium*, i. rem diuinam occultam.

Immutabimur, s. ad gloriam.

52. *Momento*, i. temporis puncto. *Nouissima*, i. qua dabitur signum postremum. forte intelligit septimam ex illis, de quibus Apoc. 8. 9. & 10.

Tuba, i. signo aliquo clarissimo, quod dicitur etiam vox Christi, & Archangeli, Aug. ep. 120.

Et nos, s. electi. Hinc apparet legendum supra: *Non omnes immutabimur*, & non vt Græca nunc habent.

53. *Hoc*, quasi in carnem digitum intendit, Aug. de fide & Symb. cap. 10.

54. *Scriptus*,

54. *Scriptus*, sc. Isa. 25. *In victoria*, i. per victoriam.

55. *Vbi est mors*, &c. Id sumptum ex Osea 13. secundum 70. vbi nunc sic legitur : Vbi causa tua mors? vbi stimulus tuus Inferne? vide ibi.

56. *Mortis*, i. mortem afferens. *Lex*, sc. fomitis, qui ad peccandum incitat : vel, lex vetus per occasionem, vt dicitur Rom. 5. & 7.

58. *In Domino*, i. per Dei gratiam, seu quod attinet ad Dei remunerationem.

CAPVT XVI.

1. COllectis, i. collectione eleemosynarum.

2. *Vnam*, i. primam. *Sabbati*, i. hebdomadæ, sc. dominica die, Græc. sabbatorum.

3. *Per epistolas*, i. iunge cum sequentibus. *Gratiam*, i. beneficium eleemosynæ.

4. *Dignum*, i. conueniens, q.d. si res tanta erit, vt æquum sit me etiam ire.

6. *Hyemabo*, i. hyemem transigam.

7. *In transitu*, i. transeundo istac, s. in Macedoniam. vide seq. Epist. cap. 1. q.d. transibo quidem per vos, sed non immorabor. *Manere*, pro, mansurum.

9. *Ostium*, &c. q.d. multi sunt parati fidem recipere.

Euidens, i. vnde aperte fructus speretur, Græc. efficax, Syr. operosum. *Et aduersarij*, pro quamquam aduersarij.

10. *Venerit*, s. ad vos. *Timere*, q.d. facite vt possit inter vos agere confidenter.

12. *Vtique*, Græc. omnino, Syr. nunc. *Vacuum*, Græc. opportunum, Syr. locus.

15. *Domum*, i. familiam. *Stephanæ*, virum quidam putant, alij fæminam. vide sup. cap. 1. *Primitiæ*, i. primi Christiani. *Ordinauerunt*, i. exhibuerunt.

16. *Subditi*, i. seruientes, s. si quid opus habuerint.

17. *Vobis*, pro, ex vobis. *Deerat*, s. præsentia vestra, vel subsidium.

Suppleuerunt, s. suo aduentu, vel ministerio.

18. *Vestrum*, s. qui velut erat in ipsis. *Cognoscite*, i. agnoscite, seu honorate.

19. *Salutant vos*, Syr. postulant pacem vestram.

Ecclesia, i. congregatione, seu familia fideli.

22. *Anathema*, i. excommunicatus, q.d. dignus est, qui excommunicetur, seu perdatur. *Maran*, i. Dominus noster, Chal. est.

Atha, i. venit, Chal. est q.d. iam venit propter homines, ideo amandus, vel venit, pro, veniet, s. ad iudicium, ideo timendus.

24. *Charitas mea*, &c. q.d. amor, quo vos in Christo diligo, vobis prosit. *Amen*, Græc. additur. Missa è Philippis per Stephanam, Fortunatum, Achaicum & Timotheum, Syr. Missa è Philippis Macedoniæ per Timotheum.

II. AD CORINTHIOS.

Reddit causam cur ad eos non venerit, vt promiserat, vultque ignosci illi fornicario pœnitenti. differit de statu legis Euangelicæ, officiique Christiani. laudat illos. monet de Collecta, & de suo munere, Deique in se beneficiis aliqua adiungit.

CAPVT I.

1. SANCTIS, i. Christianis. sic dicuntur, quod sint ad sanctitatem vocati, seu per Christum sanctificati.

2. *Gratia*, s. multiplicetur. vide 1. Petri 1.

3. *Totius*, i. omnis, seu perfectæ. *Consolationis*, sc. dator.

4. *Omni*, pro, quauis. *Exhortationem*, Syr. consolationem: verbum Græcum vtrumque significat.

5. *Passiones*, i. afflictiones. *Christi*, i. ob Christum illatæ, vel toleratæ.

6. *Exhortatione*, Syr. consolatione. *Siue consolamur*, &c. Hæc vsque ad, salute, non sunt Græc. hoc loco, sed inf. non tamen omnia. Videntur conflata ex duabus versionibus. *Siue exhortamur*, &c. Hæc vsque ad, salute, non sunt Syr. *Et salute*, s. fit. *Operatur*, &c. Græc. efficitur, seu exercetur, in tolerantia, &c.

Passionum, i. afflictionum.

7. *Vt*, Græc. & *Sit*, Græc. est. *Pro vobis*, i. quam de vobis habemus.

8. *In Asia*, s. Ephesi. *Virtutem*, i. vires nostras.

9. *Responsum*, i. certam expectationem, seu iudicium, quod esset secutura.

10. *Eruit*, i. eripit.

11. *Ex multorum*, &c. Græc. ex multis personis. *Eius*, &c. i. pro dono nobis à Deo collato.

12. *Nam*, pro, & quidem. *Gloria*, Græc. καύχημα, i. gloriatio. *Dei*, i. ex Deo, q.d. sancta. *Ad*, pro, erga.

13. *Non enim* &c. q.d. Id vero quod scribo nunc, & in superiori epistola legistis, & alioqui ex factis meis iamdudum cognoscitis.

14. *Vestra*, sc. gloriabantur quod Paulum habuissent præceptorem. *Nostra*, s. eritis. *Die*, s. iudicij.

15. *Prius*, pro, pridem. *Secundum*, sc. secundo meo ad vos aduentu. *Gratiam*, i. beneficium spirituale.

17. *Vsus sum*, sc. non veniens ad vos. *Carnem*, i. sensum carnis. *Est*, Græc. etiam sic. & inf. q.d. mutatio seu aliud in dictis, aliud in factis: quamquam Græc. nunc aliud quiddam significatur.

18. *Fidelis*, q.d. benedictus sit, seu laudetur de fidelitate, quam & mihi præstitit. *Sermo*, i. prædicatio.

Non est, pro, non fuit. *Sed est*, pro, sed fuit. *In illo est*, pro in illo etiam, i. constans affirmatio.

19. *In illo*, pro, in illa prædicatione.

20. *In illo*, pro, in illis, q.d. veræ fuere & impletæ suo tempore. *Amen*, i. veritas, pro, veræ promissiones. *Deo ad gloriam*, pro, ad gloriam Dei. *Nostram*, Græc. per nos.

21. *Signauit*, s. velut impresso signo. *Et dedit*, &c. explicatio præcedentis. *Pignus*, s. velut arrham.

23. *Inuoco*, i. cito *In*, pro, contra, s. si mentior, Syr. testor Deum per animam meam. *Parcens vobis*, vestri causa, quibus, s. expediebat ne venirem. vide cap. seq. *Vltra*, i. adhuc.

24. *Non quia*, pro, nec enim. *Dominamur*, &c. q.d. nec enim gerimus nos vt dominos vestros ob fidem

fidem quam vobis prædicauimus, sed consulimus vestræ saluti.

Gaudij,i.consolationis.*Statis*, sub.in ea quæ operam damus,vt perseueretis.

CAPVT II.

1. *IN tristitia*,i.contristaturus castigationibus.

3. *Hoc ipsum*,i.de hac re,sc.vt prius emendaretis errata,quam ego venerim. *Scripsi*, sc priori Epistola.

Confidens,s.vos facturos.

In,pro,de.

4. *Angustia*,i.anxietate.*Per multas*,pro,cum multis.

In vobis,Græc.in vos.

5. *Non me*,s.solum.*Ex parte*,iunge,cum omnes vos.

Vt non onerem,i.ne quid grauius dicam.

6. *Fit*,pro facta est.

7. *Donetis*,i.debeatis condonare.

Abundantiori,i.grauori. *Absorbeatur*,i.opprimatur.

9. *Experimentum vestri*,i. periculo de vobis facto.

10. *Donastis*,Græc.donatis,pro,donabitis.

Et ego,sc.dono.

In persona,i.vice,seu auctoritate.

11. *Circumueniamur*, sc.si nobis illum eripiat per desperationem.

Cogitationes,i.astutias,seu machinationes.

12. *Troadem* , quæ prius Troia vocabatur, Hier. ep.150.q.11.

In Domino,i.in Christi negotio,sc. Euangelica prædicatione,vel,per Dei gratiam.

13. *Spiritui*,pro,in spiritu.*Titum*, hoc Paulus interprete vtebatur, vt Petrus Marco, quia diuinorum sensuum maiestatem, digno non poterat Græci eloquij explicare sermone.Hier.ep.150.*Macedoniam*,sc.vt ibi Titum inueniret, Hier.ep.150.

14. *Triumphat*,i.facit triumphare,seu vincere.

In Christo,i.per Christum,seu in rebus Christi.

Odorem,i.suauitatem.

15. *Bonus odor*,q.d.per nos se prodit,vt res odorata per odorem.

Deo,i.ad Dei gloriam.

In iis,pro,iis seu apud eos.

19. *Mortis*,i.afferens mortem,s.quia non creditur quod prædicamus. *In mortem*,i. moriendo.seu dum moriuntur tales. Sic Christus dicitur positus in ruinam,&c.

Vita,i.vitam afferens,sc. credentibus.*In vitam*,i. viuendo,seu dum viuunt.sc.per fidem.*Hac*,sc. præstanda.

Tam,s.vt par est quamquam Græc.non est.

17. *Adulterantes*,i.vitiantes Græc. cauponantes, s.vt caupones,qui vina corrumpunt,vel q.d. ad quæstum abutentes.

Ex Deo,s.acceptum.

In,pro,de,vel per.

CAPVT III.

1. *ITerum*,q.d.post tot nostra de vobis merita.

2. *Epistola*,s.commendatitia,q.d.abundè nos commendat vita vestra , quam sic instituimus.*Scripta*,&c.q.d.quos etiam in corde habemus,velut impressos.

3. *Manifestati*,i. dum apparet. *Christi*, i. in qua Christus descriptus.*Carnalibus*,i.carneis,s.viuis,& sentientibus , secundum Aug. vide de spir. & lit. c.17.& 15.con.Faust.

4. *Talem*,s.quod sitis epistola nostra,&c.

Ad,pro,apud.

5. *Sed*,pro,nam.

9. *Littera*,&c.Græc.litteræ,sed spiritus,i.non legis veteris,sed nouæ;vel , non Scripturæ solius,sed etiam gratiæ,s.qua intelligitur,& seruatur.

Occidit,s.sine spiritu. augét enim concupiscentiam præceptum, dum prohibet malum, grauiusque peccatur,si desit gratia.vide Aug.de spir.& lit. cap.4.

7. *Ministratio mortis*,i lex afferens mortem, modo proxime dicto. *Deformata*,i.descripta , seu insculpta.

Gloria,i.claritate,seu splendore.sic inf.

Quæ,sc.ministratio, seu lex,vel potius gloria, vt apparet ex Græc.

Euacuanda,i.abolenda.

9. *Damnationis*, quam sup. vocauit mortem, sc. animæ.

Abundat,i.excellit.*Iustitia*,i.per quod confertur iustitia.

10. *Glorificatum est*, i. dicendum fuisse gloriosum.

Claruit,Græc.glorificatum est.

In hac parte,i.si conferatur cum gloria Euangelica.

Gloriam,s.Euangelicam.

11. *Per gloriam*,i.gloriosum.

Manet,s. perpetuo.

12. *Talem*,i.tantarum rerum.

13. *Et non*,s.oportet nos facere.

Intenderent,sc.oculos quia ferre splendorem non poterant.

Quod euacuatur, i. quæ res, seu gloria tandem abolenda erat.

14. *Obtusi*,i.ob cæcati.

In lectione,i.dum legitur.

Quoniam,&c.q.d.quia cum per Christum solum tollatur,illi Christum non recipiunt.

17. *Spiritus est*,sub.datque Spiritum intelligendi legem.

18. *Nos*,sc.Christiani. *Reuelata facie*,i. sine velamine impediente aspectum, seu fidei considerationem.faciem vero intellige vel legis Euangelicæ, vel nostram.

Speculantes,i.velut per speculum aspicientes.

In eandem, &c. i.ad similitudinem diuinæ gloriæ.

A claritate,&c Græc.à gloria in gloriam,sc.procedentes.

Tanquam,&c.q.d.nempe faciente id Spiritu Dei in nobis.

CAPVT IV.

1. *MIsericordiam*,s.electionem ad id munus.*Deficimus*,,i.negligentes sumus.

2. *Abdicamus*,i.reiicimus. *Occulta dedecoris*, i. dedecorosa, quæ solent à peccantibus occultari.

Adulterantes, Græ. dolosè tractantes. *Commendantes*,i.probantes.*Ad*,pro,apud.*Conscientiam*,i.iudicium.*Coram Deo*,s.approbante.

3. *In iis*,pro,iis.

4. *Deus*,de quo Ioan.14. Princeps huius mundi s.colebatur ab infidelibus Diabolus pro Deo.potest & de Deo vero intelligi, & tunc *huius sæculi*, cum sequentibus iungendum,& sic intelligit Iren.lib.3. cap.7.

Gloria Christi, i. quo apparet Christi gloria, seu per quod Christus glorificatur.

5. *Seruos*,s.nos exhibemus,seu fatemur.

Per,i.propter.

Dixit,i.iussit,Heb *Splendescere*,s.cum mundi lucem

cem creauit. *Scientiæ*, i. cognitionis.

Claritatis, Græc. gloriæ. *In facie*, s. relucentis, alludit ad faciem Mosis. Faciem verò vocat præsentiam, seu opera.

7. *Istum*, s. illuminationis. *Vasis*, &c. s. intra corpora fragilia.

Sublimitas, s. status nostri.

Virtutis, i. potentiæ.

Ex nobis, i. nobis adscribatur.

8. *Angustiamur*, s. animo. *Aporiamur*, i. periclitamur. *Destituimur*, s. à Deo.

9. *Humiliamur*, i. affligimur. *Confundimur*, i. erubescimus.

10. *Christi*, s. patientis exemplo. *Manifestetur*, i. appareat.

11. *Qui*, pro, dum. *Mortem*, i. mortis periculum.

12. *Operatur*, i. exercetur, q. d obiicimur sæpe mortis periculis. *Vita*, &c. q. d. vos verò Dei beneficio prosperè agitis.

13. *Eundem*, s. cum antiquis Patribus. *Sicut*, &c iunge cum sequentibus.

Loquimur, i confitemur quod credimus.

14. *Nos*, i. me, meosque socios.

Constituet, s. apud se.

15 *Omnia*, s. à nobis fiunt, seu à Deo. *Per multos* &c. pro per multorum gratiarum actionem.

16. *De die in diem*, i. in dies.

17. *In sublimitate*, i. excellenter. *Operatur*, i. parit.

18. *Temporalia* i. ad tempus durantia.

CAPVT V.

1. *Domus*, sc. corpus. *Habitationis*, Græc. tabernaculi.

Ædificationem, pro, ædificium.

2. *In hoc*, s. tabernaculo. *Habitationem*, s. gloriam cœlestem.

De cœlo, i. cœlestis.

3. *Si tamen*, &c. q. d. si tamen nobis tantum bonum contigerit.

4. *Grauati*, s. mundi miseriis.

Eo quod nolumus, pro, nec vellemus, s. si fieri posset *Expoliari*, s. corpore.

Vt absorbeatur, &c i. sic vt mortalitas per immortalitatem auferetur non morientibus.

5. *Efficit*, Græc. effecit, i. parauit, seu destinauit.

In hoc, s. vt faciat immortales.

Deus, s. est.

Pignus, s. arrham.

6. *Audentes*, i. confidentes. *Peregrinamur à Domino*, i. longe agimus à Dei visione, & felicitate.

7. *Speciem*, i. visionem speciei, seu faciei.

8. *Autem*, pro, inquam.

Bonam voluntatem habemus, q. d. optamus.

9. *Absentes*, s. ab eius visione. *Præsentes*, i. cum ei sistemur.

10. *Propria corporis*, i. acta, dum viueret in corpore.

11. *Scientes*, &c. i. Deum timentes. *Suademus*, i. probari studemus. Vide Gal. 1. *In conscientiis vestris*, i. apud vos.

12. *Pro nobis*, i. nostri causa.

Habeatis, s. quid dicatis, vel vnde gloriemini.

Ad eos, i. apud eos.

In facie, i. exterius. *In corde*, q. d. cum tamen in conscientia sua non habeant vnde glorientur.

13. *Deo*, i. ad Deum. *Sobrij sumus*, i. nos demittimus, seu attemperamus *Vobis*, sub. ex charitate facimus.

14. *Christi*, i. in Christum.

Vrget, i. compellit, s. ita facere.

Æstimantes, i. animo reputantes.

Mortui sunt, sc peccato, & velut mortuos viuere oportet cæteris rebus, solique Christo viuere.

15. *Et pro*, pro, nam pro, Heb.

16. *Ex hoc*, s. tempore.

Nouimus, &c. i. cogitamus vt mortalem, sed immortalem.

17. *Si qua*, pro, si quis est. *Vetera*, i. quæ veteris hominis.

18. *Nobis*, s. Apostolis.

Reconciliationis, s. prædicandæ, & & quodammodo perficiendæ.

19. *Reputans*, i. imputans. *Verbum*, i. prædicationem, seu negotium.

20. *Pro Christo*, i. loco Christi. *Exhortante*, verti poterat, consolante.

21. *Nouerat*, i. fecerat.

Peccatum fecit, i. hostiam pro peccato, Aug. ep 120. *Iustitia Dei*, i. iusti coram Deo, seu per Dei iustitiam. *In ipso*, i. per ipsum.

CAPVT VI.

1. *Adiuuantes*, Græ. cooperantes, s. Deo.

Recipiatis, pro, receperitis.

2. *Ait*, s. Deus, Isa. 49.

Accepto, i. mihi placito.

Dei salutis, i. tempore gratiæ.

3. *Offensionem*, q. d. neminem offendentes, vel scandalizantes.

Ministerium, &c. i. prædicatio Euangelica, s. quasi non reddat bonos qui eam sequuntur, vel de se loquitur q. d. curo sedulo, ne ministerium meum quisquam possit merito reprehendere.

4. *Exhibeamus*, Græ. exhibentes, quod potest ad Paulum referri, & quidem id magis volunt sequentia.

Necessitatibus, i indigentiis.

6. *Castitate* Græ. puritate.

Scientia, i. prudentia.

Suauitate, i. benignitate, Syr lenitate. *In spiritu S.* i. per Spiritum sanctum. Iungi potest cum præcedentibus, & sequentibus.

7. *Veritatis*, i. veraci. *Virtute Dei*, i. operibus, Dei virtutem demonstrantibus, *Arma*, i. opera.

A dextris, &c. q. d. vndique, vel in prosperis & aduersis.

8. *Ignobilitatem*, i. ignominiam.

Per infamiam, &c. q. d. per conuitia, & laudes

Cogniti s. Deo, & probis.

9. *Castigati*, i. correpti, s. à Deo. *Mortificati*, interfecti.

11. *Ad vos*, sc. ad libere vobiscum loquendum, seu vos plene instituendos. *Dilatatum*, s. charitate erga vos.

12. *Non angustiamini*, i. non locum angustum habetis. *Angustiamini autem*, &c. q d. at minus latum habetis cor, quam opto.

13. *Eandem*, sc. quam ego. *Remunerationem*, s. à Deo. *Dilatamini*, s. charitate.

14. *Iugum ducere*, i. commercium habere, vel coniugia inire.

Participatio, i. consortium. *Societas*, Græc. communio.

15. *Conuentio*, i. concordia. *Ad Belial*, i. cum Diabolo. *Pars*, i. participatio.

16. *Idolis*, Syr. templo Dæmoniorum.

CAPVT VII.

1. Spiritus,i.mentis,seu voluntatis.
Perficientes,No. perfici ab homine suam sanctificationem,s.per opera bona.

2. *Capite nos*, i. excipite charitatem meam in vos.
Circumuenimus, i. seduximus, seu per iniuriam quicquam eius occupauimus,nam Græ. ἐπλεονεκτήσαμεν.

3. *Dico*,s.hæc,q.d.non id dico,quod in hac parte velim vos obiurgare.
Estis,s. sic dilecti,seu fixi.
Ad commoriendum,&c.i.vt vobiscum parati simus & mori & viuere.

4. *Pro*,i.de.*Vestra*,lege nostra.

5. *Caro*,i.corpus.*Omnem*,i.maximam.

7. *In vobis*,i,ex vobis.*Æmulationem*,i. studium.

8. *Pœniteret*, pro, pœnituerit,sc. antea aliquantum.
Ad horam,i.breue tempus.

9. *Patiamini ex nobis*,i.passi sitis ob ea quæ scripsi.

10. *Sæculi*,i. mundanorum,seu de rebus mundanis.
Mortem,s.animæ sæpe.

11. *Sed*,pro, imo. *Defensionem*, satisfactionem (hæc n peccatorem defendit)vel, cautionem in posterum.
Indignationem,sc. contra peccatum. *Æmulationem*,i.zelum,seu studium boni.*Vindictam*, sc. peccati.
Incontaminatos esse negotio,i.sic vt appareret,vos in eo negotio inculpare,seu bene gessisse.

12. *Non*,pro,non solum.
Passus,s.pater,eius,qui incestum commiserat.*Sed* pro,sed etiam.

13. *Abundantius*,i.multo.
Super,i.dic.
Refectus,i. refocillatus.

14. *Sum confusus*,i erubui. *Veritas facta est*,i.vera esse comperta est.

15. *In vobis*,pro,erga vos,q.d. plurimum vos amat.

CAPVT VIII.

1. Gratiam Dei, s. ad faciendam eleemosynam, & libenter patiendum.

2. *In multo*,&c. q.d.experti multas tribulationes,valde sunt læti.*Altissima*.i.maxima, Gr.profunda.
In diuitias, &c.q.d. ad largiendum cum magna animi sinceritate.

3. *Virtutem*,i.facultatem.
Et pro,imo vero.
Voluntarij,i spontanei largitores.

4. *Cum multa*,&c.q.d.valde instanter.
Nos,sub.vt acciperemus.
Gratiam,i.eleemosynæ beneficium. *Et*,pro.i.*Ministerij*,i.subsidij.

5. *Et non*,pro,non solum.*Sed*,pro, sed etiam.
Per voluntatem Dei,i.Deo volente,eosque ad id mouente,vel.ad Dei voluntatem faciendam,sc.per nos eis indicatam.

6. *Ita*, &c. q.d. quod nobis animum dedit, vt, &c.
Gratiam,i.eleemosynam.

7. *Sermone*,i. exhortatione. *Scientia*,s. rerum diuinarum, seu prudentia.*Abundetis*.s.hortamur.

8. *Aliorum*, s.Macedonum. *Solicitudinem*, sc. in danda eleemosyna. *Ingenium*, i. animum, seu affectum,Græc. ingenuitatem. *Comprobans*, i. probans, seu explorans,vel pro,prouocans.

10. *Hoc*,i.re hac. *Non solum facere*, sc.nunc, vel sunt verba transposita, Syr. non solum velle, sed etiam facere,&c. vide c.sequens.
Priore,i.superiore.

11. *Voluntatis*,pro volendo. *Perficiendi*,pro,perficiendo.

12. *Secundum id*,&c.Hinc forte illud sumptum: Voluntas pro facto reputatur.

13. *Remissio*,i.relaxatio.*Tribulatio*,sub.volumus. *Ex æqualitate*,i.pro cuiusque viribus.vel,iuxta id, quod statim sequitur.

14. *Illorum*,s.Macedonum.
Illorum abundantia, sc. cum erit, & vos indigebitis.

15. *Scriptum*,s.de manna.
Multum,s.collegit.
Abundauit,i.plus habuit,s.quam cæteri.
Munerauit,i munus habuit.s.certa quadam singulis mensura præscripta erat ad cibum.

17. *Exhortationem*,s meam.
Sollicitior, pro, valde sollicitus. *Voluntate*, i. sponte.fortè fuerat prius profectus,quam ei à Paulo præscriptum erat.

18. *Fratrem*,scil.Lucam,vel Barnabam.vel Apollo.
Euangelio,sc.scripto (si Lucas intelligatur) vel prædicato.

19. *Autem*,sub.id.
Gratiam,i.eleemosynam colligendam forte alludit ad illud,quod dicit Gal.2.
Destinatam,i.promptam.
Nostram.Græ.vestram,s.implendam.

20. *Deuitandos*,i.cauentes.*Plenitudine*,i. copia,s. pecuniæ.

22. *Fratrem*,Incertum,quem dicat.*In vos*,pro,de vobis.

23. *Pro Tito*,i.causa Titi, s.facite.*Fratres nostri*, pro reliquis fratribus nostris. *Gloria*, Græc. gloria, pro,ad gloriam.

24. *Gloriæ pro vobis*,i. gloriationis de vobis,q.d. exhibere vos, vt postulat charitas vestra, & nostra gloriatio.
Facie,i.conspectu.

CAPVT IX.

1. Ministerio,s.hoc de quo supra,i.eleemosynæ subsidio. *Ex abundanti*,i.superfluum.
Scribere,s.multa.

2. *Quoniam*.pro, dicens quod. *Achaia*, scil.Corinthij.
Vestra,pro.vestri,q.d. vestro exemplo, ô Corinthij,multi sunt excitati,

3. *Euacuetur*,i. reddatur inane,seu vanum appareat.
Dixi,s.sup.vel q.d.iuxta id quod apud Macedones de vobis prædicaui.

4. *Substantia*,i.re,seu negotio,Græc.additur gloriationis.

5. *Preueniant*,i.præcedant me.*Repromissam*,pro, promissam.*Benedictionem*,i.beneficentiam.
Auaritiam,q.d.ne parca sit.

6. *In benedictionibus*,i.copiose. *De*,Græ.in.

6. *Vnusquisque*,s. det. *Ex necessitate*,i.coacte.

8. *Gratiam*,s.spiritualem,vel temporalem.

10. *Semen*,s.materiale,i. granum:& spirituale. i. gratiam.*Incrementa*,i.prouentus.*Iustitia*, i.ex iustitia ortorum operum, vel eleemosynam intelligit, quæ interdum vocatur iustitia in scriptura.

11. *Simplicitatem*,i.sinceritatem.
Quæ operatur, &c. q. d. ob quam Deo gratias agimus.

agimus.

12. *Desunt*,s.ad sustentationem.

Sanctis,i.Christianis. *Abundat*,&c. q. d.facit vt multi ob id Deum laudent.

13. *Per probationem*,&c.i. approbantes id opus glorificent,&c. *In*,pro,de,seu ob. *Confessionis*, s. per opera bona. *In*,pro,iuxta *Et simplicitate*, explicatio præcedentis. *Illos*,s.sanctos,de quibus sup.

14. *Et*,s.glorificantes. vel q.d præterea orant pro vobis. *Vos*,s.videre.

15. *Dono*,s.data vobis gratia.

CAPVT X.

1. *MOdestiam*,i. benignitatem. *In facie*,i.præsens

2. *Autem*,pro,inquam. *In quosdam*.iunge cum, audeam. *Secundum carnem*,i.humano more.

Ambulemus, i. conuertemur, sub. quod tamen non sic est.

4. *Deo*.i.Dei virtute. *Munitionum*,s. aduersariorum.

Consilia destruentes,pro,quibus destruimus consilia,i.machinationes.

5. *Altitudinem*,i.eminentiam,seu superbiam.

Scientiam,i.cognitionem.

6. *Cum impleta*, &c. q.d.postquam adhibueritis vos remedia à me præscripta,si non profecerint.

7. *Secundum faciem*,i. apparentiam. *Videte*.sub.& prouidete,q.d. corrigite tales Alij,videtis. q. d.mea satis nostis,s.quid possim.

8. *Amplius*,s.quam soleam,vel plus quam ipsi.

9. *Vt autem*,&c q.d non faciam tamen,ne existimer,&c.

10. *Inquiunt*,s.quidam.

12. *Audemus*, i. animum inducimus. *Inserere*,i. miscere. *Comparare nos*,i.similes esse. *Et comparantes*.&c.q.d.accommodantes nos viribus nostris.

13. *In immensum*,i.vltra modum.

14. *Super*,i. vltra quam par est. *In Euangelio*,i. prædicando Euangelium.

15. *Crescentis*,&c.pro,crescente fide vestra.

Magnificari,i.gloriari,seu laudem consequi.

Regulam,i.mensuram. *In abundantia*,i.abundanter.

16. *Etiam*,pro,& etiam. *Euangelizare*, sc.speramus.

In iis,pro,& in iis. *Præparata*,i. à Deo commissa nobis.

CAPVT XI.

1. *SVstineretis*, pro, sufferatis. *Modicum quid*, i. paulisper.

Insipientia,pro,insipientiam, Syr. insipienter loquentem. *Sed &*,pro attamen.

2. *Æmulor*,i.zelo prosequor. *Dei*, i.secundum Deum,seu Dei causa. *Exhibere*,i.vt exhibeam.

3. *Sensus*,i mentes. *In Christo*,i. secundum Christi voluntatem.

4. *Alium*,s.meliorem. *Recte pateremini*,i.merito ferretis talem.

5. *Enim*,pro,autem.

A magnis,pro,quam magni.

6. *Sermone*, plane defuit Paulo orationis facilitas.& elegantia.

7. *Exaltremini*,pro,exaltaremini,s.apud Deum.

8. *Vestrum*,i.erga vos,q. d. vt vobis inseruirem.

10. *Est veritas*,&c.q.d.vere dico,teste Christo.

Infringetur,i.mihi peribit. *Achaia*, in ea est Corinthus.

12. *Et faciam*,i.faciam etiam posthac. *Gloriantur*,s.posse ex Euangelio viuere.

13. *Subdoli*,i.dolosi.

16. *Dico*,iunge cum,quod loquor,&c.

17. *Secundum Deum*, i. diuino more, quo soleo Dei mysteria tractare, nihil me commendans, q.d. humanum quiddam dicam. *Quasi*,s.videri poterat insipientia.

Substantia,i.negotio,seu argumento.

18. *Secundum carnem*,i.de carnis nobilitate.

Gloriabor,i possim gloriari.

20. *Deuorat*,s.vestra. *Accipit*,s.munera.

Cedit,iunge cum sequentibus.

21. *Secundum*,&c. q d.cædit, inquam,quod attinet ad ignominiam, seu conuitia quibus vos afficit.

Quasi nos,&cæt.q d. tribuatur sane infirmitati meæ quod vos non sic tractauerim. *In insipientia*,i. velut insipienter.

23. *Minus sapiens*,Græc.desipiens. *Abundantius*, pro,abundanter.

24. *Quadragenas*,s.plagas. *Vna minus*, ita Iudæi solebant,cauentes ne forte excederent numerum quadragenarium à Deo præscriptum, Deut. 25.

25. *Maris*, pro,mari,s. iactatus vndis extra nauim.Syr. sine nauigio in mari.

26. *Genere*,Syr.cognatione mea,s.Iudæis.

27. *Ærumna*,i.molestiis.

28. *Instantia mea*,i.mihi imminentia pericula.

29. *Infirmatur*,i.dolet,seu affligitur.

30. *Infirmitatis*,&c.q.d.de iis quæ patior.

32. *Regis*,s.Petreæ,& Damasci. Eratis socer Herodis Tetrarchæ,qui Ioannem decollauit.

CAPVT XII.

1. *NOn expedit*,q. d. quod quidem alioqui non expedit.

2. *In Christo*,i.Christianum, vel,per Christi virtutem.

In corpore,s.manente anima.

Tertium,sc.empyreum. nam primum, aereum; secundum orbes qui mouentur.

4. *Arcana*,Græ.ἄῤῥητα,i.ineffabilia. *Non licet*,&c. i.quæ explicari non possunt ab homine.

5. *Gloriabor*, q. d. pro tali re,seu homine. possim quidem gloriari. *Pro me autem*,q.d. nam in me(quod ex me est) non est de quo possim , nisi quis putet materiam gloriationis esse posse, infirmitates ,de quibus sup.dixi.

6. *Si voluero*, &c. q.d. quanquam non desint in me Dei dona multa,de quibus possim,si velim,gloriari.

Parco,i.abstineo.

7. *Magnitudo*,i. excellentia. *Stimulus carnis*,i. tentatio carnem ad peccatum stimulans. *Angelus*, pro nempe Angelus. *Satanæ*, pro, satanas , nisi forte ipsam tentationem significet, à satana, scil.immissam.

Colaphizet,i. velut colaphis impactis , pudore magis afficiat,quam lædat,

9. *Virtus*,&c.q.d. potentia mea illustrior apparet in carnis infirmitate,s.dum teneo ne peccet.

11. *Insipiens*,pro,velut insipiens. *Ab iis*,pro,quam ii. *Supra modum*,i.excellentissimi.

12. *In omni*,pro,cum omni. *Virtutibus*, i.miraculis,s.factis Dei virtute.quo vno verbo comprehendit omnia signorum & prodigiorum genera,i,minorum & maiorum miraculorum.

13. *Donate*,i.condonate. *Iniuriam*,vrbana ironia.

14. *Nec enim*,&c.q.d.facio in eo Patris officium, cuius non est à filiis accipere,sed eis dare,& hic vrbanitas quædam est potius sententiæ, quam rationis,

nis firmitas. Alias enim ait: Quis militiat suis stipendiis vnquam? &, quid magnum est, si carnalia vestra metamus?

15. *Impendam*, s. quęcunque habeo. *Super*, pro, insuper. *Diligar*, s. à vobis.

16. *Esto*, i. dixerit forte quis quod.

17. *Circumuenit*, s. volens vestra eripere.

18. *Vestigiis*, i. passibus, q.d. eodem modo.

19. *Olim*, i. de rebus olim factis, Græ. πάλιν, i. rursum. Interpres legit, πάλαι. *Excusemus*, q.d. putatis nos id dicere excusationis causa, vt fit, & defensionis rerum nostrarum, & non potius causa vestri?

Coram Deo, &c. i. teste Deo. *In Christo*, i. Christi spiritu. *Omnia*, s. dicimus, vel facimus.

20. *Æmulationes*, i. inuidiæ. *Animositates*, i. iræ.

CAPVT. XIII.

1. Tertio, s. bis iam venerat Corinthum. *Trium*, videtur alludere ad aduentuum numerum, q.d. vt tres testes rem confirmant, ita mei ad vos aduentus. *Stabit*, i. confirmabitur. *Verbum*, i. dubium negotium.

3. *Experimentum*, i. probationem. *In vobis*, pro in vos.

4. *In illo*, Syr. cum eo. *In vobis*, pro, vobiscum, seu, quam in vos exercet.

5. *Tentate*, i. explorate. *Reprobi*, i. improbatis moribus, seu, sine probatione.

7. *Vt reprobi*, Græ. velut reprobi, i. non probati, q.d. modo vt vos bene habeatis, nolo vllam mei ab hominibus haberi rationem.

8. *Non enim*, &c. q.d. nec enim aliud opto, quam vt secundum veritatem, i. iuste viuatur.

9. *Consummationem*, i. perfectionem, s. vt perfecti sitis.

11. *Exhortamini*, s. inuicem. Verti poterat consolamini. *Sapite*, i. sentite. Syr. sit inter vos concordia.

13. *Dei*, s. Patris meminit. n. omnium personarũ.

Amen, Græ. additur, Missa è Philippis Macedoniæ per Titum & Lucam. Quidam è Nicopoli missam putant.

AD GALATAS.

Contra eos qui legalia seruanda contendebant. Addit & quædam ad mores pertinentia.

CAPVT I.

1. A *B hominibus*, s. ad Apostolatum vocatus. *Hominem*, sc. purum, Christus enim etiam Deus. *Galatia*, sc. precatur quod sequitur.

3. *Gratia*, s. multiplicetur.

4 *Secundum*, &c. iunge cum, dedit, &c.

7. *Quod non est*, pro, cum tamen non sit, q.d. non est illud Euangelium quia vnum solum est. *Nisi*, pro, nisi quid. *Conuertere*, i. mutare.

8. *Quam*, pro, id. *Anathema sit*, i. perdatur omnino.

9. *Prædiximus*, s. alias, vel proxime.

10. *Modo*, i. nunc. *Suadeo*, i. probari studeo. vide 2. Cor. 5. *An*, &c. explicatio præcedentis.

Placerem, i. ideo recte facerem, vt placerem. Aug. 1. de Ser. Dom.

11. *Secundum hominem*, i. hominum inuentum, seu ab homine profectum. *Homine*, vide sup.

13. *Expugnabam*, i. vastabam, seu impugnabam.

14. *Genere meo*, Syr. cognatione mea, s. Iudaica gente. *Æmulator*, i. studiosus. *Paternarum mearum*, i. à patribus mei acceptarum.

16. *In me*, pro, per me. *Acquieui*, i. consensi.

Carni & sanguini, i. hominibus.

17. *Antecessores*, i. priores me.

18. *Tres*, s. à conuersione. *Veni*, sc. è Damasco fugiens, de quo act. 9. sic enim quidam interpretantur.

Petrum, velut primum inter Apostolos, Amb. Syr Cipha. sic & inf.

19. *Neminem*, s. tunc, *Iacobum*, s. minorem, filium Alphæi.

20. *Coram Deo*, i. teste Deo.

21. *In Christo*, i. Christiane.

23. *Auditum habebant*, i. audierant.

24. *In me*, i. ob meam conuersionem, & prædicationem. *Clarificabant*, Græ. glorificabant.

CAPVT II.

1. QVatuordecim, s. à conuersione.

2. *Secundum reuelationem*, sc. mouente Domino, vt id facerem. *Contuli*, s. vt haberem securitatem prædicandi, Hiero. ep. 89. *Seorsum*, non publice, ne Iudæi conuersi, qui legem putabant seruandam scandalizarentur. Hier. *Iis*. iunge cum, *Illis*, q.d. cum illis inquam. *Aliquid*, i. in pretio.

In vacuum, s. opinione aliquorum.

4. *Sed*, q.d. Id quod feci. *Subintroductos*, i. irrepentes *Falsos*, i. falso nomine. *Fratres*, i. Christianos.

5. *Subiectioni*, i. vt illis subiiceremur.

6. *Ab iis*, s. nihil didici. *Aliquando*, s. ante Apostolatum. Erant enim piscatores & imperiti.

Nihil, &c. i. nihil curo. *Enim*, pro inquam, vel certe. *Nihil*, s. auctoritatis, aut doctrinæ.

8. *Operatus est*, &c. i. fecit Petrum Apostolum Iudæorum, & me fecit Gentium.

9. *Societatis*, i. sociales, seu societatis symbolum.

Gentes, s. iremus prædicatum, intellige præcipue. Alioqui & Paulus Iudæis, & Petrus Gentibus prædicauit. *Cicumcisionem*, i. Iudæos.

10. *Tantum*, scil. monuerunt, seu commendarunt.

11. *In faciem*, i. palam, seu coram.

13. *Consenserunt*, s. simul cum eo simulantes.

14. *Ad*, i. iuxta, *Gentiliter*, i. Gentilium cibis vescens. *Iudaice*, s. abstinens cibis lege veritis *Quomodo* i. cur. s. nunc.

15. *Natura*, i. natiuitate, seu genere. *Peccatores*, i. infideles.

16. *Ex operibus*, i. vi operum. *Nisi*, pro, sed.

Propter quod, pro, propterea quod. *Omnis caro*, i. vullus homo Heb.

17. *In Christo*, i. per Christum. *Peccatores*, s. quod legem non seruemus.

Minister, s. legem abrogando, q. d. esset quidem Christus causa peccati, si lex esset necessaria.

18. *Enim*, pro, autem. *Destruxi*, s. dicendo legem non,

non seruandam. *Reedifico*, s. dicendo seruandam.

19. *Per legem*, s. Christi. *Legi*, s. Mosis.

Mortuus, i. non amplius obnoxius.

20. *Non ego*, s. ille qui eram ante.

21. *Non abiicio*, q. d. absit vt reiiciam seu, non agnoscam. *Gratis*, i. frustra, sufficit n. lex.

CAPVT III.

1. *INsensati*, i. stulti. *Fascinauit*, i. dementauit.

Non obedire, i. faciens non obedire.

Praescriptus, i condemnatus, q. d. quem vestro iudicio condemnastis, & veluti crucifixistis vel ante quorum oculos propositus est Christus imitandus, & cum quo velut crucifixi estis mortificando vos ipsos.

2. *Discere*, i. intelligere. *Ex operibus*, i. per opera.

Spiritum, s. sanctum. *Ex auditu*, i. per praedicationem.

3. *Consummemini*, i. desinatis, q. d. spiritualem vitam carnali mutetis.

4. *Sine causa*, i. frustra. *Si tamen*, &c. q. d. quamquam non frustra, sc. erat spes emendationis horum.

5. *Fides*, s. id facit.

7. *Ex fide*, i. ex parte fidei, s. qui fidei abscribunt iustificationem, non legi, seu, qui fide nituntur, non lege.

8. *Prouidens*, ante videns, seu praescia.

Scriptura, i. Deus scripturae auctor, Aug.

In te, i. tuae fidei imitatione, vel, semine tuo.

9. *Ex fide*, vide sup. *Sub maledicto*, i. maledictione, s. quia legem non faciunt, quae sine fide impleri non potest, & gratia.

11. *Quoniam*, pro, quod. *In lege*, i. per legem.

Viuet, s. vita animae.

12. *Non est ex fide*, i. non fide nititur, aut ei vitam adscribit. *Sed*, pro, sed dicit. *Ea*, s. praecepta.

Viuet in illis, i. per illa. q. d. lex vitam tribuit operibus, non fidei: at nemo nisi per fidem iustificatur, non ergo vita illa legis, vera vita est, apud Deum, si fidem auferas, sed apparentia quaedam potius vitae, vera solum tum vita futura, si fides adiungatur. Not. qui legem implebant veram vitam habuisse, sed sine fide neminem vnquam legem implesse.

13. *Maledicto*, i. maledictione, sc. sub qua erant qui legem non implebant. *Maledictum*, s. opinione hominum. *Maledictus* s. ob peccatum, quo meruit suspendi.

14. *In Christo*, i. per Christum. *Pollicitationem Spiritus*, i. promissum Spiritum.

15. *Secundum hominem*, i. humano more, seu exemplo.

Tamen, i. certe. *Spernit*, i. reiicit, s. si est legitimum.

Super, i. contra illud.

16. *Dictae*, i. factae. *Dicit*, s. Gen. 15. *Et seminibus*, quamquam scriptura nunquam semina dicat, sed, semen. etiam cum posteros multos intelligit: tamen notat Paulus dictum illic semini, tanquam de vno non tanquam de multis, sed id suo more phrasi difficili exprimit, plane obscurus, ne cum ipso dicam imperitus sermone, facilius sic diceretur, dixit, semini, vnum semen, i. filium vnum intelligens, non multa semina, i. filios multos, vt solet interdum scriptura.

17. *Ad euacuandam*, pro, adeoque euacuat, i. abolet.

18. *Repromissionem*, i. promissionem, q. d. promisit se donaturum, sc. haereditatem, seu benedictionem.

19. *Transgressionem*, sc. legis naturalis indicandam.

Cui, pro de quo, vel q. d. cui praecipue facta erat promissio. *Ordinata*, i. data, seu disposita. *Mediatoris* s. Mosis.

20. *Vnus est*, s. illorum duorum, q. d. mediator erat inter Deum & populum Deus autem non sibi contradicit, vt legem ferat suae promissionis contrariam, seu abrogatricem.

21. *Iustitia*, sub. & superflua fuisset illa promissio.

22. *Conclusit*, &c. q. d. ostendit omnes homines esse peccatores, egereque redemptore. *Promissio*, i. res promissa. *Ex fide*, i. per fidem.

23. *Fides*. i. fidei status, seu lex Euangelica. *In eam fidem*, s. disponente.

24. *In Christo*, i. ad Christum disponens.

29. *Non est*, &c. q. d nulla est distinctio personarum, sed omnes in Christo vnum sunt.

Graecus, i. Gentilis.

CAPVT IV.

1. *DIco autem*, q. d. addam & hoc. *Cum*, pro. cum tamen.

2. *Actoribus*, i. curatoribus.

3. *Elementis*, &c. q. d. rebus materialibus à lege praescriptis. Vide Col. 2.

4. *Venit*, &c. i. vbi est impletum tempus à Deo definitum. *Ex muliere*, Aug. 2. Tri. eo est missus quo factus ex muliere. *Factum est sub lege*, i legi subditū.

5. *Adoptionem*, s. amissam in Adam, Aug.

6. *Filij sui*, sc. etiam à filio procedit. vide Rom. 8.

Pater explicatio est praecedentis verbi Caldaei.

7. *Est*, Grae. & Syr, estis. *Deum*, i. Dei misericordiam, Aug. Grae. & Syr. Dei per Christum.

8. *Natura*, i. re vera, seu per se, sed hominum opinione.

9. *Cogniti*, i. dilecti. aug. *Infirma*, s. non valentia iustificare. *Elementa*. vide sup.

10. *Tempora*, Grae. καιρὸς, i. oportunitates. sc. ad festa celebranda, vel secundum legem operandum.

Annos, s. obseruari volebat lex annum 7. & 50.

11. *Vos*, pro, vobis. *Sine causa*, i. frustra.

12. *Ego*, s. nunc sum. *Et ego*, s. olim, cum legi seruirem. *Laesistis*, q. d. non queror mihi factam iniuriam, sed vestram vicem doleo.

13. *Per infirmitatem*, &c. q. d. multa passus. *Iampridem*, Grae. prius.

Tentationem meam, i. probationem per afflictiones, Grae. experimentum mei. 14. *Respuistis*, &c. q. d. non ideo me minoris fecistis, aut contempsistis.

15. *Beatitudo*, i. status ille, quem felicem dicebatis, vosque beatos. *Fieri posset*, pro, opus fuisset, seu expedisset.

17. *Aemulantur vos*, i. studiosi vestri sunt, seu salutis vestrae cupidi. *Sed*, pro, nam. seu imo. *Excludere*, s. libertate Euangelica. *Vt illos*, &c. q. d. Illos imitando.

18. *Aemulamini*, i. sectamini, seu imitamini.

19. *Parturio*, i. do operam vt in Christo renascamini.

Formetur, &c. i. Christi formam recipiatis perfectam, s. scientia. & dilectione.

20. *Mutare*, vocem, i. negare vos filios Aug.

Confundor, Grae. perplexus sum, Syr. stupefactus sum. *In vobis*, i. de vobis seu vestri causa.

23. *Secundum carnem*, i. modo naturali. *Repromissionem*, pro, promissionem.

24. *Per allegoriam*, i. figuraliter. *Sunt*, i. significant.

In seruitutem, seruos. *Quae est*, &c. id quod per

Agar

Agar.repræsentatur.

25. *Coniunctus*,i.confinis,seu è regione situs,etsi distans longe. *Nunc est*, i, vocatur, vel q. d.etiam nunc extat.*Seruit*,s.ipsa Agar.

Filiis,sc,Iudæis,qui per eius filios significantur.

27. *Deserta*,s.à Deo antea Gentilitatis.

Eius quæ,&c.s.Synagogæ Deo desponsatæ.

28. *Secundum*,i.ad similitudinem.

CAPVT V.

1. STate, Quidam cum superioribus iungunt *Seruitutis*,legis veteris,quæ seruos facit,

2. *Circumcidamini*.sc credentes aliter non posse saluari,Aug.19.cont. Faust.

3. *Debitor*,sc.id per ipsam circumcisionem profitetur.

4. *Euacuati*,q.d.alieni,s.abiecistis à vobis illum, Syr.desciuistis. *In lege*,&c. i. per legem iustificari quęritis.

5. *Spiritu ex fide*,i.mente fide munita.*Spem iustitiæ*,i.quod iustitia vt præmium sperat.

6. *Operatur*,i.exercetur.

7. *Non obedire*,i.ne,obediretis.

8. *Nemini*,s.talium.*Persuasio*,s.de lege seruanda.

Vocat,pro,vocauit.

P. *Corrumpit*,Græc. i.fermentat.

10. *In vobis*,pro de vobis.*Aliud*, s.quam quod doceo.

Portabit iudicium,i.dabit pœnas Deo.

11. *Circumcisionem*,i.legis obseruationem.

Patior,s.à Iudæis, vel ob Christi fidem etiam ab aliis.

Euacuatum est,cessauit.

Scandalum,s ob quod multi Christianos persequuntur.

12. *Abscindantur*, i. pereant prorsus,s. ne plus peccent.

13. *Carnis*,i.carnalis vitæ.

Spiritus,i.spiritualem,quamquam non est Græc. nec Syr.

14. *Lex*,s.ad mores pertinens Aug.

15. *Mordetis*,& comeditis,i. læditis, seu leuius, seu grauius.

16. *Spiritu*,i. secundum spiritum, seu spiritualiter.

Ambulate,i.agite, seu conuersamini.

17. *Faciatis*, sc. facile, vel perfecte, quamquam quis potest omnino, vt optat, non concupiscere?

18. *Sub lege*,s.Mosis. vel tanquam serui coacte, sed voluntarie.

19. *Fornicatio*,Græc.adulterium,fornicatio.

Immunditia.i.contra naturam.*Impudicitia*,s.visu, tactu,&c.quamquam Græc.non est.*Luxuria*, q.d.& quoduis luxuriæ genus.

20. *Æmulationes*,i.zeli inordinati. *Sectæ*,Græc. hæreses.

21. *Talia*,s.cum sunt mortalia,nec enim id semper.

22. *Bonitas*,i.beneficentia.

23. *Fides*,s.in dictis,vel diuinorum.

24. *Vitiis*,Græc.affectibus.

Et,pro,i.

26. *Prouocantes*,s.ad iram,vel malum.

CAPVT VI.

1. PRaeocupatus, sc.lapsus. *Instruite*,i. reducite, Syr.erigite.*Considerans*,&c.q d.cauens simul tibi,vel,cogitans infirmitatem tuam.

Tenteris,i.tentatione vincaris, q. d.vide ne & tu labaris,vel,cogita te etiam posse tentari.

2. *Onera*,i.molestias. *Portate*,i. sufferte, vel q d. iuuate inuicem.*Legem*,scil.de dilectione. Hoc est, inquit, præceptum meum, vt diligatis inuicem.

3. *Aliquid esse*, adeoque non potest ferre alios.

4. *Opus*,pro,opera.*Probet*,i.exploret.

Habebit,q.d.videbit an in se habeat vnde possit gloriari.

Altero,s.laudante.vel peccante,cui se ideo præfert.

5. *Onus*, i. peccatorum sarcinam, de qua Deo reddet rationem.

6. *Catechizatur*,i.mysteria fidei docetur.

Verbo,sc.fidei. *Bonis*, q.d. communicet ei bona temporalia,si ille eget.

8. *Corruptionem*,i.interitum,seu supplicium.

9. *Deficientes*,i. fraudati, vel q. d. fructum quo fruemur perpetuo.

10. *Ad*, pro, erga. *Domesticos fidei*,i. fideles iustos,Hier.ep.150.

11. *Qualibus*,s.quanto affectu erga vos, qui totam præter morem,mea manu scripserim.

12. *In carne*,i.hominibus. *Crucis*,ob crucem,seu sectatorum crucis.

13. *In carne*,&c. i. ob persuasam vobis circumcisionem.

14. *Crucifixus*,s.vt nocere non possit,Aug.

Mundo,s. vt illius nihil concupiscam. potest & sensus esse: Nec ego à mundo quicquam expecto, nec ille à me,vel, crucifixi in me mundana omnia, & mundus in se mea,s.diuina.

15. *Noua*,s.per gratiam.

16. *Regulam*, i formam vitæ, sc.renouatæ per Christum.

Et super,pro,i. super, *Israel Dei*,i. verum Israelitam.

17. *Stigmata*,i.notas impressas seruorum more, s.sæpe flagellatus ob Christum multaque passus corpore,q.d.ne mihi quis Christum tentet eripere,frustra enim fecerit.

18. *Amen*,Græc.additur & Syr.Missa è Roma.

AD EPHESIOS.

De Dei electione, & gratia. Deque hominis Christiani moribus.

CAPVT I.

1. FIDELIBVS, i. credentibus
2. *Gratia*, f. multiplicetur.
3. *Benedictus*, i. benedicatur, seu laudetur. *In omni*, pro, omni.
In cœlestibus, pro, & cœlesti, vel ad cœlestia ducente, vel è cœlo. *In Christo*, i. per Christum.
4. *In ipso*, f. tanquam eius membra. *Immaculati*, Græ. inculpati, seu irreprehensibiles.
5. *In adoptionem*, &c. i. vt adoptaret in filios.
Ipsum i. se, f. vt sui essemus, vel in Christum, sc. vt eius membra essemus. *Propositum*, Græ. εὐδοκίαν, i. beneplacitum.
9. *Gloriæ*, i gloriosæ, seu, gloriosam, i. illustrem.
In qua, i. per quam.
Gratificauit, i. sibi gratos fecit. *In*, pro, per.
7. *Remissionem*, appositio.
9. *Sacramentum*, i. arcanum. *Eius*, i. suum.
Proposuit in eo, i. exhibuit in Christo.
10. *In dispensationem*, &c. i. cum tempora ab eo dispensata, seu ordinata impleta essent. *Instaurare*, i. restituere, seu renouare, Græc. recapitulare, q. d. perfecte concludere. *In*, pro, per. *In cœlis*, f. etiam Angeli per Christum perficiuntur. est enim etiam ipsorum caput in quantum homo, restaurata est etiam ruina Angelorum.
In ipso, abundat, more Hebræo.
11. *In quo*, i. per quem, sc. Christum. *Sorte* i. beneficio prouenienre ex oculto Dei iudicio; vel pro, in sortem, i. hæreditatem. *Propositum.* Quod nobis velut sors est, Deo est propositum. *Consilium*, i. decretum.
Voluntatis, q.d. liberum.
12. *Ante*, sc. eius aduentum. Loquitur de Iudæis.
13. *Salutis*, pro, de salute. *In quo*, pro, in quo, in quem, i. per quem. *Promissionis*, pro, promisso.
14. *Pignus In redemptionem*, &c. q d. redempti, & ei acquisiti.
15. *Christo*, pro Christum.
17. *Deus* Iunge cum, *gloriæ*, i. gloriosus.
18. *Cordis*, i. mentis *Spes*, q.d. quanta bona sperentur à vocatis à Deo.
19. *Potentiæ*, pro, potentis.
21 *Nomen*, i. rem.
22. *Dedit*, i. fecit. *Omnem Ecclesiam*, Græc. omnia ipsi Ecclesiæ.
23. *Plenitudo*, i. completum, sc. constat totum corpus capite & membris. *Omnia.* pro, per omnia.
Adimpletur, Græc. adimplet.

CAPVT II.

2. SEculum, i. morem, Syr. vanitatem.
Principem, Syr. voluntatem principis.
Potestatis. i. potestatem habentem. *Aeris*, &c. q. d. qui in aere hoc versatur. *Spiritus*, Syr. qui est spiritus.
Diffidentiæ, i. diffidentes, seu inobedientes.
3. *In quibus*, f. peccatis, vel, inter quos. f. homines.
Filij iræ, i. digni supplicio, f. iam inde à natiuitate, seu conceptione ob peccatum originale.
4. *Deus*, i. abundans *Nimiam*, Græc. multam.
5. *Peccatis*, i. per, vel, ob peccata. *In Christo*, i. cum Christo, f. fecit participes vitæ Christi.
6. *Consedere*, factum dicit quod certo erat futurum Aug. *Cœlestibus*, Syr. cœlis.
In, pro, cum, vel, per.
7. *Superuenientibus*, i. ordine succedentibus, vel futuris *Bonitate*, i. benignitate. *Super*, pro, in.
8. *Saluati*, Syr. redempti. *Donum est*, f. fides & gratia.
9. *Operibus*, i. operum merito, f. iustificati.
10. *Factura*, i. opus, Syr. creatura. *In*, pro, per.
In operibus, pro, ad opera.
11. *Carne*, sc. incircumcisa, vel, q. d. carnaliter viuentes.
Præputium, pro, præputiati. *Ab ea*, i. ad differentiam eius, vel pro, ab iis Iudæis, qui dicuntur circumcisi.
12. *Conuersatione*, i. ratione viuendi. *Hospites*, i. extranei. *Deo*, i. Dei cognitione, q. d. qui Deum verum non colebatis.
13. *In*, pro, per. *In sanguine*, i. per mortem.
14. *Pax*, i. pacis auctor. *Vtraque*, i. Iudæos & Gentiles. *Parietem*, &c. q. d. causam dissidij abstulit.
Inimicitias, Græc. inimicitiam, explicatio præcedentis, Syr. & odium *In*, pro, per.
15. *Decretis*, i. per decreta sua, Syr. præceptis suis.
Euacuans, i. abrogans. *Condat*, pro, conderet. i. faceret, seu vniret. *Vno*, pro, vnum, vel q d. in seipso.
16. *Vno corpore*, pro, vnum corpus, q. d. vt ex vtrisque vnum corpus faceret, vel, in suo corpore
17. *Prope*, sc. Iudæis.
18. *Accessum*, i aditum. *Spiritu*, f. coniuncti.
20. *Fundamentum*, sc. Christum vel ipsos Apostolos & Prophetas sunt enim & hi fundamentum secundarium. *Summo*, i. extremo.
21. *Omnis*, i. tota, vel quæque *Constructa*, Græc. compacta, seu coaptata *In Domino*, pro, Domini, vel per Dominum.
22. *In Spiritu*, pro, per spiritum.

CAPVT III.

1. HVius rei, i. ædificij spiritualis. *Ego*, Iunge cum vers. 14. vel cum vinctus, f. sum.
Vinctus, f. ligatus erat catena.
Pro vobis, i. pro Euangelio, quod vobis prædico.
2. *Dispensationem*, i distributionem, seu communicationem. *In vobis*, pro, in vos f. dispensandæ.
3. *Sacramentum*, Græc. mysterium. *In breui*, i. breuiter.
4. *Prudentiam*, i. intelligentiam.
5. *Generationibus*, i. ætatibus *Agnitum*, i. manifestatum. *In spiritu*, i. per. Spiritum sanctum.
6. *Concorporales*, i. eiusdem corporis, sc. mystici.
Euangelium, i. fidem, & vitam Euangelicam.
8. *Sanctorum*, i. Christianorum. *Inuestigabiles*, à vestigando, pro, inuestigabiles sic Rom. 11.

9. *Dispensatio*, i. exhibitio, vel communicatio, seu, prouidentissima executio. No. hinc sumptum illud Doctorum, quod Christi Incarnationem & acta vocant œconomiam, seu dispensationem: quia per ea Deus dispensauit, seu executus est redemptionis nostræ mysterium.

10. *In cælestibus*, Syr. qui sunt in cœlis. Not. hinc non sequi, latuisse id mysterium Angelos, tantum. n. dicitur eis apparuisse, cum exhibitum est quamquam nihil prohibet illos aliqua ignorasse, priusquam exhibita viderent. *Multiformis*, i. plena varietate rerum.

11. *Secundum*, &c. q.d. iuxta id quod per Christum disposuerat facere, præfinito à se tempore.

Quam, s. præfinitionem, vel dispensationem.

In Christo, i per Christum.

12. *In quo*, i. per quem. *Accessum*, s. ad Patrem.

13. *In*, pro, propter. *Vestra*, s. apparet quanti vos Deus faciat.

14. *Huius*, & cæt. redit ad id quod cœperat in principio cap. quanquam potest cum proxime præcedentibus iungi.

15. *Paternitas*, Græc. πατριά, i. parentela, seu cognatio, vel familia, adeoque etiam paternitas.

Nominatur, i existit, q.d. qui est omnium cognationum & coniunctionum auctor.

16. *Diuitias*, i. abundantiam. *Gloriæ*, i. gratiæ, perquam glorificatur. *Virtute*, i. potenter.

18. *Latitudo*, s. charitatis Dei. *Longitudo*, s. æternitas. *Sublimitas*, i. excellentia. *Profundum*, i. inscrutabilitas.

19. *Supereminentem*, &c. i. maiorem quam intelligi possit. *In omnem*, &c. i. plene Deo, sc. Dei cognitione, & charitate.

20. *Superabundanter*, i. abundantius. *Intelligimus*, i. mente concipimus, seu cogitamus.

21. *Et in*, Græc. in, pro, per.

CAPVT IV.

1. *IN Domino*, i. propter Dominum. *Ambuletis*, i. agatis, seu conuersemini.

4. *Vnum*, pro, velut vnum. *Sicut*, pro, & sicut.

Vocationis vestræ, id est, ad quam spem vocati estis, seu, quam profitemini.

5. *Vnus*, s. est *Dominus*, s Christus.

Vna, s. creditur ab omnibus. *Vnum*, scil. Christi, quod solum saluat.

6. *Omnes*, pro, omnia. *Per omnia*, sc. omnia continet. *Nobis*, Græc. vobis, Syr. nobis.

7. *Donationis*, i. qua voluit donare.

8. *Dicit*, s. scriptura, seu Dauid Psal. 67.

Altum, i. cœlum. *Captiuam*, &c. i. captiuos duxit, q. d. triumphauit de hostibus, s. peccato, & diabolo, vel, duxit in cœlum Patres, qui in limbo velut captiui tenebantur.

9. *Inferiores*. &c. s. limbum, seu Abrahæ sinum.

10. *Omnia*, s. de se scripta, vel q.d. omnia perficeret & terrestria & cœlestia.

11. *Et doctores*, s. oportet Pastorem esse Doctorem. Vide 1. Tim. 3. Tit. 3. & Aug. ep. 59.

12. *Consummationem*, i. perfectionem. *Ministerij*, sc. ad salutem animarum exhibendi. *Corporis*, s. mystici, i. Ecclesiæ.

13. *Occurramus*, i. conueniamus, s. die iudicij, obuiam Christo. *Omnes*, s. electi. *Vnitatem*, pro, vnitate *Mensuram*, pro, mensura. *Plenitudinis*, i. perfectæ, s. resurgemus omnes ætate Christi, Hier. ep. 17.

14. *Vt iam*, pro, itaque iam *Paruuli*, pro, vt paruuli.

In nequitia, i. per nequitiam, s. inuentæ, seu inuectæ.

Astutia, i. fallacia *Erroris*, i. errare facientem.

15. *Veritatem*, i. quod rectum est, seu veræ doctrinæ conforme.

16. *Subministrationis*, i. subministratio spiritu.

Operationem, sc. Dei *Mensuram*, pro, mensura. vel q. d. iuxta rationem. *Corporis*, pro, sui, q. d. augescit.

17. *Testificor*, vulgo, protestor. *In Domino*, i. coram Domino *Iam*, i. posthac. *Sensus*, i. mentis.

18. *Dei*, i. secundum Deum.

19. *Desperantes*, s. salutem. *Auaritiam*, i. cupiditatem immoderatam, s. rerum mundanarum.

21. *Sicut*, &c. i. iuxta eius veram doctrinam

22. *Exponere*, s. oportere. *Erroris*, pro, errantiũ.

23. *Mentis*, i. qui est mens Aug. 14. Tri.

24. *Secundum Deum*, i. à Deo, vel ad similitunem Dei.

Veritatis, i. vera, seu perfecta.

26. *Ira sc.mini*, pro, si irasci contingat.

28. *Quod bonum est*, i. honesto aliquo opere.

29. *Malus*, i. vitiosus. *Ædificationem*, i. promotionem *Dei gratiam*, i. vtilitatem conferat explicatio præcedentis.

30. *Contristare*, i. facere quod ei displiceat, seu offendere *In quo*, pro, quo. *Signat*, s. est gratia animi qualitas, & velut signum iustorum. *Redemptionis*, s. cum estis iustificati.

31. *Clamor*, sc. inordinatus *Blasphemia*, i. maledicentia seu conuitium.

32 *Donantes*, i. ignoscentes. *In Christo*, Syr. per Christum.

CAPVT V.

2. *SVauitatis*, i. suauem, s. Deo gratum.

3. *Immunditia*, i. impudicitia. *Decet*, s. talibus abstinere.

4. *Turpitudo*, s. in verbis. *Scurrilitas*, s. facetiæ indecentes *Ad rem*, s. quam intendimus, i. salutem.

Pertinent, i. conueniunt.

5. *Quid est*, &c. Græc. qui est idolorum seruus sc. colit aurum & argentum.

6. *Venit*, i. solet venire, vel pro, veniet. *Diffidentiæ*, Syr. Immorigeros, Col. 3. vertit Interpres noster incredulitatis.

7. *Participes*, i. socij, s. in peccatis.

8. *In Domino*, i. Dei beneficio, q. d. illuminati à Domino. *Vt*, pro, itaque vt *Filij*, i. sectatores.

9. *Et iustitia*, explicatio præcedentis.

10. *Probantes*, i. expendentes.

11. *Communicare*, i. participare.

13. *Manifestatur*, pro, manifestat, Syr reuelat

14. *Dicit*, s. Isa. cap 60. quod tamen Paulus quibusdam adiunctis explicat. *Surge*, i. expergiscere.

A mortuis, i. morte, s. peccati.

15. *Caute*, i. circumspecte *Ambuletis*, i. agatis *Quasi*, pro, vt.

16. *Redimentes*, &c. i. temporis opportunitate vtentes. vide Dan. 2. *Mali*, i. pleni malis, seu periculis, adeoque diligenter cauendum.

19. *Vobismetipsis*, i. apud vos, seu inter vos.

20. *In nomine*, i. cum inuocatione, vel virtute.

Et Patri, pro, qui pater est, s. omnium, vel Christi, Syr. Deo Patri.

21. *In timore*, i. per timorem, q. dicat ob reuerentiam Christi.

23. *Eius*, i. sui, s. mystici.

24. *Sed*, pro, & *Mulieres*, s. subdi debent.

26 *In verbo vitæ*, i. per verbum vitam conferens.

27. *Non habentem*, s. in cœlo, Aug. & Hier Quidam ad perfectos referunt huius vitæ.

29. *Carnem*,

29. *Carnem*, i. corpus.
30. *De carne*, &c. q.d. Ita per eius corporis passionem formari, vt olim Eua de Adæ carne & osse.
31. *Carne vna*, Græ. carnē vnam, i. velut vna caro.
32. *Sacramentum*, Græc. mysterium, *In Christo*, &c. sc. completum.
33. *Timeat*, i. reuereatur.

CAPVT VI.

1. IN *Domino*, i. propter Dominū seu in rebusquæ secundum Deum præcipiuntur, s. honestis.
2. *In promissione*, pro, cum promissione, s. factum.
3. *Vt bene*, &c. hæc est promissio.
4. *Disciplina*, i. eruditione *Domini*, i. secundum Dei legem, seu voluntatem.
5. *Carnalibus*, q.d. temporalibus, qui secundum corpus imperant.
6. *Ad oculum*, i. aspectum Domini. *Placentes*, i. placere studentes.
7. *Bona voluntate*, i. beneuolentia.
9. *Eadem*, i. similiter *Remittentes*, &c. q.d. ignoscentes, si quid minati sitis, vel mitius minantes.
Personarum, &c. q. d. qui omnes iudicat nullo respectu dignitatum.
10. *Confortamini*, i. roboramini. *Et in*, explicatio præcedentis.
12. *Aduersus* pro, solum aduersus. *Colluctatio*, i. certamen. *Carnem & sanguinem*, i. homines.
Sed, pro, sed etiam. *Tenebrarum harum*, pro, tenebrosi huius. Intelliguntur autem peccatores secundum August. *Spiritualia*, &c. pro, spirituales nequitias.
In cœlestibus, i. in aere, sc. versantes, Syr. qui sub cœlo sunt.
13. *Malo*, i. periculoso vide Psal. 40.
Omnibus, s. rebus *Stare*, s. in prœlio.
14. *In veritate*, i. perfecte.
15. *Euangelij*, s. annunciandi infidelibus. *Pacis*, i. pacem afferentis, seu reconciliationem cum Deo.
17. *Salutis*, i. salutarem, s. spem, vt alibi dicit.
18. *Per*, pro, in. *In spiritu*, i. eleuata mente ad Deū.
Ipso, pro, eo, s. ea re. *In omni instantia*, i. attentissime, & diligentissime.
Sanctis, i. Christianis.
19. *Fiducia*, i. libertate.
20. *In ipso*, pro, de ipso.
21. *Quæ circa*, &c. i. rerum mearum statu.
Domino, i. Domini negotio.
24. *In incorruptione*, i. sincere. & pure.
Amen, Græc. & Syr. additur: Missa è Roma per Tychicum.

AD PHILIPPENSES.

Exponit suarum rerum statum. Hortatur ad perseuerentiam in incepto, & inuehitur in Iudaizantes.

CAPVT I.

1. IN *Christo*, i. per Christum.
Episcopis, i. presbyteris nec n. in vna ciuitate plures Episc. Hier.
3. *In omni*, &c. i. quoties vestri recordor.
5. *Super*, &c. Iunge cum, gratias ago. *Communicatione*, i. participatione. *A prima*, &c. q. d. in quo perseueratis, ex quo illud recepistis.
6. *Confidens*, i. persuasus. *Diem*, s. aduentus.
7. *Mihi iustum*, i. æquum me. *Gaudij*, Græ. gratiæ. *Vos esse*, s. optans.
8. *Cupiam vos*, i. vos amem. *In Visceribus*, i. per charitatem.
9. *Omni*, i. perfecta. *Sensu*, i. intelligentia.
10. *Probetis*, i. eligatis. *Offensa*, i. peccato. *In*, pro, vsque in.
11. *Per* IESVM, i. per gratiam IESV.
12. *Magis ad*, pro, ad maiorem.
13. *In Christo*, i. ad Christi gloriam. *In omni*, &c. q.d. per omnia tribunalia, vel, tota Imperatoris domo.
Cæteris, q d imo per totam vrbem.
14. *Fratribus in Domino*, i. Christianis. *Confidentes*, &c. q. d. fiducia accepta, quod me viderent libenter vincula pati.
15. *Inuidiam*, sc volentes excellere, & mihi anteponi, August.
17. *Ex contentione*, i. studio contentionis, scil. velut qui contendunt superare, vel vt contentiones excitent in vrbe, meque in periculum conijciant. *Pressuram*, i. periculum, seu afflictionem.
18. *Omni*, i. quouis *Occasionem*, s. quærendi gloriam, vel nocendi. *Veritatem*, i. animi sinceritatem.
19. *Subministrationem*, i. auxilium.
20. *Fiducia*, i. libertate. *Magnificabitur*, i. glorificabitur.
21. *Mihi viuere*, pro, mea vita. *Christus*, i. Christo seruire. *Lucrum*, s. æternæ vitæ.
22. *Operis*, i. laboris pro Christo. *Et quid*, pro, tamen quid.
23. *Coarctor*, i. dubius hęreo, quid potius eligam.
Multo, pro, quod multo.
25. *Confidens*, i. persuasus. *Omnibus*, &c. i. vestræ omnium vtilitati *Gaudium*, i. victoriam, vel q.d. consolationem mutuam de fide vestra.
26. *Vestra*, i. de vestro profectu.
27. *Collaborantes*, &c. i. vna laborantes pro fide Euangelica.
28. *Quæ*, s. quod vobis aduersantur. *Causa*, Græ. iudicium.

CAPVT II.

1. COnsolatio, sc. in vobis est, seu alicunde haberi potest. *In Christo*, i. secundum Christum, s. spiritualis *Societas*, Græc. communio, s. socij inter se communicant.
2. *Sapiatis*, i. sentiatis, vt statim explicat.
3. *Superiores*, s. probitate.
4. *Non*, pro, non solum. *Considerantes*, i. curantes.
Sed, pro, sed etiam.
5. *In Christo*, s. creditis, quem debetis imita
6. *Forma*, i. natura. *Rapinam*, i. alienum: erat enim proprium, q d. non se exinaniuit quasi alienam gloriam possideret.
7. *Exinaniuit*, i. demisit s. occultans quod erat, & assumens formam, quæ præ Diuina nihil erat.
In similitudinem, &c. i. hominibus similis, s. natura humana, quam assumpsit. *Habitu*, i figura.
8. *Humiliauit*, i. deiecit.

9. *Nomen*, i. potentiam, famam gloriam.
10. *In nomine* i. ad nomen, sc. inuocatum, vel colendum. nomen autem pro re *Omne genu*, &c. q.d. omnia se subdant agnoscentia imperium.
11. *In gloria*, i. maiestate: est n. Patri æqualis.
12. *Operamini*, Not. hominem operari suam salutem, s. per opera bona,
13. *Deus enim*, & cæt. q. d. agnoscentes simul vos nihil posse sine Dei gratia. Ideoque timentes ne forte desitis eius gratiæ. *Perficere*, q. d. & principium & finem.
Bona voluntate, i. suo beneplacito.
14. *Hæsitationibus*, Græc. disceptationibus, i. contentionibus, Syr. dissidio.
15. *Sine querela*, i. de quibus nemo queri possit. Hiero. 3. cont. Pelag. Id futurum ait in cœlo. Paulus quidem videtur de hac re loqui.
Simplices, i. sinceri, sine fictione.
16. *Ad gloriam meam*, s. futurum, seu cessurum.
Christi, s. aduentus ad iudicium *In vacuum*, i. frustra.
17. *Immolor* i. occidar ab infidelibus. *Supra*, i. vltra.
Sacrificium, s. à me, vel à vobis Deo oblatum.
18. *Congratulamini*, s. si me occidi contingat.
19. *Bono*, i. læto.
20. *Vnanimem*, s. in eo quod sequitur.
21. *Omnes*, pro, fere omnes, s. Asiatici, seu vestrates qui Romæ sunt. Not. scripturam solere de multis omnes dicere. Vide Aug. lib. de vnit. Ecclesiæ. c. 12.
22. *Experimentum*. i. probationem.
23. *Videro*, i. prouidero, vel q.d. vbi certius cognouero quo in statu res meæ sint.
25. *Necessitatis meæ*, i. necessitate mea.
26. *Mæstus*, s. ob vestram eius causa tristitiam.
27. *Super*, &c. q.d. duplicem tristitiam, sc. de illo, & de vobis, qui eius mortem valde doleretis.
28. *Tristitia*, s. de vestra tristitia.
29. *In Domino* Iunge cum, *excipite illum*.
30. *Tradens*, s. periculo, Græc. negligens. *Animam*, i. vitam *Meum*, i. in me, seu mei.

CAPVT III.

1. *DE cætero*, i. quod reliquum est. *Eadem*, sc. quæ alias monui. *Pigrum*, i. molestum, q d. non piget. *Necessarium*, Græc. tutum.
2. *Videte*, i. cauete. *Canes*, sc. lacerantes Euangelicam doctrinam.
Concisionem, i. circumcisionem prædicantes.
3. *Circumcisio*, i. spiritualiter, vereque circumcisi.
4. *Habeam*, i. habere possim *Confidentiam*, s. gloriandi. *Confidere*, q.d. gloriari. *Magis*, s. possim.
6. *Æmulationem*, i. zelum. *In lege*, pro, ex lege.
7. *Lucra*, s. olim.
8. *Veruntamen*, pro, certe, vel quinetiam.
Eminentem scientiam, i. excellentem Cognitionem.
Detrimentum, i. iacturam. *Lucrifaciam*, i. adipiscar, q.d. omnia propter Christum reliqui.
9. *Meam*, i. acquisitam propriis viribus. *In fide*, i. per fidem.
10. *Virtutem*, i. potentiam. *Resurrectionis*, i. qua resurexit. *Societatem*, Græ. communionem, s. habendam. *Configuratus*, i. conformis.
11. *Resurrectionem*, s. electorum.
12. *Non quod*, &c. q. d. sequor, vt qui nondum acceperim perfectam cognitionem, &c. *In quo*, i. id ad quod.
Comprehensus, i. assumptus, seu electus.
13. *Vnum*, s. illud ago *Quæ retro*, i. præterita.
Priora, i. à fronte, seu in prospectu.
14. *Destinatum*, i. præfixum, seu intentum Græc. scopum. *Brauium*, i. præmium. *In Christo*, i. per Christum, sc. consequendum.
15. *Perfecti*, sc. perfectione huius vitæ, vel q. d. perfecti putamur. *Hoc* s. vt sequamur, quippe nondum plenè perfecti. *Sapitis*, i. sentitis.
Hoc, s. quod proxime dixi. *Reuelabit*, sc. in hac, aut futura vita, permanentibus tamen in charitate. August. 2. de bapt.
16. *In eadem*, &c. q. d. in eo permaneamus.
17. *Nostram*, Græ. nos, q.d. imitantes nos.
19. *Confusione*, s. in rebus pudendis.
20. *In cælis*, i. cœlestis.
21. *Humilitatis nostræ*, i. nostrum abiectum.
Configuratum, i. conforme.
Claritatis suæ, i. suo glorioso.

CAPVT IV.

1. *SIc*, s. vt sup. dixi. *Euodiam*, &c. vtrumque nomen fœminæ. forte discordes erant.
3. *Germane compar*, i. ingenue collega, seu socie, Græc, σύζυγε, quod forte proprium nomen est.
Eas. vel proxime dictas vel alias, quæ isti notæ erant.
5. *Modestia*, Græ. τὸ ἐπιεικὲς, quod etiam æquitatem, & moderationem significat, Syr. mansuetudo.
7. *Sensum*, i. intelligentiam. *Custodiat*, Græc. & Syr. custodiet *Intelligentias*, i. mentes.
In Christo, i. per Christum.
8. *Quæcunque*, &c. q. d. nonnisi vera, &c.
Pudica, i. honesta. *Sancta*, Græ. pura. *Amabilia*, i. digna quæ amentur. *Bonæ famæ*, i. laudabilia.
Laus disciplinæ, i. disciplina digna laude.
9. *Pacis*, s. auctor.
10. *In Domino*, i. secundum Dominum, scil. spirituali gaudio *Refloruistis*, &c. q. d. reuiguit in vobis studium erga me, s. mittant Paulo eleemosynam. *Occupati eratis*, Græ. opportunitate carebatis.
11. *Penuriam*, s. meam quam subleuastis, q d. non tam gaudeo propter me, quam propter vestram charitatem. *In quibus sum*, i. iis quæ habeo. *Sufficiens*, i. contentus quasi sufficiant.
12. *Abundare*, i. rebus vti, cum abundant.
13. *In eo*, i. per eum. *Confortat*, i. corroborat.
14. *Communicantes*, i. subuenientes, vestra communicando.
15. *In ratione*, &c. q. d. compensando spiritualia accepta, datis temporalibus,
17. *Non quia*, &c. q. d. in quo non tam habeo rationem doni, quam vestri fructus.
In ratione, &c. Græc. in rationem vestram, i. commodum, vel q. d. quæ possit scribi in libro vestro rationario, s. vbi scribuntur expensæ & reditus.
18. *Omnia*, s. à vobis missa, vel quæ mihi opus sunt.
Suauitatis, i. gratum Deo.
19. *Omne desiderium*, s. dando vobis optata. Græc. omnem indigentiam. *Gloria*, s. æterna. *In Christo*, i. per Christum.
21. *In Christo*, i. salutatione Christiana.
23. *Cum spiritu vestro*, Græc. & Syr. cum omnibus vobis.
Amen, Græc. & Syr. additur, Missa è Roma per Epaphroditum.

I. AD COLOSSENSES.

Populus est Phrygiæ prope Laodicæam. Instruit eos in fide, refellens errores quos quidam docebant, & instituit mores.

CAPVT I.

1. S*anctis*, s. professione.
3. *Semper*, &c. quotiescunque pro vobis oramus.
4. *Christo*, pro, Christum. *Sanctos*, i. Christianos.
5. *Spem*, i. rem speratam, s. præmium.
Veritatis, i. vero.
6. *Vniuerso*, i. penè vniuerso, q.d. maxima orbis parte.
In veritate, i. verè.
8. *In spiritu*, i. spiritualem.
10. *Scientia*, i. cognitione
11. *In omni*, &c. i. vehementer corroborati.
Claritatis, Græc. gloriæ, i. gloriosam, seu illustrem.
In, pro, cum.
12. *Partem*, i. participationem, q.d. dignatus est nos consortio. *Sortis*, i. hæreditatis. *In lumine*, s. sitæ, vel q. d. illuminando nos.
13. *Tenebrarum*, i. dæmonum, Aug. ep. 107.
Dilectionis suæ, pro, dilecti sui.
14. *In quo*, i. per quem.
15. *Imago*, i. perfectissime similis.
Primo genitus, &c. i. ante omnem creaturam à Deo genitus. Vide Eccl. 24.
16. *In ipso*, i. per ipsum. *Et in ipso*, Græc. Et in ipsum, i. propter ipsum.
17. *Omnes*, Syr. omnia. & sic etiam Græca verti possunt. *In ipso constant*, i. per ipsum consistunt.
18. *Principium*, s. omnium. *Primogenitus*, &c. i. primo omnium resuscitatus.
19. *Complacuit*, s. Patri. *Plenitudinem*, s. gratiæ & veritatis, vt dicitur Ioan. 1.
20. *In ipso*, pro, in se, i. sibi. vel abundat more Heb.
Pacificans, &c. q.d. faciens pacem inter cœlestia & terestria, Aug. Ench. 6. Fecerant peccata inimicitias inter Angelos & homines.
21. *Inimici sensu*, i. hostili animo.
22. *Autem*, abundat. *Carnis*, i. carneo. *Exhibere*, i. ad exhibendum.
23. *Spe Euangelij*, q. d. sperando promissa per Euangelium.
24. *Pro vobis*, s. toleratis. *Desunt*, s. patienda à Christianis, qui Corporis Christi membra sunt.
In carne, q. d. expleo partem meam, vt iungatur cum desunt. quanquam & cum adimpleo iungi potest.
25. *Cuius*, sc. Ecclesiæ.
Impleam, i. plene annuntiem, vel q. d. impleam homines verbo Dei.
26. *Mysterium*, s. vocationis gentium.
27. *Gloriæ*, pro, gloriosas seu gloriosi, vt ad sacramenta referatur. *Gentibus*, sc. communicandas, vel q d. in gentib. impleti. *Spes gloriæ*, i. per quem gloriam speratis.
28. *Corripientes*, Græc. mouentes. *In omni*, i. cum perfecta. *Omnem*, i. totum, sc. corpore & anima, Clem. 5. Strom.
29. *Certando*, s. contra hostes, & impedimenta. *Operationem*, i efficatiam *In virtute*, i. potenter.

CAPVT II.

1. N*On viderunt*, i. negant quidam hinc colligi Paulum non vidisse Colossenses, aut Laodicenses. esse enim sensum, imo & pro iis etiam, quos nunquam viderim.
2. *Instructi*, pro, instructa, vel q. d. per instructionem, i. perfectionem. *Omnes*, &c. pro, omnibus, &c.
Plenitudinis, i. plenæ cognitionis, s. per fidem.
3. *In quo*, s. Christo.
4. *Hoc autem*, &c. ostendit suam sollicitudinem pro illis. *Sublimitate*, i. eloquentia, Græc. persuasibilitate, seu probabilitate.
5. *Firmamentum*, i. soliditatem.
Christo, pro, Christum.
6. *In ipso ambulate*, i. secundum eius voluntatem agite seu conuersamini.
7. *In illo*, Græc. in illa s. fide.
8. *Et inanem*, explicat quam philosophiam improbat, s. inanem ac decipientem.
Hominum, sc. errantium.
Elementa, i. rudimenta, vel legales obseruationes intelligit. vide infra.
9. *Plenitudo*, &c. i. plena deitas. *Corporaliter*, i. essentialiter, Cyr. 2. de recta fide, i. in corpore eius, vt in templo singulari modo, Aug. ep. 57.
10. *In illo*, i. per illum *Repleti*, s. donis spiritualibus.
11. *In quo*, i. per quem. *Carnis*, pro, carnei. *Christi*, i. secundum Christi fidem.
12. *In quo*, i. cum quo, vel, per quem.
13. *Donans*, i. remittens.
14. *Chirographum*, metaphora est ab iis, qui debent per chirographum, quod laceratur cum soluitur debitum, vel remittitur. *Decreti*. Græc. decretis, s. decreta Dei quæ non seruabamus, debitores nos faciebant.
15. *Expolians*, s. dominio in homines. *Principatus*, scil. dæmonum *Traduxit*, i. ostentauit, more triumphantium.
Confidenter palam, vnam vocem Græcam duabus reddidit: vtrumque n. significat. *In semetipso*, i. sua virtute, seu in passione sua & resurrectione.
16. *Iudicet*, i condemnet *In cibo*, &c. q d. velut non obseruantes legis veteris cæremonias. *Parte*, i. negotio, q. d. in obseruatione.
17. *Corpus*, &c. i. adimpletio, seu veritas figurarum, per Christum exhibita
18. *Humilitate*, s. ficta.
Religione, i. cultu.
Angelorum, s. colebant quidam Angelos superstitiose.
Quæ, pro, in iis quæ. *Sensu carnis*, i. prudentia carnali.
19. *Tenens*, s. per fidem & vnionem.
Subministratum, i. spiritus subministrationem accipiens. *Dei*, i. diuinum, seu secundum Deum.
20. *Ab elementis*, i. legalibus obseruationibus, quæ constant rebus materialibus, s. soluti. *Mundo*, i. his mundanis obseruationibus *Decernitis*, i. statuitis dicendo, sc. quod sequitur.
21. *Tetigeris*, s. lege prohibita.

21. *Ipso vsu*,i.vtentibus , ſ ſi credant illa ad ſalutem neceſſaria,vel q.d.ipſo vſu intereunt,ſeu eſſe deſinunt.

Hominum,ſ.errantium.

23. *Rationem*,i. ſpeciem *In*, pro, ſed in q. d. at ſunt ſuperſtitioſa. *Humilitate*,ſ.apparenti.

Non ad,pro ad non q d.macerando corpus.

Non in honore,&c.q.d.non indulgendo,& ſatiando,ſed cogendo abſtinere.

CAPVT III.

1. **C***Onſurrexiſtis*,ſ.in nouam vitam.

2. *Sapite*,i.curate, ſeu cogitate,vel magnificate. *Super terram*,i terrena.

3. *In Deo*,i.apud Deum.

4. *Veſtra*,Græc.& Syr.noſtra.

5. *Fornicationem*,ſub.ne committatis.

Immunditiam, i. impudicitiam , ſeu peccatum contra naturam. *Libidinem*,ſc.cæteras luxuriæ ſpecies.

Malam,pro,mali. *Seruitus*,i cultus.

6. *Venit*,i.ſolet venire,vel pro,veniet. *Incredulitatis*,i.incredulos,Eph.5. vertit idem verbum,diffidentiæ.Syr.inobedientiæ.

7. *Quibus*,ſ.vitiis.

8. *Omnia*,ſc.vitia. *Blaſphemiam* , i.maledicentiam.

9. *Inuicem*,i alter alteri.

Veterem,i.carnalem.

In, pro,per.

11. *Omnia*,ſ.vnum ſunt in Chriſto. *Chriſtus*,ſ.eſt qui eos in ſe vnit.

12. *Induite*,&c oſtendit quæ ſint opera noui hominis.

13. *Donantes*,&c.i. condonantes inter vos, ſ.alij aliis.

14. *Vinculum perfectionis*,i. perfecte vniens inter ſe fideles , vel in ſe colligens omnem virtutem.

15. *Exultet*,i.faciat vos exultare.

Qua,pro,quam.

Corpore,ſ.Eccleſiæ. *Grati*,ſ.in Deum.

16. *Verbum*,i. doctrina. *Voſmetipſos*,i alij alios, vel voſipſi. *In gratia*,i.cum gratiarum actione.

18. *In Domino*,i.in iis quæ ;Deus vult,ſeu rebus honeſtis.

19. *Ad*,pro,erga.

20. *Per omnia*,i.in omnibus,ſeu perfecte.

In Domino,Græc.Domino.

21. *Puſillo*,i.deiecto.

22. *Simplicitate*,i.ſinceritate.

23. *Sicut*,i.tanquam.

24. *Domino*,pro,tanquam Domino,Græc.& Syr. Domino enim,Chriſto ſeruitis

25. *Enim*,pro,autem.

Id,pro,ſecundum id.

Et non,pro,quia non.

Acceptio,i.reſpectus.

CAPVT IV.

1. **I***Nſtate*,i.inſtanter attendite.

3. *Aperiet oſtium*,i.auferet impedimenta.

4. *Loqui*,pro,loquendo.

5. *In ſapientia*, i. ſapienter,ſeu prudenter. *Foris ſunt*,ſ.gentiles.

Tempus redimentes, i. temporis opportunitate vtentes ad bene agendum.

6. *In gratia*,i,gratus.ſeu vtilis.

Sale,i prudentia.

Sciatis,i.appareat vos ſcire.

7. *In Domino*,i,in rebus Domini.

Ex vobis,i Coloſſenſis.

10. *Marcus*,ſ.Euangeliſta,qui & Ioannes,ſecundum quoſdam vide Act.12. *De quo* , ſ.Barnaba, vel Marco.

Mandata,ſ.illum humaniter tractandi.

11. *Circumciſione*,i.Iudæi.

Soli,ſ.ex iudæis.

Adiutores,ſ.domeſtici. *Regno Dei*,ſc.diuulgando.

12. *Perfecti & pleni*,i.plene perfecti.

13. *Laborem*,Græc.zelum ſeu ſtudium.

15. *Nympham*,nomen viri.

16. *Laodicenſium*,Græ.ex Laodicæa,ſ.ad Paulum miſſa.Quidam tamen putant ſignificari Pauli epiſtolam ad Laodicenſes,quæ non extet.vel priorem ad Timotheum.

17. *Archippo*,ſ.Epiſcopo. *In Domino*,i.Dei Eccleſia,ſeu Domini loco.

Impleas,i.perfecte adminiſtres.

18. *Amen*,Græc. additur : Scripta è Roma per Tychicum,& *Oneſimum*.



I. AD THESSALONICENSES.

Macedones ſunt. Commendat illorum fidem,hortatur ad perſeuerantiam, mores inſtituit,tractat & quædam de reſurrectione,dieque iudicii.

CAPVT I.

1. **S***iluanus*, legendum Silas,Hier.ep. 143.

In Deo,ſ.congregatæ,vel Deum colenti.

2. *Memoriam*,i.mentionem.q.d memores veſtri,vel commendantes vos Deo. *Suſtinentis*,pro,tolerantis,ſeu perſeuerantis.

Domini,pro,in Dominum. *Ante Deum*,i.coram Deo.

4. *Scientes*,Syr.ſiquidem nouimus. *A Deo*, iungi poteſt cum,dilecti,& cum,electionem.

5. *Euangelium*,i.prædicatio Euangelij.

Virtute,i.miraculis.

Spiritu ſancto,i.Spiritu ſancti gratiis. *Plenitudine*,ſ. certitudinis.Nam Gr. πληροφορίᾳ.

In vobis,i.inter,ſeu apud vos.

7. *Forma*,i.exemplum.

8. *Diffamatus*,i.diuulgatus.

Profecta eſt,i.peruenit,ſ.fama,ſeu rumore.

9. *Ipſi*,ſ.qui audierunt.

Seruire,i.ad ſeruiendum.

10. *Eripuit*,Græ.eripit,ſeu eripientem.

CAPVT

CAPVT II.

1. INanis, i. inutilis, seu fructu vacuus.
2. *In multa*; pro, cum multa. *Solicitudine*, i. cura, seu diligentia, Gr. certamine, seu labore.
3. *Errores* i. rebus falsis.
4. *Probati*, i. approbati.
Probat, i. explorat.
7. *Oneri*, s. sumptuum. *Paruuli*, Gr. ἤπιοι. i. lenes, placidi, mites. videtur legisse ἤπιοι, quanquam & ἤπιος, paruulum etiam significat.
10. *Sine querela*, i. irreprehensibiliter.
Vobis, i apud vos.
11. *Deprecantes*, verti poterat, exhortantes.
Testificati, pro, testati, vel obtestari.
13. *Auditus Dei*. prædicationis de Deo.
14. *In Christo*, i. Cristianæ.
16. *Vt impleant*, q.d. pergentes implere. *Vsque in finem*, i. perpetuo, q.d. sunt enim è numero reproborum.
17. *Desolati à vobis*, i. orbati vobis. *Hora*, id est, breue.
Abundantius festinauimus, i. vehementius studuimus.
18. *Quoniam*, pro, nam.
19. *Spes*, i materia spei. *In aduentu eius*, i. cum venerit ad iudicium.
20. *Gloria*, i. materia gloriæ, seu gloriationis.

CAPVT III.

1. SVstinenentes, i. expectantes, vel ferentes, s. desiderium sciendi, quo in statu res vestræ essent sic. infra.
2. *Pro fide*, Syr. super fide, i. de fide, vel in fide.
3. *In hoc*, i. ad patiendum pro Christo.
5. *Inanis*, i. irritus.
7. *In vobis*, i. de vobis. *Per*, i. propter.
10. *Desunt*, s. poterant proficere in fide.
12. *In vobis*, i erga vos, s. affecti sumus charitate.
13. *Ad confirmanda*, pro, & confirmet.
Amen, non est Græ. nec Syr.

CAPVT IV.

1. OBsecramus, verti poterat hortamur.
In Domino. i. Domini nomine.
2. *Per Dominum*, i. loco Domini.
4. *Vas*, i corpus, Aug. 3. con. 2. ep. Pelag. vxorem intelligit. *Honore*, i. honestate.
5. *Passione desiderij*, i concupiscentia libidinosa.
6. *Supergrediatur*, .. opprimat, vel lædat.
Negotio, s. aliquo, vel eo de quo proxime, q.d. vt eius thorum violet.
8. *In nobis*, pro, nobis.
9. *Fraternitatis*, i. fraterna. *Habemus*, Græc. habetis. *Scribere*, i vt scribamus.
11. *Vestrum*, &c. i. res proprias curetis.
Foris, i. extra Ecclesiam. *Nullius*, s. infidelium.
Desideretis, Græc. opus habeatis, q.d. prouideré vobis sic, ne illorum subsidio egeatis.
12. *Dormientibus*, i. morientibus. *Cæteri*, August. non prohibet contristari, sed more infidelium contristari.
13. *Per Iesum*, i. in fide Iesu, & charitate.
Adducet, s. suscitans.
14. *In verbo*, i per verbum. q.d ex parte, seu nomine Domini. *Viuimus*, pro, viuemus. s. tunc. *Sumus*, pro erimus. *Præueniemus*, sc. prius assumpti ad gloriam.
15. *In iussu*, i. cum imperio. *In Christo*, i. fideles.
6. *Rapiemur*, s. sine morte facti immortales, secundum Hier. ep. 148. Iustin. q. 109. & Aug. vt videtur q. 3. ad Dulcit Idem tamen 20. Ciu. c. 20. ait in aere morituros. Res plane difficilis intellectu. vide etiam 2. Timoth 4.

CAPVT V.

1. MOmentis, i. temporum articulis. seu opportunitatibus.
2. *Diligenter*, i. exacte. *Ita*, s. occulte, seu cum nemo putabit.
3. *Pax*, &c. tuta esse omnia.
Dolor, s. partus.
5. *Et filij dei*, repetitio præcedentis, more scripturæ.
6. *Dormiamus*, s. negligentia, seu peccando.
7. *Nocte*, s. peccati.
8. *Diei sumus*, i. lucis, s. filij, seu luce præditi. vide sup.
Et charitatis, s. fides non sufficit.
Salutis, s. æternæ.
9. *Iram*, i. condemnationem, seu punitionem.
10. *Vigilemus*, &c. i. viuamus, vel moriamur.
12. *Noueritis*, i. rationem habeatis, vulgo, recognoscatis *In Domino*, i. vice Domini.
13. *Habeatis*, &c. i. vehementius ametis, & honoretis.
14. *Inquietos*, Græ. incompositos.
Suscipite, i. subleuate.
18. *In omnibus*, pro, de omnibus.
19. *Spiritum*, i. gratiam, seu dona spiritualia.
21. *Proabte*, i. expendite.
22. *Specie mala*, i. re quæ apparet mala.
23. *Per omnia*, statim id explicat.
Spiritus vester, i. gratia Spirit. S. in vobis. Iren. l. 5 Hier. ep 150. q 12. Quidam tamen per spiritum mentem intelligunt. per animam vero, sensitiuam animam.
24. *Faciet*, s quod dico, seu opto vobis
27. *Adiuro*, i. interposita Dei auctoritate præcipio, seu per Deum peto. vtrumque enim verbum id significat.
Amen, Græc. additur: Scripta ex Athenis, Syr. vero etiam id, missa per Timotheum. sed id non credo Iam enim is ab illis redierat. Quidam putant è Corintho missam.

II. AD THESSALONICENSES.

Laudat illos, confirmat, exhortaturque, addens quadam de die Iudicii & Antichristo.

CAPVT I.

1. SILVANVS. Vide sup.c.1.
In Deo,f.congregatæ,seu Deum olenti.
3. *Dignum*,i.æquum.
4. *In vobis*,,pro,de vobis.
5. *Exemplum*,Græc.ἔνδειγμα. i,ostensionem,Syr. demonstrationem.
6. *Si tamen*,pro,quandoquidem.
7. *Reuelatione*,i.apparitione,f.in iudicio.
Virtutis,i.exercitus.
9. *In interitu*,i supplicio,seu exitio. *A facie*,&c. i.in conspectu Domini,& gloriæ,&c.
Virtutis,i.potentiæ.
10. *Quia creditum*, Iunge cum superioribus, & *vobis*,&c. *Testimonium*,f de Christo,id est,prædicatio.
Super vos,i.à vobis. *Die illo*, iunge cum, *Quum venerit*.
11. *In quo*,i.ad quod,vel de quo. *Dignetur*,i.dignos faciat.
Impleat,f.in vobis. *Voluntatem*,Græc. εὐδοκίαν, i. beneplacitum.
In virtute,i.potenter.
12. *Clarificetur*,i glorificetur.

CAPVT II.

1. IN *ipsum*,pro,ad ipsum,f.tunc venturæ,seu illi occursuræ.
2. *Sensu*,i mente. *Terreamini*,Græ.turbemini.
Spiritum,i.alicui factam reuelationem.
Domini,Græc.Christi.
3. *Quoniam*,fc non veniet Christus. *Discessio*,i. defectio à Romano Imperio, fc.vt omnes gentes, quæ Romano Imperio subiacent, reced.nt ab eo Hiero ep.151. Græc.ἀποστασία.pro Apostata,f. Antichristas,sic enim quidam intelligunt,vt quod sequitur,explicatio.
Peccati,i. scelestus. *Perditionis*, i. perditus, seu perditioni destinatus.
4. *Extollitur*,&c.i.se iactat quocunque Deo maiorem. *Templo*,f.Hierosolymitano,vel, eo qui nunc est Christi,vel vt multi putant quod ipse construet sed quomodo illud Dei erit? *Ostendens*,i.ostentans, seu præ se ferens.
5. *Retinetis*,i.meministis.
6. *Detineat*,i.impediat quo minus veniat. *Scitis* sciebant illi quibus Apostolus dixerat:nos nescimus
7. *Nam*,pro,alioqui. *Operatur*,f.in hæreticis,& malis. *Iniquitatis*,fc. plenum, q.d.quæ hæretici,vt mysteria venditant plane sunt nequitiæ. *Vt qui*, Græ.qui.
Tenet,f.Imperium Romanum. *Fiat*,i. tollatur,f. Imperium,Indicat non prius venturum Antichristum,quam Imperium Romanum deficiat.
8. *Tunc*,f.post Imperij Romani defectionem.
Reuelabitur,i.apparebit,seu manifestabitur. *Spiritu oris sui*,i.imperio suo.
Illustratione,i. apparitione.
9. *Cuius*,f.Antichristi. *Virtute*,i.potentia.
10. *Iniquitatis*,i.iniqua. *Veritatis*,i.veram.
11. *Iudicentur*,i.condemnentur.
12. *Primitias*, i. velut primitias, seu inter primos,Græc.ab initio.
13. *In qua*,f.fide,seu veritate. *Acquisitione*,Græ. acquisitionem *Gloriæ*,pro,ad gloriam.
15. *Æternam*,i.perpetuo duraturam: *In gratia*,i. per gratiam.
16. *Exhortetur*,verti poterat,consoletur. *Sermone* i.doctrina.

CAPVT III.

1. DE *cætero*,i.quod superest. *Clarificetur*,Græ. glorificetur, i. honore habeatur, fc. apud alios.
Importunis,Syr.insolentibus.
3. *Fidelis*,i.verax,& constans in promissis.
Confirmabit,f in bono.
5. *In*,i.secundum,vel cum,q.d.vt Deum ametis & Christi patientiam imitemini.
6. *In nomine*,i.loco. *Fratre*, i Christiano.
Ambulante,i.conuersante. *Inordinate*, incomposite,f.dissolutis moribus.
7. *Inquieti*,i.incompositi.
8. *Ab aliquo*,pro,alicuius.
9. *Potestatem*,f accipiendi victum ab iis quibus prædicabamus. *Formam*,i.exemplum.
10. *Denunciabamus*, verti poterat, præcipiebamus,sic & infra.
11. *Inquiete*,i.inordinate.
12. *In Domino*,Græc.per Dominum. *Cum silentio* Græ.quiete. *Suum*,i.suo labore partum.
14. *Notate*,f.ne cum illo conuersemini,vt statim dicitur *Confundatur*,i.pudefiat.
16. *Loco*,Græc.modo Syr.re.
18. *Amen*,Græc.additur,Missa ex Athenis,Syr. vero, Missa ex Laodicæa Pisidiæ per Tychicum, Quidam è Corintho missam dicunt.

II. AD

I. AD TIMOTHEVM.

sc. Ephesi Episcopum.

Instituit in iis, quæ agere & docere debeat, vbi & multa ad Ecclesiasticorum & sæcularium mores pertinentia.

CAPVT I.

1 SECVNDVM *imperium*, i. mandato. *Spei nostræ*, i. in quem speramus.

2. *Dilecto*, Græ. γνησίῳ, i. germano, seu vero. *In fide*, q.d. secundum Christum, seu, quem Christo genui.

3. *Rogaui*, sub. sic rogo, vel fac. *Aliter*, s. quam docti à me sunt.

4. *Interminatis*, i. infinitis. Quidam Iudaicas putant intelligi, alij Gentilitias. *In fide*, i. secundum fidem.

5. *Puro*, s. à peccato. *Bona*, s. nihil sibi mali conscia.

Non ficta, i. vera & sincera.

7. *Affirmant*, q.d. quæ disserendo confirmant.

8. *Legitime*, i. rite, seu bene, & vt ipsa postulat, s. intelligendo illam, & vtendo.

9. *Iusto*, s. iustus lege non indigebat, qui vltro faceret quæ lex vult, vel legis pœnas intelligit, quæ non sunt positæ propter iustos. *Non subditis*, i. qui nolunt iustitiæ subdi. *Contaminatis*, s. vitiis.

10. *Plagiariis*, i. qui alienos homines furantur.

11. *Gloriæ*, i. gloriam prædicans, vel promittens

12. *Confortauit*, i. corroborauit. *Existimauit*, i. iudicauit, s. faciendo Apostolum. *Ministerio*, s. prædicationis.

13. *Blasphemus*, s. in Christum. *Persecutor*, s. Ecclesiæ. *In*, pro, per.

14. *In Christo*, i. per Christum, vel ad Christum, q.d. dans mihi fidem, & charitatem.

15. *Fidelis*, i. certus, seu fide dignus. *Primus*, i. præcipuus, vel maximus.

16. *Primo*, i. præcipue. *Omnem*, i. perfectam, q.d. singularem. *Informationem*, i. exemplum, s. quod imitentur.

17. *Soli Deo*, i. qui solus est verus Deus.

18. *Hoc*, s. de quo supra in principio, vel quod sequitur. *In te*, i. de te. *Prophetias*, i. reuelationes, s. per Dei reuelationem Paulus illum ordinaretur, vel prophetiam intelligit prædicandi donum, quod vult rite exequatur. *In illis*, i. secundum illas.

19. *Quam*, s. conscientiam bonam. *Repellentes*, s. per malam vitam.

20. *Tradidi*, s. per excommunicationem, qua olim exclusi ab Ecclesia, à diabolo corpore etiam vexabantur.

Blasphemare, i. de diuinis rebus male loqui.

CAPVT II.

1. OBsecro, Græc. παρακαλῶ, quod etiam hortor, verti potest. *Obsecrationes*, sc. deprecando mala. *Orationes*, s. petendo bona.

Postulationes, s. pro aliis.

2. *In omni*, pro, cum omni. *Castitate*, i. vitæ puritate.

4. *Vult*, s. quantum est ex se, vel, vult omnes, i. omne hominum genus, non singulos, si enim vellet absolute, faceret.

6. *Redemptionem*, i. redemptionis pretium.

Testimonium, i. prædicatio.

8. *Puras*, s. à peccato, q. d. à puro corde leuatas.

Ira, s. contra aliquem. *Disceptatione*, i. hæsitatione, s. quod impetrabit à Deo petita.

9. *Similiter*, s. orare, vel, volo, *Ornato*, i. modesto, Syr. casto. *Sobrietate*, Græ. castitate. *In*, pro, cum.

10. *Quod*, pro, vt *Promittentes*, i. profitentes.

Pietatem, i. Dei cultum.

12. *Docere*, s. viros, vel publice, seu in Ecclesia.

Dominari, i. auctoritate vti.

14. *Seductus*, s. sic vt crederet serpentem verum dixisse. *In præuaricatione fuit*, i. transgressa est, s. Dei mandatum.

15. *Per filiorum*, &c. q. d. in statu coniugii de coniugatis enim loquitur. *Permanserit*, Græc. permanserint, sed plural. pro singul. *Sobrietate*, i. castitate, q. d. si tamen sancte vixerit.

CAPVT III.

1. FIdelis, vide c. 1. *Opus*, i. munus, seu functionem.

2. *Vnius*, i. qui non duas duxerit, Syr. vnius fuisse. *Sobrium*, Hieron. 1. cont. Iouin vigilantem vertit Græc. νηφάλεον *Prudentem*, alij castum vertunt. *Ornatum*, i. bene moratum, seu modestum.

Doctorem, Græ. διδακτικὸν i. qui possit docere.

3. *Litigiosum*, i. pugnacem. *Cupidum*, i. auarum.

4. *Præpositum*, i. præsidentem, q.d. bene gubernantem suos. *Habentem*, non facientem. *Subditos*, i. obedientes. *Omni*, i. perfecta. *Castitate*, alij reuerentia, vertunt. Græ. σεμνότητος, Syr. puritate.

Diligentiam, i. curam.

6. *Neophytum*, i. nuper baptizatum.

Iudicium, i. condemnationem, seu supplicium.

Diaboli, qui per elationem cecidit.

7. *Foris*, i. extra Ecclesiam. *Opprobrium*. q. d. ne det occasionem opprobriis. *Laqueum*, i. insidias, s. solet diabolus facile tales decipere: vituperati enim & contempti, per impatientiam peccant.

8. *Pudicos*, alij bene moratos. *Bilingues*, i. inconstantes sermone, s. mendaces, loquentes duplicia.

9. *Mysterium fidei*, forte intelligit calicis sacr dispensationem, quod fidei mysterium vocatur in consecratione.

Pura, q.d cum puritate conscientiæ calicem ministrantes populo.

11. *Mulieres*, i. vxores, s. Episcoporum, & Diaconorum.

12. *Vnius*, &c. Syr. qui vnicam vxorem habuerit.

13. *Gradum*, s. apud Deum.

In fide, i. per fidem, q. d. tum poterunt merito confidere se à Christo, in quem credunt, saluandos, si bene munere suo functi fuerint.

15. *Firmamentum*, i. basis, seu fundamentum.

16. *Sacramentum*, Græ. mysterium *Quod manifestatum*, Græc. Deus manifestatus. *In carne*, s. assumpta. Id n. maxime Dei pietatem, & misericordiam declarauit. *Iustificatum*, i. iustum apparuit, sc. iustus Christus.

Christus. *Spiritu*, i. secundum spiritum. *Assumptum*, s. die Ascensionis.

CAPVT IV.

1. SPiritus, i. Dei reuelatio. *Dicit*, s. mihi. *Nouissimis*, Græc. ὑςέροις, i. posterioribu, seu seqq.

2. *Hypocrisi*, sc. simulant verum. *Loquentium*, s. per tales, vel pro, loquentes, s. homines ipsi sic & in sequent.

Cauteriatam, i. malitiæ velut igne combustam, seu indelebiliter notatam.

3. *Prohibentium*, &c. damnantium nuptias.

Abstinere, scil. docentium. *Cibis*, scil. quasi immundis, vt Iudæi, vel à malo Deo factis, vt Manichæi.

5. *Sanctificatur*, i. idonea fit esui, si alioqui inepta esset. *Verbum Dei*, sc. quo benedicitur, vel quo creata est.

Orationem, s. agentis gratias. vel &, pro, id est.

6. *Enutritus*, verti poterat, enutriens.

7. *Ineptas*, Græ profanas. *Aniles*, i. vnas. *Pietatem*, i. opera pietatis, s. in Deum & proximum.

8. *Corporalis*, s circa corpus, vel curando, vel castigando. *Ad modicum*, sc. sola. *Promissionem*, i. in quarto præcepto, quod est de pietate in parentes *Futuræ*, s. beatæ, hæc enim etiam intelligitur in illa promissione.

9. *Sermo*, s. præcedens.

10. *Maledicimur*, Græc. probris afficimur.

Saluator, i. seruator, s. à malis.

11. *Hæc*, s. sup. dicta. *Adolescentiam*, i. iuuentutem. *Contemnat*, sc. merito, q. d. ita te gere, vt nemo possit merito te contemnere.

13. *Cum venio*, i. donec veniam.

14. *Gratiam*, Gr. donum. *Prophetiam*, i. De te eligentis reuelationem. *Presbiterij*, i. cœtus Episcoporum. Olim Episcopi etiam presbyteri vocabantur, vide Eusebium lib. 5. c. 24. & Tit c. 1.

15. *Esto*, i. te exerce.

16. *Insta*, i. persiste.

CAPVT V.

1. INcrepaueris, s. acerbe alioqui, vbi res postulat, quiuis reprehendendus, præsertim ab Episcopo. Vide Greg. ad Ianuarium, & habetur 2. q. d. 7. Paulus *Obsecra*, Gr. παρακάλει, quod etiam est hortare, s sic facilius senex corrigitur.

2. *In*, pro, cum.

3. *Vere viduæ*, i. destitutæ. Nam. χήρα, à χηρῶ, i. destituo.

4. *Mutuam vicem*, s. facere cum filiis quod cum ipsa fecerunt parentes sui, vel quia Græc. est, discant: sensus erit, eousque illos educet, dum possint ipsi regere domum & parentes alere illa cura liberatos.

5. *Desolata*, i. destituta. Alludit ad etymon viduæ, de quo sup. *Sperat*, i. debet, seu solet sperare.

8. *Si quis*, qro, si qua. Basil in constit. monast. notat, id dici secularibus, non Religiosis. *Negauit*, s. factis.

Deterior, s. in hac parte.

9. *Eligatur*, s. ab Ecclesia alenda Hier. ep. 9. & 11.

10. *Recepit*, s. peregrinos. *Sanctorum*, i. fidelium. *Subsecuta*, i. prosecuta.

11. *Deuita*, i. reiice, ne admitte, sc. in numerum alendarum ab Ecclesia, quod se possint ipsæ alere, vel ob periculum scandali *Luxuriatæ in Chr. sto*, i. contra promissionem Christo factam fornicatæ.

12. *Fidem*, i. votum continentiæ. *Irritam fecerunt* s. violantes.

13. *Discunt*, i. assuescunt. *Verbosa*, i. loquaces.

14. *Volo*, s. ob periculum incontinentiæ & scandali.

Iuniores, s. non alligatas voto. Græ. Iuniores viduas.

Matres familias esse, i. familiam regere. *Maledicti gratia*, i. maledicendi.

16. *Viduæ*, i. destitutæ.

16. *Presbyteri*, i. Episcopi vel sacerdotes. *Duplici* i. maximo. vel reuerentiæ & subsidij.

20. *Peccantes*, s. palam, Aug.

21. *Præiudicio*, i. præcipitato iudicio, vel præcedente iudicio, vt cum seq. legatur. *Aliam*, i. diuersam à recto.

22. *Communicaueris*, i. particeps fueris, s. ordinando: indignum. *Castum*, i. purum à peccato.

23. *Stomachum*, s. infirmum.

24. *Iudicium*, s. Dei, vel iudicium. *Subsequuntur*, i. postea innotescunt.

25. *Aliter*, i. male. *Non possunt*, s. vt plurimum.

CAPVT VI.

1. IVgo, i. seruitute. *Blasphemetur*, i. male audiat, seu vituperetur.

2. *Dilecti*, s. Deo. *Beneficij*, s. diuini q. d. quia Christiani sunt.

3. *Pietatem*, i. religionem, seu Dei cultum.

4. *Languens*, i. ægrotans animo. *Blasphemiæ*. i. maledicentiæ.

5. *Conflictationes*, i. disceptationes. *Quæstum*, i. lucri occasionem. *Pietatem*, i. religionem.

6. *Sufficientia*, s. rerum ad vitæ vsum.

10. *Cupiditas*, s pecuniæ. *Appetentes*, i. secuti.

11. *Fidei*, i pro fide, seu quod fides postulat. *In qua*, Græ. in quam. *Confessus*, i. professus. *Confessionem*, s fidei professionem.

13. *Viuificat*, q. d. à quo omnia viuentia vitam habent. *Testimonium*, s. veritatis.

14. *Macula*, i. peccato, *Irreprehensibile*, i. sic vt non possit reprehendi.

15. *Potens*, Gr. δυνάςης, i. princeps, s. vniuersi.

16. *Habet*, s. ex se. *Vidit*, s. quantum est visibilis.

17. *Sublime*, i. superbe. *Fruendum*, i. delectabiliter vtendum.

18. *Communicare*, s. sua cum egentibus.

19. *Thesaurizare*, i. parare. *Veram*, Græ. æternam Syr. veram.

20. *Depositum*, i. commendatam tibi doctrinam. *Nouitates*, Græ. inanitates. *Oppositiones*, i. obiectiones. *Falsi nominis*, i. falso nominatæ.

21. *Promittentes*, i. profitentes. *Exciderunt*, i errarunt. seu lapsi sunt. *Gratia tecum*. Id propria manu scripsit Ambr. *Amen*, Gr additur, scripta ex Laodicea, Metropoli Phrygiæ Pacatianæ.

II. AD

II. AD TIMOTHEVM.

Rursum instruit, & exhortatur, addens quædam de electis, & reprobis, deque erroribus futuris tempore nouissimo. Narrat etiam quæ sibi acciderint.

CAPVT I.

1. SECVNDVM, i. per, vel q. d. prædicandum. *Quæ est*, &c. i. quæ datur per Christum.

3. *A progenitoribus*, s. institutus, vel q. d. à puero.

Pura, q. d recta intentione.

5. *Recordationem*, &cæt. i. in memoriam reuocans.

Certus, Græc. persuasus. sic & inf.

6. *Causam*, s. quia fide præditus es recta. *Resuscites*, i. excites, scil. per opera bona, iuxta officium tuum.

Gratiam, Græc. χάρισμα, i. donum.

7. *Virtutis*, i. potentem, s. fortes facientem.

8. *Domini*, i. de Domino. *Collabora*, &c. q. d. ferto animo bono persecutiones Euangelij. *Dei*, i. tibi à Deo datam.

9. *Sancta*, scil. ad sanctitatem inuitante. *Propositum*, Syr. voluntatem Iunge vero cum ante tempora.

In Christo, i. per Christum. *Secularia*, s. sęculi, q d. ab æterno.

10. *Manifestata*, s. vocatio, seu gratia, vel propositum, quod Græc. est fœmininum.

Illuminationem, Græ. apparitionem. *Illuminauit*, i. patefecit.

Incorruptionem, i. immortalitatem.

12. *Patior*, sc. Romæ vinctus erat. *Confundor*, i. erubesco. *Depositum*, i. salutem apud eum depositam, seu animam ei creditam. *Illum*, s. Iudicij.

13. *Formam*, informationem. *Habe*, i. retine, vel sequere. *Sanorum*. &c. pro, sanæ doctrinæ. *In fide*, &c. q. d. credendo & amando Christum.

14. *Depositum*, i. munus Episcopi, vel animas subditorum.

15. *In*, pro, ex, q. d Asiatici qui Romæ sunt.

16. *Refrigerauit*, i. recreauit.

18. *Quanta*, i. in quam multis.

CAPVT II.

1. CONfortare, i. fortis esto *In Christo*, pro, à Christo. q. d. in gratia Christi.

2. *Per*. pro, coram.

3. *Labora*, i. ferto mala Græc. κακοπάθησον.

4. *Deo*, non est Gr. nec Syr. *Secularibus*, Græ. βίου, i. vitæ, q. d. rebus mundi quæ militiam impediant.

Probauit, i. vt probatum tradidit, Græc. & Syr. qui se delegit.

5. *In agone*, i. certamine publico. *Legitime*, i. secundum leges certaminis vincens.

6. *Laborantem*, &c. q. d. si vult fructus percipere, debet prius laborare.

7. *Intellige*, i. aduerte. *Dabit*, Græc. det, sed nostra lectio potior.

8. *Euangelium*, i. prædicationem.

9. *In quo*, s. diuulgando. *Laboro*, Græc. mala patior.

Male operans, Græc κακοῦργος, i. malefactor, seu facinorosus. *Non est*, &c. q. d. nec ideo cesso prædicare.

10. *Ideo*, iunge cum, vt.

In, i. per, *Cum*, pro in.

Cælesti, Græc. & Syr. æterna.

11. *Fidelis*, i. fide dignus, seu certus. *Nam*, abundat more Heb. *Commortui*, s. cum Christo.

12. *Sustinebimus*, s. aduersa.

13. *Ille*, pro, ille tamen. *Fidelis*, i. verax.

Negare, &c. q. d. non potest non esse qu od est.

14. *Contendere*, sc. contentionis studio. Alioqui hæretici disputationibus conuincendi.

Subuersionem, s. scandalizantur, vel significat docendam fidem sine disputationibus, ne auditores qui minus capiunt subtilitates, errore aliquo subuertantur.

15. *Probabilem*, i. probatum. *Inconfusibilem*, i. quem non pudeat eorum quæ agit. *Tractantem*, Græ. secantem, seu distribuentem, sc. pro cuiusque captu.

16. *Proficiunt*, i. valent. *Impietatem*, s. ingenerandam in animo.

17. *Eorum*, i. talium *Cancer*, s. morbus, qui exedit eam corporis partem, quam corripuerit.

19. *Fundamentum*, s. electio, seu prædestinatio.

Signaculum, s. quod sequitur, q d. beneque sigillatum, iuxta illud: Cognouit, &c. est autem locus Numer. 6. iuxta 70.

Et discedat, &c. id à Paulo additum, q. d oportet vero descedere, &c. *Nomen Domini*, pro, Dominum.

20. *Contumeliam*, i. vile ministerium.

21. *Istis*, s. quæ Deo displicent malis, & erroribus. de quibus proxime dictum. *Utile*, i. aptum ad vsum.

23. *Sine disciplina*, i. ineruditas.

Lites, i. contentiones.

24. *Docibilem*, Græc. διδακτικὸν, i. idoneum ad docendum.

25. *Modestia*, Græc. πραότητι, i. mansuetudine.

Nequando, i. si forte.

CAPVT III.

2. CVpidi, i. auari. *Elati*, i. arrogantes, seu fastuosi. *Blasphemia*, i. maledici.

3. *Affectione*, i. beneuolentia. *Pace*, Græc. fœdere.

Criminatores, i. calumniatores. *Sine benignitate*, Græc. non amantes bonorum, Syr bonorum osores.

4. *Proterui* Græ. præcipites, seu temerarij.

5. *Virtutem*, i. vim, seu veritatem.

7. *Discentes*, s. mulierculas.

8. *Iamnes*, &c. Hi Magi Ægyptiorum, *Reprobi*, i. errantes.

9. *Vltra*, Græc. amplius, seu plurimum. *Proficient*, i. assequentur quod volunt.

10. *Assecutus*, i. sectatus. *Institutionem*, i. mores, vel morum institutionem. *Propositum*, i. animi promptitudinem, seu intentionem.

11. *Qualia*, pro, quæ. *Antiochia*, s. Pisidiæ, non Syriæ.

12. *Piè*, i. religiosè, Syr. cum timore Dei.

Patientur, s. ab improbis, quibus displicet virtus.

13. *Proficient*, i. progredientur, *Mittentes*, s. alios quantum in se est.

10. *A quo*, s. Paulo,

15. *Ab infantia*, i. à puero. *In Christo*, i. in Christum.

16. *Docendum*, s. veritatem. *Arguendum*, s. falsitatem.

Corripiendum, s. malos, Gr corrigendum, seu dirigendum.

Erudiendum, s. omnes. *In*, pro, de.

17. *Dei*, i Deo dicatus.

CAPVT IV.

1. VIuos, Indicat aliquos non morituros sed in aera rapiendos, de quo sup. 1. Thess. 4. quanquam possunt intelligi viui, sc. cum Paulus scriberet.

Per aduentum, sc. ad iudicium, sub testificor, seu obtestor. quanquam Græc. potius est, in aduentu suo, & regno, s. iudicaturus.

2. *Importune*, i. intempestiue, s. improborum iudicio.

Argue, i. couince, s. errantes. *In*, pro, cum.

3. *Sustinebunt*, i. ferent. *Ad*, pro, iuxta.

Prurientes, nominatiuus est, q. d. cupientes ire grat..., velut scalpi qui pruriunt.

5. *Labora*, Græc. ferto mala. *Imple*, i. plene exequere.

6. *Delibor*, q. d. prope est vt immoler. adhibebantur libamina sacrificiis, ex rebus liquidis quæ in Dei honorem effundebantur, vel cremabantur. Et quidem Pauli effusus sanguis amputato capite.

Resolutionis, i. mortis, qua soluitur anima corpore.

7. *Bonum*, s. plenum meriti & honoris Dei.

In reliquo, i. in posterum. *Iustitia*, s. debita iustis operibus. *Aduentum*, sc. vt filij aduentum Patris optant.

Festina, i. cura.

10. *Galatiam*, i. Galliam, secundum Epiph. hær. 51. Dicitur à quibusdam *Crescens*, hic, fuisse Episcopus Moguntinus. vide Clem. 7. Const. cap. 46. Eus. lib. 3. c. 3. *Hier.* in Catalog.

11. *Solus*, s. ex domesticis. *Vtilis*, pro, vsui futurus q. d opus est mihi eo. *Ministerio*, s. Euangelico.

13 *Penulam*, pallij genus quidam putant, alij volumen Hebræum, Syr. tecam librorum.

Reliqui, ex hoc, & iis quæ infra dicit, quidam colligunt, Paulum Roma iuisse in ea loca, & Ecclesias visitasse, vt quibusdam scripserat se facturum deinde rediisse ad vincula, inquibus tandem obiit martyrio coronatus cum Petro.

Membranas, s. Hebræi libri membranæ sunt inuolutæ.

15. *Ærarius*, s. faber. *Ostendit*, i. fecit, Heb.

Reddet. Ita etiam legit Syr.

16. *Defensione*, s. apud Iudicem Romanum.

Omnes, s. qui fauere poterant.

Imputetur, s. à Deo.

17. *Leonis*, s. Neronis.

18. *Liberauit*, Gr & Syr. liberabit. *Opere malo*, i. persecutione malorum.

22. *Amen*, Græ. & Syr. additur. Missa è Roma.

AD TITVM.

sc. Cretæ Episcopum.

Docet quæ in Episcopatu agere debeat. vbi, & de Episcopi moribus & secularium quædam tractat.

CAPVT I.

1. SECVNDVM *pietatem*, i. de Dei cultu.

2. *Spem*, pro, spe. *Ante tempora* sc. eam prædestinans. *Sæcularia*, i. sæculi, q. d. ante mundi creationem

3 ..., pro, Græc propriis, s. præscriptis.

In ... per.

4. *...ecto*, Græc. germano, seu vero. *Communem*, s. Catholicam.

5. *Creta*, i. in Creta insula, vulgo Candia.

Presbyteros, i. Episcopos.

6. *Vnius*, i. qui non duas duxerit. *Non in*, &c. i. quo non possint accusari.

8. *Benignum*, Græc. bonorum amantem. *Continentem*, s. ab vxoris amplexibus, Hier.

9. *Secundum doctrinam*, i. ad docendum commodum.

Fidelem, i. certum *In*, pro, per, vel, cum.

Arguere, i. conuincere.

10. *Inobedientes*, s. ei quod æquum est. loquitur autem de iis, quos argui oportet. *Circumsione*, i. Iudæis.

12. *Quidam*, s. Epimenides. *Malæ bestiæ*, i. perniciosæ feræ. *Ventres*, i. hominnes, seu corpora,

13. *Dure*, i. seuere.

Sani, s. ne errent.

14. *Aduersantium*, pro, auertentium.

15. *Omnia*, Cibos intelligit lege veteri prohibitos.

Munda, s. ex se. *Mundis*, i. pure vtentibus, & vt fides docet. *Nihil*, s. quia non recte vtuntur.

16. *Confitentur*, i. profitentur. *Abominati*, pro, abominabiles. *Incredibiles*, pro, increduli.

Reprobi, i. inepti.

CAPVT II.

3. SAncto, i Religioso, seu Christianum decente. *Criminatrices*, calumniatrices *Bene*, pro, bona.

3. *Prudentiam*, Syr. pudicitiam.

5. *Prudentes*, s. esse doceant. *Blaspematur*, i. vituperetur.

8. *Verbum*, sub tuum sit. *Ex aduerso*, i. aduersarius.

Vereatur, i. erubescat.

10. *Fraudantes*, s. in ministerio, seu rebus heri.

Fidem bonam, i. fidelitatem.

11. *Gratia*, s. misericordia.

12. *Sæcularia*, i. mundana.

Pie, i. religiosè.

13. *Beatam, spem*, i. speratam beatitudinem.

14. *Acceptabilem*, i. acceptum, Græc περιούσιον, i. peculiarem

peculiarem, seu eximium.

15. *Nemo te*, &c. q.d. sic te gere, vt nemo possit te merito contemnere.

CAPVT III.

1. ILlos, s. Cretenses. *Potestatibus*, i. magistratibus. *Dicto*, s. eorum.

2. *Blasphemare*, i maledicere, seu conuitiis appetere.

Litigiosos, i. contentiosos.

3. *Odibiles*, i. odio digni.

4. *Humanitas*, Gr. φιλανθρωπία, i. amor in homines.

5. *Secundum*, i. propter, vel ex. *Sancti*, s. opera.

7. *Secundum*, &c. i. certo sperantes vitam æternam.

8. *Sermo*, s. præcedens, vel sequens. *Confirmare*, s. alios, q.d. hortari diligenter.

Præesse, i. intendere.

9. *Legis*, i. de lege, Syr. Scribarum

11. *Cum sit*, &c. q.d. proprium sequens iudicium seque ita condemnans.

13. *Legis*, s. Iudaicæ.

Præmitte, sc. ad me vel aliò forte quò fuerant à Paulo destinati.

Vt, pro, sic vt.

14. *Necessarios*, s. pauperibus.

15. *Amen*, Græ additur, Scripta ex Nicopoli Macedoniæ, Syr vero, Missa per Zenam & Apollo.

AD PHILEMONEM.

sc. Phrygem, & Colossensem.

Commendat ei seruum eius fugitiuum, à se ad fidem conuersum, tanta porro charitate & modestia, vt mihi Epistola valde mirabilis videatur.

CAPVT I.

1. CHRISTI, i. ob Christum.

Adiutori, Græ. cooperatori.

2. *Appia*, vxor erat Philemonis.

Archippo, eum quidam putant de quo Coloss. 4. *Ecclesia*, i. fidelium congregationis. *Tua*, s. Philemonis.

5. *Domino*, pro, Dominum.

6. *Vt*, pro, adeo vt, vel, oro vt. *Communicatio*, i. participatio, s. qua præditus es fidei. *Euidens*, i. manifesta, s. omnibus. *In agnitione*, i. per manifestationem.

In Christo, i. secundum Christum.

7. *In*, pro, de. *Requieuerunt*, i. refocillata sunt.

Ad rem pertinet, i. conuenit.

9. *Propter*, &c. q.d. malo vti charitate quam auctoritate. *Sis*, alij sim, q.d cum talis sim, nempe. *Paulus senex*, &c. sed lectio nostra probanda. q.d. cum, tu sis senex, malo rogare quam imperare.

11. *Vtilis*, alludit ad nomen. *Onesimi*, quod vtilem significat.

12. *Vt mea*, Græc. i. mea.

Viscera, q.d. dilectissimum mihi.

13. *Euangelij*, s. causa iniectis.

14. *Concilio*, i. sententia. *Bonum*, i. beneficium.

15. *Horam*, i. breue tempus. *In æternum*, i. numquam à te recessurum.

16. *Carne*, i. corporis seruitio,

17. *Socium*, s. in fide seu religione.

18. *Nocuit*, forte aliquid furatus aufugerat.

20. *Ita*, s. si id feceris quod rogo, Græc. ναί i. certe q.d. ita est, vt dico. *Fruar*, i. capiam fructum ex te, seu voluptatem. *Viscera mea*, i. dilectum mihi.

22. *Donari*, pro. donatum iri.

25. *Amen*, Græ. & Syr. additur: Missa è Roma per Onesimum.

AD HEBRÆOS.

Nomen non adscribit in principio more suo (vt nec Joannes in Epistolis) forte quod non ad certam aliquam Ecclesiam scribat. quanquam quidam putant ad Ierosolymitanam scribere, vel, quod sit velut tractatus quidam seu disputatio de lege veteri & noua, deque illius cessatione, & huius vi. vbi multa de Sacerdotio veteri, & Christi. Addit & multa ad mores pertinentia.

CAPVT I.

1. MVLTIFARIAM, &c. duabus vocibus vsus est, vt totam varietatem temporum Personarum, & visionum comprehenderet. *Loquens*, pro, locutus.

In, pro, per.

2. *Constituit*, scil. quatenus homo, constitutus, sed quia idem etiam Deus, omnium possessor & creator.

3. *Splendor*, s. lumen, de lumine. sinificatur etiam coæternitas.

Gloria, sc. paternæ, i. patris, vel gloriæ, pro gloriosa.

Figura, Græ. χαρακτήρ, i. expressa imago.

Substantiæ, ὑποστάσεως, i. subsistentiæ, seu personæ,

Portans, i. tenens, seu sustentans, alioqui enim in nihilum cuncta reciderent. *Verbo virtutis suæ*, i. potenti suo imperio, seu potentia sua. Nam ipse verbum est.

Faciens, pro, postquam fecit, sc. per passionem quamquam etiam nunc, perpetuoque facit.

4. *Melior*, i. præstantior, *Effectus*, sc. secundum quod homo. *Differentius*, i. excellentius.

Præ illis, i. quam illi. *Hereditauit*, i. sortitus est, s. quatenus homo, nam etiam Deus est, quod non semper fuit, nec enim semper homo fuit, adeoque non semper homo Deus. vide Rom. 1.

6. *Cum iterum*, pro, iterum cum, q. d. alias etiam cum.

Introducit, &c. i. cum de filij in mundum aduentu loquitur. *Dicit*, sc. Deut. 32. secundum 70. Vide etiam Psal. 96. vbi plane habetur.

7. *Ad*, pro, de.

8. *Thronus*, &c. Vide Psal. 34.

9. *Præ*, &c. i. excellentius quam consortes tui, s. iusti, qui filij Dei per adoptionem.

11. *Mutabis*, Græc. inuolues, seu vertes, q. d. possis cum velis auferre, vel significatur renouatio mundi futura, vel velut accepta noua veste.

14. *Administratorij*, i. Dei ministri. *Missi*, i. mitti soliti. Non quidem mittuntur omnes per se, sed quidam per alios, s. inferiores se, quibus reuelant, ad nos deferenda.

CAPVT II.

1. Abundantius, i. perfectius. *Audiuimus*, s. à Deo per filium reuelata. *Pereffluamus*, i. pereamus, seu excidamus. vt solet quod effluit, Syr. cadamus.

2. *Firmus*, i. tantam obtinuit auctoritatem.

Præuaricatio, Græc. transgressio. *Mercedis*, i. quam merebatur.

3. *Effugiemus*, sc punitionem. *Initium*, &c. q. d primum esset per Christum prædicata.

In nos, s. Christianos. *Confirmata est*, i. firmiter tradita. Audierat quidem à Christo Paulus, sed & ab Apostolis etiam. Adde quod de aliis loquitur in persona sua, vt proxime indicaui.

4. *Portentis*, i. prodigiis. *Virtutibus*, Tribus his vocibus solet scriptura omnia miraculorum genera significare. *Spiritus*, &c. pro, donorum Spiritus sancti.

5. *Non enim*, &c. redit ad superiorem disputationem *Orbem terræ*, i. mundum. *Futurum*, s. post iudicium. tunc enim omnia plene Christo subiecta erunt, vt infra dicitur. *De quo*, sc. orbe. *Loquimur*, i. disputationem instituimus.

6. *Quis*, pro, quidam.

7. *Paulo minus*, i. aliquantum, s. inferior est natura humana etiam in Christo Angelicâ, quod ad ipsam naturam pertinet. *Ab*, i. præ.

9. *Gratia*, i. per gratiam Iungendum autem cum, *passionem*, q. d. quam sustinuit pro salute hominum.

Gustaret, i. sentiret, seu peteretur Heb.

10. *Adduxerat*, pro, adducturus esset. *Consummari*, i fieri perfecte, vel vitam finire.

11. *Vno*, s. Deo auctore, seu Patre, q. d. dedit Deus Filium suum vnigenitum pro filiis adoptiuis. *Omnes*, s. velut fratres. *Confunditur*, i. erubescit.

13. *Ego ero*, &c sunt hæc verba Isa. 8. secundum 70. vbi nos legimus: Præstolabor eum. sequiturque statim: Ecce ego. &c. itaque eodem pertinet vtraque hæc sententia, qua de se Christus loquitur, vt homo est.

Pueri, i. filii, seu serui.

14. *Communicauerunt*, &c. i. homines erant carnis participes. *Participauit*. &c. i. habuit etiam carnem & sanguinem, s. factus est homo. *Mortis*, s. ob peccatum quod induxit, ex quo mors, vel mortis peccati, quod hominibus persuadebat.

15. *Obnoxij*, &c. q. d. viuebant vitam, seruilem, horrentes semper mortem, a qua seruitute liberati promissa immortalitate.

16. *Nusquam*. i. nullo modo, seu nunqam. Græc. non.

Angelos, &c. i. Angelicam naturam assumpsit, sed humanam.

17. *Per omnia*, s. ad naturam humanam pertinentia, adeoque pati humanas infirmitates. *Misericors*, s. etiam per experientiam dolorum. *Ad*, pro, apud.

Repropitiaret, i. expiaret.

18. *In eo*, i. per id, vel q. d. in iis rebus.

Tentatus, i expertus mala nostra.

Potens, i. aptus, seu promptus, vel q. d. certe potest in rebus, quas expertus est, opem ferre suis.

CAPVT III.

1. Sancti, s. professione. *Confessionis*, i. fidei, quam profitemur.

2. *Fecit*, s. Pontificem. *Omni*, i. tota.

3. *Amplioris*, pro tanto ampliore,

Domus, pro, domo.

4. *Creauit*, Græ. construxit, seu fabricauit.

5. *Testimonium*, i. testificationem. *Dicenda*, s. populo, ex parte Dei.

6. *Sua*, i propria. *Gloriam spei*, i. spem in qua gloriamur, Græ gloriationem spei.

8. *Secundum diem*, i. in die.

10. *Infensus*, &c. Gr. tædio affectus à generatione, &c.

11. *In ira*, i. iratus *Si*, pro, quod non.

13. *Vosmetipsos*, i. vos inuicem *Cognominatur*, i. vocatur.

14. *Christi*, i. gratiæ Christi, seu Corporis Christi mystici. *Initium*, &c. s. fidem per quam incipimus subsistere spiritualiter, vel q. d. si eam vitæ subsistentiam in qua cœpimus cum Christo viuere vsque, &c.

16. *Audientes*, i. cum audissent, sc. in Sinai, vel per Mosen. *Per Mosen*, i. duce Mose.

CAPVT IV.

1. Relicta, i. neglecta. *Existimetur*, i. videatur seu appareat. *Deesse*, Græc. fuisse frustratus vel non assecutus.

2. *Admistus*, Syr. coniunctus. Græc. & complut. admistis. *Ex iis*, pro, eorum, Græ. iis. *Quæ*, Græ. qui.

3. *Quemadmodum*, pro de qua. *Et quidem*, s. id dictum est, vel iunge cum sequen. s. dixit enim, &c. q d. de qua requie dixit, &c.

5. *Isto*, s. loco.

7. *Terminat*, i. præfinit. *In*, pro, per, vel Dauid, pro, libro Dauid.

8. *Iesus*, i. Iosue, qui apud 70. dicitur Iesus, Syr. Iesus filius Nun.

Requiem, s. veram, seu perfectam.

Posthac, Græc. post hæc.

9. *Sabbatismus*, i. requies.

10. *Ingressus est*, pro, ingredietur. *Requieuit*, pro, requiescet.

11. *Festinemus*, Heb. studeamus. *Vt ne*, pro, & caueamus ne. *Idipsum*, i. idem.

12. *Viuus*, &c. q. d. sed credamus verbo Dei vitam danti credentibus. *Ancipiti*, i. vtrinque acuto.

Animæ, s. qua viuimus, seu sensitiuæ. *Spiritus*, i. mētis, q. d. discernit quæ sunt sensus ab iis quæ mentis sunt. *Compagum*, &c. q. d. & quorumque intimorum. Quidam compages, cogitationes intelligunt, medullas vero intentiones. *Discretor*, Græc. Iudex.

13. *Inuisi*

13. *Inuisibilis*, Græc. non manifesta apparet loqui de Dei verbo, quod est Deus. *Omnia autem*, pro, sed omnia. *Ad quem*, pro. de quo.

14. *Confessionem*, i. fidei professionem, vel q. d. spem quam profitemur.

15. *Tentatum autem*, pro. sed tentatum. *Pro similitudine*, Græc. iuxta similitudinem, s. nostri, Syr. sicut & nos.

16. *In*, pro, cum, q d. adiuuantem in opportunitatibus, s. cum opus est.

CAPVT V.

1. *Condolere*, i. compati.

3. *Pro peccatis*, s. hostia.

4. *Honorem*, s. pontificatus,

5. *Clarificauit*, i. glorificauit, q. d. non sibi assumpsit pontificalem gloriam. *Sed*, s. illum clarificauit, i. dedit ei illam gloriam.

7. *Carnis*, i. vitæ mortalis. Vide 2. Cor. 5. *A morte* s. suscitando. *Clamoris*, &c. quando id factum incertum. *Sua reuerentia*, i honore ei debito, vel, quo Patrem semper est prosecutus.

8. *Didicit*, s. experientia. *Obedientiam*, s. in passionibus.

9. *Consummatus*, q. d. cumque perfectus esset vel cum mortuus esset.

10. *Pontifex*, Græ. ἀρχιερεύς, i. Summus Sacerdos.

11. *De quo*, s. Melchisedech, vel Christo, vel Pontificatu *Grandis*, i. copiosus, s. propositus est.

Ininterpretabilis. i. difficilis explicatu. *Audiendum*, i. capiendum.

12. *Magistri*, i. doctores. *Tempus*, s. quo, estis in schola Christi, *Elementa exordij*, i. prima rudimenta.

Sermonum Dei, i. institutionis Christianæ, vel sacræ Scripturæ.

13. *Enim*, pro, autem. *Expers*, i. incapax.

Sermonis, i. institutionis. *Iustitia*, i. de iustitiæ perfectione.

14. *Pro consuetudine*, i. per habitum mentis.

CAPVT VI.

1. *Intermittentes*, i. omittentes interim.

Inchoationis, i. in principio solitum tradi, s. fidei rudimenta *Christi*, i. de Christo. *Perfectionem*, i. perfectiorem seu altiorem disputationem. vel vitam perfectiorem.

Ab operibus mortuis, i. de peccatis animam interimentibus, vel quæ animæ mortuæ faciunt.

Ad, pro. in.

2. *Baptismatum*, i. de baptismo. *Impositionis*, s. in confirmationis sacramento.

3. *Hoc*, s. ferri ad perfectionem. *Permiserit*, i. concesserit.

4. *Impossibile*, s. nisi Deo concedente. *Illuminati*, i. baptizati.

Sancti, s. per gratiam.

5. *Dei verbum*, i. Christi doctrinam. *Virtutes*. i. potentiam Dei. quam in Sãctis ostendet, s per immortalitatem & gloriam. *Prolapsi*, s. graui aliquo peccato

Ad, pro per. *Crucifigentes*, &c. q. d cum per peccatum Christum in se viuentem velut crucifixerint.

Ostentui, i. ludibrio.

7. *Terra*, i. anima. *Imbrem* i s gratiæ.

8. *Spinas*, &c. i. peccata. *Maledicto*, i. supplicio.

Consummatio, i. finis,

10. *In nomine ipsius*, i, propter ipsum.

11. *Eandem*, s. quam hactenus. *Ostentare*, i. ostendere. *Expletionem*, i complementum, seu perfectionem. *Finem*, s. vitæ.

12. *Vt*, pro, sic vt *Promissiones*, i. promissa bona.

14. *Nisi*, pro, certe. Omisit autem Paulus iuramentum, de quo Genes. 22. vel sub hac particula intellexit. Habet enim Heb. formam iuramenti.

15. *Sic*, abundat, more. Heb. *Repromissionem*. i. promissum à Deo.

16. *Sui*, i. sc. *Confirmationem*, s. veritatis.

17. *Pollicitationis*, i. promissi,

18. *Duas*, s. promissionem & iuramentum.

Confugimus, præteritum est. *Spem*, i. rem speratam vel spei virtutem tenendam, i. retinendam.

19. *Ad interiora*, &c. i. quæ intra velum, s. cœlestia, quæ occulta.

CAPVT VII.

1. *Salem*, s. Ierusalem.

2. *Rex iustitiæ*, Melech n. Rex, Sedech, iustitia.

3. *Sine Patre*, &c. s. in scriptura, quæ de iis nihil dicit. *Assimilatus* sc. in eo quod sequitur *In perpetuum* s. nihil, de eius morte scriptum.

4. *Intuemini*, i consideraτe.

Præcipuis, Græc. spoliis.

5. *Ipsi*, s. fratres.

6. *In eis*, i. inter eos. *Qui habebat*, i. cui factæ.

7. *Meliore*, i. maiore. seu præstantiore.

8. *Hic*, s. in lege. *Ibi*, s. vbi agitur de Sacerdotio Melchisedec. *Contestatur*, s. scriptura, quæ de eius morte nihil dicit.

9. *Et vt*, &c. q. d. atque ita quodammodo. *Accepit*, Gr. accipit, i. solet accipere.

11. *Consummatio*, i. perfectio, s. sacerdotij, vel hominum per sacerdotium.

12. *Enim*, pro, autem.

13. *In quo*, i. de quo. *Alia*, s. Iuda. *Præsto fuit*, i ministrauit.

15. *Manifestum est*, s. mutatam esse legem.

Si, pro, si quidem. *Exurgat*, pro, exurgit.

16. *Carnalis*, i. circa corporeas cæremonias versantis.

Virtutem, i. potentiam. *Insolubilis*, i. æternæ, q. d. æternam vitam dantem,

17. *Contestatur*, i. testatur.

18. *Mandati*, i. legis. *Infirmitatem*, i. imbecillitatem.

Inutilitatem, i. insufficientiam, nec enim poterat reddere iustos, seu perfectos.

19. *Spei*, s. in Christo.

20. *Quantum*, pro in quantum.

22. *Testamenti sponsor*, i. pacti promissor.

24. *Sempiternum*, s. non migrans ad alios successione.

25. *Accedentes*, &c. i. per ipsum ad Deum adductos.

26. *Segregatus*, s. vitæ puritate.

27. *Hoc*, s. pro populi delictis.

28. *Legem*, s latam, vel q. d. qui de Sacerdotio loquitur post legis mutationem futuro.

CAPVT. VIII.

1. *Capitulum*, i. summarium, q. d. dicam breuiter fusius explicata.

Magnitudinis, i. maiestatis, s Dei.

2. *Sanctorum*, i. sanctuarij, s. Ecclesiæ. *Veri*, ad differentiam figuralis.

3. *Enim*. pro, autem.

Offerat, sc. seipsum obtulit in cruce, & quotidie offert in altari.

4. *Super terram*, s. vt more aliorum Sacerdotum ministraret. *Nec*, pro, non.

Sacerdos, s qui non est de tribu Leui.

Essent, s. sacerdotes de tribu Leui.

5. *Consummaret*, pro, consummaturus esset, i. perfecturus. *Exemplar*. Intelligit Paulus etiam per id significatum illud exemplar quoddam fuisse tabernaculi cœlestis.

6. *Melius*, i. excellentius. *Ministerium*, scil. sacerdotij.

Testamenti, i. pacti. *In*, pro, cum. *Repromissionibus*, pro, promissionibus. *Sancitum*, i. confirmatum.

7. *Culpa*, i. defectu, vel q. d. si homines faceret sine culpa.

8. *Consummabo*. i. perficiam.

10. *Quia*, continuatiuum est, non causale.

Dando, pro, dabo.

13. *Veterauit*, i. antiquauit, seu vetus esse ostendit.

CAPVT IX.

1. PRius, scil. testamentum. *Cultura*, i. cultus, q. d. cultus quosdam suo modo iustificantes.

Sanctum seculare, i. templum, seu tabernaculum temporale.

2. *Primum*, s. prior pars tabernaculi, quæ sanctum dicebatur, vt proxime dicetur. *Candelabra*, s. multæ erant in candelabro lucernæ.

Propositio, &c. i, panes, qui ante Deum proponebantur.

3. *Secundum*, erat enim primum velum ante ipsum sanctum.

4. *Thuribulum*, sc. altari incensi seruiens, quod erat extra, seu potius ei suffitui quem faciebat Pontifex, semel in anno ingrediens in sancta Sanctorum. Quidam tamen putant significari thuribuli nomine altare thymiamatis, in quo incendebantur aromata, nec aliud fuisse thuribulum. *In qua* pro, cum qua, i. iuxta quam, secundum quosdam.

6. *Gloriæ*, i. Dei gloriam repræsentantia. *Obumbrantia*, s. alis.

6. *In priori*, pro, in prius. *Officia*, i. ritus.

7. *Ignorantia*, i. peccatis ignorantiæ.

8. *Significante*, s. per illas expiationes. *Propalatam*, i. apertam, sc. per plenam expiationem, quam, Christus erat facturus. *Sanctorum*, i. in sancta. s. cœlestia.

9. *Parabolo*, i. figuralis quædam similitudo.

Instantis, i. præsentis, s. tempore quo hæc Paulus scripsit. *Iuxta suam*, i. cuius ritu. *Iuxta conscientiam* i. quod attinet ad conscientiæ, seu mentis puritatem.

Seruientem, i. per illa Deum colentem.

10. *Solummodo*, sita. *Baptismatibus*, i. ablutionibus, seu purificationibus. *Iustitiis*, i. iustificationibus, seu cæremoniis, Græ. δικαιώμασι, (quo verbo 7. vtuntur: vbi nos legere solemus cæremonias) Syr. præceptis.

Carnis, i. corporeis, s. circa corpus adhibitis, q. d. externis: *Correctionis*, s. per Christum faciendæ,

11. *Assistens*, s. Patri. Græ. παραγενόμενος, i. factus, vel adueniens. *Amplius*, i. maius.

Tabernaculum, s. suam humanitatem, vel cœlum. iunge cum, *Pontifex*. *Huius creationis*, i. structuræ similis nostratibus. humanitas quidem de Spiritu S. concepta, cœlum vero à Deo Creatum.

12. *Sancta*, i. cœlum.

Inuenta, i. parta.

Carnis, i. corporis, sc. animam illa non emendabant. Ideo sup. dictæ iustitiæ carnis.

14. *Per spiritum*, &c. mouente Spiritu sancto.

Sanctum, Græc. & Syr. æternum. *Operibus mortuis*, i. peccatis Vide sup. cap. 6.

15. *Praeuaricationem*, Græc trangressionum, q. d. ad expiationem peccatorum. *Erant*, s. manebant non mundatæ *Repromissionem*, &c. i. promissam hæreditatem.

17. *In mortuis*, i. testatoris morte. *Confirmatum*, ratum.

18. *Sanguine*, s. mortem quodammodo repræsentante.

Dedicatum, i. confirmatum.

20. *Testamenti*, sc. confirmator. No. testamenti vocem sumptam ex 70. qui sic verterunt Heb. vocem quæ pactum seu fœdus significat, s. pactum illud Dei, figura erat pacti per Christum renouandi quod eius morte velut testamentum firmatum est, nosque testamenti more fecit hæredes. *Mandauit*, Exod. 24. legitur, Heb. pepigit, 70. disposuit.

22. *In*, pro, cum, vel per. *Et sine*, &c. q. d. nam re, vera nulla peccati remissio fieri potest sine Christi Sanguine, cuius illa legalia, figura erant.

23. *Exemplaria*, i. figuralem statum. *Cœlestia*, sc. statum Euangelicum, seu Ecclesiæ.

25. *Offerat*, s. cruento sacrificio.

26. *Frequentes*, s. ad expiandum omnium hominum peccata. *Consummatione*, i. fine, s. instante.

Destitutionem, i. abolitionem. *Suam*. i. sui corporis.

27. *Iudicium*, sc. cuiusque sequitur particulare post mortem eius, & vniuersale mortuis omnibus.

28. *Multorum*, omnium quidem quantum ad sufficientiam, sed multorum solum quantum ad efficaciam.

Exhaurienda, i. tollenda, seu euacuanda ex cordium profundo. *Secundo*, i. deinde. *Sine peccato*, i. purgatis electorum peccatis.

Salutem, s. æternam,

CAPVT X.

1. IMaginem, s. perfectam repræsentationem, qualis est in statu Euangelico, in quo est gratiæ copia, & velut initium quoddam æternæ felicitatis.

Accedentes, s. per illa ad Deum. *Perfectos*, i. perfecte à peccatis liberatos, pleneque iustos.

2. *Offerre*, s. pro iisdem peccatis.

3. *Ipsis*, s. hostiis. *Peccatorum*, s. eorundem. Quid ergo, nonne illi per sacrificia vere mundabantur? sane, sed non vi sacrificiorum, sed oblationis Christi, quam repræ sentabant? ideoque illa tanquam per se inefficacia sæpe repetebantur.

5. *Ingredientes*, &c. q. d. ad eius in mundum ingressum pertinent verba illa Psalmi. *Corpus*, s. quod tibi offerrem, *Aptasti*, Syr. induisti.

6. *Pro peccato*, s. sacrificia. *Placuerunt*, s. per se, sed propter me, cuius figuræ erant.

7. *Venio*. Iunge cum, vt faciam. *Capite*, i. summa, s. tota scriptura Christum prædicat.

9, *Tunc*, pro, deinde vero. *Primum*, sc. statum, seu testamentum.

10. *In qua*, i. per quam. *Semel*, s. facta.

11. *Sacerdos*, sc. summus, vt est Græ loquitur enim de annua expiatione.

12. *Vnam*, s. sufficientem ad omnia peccata expianda.

Offerens, pro. vbi obtulisset.

13. *De cætero*, i. in posterum.

14. *Consummauit*, i. perfecit, sc. quantum ex se fuit.

Sanctificatos, i. eos qui sanctificantur.

15. *Contestatur*, s. testando monet.

16. *Testamentum*, &c. i. fœdus quod feriam.

17. *Et*

17. *Et peccatorum*,&c.sub addit.
18. *Oblatio*,i.opus oblatione alia.
19. *In introitu*, &c. pro, introeundi in Sancta,i.cœlestia
In,pro,per.
20. *Initiauit*,i.aperuit,ingrediens ipse.*Viuentem* s.via in cœlum est vita bona.
22. *Plenitudine*,i.perfectione.Græc. plena certitudine,Syr.fiducia.*Aspersi*,s. Christi sanguine, q.d purificati. *Aqua*,s.baptismi. *Munda*,i.mundante.
23. *Confessionem*,i.professionem.*Indeclinabilem*,i. firmam.*Repromisit*,pro,promisit.
24. *Inuicem*,i.alij alios. *Prouocationem*, i. imitationem.
25. *Collectionem*,i.congregationem. *Consuetudinis*,s.deserere.*Consolantes*,s.inuicem. Verti poterat adhortantes.*Videritis*,pro,videtis. *Diem*,s.retributionis.
26. *Hostia*,s.quæ totos abluat, vt fit in baptismo.etsi enim Christi hostia ad omnia peccata purganda valeat, at non applicatur nisi semel per baptismum ad eiusmodi purgationem,quare satisfaciendum postea pro peccatis,per opera pœnalia, quod semper in Ecclesia obseruatum.
27. *Iudicij*,s.diuini.*Æmulatio*,i.vis,& velut indignatio.*Aduersarios*,s.Dei,qui hinc sine pœnitentia discesserint.
28. *Irritam*,&c.i.transgrediens.*Moritur*,i.interficitur s.in certis,casibus.
29. *Conculcauerit*,i.contempserit. *Pollutum*,pro, vel,vt pollutum,q.d.vt rem pollutam tractauerit.
In quo,i.per quem.*Gratia*,s.auctori.
30. *Vindicta*,q d.meum est vlcisci.
31. *Horrendum*,i.terribile.*Dei*,s.irati.
32. *Illuminati*,Syr.baptizati.
33. *In altero*,i.partim.
34. *Substantiam*,i.diuitias.
35. *Admittere*,i.abiicere.
36. *Patientia*,sc.qua spe præmij duratur in malis.
37. *Modicum*,&c.i.post breue tempus.
38. *Subtraxerit*,s.à fide,& recto.
39. *Subtractionis*,i.qui nos subtrahamus.
Animæ,i.salutis animæ.

CAPVT XI.

1. *SPerandarum*,i.quæ sperantur.
Substantia,i.sustentaculum, seu basis,Syr. certitudo. *Argumentum*,i.declaratio,Syr. reuelatio, q d.fides est quiddam, quo spes nititur,& Dei occulta ex parte cognoscuntur.
2. *In hoc enim*,pro,per hanc autem.*Testimonium*, s.quod Deo placerent,vel quod essent Dei serui.
Senes,i.antiqui Patres.
3. *Aptata*, i. constructa, Syr. ordinata. *Secula*, i. tempora,seu mundi res.*Vt*,pro, sic vt.*Inuisibilibus*, Græc.non apparentibus.
4. *Plurimam*,i.gratiorem.Syr.præstantiorem.
Per quam,s.fidem,seu hostiam.fide oblatam.
Testimonium, s. igni cœlitus in sacrificium delapso,vt quidam aiunt.*Loquitur*,s.hominum ore celebratur,seu prædicat illo suo exemplo.
5. *Fide*,i. fidei merito. *Testimonium*, habuit, i. comprobatus est.
7. *Responso*,&c.i.oraculo diuino admonitus.
Metuens,s.Deum, vel diluuium. *Quam*,s.fidem, vel arcam. *Damnauit*,i. dignum damnatione ostendit.
Mundum s.qui videns arcam tanto tempore,tamque diligenter extrui, non credidit. *Heres*, &c.i. possessor est factus.

8 *Qui vocatur*,Græc.vocatus s.à Deo.
9. *Repromissionis*,i.promissa. *Casulis*,i. tabernaculis.
10. *Fundamenta*,&c.i.benefundatam.
11. *Virtutem*,&c.q.d.vim ad concipiendum.
Fidelem,i.veracem.
12. *Vno*,s.Abraham.*Emortuo*,s. quantum ad vim generandi.
12. *Iuxta fidem*,i. cum fide. *Repromissionibus*, i. promissa terra,vel cœlo, per illam significato, seu figurato.
16. *Meminissent*,q.d.si cum id dicerent,illam intellexissent de qua,&c.
17. *Confunditur*, i. erubescit, *Ciuitatem*,s. cœlestem.
18.*In Isaac*,&c.i. per Isaac habebis posteritatem quam tibi promisi.
19. *Arbitrans*,i. persuasus.*Parabolam*, i.similitudinem,s.Christi immolandi,& resurrecturi.
Accepit,s.saluum reduxit.
20. *De futuris*,s.prædicens.
22. *Memoratus est*,i.meminit.
25. *Temporalis*,Græ.temporalem,i.breuem.
Peccati,s.si suos deseruisset,aut Regi obtemperasset contra Deum præcipienti.
26. *Christi*,i.ad Christi imitationem.
27. *Animositatem*,i.iram.*Inuisibilem*,s.Deum.
Sustinuit,i.fortiet expectauit, s. sibi adiutorem fore sperans.
28. *Qui*,s.Angelus.*Primitiua*,i.primogenita.
29. *Experti*,i.transeuntes,seu transire tentantes.
33. *Repromissiones*, i.à Deo promissa. *Obturauerunt*,s.Daniel.
34. *Extinxerunt*,s.pueri,in fornace. *Impetum*, i. vim.
Effugerunt.i.euaserunt. *Aciem gladij*, s.hostes in prœlio.*Conualuerunt*,vt Ezechias.
35. *Mulieres*,vt Sunamitis,& Sareptana.
De resurrectione,i.resuscitatos.*Distenti*,s.in tormentis,vt illi de quibus 2. Mach.7.*Redemptionem*, i. liberationem à cruciatibus, quam impij promittebant,si sibi obtemperarent.
37. *Lapidati*.vt Ieremias.*Secti*,vt Isaias, serra lignea à Manasse. *Melotis*,i.ouillis pellibus.
39. *Repromissionem*.i.promissam beatitudinem, s. quantum ad corpus.
40. *Consummarentur*, s. tum perfecte erit homo beatus cum corpus recipiet,tunc n.perfectus homo, cedit autem id ad nostrum honorem, quod illi nos expectent, & tamdiu expectauerint, qui tanto ante laborauerunt.

CAPVT XII.

1. *IMpositam*, Græc. circumpositam, s. vndique cingentem.*Nubem*,i copiam.*Pondus*,s. impedimenta. *Circumstans*,i. adhærens,vel vndique impugnans. *Peccatum*, i. peccandi occasiones, vel ipsum peccatum.
2. *Auctorem*, Græ. ἀρχηγὸν, i.inceptorem.seu ducem, Syr. Principium. *Confusione*, s.ignominiis, & contumeliis.
3. *Contradictionem*,i.persecutionem.
5. *Estis*,pro,vid emini.
Consolationis,verti poterat, adhortationis Syrus, doctrinæ.
Disciplinam,i.correptionem.
Fatigeris,Græ deficias,q.d.constans esto.
6. *Recipit*,i.approbat,vel q.d. quem in filium recipit,Syr amat.
7. *Disciplina*, s. Dei castigatione. *Perseuerate*,i. durare animo.

8. *Omnes*,s.filij. *Adulteri*,pro,adulterini.
9 *Eruditores*,i. castigatores. *Et viuemus*,pro,vt viuamus.
10. *In recipiendo*,Gr.ad recipiendum.
12. *Soluta*,i.flaccida.Syr.nutantia
13. *Et egressus*, &c. q. d. ingredimini viam rectam.
Magis autem, pro, sed potius, *Sanetur*,s.si quid ægrotat.
15. *Contemplantes*,i.id videntes,seu curantes.
Desit,Græc. expers sit. *Amaritudinis*,i. amara,sc. peccati.
Impediat,s.salutem.
16. *Profanus*,i.impurus,seu diuinorum contemptor.
Primitiua,i.ius primogenituræ.
17. *Scitote*,Græc. scitis. *Rebrobatus*,i.reiectus,s.à Patre,à Deo. *Locum*,i.fructum,s.quod optabat pœnitens. *Eam*,s.benedictionem.
18. *Tractabilem*,i.tangibilem. *Accensibilem*,i.incensum.
19. *Excusauerunt se*, Græc. deprecati sunt,Syr obsecrarunt.
20. *Portabant*,i.ferre poterant.
21. *Moses dixerit*,pro, vt Moses diceret Not. id non esse in scriptura,sed traditione, vt videtur acceptum.
22. *Accessistis*,s.fide & spe.
23. *Primitiuorum*,Gr.primogenitorum,s.in cœlo per gloriam qua renascuntur. Vnde Sanctorum dies quibus in cœlum admissi,dicuntur Natales.
24. *Melius*,s.non vindictam petit, sed remissionem.
Abel,s,sanguis.
25. *Recusetis*,Syr.aspernemini. *Aduertimus*,pro, auersamur,q.d.si aduersemur.
26. *Tunc*,s. cum legem daret. *Repromittis*,i.promittit. *Dicens*,s.secundum 70.
27. *Translationem*, i. mutationem, sc. in statum meliorem. *Factorum*, sc. vt ad tempus solum durarent,vel q.d.in Christo impletorum. *Immobilia*,sc. cœlestia,quibus alia successura non sunt.
28. *Habemus*, Græc. habeamus, Syr.amplectamur,

CAPVT. XIII.

1. F*Raternitatis*,i.fraterna.
2. *Latuerunt*,q.d.inscientes. *Angelos receperunt*,putantes esse homines.
3. *Simul* pro,si simul essetis.
Laborantium,i.afflictorum. *Corpore*,s.multis subiecto miseriis.
4. *Honorabile*,s.sit q.d.honeste tractetur.
Omnibus,s.coniugatis,vel q.d.omni parte.
Iudicabit,i.condemnabit.
7. *Exitum*,i. progressum,q.dicat, viuendi rationem
8. *Heri & hodie*, i. in præterito & & præsenti, q.d.semper suis adest,vt adfuit antiquis.
9. *Abduci*,sc. à vero Græc.circumferri, scil. huc illuc.
Ambulantibus in eis,i.illis vtentibus,s.superstitiosè,vel sine fide.
10. *Edere*,s.Eucharistiam. *Qui tabernaculo*,&c.i, legis veteris sacerdotes.
11. *Quorum enim*,&c.q.d.sunt n.illæ figuræ quas oportet cessare, vbi aduenit res ipsa figurata,s. Christus.
13. *Portantes*,sc. simul cum illo, q. d.illum imitantes.
16. *Communionis*,i. communicationis bonorum cum pauperibus, *Promeretur*, i. conciliatur, mereturque homo apud ipsum.
17. *Non expedit*, Græc. incommmodum est,seu inutile.
18. *Confidimus enim*,&c,q.d.id facere debetis,vt pro amico, & de vobis bene merito, qui sibi nihil conscius est contra vos fecisse sed velle potius prodesse.
19. *Amplius*,potest iungi cum,deprecor, vel cum facere.
20. *Pacis*,s.auctor.
Æterni,s.confirmatore.
21. *Aptet*,Græc.perficiat.
22. *Sufferatis*,i.boni consulatis. *Solatij*,verti poterat,exhortationis.
Et enim,&c. q.d quamquam pauciora scripsi, quam res postulabat.
23. *Cognoscite*, q d. tractate, vt notum & amicum.
Dimissum,sc.è carcere,vel,à me ad vos,Syr.solutum.
Venerit,s.ad me. *Videbo*,i.inuisam,s per illum iterum,vel cum illo.
24. *Sanctos*,i.Christianos.
25. *Amen*, Græc. additur ; Scripta ex Italia per Timotheum.

EPISTOLA IACOBI.

sc. Alphæi filij.

Fuit primus Ierosolymæ Episcopus, de quo vide Gal. 1. Iudæos hortatur, & instituit. Ubi multa de patientia, legis obseruatione, operum bonorum necessitate, ambitione vitanda, ac loquacitate, & personarum acceptione, cupiditate, detractione, iuramento. Denique de magna orationis vi apud Deum.

CAPVT I.

1. I*N dispersione*,i. dispersæ,s.per varia regna,Syr.dispersæ inter gentes.Apparet ex omnibus tribubus aliquos fuisse ad Christi fidem conuersos.Quidam intelligi putant Christianos dispersos,de quib. Act.8. *Salutem*,Syr. pacem.
2. *Omne*,i.perfectum,q.d. optime vobiscum agi, esseque de quo maxime gaudere debeatis. *Existimate*,Syr.habete. *Tentationes*,i.afflictiones.
3. *Probatio*,i.exploratio per tentationes,
4. *Habeat*,q.d.sit perfecta.
5. *Omnibus*,s.petentibus,vt par est. *Affluenter*,i. abundante-.

abundanter. *Improperat*, i. exprobrat beneficium, vt solent qui multa dederunt.

6. *Hæsitans*, i. diffidens seu dubitans de Dei potentia & liberalitate. *Circumfertur*, i. iactatur.

7. *Ne ergo*, &c. q. d. non est quod putet se impetraturum à Deo.

8. *Duplex animo*, i. vacillans seu hæsitans in rebus diuinis, Syr. dubius mente sua. *Viis*, i. actionibus.

9. *Frater humilis*, i. Christianus abiectus.

Exaltatione, s. apud Deum.

10. *Humilitate*, i. deiectione, q. d. cogitet quid de se futurum sit paulo post, desinatque gloriari.

Fœni, i. herbæ.

11. *Vultus*, i. aspectus, seu speciei. *Itineribus*, i. actionibus.

Marcescet, sc. tandem amittet omnia, & peribit ipse.

12. *Suffert*, i. patienter fert. *Vitæ*, s. æternæ.

Repromisit, pro, promisit.

13. *Tentatur*, s. ad malum. *Dicat*, s. apud se, i. cogitet. *Malorum*, i. ad malum *Ipse autem*, pro, ipse inquam.

Tentet, s. ad malum.

15. *Consummatum*, s. pleno, consensu. *Mortem*, s. animæ.

16. *Datum optimum*, Græ. donum bonum.

Patre, i. auctore. *Transmutatio*, i. mutatio.

Vicissitudinis, pro, vicissitudinaria. Græ. τροπῆς, i. conuersionis, q. d. non est vt sol. qui recedens vmbram facit *Obumbratio*, i. obscuratio, vel. q. d. ne minimum quidem signum vicissitudinis, est enim prorsus immutabilis.

18. *Verbo*, &c. i. prædicatione Euangelica, vel per filium suum. *Initium*, Græc. ἀπαρχὴ i. primitiæ, s. primi, seu potiores. *Creatura*, s. recreatorum per ipsius gratiam.

19. *Scitis*, Græ. & Syr. itaque. *Autem*, non est Græc. *Velox*, s. promptus. *Tardus*, s. difficilis.

20. *Iustitiam Dei*, &c. i non finit bene operari, vel Deo displicet.

21. *Malitiæ*, pro malam, q. dicat, quicquid male abundat mereturque resecari. *Insitum*, Syr naturæ nostræ insitum s. per incarnationem, q d. Dei filium hominem factum, periphrasis Christi.

23. *Comparabitur*, Græc. similis est.

Natiuitatis, suæ, i. naturalem.

25 *Libertatis*, s. filiorum Dei, & à peccato, s. lex Euangelica filios facit Dei, & peccato liberat. Est enim sita præcipue in charitate.

In facto, s. opera bona beatum faciunt, non sola fides.

26. *Religiosum*, i. Dei cultorem, vulgo deuotum.

Seducens, s. recta via per loquacitatem.

27. *Patrem*, s. omnium.

Visitare, scil. iuuando, & consolando. *Seculo*, i. mundo.

CAPVT II.

1. IN, pro, cum, q. d. qui in Christum creditis, nolite personas accipere, i. ob personarum respectum, quicquam male facere. *Gloriæ*, i. gloriosi, vel gloriosam, vt ad fidem referatur.

2. *In veste*, pro, cum veste, vel iunge cum, annulum, vt significet fibulam auream in veste. *Candida*, Gr. splendida.

3. *Bene*, i. commode, seu honorifice. *Sub scabello*, &c. i. iuxta, seu infra pedes meos.

4. *Iudicatis*, s. male.

Cogitationum, i. per cogitationes, vel cogitationibus, q. d. iniqui iudices,

6. *Iudicia*, i. tribunalia. *Blasphemant*, i. maledicunt, seu conuitiis prosequuntur.

Bonum, &c. i. Christianismum, seu Christi nomen, à quo Christiani vocamini.

8. *Si tamen*, pro, si quidem. *Regalem*, i. excellentem, s. de charitate, quæ excellit inter virtutes, vel, Regis olim Dei, Syr. Dei. *Scripturam*, s. dicentem quod sequitur.

9. *A lege*, s. id prohibente.

10. *Omnium*, pro, velut omnium, s. quia nihil ei, prodest, reliqua seruasse, vel, reus omnium dicitur, eo quod omnia non seruauerit vt debebat.

11. *Legis*, s. non per omnia impletæ.

12. *Libertatis*, Vide sup. c. 1. *Incipientes iudicari*, Græ. iudicandi.

14. *Superexaltat*, s. hominem, q. d. super iudicium collocat, i. facit euadere Dei iudicium. seu condemnationem, Græ. super, seu contra gloriatur, sc. vt victrix.

Iudicium, alij iudicio, q. d. præualet iudicio, s. hominem liberans à damnatione.

15. *Frater*, &c. Olim sic Christiani vocabantur viri quidem fratres, fœminæ autem sorores.

17. *In semetipsa*, i. per se, seu ipsa.

18. *Sed*, pro, nam. *Dicet*, i. dicere poterit.

Quis, s. alteri. *Fidem*, s. sine operibus.

Opera, s. cum fide.

Sine operibus, q. d, non poteris quidem. Græc. ex operibus.

19. *Et dæmones*, pro, at etiam dæmones.

22. *Consummata*, i. perfecta.

23. *Suppleta*, i. impleta q. d. apparuit qualem fidem commendaret Scriptura, s. suo tempore bona operantem.

24. *Iustificatur*, sc. apud Deum iustus habetur & est.

CAPVT III.

1. PLures, i. vt multi solent, vel ne multi ex vobis q. d. ne ambiatis cathedras, vel, ne plures, i. diuersi sententiis.

Iudicium, i damnationis occasionem, seu periculum.

2. *Offendimus*, i. delinquimus.

Potens, &c. q. d. poterit & is se totum regere, vt solemus equos fræno.

3. *Si autem*, Græc. ecce. *Consentiendum*, i. parendum.

4. *Minentur*, i. agantur, q. d. etiam tum cum vento magno impelluntur. *Vbi*, i. quocunque.

5. *Magna exaltat*, i. magnas turbas excitat, seu damna affert, Græ. μεγαλαυχεῖ, i. se iactat, Syr. se extollit.

Quantus, pro, quantulus.

6. *Vniuersitas*, Græ. mundus. Interpres sensum reddidit, & vulgo mundus dicitur, pro magna copia.

Constituitur, &c. q. d. vnum est ex membris quod maculat, &c. *Rotam natiuitatis*, i. cursum vitæ iam inde à natiuitate. *Gehenna*, i. cupiditatis igne.

7. *Cæterorum*, Alij cetorum, Græ. marinorum.

Et domita sunt, pro, ita vt tandem reddantur mansueta.

8. *Inquietum*, Græ. incoercibile, ἀκατάσχετον.

9. *In ipsa*, i. per ipsam.

11. *Emanat*, i. emittit.

12. *Vuas*, Græ. oleas. *Neque*, &c. Græ. sic nullus fons salsam & dulcem fecere aquam.

13. *Disciplinatus*, i. bene institutus.

14. *Zelum*, i. æmulationem, seu inuidiam.

Et mendaces esse, pro, vt qui mendaces sitis.

15. *Animalis*,i.bruta,seu bestialis.
17. *Suadibilis*.Syr.obediens.
Bonis,s.hominibus.
Iudicans,s.proximi facta.
18. *Facientibus*,pro,à facientibus,s pacificis.

CAPVT IV.

1. LItes,i.pugnæ. *Militant*,s.contra spiritum vide 1.Pet.2.
2. *Non habetis*,sc. quod optatis. *Occiditis*, s.alij alios. *Zelatis*,i.inuidetis. *Litigatis*,i,contenditis.
Propter,pro,propterea. *Postulatis*, s.à Deo,vt par est.
4. *Adulteri*,s.violata fide coniugii spiritualis, per peccatum.
5. *Inaniter*,i. sine causa. *Scriptura*. Quam scripturam dicat,ignoro nisi forte referendum id sit ad id,quod inf.dicitur s.Deus superbis,&c.
Ad,pro,per. *Spiritus*,s.humanus. Quidam tamen ad Dei Spiritum referunt, quem dicunt ad inuidiam,i per zelotypiam optare in nobis bonum, idque significare Scripturam cum Deum dicit zelotem.&c.
6. *Dat*,s.Deus ad resistendum tentationibus.q.d. maior est vis gratiæ quam tentationum.
Dicit, sc. Prouer 3.secundum 70. vbi nos legimus : Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam.
8. *Manus*. i. opera. *Duplices*,sc.nunc bona,nunc mala amantes.
9. *Miseri*,i.deiecti seu humiles, vel q.d.affligite vos.
11. *Alterutrum*, i. alius alij. *Legi*, sc.id prohibenti,q.d.perinde agit ac si legi detraheret, quasi non recte prohibenti. *Iudicat*,i.condemnat, s.facto legi contrario.
12. *Enim*,pro,autem. *Liberare*,i.saluare.
13. *Facimus ibi*,i.manebimus ibi.
14. *Vapor*,pro,velut vapor. *Parens*, i. apparens, seu durans. *Exterminabitur*,i delebitur,seu deficiet q.d.qui paulo post euanescit.

17. *Bonum*,s.debitum ex præcepto.

CAPVT V.

1. NVnc,pro,dum,q d igitur,seu itaque *In*,pro ob.
2. *Putrefacta*,&c.præt.pro futur vel q.d.potius permisistis vestra perdi,quam daretis egenis.
3. *Æruginauit*,i ærugine viriatum est.
Testimonium,s.auaritiæ, *Vobis*,i.contra vos.
Manducabit, i. faciet manducari, vel corrodet per conscientiæ vermem. *Iram*,i.supplicium.
5. *Epulati*,i.delitiati. *Luxuriis*,i. lasciuiis.
Die occisionis,Gr.velut die occisionis,s.festo.quo mactatis victimis epulum fit.
6. *Addixistis*,i.condemnastis.
7. *Temporaneum*, Græ.pluuiam matutinam, seu tempestiuam,s.tempore sementis.
Serotinum,s.imbrem tempore Veris, vel q.d,fructum præcocem,& serum.
9. *Ingemiscere*,s.conquerentes.
In alterutrum,i. inuicem. *Iudicemini*, i.condemnemini.
10. *Exitus mali*,i.aduersi successus,seu afflictionum.
In nomine,i.ex parte,seu loco.
11. *Beatificamus*,i.beatos dicimus. *Finem Domini*,i.quid ei in fine Deus præstiterit.
12. *Est*,*est*,&c,i. de eo quod est,dicite esse, de eo quod non est, non esse. *Iudicio*, i. condemnatione, Græc.hypocrisi,i.simulatione,s.dicentes falsum.
13. *Tristatur*,i. affligitur. *Psallat*, s.Deo gratias agens.
14. *Inducat*,Græc.aduocet. *In nomine*,i.cum inuocatione.
15. *Alleuiabit*,i.faciet surgere è lecto, seu liberabit morbo. *Peccati sit*,i.peccauit.
16. *Alterutrum*,i.homines hominibus,ad id deputatis à Deo,s.sacerdotibus. Ideo dixit, ergo,sc. ante extremam vnctionem præmittenda confessio.
17. *Passibilis*,i,passionibus obnoxius.
20. *Peccatorum*.Syr. peccatorum suorum.

I. EPISTOLA PETRI.

Hortatur ad vitæ sanctitatem, vbi multa de fide, Spe, Charitate, Patientia, Christi imitatione, & cuiusque status institutione. Est autem Romæ scripta.

CAPVT I.

1. DISPERSIONIS,i. qui dispersi sunt. Vide Iacob. 1. *Ponti*, &c.i.per Pontum.&c.
2. *Præscientiam*, i. prædestinationem,iunge cum electis. *In*,pro, ad,q.d.vt sanctificentur Spiritu, vel, per Spiritum sanctum, & obediant,s.fidei,& aspergantur Sanguine Christi,i.redimantur,vel baptizentur.
3. *Viuam*,s.per charitatem, vel viuam,i.de vita æterna. *Resurrectionem*, sc. per hanc est confirmata spes nostra.
4. *In*,pro,ad,q.d.vt hæredes simus, &c.de hoc n. spes,& ad id regenerati. *Conseruatam*, Syr. paratam.
In vobis,pro,vobis.
5. *Inurtute*,i.per potentiam.

6. *In quo*,s.tempore,vel Christo. *Exaltabitis*,Syr. lætabimi in æternum. *Oportet*,i.opus sit.
Contristari,Græc.contristati,i.afflicti.
7. *Probatio*,&c.i.probata,seu explorata,fides vestra.
Reuelatione,i.apparitione,seu aduentu.
8. *Exultabitis*,s. postea,Græc.exultatis.
9. *Reportantes*,s.tunc.
10. *Exquisierunt*,s.à Deo.
Scrutati,i.contemplati.
11. *In eis*,s.loquens. *Sunt*.i.futuræ essent.
Posteriores,i.consecuturas post passionem.
12. *Vobis autem*,pro,sed vobis. *Ministrabant*, i. prophetabant. *Quem*,Græc.quæ,q.d.quibus mysteriis conspectis etiam Angeli mirifice delectantur. *Desiderare*,pro,ferri desiderio,seu amore & voluptate.
14. *Succincti*,&c.i. prompto animo. *Sobrij*,verti poterat

poterat vigilantes. *Offertur*,i.parata est.*Reuelationem*.Græc.reuelatione,i.cum apparebit.

15. *Eum*,i.eius voluntatem,vel imitationem.

16. *Eritis*,pro,estote.

17. *Incolatus*,i.vitæ.

18. *Paterna*,&c.i.à Patribus tradita.

20. *Præcogniti*,Syr.præordinati.

21. *Fideles in Deo*,Græc.credentes in Deum.

22. *Castificantes*, i. purificantes.*Charitatis*,i.ex charitate Græ.veritatis,i.vera,seu perfecta.

Simplici, Græc. non simulato. *Ex corde*,Græc.ex puro corde.*Attentius*,Græc.intente, seu continenter.

24. *Fænum*,i.herba.

25. *In vobis*,i.vobis,seu inter vos.

CAPVT II.

1. RAtionabile,i.mentis,Syr.spirituale.
Sine dolo,i.sincerum,Syr.purum.

Lac,s.doctrinæ Euangelicæ. seu gratiæ. *Concupiscite*,i.amate,& sumite. *In eo*,i.per id.

3. *Dulcis*,i.suauis,vel benignus.

5. *Domus*,i.templum.

Offerentes,pro,ad offerendum.

Summum angularem, Græc. vnica,est dictio,q.d in extremo angulo collocandum, Syr.in caput anguli.

Confundetur,i.erubescet,seu pudefiet.

7. *Honor*,i.honori est.

8. *Offensionis*,s.ad quem offendant. *Scandali*,i.ad quam impinguant.

Offenduntur verbo,pro,offenduntur Euangelio. *In quo*,Græc.in quod,s.credendum.

Positi,i.destinati.

9. *Regale*, Vide Exod 19. *Acquisitionis*,i. acquisitus,Syr.redemptus.

11. *Animam*,i.spiritum seu mentem.

12. *Detractant*, i.detrahunt. *Visitationis*,s.cum Deus illos illuminauerit,seu conuerterit,q.d.iuuabit id ad eorum conuersionem.

13. *Creaturæ*,i.magistratibus ab hominibus creatis.

14. *Ducibus*,i. præsidibus.

Malefactorum,s.hominum.

15. *Sic*,pro,hæc,vel iunge cum,benefacientes.

16. *Velamen*,i.prætextum.

17. *Fraternitatem*,i.fratres.

18. *Modestis*,i.æquis,seu humanis.*Discolis*,i.asperis,seu difficilibus.

19. *Gratia*,i.gratiæ effectus.

Dei conscientiam, i. Deum omnium conscium, vel conscientiam secundum Deum, Syr.coniungit, *Dei*,cum,*gratia*.

Tristitias,i.molestias.

20. *Quæ enim*,&c.q.d.quid magnum est,Græc.& Syr.quæ enim gloria,seu laus. *Gratia ad Deum*,i. Deo gratum,seu gratiæ Dei opus.

23. *Malediceretur*,i.conuitiis incesseretur.

Maledicebat,i.conuitiabatur.*Tradebat*,i.permittebat.

Iniuste, Græc. & Syr. iuste, vt ad Deum referatur.

24. *Liuore*,i.plagis.

Vestrarum,Græc.nostrarum.

CAPVT III.

1. VErbo,i.prædicationi.
2. *In timore*,i cum timore,s axactam.

Capillatura,Græc.capillorum plicatura,seu crispatura.*Indumenti*,i.quibus induuntur.*Cultus*,s.ornatus,s.superfluus,

4. *Sed*,s.ornetur. *Cordis*,i.interior. *Incorruptibilitate*,i.integriate.

6. *Cuius*,s.Saræ.*Benefacientes*,s.illæ,vel vos, q.d si benefeceritis,&c.

Pertimentes,&c. q.d. nullo pauore turbatæ,aut affectu,s.fœminę facile turbantur.

7. *Scientiam*,i.prudentiam. *Infirmiori*,&c.iunge. cum præcedētibus. *Honorem*,s.abstinendo à copula Hier.1.cont.Ioui.*Vitæ*,i. viuificant.s,vel q.d.gratiæ vitam æternam conferentis.

8. *In fine*,i.postremo,vel,denique.

9. *Maledictum*,i.conuitium.

12. *Vultus*,i.ira.

13. *Boni æmulatores*,i.bonitatis sectatores,

14. *Timorem*,i.minas,seu ea quibus terrent.

15. *Sanctificate*,i.glorificate.

16. *Confundantur*,i.pudefiant.

19. *In quo*,iunge dum,spiritu,i.anima, hac enim descendit ad limbum.

Carcere.s.inferni.*Prædicauit*,s.exprobrans incredulitatem,vel annunciauit liberationem, vt carcer purgatorium,vel limbus intelligatur, & illi quidem fuisse increduli prius, sed in morte pœnituisse.

20. *Quando*, pro, velut quando, vt sit positum exempli causa.

Expectant,&c.q.d.putabant Deum durius laturum illos, Græc.expectabat Dei patientia,s.illos ad pœnitentiam.

21. *Quod*,pro,quo modo.

Similis formæ.pro,correspondenter,seu,simili ratione.

Non carnis,&c.q. d. non per depositionem sordium corpori,sed per bonæ conscientiæ purificationem apud Deum,ita vt si interrogetur,possit dicere nullius sibi conscium esse peccati,vel interrogationem in Deum,probationem apud Deum,intellige.sic Psalm. 138. Interrogare, pro, probare, q.d: non corporis sordes abluens, sedprobatam reddens conscientiam.

Per resurrectionem, i. ad imitationem resurrectionis. vel per fidem in mortem, & resurrectionem.

22. *Deglutiens mortem*, pro, vbi mortem absorbuisset(alludit enim ad illud Ose. 13. absorpta est mors) i.destruxisset. seu consumpsisset.

CAPVT IV.

1. EAdem,pro,hac,s.de qua statim.
Quia,pro quod. *Passus*,i.commortuus cum Christo.

2. *Reliquum*, iunge cum,temporis.

3. *Sufficit*,q.d.sat mali factum est præterito tempore,vt repeti non debeat. *Gentium*, q.d.flagitiosam.

Consummandam,i.complendam.*Desideriis*,i.concupiscentiis.

Illicitis,Græ nefariis.

4. *Admirantur*.Græc.peregrinantur,i.velut rem nouam, & peregrinam mirantur. *Blasphemantes*. i. maledicentes.

6. *Mortuis*,i. peccatoribus. *Iudicentur*, pro,etsi iudicentur.*In carne*,i.carnales . quod potest referri ad iudicantes q. d. etsi putentur viuere,more carnalium.

7. *Prudentes*,Syr.casti.

8. *In vobismetipsis*,Gręc.in in vosipsos,i.inter vos *Operit*,i.delet.

10. *Gratiam*,i.donum.

Multiformis,i.variæ.

11 *Administrat*

11. *Administrat*, i. suppeditat. *Honorificetur*, i. glorificetur.

12. *Peregrinari*, i. velut rem nouam, seu insolitam mirari. *Feruore*, i. vrente tribulatione. *Tentationem*, i. probationem *Fit* i. accidit.

13. *Communicantes*, i. participantes.

14. *In nomine*, i. causa vel ob nomen, s. quia Christiani. *Requiescit*, Græc. requieuit, Syr. requiescit.

15. *Maledicus*, Græc. malefactor. *In isto nomine*, i. ea causa, Græc. in parte hac

17. *Iudicium*, i. afflictio. *Qui finis*, i. quid erit de iis. &c.

18. *Si iustus*, &c Id sumptum ex Prou. 11. iuxta. 70. v. nos legimus: Si iustus in terra recipit, &c.

Vix, i. cum difficultate, nemo enim sine peccato, pro quo oportet satisfacere per pœnalia.

Parebunt, i comparebunt, q. d. quomodo poterunt comparere coram Deo, vel vbi inuenientur tandem?

19. *Benefactis*, i. bonis operibus.

CAPVT V.

1. *SEniores*, Græc. presbyteros. *Consenior*, Græc compresbyter. *Communicato*, i. particeps, s. in monte Thabor.

2. *In vobis*, i. vobis commissus. *Secundum Deum* i. propter Deum Syr spiritualiter. *Voluntarie*, Syr. ex toto corde vestro.

3. *Dominantes*, s. cum vi, seu duriter. *In cleris*, i. contra gentem in sortem Domini adscitam, vel Ecclesiasticos intelligit, qui præcipue de sorte Domini, & quibus sors, i. hæreditas, Dominus est. *Forma*, i. exemplum.

Ex animo, i. voluntate illi consulendi.

5. *Insinuate*, i. exhibete Syr. induimini.

6. *Visitationis*, i. iudicij, seu retributionis, Græc. opportuno.

9. *Eandem*, &c. i eadem pati fratres verstros, qui in mundo viuunt.

10. *Gratia*, s. dator. *In Christo*, i. per Christum.

Perficiet, &c. Græc. perficiat, &c.

12. *Arbitror*, i. video. *Scripsi*, hanc epistolam intelligit, quam per Syluanum misit.

Obsecrans, q. d. Ideo scripsi, vt obsecrarem, & verti poterat, hortans.

13. *Babylone*, i. Romæ, secundum Hieronymum, & Euseb. s. erat tunc plena idololatria, & peccatis. *Collecta*, s. vobiscum ad eandem gratiam.

14. *Gratia*, Græc. & Syr. pax.

II. PETRI.

Et hæc hortatoria est, vbi multa de Christianis virtutibus, & de quorundam hæreticorum erroribus, deque Dei prouidentia, & iudiciis, Notat Hier. epist, 150. differre hanc stylo à priori quod Petrus alio sit vsus interprete, s. qui Græce scriberet eius sensa.

CAPVT I.

1. *COÆQVALEM*, i. parem, seu similem, s. de iisdem rebus.

In iustitia, pro. cum iustitia, sc. qua nos iustificat Deus, vel q. d. per Dei misericordiam, hanc n. interdum significat nomen iustitiæ in scriptura.

2. *Adimpleatur*, id est, perficiatur, Syr. multiplicetur.

In, pro, cum.

3. *Quomodo*, &c. sub, agnoscendum grato animo.

Diuina, &c. pro, per diuinam, &c. *Quæ*, sc. pertinent.

Gloria, id est, gratia, ad eius gloriam pertinente.

Virtute, i. bonitate, seu misericordia.

4. *Per quem*, scil. Christum, Græ. per quæ, sc. donata.

Promissa, s. olim per prophetas.

Consortes, s gratia est quædam deitatis participatio, Deo similes faciens.

5. *Subinferentes*, i adhibentes.

Ministrate, i. adiungite. *In*, pro. cum. *Virtutem*, q. d. Christianas virtutes. *Scientiam*, i. prudentiam.

6. *Abstinentiam*, i. temperantiam. *Pietatem*, i. Dei Cultum.

7. *Charitatem*, s. in Deum.

8. *Superent*, i. abundent.

9. *Et manu*, &c. q. d. similis cæco manu tentanti, quia nihil videt.

Obliuionem, &c. q. d. oblitus gratiæ Dei, qua ei remissa peccata, vt se operibus virtutum exerceret.

10. *Certam*, Græ. firmam, q. d. confirmate electionem vestram bonis operibus.

Hæc, s. bona opera,

11. *Ministrabitur*, i. dabitur.

12. *Incipiam*, pro, incipio, vel incepi, s. priori epistola, vel q. d. de integro faciam semper, Græ. non negligam, forte pro, non neglexi. *Et quidem*, pro quamquam.

Præsenti, i. ea de qua ago.

13. *Suscitare*, &c. i. excitare vos monendo.

14. *Velox*, apparet Romæ & hanc scripsisse.

Tabernaculi, i. corporis. *Significauit*, id est, reuelauit.

15. *Habere*, i. posse, q. d. vt post obitum meum possitis horum frequenter meminisse.

Doctas, i. arte compositas.

Præsentiam, s. in mundo per Incarnationem. *Illius*, s. Christi

17. *Accipiens*, pro, accepit.

19. *Firmiorem*, s. hominum opinione, qui nostrum testimonium non tanti faciunt, vel firmiorem pro firmum.

Sermonem, s. de Christo.

Dies, s. æternitatis.

Lucifer, i. aurora futuræ vitæ.

20. *Interpretatione*, i. excogitatione, vel explicatione, s. opus est spiritu Dei.

CAPVT

CAPVT II.

1. *Populo*,i.iudaico. *Mendaces*,i falsa docentes. *Perditionis*,i. *Negant*,pro, negabunt. *Superducentes*,i.accersentes.

2. *Blasphemabitur*,i.maledicetur.

3. *In*,pro,cum,vel per.

Fictis verbis,i,perfraudes , & mendacia. *De vobis negotiabuntur*,i.ad quæstum abutentur vobis.

Iudicium,i.damnatio. *Iam olim non cessas*,i. iam dudum appropinquat. *Non dormitat*,i. parata est, more vigilantis.

4. *Rudentibus inferni*, i. catenis infernalibus, Græc.catenis caliginosis , seu caliginis. *Reseruari*, pro reseruatos q.d.detractos è cœlo velut catenis reseruat in hoc mundo , in Tartaro cruciandos . post Iudicium.Id quod intellige de iis qui hic versantur inter homines,nam pars iam in inferno cruciatur.

5. *Originali*,i.antiquo,non *pepercit*,sub nec istis parcet.

Octauum,i.vnum ex octo seruatis.

Praconem,i.prædicatorem. *Mundo*,i.vniuersitati, vel q.d.mundi impiis.

6. *Acturi sunt*,pro.acturi erant , vel agunt.

7. *Aspectu*, &c.i. præsentia & fama, vel q.d.qui iis quæ aspiciebat, & audiebat,malis discruciabatur.

10. *Magis*,Græ.maxime. *Dominationem*,i.prępositos.

Sectas , &c.Græc. glorias(i.dignitate præditos) non metuunt blasphemare,i.maledicere,seu conuitiis lacessere.Mihi nostra lectio placet,quam etiam Græ.indicant.

11. *Vbi*,i.cum.*Virtute*,repetitio. *Maiores*,s.diabolus multo fortior est homine. *Portant* , i. ferre possunt.

Execrabile,i.terribile,Græc.blasphemum.

Iudicium,i.supplicium, q. d. & quomodo ferre poterunt isti suum?vel sensus est : Nec Angeli ipsi etsi præstantiores multo hominibus , audent contra se inuicem,i.contra dæmones, proferre maledictionem.Vide Epist.Iudæ.

12. *Naturaliter*,pro,nata.

Captionem,i.seruitutem , vel venerationem,s.vt capiantur.

13. *Voluptatem*,s.veram,vel summam.

Diei,i.diurnas,seu temporales. *Coinquinationes*, i.impuri.

Macula,i.immundi.

Vobiscum,i.inter vos.

14. *Incessabilis*,i.perpetui. *Pellicientes*, s.ad peccatum.

15. *Ex Bosor*,s.nati.i.filium Bosor.Num.22 Beor dicitur. *Subiugale*,i.asina.

17. *Fontes*,i.velut fontes.

18. *Luxuria*,pro,luxuriosæ.

Paululum,&c.i.qui aliquantum conantur euadere. *Qui in*.pro,eos qui in.

20. *In*,pro,per.

22. *In volutabro*,pro,ad volutabrum,scilicet,reuersa.

CAPVT III.

1. *IN quibus*.scil.Epistolis. *In commonitione*,i.monens.

2. *Prædixi*,Græc.prædicta sunt.

Preceptorum.i. mandatorum.

Domini,pro,& Domini.

4. *Eius*,s.Christi ad iudicium .

Sic,sc.vt videmus, q.d. nulla erit mundi immutatio.

5. *Volentes*,i. sentientes. *De aqua* , sc. recedente *Aquam*,sc. segrega tam.*Consistens*, i.extans,seu apparens.

6. *Quæ*,s.cœlum & terram,dantia aquarum copiam.

7. *Repositi*,i.seruati .

Igni,s.purgandi.

8. *Vnus dies*,&c.q.d.apud Deum perinde est breue.& longum tempus.

9. *Propter vos*,Græ.erga vos.

10. *Impetu*,i. Dei virtute. *Transient*, i.renouabuntur.

Soluentur,s.purgabuntur.

11. *Pietatibus*,i.Dei cultu.

12. *Quem*,s.aduentum. *Cœli*, s. aerei , forte vero etiam superiores,quod etiam illud Christi indicat: Cœlum & terra transibunt. Vbi parum curandum est quid Philosophi dicant.

Tabescent,i.liquescent.

13. *Secundum promissa*, sc.in scriptura. *Iustitia*,i. iusti,vel perfecta iustitia.

14. *Inuiolati*, Græ. irreprehensibiles. *Ei*, i.apud eum vel ab eo.

15. *Vobis*,s.Epistola ad Heb.

16. *Deprauant*,i.detorquent.

17. *Prascientes*,s.hæc quæ dixi.

Custodite, i. cauete. *Insipientium* , Græc.nefariorum,seu impiorum.

Traducti,i.decepti.

I. EPISTOLA IOANNIS.

Scriptam ad Parthos ait Aug. & alÿ graues auctores. Agit de Christo, eiusque imitatione,præcipue per charitatem,vbi multa de vera Christi fide, & in Deum fiducia.

CAPVT I.

1. *FVIT*, Græc. erat s. verbum,de quo, in principio erat verbum.*Vidimus*,s. carnem factum. *Per speximus*, s. diligenter contemplantes.

Contrectauerunt,s.cum dixit. Palpate & videre, &c. *De verbo vitæ*,coniunge cum,annuntiamus vobis.

2. *Et vita*,pro,nam vita,Heb.

3. *Socie tate*,Græ. communionem. sic & inf. sed Interpres sensum redddidit.

4. *Plenum*,i. perfectum.

5. *Vlla*,s.in omnibus aliis est aliquis luminis defectus.

6. *Tenebris*,s.peccati.

Facimus,pro,dicimusRepetitio per negationem Ioanni familiaris.

7. In

7. *In luce*, i. secundum quod fides docet.
Et sanguis, &c. pro, & per Sanguinem Christi mundi sumus, &c. dicit vero, mundat, quia semper indigemus mundari, qui quotidie peccemus. vt statim dicitur.
9. *Fidelis*, i. verax in promissis. promisit autem cum dixit: Quorum remiseritis peccata, &c. vbi de confessione Christus loquebatur, *Iustus*, i. potens iustificare, vel iustus pro, misericors.
10. *Peccauimus*, pro peccamus.
Mendacem, s. quia per scripturam dicit neminem esse sine peccato. & quidem docuit omnes sic orare: Dimitte nobis debita nostra.
Verbum eius, i. Christus.

CAPVT II.

1. IVstum, adeoque dignum qui à Patre impetret.
Propitiatio, pro, propitiator.
Nostris, i. Christianorum. *Totius mundi*, s. quantum ex ipso est.
3. *Quoniam*, pro, quod *Cognouimus*, scil. vt par est.
5. *Verbum*, i. mandatum. *Perfecta*, s. quantum sufficit ad salutem. *In hoc*, i. per hanc obseruantiam mandatorum.
In ipso, i. eius amici seu ipsi coniuncti.
6. *Manere*, s. vt membrum in corpore, aut palmitem in vite.
Ambulauit, i. vixit, seu conuersatus est.
7. *Charissimi*, Græ. fratres.
Non mandatum, &c. q. d. non vobis rem nouam præcipio, sed quam accepistis ex quo Christiani estis.
Audistis, sc à me hactenus, vel à principio conuersionis vestræ de Dei dilectione.
8. *Iterum*, i. rursum, Gr. πάλιν, q. d. quamquam nouum illud possum vere dicere.
Nouum, s. de proximi dilectione. sic enim illud Christus vocauit. vide Ioan. 13.
Verum, i. perfectum, vel veritatis plenum.
In ipso, in se.
In vobis, s. faciens vos perfectos, vel in luce ambulantes.
Quia, q. d. nouum est per nouam lucem in mundum per Christum allatam.
Tenebræ, s. errorum, & peccatorum.
10. *Scandalum*, &c. q. d. nulli est scandalo.
12. *Nomen eius*, i. ipsum. s. Christum.
13. *Ab initio est*, i. semper fuit.
Malignum, s. diabolum, Græc. τὸν πονηρὸν. i. illum malum.
14. *Infantes*, Græc. παιδία, i. puelli, seu filioli. Tres distinguit ætates, scil. puerorum, iuuenum, & senum.
15. *Patris*, i. in Patrem Deum.
16. *Oculorum*, scil. auaritiæ cupiditas, seu curiositatis.
Superbia vitæ, Syr. fastus mundi.
17. *Transit*, q. d. cito desinet.
19. *Hora*, i. tempus.
Venit, præs. temp. est pro futuro
Antichristi, de hæreticis loquitur, Aug. 2. lib. contra aduers. leg. & proph.
19. *Non erant ex nobis*, i. ex numero prædestinatorum. Aug. de prædest.
Sed vt, &c. q. d. Ideo tales euaserunt, vt appareret, &c.
20. *Sancto*, s. Spiritu.
Nostis omnia, s. ad salutem necessaria. Syr. vnumquemque hominem discernitis.
21. *Et quoniam*, &c. sub. scientibus. *Non est*, i. non procedit, sed ei aduersatur.
23. *Habet*, Syr. credit.
Habet, Syr. confitetur.
25. *Repromissio*, pro, promissio.
26. *De his*, i. propter eos.
27. *Doceat*, s. quæ iam didicistis, vel ad salutem necessaria.
Vnctio, i. Christianismus. Christianus enim quasi vnctus, & quidem Græc. hic χρίσμα. *Et sicut*, pro, igitur sicut.
28. *Confundamur*, i. pudefiamus. q. d. ne nos confundat, seu pudefaciat, cum ad iudicium venerit.
29. *Iustus*, s. Christus.

CAPVT III.

1. DEdit, id est, exhibuit, q. d. quantum nos dilexerit.
2. *Apparuerit*, s. quid erimus.
3. *Sanctificat*, i. sanctum facit, q. d. studet sanctitati.
4. *Et peccatum*. pro, nam peccatum.
Apparuit, i. venit. sic inf.
6. *Non peccat*, s. quamdiu in eo manet.
Cognouit, s. quatenus peccat.
7. *Ille*, s. Christus.
8. *Ab initio*, scil. mundi, vel ex quo cœpit peccare.
Peccat, i. inducit ad peccatum, vel perseuerat in peccato.
In hoc, i. ad hoc.
9. *Non facit*, scil. quatenus ex Deo natus est, seu quamdiu Dei semen, i. gratia in eo manet.
10. *Manifesti sunt*, Syr. distinguuntur.
11. *Initio*, s. conuersionis.
12. *Maligno*, i. diabolo.
13. *Mundus*, i. mundani, s. peccatores, seu impij q. d. faciunt id, quia opera eorum mala sunt.
14. *Quoniam*, pro, nam. quasi dicat, id est argumento.
15. *Homicida*, sc. sui, vel fratris, animo seu voluntate.
Vitam æternam, i. gloriam, per quam obtinetur vita æterna.
16. *Dei*, s. Christi. *Debemus*, s. cum opus fuerit ad eorum salutem.
17. *Substantiam*, i. diuitias. *Clauserit*, &c. i. misertus non fuerit.
18. *Nec lingua*, repetitio.
19. *In hoc*, s. si diligamus opere.
Suadebimus, &c. i. satisfaciemus cordibus, vulgo contentabimus, seu quietabimus. Vide Matt. 28. Gal. 1.
20. *Quoniam*, pro, quod. *Maior est*, q. d. non potest eum id latere.
23. *In nomine filij*, i. in filium.
24. *Et spiritu*, &c. i. ex hoc quod spiritum suum nobis dedit, s. gratiam suam.

CAPVT IV.

1. PRobate, i. examinate
Spiritus, i. mentis propriæ, vel alienæ impulsus, seu motiones, sc. videntur interdum reuelationes, & sunt illusiones.
3. *Soluit*, s. negans, vel Deum, vel hominem, Gr. & Syr. non confitetur IESVM Christum in carne venisse.
Antichristus, Gr. & Syr. Antichristi.
Venit, pro, venturus est, seu erat. præs. pro fut.

4. *Eum*

4. *Eum*, Græ. eos, s. pseudoprophetas, i. hæreticos.
6. *In hoc*, s. si nos audiat, aut non audiat.
10. *Est*, i. demonstrata est. *Quasi*, Gr. quod.
Propitiationem, i. propitiatorem.
12. *Perfecta*, s. quantum satis est ad salutem.
15. *Confessus*, s. fide charitate formata.
16. *Charitati*, Græ. charitatem. *Nobis*, pro, nos. Charitas est & charitatis auctor.
17. *In hoc*, &c. q.d. ad hoc nos amauit perfecte, vt, &c. vel ad hoc nos mouet charitas in Deum, vt, &c.
Est, pro, fuit, i. vixit. *Sumus*, i. viuimus, s. illum imitantes.
18. *In charitate*, q. d. charitas non timet seruiliter.
Timorem, s. seruilem. *Pœnam*, i. cruciatum, Syr. perturbationem. *Autem*, pro ergo.

CAPVT V.

1. Credit, s. fide perfecta per charitatem.
2. *In hoc*, &c. q.d. tum demum diligemus ex Deo natos, s. per gratiam, si Deum dilexerimus, & eius præcepta seruauerimus.
3. *Dei*, i. erga Deum. *Quoniam*, non videtur causalis, sed continuatiua.
Omne quod natum, pro, omnis qui natus.
6. *Per aquam*, i. cum aqua, s. quæ de latere fluxit, vel qua baptizat. *Sanguinem*, s. quo mundum redemit.
Spiritus, s. sanctus. *Christus*, Græ. & Syr. Spiritus, q.d. & ei credendum, quia veritas est.
7. *Dant*, s. de Christo. *In cœlo*, pro, de cœlo.
8. *Spiritus*, s. quem emisit in cruce. *Aqua & sanguis*, s. de latere fluentes, ex quo apparuit illum hominem esse anima & carne constantem. *Et hi tres vnum sunt*. Hæc non sunt Græ. nec in Complut.
9. *Quoniam testificatus*, Græ. quo testificatus.
10. *Habet*, s. per fidem. *Testimonium*, i. veritatem à Deo testatam. *Filio*, Græ. Deo: sed nostra lectio magis placet.
11. *Testimonium*, s. opere datum.
In filio, i. per filium.
13. *Creditis*, s. fide cum charitate. *In nomine filij*, i. in filium.
15. *Habemus petitiones*, i. obtinemus res petitas.
16. *Non ad mortem*, i. non animo vsque ad mortem in eo peccato manendi, vel non merens damnationem æternam, vel non per malitiam factum, iuxta illud Sap. 16 homo occidit per malitiam animam suam, s. sciens, & velut studio, seu desperatione. *Ei*, s. peccatori, per huius orationem. *Non pro illo*, &c. q.d. non ei promitto impetrationem.
17. *Ad mortem*, sc. omnis iniquitas, vel q.d. inter iniquitates est quædam quæ dicitur ad mortem, Gr. non ad mortem, q.d. sunt quædam peccata non ad mortem, s. quæ per ignorantiam, vel infirmitatem committuntur & non malitia, seu desperatione.
18. *Generatio Dei*, i. ex Deo natiuitas.
Malignus, i. diabolus.
19. *Maligno*, i. peruersitate, seu peccatis.
20. *Sensum*, i. mentem. *Hic*, s. filius.
21. *Custodite vos*, i. cauete. *Simulacris*, i. idolis.

II. IOANNIS.

De charitate, vtraque doctrina & hæresi.

1. SENIOR, Græc. presbyter, quo nomine significatur etiam Episcopus.
Electæ. nomen forte proprium, vel q.d. electæ à Deo. Hier. putat Ecclesiæ scribi. *Natis*, i. liberis. *In veritate*, i. vere, vel in Christo, qui est veritas.
2. *Veritatem*, s. doctrinæ.
3. *In veritate*, i. cum veritate, s. fidei.
4. *In veritate*, i. perfecte, seu sancte.
6. *In eo*, s. mandato, vel quod auditis, vel Christo.
7. *Exierunt*, Græ. introierunt.
In carnem, pro, in carne, seu cum carne.
8. *Videte vos*, pro, cauete vobis.
Estis, i. hactenus.
10. *Quis*, s. talium doctorum.
Aue, i. salutem.
12. *Os ad os*, i. præsentem præsentibus. *Loqui*, pro, locuturum. *Vestrum*, Græc. nostrum.
13. *Electæ*, sc. à Deo, vel est etiam id nomen proprium.

III. IOANNIS.

Laudat Caij fidem, & charitatem, hortaturque vt perseueret.

1. CAIO, de quo Rom. 16. & 1. Cor. 1.
2. *De*, pro, in. *Orationem facio*, i. Deum oro. *Prospere*, &c. q.d. vt semper prospere agas, & valeas, vt nunc prospere agis.
3. *Veritati*, i. fidei, vel sanctitati.
4. *Maius horum*, pro, maius hoc. *Gratiam*, Græc. & Compl. gaudium.
5. *Fideliter*, i. vt decet fidelem, s. Christianum.
Et hoc, pro, præsertim.
6. *Deduces*, s. cum honore, & viatico.
Deo, pro Dei cultu, q.d. vt par est facere Deo seruientes.
9. *Scripsissem forsitan*, Græc. scripsi. *Amat*, i. optat, seu ambit. *Primatum*, &c. i. præfici, seu primas tenere.
10. *Commonebo*, i. reducam in mentem, seu arguam, & conuincam. *Suscipiunt*, Græc. volunt suscipere. *Ecclesia*, i. fratrum congregatione.
11. *Vidit*, i. nouit.

EPISTOLA IVDÆ.

Hortatur Christianos ad perseuerantiam in bonis operibus, monetque vt ab hæreticis caueant, quorum hic mores describit.

1. IVdas, qui & Thadæus. *Iacobi*, sc. minoris, filij Alphæi, primique Ierusalem Episcopi. *Dilectis*, Græc. sanctificatis.

Christo, i. per Christum.

2. *Adimpleatur*, 1. Pet. 1. idem verbum Græcum vertit, multiplicetur, at 2. Pet. 1. adimpleatur, vt hic.

3. *Omnem*, &c. q.d. cum pro vobis essem valde solicitus, & vellem scribere, nunc videns esse necessarium, nolui omittere. *Deprecans*, verti poterat, hortans.

Supercertari, i. cooperari laborando. vide idem verbum Sap. 15. & Eccl. 11.

4. *Præscripti*, i. destinati, vel q.d. de quibus est prædictum in scripturis. *Iudicium*, i. condemnationem.

Solum, &c. q.d. qui solus est Dominator, & Dominus, s. cum Patre & Spiritu sancto.

5. *Omnia*, Græc. hoc, q.d. quamquam id sciatis, vel omnia huiusmodi, per acceptam semel à vobis doctrinam Christianam.

Iesus, i. Iosue, secundum Hier. Ego de Christo intelligo, & quidem Græc. κύριος.

Secundo, i. postea.

6. *Principatum*, i. dignitatem, vel statum in quo à principio conditi. *Domicilium*, s. cœleste.

Dei, s. Iudicij. *Æternis*, s. à quibus nunquam soluentur. *Caligine*, i. tenebris, in quibus semper sunt, vel aere caliginoso.

7. *Simile*, s. sicut illæ. *Alteram*, s. vitio Sodomitico.

Exemplum, s. toti mundo.

8. *Carnem*, i. Corpus suum. *Dominationem*, i. dominos, seu superiores. *Maiestatem*, i. in dignitate constitutos.

Blasphemant, i. maledicunt.

9. *Disputans*, i. disceptans. Id non est in scriptura, quæ extat forte tunc erat in aliqua, vel traditione aut reuelatione acceptum. *Moysi*, &c. forte diabolus volebat ostendere Iudæis vbi esset, vt tanquam Deum adorarent. *Iudicium*, &c. q.d. conuitium ei dicere noluit, sed modeste eiicere, quanto ergo magis hi modesti esse deberent erga superiores. *Imperet*, Græc. increpet.

10. *Ignorant*, s. diuina mysteria.

Norunt. s. carnalia.

11. *Via*, i. viuendi ratione. *Effusi*, i. prolapsi sc. in omne flagitium. *In contradictione*, i. imitati rebellionem. *Perierunt*, pro, pereunt, vel peribunt.

12. *Maculæ* i. maculati. *Pascentes*, s. delicate, vel, pro, regentes, s. qui ab aliis nolint regi.

Nubes, pro, velut nubes, q.d. leues & vacui gratia Dei.

Autumnales, i. autumno marcescentes.

Bis, i. ante, & post baptismum, vel bis, pro omnino,

Eradicatæ, pro, eradicandæ, vel sine radice fidei, vel charitatis.

13. *Fluctus*, pro, velut fluctus. *Feri*, i. ferocis.

Confusiones, i. dedecora *Sydera*, pro, velut sydera.

Procella, Græc. caligo. *In æternum*, s. duratura.

14. *Venit*, præt. pro futuro. *In*, pro, cum.

Millibus, s. Angelorum.

15. *Arguere*, i. conuincere. *Duris*, i. malis, seu rebus non ferendis.

17. *Apostolis*. Vide 2. Pet. 3.

21. *Æternam*, s. perducentem, vel duraturam.

22. *Hos*, s. errantes *Arguite*, i. conuincite.

Iudicatos, s. prius à vobis est esse in errore.

23. *Igne*, sc. cupiditatis, vel q. d. ne in ignem æternum veniant. *Tunicam*, s. corpus, quod velut vestis animæ.

24. *In exultatione*, pro, cum exultatione.

25. *Deo*, Græc. sapienti Deo.

Gloria, s. sit, seu agnoscatur quam habet, atque ita in sequentibus intellige. nec enim per Christum habet illa, sed habere agnoscitur.

IOANNIS APOCALYPSIS,

i. Reuelatio.

Scripsit eam in Patmo insula, in quam fuerat relegatus à Domitiano. Scriptam ante Euangelium graues auctores aiunt: Vide Euseb. lib. 3. c. 24. Epiph. hæres. 51. Totum vero hunc librum spiritualiter esse intelligendum, ait Hier. ep. 148. Ego pauca quædam annotabo, nam mysteria me fateor non intelligere.

CAPVT. I.

1. ILLI, sc. Christo quatenus homini, q.d. quam voluit illum Deus palam, &c.

Cito, erant quidem incepturæ cito, Ecclesiæ persecutiones, quæ hic prædicuntur.

Mittens, s. eam. *Ioannis*, s. Euangelistæ.

2. *Perhibuit*, pro perhibet, s. hic. *Verbo*, i. relationi.

Et testimonium, &c. q.d. testatur de IESV Christo.

3. *Scripta sunt*, s. cuique seruanda. sic enim prædicit futura, vt simul mores informet. *Tempus*, s. reddendæ rationis Deo, vel rerum hic prædictarum.

4. *Gratia*, s. detur. *Erat*, s. de quo Ioan. 1. In principio erat verbum, significatur vero æternitas.

Venturus, s. ad iudicium. *A septem*, i. omnibus est autem ab his Gratia & pax, non vt auctoribus, sed

sed optatoribus,& ministris. Quidam putant certos quosdam angelos, septem numero, designari. Vide Tob 12.

5. *Iesu Christo*, Repetitio, propter humanitatem, vel,& à, pro id est à. vt sit explicatio.

Fidelis, i. verax *Primogenitus*, i. primus resuscitatus ad vitam, sc. immortalem, nam ad mortalem alij quidam prius. *In*, pro, per, vel abundat.

6. *Regnum*, i. reges, vel in quibus ipse regnet.

Sacerdotes, omnes quidem ad sacrificia laudis & operum bonorum, quosdam vero ad Missæ sacrificium.

Gloria, s. est, seu debetur. *Amen*, q.d. vere ita est.

7. *Venit*, pro, veniet, vel q.d. video iam venientem, sc. futura Prophetis repræsentantur vt præsentia.

Pupugerunt, s. peccatis, vel flagellis,& clauis. videtur alludere ad Zach. 12. No. vero Interpretem idem verbum Græcum quod Ioan. 19. verterat, transfixerunt, vertisse hic, pupugerunt. *Super eum*, i. quod eum offenderint. *Tribus*, i. nationes. *Etiam*, Amen Confirmatio Græc.& Heb. Græc. ναὶ ἀμήν, q. d. certe sic erit.

8. *Principium & finis*. Id non est Græc, nec in omnibus Latinis. Videtur ab aliquo additum ex c. 21.& 22. explicationis causa.

9. *In Christo*, i. propter Christum, vel Christi imitatione. *Insula*, s. Asiatici maris. *Verbum Dei*, i. prædicationem Euangelicam.

Testimonium, i. confessionem.

10. *Spiritu*, s. mentis ecstasi. *Dominica*, vide Dominicæ diei antiquitatem.

Post me, i. veluti à tergo sonantem.

12. *Conuersus*, s. retro. *Vocem quæ*, pro, eum qui.

13. *Filio hominis*, i. homini, vel Christo, s. Angelus erat specie hominis, qui Christum repræsentabat.

Podere, i veste talari significatur vero sacerdotium, vt zona aurea, caritas.

14. *Candidi*, significatur antiquitas veritatis, secundum Aug. ego potius dicerem deitatis æternitatem.

Flamma, significatur ira contra peccantes.

15. *Ardenti*, Græc. ardentes, seu igniti significatur autem Christi humanitatis fortitudo, & splendor.

Aquarum multarum, q.d. terribilis, s. contra impios.

16. *Gladius*, s. sententia condemnationis.

In virtute sua, i. cum maxime lucet.

17. *Primus & nouissimus*. Id sup. significatum per α & ω, s. auctor est,& finis omnium.

18. *Et fui*, pro fui enim. *Claues*, i. potestatem.

19. *Quæ sunt*, i. de rebus præsentibus.

20. *Sacramentum*, Græ. mysterium, q.d. id quod significatur per hæc. *Angeli*, s. præfecti, seu custodes. Quidam Episcopos intelligunt. vide cap. seq. & Mal. 2.

CAPVT II.

1. *Angelo*, i. Episcopo, scribitur huic tanquam capiti, adeoque per ipsum toti Ecclesiæ, ad hanc n. etiam referenda quæ dicuntur.

In medio, i. inter

2. *Sustinere*, i. ferre. *Tentasti*, i. explorasti, seu examinasti.

3. *Nomen meum*, i. me.

4. *Primum*, s. primum illum feruorem.

5. *Prima*, s. quæ solebas olim. *Sin autem*. i. alioqui. *Tibi*, i. ad te.

Candelabrum, i. Ecclesiam, q. d. puniam vos nisi pœnitentiam ageritis.

6. *Habes*, s. boni. *Nicolaitarum*, nomen hæreticorum à Nicolao vno septem primorum Diaconorum, sic appellatorum, vt quidam volunt. Vide de hæres. Epiph.& August.

7. *Spiritus*, s. Dei. *Ligno*, i. arbore, q.d. frui beatitudine significata per lignum vitæ, quod erat in paradiso.

Paradiso, s. cœlo empyreo.

8. *Vixit*, Græ. vixit, præt. pro præs.

9. *Paupertatem*, s. in temporalibus bonis.

Sed, pro, quanquam. *Diues*, s. in spiritualibus,

Non sunt, s. vere Iudæi, i. Deum confitentes.

Synagoga, i. congregatio.

10. *Tentemini*, i probemini. *Decem*, i. multis.

Vitæ, s. æternæ.

11. *Secunda*, i. Inferni supplicio. vide inf. c. 20. & 21.

12. *Romphaam*, i. gladium.

13. *Sedes satanæ*, i. cultus idolorum, seu infideles multi. *Nomen meum*, i. fidem in me.

Et in, &c. Græ. in diebus quibus Antipas, &c. Dicitur hic fuisse Pergami Episcopus. vide eius vitam apud Metaphrastem.

14. *Illi*, pro istic. *Edere*, s. idolothyta.

15. *Ita*, explicatio præcedentis.

16. *Similiter*, quidam iungunt cum præcedentibus, vel q. d. sicut supra dixi Ephesiis. *Si quo minus*, i. alioqui. *Gladio*, i. imperio, seu fortitudine. *Oris*, i. ex ore precedentis, vt vidisti.

17. *Absconditum*, i. ignotum inexpertis, vel repositum, vt solent quæ seruantur loco abdito. vide Psal. 30 ver. 20 *Calculum*, i. lapillum: olim res faustæ lapillo candido notabantur, vt victoriæ, diesque natalis,& res eiusmodi. Itemque in suffragiis qui fauebant, calculo albo id significabant ad id ergo videtur alludere q.d. beabo. *Nomen*, s. beati. *Scit*, s. perfecte.

20. *Mulierem*, &c. secta aliqua hæreticorum significatur, vel certa aliqua mulier sectæ Nicolaitarum.

Fornicari, s. id docebat. intellige vero fornicationem carnalem, vel spiritualem.

22. *Lectum*, q. d. morbo afficiam. quidam tamen Infernum intelligunt.

23. *Filios*, i. discipulos. *In mortem*, pro, morte, q. d. omnino interficiam. *Renes & corda*, i. hominis intima.

24. *Et cæteris*, pro, nempe cæteris.

Cognouerunt, i. approbarunt, seu receperunt,

Altitudinem, i. profunditatem, s. errorum,& flagitiorum. *Quemadmodum dicunt*, i. vt vulgo dici solet. Apparet fuisse phrasim vulgo tunc vsitatam, cum vellent satanæ fallacias significare. Quidam tamen dicunt phrasim esse hæreticorum illorum, qui suos errores profunda mysteria vocabant.

Pondus, i. afflictionem, q. d. contentus ero ista, qua fertis malos.

25. *Quod habetis*, s. vel pondus, vel bonum.

Tenete, i. ferte, vel seruate, *Veniam*, s. in cuiusque morte,

26. *Opera*, i. præcepta quæ fieri iubeo. *Dabo illi*, &c. q.d. faciam mecum imperare, s. ex capite Christo & membris, vnum corpus constat, totumque regnabit.

27. *Reget*, s. mecum particeps regni.

Ferrea, i. inflexibili ad malum,& valida ad supplicium.

Confringentur, s. irreparabiliter.

28. *Stellam*, &c. i. cœlestem lucem, ei in futura vita orientem, & velut diem gloriæ incipientem, vide 1. Petri 1. forte sic intelligit, vide cap. 22.

CAPVT III.

1. Habet, s. in dextera. Vide cap. 1. *Et mortuus*, pro. sed mortuus, q. d. multi ex vobis sunt in peccato.

2. *Moritura*, s. alioqui bonos videtur intelligere, de quibus infra. *Plena*, i. perfecta. *Deo meo*, loquitur Christus vt homo.

3. *In mente*, &c. i. momento. *Acceperis*, i. institutus sis. *Et nescies*, explicatio præcedentis.

4. *Nomina*, i. homines. vide Act. 1. *Qui*, Græ. quæ. *Vestimenta*, i corpora, vel q. d. qui puritatem animæ conseruarunt. *In albis*, i. stola felicitatis.

5. *Sic*, Græ. hic. *Non delebo*, &c. q. d. perpetuo mecum viuet. *Nomen eius*, i. ipsum, q. d. agnoscam pro meo, vel laudabo. vide Matt. 10.

7. *Verus*, i. verax. vide Psal. 144. vbi eadem sententia. *Clauem Dauid*, i. regiam potestatem.

Aperit, &c. q. d. qui facit quod vult, nec ei quisquam potest resistere.

Ostium apertum, i. expeditam viam, q. d. abstuli impedimenta. *Quia*, pro, quanquam, q. d. etsi debilis es, tamen me iuuante, præualebis. *Et seruasti*, pro, tamen seruasti, vel quia seruasti.

Verbum, i. præceptum.

9. *Adorent*, &c. i subiiciantur tibi.

10. *Patientiæ*, i. de patientia, q. d. quod præcepi de patientia seruanda. *Mea*, i. à me præceptæ.

Ab hora, pro, in tempore, vel ab incursu, seu impetu. *Tentare*, i ad tentandum. *Habitantes*, s. Christianos per orbem dispersos.

11. *Tene*, i. conserua. *Quod habes*, s. boni.

Accipiat, i. eripiat, vt solet diabolus tentando, vel, pro te substituatur, iuxta illud: Et episcopatum eius accipiat alter.

12. *Columnam*, i. firmiter consistentem.

Templo, vel Ecclesia, vel cœlo. *Et scribam*, &c. q. d. adscribam in numerum filiorum Dei, & beatorum, electorumque meorum. Sunt quidem tales ab æterno scripti, sed hic executio significatur illius prædestinationis.

Descendit, præsens est. vide inf. c. 21.

Nouum, s. per nouitatem felicitatis, q. d. nouo & singulari modo, meum illum faciam.

14. *Amen*, i. veritas. *Fidelis*, &c. i. verissimus & certissimus. *Principium*, i. auctor. *Creatura Dei*, vel res creatæ intelliguntur, vel per Christum reparatæ. vide Iacob. 1. vers. 18.

15. *Frigidus*, sc. per infidelitatem. *Calidus*, s. per charitatem. *Vtinam*, &c. q. d. minus esset malum non nosse viam veritatis, quam agnitam spernere: illud enim peccatum ignorantiæ interdum excusans. id vero malitiæ. vide 2. Pet. 2. Quidam calorem ad charitatem referunt, frigus ad pœnitentiæ fletum, quo velut aqua peccata lauantur. fortè per calorem intelligitur Prælati vigilantia & feruor in commisso munere, per frigus ineptitudo ad officium, quæ cum deprehenditur, deponi solet, & subrogari eius loco alius, at cum tepidus est, & videtur nonnihil facere, male est subditis, quia prælatum habent negligentem, nec eis idoneus alius datur.

Incipiam, &c. Græ. futurum est vt euomam, q. d. abiiciam te, (vt solent molesta stomacho euomi) nisi resipiscas.

18. *Aurum*, &c. s. charitatem ardentem, emitur hæc pœnitentia, bonisque operibus, i. per hæc à Deo obtinetur. *Ignitum probatum*, pro, igne probatum, i. tribulationibus. *Vestimentis* &c. q d. vitæ puritate, quam gratia affert peccatis remissis. *Confusio*, i. ignominia, seu turpitudo. *Nuditatis*, s. nudus est Dei gratia. qui est in peccato. *Collyrio*, s. considerationis, seu, meditationis. *Oculos*, s. mentis.

19. *Arguo*, i. reprehendo, s. verbis. *Castigo*, s. tribulationibus *Æmulare*, i. imitare, s. meliora, vel zelo accendere contra peccata.

20. *Ostium*, i. mentem. *Pulso*, s. vocans ad pœnitentiam.

Et ipse mecum. Hominis cooperatio significatur.

21. *Sedere*, &c. i. esse participem regni mei.

CAPVT IV.

1. Post hæc, i. posthac, q. d. reuelabo tibi futura.

2. *In spiritu*, s. in ecstasi, q. d. eleuata mente conspexi.

Sedens, s. Pater, seu, potius Deus trinus.

3. *Aspectu*, i. specie. *Sardinis*, Græc. & Complu. Sardij. *Visioni*, i. aspectui, q. d. colore Smaragdino Notant quidam Iaspide significari Dei pulchritudinem. *Sardio*, (qui colore est igneo) iustitiam: *Iride* (quæ pacis signum) misericordiam.

4. *Thronos*, s. sedilia illa. *Viginti quatuor*, s. Patres veteris & noui testamenti. nam 12. numerus perfectus. *Albis*, puritas significatur, vel gloria.

Corona, victoriæ signum, vel regni.

5. *Fulgura*, &c. doctrinæ Euangelicæ signa, vel iustitiæ diuinæ. *Septem spiritus*, i. omnes Angeli. Quidam ad dona Spiritus S. referuntur. Vide sup. cap. 1.

6. *Mare*, Baptismum quidam intelligunt. Alij contemplatiuos, fortè cœli planities intelligitur.

Vitreum, s. colore. *Crystallo*, s. splendore.

Medio sedis, i. inter sedilia. *Circuitu sedis*, s. throni Dei. *Animalia*, s. Euangelistæ. *Oculis*, i. cognitione, q. d. videntia præterita, & futura.

7. *Leoni*, s. Marcus, qui velut à leonis rugitu cœpit Ioannis clamore. *Vitulo*, s. Lucas, qui à Zachariæ sacerdotio. *Hominis*, sc. Matthæus, qui humanam Christi generationem descripsit. *Aquilæ*, s. Ioannes, qui diuinam. vide Ezech. 1.

8. *Senas*, s. vt Seraphim. Isa. 6. *Intus* i. intra alas.

Oculis, i. cognitione. *Requiem*, i. cessationem.

Venturus, s. ad iudicium.

9. *Benedictionem*, Græ. gratiarum actionem.

10. *Mittebant*, i. demittebant, sc. victorias suas Deo acceptas referentes.

11. *Accipere*, s. a creaturis te laudantibus, & prædicantibus. *Virtutem*, i. potentiam.

Erant, s. Græc. sunt, q. d. conseruantur.

CAPVT V.

1. Intus & foris, sc. mystico sensu, & litterali. Ad litteram vero, & membrana erat etiam in tergo scripta, & inuoluta more Hebræo. *Septem*, i. multis, vel septem numero.

3. *Subtus terram*, s. in limbo, aut purgatorio.

Respicere, i. intueri, seu intelligere.

5. *Senioribus*, s. de quibus cap. 4. *Vicit*, i. præualuit, q. d. potest. *Radix*, i. è radice, seu stirpe. *Aperire*, i. vt aperiat.

6. *Occisum*, s. antea, sed ad vitam reuersum.

Spiritus, i. Angeli per cornua & oculos significati. fortes enim, & perspicaces.

7. *Sedentis*, s. Dei Patris. *Librum*, sc. prouidentiæ, vel prædestinationis, vel scripturæ sacræ vel plagarum, seu suppliciorum.

8. *Aperuisset*, Græc. accepisset. *Phialas*, vulgo tazze.

Nouum, sc. mortalibus, quibus nunquam tale auditum, vel, q. d. inusitatum & mirabile. sic inf. cap. 14. num. 3.

Tribu, s. vocatos, seu electos.

10. *Regnum*, i. Reges vide sup. cap. 1.

Super terram, sc. in cœlo.

11. *Millia millium*, i. plurimi, q.d. innumerabiles.

12. *Accipere*, sc. à celebrantibus seu laudantibus, q.d. prædicari eius virtutem, i. potestatem, &c.

Diuinitatem, Græ. diuitias.

Fortitudinem, i. robur.

13 *Sub terra*, s. in purgatorio. *In eo*, Græc. in eis, q.d. omnia denique. *Dicentes*, s. suo quamque modo. sic cœli dicuntur enarrare gloriam Dei, & in Psalmis creaturæ omnes Deum laudare. *Benedictio*, s. sit, seu detur. *Potestas*, s est, vel celebretur.

14. *Amen*, q.d. certe ita est, vel, dignum est.

CAPVT VI.

1. *VNum*, i. primum, Heb.

Vocem, pro, voce.

2. *Albus*, per album equum, quidam prædicatores intelligunt, per orbem discurrentes, per *Rufum*, tyrannorum persecutionem, per *Nigrum*, Hæreticos, per *Pallidum*, Hypocritas. *Sedebat*, s. Christus. vide inf. cap. 19. præliatur quidem in suis Christus, quos frœno disciplinæ regit, & præceptorum habenis ducit, flectitque quocunque vult. *Arcum*, s. vnde prædicationis sagittis hostes prosternat. *Corona*, signum regni, vel victoriæ.

Vincens, vt vinceret, pro, vt vincens vinceret, Græc. vincens, & vt vinceret, q. d. Victor, & victurus.

4. *Sedebat*, s. diabolus.

Datum, i. permissum à Deo.

Sumeret, i. tolleret.

5. *Stateram*, s. fingit diabolus se res ponderare, i. potestatem habere, & veritatem docere.

6. *Dicentium*, Græc. dicentem

Bilibris, i. duarum librarum mensura, Græ. chœnix, quæ est mensura capiens tantum tritici, quantum ad vnum diem sufficit *Denario*, &c. q.d. etsi caro, tamen emi poterit, s. hæretici non possunt fidelibus auferre pabulum animæ, etsi conentur. *Vinum & oleum*, sc. Dei medicinam non possunt lædere, nec eius gratiam aut sacramenta contaminare.

8. *Mors*, s. animæ quam sequitur damnatio.

Quatuor partes, Græc. quartam partem.

Morte, i. peste. *Bestiis*, s. nocentibus, vt feris. per hæc intellige spiritualia mala. *Gladium*, i. falsæ prædicationis. *Famem*, verbi Dei penuriam. *Mortem*, pestem morum. *Bestias*, mundi vitia.

9. *Altare*, s. Christi protectionem, qui velut Ecclesiæ Catholicæ altare, in quo Deo omnia offeruntur à fidelibus. Intellige tamen, vidisse Ioannem altare quoddam in cœlo. *Habebant*, i. reddebant, sc. de Christo, vel testimonium vocat Dei legem seu præcepta, vel potius veritatem à Deo testatam. vide 1. Ioan. 5. ver. 10.

10. *Dicentes*, s ex zelo iustitiæ. *De iis*, &c. q.d. de his qui nos interfecerunt.

11. *Stolæ albæ*, s. animarum gloria. *Conserui*, pro, numerus conseruorum. *Interficiendi sunt*, q.d. permittit Deus viuere vestros interfectores, propter coronas fratrum vestrorum.

12. *Et sol*, &c. significari quidam aiunt Antichristi persecutionem, qua fiet, vt multi lucem amittant fidei, & morum.

13. *Emittit*, i. abiicit.

14. *Liber*, i. membrana, tales enim libri Iudæorum, sc oblongæ membranæ, quæ complicantur, & explicantur. Vide Isa. 34. Significatur vero tanta animorum perturbatio futura, vt & cœlum, & terra alio recessisse videantur, vel rerum mutatio futura die Iudicij. vide Isa. 34.

17. *Ipsorum*, Græ. ejus. *Stare*, i. consistere, vel ferre.

CAPVT. VII.

1. *ANgulos*, i. extremitates, s. Orientem, Occidentem, Aquilonem & Austrum. *Tenentes*, &c. q.d. quibus datum erat posse terram velut ventis tribulationum concutere, sed interim reprimebant, dum tempus esset emittendi.

2. *Signum*, s. crucem qua erat signaturus, seu sigillum in quo esset crux, nam Græc. σφραγῖδα.

Quatuor, sc. de quibus sup.

4. *Signatorum*, sc. ab eo Angelo. *Ex omni*, subfere. Nam deest tribus Dan. Qui potest, dicat cur omissa sit, nec enim verisimile est nullos ex illa saluari: est quidem communis opinio ideo omissam, quia ex ea futurus Antichristus.

8. *Ioseph*, i. Ephraim.

9 *Turbam*, s. ex gentilitate conuersorum.

10. *Salus*, s. accepta referatur, vel q d. congratulamur de eius felicitate.

12. *Amen*, vox confirmantium, q. d. sane ita est.

Claritas, i. gloria.

13 *Respondit*, i. locutus est, Heb.

14. *Stolas*, i. corpora, vel seipsos, id quod per stolas albas significatur. *In sanguine*, vel martyres intelliguntur, qui Christi imitatione sanguinem fuderunt, vel omnes sancti qui Sanguinis Christi virtute sanctificati.

15. *Seruiunt*, s. laudando. *Die & nocte*, i. semper.

Templo, i. cœlo. *Habitat*, s. perpetuo. *Super illos*, pro, in illis.

16. *Sol*, &c. q d vlla molestia.

17. *In medio throni*, vide sup. cap. 5. *Reget*, s. pastoris instar. Græc pascet. *Vitæ*, pro, viuos, seu vitam lætificantes.

Aquarum, s. diuinarum gratiarum. *Absterget*, &c. q.d. omnem mœstitiam auferet.

CAPVT VIII.

1. *SIlentium*, significatur Ecclesiæ pax per breue tempus. forte, vt quidam aiunt, post mortem Antichristi

2. *Angelos*, s. de quibus cap. 1. dictum est.

Tubæ, quarum sonitu mundi calamitates prænunciarent, vt inf dicitur. forte vero per Angelos prædicatores significantur.

3. *Altare*, s. quod vt statim dicitur, erat ante thronum Dei. *Incensa*, i. aromata, s. orationes, vt statim explicatur. *Daret*, i. offerret.

4. *De orationibus*, pro, nempe ex orationibus.

5. *Tonitrua* &c. s calamitatum secuturarum signa.

7. *In*, pro, cum, nempe mixta erant illa duo cum sanguine. *Missum est*, pro, missa sunt.

Fœnum, i. herba.

10. *Stella*, s. cometa. *Fontes*, s. in tertiam partem.

11. *In absynthium*, s. amarissima. *De aquis*, i. aquarum potu.

12. *Percussa*, s. tenebris. *Pars tertia*, s. lux erat tertia ex parte minor solito.

13. *Væ, væ, væ*, ter ob tres calamitates sequentes.

Habitantibus, s. malis. *De cæteris*, i. ob cæteris.

CAPVT IX.

1. *STellam*, s. diabolum, qui antea splendidus erat, *Cecidisse*, s. olim. *Clauis*, s. tentandi potestas. *Putei*, &c. s. inferni, quo per peccatum descenditur. Quidam tamen Angelum bonum intelligunt, cui data sit clauis, i. puniendi potestas.

 2. *Fumus*

2. *Fumus*, sc.errorum.
Magna, Græc. ardentis.
3. *Locustæ*, sc. hæretici. Quidam feros aliquos homines intelligunt, vel dæmones. *Scorpiones*, q d. nocendi veneno.
7. *Similes auro*, Græc. aureæ. Galeas quidam militum intelligunt, nam locustas esse exercitum.
11. *Abyssi*, i.inferni, sc. diabolus. *Abadon*, i. perditio, pro, perdens. *Latine habens*, &c. Id additum ab Interprete.
Exterminans, i perdens, seu vastans.
12. *Væ*, i. calamitas. *Vnum*, sc. ex tribus, de quibus cap. 8.
13. *Ante oculos Dei*, Græc. coram Deo, cap. 8. dixerat ante thronum Dei.
14. *Angelos*, sc. malos.
15. *Horam*, &c. i. tempus à Deo statutum.
16. *Vicies*, &c. Græc. myriades myriadum. est autem myrias decem millia. Intellexit vero Interpres per myriades, bis decem millia, per myriadem decem millia. ita fiunt vicies millies, dena millia, q.d. numerus prope infinitus.
Audiui, &c. q.d. Id intellexi docente quodam, non enim poteram numerare.
17. *Ita*, sc. vt iam dicam.
Sedebant, sc. dæmones.
Hyacinthinas, sc. colore, intellige vel omnes fuisse igneas hyacinthinas & sulphureas, vel alias igneas, alias hyacinthinas. *Procedit*, pro, procedebat.
20. *Neque*, pro, non, q.d. non ideo tamen permoti sunt, vt pœnitentiam agerent.

CAPVT X.

1. ANgelum, forte illum, de quo cap. 5. ver. 2.
2. *Libellum*. In quo forte scripta hominum peccata, & supplicia.
3. *Clamauit*, sc. quod inf. dicetur. *Locuta*, &c. i. ediderunt sonos suos, seu strepitus, quamquam ex sequentibus apparet fuisse voces aliquid significantes, sed tanto strepitu, vt qui loquebantur tonitrua viderentur, Septem autem pro multis posita videntur.
4. *Signa*, q.d. claude ea mente tua.
Noli ea scribere, Græ. post hæc scribe, sed videtur error in codice.
Tempus, sc. bene operandi, seu merendi, vel tempus simpliciter, quod in fine mundi cessabit.
7. *Mysterium*, i. occulta in eius prouidentia dispositio de suis electis & reprobis. *Sicut*, pro, quod.
9. *Deuora*, q.d. auide in mente reconde.
Venter, i. mens, sc. cogitatio calamitatum.
Dulce, pro, dulcis.
11. *Prophetare*, i. prædicare, sc. verbo & scripto, postea Euangelio, vel intelliguntur prophetiæ quæ in hoc libro sequuntur.

CAPVT XI.

1. CAlamus, i. arundo.
Dictum est mihi, Græc Astitit Angelus dicens. *Templum*, sc. Ioanni ostensum, quod electorum Ecclesiam repræsentabat.
2. *Eiice*, &c. q. d. ne cures. *Sanctam*, sc. Ierusalem, vel Ecclesiam. *Calcabunt*, sc. impij Antichristi ministri.
Mensibus, &c. s. tribus annis & dimidio. vide Dan. 7. & inf. cap. 12.
3. *Dabo*, sc. spiritum, vel quod sequitur, & prophetabunt, pro, vt prophetent. *Testibus*, sc. Henoch, & Eliæ, Hieron. ep. 148.
4. *Duæ*, pro, velut duæ.
5. *Eos*, pro, eis. *De ore eorum*, i ad eorum preces, seu imperium. *Sic*, sc. igne deuorante.
7. *Bestia*, i. fera sic inf. sc. Antichristus.
Abysso, sc. peccatorum, q.d. qui cum sit sceleratissimus, accipiet imperium, vel abysso, i. mari. vide inf. c. 13.
8. *Corpora*, s. cadauera. *Ciuitatis*, s. Ierusalem, quæ magna erit, cum ibi regnabit Antichristus à Iudæis pro Messia receptus.
10. *Cruciauerunt*, s. molœsta erat impiis prædicatio eorum.
11. *Vita*, i. viuificans, s. anima.
A Deo, i. Deo auctore.
12. *Audierunt*, Græ. audiui.
13. *Nomina*, s. numerus.
14. *Væ*, s. de quo sup. c. 8.
15. *Regnabit*, s. plene Deus, destructo peccato.
17. *Regnasti*, pro, regnas.
18. *Ira*, i. punitio.
Mortuorum, s. resuscitandorum.
Iudicari, i. vt iudicentur.
Reddere, i. vt reddas.
Exterminandi, i. perdendi.
Corruperunt, s. peccatis.
19. *Templum*, i. quod templum repræsentabat.
Arca, i. Christus, in quo cibus cœlestis, & lex.
Terræmotus, Græ. tonitrua. *Grando*. Iræ Dei signa erant ista omnia.

CAPVT XII.

1. SIgnum, i. quiddam aliud significans, vel mirabile quiddam. *Mulier*, s. Ecclesia. *Sole*, s. Christo, vel cœlesti lumine. *Luna*, s. mundus per Lunæ mutabilitatem significatus.
Stellarum. Forte Apostoli significantur.
2. *In vtero habens*, i. grauida. *Pariat*, s. filios spirituales.
3. *Draco*, s. diabolus. *Rufus*, s. sanguinarius, seu homicida. *Cornua decem*, per hæc decem reges, seu regna intelliguntur, de quibus Dan. 7. vt multi aiunt.
4. *Trahebat*, s. cum è cœlo caderet: vel de spiritualibus seu iustis loquitur, quos ad peccatum pertrahet, cauda, i. opera Antichristi, quo velut postremo ministro vtetur.
5. *Peperit*, s. per Mariam Christum, vel per baptismum electos, qui masculi nomine significantur.
Recturus, s. cum Christo si electi intelligantur, Vide sup. c. 2.
Raptus, sc. in Ascensione Christus vel electi per mortem, qui sup. c. 3. dicuntur in throno Christi sessuri.
6. *Solitudinem*, s. à mundanis recedens.
Pascant, s. Dei verbi ministri. *Mille*, &c. vide inf.
7. *In cœlo*, s. illic Ioanni apparebat, quod tempore Antichristi in terra faciendum erat. *Angeli*, sc. quibus præfectus. *Prœliabantur*, scil. defendendo electos.
8. *Valuerunt*, sc. resistere.
Eorum, sc. cum ipsis.
Antiquus, s. qui primos parentes in paradiso vicit per serpentem. *Vniuersum*, &c. i. maximam orbis partem.
9. *Proiectus*, &c. q.d. de sua potestate deiectus.
10. *Salus*, sc. bonis.
Virtus, i. fortitudo, s. apparet.
Accusabat, hinc apparet per cœlum sup. Ecclesiam

siam intelligi. Intellige vero accusationem calumniosam,est n.diabolus, i.calumniator.

11. *Sanguinem*, i.virtutem sanguinis. *Testimonij*, i.prædicationis. *Vsque ad mortem*,q.d.adeo vt etiam se morti exponerent.

12. *Terra & mari*,i.terrenis,& mundanis.

Habet, s.ad nocendum.

14. *Alitur*,sc.cibo spirituali.

Tempus, i. annum.

Tempora, i.duos annos. *Temporis*, i. anni, vide Dan.7. & 12. Not. quod tantumdem temporis est in 42. mensibus,de quibus c.13.& 1260.diebus,de quibus inf.

A facie serpentis, i.propter serpentis metum, vel periculum, iungendum autem id cum,vt volaret, &c.

15. *Aquam*, scil. persecutionis,seu tribulationis.

Trahi, i.rapi,& mergi.

16. *Adiuuit*, &c. per metaphoram significat in nihilum recidisse diaboli persecutionem.

17. *Testimonium*,i.fidem,seu confessionem.Vide supr.cap.6.

CAPVT XIII.

1. MAre, i.mundo. *Bestiam*, sc.Romanum Imperium, vel impiorum multitudinem, vel Antichristum,vide sup.cap.11.*Blasphemia*,s.contra Deum & Sanctos. Apparet fuisse in vnoquoque capite scriptum Blasphemia.

2. *Pardo*, i.Pantheræ mari.

Draco, i. diabolus.

3. *Vnum*, sc. Antichristum, vel regem aliquem alium.

Quasi occisum, sc.se finget mortuum,& resuscitatum,secundum quosdam,Antichristus. vel intelligitur plaga mortifera,vt statim dicitur.

Mortis,i.mortifera,seu quæ mortifera videbatur, quamquam ex iis quæ inf. dicuntur, videtur vera plaga intelligi,vereque mortifera.

Et admirata, &c. q.d. cum admiratione secuta est.

4. *Draconem*,i.diabolum,nempe illum qui dedit bestiæ potestatem, qui reuera est diabolus, etsi ipsi non putent forte etiam scientes diabolum adorabunt.

Bestia, Ioannes sic vocat, sed illi forte Christum vocant.

5. *Magna*, i.superbe.

Facere, s.male,vel facere, pro, viuere positum. vide Iac.4.v.13.

6. *Ad Deum*, i.contra Deum. vide 2.Thess.2.

Tabernaculum,i.cœlum,vel Ecclesiam.

7. *Vincere*, sc.bello.

8. *Ab origine mundi*, iunge cum, scripta sunt. Vide infr.c.17. dicit quidem minus,sed plus significat, ab æterno enim non sunt scripta.

10. *Qui in captiuitatem*, &c. q.d. qui sanctos lædet, à Deo punietur.

Gladio occidi, s. diuina vltione.

Hic, i. in his rebus.

11. *Aliam*, s. Antichristi ministros, vel ipsum Antichristum, qui etiam sup. per caput vnum prioris bestiæ significatus est, vel aliquem eius pseudopropheram.vide inf.cap.19.

12. *Potestatem*, &c.i. quæcunque poterat prior bestia.

13. *Signa*, i. res mirabiles,& miraculis similes. Vide 2.Thess.2.

14. *Spiritum*, non animam, sed dæmonem aliquem.

15. *Habet*, pro,habuit.

Vixit, pro, reuixit.

16. *Characterem*, i.impressam notam. *Numerum*, sc. quem faciunt litteræ nominis eius Græcæ, vel Hebraicæ. Nam Hebr.& Græce numeri per litteras significantur.

18. *Sapientia*; s.opus est.

Hominis, i.nominis cuiusdam hominis. Id vero nomen quod sit, quis diuinet? Multi multa reperertunt, quæ hunc numerum efficerent, sed re semper incerta.

CAPVT XIV.

1. AGnum,sc.Christum.

Sion, sc. cœlum.

In frontibus, q. d. statim apppatebat esse Dei filios,Christique discipulos.

3. *Nouum*, non id iungendum cum, quasi. vere enim nouum erat Ioanni, nunquam ab eo auditum. vide supr.c.5.

Discere. Ita legitur Græc. q. d. non possunt alij, quamquam beati, de virginitate qua caruerunt lætari, vt isti. *Empti*, i. peculiariter acquisiti, vel redempti.

4. *Coinquinati*, q. d. puritatem castitatis non amiserunt.

Sequuntur, i. imitantur, q.d. Christo similiores, quam cæteri qui non virgines. *Empti*, sc. Christi Sanguine. *Hominibus*, i.hominum numero.

Primitia, sc.præcipui inter omnes, ob virginitatem.

5. *Inuentum*, sc.dum viuerent. *Sine macula*, coniunge cum vers.4.alioqui omnes beati sine macula sunt.

6. *Alterum*,pro,alium. *Æternum*,i.perpetuæ veritatis, seu,ad ætenam vitam ducentis. Forte per istum Angelum & sequentes, prædicatores intelliguntur futuri temporibus nouissimis.

7. *Honorem*, Græc.gloriam.

Venit,pro,veniet cito.

8. *Babylon*, i.Mundus, vel Roma,quæ sic appellabatur ab Apostolis ob idololatriam & flagitia, vide 1.Pet.5.

Iræ, i. furoris,vel dignæ ira,i.punitione.

10. *Mero*,iunge cum, vino.

Mistum, sc.mille pœnis.Vide Psal.74.

14. *Ascendet*, Græc,ascendit. *Die ac nocte*, pro, vnquam.

Siquis acceperit, pro,quicunque accepit.

13. *In Domino*, i.in Domini gratia, vel propter Dominum,vt martyres.

A modo, i. posthàc. iunge vero cum,vt requiescant. *Spiritus*, s.sanctus,

Requiescant, sc.vbi plane purgati fuerint,si quid forte hic non fuisset purgatum. *Opera*,sc.necessaria sunt opera bona,nec sufficit fides sola.

Sequuntur,pro comitantur.

14. *Filio hominis*, i.homini cuidam, sc.Christum repræsentanti. *Falcem*,sc.ad messem, i. sæculi consummationem.

15. *De templo*,vide sup.c.11.

Venit, præteritum est. *Aruit*, i. maturuit.Vide Ioel.3.

18. *Ignem*, scil. altaris holocaustorum quod in templo cœlesti repræsentabatur, vel ignem iudicio accendendum, de quo Psal.96. *Botros*, sc. impios, Nam pij per messem significati.Vide Ioel.3.

19. *Lacum*, i.locum, in quem ex primi solet vinum. Intelligitur vero infernus.

20. *Extra*,sc.ita vt sanguis extra lacum in Ciuitatis exteriora efflueret, vel q. d. puniuntur impij

exclusi Dei ciuitate. *Sanguis*, sc. vuarum, i. vinum nempe supplicia inundarunt.

Frenos, &c. q. d. latissime vt solent aquæ cum inundant per magnum spatium, vsque ad equorum transeuntium frænos ascendentes.

Mille sexcenta, i. plurima.

CAPVT XV.

1. *Signum*, i. quiddam futura significans.

Consummata, i. expleta.

Ira, i. punitio.

2. *Mare vitreum*, &c. forte cœlum intelligitur, vbi claritas & charitas. vide sup. c. 4.

Et imaginem, &c. q. d. & contempserunt decreta de imagine, & nominis numero, de quo sup.

Dei, i. Deum celebrantes, q. d. paratas ad Dei laudes.

3. *Moysi*, de quo Exod. 15.

Agni, i. in laudem Agni.

Viæ, i. opera, seu præcepta, & prouidentiæ.

Seculorum, sc. omnium, Græc. Gentium.

4. *Magnificabit*, Græc. glorificabit.

Nomen tuum, i. te.

Pius, s. perfecte, vel in omnes homines vtens misericordia.

Omnes gentes, pro, ex omnibus gentibus.

Quoniam. Omnia hæc aduerbia ad principium versus referenda sunt, q. d. ob hæc omnia magnificandus es, vel q. d & quidem omnes, &c.

Manifesta, q. d. aperte iusta. possunt autem iudicia, præcepta intelligi.

5. *Tabernaculi testimonij*, q. d. illa pars templi quæ repræsentabat Sancta Sanctorum, vbi testimonium, i. lex asseruabatur.

6. *De templo*, Græ. de cœlo, sed placet magis nostra lectio.

Candido, Græ. splendido.

7. *Iracundiæ*, i. punitionis, seu suppliciorum.

8. *Fumo*, s. ira, vel nebula significatur.

Maiestate, Gr. gloria, q. d. ob Dei præsentiam.

De, pro, à.

Consummarentur, i. explerentur, significatur Dei Iudicia non posse intelligi ante diem Iudicij.

CAPVT XVI.

1. *Pessimum*, i. nocentissimum.

3. *Mortui*, s. hominis.

Anima viuens, s. pisces.

5. *Aquarum*, s. præfectum.

Sanctus, non est id verbum cum præcedentibus iungendum, Græc. & sanctus.

7. *Etiam*, Græ. ναὶ, certe.

8. *Et igni*, pro, velut ignis.

10. *Sedem*, i. regnum.

Tenebrosum, i. calamitosum.

Commanducauerunt, i. momorderunt.

11. *Vulneribus*, Græc. vlceribus.

12. *Regibus*, qui sint reges hi, quibus Angelus vitam præparat, dicat qui nouit.

14. *Dei*, s. à quo superandi.

15. *Venio*, s. ad iudicium.

Fur, s. insperato.

Vestimenta, s. virtutes.

Turpitudinem, s. vitia.

16. *Congregabit*, sc. Antichristus, vel pro, congregauerunt, sc. spiritus dæmoniorum, de quibus supr.

17. *Templo*, Græc. templo cœli.

Throno, sc. Dei.

Factum est, q. d. hic finis plagarum.

19. *Ciuitas*, s. Ierusalem, secundum quosdam.

Babylon, s. mundus.

20. *Et omnis*, &c. indicatur mundi finis.

21. *Sicut talentum*, i. talenti magnitudine, vel q. d. maxima.

CAPVT XVII.

1. *Meretricis*. Quidam Romam intelligunt, ob idola quæ tunc colebat, vel mundum, sc. malorum multitudinem. *Aquas*, populi intelliguntur. vide inf.

2. *De vino*, &c. q. d. voluptatibus, & vitiis.

Prostitutionis, i. fornicationis. Videtur autem significari præcipue idololatria, more scripturæ.

3. *Coccineam*, iunge cum bestiam, i. feram; significatur autem colore isto crudelitas, vel regius splendor.

Capita septem, forte bestia est, de qua sup. c. 13.

4. *Circumdata*, i. amicta.

Inaurata, i. ornata.

5. *Mysterium*, s. vsurpant impij nomina alias sacra, & hæretici sua venditant mysteria.

6. *Ebriam*, s. satiatam. sic dicitur hostis sanguinem sitire.

Et de, forte pro, id est de.

7. *Sacramentum*, Græ. mysterium, q. d. quid significet.

8. *Fuit, & non est*, pro, erit, & cito desinet.

Abysso, i. inferno. vide inf. cap. 20. vel mari. Vide sup. cap. 13.

Quæ erat, & non est, pro, desiisse.

9. *Hic*, i. hac in re.

Sensus, i. intellectus.

Qui habet sapientiam, q. d. verus, qui sapiens est, aduertat.

11. *Ipsa octaua*, Græ. ipse octauus, s. rex.

De septem, s. societate malitiæ.

12. *Vna hora*, i. breui tempore.

Post bestiam, s. sequendo illam, seu imitando, Gr. cum bestia.

16. *Carnes*, &c. Hyperbole est, qua significatur odium maximum, & rabies. Vide Iob 19. & 31. & Psal. 26.

17. *Illi*, sc. Deo.

Suum, i. ipsorum.

Consummentur, i. compleantur. *Verba Dei*, i. à Deo prædicta.

CAPVT XVIII.

1. *Gloria*, i. claritate, seu splendore.

2. *In fortitudine*, i. fortiter, s. magna voce.

Cecidit, q. d. iamiam cadet.

Et facta, pro, nam facta, q. d. quia fuit velut hospitium dæmonum.

Custodia, id est, locus.

Volucris, i. dæmonum, repetitio.

3. *Ira*, vide sup. c. 14.

Virtute, i. copia.

Deliciarum, sc. mercium ad delicias comparatarum.

5. *Peruenerunt*, s. velut vindictam clamantia.

Duplicia, sc. supplicia. duplex autem & duplum, pro, multo.

7. *Dicit*, s. se glorificans. *Vidua*, s. imperio.

Luctum, i. triste quicquam.

9. *Super illam*, i. eius causa.

10. *Iudicium*, i. condemnatio.

12. *Thynum*, ex thya arbore, de qua Plin. lib. 13. cap. 16. Vide 3. Reg. 10.

Lapide, Græ. ligno. *Æramento*, i. ære.

13. *Animarum*

13. *Animarum hominum*, sc. delitias alias.
14. *Desiderij animæ tuæ*, i. tibi desiderata & grata.
Inuenient, Græc. inuenies.
17. *Destituta*, i. desertæ.
Lacum, pro, lacu, i. lacubus, Græc. nauibus.
Operantur, i. se exercent, seu negotiantur.
18. *Locum*, Græc. fumum.
19. *Flentes & lugentes*, i. vehementer flentes.
Pretiis, i. pretiositate.
20. *Iudicauit*, &c. q. d. vltus est vobis factas iniurias.
Iudicium, i. causam.
21. *Mittetur*, s. in infernum.
22. *Molæ*, i. molam versantium.
23. *Veneficiis*, i. peccandi illecebris.
24. *Prophetarum*, s. interfectorum.
Omnium. Hinc apparet per Babylonem mundum significatum.

CAPVT XIX.

1. *Salus*, i. prosperitas, s. tribuatur à celebrantibus.
2. *In prostitutione*, i. fornicatione.
3. *Ascendit*, præsens est.
4. *Amen*, q. d. certe ita est.
6. *Regnauit*, pro, regnat.
7. *Nuptiæ*, i. tempus nuptiarum.
8. *Enim*, pro, autem.
Iustificationis, i. opera iusta, & virtutes.
9. *Vocati*, s. vocatione electorum.
10. *Ne feceris*. Modestiæ exemplum dat, vt Petrus Act. 10. non vt illicitum prohibet. Itaque inf. c. 22. voluit iterum adorare Ioannes Angelum.
Testimonium, i. confessionem.
Enim, pro, autem.
Spiritus, &c. q. d. id quod Prophetæ prædixerunt.
12. *Diademata multa*, s. potestas in omnia regna.
Nomen, s. Dei, seu verbi Dei, vide inf. *Nouit*, s. se solus ipse comprehendit.
15. *Gladius*, s. Imperium.
Virga ferrea, vide supra c. 2.
Calcat, &c. q. d. punit damnatos. Id videtur significatum veste aspersa sanguine.
20. *Fecit*, pro fecerat.
Viui. Intellige tamen mortuos antequam ad infernum peruenirent. vide Num. 16.
Stagnum, s. infernum.
Ardentis sulphure, Græ. ardens sulphure.
21. *In gladio*, i. imperio, seu iussu.

CAPVT XX.

1. *Abyssi*, i. inferni.
2. *Antiquum*, s. principem dæmonum, qui olim Euam seduxit, & Christum tentauit, de quo & scriptum: Qui paratus est diabolo, &c. Et princeps huius mundi eiicietur foras. *Mille*, i. reliquos sæculi, Aug.
3. *Abyssum*, i. infernum.
Signauit, i. velut sigillo obsignauit, ne porta aperiretur.
Super illum, s. diabolum.
Solui, i. permitti tentando facere quantum potest, August. 20. de Ciu.
Tempore, sc. Antichristi.
4. *Iudicium*, scil. illud, de quo: Quæcunque solueritis super terram, &c. August. Alij vero iudicium illud intelligunt, quo iudicaturi sunt Sancti cum Christo, in die Iudicij. *Et animas*, pro, nempe animabus.
Vixerunt, sc. vita beata.
Mille annis, i. vsque ad diem Iudicij.
5. *Mortuorum*, s. in peccato.
Vixerunt, s. vita illa beata hic terminatur parenthesis. *Donec*, iunge cum, mille annis. *Prima*, s. per animæ beatitudinem, secunda erit, etiam corpore beatifico.
6. *Secunda*, s. per supplicium æternum animæ & corporis, nam prima per animæ solius.
Mille, i. vsque ad finem sæculi, seu tempus Antichristi.
8. *Super quatuor*, &c. q. d. ad Orientem, Occidentem, Septentrionem & Meridiem.
Gog & Magog, Accusatiui sunt, q. d. nempe Gog & Magog. Vide Ezech. 38.
9. *Ciuitatem*, s. Ecclesiam.
11. *Fugit*, s. à statu suo, per renouationem.
12. *Libri*, sc. conscientiarum. *Vita*, i. præceptorum Dei vitam dantium, vel prædestinationis, vide inf.
13. *Mare*, i. mundus, vel mare ipsum. *Mortuos*, i. mortales, vel corpora mortuorum.
14. *Infernus & mors*, i. inferno, & morte æterna digni.

CAPVT XXI.

1. *Abiit*, sc. in meliorem formam.
Non est, sc vt prius, quia renouatum.
2. *De cœlo*, sc. cœlestis est gratia, per quam facta est, Aug. 20. Diuit præsentem Ecclesiam intelligit, alij cœlestem, quam dicunt descendere innotescendo.
A Deo, iunge cum descendentem, vide sup. c. 3.
Viro, iunge cum, paratam, vel q. d. causa viri sui.
3. *Throno*, Græc. cœlo.
Tabernaculum, q. d. habitaculum, cuius olim tabernaculum figura.
4. *Clamor*, s. oppressorum, vel afflictorum.
5. *Fidelissima*, Græc. fidelia.
6. *Factum est*, s. Iudicium, vel quicquid prædictum erat de Ecclesiæ statu.
Gratis. Id dicitur, quia gratia vnde merita, gratis datur.
8. *Timidis*, s. timore mundano, & seruili, vel qui timore peccant.
Mendacibus, s. perniciose.
10. *Descendentem*, i. quæ descenderat.
11. *Sicut crystallum*, Græc. crystallizanti, i. fulgenti in modum crystalli.
14. *Fundamenta*, i. lapides pretiosos in fundamentis, vt inf. explicatur.
16. *De arundine*, pro, cum arundine.
Duodecim millia, sc. in vnoquoque latere tria millia.
Eius, s. vrbis, nempe domorum altitudo trium millium stadiorum.
17. *Mensura*, s. beatitudinis, vel q. d. vsus est Angelus mensura, qua solent homines.
18. *Vitro*, s. perspicuitate.
19. *Calcedonius*. Quidam legendum putant Carchedonius.
21. *Et singula*, explicatio est præcedentium.
22. *In ea*, s. ciuitate cœlesti, Aug.
23. *Illuminauit*, pro, illuminat.
24. *Gentes*, s. saluatæ.
Eius, sc. ciuitatis.
Afferent, q. d. illic reponent, sc. illam putabunt veram hominis gloriam, & honorem.
26. *Gentium*, i. hominum saluatorum, q. d. illicerunt vere gloriosi, & beati.

CAPVT

CAPVT XXII.

2. PEr *singulos*, explicatio præcedentis, sc. non duodecim fructus diuersos, sed duodecies fructum.

Folia, s. verba cœlestia, seu Christi.

3. *Omne maledictum*, &c. q.d. nihil dignum maledictione. *Amplius*, Græc. illic.

4. *In frontibus*, vide sup. c. 14.

5. *Vltra*, Græc. illic. *Illuminabit*, Græc. illuminat.

6. *Fidelissima*, Græc. fidelia.

7. *Ecce*, verba Christi.

9. *Ne feceris*, vide sup. cap. 19.

10. *Signaueris*, i. consignaueris, q.d. ne texeris, sed prode.

11. *Iustificetur*, Græc. iustitiam faciat.

13. *Primus & nouissimus*, i. principium & finis, vt supra dixit.

14. *Qui lauant stolas suas in sanguine Agni*, Gr. facientes mandata eius.

Potestas, &c. q.d. vt fruantur arbore vitæ, scil. Deo.

15. *Canes*, s. immundi, & impudentes.

Mendacium, i. iniquitatem. vide Ose. 7. 10. & Rom. 3.

16. *Radix*, i. ex stirpe, vt statim explicat.

17. *Spiritus*, s. sanctorum, vel Spiritus S. qui facit sanctos id dicere. *Sponsa*, i. Ecclesia.

Gratis, vide c. 21.

10. *Enim*, pro, autem, Græ. ergo, s. Ioannes.

20. *Etiam*, i. certe, verba Christi. Quidam tamen Ioannis dicunt.

Amen, i. ita fit, optantis verbum.

21. *Vobis*, Græc. sanctis.

LIBER III.

Apocryphus.

Citatur tamen à Sanctis Patribus. Vide Amb. cap. 1. de Elia, & Ieiun. Et ep. 7. Athan. in Synopsi. Cypr. Ep. ad Pompeium. Aug. 18. de Ciu. cap. 36. Chrysost. Hom. 1. in Matth.

CAPVT I.

1. FECIT *Pascha*, i. Paschæ festum celebrauit. *Phase*, i. agnum Paschalem.

3. *Seruis*, i. ministris. *In positione*, i. ad collationem.

4. *Illius*, s. Dei.

Ex parte, i. pro parte sua quisque. *Vestras*, alij nostras.

5. *Scripturam*, i. præscriptum.

Magnificentiam, i. magnificam descriptionem. *Particulam*, i. rationem.

8. *Regalibus*, i. fisco regio.

In Phase, s. dederunt.

10. *Azyma*, i. panes azymos.

Per tribus, s. diuisi.

12. *Æmulis*, alij ahenis. *Beneuolentia*, s. Dei, q.d. quod Deo gratum fuit.

15. *A Rege*, s. designatus.

16. *Prauaricaretur*, i. desereret.

18. *Hostias*, s. alias præter ordinarium sacrificium, &c.

24. *Circa illum*, s. Iosiam contigerunt. *De eis*, pro, vbi etiam de eis.

25. *Ab itinere super*, pro, quæ est super.

26. *Quid mihi & tibi*, i. quid tibi rei mecum est?

33. *Et quæ non*, s. gesta.

34. *Triginta trium*, alij, viginti trium, vt est 4. Reg. 23.

38. *Alleganit*, i. in carcerem coniecit. *Magistratus*, accusatiuus est. *Suum*, i. ipsius Ioacim.

Reduxit, s. Pharao.

50 *Reuocare*, s. à peccatis. *Propter*, pro, propterea.

51. *In Angelis suis*, i. eius legatos.

57 *Repletione*, i. impletione.

58. *Benigne ageret*, &c. i. quiesceret.

In applicatione, i. vsque ad exactionem. *Septuaginta septem*, alij, septuaginta.

CAPVT II.

1. IN *consummatione*, i. ad impletionem.

8. *Pagorum*, alij familiarum.

Et Iudaa ex tribu Beniamin, pro, ex tribu Iuda & Beniamin.

9 *Eius*, i. ad eius ædificationem.

Sensus, i. animus.

13. *Libatoria*, s. crateres ad libamina.

Athisca, alij, pelues.

14. *Quinque millia octingenta sexaginta*. Alii, quatuor millia, quadringenta, sexaginta nouem.

17. *Accidentibus*, s. rebus, i. à commentariis. sic & inf.

18. *Refugam*, alii, perfidam. *Furnos*, alii, fora.

22. *Admonitionibus*, i. monumentis. *Refuga*, i. perfida, seu rebellatrix,

30 *Iungentes*. s. se, q.d. simul, seu, profecti, vel inde mouentes. Id enim potius significat Græca vox ἀναζεύξαντες. Itaque cap. 7. eandem vocem vertit promouentes.

CAPVT III.

1. VErnaculis, pro, popularibus,

21. *Honesta*, i. plena diuitiis.

Meminit, i. curat. *Per talenta*, i. grandiloqua, vel iactando diuitias.

24. *Num*, pro, nonne. *Facere*, sc. vt ebrius, quanquam legendum videtur quod sic cogit facere, i. talia patrare.

CAPVT IV.

1. NVm, pro, nonne.

4. *Bellatores*, pro, bellum, vel bellatorum munera, vel hostes.

11. *Ire singuli*, pro, quisque discedere, s. eius iniussu.

12. *Diffamatur*, i. prædicatur.

17. *Faciunt*, i. conciliant.

19. *Allicinut*,

19. *Alliciunt*, pro, cupiunt.
21. *Remittit animam*, i. vitam recreat.
22. *Doletis*, i. labores subitis. s. earum causa.
32. *Magna est terra*, &c. abundat id hoc loco. nam inf. suo loco ponitur.
Quis ista agit? s. nisi mulieres? Alij. quæ ista agunt?
39. *Benignantur*, pro, beneficantur.
46. *Hoc est maiestas quod*, pro, hæc est magnificentia quam.
49. *Pro libertate*, i. litteras immunitatis à tributis.
Ad ianuas, s. causa exigendi vectigal.
51. *Dare*, pro, dari.
52. *Sacrarium*, i. altare.
Vstulare, i. cremare.
Alia talenta, s. ad holocautomata.
53. *Præcedunt*, s. in via, q. d. qui cæteris præeunt.
54. *Quantitatem*, i. sumptum.
55. *Præcepta*, i. quæ præceperat dari.
56. *Sortes*, i. pensiones
57. *A babylonia*, s. mittenda Hierosolima.
Dixit, s. vt fieret.

CAPVT V.

1. *Pagorum*, alij, familiarum, sic & inf.
3. *Eos*, s. equites.
4. *In tribus*, i. in vnaquaque tribu.
Et in partem principatus, i. per cuiusque principatum.
6. *Qui*, s. Zorobabel.
7. *Reuersus est*, s. populus. seu quisque.
9. *A gentibus*, pro, gentilium.
32. *Padon Salomon*, i. seruorum Salomonis.
33. *Filij eius*, abundat id.
39. *Padatura*, i. catalogo filiorum.
40. *Et Asthara*s, pro, qui & Astharas.
43. *Subiugalia*, i asini.
44. *Pagos*, alij familias.
45. *Dari*, s. vouerunt.
46. *Exierant*, s. ex Babylonia.
Regione, s. reliqua.
47. *Rebus*, i. possessionibus.
Atrium, s. populi.
Ianuam, s. atrij Sacerdotum.
50. *Nationib.* s. proselyti.
Sacrarium, i. aram. *Terra*, s. Iudææ.
72. *Opus ædificationis &*, pro, contra opus ædificationis.

CAPVT VI.

3. *Subregulus*, i. præfectus.
9. *Materiis*, i. tignis.
23. *Media*, pro, Media.
25. *Decem*. Alij sexaginta.
Quadratum, &c. alij, cum domiciliis tribus è lapide polito.
Tribus, i. trium ordinum.
Meniano, alij domicilio. Menianum quidem ædificium dicitur quod exterius porrigitur, sc. extensis tignis vltra columnas auctor enim, seu inuentor Menius.
29. *Vexatione*, pro, exactione.
31. *Pueris*, i. filiis.

CAPVT VII.

2. *Principibus Syriæ*, Græc. sacrorum præfectis, seu, vt quidam vertunt, templi ædilibus.
6. *Appositi*, i. additi. seu adiuncti.
9. *Per tribus*, alij, iuxta tribus.
11. *Non sunt*, alij sunt. *Quia*, pro sed.
13. *Execrationibus gentium*, s. alieni, q. d. qui non se polluerant gentium ritibus.

CAPVT VIII.

3. *Docere & facere*, i. ad docendum, & faciendum. alij, discere & facere.
11. *In beneficiis*, i. benefacere.
13. *Secundum*, pro, apud.
27. *Abductione*, s. in carcerem.
31. *Patrias*, i. familias.
Portionales, i cuiusque.
51. *Voui*, alij, induxi.
60. *Explebis* pro, plebis. *Pastophorio*, i. exedra.
64. *Et Banni filius*, *Leuitæ*, pro, Banni filius Leuitæ.
69. *Segregauerunt*, i. abstinuerunt.
70. *Et alienigena*, &c. pro, ab alienigenarum, & nationum immunditiis.
71. *Regni*, alij, rei, q. d. ex quo id fieri cœptum est,
79. *Et relinque*, pro, relinqui.
In locum, pro, in loco.
80. *Detegere*, i. proferre. *Dare*, pro, dari.
94. *A Domino*, i. coram Domino, vel ex parte Domini, s. acceptum.

CAPVT IX.

8. *Confessionem &*, Alij, confessione.
11. *Insubsidiati*, i. sub dio.
13. *Negotij huius*, pro, super hoc negotio.
14. *Secundum hæc*, i. id munus.
16. *Secundum nomina*, i. nominatim.
26. *Israel*, i. populo.
37. *Vna*, pro, illa.
42. *Tribunal*. i. suggestum.
43. *Ad eum*, i. apud.
46. *Absoluisset*, i. explicaret, vsque dum absolueret.
49. *Multitudine*, i. populo. *Et praeferebant*, &c. pro, & declarabant singulis, vt intelligerent quæ lecta fuerant.
53. *Clarificabit*, id est claros faciet, alij illustrabit.

LIBER IV.

Apocryphus.

Quamquam citatur interdum à sanctis Patribus. Vide Ambr. lib. de Bono mor. c. 20.

CAPVT I.

1. FILIIS *filiorum*, i. nepotibus.
8. *Proiice*, &c. q. d. prænuncia multa illis mala euentura.
10. *Pueris*, i. seruis.
11. *In oriente*, pro in orientem.
13. *Plateas minutas*, i. viam tuam.
15. *In signo*, s. meæ bonitatis, vel potentiæ.
16. *In nomine meo*, i. me confitentes, seu in me confidentes.
20. *Foliis*, apparet fuisse vsos in deserto.
22. *Amorrhæos*, pro, Mara, i. amaro.
27. *Non quasi*, pro, quamquam non.
36. *Memorabuntur*, &c. q. d. pœnitebat eos peccatorum suorum.
37. *Testor*, i. annuntio, seu prædico.

CAPVT II.

9. PIceis, i. bituminis, quod pici simile est.
11. *Sumam mihi*, &c. q. d. glorificabor in eis.
12. *In odore vnguenti*, i. redolens vnguentum.
13. *Dies paucos vt immorentur*, i. vt dies, qui in mora sunt, pauci fiant, q. d. ne diu tantum bonum differatur.
25. *Columba*, pro, columna.
26. *Tuo*, alij, tuorum.
41. *Imperium Domini*, pro omnipotentem Dominum.
43. *Magis exaltabatur*, i. erat cæteris excelsior.

CAPVT III.

3. VEntilatus, i. agitatus.
4. *Dixisti*, s. vt fieret mundus, vel præcepisti Adamo, s. quid facere deberet.
5. *Mortuum*, i. nondum animatum.
6. *Aduentaret*, s. culta vel habitata.
7. *Instituisti*, pro induxisti.
18. *Terram*, pro, te in terra, q. d. demonstrasti te super terram, dando legem.
18. *Portas*, pro, velut per portas. *Spiritus*, i. venti.
22. *Et lex*, i. velut lex quædam.
24. *Nominis tui*, i. vbi inuocaretur nomen tuum.
25. *Dereliquerunt*, Complut. deliquerunt.
28. *Dominabitur*, s. Babylon.
30. *Significasti*, s. causam.
31. *Memini*, pro, venit in mentem. *Derelinqui*, s. declarata ratio huius rei.
36. *Per nomina*, i. nominatim, s. recensendo iustos in a gente.

CAPVT IV.

6. VT *me interroges*, quod me interrogas.
7. *Vena*, sc. aquarum. *Firmamentum*, i. cœlum, s. aerem, vnde pluuia. *Exitus*, i. termini.
11. *In facie*, i. in conspectu.
De quare, i. quam ob rem.
13. *Dispositionis*, i. ritus.
Nusquam sunt, q. d. non obseruantur.
24. *Vt locustæ*, s. huc illuc volantes, sic in sæculo versamur.
29. *Inuersum*, i. euersum.
Discesserit, s. abolitione.
30. *Gramen*, alij, granum.
31. *Quomodo*, alij, quo. *Mali*, i. miseri.
34. *Altissimum*, q. d. intelligere plus quam Deus vult de rebus suis.
35. *Promptuariis*, i. penetralibus, s. cordium.
36. *Ponderauit*, s. Deus.
37. *Excitauit*, s. aliud noui.
41. *Effugere*, s. pariendo.
47. *Super*, i. ad. *Similitudinis*, i. per similitudinem.
48. *Superauit*, i. superfuit, seu subsecutus est, sic inf.

CAPVT V.

1. SIgnis, i. prædictionibus. *Censu*, i. diuitiis, q. d. fallentur ob diuitias.
3. *Imposito vestigio*, s. hominum, q. d. habitatam.
8. *Chaos*, scil. dehiscente terra. *Remittetur*, pro, emittetur.
9. *Semetipsos*, pro, se inuicem. *Promptuarium*, q. d. in loca abdita.
12. *Dirigentur*, i. prosperabuntur.
26. *Plasmatis*, i. formatis.
41. *Qui in finem*, i. vltimis, q. d. tibi etiam vltima propinquissima sunt, & præsentissima.
42. *Corona*, i. circulo. *Velocitas*, q. d. suo ordine cuncta procedunt, suoque tempore fiunt quæque.
43. *Nec*, pro nonne. *In vnum*, i. simul.
44. *Super creatorem*, i. plus quam creator vult.
45. *Sustinebat*, i. consistebat s. tota simul in mundo, cum primum crearetur. *Creatura*, i. mundus.
50. *Iuuenis est*, pro, iuuenem esse.
55. *Visites*, i. administres.

CAPVT VI.

1. EXitus, i. termini. *Conuentiones*, i. concursus.
3. *Mota*, pro, mobiles.
4. *Firmamentum*, i. cœlorum.
5. *Abalienarentur*, s. à Deo.
6. *Facta*, i. disposita, s. sæcula.
12. *Signorum*, i. prædictionum.
16. *Tremiscit*, pro, ideo tremiscit.
19. *Suppleta*, pro, impleta.
31. *Quam audiui*, pro, qua audiuero.
34. *Cum prioribus*, pro, de prioribus. *A nouissimis*, pro de nouissimis, s. esse solicitus.
35. *Suppleam*, pro, complerem.
39. *Circumferebantur*, pro, circumfusæ erant.
41. *Spiritum*, i. vim.
58. *Vnigenitum*, pro, & vnigenitum.
Æmulatorem, i. imitatorem.
59. *Cum sæculo*, pro, in sæculo.

CAPVT

CAPVT VII.

4. Erit,pro,est. *Esset*,pro,sit.
5. *Volens volueris*,pro,cum voluerit.
14. *Ingressi*,q.d transilierint.
21. *Venerunt*,s.in mundum.
23. *Circumuentiones*, i. fallacias,seu errores. *Superdixerunt*,pro,dixerunt super.
24. *Sponsiones eius*,i.quod ei promiserant,vel ipse eis promiserat. *Legitimis*,i. præceptis. *Fidem*,i.fidelitatem, q.d.fuerunt perfidi.
25. *Vacua*, s.omni bono loca. *Vacuis*,s.bono, q. d.impiis, & sceleratis conueniunt, seu debentur. *Plena*, s.bonis loca. *Plenis*, sc.operibus bonis q.d. iustis debentur,seu conueniunt.
29. *Subducitur terra*, pro,sub terra latet.
28. *In annis*,i.intra annos,seu post annos.
30. *Septem*, i. multis. *Iudiciis*,i.moribus, seu statu,s.cum nemo esset *Derelinquetur*, s.viuus.
32. *Qui*,pro, quæ,seu eos,qui.
33. *Pertransibunt*, i.præteribunt. *Miseriæ*,s.bonorum.
34. *Iudicium*,i.iustitia.
38. *Confractione*, i. clade. *Sanctificationem*,i.templum.
52. *Tarde*,i.cum patientia,& longanimitate.
57. *Cogitamentum*,i.ratio.
61. *Non esset*,s.si bene agerent.
62. *In seculo*, pro, in seculum,sc. infantibus in vtero matrum. *Conuersionem*, pro,conuersationem.
64. *Operibus*,i.creaturis.
66. *Magis*, pro,plurimum.
68. *Decies millesima*,pro,ex mille decem.
69. *Contentionum*, i.delictorum,seu criminum.

CAPVT VIII.

2. Interrogabis, pro,si interroges. *Magis*,pro valde. *Absorbe*,&c.q.d. hauri cognitionem, & vota sapientiam.
5. *Conuenisti*,&c.q.d.pactus es audire,& vis agere Prophetam. *Volens*,alij,voles. *Viuere*,i.quanta est vita.
6. *Portabit*,i.sustinebit,q d quis ferre possit vitam?
8. *Igne*,*& aqua*, i.calido, & humido. *Tua creatio*,sc.fœtus. *Plasmatio*,s.vterus.
10. *Mamillarum*,i.matris,q d.paruulo.
11. *Tue*, pro,tua.
12. *Enutristi*, pro.soles enutrire.
15. *Tu magis scis*,q.d.tu videris.
18. *Celeritatem*,q.d.celeriter venturum.
20. *Seculum*,i.æternitatem. *Aëre*,pro,aërea.
22. *Seruatio conuertitur*,pro,custodia versatur,q. d.vtuntur maxime igne, & vento. *Perseuerantia*,i. constantia.
23. *Veritas testificatur*, s.ita esse,vt dico.
35. *Confitentibus*, s.te.
36. *Iustitia*, i. misericordia.
38. *Cogitabo*,s.punitionem. *Perditionem*, i.interitum.
39. *Figmentum*, i. studia. *Memorabor*, i.recordabor.
44. *Imago*, i.exemplar.
49. *Iudicasti te*,s.talem esse.
51. *De similibus tuis*, pro,similium tui.
52. *Probata*, i.approbata,seu explorata.
53. *Signata*, i notata, s.& reiecta. *Oblitione*, s.futura.
59. *Voluit*, s. Deus.
60. *Coinquinauerunt*,i.profanarunt.

CAPVT IX.

8. Sanctificaui,i.sanctitate separaui.
9 *Miserebuntur*,pro,miseri erunt.
17. *Creatio*,i.opus. *Tempus*,s.tale,seu simile. *Erat*, pro,est.
19. *Quisque*, s. nondum erat,vel mihi parebat. *Creator*, s.esse agnoscor. Alij,creatur.vel creatorum. *Inuestigabilis*,i.inexplicabili,s.malitiæ.
22. *Sine causa*,i frustra.
23. *Intromittas*,alij, intermittas,q.d.quiescas.
32. *Parens*, i.apparens. *Tuus erat*,q.d.nisi tu faceres, non poterat apparere, illi vero ne faceres, impediebant.
37. *Labore*,lege robore.
45. *Fortem*,i.Deum.

CAPVT X.

2. Lumina, i. lucernas, s. vt fit in luctu, obscuro enim loco lugeri solet. *Quieui*, pro,acquieui.
3. *Quieuissent*,&c.q.d.finem fecissent me consolandi.
13. *Viam*,i.morem. *Euenit*, i.solet.
14. *Fecit*,i.coluit.
16. *Terminum*, i.definitionem.
21. *Sanctificatio*,i.templum,seu sanctuarium.
23. *Signaculum*, q.d.insignis. *Resignata*,i.exuta,seu spoliata.
24. *Fortis*, i. Deus.
28. *In multitudine*, i.plurimum.
34. *Frustra*,i.sine causa.
41. *Absolutio*, i.interpretatio.
44. *Et quoniam dixi tibi*. Hæc ponuntur postea suo loco,hîc abundant.
45. *Dixit*, s.quod proxime sequitur. *Propter quod*,pro, propterea quod. *Oblatio*,s.sacrificij.
59. *Supremorum*, i.vltimorum. *A nouissimis*,pro, in nouissimis.

CAPVT XI.

2. Et colligebantur,pro,collecti.
3. *Contrariæ*,pro,aliæ.
4. *Dimidium*, i.quod inter alia medium erat.
24. *Sex*, pro,de sex.
29. *Duorum capitum*, pro, duobus reliquis capitibus.
30. *Completa secum*,i. coniuncta cum illo.
31. *Qui*, alij,quæ.
34. *Superauerunt*,pro,superfuerunt.
39. *Superasti*,pro,superfuisti. *Per eos*,pro,per ea.

CAPVT XII.

2. Superauerat,,pro,superfuerat.
5. *Quam*, pro,quo.
13. *Timor*,pro,terror.
21. *In tempore*,pro,ad tempus. *Eius*,s.suum cuiusque.
28. *Qui cum eo*, i.alterum.
34. *Cum miseria*, i. per ærumnas. *Super fines*,pro,in fines.
48. *Sanctificationis*,i.templi,vel religionis.
51. *Mandauit*, s. Angelus.

CAPVT XIII.

1. Homo, s. factus.
4. *Quiescit*,i.disperit.
6. *Sculpserat*, i.exciderat.



PHRASES SCRIPTVRÆ ORDINE ALPHABETICO.

Vbi numerus prior caput indicat, secundus versum. In quibus autem tantum est vnum caput, soli versus indicantur.

A

A VEL ab, pro, in Psal. 67.30. Eccl. 23.10. Ier. 10.14. & 49.5

A, pro, contra, Psal. 139.9

A, pro, ad, Ezech. 30.6

A, pro, ob, Eccl. 42.11. Isa. 15.5. & 16.11. Osee 4.19. Matt. 18.7

A, vel ab, pro, propter, Psalm. 43.7. & 54.4. & 87.19. & 106. 34.39. Eccl. 20.24. Isa. 1.29. Ierem. 22.22. Thren. 4.9. Ose. 7.16

A, vel ab, pro, præ, seu plusquam, 4. Esd. 16.12. Psal. 6.8. & 37. 9. & 72. 25. & 92.4. & 108.24. Eccl. 25.39. Ierem. 47.3. & 50.13. Ezech. 16.52. Mich. 2.12. Luca 18.14. Hebr. 2.7

A, pro, quam. 2. Cor. 11.5. & 12.11

A, pro, de, Ier. 19.1

A diebus in dies, i. quotannis, Exod. 13.10

A Domino, i. iussu Domini, Num. 11.13

A facie, pro, coram, Gen. 6.13. Ios. 10.10. 2. Regum 7.23. Psal 9.4. & 60.4. & 95.13. Threnor. 2.3. Abac. 2.19. 2. Thess. 1.9

A facie, pro, à præsentia, Psal. 50.13. & 67.3. & 96.4. & 113.7

A facie, pro, causa, seu propter, Gen. 6.13. & 16.8. 1. Regum 8.18. Psal. 37.4 6. & 101.11. Isa. 2.10. & 7.16. & 37.6. Iere. 13.17. & 23.9. & 48.44. Thren. 5.9.10. Ose. 10.15, Apoc. 12.14

A facie, i. vi, Ier. 32.24

A facie alicuius, i. ab aliquo, 1. Mach. 5.21

A generatione in generationem, i. perpetuo, Ps. 76. & 89.1. Dan. 3.100

A principio, i. prius, Ier. 30.20. & 33.7.11

A voce, i. propter, Isa. 24.18

Ad, pro, apud, Bar. 4.27

Ab anno in annum, i. singulis annis, Zach. 14.16. 1. Machab. 4.59

Ab, pro, de, Heb. 6.1

Abbreuiatum, pro, definitum, Dan. 9.24

Abominationes pro, dijs gentium, Exod. 8.26, Ezech. 7.20

Abuti, pro, vti, 1. Cor. 9.18

Abyssus, i. mare, seu aquæ copia, Gen. 1.2. & 7.11. & 49.25. Deut. 33.13. Iob 38.30. Psal. 32.7. & 77.15. Prou. 8.27. Eccl. 16.17. & 43.25

Abyssus, i. profunditas, Psal. 35.7. Eccl. 48.18

Abstractum, pro concreto, seu, substantiuum pro adiectiuo, Eccl. 44.17. Psal. 106.42. 1. Mach. 9.70. & 14. 7. Ioan. 17.17. Actor. 11.2. Rom. 2.26. & 1. 7.2. Corinth. 5.21. & 7.14. Galat. 2.9. Ephes. 1.19. & 2.11. & 4.8. & 6.12. Philip. 3.3. 2. Thess. 2.3. Tit. 1.10. 1. Pet. 2.17. 2. Pet. 2.10, 13. 1. Ioan. 2.2. & 4.10. Iud. 8.12

Accinctus, i. expeditus, vel fortis. Nu. 32.17. Hab. 3.16

Accingere lumbos, i. se parare ad iter, 4. Reg. 9.1

Ad, pro, ab, Eccl. 45.15. Mich. 5.2

Ad, pro, de, Iob 34.31. Ier. 22.11. & 27.19. Luc. 19.9. Rom. 10.21

Ad, pro, ob, Mar. 10.5. Matt. 19.8

Ad, pro, contra, 1. Reg. 7.7. Eccl. 13.8. Isa. 32,6. Ier. 51.25. 1. Mach. 3.35. Luc. 14.31. & 30.19

Ad, pro, coram, Act. 24.16

Ad, pro, per, Heb. 6.5. Iac. 4.5

Ad, pro, super, 1. Par. 11.10

Ad, pro, a, Ezech. 29.10

Ad subintelligitur, 1. Reg. 14.18

Adam, pro, homine, Gen. 5.2. Deut. 3.8

Ad dexteram, vel sinistram, pro, aberrare à recto, seu vero, 2. Reg. 14.19

Adulterum, pro, adulterinum, Heb. 12.8

Ad horam, i. ad breue tempus, 2. Cor. 7.8. Gal. 2.5. 1. Thess. 2.17. Phil. 15

Ad imaginem & similitudinem, i. valde simile, Gen. 1.26

Ad quem, pro, de quo, Heb. 4.13

Ad cor, i. verbis lenibus, seu consolatoriis, 2. Par. 30.22. & 32.6. Isa. 40.2. Ose. 2.14

Adhuc, pro, nunc, Rom. 8.22

Admirari significatione passiua, Eccl. 24.3

Adeps, pro, opulentia, Psal. 16.10. & 72.7

Adorare, pro, reuereri se incuruando, Gen. 18.2. & 23.7. & alibi sæpe.

Adiurare, pro, facere iurare, Gen 24.3. & 50.5.25. 1. Regum 14.24

Adinuentiones, i. consilia vel studia seu opera Psal. 75. 13. & 80. 13. & 105.29. 39. Isa. 12.3. Ierem. 17. 10. & 32. 19. Ose. 7.2. & 9.15. Mich. 3.4. Soph. 3.11

Æuum, i. æternitas, Eccl. 1.4

Æuum, i. tempus, Eccl. 42.19. & 43.7

Ædificare, vide Domum ædificare.

Æternum, pro eo, quod fuit à mundi initio, Deuter 33.15

Æternum, pro, tempore longissimo, Psal. 47.12. Prou. 29.14. Dan. 3.9. Soph. 2.9

Æmulatio, i. indignatio, Psal. 77.58. Heb. 10.27

Æmulatio, i. Zelus, seu studium, Ios. 24.19. Rom. 10 2. 2. Cor. 7.7 Gal. 1.14. & 5.20. Phil. 3.6

Æmulatio, i. inuidia, 2. Cor. 12.20

Æmulari, i. inuidere, 1. Cor. 13.4

Æmulari, i. imitari, vel sectari, 4. Esd. 6.58. Prou. 3. 31. & 24. 1.19. Rom. 11.11.14. 1. Cor. 12.31. & 14.1.12. Gal. 4.17.18. 1. Pet. 3,13. Apoc. 3.19

Æmulari, i. Zelo prosequi, 2. Cor. 11.2. Gal. 4.17

Æmulari, i. prouocare ad indignationem, 1. Cor. 10.22.

Æquitas, i. rectitudo, Deuter. 9.5. vel alibi sæpe.

Affligere animam, pro, ieiunare, Leu. 16.29. & 23. 27. Num. 29.7

Aggrauari, i. præualere, Iud. 1.35

Alioqui, subintelligitur, 1. Mach. 3.9

Amplius, pro, valde, seu plurimum, Deut. 6.3. Psalm. 50.4. & 61.3

*Bestiæ, pro, feris,Gen.*1.24.*&* 3.14
Blasphemare, i. probris afficere, 2.*Reg.*21.21.1.*Par.* 20.7. *Ezech.*5.15
Bonitas, i. beneficentia, 2.*Esd.*9.25
*Bonum, pro, iucundo, seu læto, vel utili, Genes.*1.4. *Psal.*51.11.*&* 53.8.*Ier.*42.6.*Zach.*1.13.*Eccl.*35. 16.12.*Phil.*2.19
*Bonum, i. conueniens,Gen.*2.18
*Bonum, i. felix, Psal.*33.13. 2.*Mach.*1.1
*Brachia, pro viribus, Deut.*33.27.1.*Reg.*2.31.*Ps.*9. 36.*&* 70.18.*&* 76.16.*Isa.*33.1.*&* 48.14.*&* 55.5. *Ezech.*22.6. *&* 30.21. *Daniel.*11.22. *Ose.*7.15. *Zach.*11.17. *Luc.*1.51. *Ioan.*12.37. *Act.*13.17

C

*Cadere, pro, gratum esse, seu acceptabile,Ier.*42.2
*Calix, i. punitio, Psal.*10.6. *Ezech.*25.31
*Calix, i. passio,Matth.*10.22
*Calix, pro, re fruenda, Psal.*15.5
*Caput, i. princeps, Psal.*109.6
*Caput, pro, persona, Gen.*40.19
*Cœlum,cœli, i. supremum cœlum,Ps.*113.16.*&* 148.4
*Cœlum,i.aer,*4.*Reg.*2.11.2.*Par.*7.13.*Iob* 2.12.*Ps.*77. 24. *&* 104.40. *Isa.*55.10. *Ier.*8.7.1.*Mach.*2.58
Cœlum,i.cœli incola, 1.*Par.*16 31 *Iob* 20.25.*Ps.*49.4. 6.*&* 68.35.*&* 88.6. *&* 96.6. *Ioel.*3.16
*Cœlum & terra , pro cœlestibus & terrestribus, Deut.*4.26
*Cœlum,pro,Deo,*1.*Mach.*4.10.*&* 9.47.2.*Mach.*7.11. *Luc.*15.18
*Canticum , seu psalmus, pro, illusione, Thr.*3.14.63
*Caro,pro,consanguineo,Gen.*29.14.*Leu.*18.12.13.17. *Rom.*11.14
Caro, i. corpus, 1.*Cor.*15.39. 2.*Cor.*7.5.*Ephes.*5.29. *Hebr.*9.12.*Iud.*8
*Caro, i. carnalis , Gen.*6.3
*Caro, pro,animante, Psal.*135.25.*Eccl.*13.20.*&* 17. 4.*&* 18.12. *&* 40.8
*Caro. pro, homine, Gen.*6.12.*Deut.*5.25.*Iudith* 7.16. *Psal.*55.5. *&* 64.3. *&* 144.21.*Prou.*4.20.*Eccl.*1. 10.*&* 33.21. *&* 39.24. *&* 41.5.*&* 44.17.*&* 45.5. *Isa.*40 5.*&* 49.26.*&* 66.16.24.*Ier.*25.31.*Dan.*4. 9 *Ioel.*2.28. *Matth.*24. 24. *Luc.*3.6. *Ioan.*1.14. *&* 17.2.*Act.*2.17.*Rom.*5.20.1.*Cor.*1.29.*Gal.*2.16. *&* 6. 2
Caro, & sanguis, i. corruptio carnis & sanguinis , seu hominis, 1 *Cor.*15.50
*Caro,& sanguis,i.homo,Eccl.*14.19.*&* 17.30.*Matth.* 16.17.*Gal.*1.16. *Eph.*6.12
*Casus,pro casu,Gen.*42.25.*Iof.*22.10.*Iob* 30.18.*Ps.*3. 9 *&* 34.10 14. *&* 35.1. *&* 39.1.*&* 40.1.*&* 64.14. *&* 71.15. *&* 85.1. *&* 96.1. *Eccl.*43.23. *&* 45.2. *Isa.*5.17.*&* 17.6.*&* 61.2.*Ier.*15.3.*&* 23.5.*&* 31. 23.*&* 50.25.*&* 51.16. *Ezech.*20.37. *&* 27.26.*&* 40.5.*Baruch* 4.22.*Ose.*7.5.*&* 12.19.1.*Mach.*1.56. *&* 4.7. *&* 10.43.*&* 11.19.2.*Mach.*1.2.*Matt.*17. 12. *&* 23.34. *Marc.*12.31. *&* 13.9.19. *Luc.*6.8. *&* 12.50.*Ioan.*7.1. *Act.*5.11. *&* 7.45. *&* 8.11.*&* 14.25. *Rom.*2.6.15.*&* 9.10. *&* 10.14. *&* 14.11. 2.*Cor.*10.15. *&* 11.1.25. *Gal.*4.11. *Ephes.*1.15. *&* 4.1. *Col.*13.4. *&* 2.5. *&* 3.15. *Tit.*1.2. *Phil.*5. *Heb.*3.3. *&* 6.16. *&* 9.6. 1.*Ioan.*4.16. *Apoc.*6.1. *&* 11.5.*&* 18.17. *Genes.*40.1. *Ios.*7.20
*Cardines cœli,i.extrema orbis, Deut.*30.4
*Cauere, pro, videre, Deut.*8.1
*Ceu, subintelligitur, Prou.*13.12
Christus, pro, Christi Ecclesia, 1.*Cor.*12.12
*Circa, pro, per, Act.*5.42
Cisterna, i. fouea, 1.*Par.*11.22
*Circumcisio, i. Iudæi,Rom.*15.8. *vide abstractum, pro, concreto.*
*Cito, subintelligitur, Ezech.*12.28
Cognoscere,pro,approbare,Iob 34.18.*Ps.*1.6.*&* 36.18. *&* 100.4.*&* 138.1. *Prou.*4.27. *Ose.*8.4
*Cognoscere , pro , rem habere, Genes.*4.1.17. *&* 19.5. *Matth.*1.25.3.*Reg.*1.4
*Cognoscere, pro, cogitare, seu recordari , Deut.*11.2
*Cognoscere,pro amare,vel fauere,*1.*Par.*17.18.*Gal.*4. 9.1.*Cor.*8.3
*Cogitare pro comprehendere, Mal.*3.2
*Cognatio,pro,familia, Gen.*10.20.*&* 12.3. *Exod.*6.16. *Ios.*21.1.1.*Par* 8.6.*Ier.*1.15.*&* 2.4. *&* 3.14.29.9. *&* 31.1. *Amos* 3.1
Cognatio, i. natio, Amos 3.2
*Comminari. pro increpare , Marc.*1.25. *&* 4.39.*&* 8. 33.*&* 10.13.48
*Communicare,pro,inquinare,seu profanare, Marc.*7.15
*Commune, i. profanum,vel immundum,Deut.*20.6.1. *Mach* 1.50. *Act.*10.14.15. *Rom* 14.14
*Commotio capitis, i. ludibrium, Psal.*43.15
*Communiter, pro, simul, Gen.*13 6
Communicare, pro, participare, sæpe in Epist. Apostolorum.
*Comedere carnes suas,i. se fame conficere, Eccl.*4.5
*Comedere, i. consumere , Ier.*50.7
*Completum, pro, compleri cœptum, Ier.*34.14
*Commemorati, pro, recordati, Bar.*3.23
*Concupiscentia, pro eo quod concupiscitur, Sap.*16.3
*Confidenter, i. secure, Deut.*33.12
*Confortari, i. fortificari, Gen.*48.2
*Confortari,i præualere, Iud.*1.28.1.*Mach.*2.49
Confundere, pro, pudefacere, & confusio, pro, pudore, 1.*Reg* 20.34. 2.*Reg.*19.5. 3.*Reg.*2.16. *Psal.*13.6. *&* 21.6.*&* 24.3. *&* 30.18.*&* 33.6.*&* 34.4. *&* 68. 7.9.*&* 70.24.*&* 88.46.*&* 118.6.*Prou.*19.15.*Eccl.* 4.24.*&* 20.24.*&* 21.25.*&* 22.4.*&* 25.35. *&* 29. 19. *Isa.*1.29. *&* 50.7. *Ose.*2.5. *Ioel.*1.1. *Rom.*5.5. *&* 9.33.1.*Cor.*4.14.*&* 11.22.2.*Cor.*4.9.2.*Thess.*3. 14. 2.*Tim.*1.12. *Heb.*2.11. *&* 11.16. 1.*Pet.*2.6. *&* 3.16. 1.*Ioan.*2.28
Confusio, i. ignominia, Iudith 14.16
*Confiteri, i. indicare, Gen.*31.20
*Confiteri, pro, prædicari, Psal.*106.8
*Confiteri, pro, laudare, seu gratias agere,& Confessio, pro laude , vel gratiarum actione , Genes.*29.35. 2.*Reg.*22.50.3.*Reg* 8.33.1.*Par.*16.7.34 *Psal.*6.6. *&* 7.18 *&* 9.2.*&* 17.50.*&* 27.7.*&* 29.13.*&* 74.2. *&* 88.6. *&* 91.2.*&* 94 2.*&* 99.1.*&* 105.1.*&* 106.1. *Eccl.*17.25.*&* 18.28.*&* 47.9. *&* 51.1. *Isa.*12.1.3. *Matth.*11.25.*Luc.*2.38.*&* 10.11
Conuersus,seu reuersus, pro, item, seu rursum, Iob 10. 16.*Psal.*70.21. *&* 77.41. *Act.*15.16
Concupiscibile, vide, desiderabile.
*Concupiscentia, pro, re concupita, Psal.*105.14
*Concubina, pro, vxore, Gen.*25.6. *&* 35.22
*Concludere, pro, sterilem reddere,Gen.*16.2.*&* 20.18
Concludere, i. tradere, 1 *Mach.*3.18. *&* 4.31
*Concludere in gladio, i. hostibus tradere , Psal.*77.62
*Condicere, pro, promittere, Exod.*8.12
Consilium, i. decretum. Eph 1.11
*Contaminare, pro, contaminatum indicare, Leu.*13.11
Contaminare, i. profanare, 4 *Reg.*23.8
Continens, pro contento, 3.*Reg.*2.5
Confractio, i. clades, 4.*Reg.*7.38
Conspectus, pro potestate, Iudith 35
Consummare, i. perficere, sæpe.
*Consummare. i. consumere, vel desinere, Psal.*118.87. *Sap.*3.16.*&* 16.16. *Isa.*16.4. *&* 18.22.*&* 29.20. *&* 32.10.*Ier.*4.27.*Ezech.*11.13.*Luc.*15.14.*Gal.*3. 3.*Heb.*9.36
*Consummatio, i. perfectio, Psalm.*118.96.*Dan.*9.27. 2.*Cor.*13.9.*Eph.*4.12.*Heb.*7.11
*Consummatio, i. mors, Eccl.*16.21

Consummatio, i. finis, Heb.6.8
Consummari, i. vitam finire, Luc.13.32
Continens, i. compos, Sap.8.21
Conuertere, i. reducere, Psal.52.7.& 125.1.4.Ier.30.3.& 32.44.Thr.1.16
Conuerti, i. reuerti, Ose.2.9
Conuersio, i. captiuitas, Ier.33.11.16
Contra, pro, versus, Genes.2.14. Num.8.2. Iof 8.22. 3.Reg.8 44.Tob.11.1.Cant.7.4. Dan.6.12
Contra, i. è regione, Exod.14.2. & 34.3. & 37.14. Num.33.36. Deut.1.1. & 11.30. & 32.49.52. & 34.1.Iof.3.16.& 20.12.Iud.19.10.3.Reg.17.3. 4.Reg.2.15. 2.Par.6.13. 2.Esd.3.19.23. & 7.3. & 12.36. Iudith 4.5. Dan.2.31.& 55.& 10.16. 1.Mach.3.46.& 7.47 2.Mach.16.33.Matth.21. 2.Marc.3.3. Luc.19.30
Contra, pro, coram, vel prope, Num.25.4. & 33.7. 4.Reg.1.13.Esth.15.9.Psal.43.16.& 50.5.& 76.3. & 108.15.Eccl.6.12. & 47.11. Bar.4.2.Am.4.3. Abac.1.3
Contra faciem, pro, ante, Ezech.14.3.1.Mach.13.13
Coram, i. contra, Luc.15.18
Corona, i. filij, Iob 19.9
Contra, pro, ad, Gen.12.8.Deut.3.17.Iof.1.15.& 13.3. Baruch 6.31
Coram te, i. in tua electione, Gen.13.9.& 20.15
Coram aliquo, i. illo approbante, Gen.17.18.& 27.7. Deut.6.25. 2.Cor.4.2
Coram Domino vel Deo, id est, Deo inspiciente, seu iudice, quasi dicat, vere, Gen.10.9. & 13.13.Luc.1. 15.& 24.19
Coram Deo, i. Deo teste, 1.Cor.12.19.Gal.1.20
Corpus, i. tergum, 3.Reg.14.9. Ezech.25.35
Corpus, i. cadauer, Dan.14.31.Apoc.11.8
Cor, i. mens, Ose.7.11. Matth.5.8.Eph.1.18
Cor & cor, i. duplex cor, Psal.11.3
Cor, i. voluntas, Matth.22.37.Marc.7.19
Cor, i. anima, Psal.83.3
Cor, i. medium, Psalm.45.3. Ezech.27.4. Ioan.2.4. Matth.12.40
Cornutum, pro, radios emittens, Exod.34.29
Creare, i. gignere, Eccl.1.9. & 24.12
Creauit vt faceret, i. creando fecit, Gen.2.3
Crescere, pro, fructificare, Gen.1.22
Cras, i. cito, 1.Cor.15.32. Isa 22.13
Credere, i. fidere, Iob 24.22.Eccl.2.6. & 16.2.& 26. 28. Dan.6.22
Credere, i. obedire, Rom.2.8
Cras, i. futuro tempore, Genes.30.33. Exod.13.14. Deut.6.20. Iof.22 18
Cornu, i. robur, vel gloria, Deut.33.17.1.Reg.2.1.10. Iud.9.11. Ps.74.5.6.11. & 88.18.25.& 91.11.& 111.9.& 131.17.& 148.14.Eccl.47.6.8.Ier.48.25. Thr.2.3.Ezec.29.21.Dan.8.5 Am.6.13.Mich.4.13. Abac.3.4. Zach.1.21.1. Mach.2.48. Luc.1.69
Cum, pro, coram, Deut.18.13. 3.Reg.15.3
Cum, pro, etiamsi, Luc.17.10
Cum, pro, per, Act.14.27
Cum, i. apud, 2.Reg.6.22
Cum pace, vide, in pace.
Custodire, pro, obseruare, sæpissime.
Cum, subintelligitur, Psal.80.2
Custodia, i. quod custoditur, Abac.2.1. Zach.3.7

D

Dare, pro, promittere, Gen.35.12
Dare reliquias, i. relinquere aliquos, Ier.40.11
Dare dorsum, i. facere terga vertere, 2.Reg.22.41
De, pro, ob, Abac.2.17. Apoc.8.13
De, pro, cum, Apoc.21.16
De, i. pro, Sap.13.17
De, pro, in Deut.33.2. Psal.148.1. Sap.12.1.Ier.52. 21.Mich.7.7.Nah.1.14.Soph.2.11.1.Mach.9.63. 3.Ioan.2
De, subintelligitur, 4.Esd.11.24.Psal.91.12.Ier.4.16
De die in diem, i. singulis diebus, 1.Par.16.23.Ps.60. 9.& 95.2. 2.Cor.4.16. Isa.58.2
Deus, pro, vice Dei, Exod.7.1
Deo, i. Dei virtute, 2.Cor.10.4
Deus, pro, Angelo Dei, Genes.33.10. Num.22.9. 1.Paralip.14.15
Dei vel Domini, adiunctum alicui rei, significat esse magnam vt Genes.23.6. Exod.9.28. Psalm.35.7. & 79.11. Ierem.6.11
Deo, pro, à Deo, Gen.14.19
Deum ponere suum nomen alicubi, est velle se ibi coli, 3.Reg.14.21
Decem, pro, multis, Gen.31.41.Num.14.22.Iob 19.3. Matth.25.1. Apoc.2.10
Dextera, i. potentia, Psal.44.5. & 88.43. & 89.12. & 107.7. Act.2.33
Desiderio desiderare, i. vehementer optare, Luc.22.15
Desiderium, pro eo quod optatur, Iob 30.25. Psal.77. 29. Prou.10.24. & 11.23.& 13.12. Eccli.6.37
Desiderabile, vel concupiscibile, pro pretioso Nah.2.9. Zach.7.14. Mal.3.12.1. Mach.1.24
Deprecatio, pro eo quod petitur precibus, Ier.33.6
De mane vsque ad vesperam, i. breui, Iob 4.20 Isa.38.13
Decuplum, i. valde multum, Dan.1.20
Deleri de populo, i. de populo non censeri, vel dignum esse morte, Gen.17.14
Despicere, pro, videre, Psal.91.12.& 111.8.& 117.7
Declinare, i. finere inclinare, Psal.140.4
Defendere, pro, vlcisci, 4.Esd.16.51. Iudith 1.12. & 9.2.Eccl.19.9.& 47.31.& 48.7. Ierem.50.34. Rom.12.19
Dies, i. iudicium, 1.Cor.3.13. & 4.3
Dies, i. calamitas, Psal.136.6
Dies, i. tempus, Gen.2.4.& 6.3.Num.6.5. 1.Reg.3.2. Psalm.17.19. & 19.2. & 60.7.& 118.91.Isa.4.2. Ioel.1.15. Mich.7.11. Marc.4.35. Luc.6.23. & 17 31. Ioan.14.20
Die ac nocte, i. semper, Psal.1.2. Apoc.7.15.& 14.10
Dies, pro, die naturali, s. 24. horarum, Genes.1.5. & 7.17
Dij, pro, idolis, Iof.24.23
Dij, pro, iudicibus, Exod.21.6.& 22.8.28.Ps.46.10. & 81.1
Dij, i. Deus, Gen.3.5. Deut.4.7. 3.Reg.12.28
Dictum, i. factum, Gal.3.16
Diffamare, i. prædicare, seu diuulgare, 3.Esd.4.12. 1.Thess.1.8
Disciplina, i. eruditio, seu castigatio, Psal.17.36
Directio, i. rectitudo, Psal.118.7
Dirigere, pro, prosperare, Gen.39.3.23. Deut.28.29. 4.Esd.5.12. Ps.139.12.Isa 48.15 & 55.10.& 54. 17.Dan.11.36. Osee 12 3.1. Mach.3.6
Digitus, i. virtus, vel manus, Exod.8.19. Psal.143.1. Luc.11.20
Diuitiæ, i. abundantia, & diues, i. abundans, seu largus, Rom.2.4 Eph.2.4 & 3.16
Dicere, pro, constituere, 1.Mach.14.41. 2.Mach.1.29
Dicere, pro iubere, Gen.1.3.Ps.106.25.Sap.9.8.Ioan.2. 11.Matt.4.3.& 8.8.& 15.4.& 23.3.Marc.16.15. Luc.9.54. & 12.13. 1.Cor.7.11. 2 Cor.4.6
Dicere, pro, cogitare, Genes.6.7 Iob 29.18.& 35.14. Psal.31.5.& 35.2.& 52.2. & 72.11.15.& 93.7. Thr.3.54.Ezec.20.8.& 28 2. Mach.2.3. Luc.12. 41.& 18.4.Rom.1.22. Iacob.1.13
Diluculo seu mane, vel in matutino, pro, cito, Psal.77. 34. & 89.14. & 100.8. & 142.8. Prouerb.1.28. Ier.25.4.& 32.33. Soph.3.7

Domus,

Domus,pro,familia, Exod.1.1.1.*Reg.*25.1.28.2.*Reg.* 2.3.& 6.20.& 7.17.3 *Reg.*2 24.& 12.21.1. *Esd.*2.6. *Psal.*1.12.8.& 113 1.& 117.3.& 122. 5.& 134.14. *Prou.* 24.3 Eccl.3.11. *Isa.*7.2. *Ezech.*44.30. *Am.*1.4.& 7.9 *Abac.*3.13. *Luc.*1. 69.*Rom.*16.10.1.Cor.1.16

Domum facere,vel ædificare,pro,dare prolem, Exod. 1.21.1.*Reg.*2.35.2.*Reg.*7.1.1.*Par.*17.10.25

Domus,i.populus, Num.12.7

Domus,pro,templo sæpe.

Domus,i. habitatio, Luc.13.35

Dolere, pro,labores subire, 3.*Esd.*4.21

Dolores inferni,i.mortiferi(infernus enim pro morte) Psal.17.6

Dominus,pro,dato à Domino, Deut.18.2

Domino,i.contra Dominum, Iosf.7.20

Domino , vel Deo,pro,ad honorem , vel laudem Dei, Gen.13.18.Exod.15.1.& 16.23.*Leu.*25.2.*Deut.* 13.6. *Iosf.*6.7.3.Reg.6.1. *Psal.*26.6.& 22.1.& 65.2.& 74.10.& 106.8.*Ier.*4.4. 1.*Cor.*2.15

Dominus, pro Angelo Dei , Gen.18 33.Exod.3.2.& 4.24.*Iud* 6.14.23.*Ier.*1 9

Donec,i.priusquam, Dan.6.24

Donec,seu vsquequo, pro,vsque eo vt, vel, in tantum vt, Gen.49.10.1.Reg.2.5.3.Reg.3.1.*Iob* 8.21. *Ps.* 70.17.*Zach.*8.20 1. *Mach* 5.54.1.*Cor.* 5.25

Donec,pro,quam, Ezech.24.13

Donec,pro,cum, Ezech.3.22

Dormire, i.mori, Iob.3.13.*Isa.*14 8. 1.*Cor.*11.30.1. *Thess.*4.13.& 5.10

Dormire,i.cessare, Iob 38.37

Dos,pro,dono, Gen.30.20

Draco,i.cetus, Ezech.32.8

Duo,i.pauca, 3.*Reg.*1.2

Duplex pro,multo,vel grandi,vel eximio, 4.Reg.2.9. *Prou.*31.21. *Sap.*11.13. *Eccli.*12.7. *Isa.*61.7.*Ier.* 17.18.*Nah.*1.9.*Zach.*9.12.1.*Tim.*5.17. *Apoc.*18.6

E

EBrietas,pro,eo,quod inebriat, Isa.5.22

Ebrietas,i.larga potatio, Mich.2.11

Ecce,pro,sane, Gen.1.9.& 6.17

Ecce,pro,sed, Psal.53.6

Ecce ego,pro,ecce cum me, 1.Reg.3.4

Ecclesia,pro,hominum vel fidelium cœtu, sæpe.

Edom,pro,Idumæis, Gen.36.9

Effœminati,i.scorta mascula, 3.*Reg.*14.24.& 15.12 & 22.47.4.Reg.23.7

Effundere animam , i.exponere totum animum , 1. Reg.1.15

Eleuare caput alicuius,pro,eum honorare, Ier.52.31

Eloquium,pro, lege, Psal.118 169

Electum,pro egregio,seu pretioso , 4.Reg.3.19

Emigrare,i.migrare facere, Psal.51.7

Enim,pro,autem, 1.*Par.*29. 1.*Prou.*19.19.Eccli.41. 17.Ezech.3.14.*Matt.*10 26.& 11.13.& 12.8. & 18.11. *Luc.*6.43.& 8.17.*Ioan* 16.13. *Rom.*8. 18.& 15.4.2.*Cor.* 11.5.*Gal.*2.18.*Col.*3.25.*Heb.* 5.13.& 7.12.& 8.3.& 11.2.*Iac.*4.12.*Apoc.*8.10

Enim,pro,quidem, Matt.8.7

Enim,pro,tamen , 2.*Mach.*7.23

Eo quod,pro,quanquam, Ier.7.10

Eo quod,pro,quod, 1.*Reg.*15.12.3.*Reg.*18.10.1.*Par.* 14.2

Eo quod,pro,vt,seu,ita vt, Ier.9.10.& 16.9.& 37. 24.& 34.22

Episcopus,i presbyter, Phil.1.1

Ephraim , pro decem tribubus Israel, Psal.77.67

Epulari,pro,lætari,seu festum agere, Deut.12.12.& 16.11.*Ps.*67.4.1.Cor.6.

Erudire,i.castigare, Thr.1.13

Ergo,pro,autem, Sap.17.21.*Matt.*10.32

Esse,pro haberi, seu putari vel agnosci, Gen.42.9.3. *Reg.*18 24.27.*Zach* 14.9

Esse,pro, apparere, Deut.4 20.& 6.24. 3.*Reg.*3.6. *Ier.*17.11.& 39.16 *Matt.*5.45.*Rom.*3.26.*Heb.* 12.5

Esse,pro significare, Zach.4.4.*Luc.*8.9.*Act.*10.17.1. Cor.11.25.*Gal.*4.24

Esse,pro,accidere, 1.Cor.11.20

Esse,pro,habitare, Gen.47.2.1. *Mach.*5.2

Esse in ore alicuius , pro , eum faciendum reddere , Exod.4.12

Et,subintelligitur, Rom.8.33.34

Est dies hac,i.apparet hodie, Ier.11.5.& 32.20.& 44.22 *Bar.*1.15.& 2.6 26.*Dan.*9.7

Est,pro,fit, Ezech.3.9

Et,pro,i. Gen.2.3.& 3.14.& 24.16.& 28.3.14.& 35.11.Exod.7.11.& 9.3.& 2.3.& 21.6.& 39. 32.*Leu.*18.7. *Num.*20.26.& 31.6.*Deuter.*4.9. & 6.9.& 17.1.& 26.15.& 28.57.3.*Reg.*5.16. & 8.36.58. 4.*Reg.*17.13. 2.*Paral* 6.27.& 7.17. 2.*Esd.*3.24.& 12.44. *Esth.*2.11. *Psalm.*74.4.& 89.16.*Eccli.*13.32.& 17.3.*Ier.*16.21.Ezech.41. 13.*Sop.*1.4.*Matt.*13.41.& 14.31. *Ioan.*1.16.& 10.33.& 14.17. *Act.*10.14.& 13.26.& 23.23. *Rom.*13.3.1.*Cor.*4.9.& 10 28.2.*Cor.*8.4.*Gal.* 5.24.& 6.16

Et,pro,vt, Gen.44.21.& 45.28.1.*Reg.*12.15.*Ps.*82. 19.& 54.7.& 118.34.*Ier.*9.1

Et, pro, etiam, Exod.4.10.2.*Par.*8.15.*Ps.*37.11.& 131.12.*Mar.*2.26

Et ,pro, sic, Exod.6.29.*Psalm.*124.2.*Ioann.*6.57.& 10.15

Et,pro,sicut, Mar.9.49

Et,pro,vt qui, Prou.25.20

Et,pro,aut , Leu.20.9. *Num.*30.4.5.7.11.*Iob* 31.7. *Ezech.*18.11.*Act.*3.6

Et, pro, imo vero , Prouerb.30.21.29. *Ezech.*33. 17

Et pro,nam, seu quia, Psalm.54 20.& 89.3.& 148. 14. *Prouerb.*14.7.*Isa.*10.1.& 64.5. *Ierem.*8.13. & 23.36.& 34 14.& 36 31. *Ezech.*2.6. *Osea* 9.4. *Ioan.*3.6.2.*Mach.*4.16. *Matth.*17.6.*Luc.*1. 13.& 4.15.*Ioan.*4.35.& 12.35.& 17.10.& 19. 35.*Actor.*26.10.*Rom.*1.13.1.*Cor.*14.32.2.*Cor.*5. 15. *Coloss.*3.25.1. *Ioann.*1.2.& 3.4.*Apoc.*1.18. & 8.2. *Ruth* 1.13.*Iob* 36.14.*Matt.*27.53

Et pro, at,vel sed, Psal.47.9.& 117.10.18.& 138. 11.*Eccl.*36.20.*Isa.*64.5.*Thr.*3.32.*Ioan.*2 7.*Matt.* 17.12. *Mar.*12.12.*Luc.*8.13.& 20.19. *Ioan.*7.4. 30.& 16.32. *Act.*16.7.& 17.22

Et,pro, etiamsi, Deut.29.19. 1.Cor.16.9

Et, pro, præterea, Marc.4.20

Et, pro, ideo, Ioan.4.24.& 5.30.& 12.16

Et, pro, tamen, Phil.1.22. *Apoc.*3.8

Et, pro, quinetiam, Act.7.43

Et, pro, & tamen , Psal.34.15.& 118.110

Et, pro, ergo, Eccli.13.2

Et, pro, autem, Psal.4.4

Et,pro,nempe, Dan.7.20

Et, pro, cum, Marc.15.25

Et,pro, itaque, Psal 9.11. *Matth.*25.46.*Marc.*12. 12.30. *Ioan.*10.29. *Act.*5.30.& 7.45.& 13.11. 1.*Cor.*2.1.& 12.16.1. *Ioan.*1.27

Et , subintelligitur , Iosf.13.27. 4.*Reg.*12.4. 1.*Paralip.*9.29. & 11.2. 2.*Esdr.*10.28. 4. *Esdr.*6. 58. & 13.42. *Psalm.*12.3. & 30.20.& 62.7. & 99.5.& 118.2.& 127.6.& 132.3. *Prouerb.*26.25.*Cant.*4.13.*Sapient.*13.2 *Eccli.*40.19. *Isa.*10.31.& 32.14.& 58.18.& 64.2.*Ezec.*24.4. *Abac.*3.9.1.*Mach.*10.33. *Ioan.*15.16.& 16.2. & 17.21. 2.*Cor.*10.16.*Eph.*4.4.1.*Pet.*3.2

*Frater, i. Christianus, Act.*14.2.*&* 17.6.1.*Cor.*5.11.
& 7.12.*&* 15.6. *Gal.* 2.4.2. *Thess.*3.6.*Iacob.*1.9.
& 2.15
*Frater,i.alter, Gen.*13.11
*Frater,i.similis,Prou.*18.9
*Fratres,pro,filiis,Gen.*28.18
*Frater,i.socius,Gen.*49.5.4.*Reg.*9.2.*Ioel.*2.8
*Frater,i.proximus, Matt.*18.15
*Frater, i.cognatus,Gen.*31.23.*Exod.*2.11.*Deut.*1.8.
*Ios.*17.4.*Iud.*9.14. *Reg.*10.13.1. *Par.*6.39.*&* 7.
5.*&* 16.37.*&* 24.31.*&* 26.11.*Matt.*12.46.*&* 13.
55.*Ioan.*2.12.*&* 7.3. *Act.*1.14 1.*Cor.*6.5
Frustra , i.sine causa , Iob 1.9. *&* 34. 12. *&* 35.13.
*Prou.*1.11.*&* 3.30. *&* 24.28.*&* 16.2.*Isa.*29. 31.
*Ier.*22.13.2.*Mach.*7.18
*Furor,i.ira,Gen.*49.6.*Exod.*12.24
*Fugere,pro,recedere, Psal.*113.3.*Ioan.*6.15
*Funiculus ,pro hareditatis portione ,vel possessione,
Deut.*32.*P.Ios.*17.5.1. *Par.*16.18. *& alibi sape,*
*Futurum,pro prasenti,Deut.*31.21.4.*Esd.*7.4.*Ps.*72.
5.*Isa.*19.10. *&* 45.24.*&* 57.16 *Dan.*4.14.*Ioel.*3.
4.*Nah.*3.1.*Ioan.*8.12.*&* 11.12.*Heb.*11.1
*Futurum, pro praterito , Deut.*3.28 . 2.*Reg.*18.33.1.
*Paral.*17.6.4.*Esd.* 16.55.*Psal.*17.24.*&* 39.10.*&*
65. 6. *&* 76.10.*&* 77.38. *&* 114.1. *Isa.*40.18.*&*
41.2.*&* 48.13.*&* 56.3.*&* 64.3.*&* 66.1. *Ier.*3.25.
& 29.15.*&* 31.9. *Ezech.*31.17. *Ose.*8.12.*&* 11.
4.*&* 13.11.*&* 14.26.*Rom.*3.3
*Futurum,pro, Imperatiuo,Gen.*4.7.*Exod.*20.3. *Deut.*
5.7. *Psalm.* 50.9. *&* 82.16. *&* 137. 3. *&* 143.6.
*Isa.*6.9. *Ierem.*11. 21.*Bar.*4.28. *Dan.* 1.13. *Ose.*
12.6.*Ioel.*2 17. *Matt.*19.18. *&* 23.11. *Marc* 9.
35.*&* 10.43. *Luc.* 19.17. *Act.*7.37. *Rom.*13.9.1.
*Cor.*9.9. 1.*Pet.*1.6

G

*Generatio,i.ortus,Gen.*2.4
*Generationes,pro,genitis,Gen.*10.1.*Psal.*111.2.
*Eccl.*1.11
*Generationes,pro posteris , Gen.*11.10
*Generationes, pro hominibus, Gen.*6.9.*&* 7.1.*Psalm.*
23.6.*Prou.*30.11.*Sap.*4.1.*Isa.*41.4. *Matt.*1.17.*&*
11. 16.*&* 12. 41. *&* 17.17. *&* 23. 36. *&* 24.34.
*Luc.*17.25
*Generationes ,pro temporibus,seu atatibus,Gen.*17.7.
*Exod.*12.14.*&* 31.13 *Eccli.*44.1.7.1.*Mac.*51.61.
*Luc.*1.50. *Act.*13.36.*Eph.*3.5
*Generationes,i.fructus,Eccli.*24.26
*Generationes,i.cognitiones,Num.*1.20.1.*Par.*4.2
*Genus, pro, genere, Sap.*1.7.*Mat.*20.25.*Luc.*22.25.
*Ioan.*1.11. 1.*Ioan.*5.3
*Gladius,i.vltio,Zach.*11.17
*Gladius,i.fortitudo,Iudit.*9.2
*Gladius,i. bellum, Leu.*26.6.2. *Par.*20 9.*Ezech.*33.
2.1.*Mach.*9.73
*Gloria,i.anima,Gen.*49.6.*Psal.*56.9
*Gloria,i.auctoritas, Num.*27.20
*Gloria,i.claritas,splendor, Exod.*40.34. *Num.*14.10
*Gloriari,i honorari,*1.6 2.12.26
Glorificari,i.gloriosum apparere, Exod. 14.4
*Glutire salinam,i.respirare, Iob.*7.19
Gratia,i.gratiarum actio 31.*Cor.*10.30
*Gratia, i. gratitudo,vel beneficium,aut benignitas,*1.
*Reg.*16.17.1.*Cor.*6.3.2.*Cor.*1.15.*&* 8.4
*Gratiam inuenire,i.gratum esse,Gen.*6.8.*&* 30.27.*&*
32.5.*Exod.*33.12
*Gratis,i.temere,seu sine causa,Psal.*34.7.19.*&* 68.5.
& 108. 3. *&* 118.161.*&* 119.7. *Eccli.*20.25. *&*
29.8. *Thr.*3.12.*Ioan.*15.25.*Gal.*2.21
*Graue,i.difficile, Dan.*2.11
*Graci, i.gentiles, Zach.*9.13.*Act.*14.1.*&* 18.4.*Rom.*
1.16.*Gal.*3.28

*Guttur,i.os,Prou.*8.7.
*Guttur,i.verba,Prou.*5.3

H

*Habitare alicubi nomen Dei,pro,Deum illic coli,
Deut.*16.11
Habere , i. posse , Luc. 14. 14. *Ioan.* 8. 26. 2. *Pet.*
1.15
*Hac, i.talia,*2. *Mach.*2.8
*Hac faciat Dominus ,& hac addat,i.puniat Dominus,*1.1.*Reg.*3.17.2.*Reg.*2.24
*Heri,& nudiustertius,pro,praterito tempore,Gen.*31.
2.*Exod.*4.10.*&* 21.29.*Deut.*18.4
*Hinnire,i.vociferari,Ier.*31.7
*Homo,i.quidam, Mar.*12.1
*Homo,i.aliquis,Ioan.*2.25. *&* 7.46.*Gen.*2.5.*Isa.*7.2.
*Ioan.*3.17
*Homo,i.quisque,*1.*Cor.*4.1.*&* 11.28
*Homo,homo,i.quicunque,Ezech.*14.4
*Homines,i.impij,Gen.*6.2
Homo Dei , i. Dei seruus, vel Propheta, Deuteron.
33.1
Honestas,i. diuitia, 3. *Esd.*3.21.*Sap.*7.11.13.*&* 8.
18.*&* 10.11.*Eccli.*11.14.*&* 13.2.*&* 24.23
*Honestare, i.locupletare,Sap.*10.10.*Eccli.*11.22
*Honorare,i.necessaria ministrare, Exod.*20.12.
*Hora,i. tempus, Eccli.*39.39.2.*Mach.*8.25.*Matth.*
18.1. *Ioan.*4. 21.*&* 5.25.28.*&* 7.30. *&* 12.23.
& 16. 2. 11. *&* 17. 1. *Rom.*13. 11.1. *Ioan.*2.18.
*Apoc.*3.10.
*Hodie,i.hoc tempore, Deu.*26.16.*Prou.*22.19
*Humiliare,i. affligere, Ps.*34.13.*&* 50.10.*&* 89.15.
& 93.5.*&* 104.18.*&* 114.6.*&* 15.10.*&* 118.67.
& 141.7.*Isa.*60.14. *Malach.* 3.5 1.*Mach.*12.15.
& 4.14.2. *Cor.*4.9
*Humilitas,i. afflictio, Gen.*29.32.*Deut.* 26.7.*Iudic.*
6.15.*Ps.*9.14.*&* 21.22.*&* 24. 18.*&* 30.8.*&* 33.
19.*&* 81.3.*&* 101.18. *Eccli.*2.4.*Mich.*6.14
Hypocrita,i. iniquus,vel impius,Iob 17.8. *&* 27. 8.
*Isa.*33.14.*Matt.*14.52.
*Humilis,i.abiectus:& humilitas,i.abiectio, Mal.*2.9.
1. *Mal.*3.5.*Luc.*1.48. *Act.*8.32.*Rom.*11.16.*Phil.*
3.21.*Iac.*1.10.

I

*Deo,subintelligitur, Ioan.*3.7
*Iecur,i.interiora, Prou.*7.22.*Thr.*2.11
*Ignorari , id est , improbari, Matth.*7. 23.1.*Corinth.*
14.38
Ignobilis,i.contemptibilis, 1.*Reg.*2.30
*Igitur, subintelligitur, Psal.*11.12.*&* 30.24
*Ille,i.quidam, Ier.*28.1
*Illuminatio,i.fauor , Psal.*43.4
Illuminare vultum, i.hilarem vultum ostendere,Psal.
66.2.*&* 118.135
*Illuminari,i.baptizari, Heb.*6.4.*&* 10.32
*Illuc,pro illic,Psal.*138.10
Immunditia, i.idola , 1.*Reg.*17.12.*&* 21.1.21.*&* 23.
24.*Ezech.*33.25
*Imperatiuum, pro Futuro, Gen.*40.17 .2.*Reg.*14.9.2.
Par. 6.25.30. *Ps.*33. 6.*&* 36.3.15.27.*&* 137 4.
*Isa.*47.1.*Ier.*12.3.*&* 17.18. *Ose.*9.14.*&* 10.12.*&*
14.1.*Abac.*2.16.*Zach.*3.2.*Act.*13.41
*Implere manum alicuius, pro , consecrare illum in sacerdotem Iud.*17. 5.12.3. *Reg.*13.33.2.*Paral.*29.
*Ezech.*43.26
*In, pro, in virtute, Matt.*12.24.28. *Luc.*11.19.*Act.*
17.28.*&* 19.21
*In,i.apud,Rom.*1.19. *Mal.*1.14
*In, i.prope, Ioan.*4.5. *&* 8.28.*Exod.*14.9.4.*Reg.*11.
29.2.*Esd.*3.15.*Ier.*46.18

In

In,i.super, Eccli.37.16
In,i.propter, Gen.3.17. & *12.3.* & *22.18.* & *26.4.3.Reg.16.19.2.Par.25.4.Psal.9.6.* & *30.17.* & *68.7.* & *93.23.* & *105.43.Isa.50.1.Thr.3.48.* & *4.20.Ezech.3.18.* & *4.17.* & *7.16.* & *8.22.24.* & *28.17.* & *33.18.* & *39.23.Ose.5.5.* & *14.2.Mich.1.8.* & *3.11.Mal.3.9.Matt.6.7.Act.7.29.Rom.8.39.* & *16.2.Eph.3.13.* & *4.1.Heb.6.10.Iac.5.1*
In,i.pre,Psal.17.9. & *30.10.11.* & *76.10*
In,i.inter, Psal.17.50. & *43.12.Sap.19.17.* & *sæpe alibi.*
In,i.per, Gen.18.18.1.Par.20.8.Iudit.13.18.Psal.51.3.Sap.1.12.Isa.45.23.24.25. & *48.1.* & *62.8.Ierem.44.26.Daniel.2.30.* & *3.44.Ose.2.19.* & *12.13.Amos 6.8.Sophon.1.5.1.Machab.3.18.* & *5.24.Matth.23.16.Luca 8.15.* & *21.34.* & *23.44.Ioan.5.39.* & *13.31.32.* & *14.13.* & *16.30.Actorum 1.3.* & *4.9.* & *17.31.* & *in Pauli Epistolis sæpissime.*
In,i.contra,Psal.17.49. & *72.9.* & *88.23.* & *91.12.Ezech.23.25*
In,i.ex, Psalm.9.2. & *118.2.* & *138.16.* & *140.5.Ezech.6.8.2.Mach.3.11.Matth.22.37.Phil.3.6.2.Tim.1.15*
In,i.cum,Gen.32.10.Exod.29.29. & *30.10.Num.21.18.Psal.56.* & *8.65.13.11.* & *11.19.Sap.9.11.Eccli.1.9.* & *15.8.* & *16.23.* & *39.19.Isaia 42.6.* & *48.1.Ezech.3.25.* & *16.28.* & *33.25.26.Ose.4.3.1.Mach.1.18.* & *10.86.* & *3.11.2.Machab.16.22.Matth.7.15.* & *25.16.Act.20.32.Rom.16.16.1.Cor.5.8.2.Cor.12.12.Ephes.6.2.Col.1.11.1.Thessal.2.3.2.Thessal.1.4.1.Tim.2.9.* & *5.2.2.Tim.4.2.Heb.4.16.* & *8.6.Iac.2.1.2.Pet.1.2.Iud.1.24.Apoc.8.7*
In,pro à,vel ab,vel de, Leuit.7.35.Iosu.10.20.1.Reg.2.10.Psal.9.3.Eccli.11.21. & *14.22.* & *51.32.Baruch.1.2.Marc.9.12.Luca 1.14.Rom.16.19.1.Cor.1.4.2.Cor.2.3.Galat.5.10.Ephes.9.20.1.Thessal.3.7.* & *5.18.1.Tim.1.18.2.Tim.3.16.Phile 7.Heb.7.13.1.Ioan.5.7.Luc.2.20*
In,i.coram, Psal.56.10. & *107.4.Eph.4.17*
In,i.velut Ier.6.10
In,i.sub.Rom.3.19
In,i.pro,2.Par.31.16.Psal.118.159.Eccl.13.18. & *51.25.Thr.3.49*
In,i.iuxta,vel secundum, Psal.110.2.Ioan.3.21.2.Cor.9.13
In cum Ablatiuo,pro,In cum Accusatiuo,Leuit.5.19.37.2.Esd.13.27.4.Esd.1.11. & *15.5.Eccli.40.17.2.2.Corinth.13.4.Isa.63.14.Ose.5.7.* & *8.Abacc.3.8.Zach.2.5.1.Mach.12.18*
In cum Accusatiuo,pro,In cum Ablatiuo,Psalm.134.7.Eccli.45.31.Ier.10.13.Mich.7.10.Luc.12.21
In cum Ablatiuo,pro ad cum Accusatiuo,3.Reg.8.38.4.Esd.12.21. & *16.20.47*
In,subintelligitur, Psal.15.3. & *43.14.Ezech.39.12.1.Mach.15.2*
In hoc,i.propterea,1.Cor.4.4
In caput alicuius, i.in eius perniciem,Dan.13.54
In gutture,i.intra se,Iob 20.13
In profundum,i.valde,Ose.5.2
In principio,i.primum,seu ante omnia,Gen.1.1
In nomine alicuius, i. propter illum, vel eius virtute aut mandato, aut loco, aut vice, vel eius nomine inuocato, aut eius missione, 4.Reg.2.24.1.Par.16.2.Psal.43.6. & *62.5.* & *117.6.Ier.3.17.Matth.21.9.Mar.11.9.* & *16.17.Luc.11.17.Ioan.5.42.* & *10.25.* & *12.13.* & *14.13.26.* & *16.23.* & *17.11.12.* & *20.31.Act.19.5.Ephes.5.20.2.Thessal.3.6.Iac.5.9.14*
In Dei conspectu stare,i.Deo seruire,4.Reg.3.14
In bonum,i.ad fauendum, Am.9.4.
In malum,i.ad puniendum,Am.9.4
In excelsum, i.vehementer,vel altissime,2.Par.1.1. & *10.19*
In pace,vel cum pace, i.prospere,seu feliciter,Gen.15.15.Exod.4.18. & *18.23.Iud.8.79.* & *11.13.* & *18.6.* & *21.13.1.Reg.1.17.* & *20.13.* & *29.7.2.Reg.3.21.* & *15.9.* & *19.24.* & *alibi sæpissime.*
In facie,i.palam,4.Esd.16.5
In facie vel faciem, i. coram, Iob 1.11.
In die,pro vsque in diem,1.Cor.1.8
In facie,i.exterius, 2.Cor.5.12
In sæculum,i.in perpetuum, Luc.1.55
In æuum,i.in perpetuum,Bar.3.3
In matutino, vide Diluculo.
In medio, i. inter,seu intra, Gen.23.10.2.Reg.6.19.Psal.110.7.Abac.3.2.Luc.7.29.35.Ioan.20.19.Apoc.2.1
In arcu & *gladio, in bello, vel iure belli, Genes.48.22*
In iudicio,i.prudenter,Psal.111.5
In iudicio, i. moderate, Ierem.10.24. & *30.11.* & *46.28*
In ore,i.secundum rationem,Ose.10.12
In bono esse cor,i.se exhilarare,Eccl.11.9
In Deo, i.tanquam Deus,Exod.6.3
In Domino, vel Deo, i.per Dominum,vel Deum, 1.Reg.24.22. & *28.10.2.Esd.13.25*
In Domino,i. Domini virtute,seu beneficio,Deut.33.29.Ose.1.7
In Domino, i. secundum Domini voluntatem, Act.11.25
In æternum, i. per totum sæculum præsens, Exod.15.18
In Domino, i. loco Domini, Coloss.4.17.1.Thess.1.52
In manu,i.causa,Isa.64.7
In manu,i.opera, Sap.11.1.Ier.50.1.Zach.7.7
In manu, i.in curam seu custodiam, Gen.39.22
In manu alicuius,pro ipso ducente,seu regente,Num.33.1
In manu alicuius, i.per ipsum,Iosu.14.2.Iob 8.4.Ier.37.2
In caput esse vel caudam, pro fieri primum,vel vltimum, Deut.28.13
In idipsum,i.simul Psal.4.9. & *33.4.* & *40.7.* & *61.10.* & *73.6.* & *21.3*
In parte, seu in partem, i.seorsum, Tob.12.5.Dan.7.5.
In auribus alicuius,i.ipso audiente, Ezech.9.1
In vnum,i.simul, 2.Regum 2.13.4.Esd.5.43.Psal.2. & *47.5.* & *101.23.Dan.13.14.Matth.22.34.Luc.17.35.Ioan.11.52.Act.9.23.1.Cor.11.20.* & *14.23*
In oculis,i.alicuius,i.eius iudicio, 1.Reg.15.17
In oculis,coram, Ier.34.15. & *51.2.Zach.8.6*
In finem,perfecte, Iob 34.36
In generatione & *generationem, i. in omnia sæcula, Exod.3.15*
In finem,tandem,vel penitus, Eccli.10.16
In finem,i.in perpetuum,seu semper,Psal.4.1. & *9.7.19.32.* & *12.2.* & *15.11.* & *17.36.* & *37.7.* & *43.23.* & *47.10.* & *51.7.* & *67.17.* & *73.1.19.* & *76.9.* & *78.5.* & *88.47.* & *102.9.Isa.57.16.Ier.3.5.Dan.7.26.Am.1.11.1.Thess.1.16*
In veritate,i.ex animo,seu sincere Psal.144.18
In veritate, i. perfecte,vel sancte, Eph.6.14.2.Ioannis 4
Innoxium,i.impunitum,3.Reg.2.9
Infinitum, i. multum vel maximum, 3.Reg.10.2.2.Par.24.11.24. & *28.8.Iosu.22.10*
Inquinare,i.profanare,4.Esd.8.60
Ingredi, vide Ambulare,

Inferi,

L

1.6.1.*Mac*.3.29.& 6.59
Lauare manum, i.iurare, Gen.14.22.*Exod*.6.8.*Deut*. 32.40.*Ezech*.3.6.7
Lex, i. scriptura, Ioan.10.34.& 12.34. & 15.25. 1. *Cor*.14.21.34
Lignum, i.arbor, Gen.1.11.& 3.1.8.*Exod*.15.25.*Ps*. 1.3. & 104.33 *Ezech*. 36.30.1. *Mach*.10. 30.& 14.8.*Apoc*.2.7
Liber, i.epistola, Ier.29.1.25
Locus, pro tempore, 2.*Esd*.2.16
Loqui, pro, præcipere, Deut.4.2
Loqui, pro velle, Gen.24.51
Loqui bona, i. consolari. Ier.52.32
Loqui ad cor, vide ad cor.
Loqui iudicium, vel iudicia cum aliquo, pro disceptare cum eo, vel reddita causa eum condemnare, 4 *Regum* 25. 6. *Ierem*.1.26. & 4.12.& 39.6. & 52.9
Lucerna, i. gloria, seu splendor, 2.*Reg*.21.17. 3.*Reg*. 11.36.4. *Reg*.8.19.2.*Par*.21.7. *Psal*.131.17.*Prou*. 21.4
Lucerna, i.vita, Prou.20.20.& 24.& 20
Lucerna, i.fauor, Iob 29.3
Lucerna, i.prosperitas, Iob 21.17.*Prou*.13.9
Lugere, i.ieiunare, Matt.9.13
Luctus, i.egestas, Deut.25.14
Ludere, i.irridere, Gen 21.9
Lumbi, i.interiora, Psal.37.8
Lumen, i.ignis, Luc.22.56
Lumen, i splendor, vel fauor, Psal.88.16.& 89.17
Lux, i. Angeli, Gen.1.4
Lux, i.prosperitas, Isa.58.10.& 59.9.*Thr*.3.2.*Am*. 5.18.*Mic*.7.8.9

M

Macula, i.vulnus, Leu.24.19
Macula, i.defectus, vel vitium, Exod.12.5.& 29.1.*Leu*.1.3.& 21.17
Magnificare, i. magnifice, seu vt magnum laudare, vel glorificare, Psal.33.4.& 39.17. *Malach*.1.52. *Mach*. 3.30.*Matth*.15.31.*Luca* 1.46.& 4.15.& 5.26.& 7.16.& 17.15.& 18.43.*Act*.21.20.*Rom*. 15.11.2.*Cor*.10.15
Magnificare, i.magnifice facere, Gen.19.19
Magnificare, i.magnum facere, Matt.23.5
Magnificare facere, i. magnifice facere, Psal.125. 5. *Ioel*.2.21
Magnificare os, i.superbe loqui, Abd.1.2
Magnificari, i. magnum se ostendere, Exod. 15.1. *Sophon*. 8
Magnificari, i.apparere magnum esse, Nu.14.17.*Ps*. 103.1.& 137.2.& 138.14.*Mich*.5.4
Magnifice, i.superbe, Zach.17.7
Magnificatus, i.magnus factus, 1.*Reg*.2.21
Magnificentia, i.gloria, Deut.32.3
Magnum, i.maximum, Matt.22.36
Magna loqui, i.gloriari, Ier.50.11
Malum, i. aduersum, vel iniucundum, Ier.42.6.2. *Matt*.1.5.*Luc*.16.27
Malum, vel malitia, i.dolor, seu afflictio, vel molestia 1.*Par*.4.10. *Eccli*. 11.29. & 12 9.& 13. 15. *Isa*. 31. 2. & 45. 7. *Dan*.8 14. *Amos* 3.6. *Ioan*.3.10. *Mich*. 2.3.1. *Mach*.2.43. *Matth*. 6. 34. *Gen*. 47. 9. *Eccli*.1.13.& 2.21. & 9.3.12. *Sapiens*. 11.15. *Ezech*.14.21
Malum esse in oculis alicuius, pro, ei displicere, Gen. 28.8
Malignari, i.affligere. 1.*Par*.16.22
Maledicere, i.execrari, 2.*Esd*.13.25.*Eccli*.23.36
Maledicere, i. punire, Gen.12.3
Maledicere, i.probris afficere, Psal.54.13.1.*Pet*.2.23
Maledicere, i. male precari, Prou.30.10. *Eccli*.4.5. *Mar*.11.21.*Rom*.12.14
Maledicere, i.prædicere mala euentura, Iob 5.3
Maledictio, i.imprecatio, Iud.9.57.*Iob* 31.30
Maledictio, i.infelicitas, Deut.11.26.*Iob* 3.1.*Psal*. 108.18. *Isa*.24.6.*Ierem*.20.14.15.& 23.10.*Dan*. 8. 19
Maledictio, i.maledicti, Zach.8.13
Maledictio, i.iuramentum, Gen.24.41
Maledictio, i. sterilitas, Gen.3.17
Maius, pro maximum, Luc.22.24
Mane, vide Diluculo.
Mane, i. mature, seu diligenter, Ose.6.1
Mane, pro sequenti die, Leu.19.13
Manus, i.percussio, Ezech.11.9
Manus, i.potentia, vel potestas, seu virtus vel imperium. Exod. 14. 31. *Num*.4.28.& 33. 3. *Deuter*. 2.15. & 32. 36. *Num*. 11.23. 3 *Regum* 8.24.1. *Par*.25.6.2. *Paral*.31.13. *Iob*.21.16.*Psal*.16.14. & 27. 5. & 48. 16. *Isaia* 5. 12. *Baruch* 2.4.& 3.5.*Ezech*.1.3. & 8.1. *Ose*.13.14. *Ioan*.3.35.*Act*. 4.27
Manus, i.brachia, Ier.38.12. *Ezech*.1.8.& 13.18.& 16.11
Manus, i.auxilium, Eccli.13.9
Manus, i. gratia, seu fauor, 2. *Par*.30. 12.1. *Esd*.7. 6.28.& 8.18.2.*Esd*.2.8
Manus, i.opera, vel opus vel ministerium, 2.*Reg*.14. 19. *Iob* 20. 10. & 22. 30. & 31. 7. *Psal*.7.4. & 23.4.& 76.21.& 77.42.*Prou*.18 21.*Sap*.3.14. *Eccli*.38. *Isa*.37.24.*Ose*.12.10 *Ioan*.3.8.*Mich*.2. 1.*Agg*.1.1.*Mal*.1.1.*Act*.5.12.& 7.25.& 11.30.& 14.3.*Iac*.4.8
Manus, i.vindicta, vel punitio, Act.13.11
Manus, i.loca, vel littora, vel latera, Ps.103.25.*Eccl*. 14.25.*Isa*.57.8
Manus in manu, vel ad manum, i.cito, Prou.11.21. & 16.5
Manus dare, i.promittere. 1.*Esd*.10.19
Manus ponere in ceruicibus hostium, i. hostes sibi subiicere, Gen.49.8
Mare, i.occidens, Deut.33.23.*Psal*.138.9
Mare, i.mundus, 1.*Par*.1.*Par*.16.32
Masculinum, pro fœminino, Psal.28.9
Mater, i.auia, 3.*Reg*.15.10
Mecum, i.contra, Psal.54.19
Mecum, i.mihi, Psal.10.108
Mendacium, i. iniquitas, Ose.7.1.3. & 10.13. *Rom*. 3.7. *Apoc*.22.15
Mendacium, i.error, Iob.34.6
Mensis dierum, i.integer mensis, Num.11.20
Mentiri, i.decipere, 4.*Reg*.4.16
Meditari, i.loqui, Psalm.34.28.& 36.30.& 70.24 *Prou*.7
Medulla, i.optimum, Num.18.12
Mendacium, i.falsum, Mich.2.11
Mihi, i.contra me, Psal.69.4. & 70.10. *Ier*.51.20. *Thr*.3.61.*Ezech*.14 13.& 25.38
Mihi, i.de me, Matt.27.10
Mingens ad parietem, i.canis, 1 *Reg*.25.22
Minare, i.agere, seu ducere, Exod 3.1.1.*Reg*.30.20. 2.*Reg*.6.3. 4.*Reg*.4.24 1. *Par*.13.7. *Isa*.11.6. & 20.14.*Thr*.3.2.& 5.5.*Iac*.3.4
Mille, i. plurimi, Deut.7.9. & 32.30.1.*Reg*.18.7. *Psal*.90.7 *Apoc*.20.2
Mille, i.omnes, Psal.104.8
Militia, i.tempus præfixum, Iob.7.1.*Isa*.40.2
Miseratio, i.beneficium, 2.*Esd*.13.14
Misericordia, i. beneficentia, vel gratia, seu beneficium, Gen.20.13.& 27.29.*Ios*.2.12. *Esth*.2.17. *Iob* 6.14.& 10.12. *Ose*.10.12
Misericordia & miseratio, i. copiosa misericor-

N

O

Os & caro, i. propinquus, seu cognatus, 2.*Reg*.5.1.& 19.12
Os, i. extremitas, 4.*Reg*.21.16.1.*Esd*.9.11
Ossa, i. vires, *Ps*.6.3.& 31.3.& 52.6
Ossa, i. membra, vel corpus, *Ps*.33.21.& 34.10.& 37.4.& 41.11.& 101.4.& 108.19. *Prou*. 14.30.& 16.24.*Eccli*.16

P

PActum, pro signo pacti, *Gen*.17.10
Pacifice, i. impune, 3.*Reg*.2.6
Palpebra, i. oculi, *Psal*.10.4
Panis, i. cibus, *Gen*.24.33.& 43.25.31.*Iud* 13.16.1.*Reg*.28.20.*Iob*.20.14.*Psal*.77.23.& 101.5.*Prou*.12.11.& 23.3.& 31.14.*Eccli*.41.24.*Isa*.33.16.*Ezech*.16.49.& 44.3.*Matth*.6.11.& 15.2.*Mar*.3.20.& 6.37.& 7.5.*Ioan*.13.18
Panis & aqua, i. cibus & potus, *Exod*.34.28
Panis, i. vita necessaria, *Iob* 15.23
Parere, pro, apparere, *Matth*.25.27.*Iac*.4.14.4.*Esd*.9.32. *Matt*.24.27. 1.*Pet*.4.18.1.*Reg*.16.7. *Luc*.11.44
Parcere, i. omittere, vel abstinere, 2.*Reg*.12.46.1.*Cor*.7.28.2.*Cor*.12.6
Parentes, i. affines, *Tob*.2.15
Pars, i. hereditas sæpissime.
Pars, i. victus, *Dan*.4.12
Paruulus, i. imperitus, *Psal*.18.8.*Prou*.1.4.32.& 7.7.& 8.5. & 9.4.16. & 14.18.& 21.11.& 27.12
Parui, i. pauci, *Gen*.47.9.1.*Par*.16.18
Pascere, i. regere, 1.*Par*.11.2
Passiuum, pro Actiuo, *Psal*.58.13.*Eph*.5.13
Pascha, pro victima Paschali, *Exod*.12.21.*Matth*.26.17.*Matt*.14.12.*Luc*.22.7.3.*Esd*.1.1
Pater, i. Inuentor, vel Princeps, *Genes*.4.20.21.1.*Paral*.2.21.24.42.& 4.4.14.17.& 9.35.*Ioan*.8.44
Pater, i. instructor, seu doctor, vel auctor, *Gen*.45.8.4.*Reg*.6.21.& 13.14. *Iac*.1.17.
Pater, i. auus, 2.*Reg*.9.7. *Dan*.5.2
Pater, i. dominus, 4.*Reg*.5.13
Patiendo pati aliquid, vide faciendo facere.
Patientia, i. perseuerantia, *Rom*.2.7.
Patientia, i. quod patienter expectatur, *Ier*.29.11
Patria, i. familia, 3.*Esd*.8.31. *Psal*.95.7
Pauper, i. afflictus, *Psal*.9.13.19.23.& 71.2.& 78.8.& 87.16
Pax, i. prosperitas, *Num*.6.26.3.*Reg*.2.33. *Psal*.28.11. *Bar*.4.10. *Zach*.8.12.2. *Mach*.1.4
Paxillus, i. sedes quieta, 1.*Esd*.9.8
Peccatum, pro, pœna peccati, *Gen*.4.7.& 19.15.*Deut*.15.19. 1.*Par*.21.3. *Baruch*.3.8, *Ezech*.7.4.8.& 16.58.& 25.35.49.*Dan*.4.24.*Zach*.14.19
Peccatum, i. oblatio, seu hostia pro peccato, *Ose*.4.8.2.*Cor*.5.21
Peccare, pro puniri, *Iob* 35.3
Pedes, pro cruribus, *Eccli*.16.23.*Ezec*.1.7.& 16.25
Petere, i. optare, 3.*Reg*.19.4.*Ion*.4.8
Petitio, pro re petita, 1.*Ioan*.5.15
Percutere, pro, occidere, sæpe.
Per, subintelligitur, *Ps*.138.16.*Rom*.12.10.*Eph*.1.23
Per, i. propter, *Rom*.2.24. 2.*Cor*.4.5. 1.*Thess*.3.7
Per, i. in, *Eph*.6.18
Per, i. coram, 2.*Tim*.2.2
Per manus alicuius, i. eius opera, seu ministerio, *Exod*.9.35.& 38.21. *Leu*.10.11. *Num*.4.30. *Ios*.20.1.1.*Esd*.1.8
Persona mutatio, *Isa*.52.14
Peregrinari, i. mirari, 1.*Pet*.4.12
Persequi, i. pati persecutionem, 1.*Reg*.26.10
Per diem, i. per singulos dies, 1.*Par*.16.17
Per, i. ad 1.*Par*.28.14
Pinguedo, i. delitia, *Ier*.31.14
Pinguedo, i. fertilitas, *Gen*.27.28
Pingues, i. diuites, *Zach*.11.16
Pingues, id est, fortes, seu potentes, *Psal*.21.13.& 77.31.*Isa*.10.16
Placere, pro, studere placere, 1.*Cor*.10.33
Placitum, i. conuentio, vel tempus præscriptum, *Genes*.30.33. 1.*Reg*.13.8.& 20.35. 2.*Reg*.20.5
Plenus dierum, i. longa vita, *Gen*.25.8
Plenum, i. integrum, *Leu*.23.15
Plenitudo, i. habitatores, *Ier*.47. 2.*Ezech*.32.15
Plures, i. multi *Rom*.5.6
Plurale, pro singulari, *Gen*.5.2. 1.*Reg*.17.46.1.*Par*.4.15.18. & 7.3.12.20. 2.*Par*.13.5. *Psalm*.45.4.*Eccli*.4.17.& 24.33.& 45.3.& 48.8.*Isa*.18.1.*Dan*.11.7. *Ose*.9.7.2.*Machab*.6.8.*Matt*.2.20.& 26.8. & 27.44. *Ioan*.1.13.& 3.11.& 15.17.& 18.25.& 19.29.*Actor*.1.20.& 7.16.& 13.40.& 27.40
Polluere, i. profanare, 4.*Reg*.23.13
Pollui, i. pollutum haberi, *Leu*.13.15
Ponere in corde, i. attente cogitare, *Luc*.1.66
Ponere, i. proferre, *Gen*.31.37
Ponere faciem contra aliquem, pro, irasci ei, seu illum punire, *Leu*.20.13.*Ezech*.15.7
Ponere animam in manibus, i. exponere vitam periculo, *Iud*.12.13
Ponere oculos super aliquem, i. fauere ei, *Genes*.44.21.*Ier*.39.12
Ponere faciem, i. firmiter statuere, *Ier*.42.15. *vide faciem firmare.*
Populus, populus, i. plurimus populus, *Ioel*.3.13
Porta, i. iudicia, *Thr*.5.14.*Prou*.22.22
Porta, i. vrbes, *Deut*.17.2
Portæ, i. propugnacula *Gen*.22.17.& 24.60
Portæ mortis, i. summa pericula, *Psal*.9.15
Portare iniquitatem, pro iniquitatem auferre, *Exod*.28.38. *Leu*.10.17
Portare peccatum, pro, remittere, seu ignoscere, 1.*Regum* 15.25
Portare iniquitatem, vel peccatum, i. puniri pro peccato, *Leu*.17.16.& 24.15. *Num*.9.13. & 14.34.& 15.31.& 18.1.23.*Ezech*.44.10
Possidere, i. emere, *Ier*.32.8.11.15
Possidere, i. acquirere, *Gen*.12.5
Posteriora, i. posteritas, 3.*Reg*.16.3.& 21.21
Posteriora, i. tergum, *Gen*.16.13. *Exod*.33.23
Possessiones, i. pecora, *Exod*.9.4
Post, i. præter, *Act*.5.37
Potens, i. Deus, *Gen*.49 24
Positiuum, pro comparatiuo, *Psal*.117.8.& 118.72.*Eccli*.20.2.16.4. *Matth*.18.8.& 26.24. 1.*Cor*.7.1.8.34.35
Potius subintelligitur, *Rom*.3.8
Præcipuo, subintelligitur, 1.*Cor*.9.10.*Gal*.2.9
Præterea, sub intelligitur, *Zach*.1.3
Præputium, i. impedimenta, *Deut*. 10.16
Præparare, vel parare, pro stabilire, 1. *Regum* 13.13. *Psalm*.64.7. & 88.3.15. & 102.19. *Ierem*.51.15. *Bar*.3.42. *Mich*.4.1. *Abac*.2.12.1.*Mach*.1.17
Presbyter, i. Episcopus, *Tit*.1.5.2.*Ioan*.1
Præscire, id est, prædestinare, *Roman*.11.2. 1.*Pet*.1.2
Præsens, pro præterito, *Iob* 3.14. *Psalm*.47.3.& 103.4.& 121.3.*Isaie* 48.8.*Ierem*.40.4. *Nahum*.2.1.1.*Zach*.7.13.14.*Matth*.1.2.14.*Mar*.15.25.*Luc*.1.70.& 6.15. *Ioan*.1.15. *Rom*.4.9.11.12. 2.*Cor*.1.18.& 2.6.*Gal*.5.8.*Heb*.1.1. & 3.16.& 8.1.& 10.11.1. *Ioan*.4.17.*Apoc*.9.17.& 13.14

Præsens,

Præsens, pro futuro, Exod.11.5.& 12.29.& 19.22. Leuit. 32.22. Psal.90.15.& 97.9. Eccli.23.18. Isa.1.7.& 16.8.& 26.14.& 66.22. Ier.8.13.& 21.27. Ezech.23.25.& 32.16. Ose.5.11. Ioel.2.17. Abd.1.2.20. Malach. 1.11.& 3. Matth.18.14.& 26.11. Marc.1.2.7.& 10.38.& 14.7. Luc.11.10.& 13.30.& 24.48. Ioan.3.36.& 5.24.28.& 6.47.& 7.27.33.& 8.14.21.& 10.15.28.& 14.3.19.28.& 15.14.& 16.2.17.19.& 19.12.& 20.17.23. Act. 3.18.1. Cor.10.13.& 15.44.1. Thess.4.15.2. Thess. 1.8.2. Pet.2.1.1. Ioan.2.18.& 4.3.2. Ioan. 13

Præstolatio, pro eo quod expectatur, Prou. 11.23.& 13.18

Præsumere, i.confidere, Iudit 6.15

Præteritum, pro futuro, Exod. 15.13.14. Deut.33.10. Ios,10.8.4. Reg.19.23.& 20.5.1. Par.28.21.2. Par.1.1.12.& 20.37.1. Esd.6.5. Tob 14.6. Iob.17.13. Psal.9.11.& 15.11.& 19.7.& 21.32.& 30.6.& 39.12.& 40.4.& 42.3.& 44.10.& 49.1.& 52.6.& 73.12.& 87.14.& 89.14.& 96.4.& 114.1.& 137.7. Isa.10.11.& 5.13.& 9.19.& 11.9.& 22.9.& 24.4.& 29.5.& 34.2.& 42.6.16. vt 43.14.& 45.1.17.& 46.11.& 47.9.14.15.& 49.8.& 51.10.& 53.1.& 54.8.& 64.5. Ier.8.13.& 15.11.18.& 20.3.& 22.23.28.& 24.9.& 25.14.31.& 27.3 & 28.2.& 29.18.& 31.11.22.25.& 32.25.37.& 43.& 33.10.& 42.21.& 51.2. Bar.1.27.& 5.8. Ezech.3.25.& 16.43.& 21.10.12.& 22.4.31.& 25.10.& 30.22.& 39.8.& 44.10. Dan.3.33.& 8.13.& 1.3.52. Ose.4.5.19.9.3.11.& 3.9.& 8.5.8.& 9.6.16.& 10.5.16. Ioel.1.5.9.16.17.& 2.18.21.22.23. Amos 1.2.& 5.2. Abd.1.2. Nah.1.4.& 3.10. Abac.1.5.& 2.16.& 3.6.13.15. Zach. 3.4.& 4.10.& 9.13.1. Machab.5.62. Mar.13.30. Luc.13.12.& 17.20. Ioan.13.18.31.& 16.32.& 17.18. Rom.10.18. Heb.4.10. Iac.5.2. Iud. 11.14. Apoc.14.7.& 17.8

Præteritum perfectum, pro plusquam perfecto, Gen.2.18.& 11.29.& 12.1.& 31.34. Exod.4.19.& 13.3.9.& 14.15.& 33.5. Num.7.11.& 10.17. Deut.31.9. Ios.1.6.& 3.7.& 4.1. Iud.2.6.1. Reg.2.30.2.2. Reg.53.3. Reg.14.16.& 12.1.4. Reg.17.3.& 20.8.1. Par.19.3.2. Par.14.3.& 25. Baruch.1.9. Ioan.1.5.& 36. Zach.7.2.1. Mach.11.73.30.37. Mar.3.16.& 4.40. Luc.8.25.& 9.36.& 10.43.& 24.50. Ioan.4.47.51.& 10.24. 2. Corinth.7.& Apoc. 19.20

Præteritum pro præsenti, 4. Esd.9.17. Iob 13.18. Ps.12.6.& 15.11.& 16.& 18.6.& 30.2.& 41.3.& 46.9.& 62.3.& 96.1.& 113.9.& 117.26.& 118.3.& 54.113.& 128.8.129.1.& 140. Isa.1.11.& 23.18.& 41.13.& 52.7.& 54.6.8.& 53.16. Thr.3.39. Bar.4.22. Ezech.28.2. Ose.11.11. Matth. 23.2. Marc.1.15.& 7.37. Luc. 1.46.51. Ioan.1.26.& 10.41.11.27.41.42.& 15.10.15.& 17.14.& 19.35.& 20.17.1. Ioan.1.10. Apoc.1.2.& 11.17.& 21.23.& 19.6

Præteritum perfectum, pro imperfecto, 41.5

Pretium, i.merces, vel debitum, Gen.31.15.

Primitiæ, seu primitiua; i. primogenita, Psal.104.36. Hebr.11.28.& 12.23

Principium, i.principatus, Psal.109.3

Prius, i.pridem, 2. Cor.1.15

Promissio, i.promissum, Eccli.24.33. Gal.3.22. Eph.1.13. Heb.6.12.15.& 9.15.& 11.9.13.33.39

Probare, i.expendere, Iud. 8.31

Probare, i.intelligere, Gen.28.8

Probabilis, i.probatus, Eccl.42.8.2. Tim.2.15

Pro Deo, i. Deus, Gen.30.2

Pro, i.propter, 1. Par.16.21. Abac.3.7

Pro quibus, i.eo quod, Iudith 13.25

Pro, subintelligitur, Ezech.44.11

Propter, i.propterea, 3. Esd.1.50.4. Esd.10.45.& 15.6.27.& 16.46. Bar.4.6. Act.8.11.& 18.10. Iac.4.2. Gal.2.16

Propter, i.per, Rom.11.30.1. Cor.7.5

Propter, vide ob.

Propterea, i.attamen, Ier.30.16

Propterea, i.ad hoc, seu ad eum finem, Ps.44.3.8

Propheta, i.pseudopropheta, 3. Reg. 13.11.4. Reg.23.18. Ierem. 8.1.& 13.13.& 14.13.& 23.9.15.32.& 27.9.& 28.1.& 29.18.& 32.32. Thr.2.14. Ezech.13.2.& 14.9.& 22.25. Ose.4.5. Soph.3.4. Zach.13.4

Propheta, i.insane loqui, 1. Reg.18.10.3. Reg.18.29. Ier.29.26

Prophetare, i. Deum laudare, 1. Reg.10.5.& 19.20. 1. Par.15.22.& 25.1. Act.19.6

Prophetare, i. voluntatem Dei declarare, & Propheta qui declarat, & prophetia ipsa declaratio, Prou.29.18. Matt.7.22. Rom. 12.6.1. Cor.11.4.& 14.1.6. Act.15.32.

Propheta, i.interpres, Exod.7.1. Ier.8.10

Propheta, pro eo qui se Prophetam dicit, Deut.13.1

Propitius sit mihi Dominus, i.auertat à me Dominus, 1. Reg.24.7.& 26.11. 2. Regum 22.17.3. Regum 21.3

Protegere, i.tegere, 3. Reg.8.7

Proximus, i.cognatus, Deut.18.16.

Puella, i.ancilla, Ruth 2.13

Puer, i.iuuenis, Exod.33.11. Iud.17.12

Puer, pro seruo, vel filio, Gen.19.1. Iud.7.10.1. Reg.2.13.& 9.3.& 16.18.3. Reg.18.43.4. Reg.5.17.& 9.4.3. Esd.6.31.4. Esd.1.10. Iud.11.18. Esth.1.3.& 2.2. Iob 29.5. Ps.17.1.& 68.18.& 85.16.& 112.1. Sap.9.4.& 18.9.& 19.6. Isa.37.6. Bar.2.20.& 3.27.1. Mach.1.7.& 3.41. Matt.8.6.& 12.18.& 14.2. Luc.1.54.& 11.5. Actorum 4.25.27. Hebr.2.13

Puluis, i.status infimus, 3. Reg.16.2

Purificatio, i.baptismus, Ioan. 3.25

Putasne, i.an, vel nonne, vel nunquid, Ier.23.23. Ezech.8.6. Dan. 2.26.& 6.20. Act.8.30

Q

QVasi, subintelligitur, 1. Reg.2.29. Iob 10.17

Quasi, i.tanquam, Mar.1.22. Ioan.1.14

Quasi vnum, vel quasi vir vnus, vel ad vnum omnes, vel simul, Num.14.15. Iud.6.16.& 20.11. Esd.3.1.2. Esd.8.1. Iud.6.3

Quam, i.potius quam, Eccl.25.13

Quam, i.plusquam, Eccl.37.18

Quantum, i.in quantum, Heb.7.20

Quare, i.quia, Ios.10.4

Quæ, i.enim, Gen.10.1

Quæ, i.sed, Num.8.26

Qui, Quæ, vel Quod, subintelligitur, Psalm.82.13.& 124.1. Prou.4.18. Ezech.27.27.& 31.17

Qui, i.dum, 2. Cor.4.11.

Quia sæpe abundat.

Quia subintelligitur, Ps.35.2. Isa.1.13

Quia, i.certe, Ps.83.12.& 134.5. Luc.16.8

Quia, i.sed, 3. Esd.7.11

Quia, pro, at vero, Ps.63.10. Ier.48.45

Quia, i.idcirco, Ose.9.15

Quia, pro, & Psal.101.5

Quia, i.quamquam, Apoc.3.8

Quid, i.quomodo, Gen.2.19

Quid mihi & tibi, i.quid tibi mecum rei est, vel, omitte me, Iud.11.12.2. Reg.16.10.3. Reg.17.18.4. Reg.3.13.3. Esd.1.26. Ioel.3.4. Matt.8.29. Mar. 1.24. Ioan.2.4.

Quis putas, pro, *quisnam*, Matt.24.46. Mar.4.40. Luc.1.66.& 12.42
Quis det, i. *vtinam*, Deut.2.29.2.Reg.18.33 Ps.13.7.& 52.7
Quiescere, i. *cessare*, Ose.1.4
Quinque, i. *pauci*, 1.Cor.14.19
Quod si, *subintelligendum*, Iob.36 17
Quod mutatum est, pro re in quam mutatum est, Exod.7.12
Quod, pro, *de quo*, 1.Cor.10.30
Quoque, pro, *inquam*, *seu ergo*, 1. Par.6.64
Quoniam, i. *nempe quod*, Psal.49.6
Quoniam, *sæpe abundat*.
Quoniam, i. *veruntamen*, Psal.13.6.& 43.21. Sap.3.19
Quoties, i. *quando*, Iob 21,17

R

Rationabiliter, *subintelligitur*, Matt.7.12.Luc.6.31
Redemire, i. *emere*, Eccl.20.12
Redimere, i. *eripere*, 1.Mach.4.11
Redimere tempus, i. *temporis commoditate vt*, Dan.2.8 Eph.5.16.Col.4.5
Reddere animam pro anima aliquem, i. *illum occidi*, *quia aliquem occiderit*, Exod.21.23
Recedere ab aliquo, pro, *nolle ei quod debet præstare*, Gen.14.4
Recipere, i. *intelligere*, Matt.11.14
Recipere disciplinam, i. *emendari*, Leu.26.23
Recipere iniquitatem, i. *dare peccati pœnas*, Num.5.31
Relinquere, i. *permittere*, Ps.104.14
Reliquiæ, i. *posteri*, 3.Reg.14.10
Regeneratio, i. *Resurrectio*, Matt. 19.28
Renes, i. *intima*, Ps.70.10.& 15.7.& 25.2.& 72.21. Prou. 23.16. Sap.1.6. Ier.12.& 17.10.& 20.12. Thr.3.13.1. Mac.2.24. Apoc.2.23
Reprobarum, i. *contemptibile*, 1.Reg.15.9. 2.Cor.13.7
Repromissio, i. *promissio*, & *repromittere*, pro, *promittere*, Act.13.32.Rom.4.20.Gal.3.18.& 4.23.Hebr.8.6.& 9.15.& 10.23.& 11.9.13.33.39.& 12.20. Iac.1.2.1.Ioan.2.25
Repromissum, i. *promissum*, 2.Cor.5.9.5
Reputari, i. *imputare*, Gen.15.6.2.Cor.5.19
Requiescere, i. *cessare*, Gen.2.2.& 8.22.Ezec.25.27
Respondere alicui iustitiam suam, i. *apparere eum esse iustum*, Gen.30.33
Respondere, i. *alloqui*, *vel subiungere*, Iob 28.1. Dan.4.27.Zach.4.11.Matt.11.25.& 17.4.& 22.1.& 28.5.Mar. 11.14.& 12.35.Luc.13.14.& 14.3.17.17.Ioan.21.8.Apoc.7.13
Resurgere, i. *consistere*, Psal.1.5
Res desiderij, i. *pretiosa*, & *chara*, Dan.9.23.& 10.3.11
Retribuere, pro, *tribuere*, 2.Reg.6.Psal.7.5.& 102.2.& 115.12.& 118.17
Retributio, i. *punitio*, Eccl.23.14
Reuelare, i. *illuminare*, Luc.2.32
Reuelare aurem, *vel auriculam*, pro *manifestare*, *vel docere*, 1.Reg.9.15.& 20.13.2. Reg.7.27.1.Par.17.25. Iob 36.10.15
Reuerentia, i. *pudor*, Ps.34.26.& 68.20. Eccl.29.23.& 32.9.& 45.29. 1. Cor.15.34
Reuereri, i. *erubescere*, Psal.39.15.& 69.3
Reuersus, vide *conuersus*.
Reuersio, i. *conuersio*, Ezech.16.53
Risus, i. *gaudium*, Gen.31.6. Prou.14.13.& 31.25. Luc.6.21
Rogare pacem, i. *salutare*, Ps.111.6. Ier.15.5
Robustum, i. *perfectum*, 2.Reg.22.26
Robur, i. *filij*, Iob.8.12
Roborare, pro, *iubere bono animo esse*, Deut.1.36

S

Sabbatum, i. *hebdomada*, Luc.18.12.& 24.1. Ioan.20.1. Act.20 7.1.Cor.16.2
Sabbatizare, i. *quiescere*, Exod.16.30
Sacerdos, i. *Princeps*, Gen.41.50.Exod.2.16.& 18.1. 2.Reg.8.18.& 20.26.3.Reg.4.5.Iob 12.19
Sacramentum, i. *arcanum*, Tob.12.7
Sacramentum, i. *iuramentum*, Sap.12.6
Sagitta, pro *plagis*, Deut.32.23
Sal, pro, *incorruptione*, Num.18.9
Saltem, *subintelligitur*, Exod.21.11
Salutare, vide infra.
Salus, i. *prosperitas*, Apoc.19.1
Sanare, i. *seruare*, Sap 9.19.& 10.4.& 14.4
Sanctificare, i. *præparare*, Exod.19.10.Nu.11.18.Ios.3.5.& 7.13.1.Reg.16.5.1.12.2. Par.5.11.& 29.34.Isa.13.3.Ier.6.4 & 12.3.& 22.7.& 51.27. Ioel.3.Mich.3.5.Soph.1.7.Ioan.11.55
Sanctificare, i. *dedicare*, *vel consecrare*, *vel sancte celebrare*, *aut celebrandum instituere*, *vel offerre*, *aut deputare*, Gen.2.3. Exod.13.2.& 20 11.& 28.3. Leu.19.24. Num.18.18.Deut.15.19.1.Reg.7.1.& 21.6.2.Reg.8.11.3.Reg.15.15.4.Reg.10.20.1.Par. 26.26.2. Par.29.33. 2.Esd.3.1.& 13.22. Isa.23.18. Ezech.20.20.41.& 44.& 24.& 45.1. Ioel. 1.14.1.Mach.4.48. Matt.6.9.Ioan.17.19
Sanctificare, i. *sancte colere*, Exod.20.8.Deut.5.12. Iud.9.18
Sanctificare, i. *sancte tractare*, Rom.15.16
Sanctificare, i. *purgare*, Act.21.24.Num.31.23.Iob 1.5.2.Reg.11.4
Sanctificare, i. *glorificare*, Num.20.12.13.& 27.14. Isa.5.16.& 8.13. Ezech.28.22.& 36.23.& 38.16.23.1.Pet.3.15
Sanctificari, i. *pollui*, Deut.22.9
Sanctum, i. *Deo dicatum*, *seu consecratum*, Deut.26.19.1.Esd.8.28. Tob. 2.18.Iud.6.15.& 11.12.Ps.4.4.& 78.2.& 105.16.& 131.9. Ier.2.3
Sanctum, i. *sancte colendum*, Exod. 31.14
Sanctus, i. *addictus sacris ministeriis*, Num.16.7
Sanctum, *vel sancta*, pro *templo*, *sæpissime*.
Sancti, i. *Christiani*, *vel fideles*, Rom.15.25.26.& 16.15.1. Cor. 6.1. 2.Cor.1.1.& 9.12. Eph. 3.8.& 6.18. Col.1.4.1.Tim. 5.10. Hebr.13.24. Actor.9.41
Sanctificatio, i. *templum*, 4.Esdr.10.21.& 12.48.& 15.25. Amos 7.13.1.Mac.1.23.38.& 4.38.& 6.51.2.Mac.2.17.
Sanctificatio, i. *sanctitas*, Ezech.18.18
Sanctum sanctorum, i. *sanctissimum*, Exod.29.37.& 30.10.36.& 40.11.Leu.7.1
Salutare, i. *salus*, *vel saluator*, Gen.49.18.Deut.32.15.1.Reg.2.21.1. Par.16.13.4. Esd.6.25. Ps.9.15.& 11.6.& 12.6.& 13.7.& 19.6.& 20.2.6.& 23.5.& 26.9.34.9.& 39.11.17.& 41.6.12.& 42.5.& 50.14.& 52.7.& 61.2.3.8.& 64.6.& 66.3.& 67.20 & 69.5.& 70.15.& 77.22.& 78.9.& 84.5.8.10.& 90.16.& 94.1.& 95.2.& 97.2.3.& 105.4.& 115.13.& 118.41.81.123.166.174.& 131.16
Sanguis, pro *homine*, Deut.27.25.1.Reg.19.5. Matt.27.4
Sanguis, pro, *vita*, Prou.1.11 18
Sanguis, pro, *peccato vel pœna effusi sanguinis*, 2 Reg.1.16.& 16.8.3.Reg.2.31. Osee 4.2.& 12.14. Malach.3.10.Act.18 6
Sanguis, i. *cædes*, 3.Reg.2.9.Ps.50.16.& 105.38. Eccl.40.9.Isa.2.15.& 4.4.& 59.3. Ezech.3.18.& 5.17.&

T

Tentatio,

Tentatio, i. afflictio, tribulatio, Iacob.1.2

Testamentum, pactum, seu fœdus, Iudith 9.18. Ps.24.10.14 & 43.18. & 49.16. & 54.21. & 73.20. & 77.10.37. & 81.6. & 88.4.29. & 102.18. & 104.8.10. & 105.45. & 110.5. & 131.12. Sap.18.22. Eccli.11.21. & 16.21. & 17.17. & 24.32. & 28.9. & 39.11. & 42.2. & 44.20. & 45.8.19. & 47.13. Dan 3.34. & 11.32. 1. Mach.1.12. & 2.27.50. & 4.10. 2. Mach.1.2 & 7.36. & 8.15. Act.3.25. & 7.8. Rom.9.4. & 11.27 Heb 7.22. & 8.6. & 10.16

Testimonium, i. Arca testimonij, Exod.30.6. Leu.16.13

Testimonium, seu testificatio, i. lex, vel praeceptum, Exod. 25.16. & 31.18. 4. Reg.11.12. Ps.18.8. & 24.10. & 77.5.56. & 98.7. 118.2. & 131.12. Eccli.45.21. Ier.44.23

Terra, pro hominibus, seu terrae incolis, Gen.6.11. & 9.11.13. Ios.23.14. 1. Reg.14.29. 2. Reg.2.2. 1. Par.16.30. Iob 20.27. Ps.45.7. & 46.3. & 49.1. & 65.2. & 68.35. & 76.19. & 95.9. & 97.4. & 98.1. & 99.1. & 103.13. Sap.1.1. Isa.49.8. Ioel.3.16. Am.7.10. Matt.5.13. & 10.15

Tibi, i. in tuam vtilitatem, Exod.12.13

Tibi, i. contra te, 2. Esd.1.6. Psal.1.8.1

Tibi, i. coram te, Psal.50.6. Ier.14.7.20

Timere, i. venereri, Eph.5.33

Timor, i. quod timetur, Gen.31.42.53. Isa.8.12. & 33.18

Timor & formido, seu timor & tremor, i. magnus timor, 1. Mach.3.25. & 12.28. 1. Cor.2.3

Timoratus, i. pius, seu religiosus, Luca 2.25. Act.8.2. 22.12

Titulus, i. statua, vel columna, Gen.28.18. & 31.45. & 35.20. Exod.24.4. 4. Reg.23.17

Tota die, i. omnibus diebus, Ps.14.5. & 37.13. & 43.9.21. & 51.3. & 55.3. & 70.8.24. & 71.15. & 72.14. & 85.3. & 87.10 Thr.3.2. Ose.12.1

Transmigrare, i. facere migrare, Thr.4.22

Transgressio, i. abundantia, Tor.3.19

Transire, i. praetermittere, Ezech.24.14

Tripliciter, i. multipliciter, seu valde, Prou.22.20. Eccli.43.4

Tunc, subintelligitur, Gal.1.19

Turpitudo, pro, pudendis, Leu.18.6.7

V

VAs, i. corpus, 1. Reg.21.5. 1. Thess.4.4

Vasa, i. instrumenta, vel arma, Gen.49.5. Exod.31.7. Num.1.50. 4. Reg.20.13. 2. Esd.12.35. Ps.70.21. Eccli.43.2. Isa.10.28. & 13.5. & 22.24. & 32.7. & 54.17. Ier.21.4. & 46.19. & 50.25. & 51.20. Ezech.9.1. & 23.26. & 40.42. Am.6.5. Ioan.1.5. Zach.11.15. 1. Mach.1.23. & 12.29. Mar.3.27. Act.9.15

Vasa mortis, i. tela mortifera, Psal.7.14

Vbi, pro, vnde, Ioan.7.42

Vbi, pro, quo, Prou.4.19. Luc.17.36. Ioan.21.18. Iac.3.4

Vel, i. &, Leu.17.16

Vel, i. nempe, Num.30.17

Velut, seu, sicut, aut tanquam, subintelligitur, Deut.4.24. & 33.4. 2. Reg.22.6. & 23.10. 4. Reg.19.28. Iob 29.24. & 28.8.9.10. Psal.11.7. & 16.3. & 17.9.10.11.15.31. & 31.1. & 43.6. & 44.2. & 67.31. & 68.2. & 69.8. & 76.17. & 77.23. & 89.5. & 40.4. & 92.1. & 101.14. & 103.4. & 104.41. & 106.33.40. & 118.141. & 119.4. Prou.4.3. & 5.19. & 25.20. & 26.6. Cant.1.3. & 4.13.14.15. Sap.10.7. & 15.19. & 17.16. & 19.7. Eccl.6.32. & 14.24. & 21.24. & 22.6.30. & 26.23.24. & 40.15.16. & 45.31. Isa.9.18. & 10.33. & 13.8. & 22.23. & 28.2. & 30.30. & 32.2.33.12. & 40.12. & 41.14. & 45.14. & 49.16. & 50.9. & 54.6. & 65.6. & 66.1. Ier.2.23. & 5.8. & 11.9. & 15.7. & 17.11. & 22.24. & 30.17. & 31.9. & 46.20. & 49.13. Thren.3.9.10. & 3.44. & 4.11.14. & 5.3. Bar.3.10. Ezech.16.53. & 19.2.13. & 28.2. Ose.8.9. & 10.9. & 12.7. Ioel.2.3. Ioan.2.7. Mich.7.14.19. Nah.1.3. & 3.13. Sophon.1.12. & 2.9. Zach.2.5.12. & 3.2. & 6.5. & 9.14.15. & 10.5. & 12.3. Malach.2.16. & 33.12. & 41.3. 1. Mach.2.62 Matth.5.34.35. Marc.9.49. & 10.8. Luc.3.45. Ioan.4.14. Act.10.22. Rom.7.8. & 11.1. 1. Corinth.9.22. & 10.2. & 13.11.12. & 14.9. 2. Corinth.12.11. Eph.4.4.14. Heb.10.29. Iacob.2.10. & 4.14. & 5.5. 1. Petr.3.20. 2. Petr.2.17. Iud.12.13

Vel, subintelligitur, Eccli.28.33

Velamen oculorum, i. pudoris defensio, Gen.20.16

Velle, i. optare, Matth.15.28. & 19.17. Luc.10.24. & 16.26. Ioan.1.5. & 12.21. Rom.16.19. 1. Cor.7.7.32. & 14.15

Velle, i. amare, Matth.27.43

Venundatus, i. totus deditus, 3. Reg.21.20. 1. Mach.1.16. Rom.7.14

Venire, pro, abire, Ier.31.9

Venite, pro, agite dum, 11.13

Venter, seu vterus, i. mens, seu interiora, Iob 32.18. Psal.30.10. Prou.18.8.20. & 22.18. Eccli.51.29. Isa.16.11. Ier.4.19. Thr.1.20. Ezech.3.3. Abac.3.16. Ioan.7.38

Venter, i. desiderium, Ps.16.14

Ventus, i. Orbis pars, Ier.49.32. Ezech.5.10.12. & 12.14. & 17.21. Dan.8.8. & 11.4. Mar.24.31

Verbum Domini, i. propheta. 4. Reg.4.44

Verbum, i. doctrina, Ioan.5.24.32. & saepe in Pauli Epistolis.

Verbum, pro re, seu negotio, Exod.1.14. & 23.8. Deut.4.9. & 8.3. & 16.19. 1. Reg.3.11. & 25.37. 2. Reg.1.4. & 2.6. & 11.27. & 12.14. 3. Reg.12.24.30. & 13.33. & 18.36. & 21.1. 4. Reg.17.1. 12. & 20.13. 2. Par.36.8. 1. Esd.7.1. Iob 20.29. Psal.7.1. & 21.2. & 64.4. & 104.27. & 140.5. Prou.22.12. Sapien.17.1. Eccli.16.9. & 23.17. & 34.12. & 48.14. Isa.39.2. & 42.16. Ier.7.22. & 32.17.27. & 40.16. & 42.3. & 44.17. Dan.2.10. Am.3.7. Zach.8.36. 1. Mach.7.33. & 9.22.37. Matth.4.4. & 18.16. & 19.11. Mar.11.29. Luc.1.65. & 2.15.19. & 4.4.36. & 20.3. Act.5.32. & 11.14. & 12.42. & 15.6. Rom.9.28. 1. Cor.1.5

Verbum, i. praeceptum, vel imperium, Ps.118.147. & 147.18. & 148.8. Sap.12.9. Eccli.39.22. & 44.4. Dan.3.95. Ioel.2.11. 1. Mach.2.55. & 3.14. Luc.5.6. 1. Ioan.2.5. Apoc.3.8

Verbum, i. petitio, Exod.8.13

Verbum, i. promissio. Ier.29.10

Veritas, i. fidelitas, Gen.24.40. Isa.61.8

Veritas, i. iustitia rectitudo, seu probitas, Tob.1.2. Ps.5.10. Prou.16.6. & 20.28. Eccli.27.10. & 31.28. Ezech.18.9. Ioan.3.21. & 8.44. Rom.3.7. 1. Cor.13.6. 2. Cor.13.8. Eph.4.15. Phil.1.18

Verum, i. perfectum, seu iustum, Dan.3.27.28. & 4.34

Veritas & iudicium, i. iustum iudicium, Dan.3.28

Veritas, i. stabilitas, 4. Reg.20.19

Veruntamen, i. idcirco, Matt.11.22

Vestes mutatoriae, i. pretiosae, 4. Reg.5.5.22

Vespere & mane, i. die & nocte, Gen.1.5

Via, seu via Dei, i. Dei praecepta, vel doctrina, Deut.8.6. & 10.12. & 13.5. & 19.9. & 26.17. & 28.9. & 30.16. & 32.4. Ios.22.5. Iud.2.22. 1. Reg.8.3. 2. Reg.22.22. 3. Reg.2.3.4. & 3.14. & 8.58. & 11.38. 4. Reg.21.22. 1. Par.6.16. Psal.36.34. & 118.151. Isa.



INDEX TOTIVS SCRIPTVRÆ COPIOSVS.

Vbi priori numero caput indicatur, posteriori versus; nisi sicubi vnum tantum est caput, tum enim soli versus indicantur.

Notandum vero, quia Biblia numeris variant, quærendum esse locis proximis, quod in notatis hîc forte non reperietur.

Amicus

B

sapientia,

laus,

D

Dæmones

officium,

mortua,

G

Irrisio,

N

O

P

Princeps,

Q

R

SELECTÆ QVÆDAM SCRIPTVRÆ SENTENTIÆ, Ordine Alphabetico.

A



MBVLAVIT Enoch cum Deo, Gen. 5.
Ambula coram me, & esto perfectus, 17
A Domino egressus est sermo, non possumus extra placitum eius aliud loqui, 24
Abstulit Deus opprobrium meum, 30
Afflictionem meam & laborem respexit Deus, 31
Audiui gemitum filiorum Israel, Exod. 6
Armati ascenderunt filij Israel de terra Ægypti, 13
Aduenam non contristabis, 22
Anima omnis carnis in sanguine est, Leu. 17
A vespera vsque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra, 23
Ambulo inter vos, & ero Deus vester, vosque eritis populus meus, 26
Addam plagas vestras in septuplum propter pecata vestra, 26
Abominabitur vos anima mea, 26
Ascendamus & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam, Num. 13
Ad vnius testimonium nullus condemnabitur, 35
Ama Dominum Deum tuum, & obserua præcepta eius omni tempore, Deut. 11
Aduersatur Dominus omnem iniustitiam, 25
Abscondita Domino Deo nostro, quæ manifesta sunt nobis, 29
Assumat ebria sitientem, 29
Assumpsit eum, atque portauit in humeris suis, 32
Amantissimus Domini, habitabit confidenter in eo, 33
Absit à nobis hoc scelus, vt recedamus à Domino, & eius vestigia relinquamus, Ios. 22
Aperui os meum ad Dominum, & aliud facere non potero, Iud. 11
Amaritudine valde repleuit me omnipotens, Ruth 1
Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore, 1. Reg. 2
Absit à me hoc peccatum, vt cessem orare pro vobis, 12
Acceptus erat in oculis vniuersi populi, 18
Ab impiis egredietur impietas, 24
Anima custodita quasi in fasciculo viuentium apud Dominum, 25
Audiui vocem tuam, & honoraui faciem tuam, 25
Apparet quod stultè egerim, & ignorauerim multa nimis, 26
Æqua pars erit descendentis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, 30
Amabiles, & decori valde in vita sua, 2. Reg. 1
An ignoras quod periculosa sit desperatio? 2
Anima eius in amaritudine est, 4. Reg. 4
Anima esurienti etiam amara dulcia esse videntur, Iob. 6
Ab oculis meis munda me, Ps. 18
Adiutor meus esto, ne derelinquas me, nec despicias me Deus salutaris meus, 26
Accedite ad eum, & illuminamini, 33
Anima mea exultabit in Domino, 34
Apud te est fons vitæ, 35
A fortitudine manus tuæ ego defeci, 38
Adiutor meus, & protector meus es tu, Deus meus ne tardaueris, 39
Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele, 50
Adiutor meus tibi psallam, 58
Adiutor meus & liberator meus es tu, Domine ne moreris, 69
Annos æternos in mente habui, 76
Adiuua nos Deus salutaris noster, propter gloriam nominis tui, Domine, 78
Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, 84
Afferte gloriam nomini eius, 95
Adiuua me Domine Deus meus, saluum me fac secundum misericordiam tuam, 108
Auerte oculos meos ne videant vanitatem, 118
Adiuua me & saluus ero, 118
A iudiciis tuis timui, 118
Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum & terram, 120
Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo, 137
Ad te Domine, Domine oculi mei, in te speraui, 140
Audiens sapiens sapientior erit, Prou. 1
Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, 1
Argue sapientem, & diliget te, 9
Abominabile Domino cor prauum, 11. 15
Abominatio est Domino labia mendacia, 12
Amici diuitum multi, 14
Abominatio est Domino via impij, 15
Abominatio Domino cogitationes malæ, 15
Abominatio est Domino omnis arrogans, 16
Ante ruinam exaltabitur spiritus, 16
Abominabilis apud Deum qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, 17
Animus gaudens ætatem floridam facit spiritus tristis exsiccat ossa, 17
Abominabile apud Deum pondus & pondus, mensura & mensura, 20
Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea, 22
Abominatio hominum detractor, 24
Anima saturata calcabit fauum, anima esurientis etiam amarum pro dulci sumet, 22
Adolescentia & voluptas vana sunt, Eccl. 11
Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est, Cant. 5
Amore langueo, 5
Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt, 6
Æstimauerunt lusum esse vitam nostram, & conuersationem vitæ compositam ad lucrum, Sap. 15
Angelorum esca nutriuisti populum tuum, 16
Accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem, Eccl. 2

Altiora

Altiora te ne quæsieris, 3
Altissimus est patiens redditur, 5
Amico fideli nulla est comparatio, 6
Amicus fidelis medicamentum vitæ, 6
Auerte faciem tuam à muliere compta, 9
Auaro nihil est scelestius, 10
Ante mortem ne laudes hominem quemquam, 11
Altissimus odio habet peccatores, 12
Aduocatus a potentiore, discede, ex hoc enim magis te aduocabit, 13
Antequam loquaris, disce, 18
Ante orationem præpara animam tuam, 18
Audisti verbum contra proximum tuum? commoriatur in te, 19
Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis, enuntiant de eo, 19
Ad amicum etsi produxeris gladium, non desperes, est enim regressus ad amicum, 22
Arcana amici qui denuntiat, fidem perdit, 27
Audi tacens, 32
Adolescens loquere in tua causa vix cum necesse fuerit, 32
Asino cibaria, & virga, & onus, 33
Ab immundo quid mundabitur? 34
Anima viri sancti enuntiat aliquando plura quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum, 37
Ante omnem actum præcedat te consilium stabile, 37
A tristitia festinat mors, 38
Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde, Isaia 16
Anima mea desideraui te in nocte, sed & spiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te, 26
Alienum est opus eius, peregrinum est opus eius ab eo, 28
Ad vocem clamoris tui statim vt audierit, respondebit tibi, 30
Audite me duro corde, qui longe estis à iustitia, 46
Antequam fieret, ibi eorum, 48
Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te, 54
A facie malitiæ collectus est iustus, 57
Annuntia populo meo scelera eorum, 58
Æquitas non potuit ingredi, 59
Antequam clament ego exaudiam, 65
Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos? 66
Attriuisti eos, & noluerunt accipere disciplinam, indurauerunt facies suas super petram, & noluerunt reuerti, Ier. 5
Audi popule stulte qui non habes cor, 5
A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student, 6
Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos, 6
Attendi, & auscultaui, nemo quod bonum est loquitur, 8
Ascendit mors per fenestras. 9
Ambulat vnusquisque post prauitatem cordis sui mali, 6
Adiuimus superbiam Moab, superbus est valde. 48
Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui, 49
Adhuc modicum, & veniet tempus messionis eius, 51
Anima quæ tristis est super magnitudinem mali, & incedit incurua & infirma dat tibi gloriam Domine, Bar. 2
Audi Domine, & miserere, quia Deus es misericors, 3
Aperi os tuum, & comede quæcunque ego do tibi, Ezech. 2
Attrita fronte est, & duro corde, 3
Abij amarus in indignatione spiritus mei, 3
Argentum eorum, & aurum eorum, non valebit liberare eos in die furoris Domini, 7. & Soph. 1
Auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum, 11
Auferetur zelus meus à te, & quiescam, ne irascar amplius, 16
Anima quæ peccauerit, ipsa morietur, 18
Appensus es in statera, & inuentus es minus habens, Dan 5
Abiecit eos Deus meus, quia non audierunt eum, Ose. 9
Auaritia in capite omnium, Amos 9
Abyssus vallauit me, Ioan. 2
Abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis, Mich. 3
Ad Dominum aspiciam, expectabo Deum Saluatorem meum, 7
Ante faciem indignationis eius quis stabit? Nah. 1
Ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt, Soph. 1
Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, &c. Malach. 3
Attendit Dominus, & audiuit, 3
A fructibus eorum cognoscetis eos, Matt. 7
Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, 11
Ascendit in montem solus orare, 14
Apud Deum omnia possibilia sunt, 19
Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius, 21
Adauge nobis fidem, Luc. 17
Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ, 21
A me ipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor, Ioan. 8
Animam meam pono pro ouibus meis, 10
Ambulate dum lucem habetis, 12
Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos posuit Spiritus sanctus Episcopos, &c. Act. 20
Aure audietis, & non intelligetis, 28
Abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus, Rom. 13
Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei, &c. 1. Cor. 2
A Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur, 11
Æmulamini charismata meliora, 12
Ad ædificationem Ecclesiæ quærite vt abundetis, 14
Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo, 2. Cor. 9
Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi, Gal. 6
Ab omni specie mala abstinete vos, 1. Thess. 2
Attende lectioni exhortationi, & doctrinæ, 1. Tim. 4
Attende tibi & doctrinæ, 4
Adhortamini vosmetipsos per singulos dies, Heb. 3
Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, 4
Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, 10
Amicitia huius mundi, inimica est Dei, Iac. 4
Appropiate Deo, & appropinquabit vobis, 4
Ante omnia mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, 1. Pet 4
Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide 5
Aspectu & auditu iustus erat, 2. Pet. 2
A quo quis superatus est huius & seruus est, 2
Adueniet dies Domini vt fur, 3
Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum Apoc. 7

Benedicat

B

C

Custod

Custodi temetipsum & animam tuam solicite, Deut.4
Custodite solicite animas vestras, 4
Custodite & facite quæ præcepit Dominus Deus vobis, 5
Caue diligenter ne obliuiscaris Domini, 6.& 8
Circumcidite præputium cordis vestri, & ceruicem vestram ne induretis amplius, 10
Cauete ne forte decipiatur cor vestrum & recedatis à Domino, 11
Caue ne derelinquas Leuitem in omni tempore quo versaris in terra. 12
Clamauimus ad Dominum, qui exaudiuit nos, & respexit humilitatem nostram, &c.16
Circumcidet Dominus cor tuum, vt diligat Dominum Deum tuum ex toto corde, 30
Confortare & esto robustus, 31
Circumduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui, 32
Confortare & esto robustus valde, vt facias omnem legem, Ios.1
Cito deseruerunt viam per quam ingressi fuerunt patres eorum, Iud.2
Cessauerunt fortes in Israel, 5
Cor meum diligit Principes Israel, 5
Cur quæris nomen meum quod est mirabile? 13
Cur tantum nefas in vobis repertum est? 20
Cuius erunt optima quæque Israel? nonne tibi? 1.Reg.9
Celebre factum est nomen eius nimis, 18
Completa est malitia eius, 20
Conuenerunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti, 22
Canem mortuum persequeris, & pulicem vnum, 24
Completa est malitia aduersus domum tuam, 25
Confortatus est Dauid in Domino Deo suo, 30
Confortentur manus vestræ, & estote filij fortitudinis, 2. Reg.2
Cæcus & claudus non intrabunt in templum, 5
Consilium Achitophel quasi si quis consuleret Deum, sic erat, &c.16
Cœli cælorum te capere non possunt, 3.Reg.8
Currus Israel & auriga eius, 4.Reg.2.& 13
Cœpit Dominus tædere super Israel, 10
Cum colerent Dominum, diis quoque suis seruiebant, 17
Cui exprobrasti, aut quem blasphemasti? 19
Confortare & viriliter age, ne timeas, nec paueas, 1.Paralip. 22
Corde toto offerebant Domino, 29
Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te, 2. Par. 20
Credite in Domino Deo vestro, & securi eritis, 20
Castigauit nos propter iniquitates nostras, & saluabit nos propter misericordiam suam, Tob.13
Confirma me Domine Deus in hac hora, Iud. 13
Cum inuocantem exaudieris me Deus, non credo quod audierit vocem meam, Iob 9
Clamo ad te, & non exaudis me, sto, & non respicis me, mutatus es mihi in crudelem, 30
Confitebor tibi Domine in toto corde meo, lætabor & exultabo in te, Psal.9
Cognoscetur Dominus iudicia faciens, 9
Conserua me Domine, quoniam speraui in te, 15
Custodi animam meam, & erue me, 24
Cantabo, & psalmum dicam Domino, 26
Credo videre bona Domini in terra viuentium, 26
Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, 29
Confortetur cor vestrum omnes qui speratis in Domino, 30
Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis, 50
Cor contritum & humiliatum Deus non despicies, 50
Confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est, 53
Clamabo ad Deum altissimum, 56
Confitebor tibi in populis Domine, 56
Caro sunt, spiritus vadens, & non rediens, 77
Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis, 78
Conuerte nos Deus salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis, 84
Confitebor tibi Domine Deus meus, in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum, 85
Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, 90
Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius, 105.106.110.& 135
Cito fecerunt, obliti sunt operum eius, 105
Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominum, 105
Clamauerunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos, 105
Confitebor Domino nimis in ore meo, 108
Confitebor tibi Domine in toto corde meo, 110.& 137
Custodiens paruulos Dominus, humiliatus sum & liberauit me, Psal.114
Conuertere anima mea in requiem tuam, 114
Consilium meum iustificationes tuæ, 118
Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua, 118
Confige timore tuo carnes meas, 118
Custodit Dominus omnes diligentes se, 144
Cum simplicibus sermocinatio eius, Prou.3
Cogitationes iustorum iudicia, 12
Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus, 14
Cor sapientis quærit doctrinam, 15
Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem, 16
Custos animæ suæ, seruat viam suam, 16
Cor regis in manu Domini, quocunque voluerit, inclinabit illud, 21
Cogitationes robusti semper in abundantia, 21
Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, 24
Cor regum inscrutabile, 25
Cum prophetia (i. declaratio verbi Dei) defecerit, dissipabitur populus, 29
Cunctæ res difficiles, Eccl.1
Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, 4
Cor sapientũ vbi tristitia, & cor stultorum vbi lætitia, 7
Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius, 7
Cunctis sermonibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuum, 7
Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium, 12
Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, Sap.9
Cum tranquilitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos, 12
Creatura Dei facta sunt in tentationem animæ hominum, &c.14
Cor durum habebit male in nouissimo, Eccl. 3
Congregationi pauperum affabilem te facito, 4
Consiliarius sit tibi vnus de mille, 6
Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, 6
Cum aliena muliere ne sedeas omnino, 9
Confide in Deo, & mane in loco tuo, 11
Cor hominis immutat faciem illius, 13
Conuertere ad Dominum & relinque peccata tua, 17
Cum consummauerit homo, tunc incipiet, 18
Corripe amicum, sæpe enim fit commissio, 19
Cor fatui quasi vas confractum, omnem sapientiam non tenebit, 21
Cum dormiente loquitur, qui narrat stulto sapientiã, 22
Corona senum multa peritia, 25
Cordis iucunditas hæc est vita hominis, 30
Cor splendidum bonum in epulis est, epulæ enim illius diligenter fiunt, 30
Cum habet de bono nomine, 41

Iesu meo, Abac.3
Ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu, Zach.2
Erit dies vna, qua nota est Domino, non dies, nec nox, 14
Ego Dominus, & non mutor, Malac.3
Estote perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est, Matth.5
Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ, 10
Ex fructu arbor cognoscetur, 12
Ex abundantia cordis os loquitur, 12
Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis, 12
Excolantes culicem, & camelum glutientes, 23
Erat subditus illis, Luc.2
Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est, 6
Estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet, 12
Ego dabo vobis os & sapientiam cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri, 21
Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat, 22
Erant semper in templo, laudantes & benedicentes Deum, 24
Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat, Ioan.5
Ego sum, nolite timere, 6
Ego sum panis vitæ, qui venit ad me, non esuriet, 6
Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur, 10
Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ, 10
Ecce quem amas, infirmatur, 11
Ego sum resurrectio & vita, 11
Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis, 13
Ego scio quos elegerim, 13
Ego sum via, veritas & vita, 14
Erant perseuerantes vnanimiter in oratione, &c. Act.1
Erant perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis & orationibus, 2
Excelsus non in manu factis habitat, &c.7
Ego quis eram, qui possem prohibere Deum? 11
Erat vir bonus, & plenus Spiritu sancto, & fide, 11
Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax, Rom.3
Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, 2.Corinth.6
Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis, Eph.4
Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi, 5
Exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, &c. 1.Tim.4
Est quæstus magnus, pietas cum sufficientia, 6
Estote factores verbi, & non auditores tantum, Iac.1
Ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum, 2
Ecce iudex ante ianuam assistit, 5
Ex corde inuicem diligentes attentius, 1.Pet.1
Ego sum principium & finis, dicit Dominus, Apoc.1
Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ, 2
Ego sum scrutans renes, & corda, 2
Ego quos amo, arguo & castigo, 3
Ecce sto ad ostium & pulso, 3
Ecce venio sicut fur, 16
Exite de illa populus meus, & ne participes sitis delictorum eius, &c. 18
Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, 21
Ecce noua facio omnia 21
Ecce venio velociter, 22
Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua, 22

F.

Fecit Noë omnia, quæ præceperat illi Deus, Gen.6
Festina, & saluare, 19
Fortitudo mea, & laus mea Dominus, Exod.15
Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi, 33
Fortissime Deus spirituum vniuersæ carnis, Num.16
Fac quod placitum est, & bonum in conspectu Domini, Deut.6
Filij estote Domini Dei vestri, 14
Feci omnia Domine, sicut præcepisti mihi, 26
Faciat Dominus vobiscum misericordiam, Ruth 1
Flebat, & non capiebat cibum, 1.Reg.1
Filij Belial nescientes Dominum, 2
Factus est spiritus Domini malus in Saul.19
Faciens facies, & potens poteris, 26
Fui tecum in omnibus vbicumque ambulasti, 2.Reg.7
Feci tibi nomen grande iuxta nomen magnorum qui sunt in terra, 7
Faciebat Dauid iudicium & iustitiam omni populo, 8
Fac quod placitum est tibi, 19
Fecit quod rectum erat in conspectu Domini, 3.Reg.22
Fecit rectum coram Domino, 14
Filij & nepotes, sicut fecerunt patres sui, ita faciunt, 17
Fac mecum Domine secundum voluntatem tuam, Tob.3
Factus est Dominus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus, in tribulatione, Psal.9
Firmamentum est Dominus timentibus eum, 24
Faciem tuam Domine requiram, 26
Fortitudo mea, & refugium meum es tu, 30
Factus sum tanquam vas perditum, 30
Firmamentum meum, & refugium meum es tu, 70
Factus est in pace locus eius, 75
Fidelia omnia mandata eius, 110
Fortitudo mea, & laus mea Dominus, 116
Fiat misericordia tua vt consoletur me, 118
Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, 144
Facit iudicium iniuriam patientibus, 145
Fili mi si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis, Prou.1
Funibus peccatorum suorum impius constringitur, 5
Fortitudo simplicis via Domini, 10
Fatuus statim indicat iram suam, 12
Filius sapiens doctrina patris, 13
Frater qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas firma, 18
Fœneratur Domino, qui miseretur pauperi, 19
Fidelem virum quis inueniet? 20
Facere iustitiam iudicium magis placet Domino, quam victimæ, 21
Ferrum ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici sui, 27
Funiculus triplex difficile rumpitur, Eccl.4
Fecit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis immiscuit quæstionibus, 7
Fasciculus Myrrhæ dilectus meus mihi, Cant.1
Fortis est vt mors dilectio, 8
Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, Eccl.1

G

H

Hæc

Hæc dies boni nuntij est, 4.Reg.7
Hæc autem verba vetera, 1.Par.4
Hæc in palam facies verba, & hæc abscondes, 4. Esd.14
Humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio, Iudith 9
Homo nascitur ad laborem, Iob 5
Hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore Deus non parcat.6
Hesterni sumus 8
Humiliabam in ieiunio animam meam, Psal.34
Humilia respicit in cœlo & in terra, 112
Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, 119
Habitabunt recti cum vultu tuo, 139
Homo vanitati similis factus est, 143
Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, Prou.3
Honora Dominum de tua substantia, 3
Homo indigens misericors est, 19
Hostiæ impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex scelere, 21
Homo occidit per malitiam animam suam, Sap.16
Humilia valde spiritum tuum, Eccli.7
Humiliare Deo, & expecta manus eius, 13
Homines iustos probat tentatio tribulationis, 27
Homo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam? 27
Homines diuites in virtute, 44
Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium, Isa.28
Hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis, nec ad dexteram, nec ad sinistram, 30
Hæc infirmitas mea est, & portabo illam, Ier.10
Hæc fuit iniquitas Sodomæ superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium, Ezech.16
Hodie extollitur, & cras non inuenietur, 1.Mach.2
Habete fiduciam, ego sum, nolite timere, Matth.14
Habete in vobis sal, Marc.9
Homo iustus, & timoratus, Luc.2
Hominem non habeo, Ioan.5
Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, 15
Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum, 17
Honore inuicem præuenientes, Rom.12
Hospitalitatem sectantes, 12
Hilarem datorem diligit Deus, 2.Cor.9
Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem mortem autem crucis, Phil.2
Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra 1.Thess.4
Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus, 1.Tim.6
Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita, Tit.3
Horrendum est incidere in manus Dei viuentis, Heb.10
Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos, Iacob.4
Hæc est gratia si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens iniuste, 1.Pet.2
Hospitales inuicem sine murmuratione, 4
Humiliamini sub potenti manu Dei, 5
Hæc est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus, 1.Ioan.5
Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra, 5
Hi sunt qui segregant semetipsos; animales spiritum non habentes, Iude 1
Hic est patientia, & fides sanctorum, Apoc 13
Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, &c.14

I

In sudore vultus tui vesceris pane tuo, Gen.3
In monte saluum te fac, 19
Inuenit seruus tuus gratiam coram te, & magnificasti misericordiam tuam, quam fecisti mecum, vt saluares animam meam, 19
Indicauit mihi Dominus, 30
Iustum est, vt aliquando prouideam domui meæ, 30
In manu fortis eduxit nos Dominus de terra Ægypti, Exod.13
Inueniam gratiam ante oculos tuos, 33
Ignis in altari semper ardebit, Leu.6
Iuste iudica proximo tuo, 19
Iudicate quod iustum est, ita paruum audietis vt magnum quia Dei iudicium est, Deut.1
Iuste quod iustum est, persequeris, 16
In ore duorum, aut trium testium peribit, qui interficietur, 17
In ore duorum aut trium testium stabit omne verbum, 19
Ingressus vineam proximi tui, comede vuas quantum tibi placuerit, &c.23
Interroga patrem tuum & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi, 32
Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, 32
Inimici nostri sunt iudices, 32
Iuxta est dies perditionis, 32
Iudicabit Dominus populum suum, & in seruis suis miserebitur, 32
In dextera eius ignea lex, 33
Inundationem maris quasi lac sugent, 33
In manu tua sumus, quod tibi bonum & rectum videtur, fac nobis, Iof.9.
Inclinate corda vestra ad Dominum Deum, 24
Iuxta ætatem robur est hominis, Iud.8
Ite & inuocate deos quos elegistis, ipsi vos liberent, 10
Ite cum pace, Dominus respicit viam vestram, 18
Impij in tenebris conticescent, 1.Reg.2
Immutauit ei Deus cor aliud, 10
Insiluit Spiritus Dei in Saül, & iratus est furor eius nimis, 11
Inuasit spiritus Dei malus, Saül, 18
Iudicet Dominus inter me & te, 24
Iustior tu es quam ego, 24
In die bona venimus, 25
Ipse est filius Belial, ita vt nemo possit ei loqui, 25
In me sit Domine mi hæc iniquitas, 25
Ista est lex Adam, 2.Reg.7
Inuenit seruus tuus cor suum, vt oraret te, 7
Iustus dominator in timore Dei, 23
Ingredior viam vniuersæ terræ, 3.Reg.2
Iustificans iustum, & reddens secundum iustitiam suam, 8
Ingressus es ad me vt remorarentur iniquitates meæ, 17
In isto cognoui, quoniam vir Dei es tu, 17
In medio populi mei habito, 4.Reg.4
Indurauerunt ceruicem suam iuxta ceruicem patrum suorum, &c.17
Inclina Domine aurem tuam, & audi aperi oculos tuos, & vide, 19
Inuenerunt terram latissimam, & quietam, & fertilem, 1.Par.4
Inuenit seruus tuus fiduciam, vt oret coram te, 17
Iustus es Domine, & omnia iudicia tua iusta sunt, Tob.3
In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia, Iob 12
In nidulo meo moriar, 20
Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam, 32

Iustus

pedes meos, Ezech.3
Iudicabo te iuxta vias tuas,& ponam contra te omnes abominationes tuas, 7
Iuxta vias tuas,& iuxta adinuentiones tuas iudicabo te,dicit Dominus, 24
In nihilum redigam te, & non eris, dicit Dominus Deus, 26
Iustitia iusti non liberabit eum,in quacunque die peccauerit, 33
Impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit, &c.33
Intelligentia, opus est in visione, Dan.10
Ipsi regnauerunt, & non ex me, Ose.8
In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis, 11
Infirmus dicet;quia ego sum, Ioel.3
Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei, Mich.7
Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, vt requiescam in die tribulationis, &c. Abac.3
Iudices eius vt lupi vespera,non relinquebant in mane, Soph.3
In die illa non confunderis super cunctis adinuentionibus tuis,quibus praeuaricata es in me, 3
Ira magna ego irascor super gentes opulentas, Zach.1
Iratus sum parum, ipsi vero adiuuerunt in malum, 1
Ibimus vobiscum, audiuimus enim quoniam Deus vobiscum est, 8
In penuria vos maledicti estis,& me configitis, Mal.3
Ira Domini in misericordiam conuersa est, 2.Mach.8
Iustum est subditum esse Deo, 9
In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, Matthai, 7
Inimici hominis domestici eius, 10
Ita Pater, quoniam sic placitum fuit ante te, 11
Iugum meum suaue est, & onus meum leue, 11
Iesus autem tacebat, 26
Iesu miserere mei, Marc.10
In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris, Luc.1
Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur? 12
Impossibile est, vt non veniant scandala,17
In patientia vestra possidebitis animas vestras, 21
In propria venit, & sui eum non receperunt, Ioan.1
Ille erat lucerna, ardens & lucens, 5
Iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego,& qui misit me, Pater.8
In veritate non stetit, quia non est veritas in eo, 8
In hoc cognoscent omnes,quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem, 13
In mundo pressuram habebitis,sed confidite, ego vici mundum, 16
Ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati, Act.5
In ipso viuimus,mouemur, & sumus,
Inuisibilia ipsius à creatura mundi, per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur,Rom.1
Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, 7
Idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum, 10
In tribulatione patientes, 12
Idipsum inuicem sentientes, 12
Induimini Dominum nostrum Iesum Christum, 13
Idipsum dicatis omnes, 1.Cor.1
Iniqui regnum Dei non possidebunt, 6
Id quod in praesenti est momentaneum, & leue tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate, aeternum gloriae pondus operatur in nobis,2.Cor.4
In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, 6
Ipsi vos probate, 13
Inimicus vobis factus sum verum dicens vobis? Gal.4
Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis, Eph.4
Irascimini & nolite peccare, Sol non occidat super iracundiam vestram, 4
Induite vos armaturam Dei, 6
Idem sapiamus, in eadem permaneamus regula, Phil.3
In omnibus gratias agite, 1.Thess.5
Iuuenilia desideria fuge, 2.Tim.2
In omnibus teipsum praebe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, Tit.2
Impossibile est eos qui semel illuminati sunt, & gustauerunt etiã donum coeleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque saeculi venturi,& prolapsi sunt,rursum renouari ad poenitentiam, Heb.6
Iudicium sine misericordia illi qui non facit misericordiam, Iacob 2
In multis offendimus omnes, 3
In timore incolatus vestri tempore conuersamini, 1.Pet.1
In hoc scimus, quoniam cognouimus eum,si mandata eius obseruamus, 1.Ioan.2
In mente habe qualiter acceperis,& audieris & serua, Apoc.3
Iusta & vera sunt viae tuae Domine rex saeculorum,15
Iudicia tua manifesta sunt, 15
Iudicati sunt mortui ex iis quae scripta erant in libris secundum opera ipsorum, 20

L

Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis, & cinis, Genes.18
Lex Domini semper sit in ore tuo, Exod.13
Laetatus sum in salutari tuo, 1.Reg.2
Loquere Domine, quia audit seruus tuus, 3
Loquar in tribulatione spiritus mei, Iob, 7
Laetentur omnes qui sperant in te, Psal.5
Laetabitur iustus cum viderit vindictam, 57
Laetabitur iustus in Domino, & sperabit in eo, 63
Laetentur in te omnes, qui quaerunt te, 69
Laetifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui, 85
Lux orta est,iusto & rectis corde laetitia, 96
Laetetur cor quaerentium Dominum, 104
Libera me, quia egenus & pauper ego sum, 108
Lex tua meditatio mea est, 118
Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis, 118
Laetatus sum in iis quae dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus, 121
Laudate Dominum quoniam bonus Dominus, 134. & 146
Laudabo nomen tuum in saeculum, 144
Laudabo Dominum in vita mea, 145
Laetantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis, Prou.2
Lingua sapientium sanitas est, 12
Laetatur homo in scientia oris sui, 15
Luxuriosa res vinum, 10
Laudet te alienum, & non os tuum,27
Laudant impium qui legem derelinquunt, 28
Laudaui magis mortuos quam viuentes, Eccl.4

Locum

M

Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis, 144
Magnus Dominus noster, & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus, 146
Misericordia & veritas, te non deserant, Prou.3
Mandatum lucerna est, & lex lux, 6
Memoria iusti cum laudibus, 10
Miseros facit populos peccatum, 14
Melius est parum cum iustitia, quam multi fructus cum iniquitate, 16
Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium, 16
Melius est buccella sicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum iurgio, 17
Mors & vita in manibus linguæ, 18
Mulier litigiosa, tecta iugiter perstillantia, 19
Munus absconditum extinguit iras, 21
Melius est habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa, & iracunda, 21
Melius est bonum nomen quam diuitiæ multæ, 22
Modestiæ finis, timor Domini, diuitiæ, & gloria, & vita, 22
Melior est manifesta correctio, quam amor absconditus, 27
Melior est vicinus iuxta, quam frater procul, 27
Mali non cogitant iudicium, 28
Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, 30
Mulierem fortem quis inueniet? 31
Manum suam misit ad fortia, 31
Melius est duos esse simul, quam vnum, Eccles.4
Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij, 7
Melior est ira risu, 7
Melius est a sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi, 7
Melior est finis orationis, quam principium, 7
Mane semina semen tuum, & vespere non cesset manus tua, 11
Meditatio frequens, carnis afflictio est, 12
Misereris omnium, quia omnia potes, Sap.11
Magna sunt iudicia tua Domine, 17
Maledicentis tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio, Eccl.4
Magnati humilia caput tuum, 4
Multos perdidit aurum & argentum, 8
Mirabilia opera Altissimi solius, 11
Memor esto, quoniam mors non tardat, 14
Melior est vnus timens Deum, quam mille filij impij, 16
Mandauit Deus vnicuique de proximo suo, 17
Musica in luctu importuna narratio, 22
Mulieris nequitia, omnia malitia, 25
Mulier si primatum habeat, contraria est viro suo, 25
Mulieri nequam ne des veniam prodeundi, 25
Mulier zelotypa dolor cordis, & luctus, 26
Mulieris fornicatio in excellentia oculorum, & in palpebris illius agnoscetur, 26
Mulier sancta & pudorata, gratia super gratiam, 26
Melior est mors, quam vita amara, 30
Miserere animæ tuæ placens Deo, 30
Multos errare fecerunt somnia, 34. sc. falsa visiones.
Mihi heri, & tibi hodie, 38
Melius est mori quam indigere, 40
Melior est iniquitas viri, quam mulier benefaciens, 42
Modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem, 51
Multiplicasti gentem, & non magnificasti lætitiam, Isaia 9
Misereamur impio, & non discet iustitiam facere, 26
Mulieres opulentæ surgite & audite, obstupescite, conturbamini, &c. 32
Mane erigit mihi aurem vt audiam quasi magistrum, 50
Mundamini qui fertis vasa Domini, 52
Mei non es recordata, nec cogitasti in corde tuo, 57
Miserationum Domini recordabor, 63
Me dereliquerunt, fontem aquæ viuæ, Ier.2
Me ergo non timebitis? ait Dominus, 5
Maledictus homo qui confidit in homine, 17
Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter, 48
Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine, 48
Multi gemitus mei, & cor meum mœrens, Thr.1
Migrauit Iudas propter afflictionem, 1
Magna est velut mare contritio tua, quis medebitur tibi? 2
Misericordia Domini, quia non sumus consumpti, 3
Meretrix audi verbum Dei, Ezech.16
Multo labore sudatum est, & non exiuit, de ea nimia rubigo eius, nec per ignem, 24
Mundare te volui, & non es mundata à sordibus tuis, 24
Misericordiam & iudicium custodi, & spera in Deo tuo semper, Ose.12
Magnus dies Domini & terribilis valde, & quis sustinebit eum, Ioel.2
Mundi sunt oculi tui ne videant malum, & respicere ad iniquitatem non poteris, Abac.1
Meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus, Agg.2
Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile Domino, Mal.1
Manu quidem pugnantes, sed Dominum cordibus orantes, 2.Mach.15
Misericordiam volo, & non sacrificium, Matt.9. & 12
Messis quidem multa, operarij autem pauci, 9
Multi erunt primi nouissimi & nouissimi primi, 19
Multi sunt vocati, pauci vero electi, 20
Misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum, Luc.1
Manus Domini erat cum illo, 1
Medice, cura teipsum, 4
Mutuum date nihil inde sperantes, 6
Mulier dimissa es ab infirmitate tua, 13
Memores estote vxoris Loth, 17
Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus eius, Ioan.4
Mercedit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera eius mala sunt, 7
Mendax est & pater eius, 8
Mandatum eius vita æterna est, 12
Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, 13
Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, Act.4
Ministerium meum honorificabo, Rom.11
Multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, 12
Modicum fermentum totam massam corrumpit, 1.Corinth.5
Melius est nubere quam vri, 7
Mulieres in Ecclesiis taceant, turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia, 14
Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei, 2.Cor.7
Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri, Iesu Christi per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, Gal.6
Mihi viuere Christus est, & mori lucrum, Phil.1
Modestia vestra nota sit omnibus hominibus, Dominus enim prope est, 4
Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, Col.3

Nunquid

Notum à seculo est Domino opus suum, 15
Noli timere, sed loquere, & ne taceas, 18
Non facio animam meam pretiosiorem quam me, 20
Non subterfugi, quo minus annuntiarem vobis omne consilium Dei, 20
Non est personarum acceptio apud Deum, Rom. 2
Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur, 2
Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, 8
Non volentis, nec currentis, sed miserentis est Dei, 9
Noli altum sapere, sed time, 11
Nolite conformari huic seculo, 12
Non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, 12
Non alta sapientes, sed humilibus consentientes, 12
Nolite prudentes esse apud vosmetipsos, 12
Nulli malum pro malo reddentes, 12
Noli vinci à malo, sed vince in bono malum, 12
Non est potestas nisi à Deo, 13
Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis, 13
Non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto, 4
Non iudicaui me scire aliquid inter vos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum, 1. Cor. 2
Nec qui plantat est aliquid, nec qui rigat, sed qui incrementum dat Deus, 3
Nemo glorietur in hominibus, 3
Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, 4
Nolite ante tempus iudicare, 4
Non in sermone est regnum Dei, sed in virtute, 4
Non omnia expediunt, 6
Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? 6
Nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, 6
Non estis vestri, empti enim estis pretio magno, 6
Nolite fieri serui hominum, 7
Numquid de bobus cura est Deo? 9
Nemo quod suum est, quærat, sed quod alterius, 10
Non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis vt saluifiant, 10
Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto, 12
Nihil sine voce est, 14
Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, 14
Non est dissensionis Deus, sed pacis, 14
Non nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum, 2. Corinth. 4
Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur, 4
Non qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat, 10
Non quæro quæ vestra sunt, sed vos, 12
Nolite locum dare diabolo, Eph. 4
Nolite contristare Spiritum Dei, 4
Nemo vnquam carnem suam odio habuit, 5
Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea quæ aliorum, Phil. 2
Nostra conuersatio in cælis est, 3
Nunc viuimus, si vos statis in Domino, 1. Thess. 3
Nocte & die operantes ne quem vestrum grauaremus, 2. Thess. 3
Nolite deficere benefacientes,
Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, 2. Tim. 2
Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit, 2
Noli contendere verbis, 2
Nemo te contemnat, Tit. 2
Ne quis desit gratiæ Dei, Heb. 12
Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, 13
Nolite plures magistri fieri fratres mei, Iacob. 3
Nolite detrahere alterutrum fratres mei, 4
Nolite ingemiscere fratres in alterutrum, 5
Non reddentes malum pro malo, 1. Pet. 3
Nouit Deus pios de tentatione eripere, 2. Pet. 2
Nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti, 3
Nolite diligere mundum, nec ea quæ in mundo sunt, 1. Ioan. 2
Non diligamus verbo, nec lingua, sed opere & veritate, 3
Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint, 4
Nomen habes quod viuas, & mortuus es, Apoc. 3
Nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus, 3
Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, 21
Nomen eius in frontibus eorum, 21

O

Obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum, Gen. 41
Oderant filios Israel Ægyptij, & affligebant, Exod. 1
Ostendam vobis quid agere debeatis, 4
Omnia verba Domini quæ locutus es, faciemus, 24
Ostende mihi gloriam tuam, 33
Ostendam omne bonum tibi, 33
Obsecro Domine, vt gradiaris nobiscum, vt auferas iniquitates nostras atque peccata, nosque possideas, 34
Omnis voluntarius, & prono animo offerat Domino, 35
Omnis adeps Domini erit, Leu. 3
Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui, Num. 6
Obsecro Domine, vt interficias me, ne tantis afficiar malis, 11
Omnis locus quem calcauerit pes vester, vester erit, Deuter. 11
Oblitus es Dei creatoris tui, 32
Omnes sancti in manibus illius sunt, 33
Omnia quæ præcepisti nobis, faciemus, & quocunque miseris, ibimus, Ios. 1
Optimus sermo tuus, 1. Reg. 9
Omne quod bonum videtur in oculis tuis, fac. 14
Opera eius bona sunt tibi valde, 19
Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram, quæ non reuertuntur, 2. Reg. 14
Omne quod petieris à me, impetrabis, 19
Operatus es male, super omnes qui fuerunt ante te, 3. Regum 14
Optima propositio, 18
Odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum, 22
Obsecro vt miserearis animæ meæ, 4. Reg. 1
Omnia corda scrutatur Dominus, & vniuersas mentium cogitationes intelligit, 1. Par. 28
Oculi Domini contemplantur vniuersam terram & præbet fortitudinem iis qui corde perfecto credunt in eum, 2. Par. 16
Opere Domini Dei tui, 2. Esd. 3
Omni tempore benedic Deum, Tob. 4
Operi manuum tuarum porriges dexteram, Iob. 14
Oculi Domini super vias hominum, & omnes gressus eorum considerat, 34
Oculi mei semper ad Dominum, Psal. 24
Oculi Domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius, 32

Qui

Quis

Quis dabit oculis meis fontem lacrymarum, 9

Quis non timebit te, ô rex gentium? 10

Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa, 11

Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum? 14

Quid paleis ad triticum, dicit Dominus? 23

Quaeretis me, & inuenietis, cum quaesieritis me in toto corde vestro, 29

Quomodo dicitis, fortes sumus, & viri robusti ad praeliandum, 48

Quomodo confracta est virga fortis, baculus gloriosus? 48

Quia plus fecit quam potuit, idcirco perierunt, 48

Quis similis mei, & quis sustinebit me? 49. & 50

Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, Thr. 4

Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora, 4

Qui audit, audiat, & qui quiescit, quiescat, Ezech. 3

Qui emit, non laetetur, & qui vendit non lugeat, 7

Quiescere faciam superbiam potentium, 7

Quatuor iudicia mea pessima, gladium, & famem, ac bestias malas, & pestilentiam, 14

Quaesiui virum qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni, 22

Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates, Dan. 12

Quia vos non populus meus, & ego non ero vester, Ose. 1

Quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda? 6

Quasi columba seducta, non habens cor, 7

Quis sapiens & intelligit ista, intelligens & sciet haec? 14

Quaerite me, & viuetis, dicit Dominus, Am. 5

Qui separati estis in diem malum, 6

Qui laetamini in nihilo, 6

Quare maerore contraheris. Nunquid Rex non est tibi, aut consiliarius tuus periit? Mich. 4

Qui optimus in eis, est quasi paliurus, & qui rectus, quasi spina de sepe, 7

Quare respicis Domine contemptores, & taces, conculcante impio iustiorem se? Abac. 1

Quomodo vinum potantem decipit, sic erit vir superbus, 2

Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei, Zachar. 2

Quare despicit vnusquisque vestrum fratrem suum? Malach. 2

Quid vnus quaerit, nisi semen Dei? 2

Quae erat libera, facta est ancilla, 1. Mac. 2

Quo nobis adhuc viuere? 2

Quomodo cecidit potens, qui saluum faciebat populum? 9

Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum, Matth. 5

Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennae ignis, 5

Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam moechatus est eam in corde suo, 5

Qui petit à te, da ei, 5

Quaerite primum regnum Dei & iustitiam eius, & haec omnia adiicientur vobis, 6

Qui vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? 7

Quaecunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis, haec est enim Lex & Prophetae, 7

Quam angusta porta, & arcta via est, quae ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam, 7

Qui facit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum, 7

Quid timidi estis, modicae fidei? 8

Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei? 8

Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, 10

Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus, 10

Qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam, 10

Qui habet aures audiendi, audiat, 11

Qui non est mecum, contra me est, 12

Quicunque fecerit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse meus frater, soror & mater est, 12

Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animae vero suae detrimentum patiatur? 16

Quod Deus coniunxit, homo non separet, 19

Qui potest capere, capiat, 19

Quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, 20

Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? 22

Qui maior est vestrum, erit minister vester, 23

Qui se exaltauerit, humiliabitur, & qui se humiliauerit, exaltabitur, 23

Quomodo fugietis a iudicio gehennae? 23

Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum, 24

Quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis, 25

Qui non est aduersum vos, pro vobis est, Mar. 9

Quisquis non receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud, 10

Quicumque dixerit huic monti, tollere, & mittere in mare, & non haesitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcunque dixerit, fiat, fiet ei, 11

Quod vobis dico, omnibus dico, vigilate, 13

Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas, similiter faciat, Luc. 3.

Qui aufert quae tua sunt, ne repetas, 6

Qui minor est inter vos omnes, hic maior est, 9

Quis me constituit iudicem super vos? 12

Qui non cognouit & fecit digna plagis, vapulabit paucis, 12

Quid autem à vobis ipsis non iudicatis quod iustum est? 12

Qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus, 14

Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis erit, & qui in modico iniquus est, & maiori iniquus erit, 16

Quod hominibus altum est abominatio est ante Deum, 16

Quia si cognouisses & tu, 19

Quod natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex spiritu, spiritus est, Ioan. 3

Qui non credit, iam iudicatus est, 3

Qui male agit, odit lucem, 3

Qui facit veritatem, venit ad lucem, 3

Qui de terra est, & de terra loquitur, 3

Quem misit Deus, verba Dei loquitur, 3

Qui credit in filium, habet vitam aeternam, 3

Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum, 4

Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quae à Deo est, non quaeritis? 5

Qui manducat me, viuet propter me, 6

Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quaerit, 7

Qui

R

tas in vtrisque? 20. & 41
Stuppa collecta synagoga peccantium,& consummatio illorum flamma ignis, 21
Si non timore Domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua, 27
Stultus sicut luna mutatur, 27
Salus animæ in sanctitate iustitiæ, 30
Sanitas animæ & corporis sobrius potus, 31
Seruum inclinant operationes assiduæ, 33
Spes vana viro insensato, 34
Sacrificium salutare, attendere mandatis, 35
Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt, 39
Si non credideritis, non permanebitis, Isa. 7
Super speculam Domini ego sum, stans iugiter per diem,& super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus, 21
Si quæritis, quærite, conuertimini,& venite, 21
Secretum meum mihi, secretum meum mihi, 24
Sola vexatio intellectum dabit auditui, 28
Superbia tantum est, quiesce, 30
Stultus fatua loquetur, 32
Super humum populi mei vepres ascendent, quanto magis sue per omnes domus gaudij? 32
Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ,& in requie opulenta, 32
Seruire me fecisti in peccatis tuis, 42
Seruus meus es tu, non obliuiscaris mei, 44
Solue vincula colli tui captiua filia Sion, 52
Sicut exaltantur cœli à terra sic exaltatæ sunt viæ meæ à vijs vestris, Ier. 2
Saltem amodo voca me, pater meus, 3
Stultus populus meus me non cognouit, 4
Sapientes sunt, vt faciant mala, 4
Scio Domine, quia non est hominis via eius, nec viri vt dirigat gressus suos, 10
Seminauerunt triticum,& spinas messuerunt, 12
Si mutare potest Æthiops pellem suam & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum, 13
Si steterint Moses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum, 15
Si conuerteris, conuertam te, & ante me stabis, 15
Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris, 15
Sana me Domine,& sanabor, saluum me fac,& saluus ero, 17
Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, 18
Seduxisti me Domine,& seductus sum, 20
Si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum, dicit Dominus, 23
Salua Domine populum tuum, reliquias Israel, 31
Somnus meus dulcis mihi, 31
Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui, Thren. 1
Sedebit solitarius & tacebit, quia leuauit se super se, 3
Saturabitur opprobriis, 3
Si adiecit Dominus, & miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum, 3
Scrutemur vias nostras, & quæramus,& reuertamur ad Dominum, 3
Sicut fuit sensus vester vt erraretis à Deo, decies tantum iterum conuertentes, requiretis eum, Bar. 4
Secundum viam eorum faciam eis, Ezech. 7
Signa Thau super frontes gementium, & dolentium super abominationibus, 9
Sicut mater, ita & filia eius, 16
Speculatorem domui Israel dedit te, &c. 33
Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus Israel, 44
Saluabitur omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro, Dan. 12
Sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio,& in misericordia, Ose. 2
Sicut populus, sic sacerdos, 4
Si fornicaris tu Israel, non delinquat saltem, Iuda 4
Super eos effundam quasi aquam iram meam, 5
Saluator non est præter me, 13
Saturati sunt, & eleuauerunt cor suum,& obliti sunt mei, 13
Si erit malum in ciuitate quod Deus non fecerit, Am. 3
Superbia cordis tui extulit te, Abd. 1
Sicut fecisti, fiet tibi, 1
Scio quia tu es Deus clemens, & misericors,& patiens,&c. Ioan. 4
Surgite & ite, quia non habetis hic requiem, Mich. 2
Sacerdotes eius in mercede docebant, 3
Super custodiam meam stabo, Abac. 2
Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet,& & non tardabit, 2
Scrutabor Ierusalem in lucernis & visitabo super viros defixos in facibus suis, Soph. 1
Sicut non audierunt, sic clamabunt, & non exaudiam, dicit Dominus, Zach. 17
Super pastores iratus est furor meus, 10
Si Pater ego sum, vbi est honor meus, & si Dominus ego sum vbi est timor meus? Malach. 1
Sedebit conflans,& emundabit argentum,& purgabit filios, Leu. 2
Secundum gloriam eius, multiplicata est ignominia eius, 1. Mach. 1
Sic fuerit voluntas in cœlo, sic fiat, 3
Sancta & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur, 2. Mach. 12
Si sal euanuerit, in quo salietur? Matth. 5
Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, &c. 5
Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, &c. 5
Si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, &c. 5
Sit sermo vester, est, est: non, non, 5
Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram, 5
Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester cœlestis delicta vestra: si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra, 6
Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, 6
Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit, 6
Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester qui est in cœlis dabit bona petentibus se? 7
Sequere me, dimitte mortuos sepelire mortuos suos, 8
Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam,& sequatur me, 16
Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cœlis est, 18
Si vis ad vitam ingredi, serua mandata, 19
Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus,& veni, sequere me, 19
Sequere me, Mar. 2
Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter sabbatum, 2
Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum Dei, 10
Spiritus promptus est, caro vero infirma, 14
Sanctum nomen eius, Luc. 1
Secedebat in desertum,& orabat, 5
Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie,& sequatur me, 9
Si nec quod minimum est, potestis, quid de cæteris solliciti estis? 12

Sapientia

Sapientia quæ desursum est, pudica, pacifica, modesta, suadibilis, plena misericordia & fructibus bonis, 3
Subditi estote Deo, 4
Scienti bonum facere, & non facienti, peccatum est illi, 4
Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, 1. Pet. 2
Si quid patimini propter iustitiam, beati, 3
Si quis loquitur quasi sermones Dei, 4
Si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt, 4
Satagite vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis, 2. Pet. 1
Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, 1. Ioan. 1
Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, 1
Si fuissent ex nobis, permansissent vbique nobiscum, 2
Similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est, 3
Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, 3
Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, 4
Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, Apoc. 3
Solus pius es, 15
Sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis, 21

T

TE elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris, Deut. 7. & 14
Tentat Dominus Deus vester, vt palam fiat, vtrum diligatis eum, an non, 13
Timuimus valde, & prouidimus animabus nostris, Iosue 9
Timete Dominum, & seruite ei corde perfecto, ac verissimo, 24
Tace & pone digitum super os tuum, Iud. 18
Timete Dominum, & seruite ei in veritate, & ex toto corde vestro, 1. Reg. 12
Timuit & expauit cor eius nimis, 28
Tu scis seruum tuum Domine Deus, 2. Reg. 7
Tu Domine Deus factus es eis in Deum, 7
Tu nosti solus cor omnium filiorum hominum, 3. Reg. 8
Te assumam, & regnabis super omnia quæ desiderat anima tua, 11
Tolle Domine animam meam, nec enim melior sum quam patres mei, 19
Tradiderunt se vt facerent malum coram Domino, 4. Reg. 17
Tradidit eos Dominus in manus diripientium, 17
Te Domine benedicente benedicta erit in perpetuum, 1. Par. 17
Tunc proficere poteris, si custodieris mandata, quæ præcepit Dominus, 22
Tua est Domine magnificentia, & potentia, & gloria atque victoria, & tibi laus, 29
Tuum Domine regnum, & tu es super omnes principes, 29
Tuæ diuitiæ, & tua est gloria, tu dominaris omnium, in manu tua virtus, & potentia, 29
Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi, 29
Timor quem timebam, euenit mihi, & quod verebar, accidit, Iob 3
Terra data est in manus impij, 9
Timor Domini ipsa est sapientia, & recedere à malo, intelligentia, 28
Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum, Psalm. 3
Tu laborem & dolorem consideras, 9
Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor, 9
Tu Domine seruabis nos, & custodies nos, 11
Tribuat tibi Dominus secundum cor tuum, 19
Tu autem Domine, ne elongaueris auxilium tuum à me, ad defensionem meam conspice, 21
Timete Dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum, 33
Torrentes voluptatis tuæ potabis eos, 35
Tu autem Domine, ne longe facias miserationes tuas à me, 39
Tu autem Domine, miserere mei, 40
Tu es Deus fortitudo mea, 42
Tu es ipse Rex meus, & Deus meus, 43
Terribilis in consiliis super filios hominum, 65
Tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita, 68
Tu scis improperium meum, & confusionem meam, 68
Tu es patientia mea Domine, spes mea à iuuentute mea, 70
Tu terribilis es, & quis resistet tibi? 75
Turbatus sum, & non sum locutus, 76
Tu es Deus qui facis mirabilia, 76
Tu solus altissimus in omni terra, 82
Tu Domine suauis & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te, 85
Tu Domine Deus miserator & misericors, patiens, & multæ misericordiæ, & verax, 85
Tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me, 85
Tui sunt cœli, & tua est terra, 88
Tu es Domine spes mea, 90
Testimonia tua credibilia facta sunt nimis, 92
Tu mandasti mandata tua custodiri nimis, 118
Tuus sum ego saluum me fac, 118
Tu es spes mea, portio mea in terra viuentium, 141
Timor Domini initium sapientiæ, Prouerb. 1. & 9. Eccli. 1
Time Deum, & recede à malo, Prou. 3
Timor Domini odit malum, 8
Timor Domini fons vitæ, 14
Turris fortissima nomen Domini, 18
Tristitia viri nocet cordi, 25
Tristis facies dissipat linguam detrahentem, 25
Totum spiritum suum profert stultus, sapiens reseruat in posterum, 29
Tæduit me vitæ meæ videntem mala sub sole, Eccl. 2
Tempus flendi, & tempus ridendi, 3
Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus, 3
Tempus custodiendi, & tempus abiiciendi, 3
Tempus tacendi, & tempus loquendi, 3
Tempus dilectionis, & tempus odij, 3
Tempus belli, & tempus pacis, 3
Tempus & responsionem cor sapientis intelligit, 8
Trahe me post te, Cant. 1
Tanquam momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum, Sap. 11
Tuam manum effugere impossibile est, 16
Timida nequitia, 17
Timenti Dominum bene erit in extremis, Eccli. 1
Timor Domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est, non poterit iustificari, 1
Tracta cum sapientibus & prudentibus, 9
Tacitus & sensatus honorabitur, 21
Timor Dei initium dilectionis eius, 25
Tristitia cordis omnis plaga, 25
Tristitiam non des animæ tuæ, 30
Tristitiam longe expelle à te, 30. & 38
Timenti Dominum non occurrent mala, 33
Tristitia cordis flectit ceruicem, 38
Timor Domini sicut paradisus benedictionis, 40
Timor Domini ipse est thesaurus eius, Isa. 33

V

Vox

Væ eis,

APPROBATIO.

Ego Bernardinus Rosignolius Societatis IESV, Præpositus Prouincialis Prouinciæ Mediolanensis, potestate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre nostro Claudio Aqua-viua, Præposito Generali, facultatem concedo, vt NOTATIONES hæ in totam Sacram Scripturam, Patris Emanuelis Sà eiusdem Societatis, grauium doctorum hominum iudicio approbatæ, typis mandentur. In quorum fidem has litteras manu nostrâ subscriptas, & sigillo nostro munitas, dedimus, Genuæ, 7.Octob.1593.

Bernardinus Rosignolius.